Confeſsio extraiudicialis facta parte præſente, indicium facit ad torturam. Fran. Brun. de indic. & tortu. quæſtio. iij. prime partis. numero 15. char. 329
Confeſsio facta coram Iudice, ſed non in figura iudicij, vel coram notario ſine Iudice an probet. ibi. nu. 17.
Confeſsio coram Iudice incompetenti facta, quando probet. ſub. eo. nu.
Confeſſus de ſe, non eſt de ſocijs interrogandus, fallit in quibuſdam caſibus, ibid. nu. 19.
Confeſsio rei contra ſocios criminis quando præſumptionem inducat aduerſus illos. ibi. numero 24. char. 330
Confeſsio tacita per pacem, ſeu tranſactionẽ facta, an faciat indicium, vel probationem. ibi. nume. 27.
Confeſsio tormentis adhibitis facta, vel prope tormenta, dicitur metu tormentorum facta. ibi. nu. 3. char. 335
Confeſsio non dicitur metu tormentorum facta in carceribus, quando non denegantur alimenta, ibi. ſub nu. 4.
Confeſsio metu tormentorum facta non cenſetur, ſi iudex reo torturam minetur, ibid. numero 5.
Confeſsio mulieris prægnantis facta in tormẽtis nulla eſt. ibi. nu. 3. char. 337
Confeſsioni per torturam abſque indicijs extorte nõ ſtatur, etiam ſi perſeuerauerit. ibi. nume. 46. char. 345
Confeſsio facta in tormentis abſque indicijs non conualidatur ex ſuperuenientibus indicijs. ibi. nu. 47.
Confeſſus crimen in tormentis præcedẽtibus indicijs, an poſsit torqueri ſuper alijs delictis, de quibus nulla ſunt aduerſus eum indicia. ibi. nu. 64. char. 347
Confeſſus in tormentis quando condemnari poſsit abſque alijs probationibus. Franciſ. Brun. de indi. & tor. nu. 8. char. 348
Confeſsio delicti in dubio præſumitur ſpontanea. ibi. nu. 15.
Confeſsio non poteſt dici ſpontanea probata tortura. ibi. nu. 17.
Confeſsio ſola in ciuilibus non obligat. ibid

Source : BIU Cujas

Confeſsio ſola in ciuilibus non obligat. ibi. numero 19. char.350
Confeſſus tormentorum formidine, confeſsionem ſuam debet reuocare per ſe, vel per procuratorem ſpeciale mandatum ad hoc habentur, ibi. nu.20.
Confeſsio vnica an ſit ſufficiens in criminalibus, ibi. nume.21.
Confeſsionem ſuam qualiter quis interpretari poſsit, ibi. nume.23.
Confeſsio facta in tortura quando cenſeatur valida, nume.27. & ſeq. char.351.
Confeſsio rei non ſtatim ſibi præiudicat, ſed expectari debet eius perſeuerantia. Bal. de quæſtio. & tortu. cap. ij. numero 1. char.398
Confeſsio facta in tormentis an aliquid operetur, ſi in ea non perſeueretur. ibi. nume.8.
Confeſsio facta in leuibus tormentis, ratificatione indiget, Pau. Gril. de quęſtio. & tortu. ſub. nume.7. char.404
Cõfeſsio torti an ſibi noceat, ſi denegata fuerit indiciorũ copia remiſsione, nu.10. c.409
¶Cõgregatio multis nominibus vocatur, Nico. Bohe. de ſeditio. q. ij. nume.5. char.50.
Congregatio laicorũ an ſint hære, ibi. q. ij. numero 3. char.51
Congregatio licita cenſetur cuius finis reperitur licitus, ibi. nume.4.
¶Conſanguinei homicidæ ipſum cum armis aſſociantes ad locum tutum, defendendo a manibus curiæ, an cenſeantur participes, & conſocij criminis. Pau. Gril. de rela. carce. q. vij. nume.1. char.303
Conſultor non tenetur ſi per viã iuſtitię procedatur Nico. Bohe. de ſeditio quæſtio. vij. numero 5. char.56
Conſulatum vſurpare volentes ſunt fuſtigandi. ibi. nu.48. char.60
Cõſtitutio, quæ punit vnũ pro alio eſt iuri naturæ, & Diuino contraria. de cri. læſę maie. Incer. Autho. q. v. nu.3 char.31
Conſtitutio pœnalis emanans ad vitanda animarum pericula, extẽdi poteſt. ibidem numero 17. char.33
Conſtitutiones extraordinarie ſunt apochriphe, ne allegari merentur. ibid. quæſtio. vj. numero 19. char.36
Conſulens, aut vocans maleficos ad maleficia faciẽda punitur capitaliter. Ghirlan. de ſortile. q. xj. nu.12. char.109
Conſiliarij ciuitatum de iur. ſolennitate torqueri non debent, decuriones. n. dicuntur. Guid. de Suza. de indi. & tor. nu.110. c.324
Conſuetudo eſt nulla ꝙ milites, aut decuriones torqueri poſsint. Paul. Ghirl. de qõ. & tor. cap. vj. nu.5. char.407
¶Cõtrahere prohibetur, qui extraordinario crimine notatur. Placen. de accuſa. titu. ij. numero 28. char.8
Contumacia abſentie Dei præſentia ſuppletur. Ant. de Canar. de excuſa. ſub nu.4. c.15
Contractus quidam in feudo eſſe cenſetur. de cri. læ. ma. Incer. autho. nu.10. char.24
Conſuetudo in principẽ diſponens, ipſo principe maior eſt ibid. nume.11.
Contractum feudalis eſt innominatus, a conſuetudine, & nõ a iure ciuili inuẽtus. de crimine. læſæ. mateſt. Incerto. autho. q. iij. numero.7. char.28
Contractus principis quãdo habeat vim legis ibi. q. xj. nume.2. char.41
Conatus in quibus puniatur criminibus, ibi. q. vi. nume.10. char.5;
Continuo verbum de ſui natura ante immediatum denotat. Pau. Gril. de hære. q. v. numero 11. char.131
Contractus ſtipulationis, vnico debet fieri cõtextu. ibi. nume.19. char.132
Contumax in hęreſis cauſa, ſi anno in excommunicatione perſiſtat, vt pote hæreticus cõdemnandus eſt. Gundiſal. de hæreti. q. ix. ſub. nume.2. char.142
Contrahere matrimonium in gradu prohibito, qualiter iure antiquo Codicis. & qualiter iure nouo authenticorũ puniatur. Pau. Gril. de pœn. omniſ. co?. nume.7. char.419
Contemnẽtes iuris Doctoris deteſtandi ſunt veluti pecudes. Ioã. Frãc. Ponzi. de lamijs. nume.20. char.63
Conuictus de crimine non poteſt appellare, poteſt tamen confeſſus confeſsionem ratificare, aut reuocare. Guid. de Suza. de indi & tortu. nume.47. char.317
¶Correlatiuorum idem ius eſt. Io. Nico. arel. de hære. not. xlvij. nume.1. char.125
Correlatiuorum regula non procedit in hęretico, ibidem nume.2.
¶Corpore qui, & quando coherceri dicãtur Placen. de accuſa. tit. vj. ſub nume.26. c.8
Corpora per demones aſſumpta, non ſunt vera & naturalia Gril. de ſortil. q. vij. ſub numero.10. char.97
Corpora per demones aſſumpta ex qua componantur materia, ibi. nume.11.
Corporis iactura minor eſt quæ animæ. Ioan. Fran. arela. de hęre. not. xlix. nume.4. c.125
¶Creatura nulla. poteſt mortuum ſuſcitare, abſ Dei potentia, & gra. Gril. de ſortile. q. vij. nume.40. char.104
Creditor authoritate propria res debitoris occupãs, infamia notatur. Placen. de accuſa. tit. vj. nume.27. char.8

Credentes

Credentes hæreticorum facto qui dicantur. Ioan. Francis. Arela, de hæreti.nota.v.numero 2. char.119
Credentes hæreticis pari ſunt pœna plectẽdi. Pau.Ghirlan.de hæræ.q.ix.nu.3. char.134
Creditor debitorem de ſuſpecto accuſans, & eũ capi petens, an debeat Iudici oſtendere inſtr̃m crediti Bal.de carcerib.nu.8. c.295
Crimina quæ ab omnibus deferri poſſunt. Placen.de accuſa.nu.12. char.2
Crimina notoria accuſatione non indigent, ibid.nu.13.
Criminum multiplex eſt diuiſio ibidem numero 1.titu.ij.
Crimina quare publica dicantur, & quæ ſint, ibi.titu.ij.nu.2.
Crimina priuata quæ ſint.ibid.tit.ij. nu.3.
Crimina ordinaria quæ dicantur.ibidem ſub numero 3.
Crimina extraordinaria dicuntur quorũ pœna iudicis arbitrio mandatur.ibi.ti.ij.nu.4.
Crimina quæ puniantur pœna extraordinaria ibi.tit.ij.nu.7.
Crimina quę publica ſunt & ordinaria ſimul. ibi.titu.ij.nu.8.
Crimina priuata, & ordinaria ſimul quæ dicã tur.ibi.titu.ij.nu.9.
Criminũ publicorum pœna eſt ordinaria. ibi. titu.iij.nume.14. char.4
Crimen publici indicij deferens illegitime in ſenatuſcon.turpil. incidit, ibidem titu.iiij. numero 1. char.5
Crimen ſtellionatus, vel hæreditatis expilatæ deferens non incurrit pœnam ſenatuſcon. deſiſtens.ibi.nu.2.
Crimen intendere ſeu deferre deproperans, quid agere debeat.ibi.nu.8.
Crimen varijs committitur modis.Placen.de accu.tit.vj.nu.1. char.6
Criminum puniendorũ quattuor genera ſunt ſeptem modis conſideranda, ibi.nu.2.
Crimina quæ tranſeant ad hæredes, ibidem numero.10.
Crimen perduellionis morte punitur,ibidem numero 11.
Crimen non graue,arbitrariam requirit pœnam.Bonicon.de accuſa.nu.4. char.9
Crimen excipiendi quod ſit, ibidem numero 6. char.ea.
Crimnoſi inimici & conſpiratores quando admittantur ad teſtimonium, ibidem numero 23. char.11
Crimen quod denunciatur ſi habet facti perſeuerantiam, vt fornicatio, quilibet admittitur, ibid.nu.35. char.12
Crimen læſæ maieſt.poteſt per mulieres denunciari.de cri.læſæ maieſta.Incer. Autho, q.vij.nume.6. char.38
Crimen læſæ maieſta.etiam aduerſus dominũ ciuitatis committi poteſt. Nicol. Boher.q. vj.numero 6. char.52
Crimẽ læſæ maie.incurrunt, qui Cardinales, clericos, vel religioſos inſultans.ibi.nu.7.
Crimen læſæ maie.committere dicuntur,qui in principem,vel eos qui ad latuseius ſunt, moliuntur,ibi.nu.9. char.53
Crimen læſæ maie. quis proprie dicatur cõmittere.ſub nu.15. char.ea.
Crimen læſæ maie.non committitur vbi ſubſtractio non fit a iuriſdictione Princeps,ibi. numero 16
Crimen læſæ maie.an extinguatur morte,ibi. numero 20 char.54
Crimen læſæ maie.locum habet contra Regẽ Franciæ, tamen filij eius qui crimen cõmiut non ſunt infames.ibi.nu.23.
Crimen ſpeciem hæreſis ſapiẽs puniri debet Ioan.Fran.Ponzi.de lamijs.nu. 85. char.75
In crimine hæreſis quæ coniecture ſufficiẽtes dicãtur,iudicis arbitrio cõmittitur, ibi. numero 89. char.76
Crimẽ proximi ita demum celandum eſt,ſi in totius populi corporalẽ ſpiritualemq; perniciem non vergat. Gundiſal.de hære.q.vj. numero 4 char.139
Crimina abdita(vt hæreſis crimẽ)aptius a familiaribus,& domeſticis noſcuntur,quã ab alijs,idcirco tunc teſtificari cogũtur. Gundiſal.de hære.q.xiij.nu.11. char.147
Crimina veniæ remiſſionẽ ſemel tñ habere poſſunt.Paul.Ghirlan, de relaxatio. carce. numero 2. char.305
Criminoſus de conſocijs cõfeſſus, indiciũ ad torturã non pſtat, niſi pluribus concurrentibus.Frã.Bru.de indi.& tortu.nu.25.c.330
Crimẽ ſpõte cõfeſſus,ſtatim eſt incarcerãdus. Bal.de qõ. & tor.cap.ij.nu.2. char.399
Crimina diuerſa eodem actu committenti,an debeant pœnæ diuerſe imponi. Pau. Gril. de pe.omniſ.coi.q.j.nu.12. char.417
Crimen inceſtus in actu fornicationis commiſſus, vltimo punitur ſupplicio,ibid. q.iij. numero 5. char. 420
Culpa lata in pœnis corporalibus infligendis,non eſt dolo equiparanda.Fran.Bru.de indi.& tortu.nu.24. char.343
Curia Romana agit de crimine duobus modis.Bonicon.de accuſa.nu.1. char.9
Curator filio bãniti dat, vti filio eius q apud hoſtes eſt.Iac.de Aren.de bãni.nu.4. c.184
Cuſtodibus carcerũ hęreticorũ qs impẽſas ſubminiſtret.Gũdiſ.de hęre.q.xj.n.11.c.145



Source : BIU Cujas

Cuſtos carceris diſcretus eſſe debet Bald. de carceri.cap.ij.ſub nu.5. char.296
Cuſtos carceris in officio delinquẽs, qualiter puniatur,ibi.nu.6.

De littera, D

DAmnari nullus debet,cauſa non audita.Placẽ.de accuſa.nu.5. char.1
Damnatus ad opus tẽporariũ,nõ efficitur infamis,ibi.titu.ij.nu.14. c.3
Damnari nemo debet ad tps in metallũ, niſi ad decenniũ.ibi.titu.vj.nu.21. char.7
Damnari poteſt quis ex ſuſpitione ſola in criminibus atrociſsimis.Pau.Ghirlan. de hæreti.q.viij.nu.2. char.134
Damnari nemo poteſt ex indicio ſemipleno, ſeu dubitato,ſed ex indicio indubitato iudicẽ in viã condemnationis dirigente, põt quis dãnari.Frã.Bru.de indi.& tor.n.1.c.333
Damnatus ad mortẽ an poſsit liberari, ſi reipubli.ſit vtilis.Pau.Ghirlã. de qõ.& tortu. nume.10. char.407
¶Debita ꝑ propoſitionẽ reformata, non amplius cẽſenda ſunt hæreditaria. de cri.læſæ maieſt.Incer.Autho.q.ij.ſub nu.1. char.26
Debito ciuili ſi quis ducatur per eccleſiã,non gaudebit eccleſiæ immunitate. Ioã.Thieri. de fuga.nu.7. char.183
Debitor de fuga ſuſpectus,die feriato capi poteſt.Bal.de carceri.ſub nu.7. char.295
Debitorẽ eximẽs de manibus poteſtatis,an teneatur.ibi.ſub nu.2. char.296
Debitor nõ ſoluẽdo,& nõ habẽs vnde ſe alat cuius expẽſis in carcere ſit alẽdus.ibi.nu.8.
Debitor q ob multa debita iã contracta fugit ſi reuerſus cũ eis trãſigat,an poſsit per vnũ ex illis ob fugam præcedentẽ vt ſuſpectus capi.Pau.Ghir.de relaxa.carce.nu.18.c.310
¶Declaratio bona a diffinitione ꝓficiſci debet Paul.Ghirlã.de hęre.q.j.nu.j. c.126
Decẽ dies dantur fauore iuriũ ad appellandũ infra quos ſi nõ appellatur, ſententia trãſit in iudicatum modo prohe. contra Apoſta, Incer.Autho.nu.16. char.182
Decrepitus nõ eſt torquẽdus,& q̃ dicatur decrepita ętas,Guid.de Suza,de indi. & tor. numero 14. char.315
Decrepitus in crimine lęſæ maie.& hæreſeos torqueri poteſt,ibi.nu.15.
Decuriones,& eorũ filij nõ ſunt torquẽdi.Frãciſ.Bru.de indi.& tor.nu.20. char.338
Decurio infamis torqueri poteſt,& pro crimine falſi.ibi.nu.21.
¶Defenſor,& fautor hęretici qs dicatur. Io. Nico.Arela.de hære.xliiij.nu,6. char.125
Deficiẽs in probatione an teneat de calumnia ſi per viam inquiſitionis procedatur.Paul, Ghirlan.de relaxa.carcera.nu.5. char.311
Defenſio nullatenus eſt denegãda reo,& ſpõte,aut coacte confeſſo, ibi.nu.65.
Defenſionis facultas ante pœnæ impoſitionẽ nemini debet denegari, ibi.nu.67.
Defenſio,& probatio vſque ad ſententiam fieri poſſunt,ibid.
Deficiẽs in purgatione ſibi iniũcta puniri debet, ac ſi crimẽ contra eũ plene probatum eſſet.Pau.Ghirlã.de pœn.omniſa. coi.q.vj. nume.4. char.422
¶Degradatio Clerici qualiter fiat, & an degradari debeat qui perpetuo carceri emãcipatus eſt,Gundiſal.de hęre.q.xix.n.2.c.151
¶Delinquẽs palã leuius punit', clã vero grauios.Placẽ.de accuſa.tit.iij.nu.16. char.4
Deferre,ſeu detuliſſe quis dicatur.ibi.tit. iiij. nume.7. char.5
Deſivere,ſeu deſtitiſſe ab accuſatione quis dicatur,ibi.ſub nu.6. char.ea.
Delictũ vaſſalli cõmiſſum in perſonã domini, qñ præiudicet de cri.læſæ maie.Incer. Autho.q.j.ij.nu.5. char.28
Delinquẽs in ſeipſo punit',in filijs,aut nepotibus puniri nõ debet.ibi.q.vj.nu.27. c.37
Delictũ patris,quo in ſeruitutem redigit',filijs poſtea natis duntaxat nocere præſumitur, ibi.nu.2.q.vij. char.38
Delictum magnũ a paruo dignoſcitur,ex pœnę qualitate,ibi.q.xj.nu.5. char.42
Delictũ vniuerſitatis niſi notoriũ & famoſum eẽ põt.Nic. Boe.de ſedit.q.vij.ſub n.3.c.55
Delictum per x.homines cõmiſſum poteſt dici notoriũ, ibi.nu.4.
Deliberatio conſilij nõ requiritur in delicto conſiſtente in omittendo,ibid.nu.9. c.56
Deportatio nil aliud eſt quã omnium bonorũ publicatio,ibi.ſub nu.30. char.58
Delictũ corã Iudice ꝓ tribunali ſedẽte cõmiſſum,nullã aliã ꝓbõnẽ exigit. ibi.n.37. c.59
Delicti ęſtimatio nõ debet ex poſt facto creſcere.Odof.de percuſsio.nu.14. char.63
Delicta an inſtrumẽtis probari poſsint.Gũdiſ. de hære.q.xiij.nu.20. char.148
Delegato ad vniuerſitatẽ cauſarum poteſtate cõceſſa,non vr ẽt in illis cãis abdicata ptãs ordinarij,Gũdiſ.de hęr.q.vij.ſub n.9.c.140
Delegatus ab Epiſcopo,vel capitulo,ſede vacãte,põt de hæreſi cognoſcere, modo quadragenarius ſit.ibi.nu.12. char.ea.
Delegatus Iudex licite põt eſculenta,& poculenta accipere.ibi. q.viij.nu.9. char.142
Delegatus ab Epiſcopo,vel capitulo, vacãte ſede,aut ẽt ab inquiſitore, an poſsit hęreticũ perſonaliter capere.ibi.q.xj.nu.9.c.145
¶Demõ põt hominẽ de loco ad locũ portare,

Source : BIU Cujas

Ioan.Fran.Ponzi,de lamijs.nu.40. c.70

Demones qui aliquẽ ad peccandũ induxerũt contra naturã, abhominãtes fugere eſt credendum.ibi.nu.64. char.73

Demones inuocare,& ab eis reſponſa petere an ſit hæreticum,ibi.nu.66. char.73

Demones ſanguinem amare dñr, Ghirlan.de ſortile.q.ij.ſub nu.9. char.83

Demones euocati veniũt,certis tẽporibus,ſignis carminibus,& ritibus obſeruatis,ibi,q.iij.nu.7. char.85

Demones reſponſa prebere ſolent maleficis, ſeu ſortilegis,ibi.nu.10.

Demon quare ſortilegis ſuadeat ſacramentorum abuſus effectus aliquos mirabiles parere.ibi.nu.22. char.87

Demones per artes magicas aduocati cõpare re coguntur inuiti, ibi.nu.23.

Demon mente mulieris per infidelitatẽ capta in diuerſas perſonarum ſpecies ſe transformat coram illa.ibi.q.vij.nu.2. char.95

Demones deferre hoies corporaliter de loco ad locũ motu veloci eſt ipoſsibile.ibi.nu.3.

Demones apparẽtias & mille rerũ ſpecies intellectui humano repreſentare pñt.ibi.nu.5

Demones ſcdm ipſorũ naturalẽ virtutẽ multa facere poſſunt,quę nõ faciũt,diuina eos reprimẽte prouidẽtia,ib i.nu.14. char.97

Demones per virtute ſuã adeo vehementẽ & acutã operãtur quędã quæ a nobis miracula putantur, & non ſunt.ibi. c.16. char.ea.

Demones in nobis dupliciter operari poſſunt ſub eo.nu.

Demones permittẽte Deo in forma corporali poſſunt hominẽ vere & realiter de loco ad locum transferre,eo.nu.

Demones i nobis mirabiliter operari poſſunt qui dupliciter.ibi.nu.38. char.103

Demones cõtra iuſtitiam humanã vires ſuas nequeunt extendere,ibi.nu.39.

Demon maleficis, ſiue ſortilegis vtitur tanq̃ inſtrumentis ad nocendũ corporibus humanis.Ghirlan.de ſortile.q.viij.nu.1. c.104

Demon nõ põt hominem in aliam transformare ſpeciem,ibi.nu.2.

Demon quę, & qualia in cognitione habeat a naturali potentia.ibi.q.x.nu.3. char.105

Demonis ſuffragium inuocare ad ſciendum vel faciendũ ex quæ ſoli Deo cõpetunt eſt hæreticũ,ibi.nu.19. char.108

Demonũ diuinationes & reſpõnſa euitanda ſunt,ẽt ſi vera prędicent. Gũdiſal. de hære. q.ix.nu.8. char.143

¶Denũciatio euãgelica ad pœnitẽtiã tm̃ agit, nõ ad pœnã.Bonicon.de accuſa.nu.8. c.9

Denũciatio euãgelicha & canonica quid inter ſe differat.ibi.nu.12. char.10

Denũciatio priuata quæ ſit,ibi,nu.16. c.ea.

Denunciatio euangelica requirit q̃ denũciãs ſit ſine macula.ibi.nu.19. char.ea.

Denũciato regularis q̃ ſit ibi.nu.20. char.10

Denũciatio clamoſa, & frequens an ſufficiat contra.cõſtitutũ indignitate,ibi.nu.45.c.13

Denuuciãs prelatũ,an debeat ab eccleſia expenſas habere.ibi.nu.53. char.13

Denunciare qui tenẽtur, ſi in probatione deficiant an puniatur, Pau.Ghirlã.de relaxa. carce.nu.7. char.311

Denũciationis aduerſus hereticos q̃ forma ſit. Gundiſal.de hære.q.x.nu.6. char.144

Denunciatio nequaquã fieri debet, ſi crimen ita occultum ſit vt probari nequeat,ibi.numero 7.& 8.

¶Deus per artẽ demonis multa cõtingere pmittit.Io.Frã.Ponzi.de lamijs.nu.41. c.70

Deo ſoli reſeruata q̃ ſint, nec vlli pmiſſa creature,Ghirlan.de ſortile.q.x.ſub nu.1.c.105

Deus Acherõ in breuibus adijci ſolitũ, an ſit verbũ diabolicũ.ibi.q.xj.ſub nu.14. c.109

Deo mamone ſacrificãtes,vt fiant diuites,qualiter puniantur.ibi.nu.25. char.112

Deus cur ſinat tot hæreſes eſſe, & tantorum hereticorum animas in Inferno mergi.Gũdiſal.de hære.q.iiij.nu.5. char.137

Deus qñq; quæ a Demonibus predicatur euenire ſinit.ibi.q.ix.nu.9. char.143

¶Deportandus eſt qui filiũ ad militiam delectum debilitat,vt inhabilis fiat. Placen. de accuſa.titu vj.nu.24. char.8

Deprehenſus in aliqua hæreſis ſuſpitione qualiter puniatur.Pau. Ghirlã.de hære. q.viij. nume.1. char.134

Determinãs ad plura determinabilia relatũ pariformiter illa determinare debet.Ghirlã.de ſortile.q.xij.nu.9.& 16. c.113.& 114

¶Diabolus quoad põt fidei noſtre reſiſtere nititur,& eam impugnare,Ioã.Fran.Ponzini. de lamijs.nu.42. char.70

Diabolus ſummopere ab hoibus adorari cupit,atque vt adoretur nullũ non mouet lapidem. Ghirlan. de ſortile.q.iij.nu.6. c.85

Diabolus an ſit futurorũ preſcius, ibi.nu.11.

Diabolus plus timet ſignũ crucis quã cetera omnia,ibi.q.v.ſub nu.4. char.89

Diabolus ante Chriſti aduentum duas manus habere dicebat,ibid.

Diabolus ſub diuerſis inſtrumentis,& figuris, docet ſortilegos diuerſa cõmittere flagitia. ibi.nume.11. char.90

Diabolus rerum naturalium & ſecretorum naturæ maiorẽ habet cognitionem quã omnes ſimul homines.ibi.q.vj.nu.2. char.91



Source : BIU Cujas

Diabolus qualis in ſua conditione fuerit, & qualis poſt lapſum, ibid.nu.3.
Diabolus p̃teritorũ aut p̃ſentiũ occultorũ homini incognitorũ optimum eſt interpres, ibidem numero 5. char.ea.
Diabolus furta, adulteria, & cętera quęq; vitia quamq; occultiſsima cognoſcit, ibidem ſub eod.nume.
Diabolus rerũ principia cognoſcit, cui magis nota eſt virtus cauſarum naturaliũ quam hominibus, ibi ſub.nu.6.
Diabolus quare q̃n̄q; futura pręd icit ex certa ſcientia quã non habet ipſe.ibi.nu.7. c.92
Diabolus imbutis artibus magicis reuelat, alias cognitu impoſsibilia, ibi.nu.9.
Diabolus nulla capitur obliuione, aut ignorãtia rerũ naturalium, aut ſecretorum naturę, ibid.nume.10.
Diabolus, elementorum, metallorũ, lapidum, herbarũ, plantarũ, reptiliũ, auium, piſcium, & motum cœli notitiam habet, ibid.nu.10.
Diabolus in omnibus artibus liberalibus, omniũ hominũ eſt lõge doctiſsimus, ibi.nu.11.
Diabolus ex quibus rebus mixturas, aut cõpoſitiones faciat, ibidem.
Diabolus quędam in puluerem, & quædã in pinguedinem redigere docet ad facienda ſortilegia, ibi.nu.12.
Diabolus quare a Deo p̃mittatur adeo inhoneſte res diuinas deturpare, ibi.nu.19.c.94
Diabolus hoc vnũ maxime optat, vt ab hominibus adoretur. Ghirlan.de ſortile.q.vij. numero 9. char.96
Diabolus Chriſtum aſſumptum detulit in ſanctam ciuitatem, ibi.nu.18. char.98
Diabolus virgas ligneas in veros dracones conuertit.ibi.nu.22.
Diabolus reducẽs ſtrigas a ludis Demonũ, ſi ſonũ cãpane pro Aue Maria audierit, cogitur eas in loco dimittere, ibi.nu.30. c.101
Diabolus eorũ mortẽ quos habet ſubiectos optat.ibi.q.ix.nu.2. char.104
Diaconus rebus ſacris abutens quãto tẽpore excõicatus ab altaris miniſterio ſit ſuſpenſus. Ghirlã.de ſortile.q.xvj.nu.3. char.117
❡Dies vtiles qui dicantur. Placen.de accuſa. titu.iij.nu.8. char.4
❡Dictio, ſtudioſe ĩ delictis, malũ aĩum ſignificat. Nico.Bohe.de ſeditio.q.vij.nu.35. c.59
Dicto vltimo teſtis ſtatur in crimine hęreſis, Io.Frã.Põzi.de lamijs, ſub.nu.84. char.75
Dictiones, continuo, mox, & ſimiles, quãdoq; ſpatium tẽporis admittunt. Pau. Ghirlã.de hære.q.v.nume.16. char.131
Dictãte ſtatuto q̃ bãnitus ꝓ amputatione mẽbri poſsit occidi. An bannitus pro amputatione digiti cõprehẽdatur ĩ dicto ſtatuto, & ibi de alijs membris, & de membro arido. Nel.de S.Gemi.de bannitis.nu.51. c.248
Dictũ teſtis validius dr̃ cũ tortura factũ q̃ ſine. Fran.Bru.de Indi.& tor.nu.16. c.338
❡Differẽtia inducẽda nõ eſt inter Ius Cano. & Ciuile niſi expreſſe tex. reperiatur. Ioã. Nic.Arela.de hęre.no.xliij.ſub n.4.c.124
❡Dignitatis vel cõditionis ratio attẽditur in pœnis, Placẽ.de accuſa.tit.ij.nũ.5. char.2
❡Directe, & principaliter quæ dicãtur ad fidem pertinere, & quæ indirecte, & ſecũdario. Gundiſ.de hære.q.j.nu.2. char.136
❡Diſputandum non eſt de iuris apicibus, cũ de bona fide agitur. Bonicon. de accuſa. numero 9. char.9
Diſpoſitio odium irrationabile cõtinens, nullatenus extendi debet. de cri.læſæ maieſta. Incer. Autho.q.v.nu.2. char.31
Diſpoſitio pœnalis reſpectu delinquentis eſt reipubli.fauorabilis, reſpectu vero filiorũ continet odium, ibi.nu.13.
Diſpenſationes odioſæ non ſunt ampliande, licet bene fauorabiles.ibi.q.x.nu.5. ch.41
Diſpoſitio.l.trãſigere.C.de trãſa. nõ procedit in delictis cõmiſsis aduerſus Dei maieſtatẽ Ioan.Nico.Arela.de hæreticis no. viij.ſub numero 2. char.120
Diſpoſitio l.is cui bonis.ff.de verb. obli.non procedit in hæretico.qui ẽt contrahẽdo nõ poteſt ſuã conditionẽ meliorem facere.ibi. not.xliij.nu.1. char.124
Diſpoſitio exceptionũ excluſiua ſuper certa qualitate fundata, exceptiones illi qualitati detrahẽtes, nequaquã excludere vr̃. Gundiſal.de hære.q.xj.nu.3. char.145
Diſputandũ an ſit cũ hæreticis volẽtibus publice diſputare perſiſtendo, & cõfirmando errores ſuos.ibi.q.xxj.nu.1. char.154
Diſputare publice de fide q̃n liceat, latiſsime vbi ẽt quę in tali diſputatiõe ſeruari oportet traditur, ibi.ſub nu.eo.
Diſputãdũ nõ eſt cũ negãtibus principia, q̃o intelligatur, & in q̃bus procedat.ibi.nu.4.
Diſpoſitio quæ a principio inutilis eſt, confirmari non poteſt. Iaco.de Aren. de bannitis numero 39. char.187
Diſputatio an ſit fiẽda ſuper indicijs cõtra teſtẽ habitis, ſicut ſuper his q̃ contra reũ hñr. Franciſ.Brun.de indi.& tortu. nu.15. c.338
❡Diuinationũ quattuor ſunt ſpecies geomantia ſcilicet, hydromãtia, pyromãtia, & aeromãtia, Ghirlã.de ſortile.q.ij.ſub nu.6. c.83
Diuini quare ſit dicti.ibidem.
Diuinatio q̃ fit per ſomniorũ interpretationẽ an ſit ꝓhibita, ibi.q.xj.ſub nu.27. char.111

Source : BIU Cujas

Diuinationes,& ſortilegia qñ dicãtur ſapere hæreſim manifeſtã & quando non. Gundiſal.de hære.q.ix.nu.6. char.142
Diuinatio an faciat indiciũ ad torturã. Frãc. Bru.de indi.& tor.nu.35. char.332
Doctores iuris priuilegiati ſunt ĩ multis Io. Fran.Ponzi.de lamijs.nu.19. char.67
Doctores iuris ciuilis circa quæ verſari dicãtur.ibid.nu.21.
Doctores iuris ciuilis vocari debẽt ad ꝓceſſus, & examinationes inquiſitorum. ibid. numero 66. char.73
Doctor legũ an poſsit ꝓ debito incarcerari. Bald.de carce.nume.4. char.295
Doctores legũ,& aliarũ ſcientiarũ,ꝑſonaliter capi,ad iudicẽ trahi,aut quouis modo vexari non poſſunt.Fran.Bru.de Indi.& tor. numero 23. char.339
Dogma falſum,& a fide extraneum defendens,hæreticus eſt.Paul.Ghirlan. de hære. q.ij.nume.3. char.127
Dolus pro facto accipitur in l.corneiia.Placen.de accuſa.titu.vj.nu.9. char.7
Dolus præſumptus futurus remitti poteſt,nõ autẽ verus.de cri.læſæ maie. Incer. Autho. q.viij.nume.12. char.40
Dolus in quibus criminibus culpę prępondere t.Io.Fran.Ponzi.de lamijs.nu,87. c.75
Dolus,vel factũ cedentis, ceſsionario obeſſe nõ debet.Iac.de Are.de banni,nu.32.c,186
Dominũ eiuſdẽ rei ex pluribuscauſis,eodẽ vel diuerſos tẽporibus cõcurrẽtibus queri nõ põt.de cri.lę. ma. Incer. Auth.n. 19.c.25
Dñs feudi qua lege obligeť ad non priuandũ vaſſallũ feudo, niſi culpa cõuicta.ibi.n.20.
Domũ delicatã habere noſtra nõ intereſt, ne ob id a forẽſibus vexari nos oporteat. Nico.Bohe.de ſeditio.q.j.ſub nu.25. char.46
Dñs Caſtri a præfectis inquiſitioni regſitus, an cogatur hęreticũ in ſuo territorio manẽtem verbaliter citatum,illis tradere.Gundiſal.de hære.q.xj.nu.6. char.145
Domeſtici teſtes admittũtur in probandis his quæ domi geruntur.Paul.Ghir.de relaxa. carcera.ſub nu.3. char.302
Domeſticus non debet torqueri in eum cuius eſt domeſticus.Fran.Brun.de indi.& tortu. numero10. char.337
Domeſtici pro delicto domi cõmiſſo poſſunt torqueri.ibi.nu.38. char.334
Donatio facta per hæreticũ ante damnationem,an valeat,& an poſsit reuocari. Paul. Ghirlan.de hære.q.v.nu.8. char.130
Dos an fiſco applicetur ob vxoris hęreſim. Gundiſal.de hære.q.xv.nu.9. char.149
Dubia in ſpectantibus ad fidem ſunt ad Papam referenda. Ioan.Franciſ.Ponzi.de lamijs.nume.8. char.66
Dubius in fide hæreticus eſt,quod declara & limita quinque modis. Ludo.Care. de hæreti.nume.8. char.162

De littera, E

Ecclesia ſanguinem abhorire dr Pau. Ghirlan.de relaxa.carce,Ibi de pœnarũ compoſitio.nu.5. char.304
Edificiũ radicitus deſtructũ,ſi reedificetur omnino nouum dicitur, de crimine læſæ maie,Incer.Autho.q.ij.ſub.nu.2. c.26
Edificare volentes domos,quid habeant facere.Nico.Boher.de ſeditio.q.j.nu.26. c.46
Effectus conſurgit fortior diſpoſitione legis,cum hominis concurrẽte contractu. de cri.læſæ maie.Incer.Autho,nu,3. char.23
Effectus ſortilegiorũ qualiter cauſari poſsint in corporibus humanis mediantibus rebus ſiue mixtis,ſiue ſimplicibus,Ghirlan.de ſortile.q.vj.nu.1. char.91
Egritudines quę rebus proueniunt naturalibus,per cõtrarias res curari poſſunt.Ghirlan.de ſortile.q.ij.nu.5. char. 83
Egritudines,ſeu morbi quos inferũt malefici nõ ex imaginibus,aut ceremonijs ꝓueniũt ſed ex mixturis, & rebus applicatis naturalibus.ibi.q. vj.nu.18. char.94
Emãſor quis dicatur,& quis fugitiuus.Placen.de accu.titu.vj.nu.6. char.6
Epiſcopus remittere nõ põt offenſam illatã Maieſtati Dei, ideo cũ hæretico trãſigere nõ poteſt.Ioã.Nico. Arela.de hære.not. viij.nume.2. char.120
Epiſcopus an valeat in hæreticũ Inquiſitorẽ procedere, Gundiſal.de hæreti. quæſt. vij. numero 17. char.140
Epiſcopi,& inquiſitioni præfecti ſunt,diſtricte aduerſus ſuſpectos de hæreſi procedant nemini fraudoloſe falſo hoc crimen imponant,nihil deniq; gratia,odio,aut lucri cauſa agant,ibi,nu,18.
Epiſcopus hæreſes expurgare negligens,qua pœna puniatur.ibi.nu.19.
Epiſcopus ſi poſsit ſolus,ſine Inquiſitore, & viceuerſa, quid Inquiſitor abſq; epiſcopo. ibi.q.viij.nu,16. char,146
Epiſcopo an liceat armatos miniſtros habere pro ſuæ iuriſditionis executione, ibi.q. xj. numero 16. char.146
Epiſcopus ſup adulterio,& minoribus criminibus diſpenſare põt,ne deponať Clericus Paul. Ghir.de pœn,omni.coi.nu.3. ch.419
Epiſcopus in quibus caſibus,& de quibus criminibus diſpenſare poſsit.ibi.nu.4.
Epiſcopus cũ clerico diſpẽſare poteſt in ſtu



Source : BIU Cujas

pro, fornicatione ſimplici & alijs minoribus criminibus, ibi, nu. 5. char. 422
Epiſcopus notorius homicida nõ deponitur abſque ſententia de cri. læſæ maieſt. Incer. Autho. nu. 23. char. 26
Error præſumitur quando aliud in referente quam in relato reperitur. de cri. læſæ maie. Incer. Autho. q. vj. nu. 16. char. 36
Errãs in ſacramẽto Euchariſtie hereticus eſt. Pau. Ghir. de hære. q. ij. nu. 2. char. 127
Errant qui fidẽ Chriſti humanis rõnibus fundare nituntur. Gundiſal. de hæreti. q. xxj. numero 5. char. 155
Euentus ſpectatur, ſi de puniẽdo crimine agatur. Placen. de accuſa. ti. vj. nu. 8. char. 7
Examinatio teſtiũ in crimine hæreſis põt alij committi. Io. Fran. Ponzi. de lamijs ſub numero 84. char. 75
Examinationi teſtiũ contra hereticos due religioſe perſone, itẽ publicus Tabellio adhiberi debẽt. Gũdiſ. de here. q. xiij. n. 18. c. 148
Examinatio, & tortura fieri põt diebus feriatis cõtra latrones famoſos. Ibi de abſolutione inocentis, ſub nu. 2. char. 301
Exceptio nullitatis ſnĩe executionẽ impedit. Gundiſ. de here. q. xix. nu. 7. char. 152
Exceptio banni perſone cohęret, & illã non egredit. Iac. de Are. de bãnni. ſub n. 32. c. 186
Exceptio quæ obſtat cedenti, an ceſsionario obſtet, ibi. nu. 33.
Exceptio ǭlibet in crimine læſæ maieſt. ceſſare debet. Frã. Bru. de Indi. & tor. n. 24. c. 339
Exceptiones aduerſus excuſatorẽ que opponi poſsint. Ant. de cana. de excuſa. n. 10. c. 15
Excõmunicatio obſtat exceptio excõicationis, ne ſpoliatus reſtituatur. Ioan. Nico. Arela. de here. not. j. nu. 3. char. 118
Excommunicatus agit ad vxoris reſtitutionẽ hæreticus nequaquam, ibi. nu. 4.
Excommunicatus ex quacũq; cauſa ẽt ciuili, perſiſtẽs per annũ in excõicatione habetur ſuſpectus de hereſi. ibi. not. xlj. nu. 1. c. 124
Excõmunicatus per annum preſumitur male ſentire de articulis fidei. ibi. nu. 2.
Excõmunicationẽ per annũ ſuſtinẽs, an poſſit vt hereticus condemnari. Pau. Ghirlã. de hære. q. viij. nu. 4. char. 134
Excõmunicationis ſnĩa qũo ferri debeat. Et quid ſeruandũ per excõicatorẽ poſt latam ſnĩam, ſi requiratur ab excõicato exemplum. de modo proceden. contra Apoſta. numero 9. & 13. char. 182
Excuſator quis ſit, & qualiter diffiniatur. Anto. de Cana. de excuſa. nu. 1. char. 14
Excuſatoris quale officium. ibi. nu. 2.
Excuſator ſine mandato, an poſsit eſſe minor etiam & mulier. ibi. nu. 3.
Excuſator ſine mandato ad quid admittatur, & quando. ibi. nu. 4. & 5. char. 15
Excuſationũ triplex differẽtia, ſub. nu. 3. ibid.
Excuſator quid differat a procuratore, defenſore, & nuncio. ibi. nu. 7. char. 15
Excuſator nomine cuius verba cõcipere debeat, ibi. nu. 8
Excuſator nũquid procuratorẽ poſsit conſtituere. ibi. nu. 11.
Excuſator, cauſæ quas allegare habet quomodo intelligende, ibi. ſub nu. 2. char. 14
Excuſator ſine mãdato qũo innocentiã proponere poſsit. Anto. de Cana. de excuſa. ij. parte nu. 1. char. 16
Excuſator nunquid poſsit a grauamine, ſeu ſententia appellare, ibi. nu. 4. char. ea.
Excuſator poſt latã ſententiã comparẽs, vtrũ poſsit a ſnĩa appellare, ibi. ſub eo. nu.
Excuſator appellans pro eo qui ad ſuppliciũ ducitur nũquid poſsit ſine mandato proſequi appellationem, ibi. nu. 5.
Excuſator abſentis quas excuſationes meri facti poſsit allegare, ibi. nu. 7. & 10. c. 17
Excuſator abſentis qui metu ſupplicij aufugit, nunquid admittendus, ibi. nu. 9.
Excuſator abſentis petens terminũ citationis prorogari, vt abſentẽ inueniat, quem neſcit vbi ſit, nũquid audiendus, & quid ſi dicat ſe non inueniſſe, ibi. nu. 14. & 15. char. 18
Excuſator allegãs impedimentũ facti precisi, nunquid audiendus, ibi. nu. 21.
Excuſator nunǭd poſsit allegare eius abſẽtiã cõtra quẽ petit ſnĩe executio. ibi. n. 25. c. 19
Excuſator in cã capitali an ſatiſdare debeat de pſentãdo, finita abſentię cã, ibi. n. 22. c. 18
Executio aduerſum dãnatos hereticos qualiter fiat. Gundiſ. de here. q. xix. nu. 1. c. 151
Executio ǭd ſit. Pau. Ghir. de relaxa. carcera. q. j. nu. 1. char. 297
Executio pœnarum corporalium, quare publice fieri debet. ibi. nu. 3.
Executio i cauſis criminalibus, an ſtatim fieri debet poſt ſnĩam latã, ibi. q. ij. n. 1. char. 297
Executio an fiat in cauſa criminali ex cõfeſſione ſola abſq; alio proceſſu, & ſententia. Frã. Brun. de Indi. & tortu. nu. 29. char. 348
Exheredatio per prẽm facta eo ipſo extinguitur, & reuocatur, cũ cã illius inductiua remouetur. de cri. lęſę maieſt. Incer. Autho. q. iiij. nume. 6. char. 29
Exhibitione denegata, qñ poſsit inqſitus licite appellare. Bonicon. de accuſa. n. 39. c. 12
Exilium quotuplex ſit. Placen. de accuſa. titu. vj. nu. 26. char. 8
Exiliũ quibus irrogetur, vel ad tẽpus, vel in

Source : BIU Cujas

perpetuum,ibi,nu.25. char.ea.

¶Expilatores dicuntur fures atrociores a furibus aliis qualitate diſcreti.Placen.de accuſa,titu.vj.nu.7. char.7

Experimēta ſermonũ verorũ cũ rebus ſenſatis cõcordare debent,Ioan,Fran.Ponzi,de lamijs.nu.46. char.70

¶Extenſio paſſiua equiparatorũ locũ nõ habet in pœnis ipſo iure impoſitis.de cri.lęſę maieſt.Incer.Autho.ſub nu.14. char.25

Extenſio in correctorijs,nullo modo fiēda,ēt ex identitate rationis.ibi.nu.21. char.ea.

Extēſio ex paritate rõnis nõ fit in pœnis ipſo iure inflictis.ibi.q.v.nu.12. char.33.

Extēſio & ſi ꝓhibita ſit,ſi tñ ratio expreſſa ſit in lege,fieri põt.ibi.q.x.nu.4. char.41

Extēſio ex idētitate rationis, ēt in pœnalibus licita eſt,vbi in lege ratio expreſſa eſt.Gundiſal.de hęre.q.xiij.nu.17. char,148

De littera, F.

FAcies hominis pulchritudinis cœleſtis inſtar formata,nõ eſt pro crimine maculanda. Placen. de accuſa, titu. vj. numero 31. char.8

Facundia oratorũ qualē habeat officiũ.Ioan. Fran.Ponzi.de lamijs.nu.27. char.68

Factũ aliquid eſſe non præſumitur,niſi probetur.ibi.nu.45. char.70

Facta per artē diaboli vera non cēſentur,ſed fantaſtica ibi.nu.47. char.71

¶Facultas omnis legitimę defenſionis inquiſito reſeruatur,Bonicõ.de accuſ.n.47.c.15

¶Fama qñq; minuitur ex genere pœne.Placen.de accuſa.titu.ij.ſub nu.13. char.3

Fama publica a fide dignis orta perſonis, indiciũ ad torturã tribuit. Guid. de Suza.de indi.& tortu.n.42. char.317

Fama ſola cũ vno indicio ſufficit, vt torturæ quis ſubdi poſsit,Fran.Bru.de indi. & tor. numero 32. char.331

Fama bona theſaurus ineſtimabilis, & lilium ſuaue perolens.ibi.ſub.nu.2. char.334

Fama duplex eſt,quędã homini inherens,altera vero inter homines.Pau.Ghir.de qõ. & tor.q iij.nu.3. char.402

Fama homini inherens quæ dicatur. ibid,

Fama inter homines dicitur rumor, ſeu dictũ gentiũ, ſeu vulgi,ex opinione imaginaria procedens.ibi.nu.4.

Fama iã ꝓbata,num poſsit ꝓcedi ad qõnem. Amber.de Antra.de qõ.& tor.nu.20.c.412

Fama qd in maleficijs operet,ibi.nu.26.c.413

¶Febris qualis morbus ſit,& vnde ꝓueniat, Ghirlã.de ſortile.q.vij.ſub nu.5. char.96

Febricula leui laborãs nõ excuſatur quominus teneatur cõparere citatus,Pau,Ghir,de quæſtio.& tortu.q.iiij.nu.7. char.404

¶Fœmina quare prius torqueri debeat q̃ maſculus.Guid.de Suza.indi,& tor.n.23.c.315

¶Ferula i pueris cenſet quędã torturã,Guid. de Suza.de Indi.& tor.nu.7. char.314

¶Fetus in vtero matris intra quantũ tempus formari cenſeatur,Ghirlã.de ſortile.q.xiij. ſub nume.3. char.115

¶Feudũ ea conceditur cõditione,vt vaſſallo feloniã committēte reſoluatur,de cri. læſæ maie.Incer.Autho.nu.4. char.23

Feudũ ipſo iure ob feloniã nõ reuertitur ad dominũ,culpa per ſententiã nondum cõuicta,ibi.nu.9. char.24

Feudũ ob crimē læſæ maie. ipſo iure non reuertitur ad dominum,ibi.nu.8.

Feudũ an dicatur nouũ,vel antiquum , ſi vaſſallus feudo priuatus ipſum recuperat de crimi.læſæ maieſta.Incer. Autho. quæſt.ij. nume.1. char.26

Feudũ iuxta principis voluntatē regulari debet,ibi.ſub nu.3. char.ea.

Feudũ ꝙ reſtituit ex quadã ſubrogatione antiquũ eſſe cenſetur,ibi.nu.7. char.27

Feuda quo ad alienationē ad inſtar rerũ patrimonialiũ ſunt reducta.ibi.nu.8.

Feudi natura alteratur per verba pro te & ſucceſſoribus &c.de cri.læſæ maieſt.Incer. Autho.q.iiij.nu.13. char.31

Feudo ad dominũ ex mora vaſſalli reuerſo,ſi dñs eũ recipiat ad iuramentum fidelitatis pręſumitur motæ ingratitudinē remiſiſſe. ibi.q.xij.nu.5. char.42

Feudalia,& emphyteotica bona,an damnato hæretico veniãt fiſco applicãda, Gundiſal. de hære.q.xv.nu.8. char.149

¶Fictio quid proprie dicatur.Pau.Ghirlã.de quæſt.& tor.q.iij.ſub nu.7. char.402

¶Fides principaliter in chorde,& ſecũdario in ore conſiſtit idem dicito in hæreſi, Gundiſal.de hære.q.j.nu.5. char.136

Fideicõmiſſum ꝙ ſemel ꝓ cõfiſcationē extinguit an reuiuiſcat ſi reſtitutio ſequat.de cri. læſę maie.Incer.Autho.q.iiij.nu.1. char.29

¶Filius,matrem de partu ſuppoſito accuſare põt,Placen.de accuſa,nu.10. char.1

Filius & libertus iure mariti tantum accuſare poſſunt,ibi.titu.iij.nu.3. char.3

Filio capti ab hoſtibus ante patris redditum obeunte,fingitur pr̃ reuerſus retro filiũ habuiſſe in poteſtate.de cri.læſæ maie. Incer. Autho.q.iiij.nu.9. char.30

Filia nõ cēſetur cõprehenſa ſub filiorũ exheredatione, ibi.q.v.nu.5. char.31

Filius eſt portio quędã corporis paterni, ſed & eadem caro dici põt,ibi.q.v,nu.14 .c.33



Source : BIU Cujas

Filius & nepos eadẽ perſona cenſetur. ibi.q. vj.nume.26. char.37
Filius pro patre puniri non debet ſecundum legem nature.ibi.q.viij.nu.6. char.39
Filij legitimi efficiuntur per oblationem curie.ibi.nu.9. char.40
Filius cui princeps conceſsit, vt non obſtante primo delicto ſuccedere poſsit in oĩbus iuribus &c.an poſsit extraneis ſuccedere de cri.lęſę maieſt.Incer.Autho.q.x.nu.1. c.41
Filij non puniuntur ob crimen lęſæ maie.a parentibus commiſſum.Nico.Bohe.quæſt.vj. numero 12. char.53
Filij hæreticorum liberantur a patria poteſtate, Ioan.Nicol.Arela.de hæreti.nota. xiiij. numero 1. char.121
Filij hæreticorũ puniũtur ob delicta parentũ. Pau.Ghir.de hære.q.iij.nu.4. char.129
Filij ex coitu damnato, nati, omnis ſucceſsionis ſunt incapaces.ibi.nu.5.
Filij hęreticorum catholici, & orthodoxi, an poſsint parẽtibus ſuccedere. ibi.quæſt. iiij. numero 1. char.129
Filij hæreticorum, nec in danario ſuccedere poſſunt.ibi.nu.2.
Filijs hęreticorum qua pœna irroganda ſit, & quæ filijs fautorũ, & receptorũ.Gundiſ.de hære.q.xxiij.nu.1. char.157
Filius hæretici an ipſo facto perdat eccleſiaſticum beneficium, ibi.nu.2.
Filij ſimplex appellatio in caſu rõnabilis odij etiam naturalem comprꝺhendit.ibi.nu.4.
Filius ſi in magiſtratu ius iniquum ſtatuit, ob qđ et obſt.exceptio, patri tamẽ non obſtabit.Iaco.de Arena de banni. nu.31. c.186
Filiusfami.incarcerari poteſt, & cedere bonis Bal.de carceri.ſub nu.4. char.295
Filij ex nuptijs inceſtis nati, an ſuccedant in bonis parentum.Pau.Ghirl. de pœn.omni. coi.nume.8. char.419
Filij inceſtuoſi, & ex coitu damnato nati, nedum ſucceſsionis, ſed & alimentorum ſunt incapaces.ibid.
Filij presbyterorum progeniti poſt ſuſceptos ordines dñr inceſtuoſi.ibi.nu.3. char.432
¶Finis cauſę nõ attẽditur in materia torturę. Pau.Ghir.de qõ.& tor.q.vij.nu.7. c.408
¶Forenſis licet conſpirationẽ a populo factã ſciuerit, non tamen punitur.Nico.Bohe.de ſeditio.q.vj.nu.3. char.52
¶Forma abiurandi hæreſim quæ ſit. Gundiſ. de hęre.q xx.nu.7. char.154
Forma ſententiæ contra abiurantes.ibi.nu.9.
¶Fornicatus cũ nouerca, nuru, ſocru, priuigna, aut ſimili perſona qua ſit afficiẽdus pœna.Paul. Ghirlan.de pœn.omniſ.co.q.v. numero 1. char.421
Fornicatio cõmiſſa cũ muliere ſoluta, & impudica, qua puniat pœna.ibi.q.ix.n.1.c.425
Fornicatio an ſit genus quoddã, diuerſas ſub ſe continens ſpecies.ibi.nu.2.
Fornicans ſcienter cũ meretrice ſibi agnata, pœnam non euadit inceſtus. ibi.nu.4.
¶Fortitudo qñ dici poſsit.Nico.Bohe.de ſeditio.q.j.nu.18. char.45
¶Forum ẽt quis ſortitur ratione perſonę ſuper rebus alibi ſitis Gundiſal. de hæreti.q. xv.nume.7. char.149
¶Fratri carnali hæretico an potius ſubueniẽdum ſit, ꝗ̃ extraneo catholico.Ioan.Nico. Areia.de hære.not.xij.nu.1. char.122
¶Frequentiã quot vices inducãt, Bonicõ.de accuſa.ſub nu.45. char.13
¶Fuga ante incarcerationem, an faciat criminis probationem.Pau.Ghir.de relaxa.carce.Ibi de fuga incarcerati.q.j.nu.1. c.309
Plena probatio an inducatur ex fuga. ibi.
Fuga qñ in delictũ computatur. ibi.nu.3.
Fuga quandoque ad probationẽ alterius criminis inducitur.ibi.nu.4.
Fuga officialis publici quid operetur, ibidem numero 5.
Fuga ſolum nonnunquã in criminalibus plenam facit probationem.ibi.nu.6.
Fuga eius qui carceribus fractis aufugit, plenam probationem facit.ibi.nu.7.
Fugitiuus non præſumitur, qui ſtatim ſponte ſua reuertitur.ibi.nu.8.
Latitans in domo an dicatur fugiſſe, ibi.
Fugiens præſentiam Iudicis ſeuientis nõ punitur.ibi.nu.10.
Fugiẽs ex camera, vel palatio poteſtatis, i qua detinebať, pro confeſſo hr̃.ibi.nu.13. c.310
Fugitiui an ſint ad ſententiam audiẽdam citandi, ibid.
Fugiens de licentia cuſtodis, non habetur pro confeſſo.ibi.nu.15.
Fugiens ex carcere priuato, non habetur pro confeſſo.ibid.
Fuga qñ indiciũ ſufficiẽs prebeat ad torturã Guid.de Suza.de indi.& tor.nu.40. c.317
Fuga non facit indiciũ vt quis poſsit ſubijci quæſtioni, ſi poſsit aliqua probabili cauſa velari.Fran.Bru.de indi.& tor.nu.8. c.329
Fuga ſola propter proceſſum initiatum nõ facit indicium.ibi.nu.9.
Fugiẽs de carcere per oſtiũ carceris apertum, nõ eſt pro cõfeſſo habẽdus, ibi.nu.10.
Fuga inculpati, & reperti cũ mucrone madefacti cruore, vehementiſsimũ præſtat homicidij indiciũ.ibi.ſub nu.6. char.333
Fuga accuſat fugientẽ, & fama hominẽ mala

Source : BIU Cujas

viæ. Amber, de Antra, de queſtio, & tortu. numero 21. char. 413

¶Fur ab abigeo quantitate ſecernitur, Placē. de accuſa. tit. vj. ſub. nu. 7. char. 7

Furtum feciſſe an præſumatur is pœnes quē res ſubtracta reperitur Guid. de Suza, de indi. & tor. nu. 37. char. 316

Furtum a familiaribus, et in domo conuerſantibus factum præſumitur. Fran. Bru. de indi. & tor. nu. 3. char. 328

Fures de ſocijs & receptatoribus iuterrogari poſſint. ibid. nume. 20. char. 330

Fur quidam Romę quibus remedijs cōtra torturam fuerit vſus. Pau. Gril. de quæſtio & tor. q. iiij. nume. 14. char. 405

Fur quandoque ad pœnam torquetur pro leuibus furtis. ibi. q. vij. ſub. nu. 9 char. 409

¶Furca ſuſpenditur, qui aliquē violenter aggreditur. Placen. de accuſat. titu. vj. numero 30. char. 8

¶Futurorum reſponſa vt plurimum ſunt dubia. Grillan. de ſortile. q. v. ſub nu. 1. ch. 80

Futura dupliciter cognoſci poſſunt. ibi. q. vj. nume. 6. char. 91

De litera G.

GAius Gracchus qualem olim excitauerit tragediam. Nico. Bohe. de ſeditio. q. j. nume. 20. char. 45

¶Gandenſes qualem ob nimiam pecuniarum exactione, aduerſus Ludouicum Flanderſium Comitem excitauerint excetram ibi. nume. 33. char. 47

Gandenſes Caroli ſeptimi tempeſtate a ſuo Philippo Burgūdorum Duce deſciuerunt. Ibi. ſub nume. 37.

¶Gladio qui communiter plectantur. Placē. de accuſa. tit. vj. ſub. nume. 15. char. 7

Gladij temporalis exercitium Eccleſiæ denegatum eſſe, quomodo intelligatur. Gundiſal. de hæret. qō. xj. nu. 18. char. 146

¶Gradus primus torturæ quis ſit. Paul. Ghirlan. de qō. & tortu. qō. iiij ſub. nu. 1. ch. 403

¶Gratiæ Principum executionem ſecum trahentes, non indigent alia executione. de crimi. læſæ maieſta. Incerto Autho. quæſt. ix. nume. 3. char. 40

Gratia carere debet impetrata, qui contrauenit contentis in ea. ibi. q. xj. nu. 1. char. 41

¶Guelphis ſua permittūtur ſtatuta, & Gibellinis ſua. Nico. Boher. de ſeditio. quæſtio. v. nume. 6. char. 51

De litera. H.

HEbrei non deferentes habitum diſtinctum ab habitibus chriſtianorū puniuntur Paul. Grilan. de pœn. omniſa, coi. q. xij. nu. xj. char. 431

¶Hæreſis in quo differat a crimi. læſæ maieſt. de cri. le. ma. Incer. autho. q. v. nu. 9. char. 32

Hæreſis equiparari poteſt crimine læſæ maieſta. at non econtrario. ibidem quæſtio. vj. nume. 22. char. 36

Hæreticus cenſetur, qui leui argumento a fide catholica deuiat. Ioan. Fran. Ponzini. de lamijs. nume. 68. char. 73

Hæreticus inquiri poteſt a pluribus. ibidem ſub nume. 74. char. 74

Hæreticus poſt mortem inquiri poteſt a pluribus. ibidem ſub nume. 74

Hæreticus non auditur etiam in valde fauorabilibus. ibidem nume. 77. char. 74

Hæreſim ſapientibus quando detrahendū ſit. ibidem nume. 83. char. 75

Hæreſis quibus caſibus committatur in ſortilegijs. Ghirlan. de ſortile. q. x. n. 18. char. 107

Hæreticus ſpoliatus non reſtituitur, & quare. Ioā. Nico. Arel. not. j. de hære. n. 2. char. 118

Hæreticus poſt pœnitentiam traditus carceri perpetuo ſi inde fugiat dicitur relapſus. ibidem not. vj. nume. 1. char. 119

Hæreticorum collegio, nec cuiq; de collegio legari poteſt. ibi. not. vij. nu. 2. char. 120

Hæreſis ſola voluntate committitur, ibidem not. ix. nume. 2. char. eadem

Hæreticum accuſans dicitur ſuam ſuorumq; iniuriam proſequi. ibid. not. x. char. eadem

Hæretica mulier perdit priuilegium hypothecæ & prælationis. ibi. not. xj. n. 2. char. eadē

Hæreticus inteſtabilis eſt. ibi. not. xiiij. ch. 121

Hæreticus non dicitur qui in dubijs vnā opinionem quamuis falſam eligit, ibidem not. xv. nume. 1. char. eadem

Hæreticus dici poteſt cuius errorem inquiſitores correxerunt, ipſe autem obedire noluit. ibi. not. xix. nume. 1. char. eadem

Hæreticus tenetur edere ad fundandam accuſatoris intentionem. ibi. not. xxj. n. 2. ch. 122

Hæreticus vſucapere non poteſt titulo pro hęrede, quia incapax eſt poſſeſsionis. ibidem not. xxiij. char. eadem

Hæreſis in quam quis lubrico ignorantiæ incidit eſt grauius delictū ꝙ homicidium doloſe commiſſum. ibi. not. xxviij. char. 122

Hęreticum amicū ſi quis admoneat vt fugiat, aut non veniat ad iudicem, audeant puniri. ibidem not. xxix.

Hæreſim abiurans ſi non impleuerit iniunctā pœnitentiam habetur pro relapſo. ibidem not. xxx. nume. 1. char. 123

Hæreticus reuerſus ad fidem, non eſt iterum baptizandus. not. xxxix. nu. 1. char. 124

Hæreticus obligatur in ſui odium, licet nō in fiſci præiudicium. ibi. not. xliij. nu. 3. ch. 124


Source : BIU Cujas

Hæretico pœnitenti parcitur, Apoſtatæ nequaꝗ̃.ibi.not.xliiij.nu.2. char.eadem
Hæretico ſemiplene probanti contra Chriſtianum non defertur iuramentum in ſupplementum probationis, econtra autem Chriſtiano ſemiplene probanti contra hæreticũ ſic.ibidem not.xlvij.nu.2. char.125
Hæreticus eſt qui credit eccleſiã habere duo capita.ibidem not.xlix.nume.1.eodem.
Hæreſis eſt crimen cæteris grauius. Paul.Grilan.de hæreti.nume.1. char.126
Hæreſis quid ſit in ſuo genere ſumpta.ibidem q.j.nume.2. char.126
Hæreſis proprie ſumpta non cadit in iudeo, nec ſaraceno.ibdem nume.3.
Hæreſis ab electione dicitur ibidem nume.4. Et heremita vnde dicatur ibidem.
Hæreſis differt ab apoſtaſia,& ſchiſmate, ibidem nume.7.
Hæreticus quis proprie dicatur, ibidem q.ij. nume.1. char.127
Hæreticus eſt ſemper ſchiſmaticus, ſed non econtrario.ibidem nume.7. char.128
Hæretici omnes Apoſtatæ ſunt. ibidem ſub nume.9.
Hæretici quibus pœnis plectendi.ibidem quęſtio.iij.nume.1. char.eadem
Hæreticus errorem ſuum corrigere paratus, an poſsit veniam obtinere.ibidem quęſt.v. nume.1. char.eadem
Hæretico relapſo non datur venia, conferri tamen poſſunt ſacram.ſi pœnitentiæ appareant ſigna.ibidem q.v.nume.22. char.132
Hæreticis nec inter viuos, nec in vltima voluntate relinqui poteſt.Pau.Grilan.de hære.q.ix.nume.2. char.134
Hæreſis pertinaciam requirit Gundiſal.de hęreti.q.ij.nume.4. char.137
Hæreſis prima poſt Chriſti aduentũ quæ fuerit.ibidem q.iiij.nume.3. char.eadem
Hæreſes cur hodie maiores ꝗ̃ olim ſuboriantur.ibidem nume.4.
Hæretici quibus infidelibus aſsimilentur Gũdiſal.de hære.q.v.nume.1. char.138
Hæreticorum infidelitas maior eſt ꝗ̃ iudeorum.ibidem nume.2.
Hæreſis inſtar Cancri ſerpere dicitur. ibidem q.vj.nume.3. char.139
Hæreticus ad eccleſiam confugiens an gaudeat immunitate. ibidem quæſtio. xj. numero 15. char.146
Hæreſis an per inſtrumenta probetur,& quo modo. Et libri improbatæ lectionis reperti pœnes aliquem an eum hæreticum probent.ibidem.q.xiij.nume.19. char.148
Hæreticus an ſit incendio tradendus, ibidem q.xv.numero 4. char.149
Hæreticorum fautores, & receptatores,qua pœna plectantur. ibidem quæſtio. xvj. numero 1. char.150
Hæreticus ſuper aliquo articulo, ſi abiurauerit,& demum tenent contra articulum, an dicatur relapſus, ibidem quæſtio. xx. numero 6. char.153
Hæreticorum corporibus eccleſiaſtica ſepultura deneganda eſt. ibidem quæſtio. xxij. numero 7. char.156
Hæreticus eſt,qui dubius eſt in fide, quod limita quinq; modis. Ludo. Care. de hære. nume.8. char.162
Hæreticum eſt tenere vſuras eſſe permiſſas. ibidem nume.9.
Hæreticum an ſit,ſi dicatur non poſſe pœnitere eum qui vixit vſq; ad ſenium in peccatis.ibidem nume.13.
Hæreticus an ſit qui credendo hæretico. ibidem nume.20. char.163
Hæreticum an quilibet accuſare poſsit, vbiq; omnes perſone etiam prohibite accuſare poſſunt.Et habes per totum tractatum copioſiſsime diſtinctum de hoc crimine hæreſi,adeo ꝙ omnia hic tranſplantare eſſet potius tedioſum ꝗ̃ vtile. vide ibi. qui incipit ſub char.60.vſq; ad finem.
¶Homicidium quando, & quali pecuniaria pœna puniri poſsit.de crimi. læſæ maieſta. Incer.autho.q.viij.nume.xj. char.40
Homines quatuor gentem conſtituunt Nico. Bohe.de ſeditio.q.iij.nume.j. char.50
Homo abſq; Dei gratia diabolo tentanti reſiſtere non poteſt.Grilan.de ſeditio.quæſt.v. numero 4. char.89
Homicida, maleficus, veneficus,& adulter cõfeſsi, aut teſtibus conuicti, non audiuntur appellantes,Paul.Grilan.de relaxa. carce. q.ij.nume.2. char.297
Homicida debet puniri,ſed qui gladio non feriere, gladio non debent perire. ibid.q.v. numero 1. char.302
Homicidium an omnibus imputetur, ſi tres vnum aggrediantur, ſed vnus tantum feriat,& occidat.ibidem nume.2.
Homicidium ſi vno ictu factum ſit, & neſciatur a quo ex tribus,an omnes debeant condemnari.ibidem q.vj.nume.1. char.303
Homo liber,& in ſe & in alios ex aliquo crimine delatus,torqueri poteſt. Guid.de Suza,de indi.& tortu.nume.82. char.321
Homicidium factum in aliquo loco per quem aliquis ſolitus erat tranſire, qui maleficia conſueuerat perpetrare, præſumitur ab eodem perpetratum eſſe, Fran. Brun.de indi.

Source : BIU Cujas

& tortu.numero 34. char.332
Hominibus vilis conditionis in teſtimonium admiſsis non adhibetur tanta fides quanta aliijs.ibidem numero 8. char.337
Homicidium eſt maius adulterio. Iac.de Are. de q.& tor.nu.7. char.396
Hoſtia ſcripta literis ſanguineis vtũtur ſortilegi ad amorem prouocandum, Grilan.de ſortile.q.iij.nume.20. char.86
Hoſtes adiens, ſeditioni fauens, patriam prodens, viarum aggreſſor, & pupille corruptor morti traduntur. Guiliel.Bont.de pœnis omnifa.coi. vbi enumerat caſus, in quibus pœna mortis ſpecifice a lege eſt impoſita. char.414

De litera. I.

IAnuenſes populares aduerſus nobiles ſeditionem fecerunt aliquando. Nic.Boe. de ſeditio.q.j.nume.38. char.48
Ieiunij indictio tormenti genus eſt. Gũdiſal.de hære.q.xiij.nume.7. char.147
4 calum. l. mater. † Sed ſi reus confeſſus fuerit non vſque pro iudicato habebitur, ſed in carcerem ponetur omnimodo condemnandus. ſi vero abfuit per contumaciã qui non eſt confeſſus, poterit relegari, non tamẽ deportari, vel capite damnari, vt ff. de cuſt. & exhi. reo. l. ſi confeſſus, & ff. eo. l. abſentem, & ff. de requi. re. l. j. C. eo. l. abſentem.
5 † Neque inaudita cauſa quemquam damnari æquitatis ratio patitur, ſed tempus ſtatuetur intra quod ſi non venerit bona annotabuntur, deinde annus expectabitur, intra quem reuerſus, ſi ſe crimine purgauerit, res arbitrio iudicis ſignatas recipiet. anno vero tranſacto innocentiam purgando audietur, bonis apud fiſcum manentibus. Sed eo annotatio ſi per xx. annos bona fiſcus non occupauerit poſtea præſcriptione vel ab ipſo reo vel ab hæredibus eius ſubmouebitur. Quãcunque enim quæſtionẽ apud fiſcum, ſi non alia ſit propria præſcriptio, xx. annorum ſilentio præſcribi diui principes voluerunt, vt C. de requiren. reis l. j. & ij. & ff. de requi. reis. l. ij. & iij. Quidã pro
6 habentur propter † ſexum in publico iudicio accuſare, vt mulier cui interdum permittitur nõ exacta inſcriptione, id eſt, cum crimen perduellionis vel annonæ, vel ſuã ſuorumque iniuriã exequitur, vt ff. eo. l. qui accuſare, & l. certis, & C. ad l. iul. de anno. l. fin §. fin. & l. lege corn. & C. qui accuſ. non
7 poſ. l. de crimine. † Quidam propter etatem vt pupillus, aut propter ſacramẽtum vt miles, quidã propter poteſtatem vt magiſtratus, vt ff. de iniurijs l. nec magiſtratibus, Quidã propter delictũ vt infames, vt C. eo.
8 l. criminis. † Quidam propter turpẽ quæſtũ, vt qui pecuniam ob accuſandũ vel non accuſandum accepit, vel duos reos ſubſcriptos habet, vel eiuſdẽ delicti eſt particeps, vt ff. ad l. iul. repe. l. eaſdẽ. §. j. & ij. quidam propter ſuã conditionẽ, vt filius ẽt libertus, vel de pari, vel maiori crimine accuſatus,
9 vt ff. de publica. l. is qui. † Excepta muliere cui lenociniũ obijcere marito permittitur, ẽt eo excepto qui ſuam ſuorũque iniuriam exequitur, ſicut ẽt is prohibetur qui a prima ætate in domo vixit licet vt ingenuus, vt ff. ad l. iul. de adult. l. j. Necnon & frater qui ſi capitale crimen intendat, non ſolum non eſt audiẽdus, ſed etiam exilij pœna plectendus, vt ff. ad l. pompe. de parri. l. frater excepto crimine adulterij & parricidij, de facto tamen parentis vel patroni ſuarũ rerum defendẽdarũ gratia, queri nõ prohibẽtur, veluti ſi dicant vi ſe a poſſeſsione expulſos. ſ. non vt crimen in eis intendant ſed
10 vt poſſeſsionem recipiant. † Nam & filius non quidem prohibitus eſt de facto matris queri, ſi dicat ſuppoſitum ab ea partũ, quo magis cohæredem habeat. ſed eam reã lege corn. facere permiſſum ei non eſt, vt ff. eo. l. hi tamen. Alij propter ſuſpitionem calumniæ, vt illi qui falſum teſtimonium ſubornati dixerunt. Alij propter paupertatẽ,

Source : BIU Cujas

vt ſunt qui minus quinquaginta aureis ha-
11 bent.†Hi tamē omnes,ſi ſuam iniuriā, mor temue propinquorum exequantur ab accuſatione non excluduntur, ſed ſi quidē plures venient iudex idoneiorem eligere, debet,ꝙ erit æſtimandum ex dignitate, & ex eo ꝙ intereſt, dū tamē caueat ne ob id crimen pluribus legibus reus fiat,ne ve de eodem ſæpius accuſetur non ſolum ab eodē ſed nec ab alio,niſi ſua intereſſe, ſeſeque accuſationē inſtitutam ignoraſſe docuerit,vel ſi ſciuit priorem præuaricatam docebit, vt ff.eodem l.ſi plures.ff.de ſepul. vio.l. iij.ff. de libe.ho.exhi.& ff.eod.l. ſenatus, & l. ſi
12 cui.†Sunt tñ quædā crimina in quorum delatione perſonarū delectus non habetur,cū & ſerui aduerſus dominos audiantur,vt crimina maieſtatis, & falſe monete, & legis cornelie,arctioris annone populi Romani, de falſis cum ſuppreſſas tabulas teſtamenti quæruntur, in quibus libertatē ſibi relictā aſſeuerant, vt C. de epiſ. & cle.l. ſi quis.ff. de iu.l.vix. & ff. ad l. corn. de fal.l. nullo.
13 †Sunt autem crimina quæ notoria appellā tur quorū accuſatio nō expoſcitur, ſed per officiales præſidibus nuntiantur, vt C. eodem l.ea quidem. Accuſare licet vſque ad xx.annos a die commiſſi criminis,excepto crimine iniuriarū ꝙ anno finitur,vt C.ad l. corn.de fal.l.querela,vt C. de iniu.l. ſi non conuicij.Necnon & peculatus & eo ꝙ aduerſus ſenatuſconſultū apertis tabulis eius, qui de familia occiſus dicitur ab extraneo committitur, quæ quinquennio finiuntur, vt ff.ad l.iuliam pecu.l. peculatus. & ff. ad ſyilan.l. in cognitione. Et exceptis criminibus ex lege Iulia de adulterio vel ſtupro deſcendentibus,quæ ſimili modo quinquēnio finiuntur vt ff.ad l.iul.de adul.l.mariti. .§.præterea. Et exceptio crimine parricidij,& ſuppoſiti partus. & crimine concuſſionis, quod nullo temporis prçſcriptione depellitur, licet ea deceſſerit quæ partum ſuppoſuiſſe contendetur,vt ff.ad l.pompe. de parri.l.fi.& ad l.cor. de fal.l. qui falſam .§.j.& ff.de concuſ.l.j.

## SVMMARIVM.

1 *Criminum multiplex eſt diuiſio.*
2 *Crimina quare publica dicātur et quæ ſint.*
3 *Crimina priuata quæ ſint.*
*Crimina ordinaria quæ dicantur.*
4 *Crimina extraordinaria dicuntur quorum pœna iudicis arbitrio mandatur.*
5 *Dignitatis & conditionis ratio attenditur in pœnis.*
6 *Miles artem ludicram exercens capite plectitur, non autem paganus.*
7 *Crimina quæ puniantur pœna extraordinaria.*
8 *Crimina q̃ publica ſunt et ordinaria ſimul.*
9 *Crimina priuata & ordinaria ſimul quæ dicantur.*
10 *Infamia pro quibus irrogetur criminibus.*
11 *Infamia notatur qui lenocinium fecit aut cum beſtijs depugnauit.*
*Sponſalia bina, aut binas contrahens nuptias infamie nota inuritur.*
12 *Infamia irrogatur ex ſententia damnato a iudice.*
13 *Infamis non ſemper efficitur damnatus.*
*Fama quandoq; minuitur ex genere pœnæ.*
14 *Damnatus ad opus tēporaliū non efficitur.*
15 *Seruitus non inducitur ex delicto.*

## De diuiſione criminum. Tit. III.

CRIMINVM alia publi-
1 ca: alia priuata:†alia nec publica nec priuata. Item alia ſunt ordinaria: Alia publica & ordinaria: alia publica & extraordinaria. Alia priuata, & ordinaria,alia priuata & extraordinaria. Itē alia irrogāt infamiā ex genere de-
2 licti,alia ex ſnia,alia ex genere pœnç.†Hçc ſunt quæ ex legibus publicorū iudiciorum ſunt introducta,ex eo dicta publica,qđ cuilibet ex populo plerūq; executio eorū deſ, vt Iulia maieſta. Iulia de adulte. Cornelia de ſica.& venefi.Cornelia de teſta. Viſcellia de liber.& falſç monetç,Iulia de vi priuata,ſepulchri violati, termini moti, Iulia ambitus,& crimē ſuſpecti,raptus,& prçuaricationis.interdū,Iulia repetundarū & Fauia de plagiarijs,Iulia de annona, & Cornelia de falſis,vt ff.de pub. iud.l.j.& inſtit. de pub.iud.in prin.C.de fal.mo.l.j.& ff. de ſepul.vio.ff.de ter.mo.l.agraria.C. de rapto. vir.& ff.de p̄uarica. Eū quoq; vel eā q̃ ſeruo ſuo ſe oppoſuit,vel mathematicā artem exercuit,vel militiā deſeruit,vel ꝑ honore pecuniā dedit,vel vt latro itinera frequēta ta īſidijs aggreſsionis obſedit,vel barbaros telis inſtruxit,vel incognitā ante peritiā cō



Source : BIU Cujas

ficiendi naues docuit,crimen publicũ com-
mittere nemo ambigit,vt.C.de mulie. quæ
ſer.pro.ſe iunx.& de math,l.vlt.& C.quã.
liceat vni.ſi.iu.l. opprimendorum. & l.j.C.
quę res expor.l.nemo.& C.vlti.& C.de de
3 penis.l.vlt. †Cętera vero ſunt priuata,ex
ceptis criminibus ſtellionatus, quę nec pu-
blicis nec priuatis iudicijs connumerãtur,
vt.C.de cri.ſtil.& de penis.l.reſpiciendum.

Ordinaria ſunt quorũ pena certa eſt di-
gnitatis ratione habita,vel omiſſa,vt crimẽ
maieſtatis,in quo eſt omniũ æqua cõditio.
In quibus criminibus iudex neque pœnam
augere neq; minuere poteſt,nam vt ait Põ-
ponius,facti quidẽ quæſtio in arbitrio eſt iu
dicantis pœnę vero perſecutio nõ eius vo-
luntati mandatur ſed legis auctoritati reſer
uatur. verumtamẽ legum ſeueritatẽ debet
cum aliquo temperamẽto benignitatis ſub-
ſequi maxime cum minor ætas interuenit.
Quorũ de numero eſt crimen qđ lege Iulia
maieſtatis coercetur,& Iulia de adulterio
& ſtupro, & Cornelia de ſiccarij necnon.
Põpeia de paricidijs,Cornelia de faſſis,Iu-
lia de vi publica, Iulia de vi priuata. Iulia
peculatus.& de reſiduis,& illiciti collegij.
Iulia ambitus,& crimẽ raptus, & falſe mo-
nete & alia plura, vt.C.de adu.l. quãuis.&
Inſti.de publi.cri.ff.ad l.cor.de ſicca.l.eiuſ-
dẽ.C.de his qui paren.occid.l.j.& ad l. iul.
de vi publi.priui.& ff.de illici.col.l. qui il-
4 licitũ.& C.de fal.mo.l.vlti. †Extraordi-
naria ſunt quorũ pœna iudicis arbitrio mã-
datur,dignitatis & conditionis habita ratio
ne,quibus quid fieri debeat non dicitur,ſed
quid fieri ſoleat, interdũ oſtenditur vt ait
Vlpianus.ff.de iniu.l.vlt.& ff.pœnis l. mor
tis.Hodie licet eis qui extra ordinẽ de cri-
mine cognoſcunt,quam volunt ſnĩam ferre
vel grauiorẽ vel leuiorẽ dũ tamẽ in vtroq;
modo rationẽ non excedant.vt.ff.de penis.
5 l.hodie.† Dignitatis, vt dixi ratio habenda
eſt,vt ſi ſit decurio, decurioni ne filius pa-
rens,qui neque in metallum damnari, neq;
in opus metalli,neque fuſtibus ſubijci, vel
viuus exuri,vel capite puniri debet, vt cũ
parentem occidiſſet.vt.ff.de penis.l.mortis
§.ſed enim.Conditionis quoque ratio ha-
betur.id eſt ſi ſit liber. aut ſeruus, infamia
aut integre famen. nam maiores noſtri in
omni ſupplicio ſeuerius ſeruos quã liberos
famoſos quam integre famæ homines pu-
nierunt vt. ff. de penis.l. capitulum.§.vlti.
6 †Exceptis quibuſdam delictis quæ pagano
aut nullam aut leuiorem pœnam irrogant,
nam ſi miles artem ludicram fecerit, vel in
ſeruitutem ſe venire paſſus eſt puniendũ ca
pite Menander ſcribit.vt.ff.de penis.l. quæ
dam.quæ omnia inſpiciuntur in ordinarijs
qui annonam attentãt vel vexant. & in cri
mine ſepulchri violati,conceſsionis ambi-
geatus,& præuaricationis interdum, ideſt
cũ extraordinaria crimina obijciebantur.
7 †Fures quoque & effractores, & expilato-
res,& ſollicitatores,aliarũ nuptiarum,item
matrimonium interpellatores, & ſi effectu
ſceleris potiri non poſſunt, propter volun-
tatẽ pernitioſe libidinis extra ordinem pu-
niuntur.vt.ff.de extraor.cri.l. annonam.ff.
de ſepul.vio.l.vlti.&.ff.de abige.l.j.& ij.ff.
de effracto. expila. Expilate hæreditatis,
termini moti,iniuriarũ, Viſcellie de liberti
nis,& Iulię repetundarum,& quorundã cri
minũ ſtellionatus extraordinariã eſſe pœnã
nemini venit in dubium. vt.C. de accu.l.j.
8 ff.ad l.iul.repetun.l. lex.§.vlti.† Publica
& ordinaria crimina ſunt crimen Iuliæ ma
ieſtatis,Iulie de adulterio & ſtupro,Corne-
lie de ſiccarijs & veneficis, Põpeie de par-
ricidis.Cornelię de falſis, Iulię de vi publi
ca vel priuata, Iuliæ ambitus.Seruũ quoq;
qui dominam corrupit necnon deſertorem
militię & publicos latrones crimen publicũ
& ordinariũ committere nemo ambigit.
9 †Publica & extraordinaria ſunt iſta cri
men ſuſpecti,& Iulię repetundarum,& ter-
mini moti,& Iulię de ſacrilegijs,Et Viſce-
lie de libertinis, Iuliæ de annona, & Fauie
de plagiarijs. Exceptis his qui viuentium
filiorũ miſerandas infligũt parentibus orbi
tates, quibus certam pœnam Conſtantinus
iniunxit.vt.ff.de ſuſpec.l.j. & C.ad l. Fauiã
de pla.l.vlt. Priuata & ordinaria crimi-
na ſunt famoſi libelli ſeditionis, illiciti
collegij, & ſuppoſiti partus. vt. C. de fa-
mo. libel. Crimina priuata & extraordi-
naria ſunt hæc crimen iniuriarum con-
cuſsionis ambigeatus, præuaricationis in-
terdum,repetundarum furti,effractus,expi
late.vt.ff.de iniurijs.l.iij.&.ff. de cõcuſsio.
10 † Ex genere delicti irrogatur infamia cõ
tra imperatorẽ vel eius cõſiliarios,vel rem
pu.cogitantibus,& eorum ſeruis,& his qui
pro eis interueniũt,& militi alienas res cõ
ducẽti,vt C.ad l.iul. maieſta l.quiſquis. C.
de loc.& con.l.vlti.Item infamia irrogatur
ei,qui eam quam in poteſtate habuit gene-
ro mortuo, cũ id ſciret,& intra tempus lu-
ctus,in matrimoniũ collocauit ei, qui ſciẽs
eã duxit etiam ſi miles fuit, ignorãtia enim
non iuris ſed facti excuſatur. Quod verum
eſt ſiue non fuit in poteſtate, ſine conſenſu

Source : BIU Cujas

eius cuius in poteſtate fuit, matrimoniũ cõ
traxit, vt. C. ex qui. cau. infa. ir. l. decreto. ff.
de his qui no. infa. l. j. & l. liberorum. C. de
ſecun. nup. l. j. Notatur etiam qui eum quẽ
in poteſtate habebat, ducere iuſsit quo caſu
venia dignus eſt qui obtemperauit, vt. ff. ex
qui. cau. infa. ir. l. qui iuſſu. Excuſantur ta-
men illi ſupradicti ſi ea ſit quæ intra tẽpus
luctus peperit vel cũ qua carnalis commix
tio non fuit, quæ eadem locum habent ſi ſi-
ne morte ſed diuortio matrimonium ſolua
11 tur † Notatur qui lenociniũ fecit, & qui cũ
beſtijs depugnauit, quiue in ſcenam pro-
dijt artis ludicre exercende cauſa & exer-
cuit, ſi autem non exercuit non notatur, nõ
enim ea res adeo turpis, vt etiam conſilium
puniri debeat vt. ff. de his qui. no. l. qui aũt.
Notatur qui bina ſpõſalia bina ſue nuptias,
ſibi vel ei quem in poteſtate habuit, conſti-
tuit, quiſque ſibi vel filio ſui pupillam ſuam
nullo diuino impetrato beneficio in matri
monio collocauit videtur enim confeſſus
de tutela quia huiuſmodi cõiunctione frau
dem adminiſtrationis tegere laborauit. vt
ff. de his qui not. infa. l. qui ergo. §. ſi quis.
& C. de interdict. matri. in l. ſi tutor. Et quo
que qui domum moribundi aſcendit ipſum
vel alios qui ibi ſunt moleſtans, vel alio mo
do exequias prohibuit, vel vſuras vſura-
rum exegit, infamiæ pœna ipſo iure irroga
tur. vt. C. de ſepul. vio. l. j. & in auth. vt de-
fun. ſeu fune. §. ſancimus. & .§. ſi vero con-
ſti. xiij. ff. ex quibus cau. infam. ir. l. antepe.
12 † Ex ſententia irrogatur infamia a iudice
damnato. arbitri etenim ſententia infamiã
non importat, & non ſolum condemnatus
infamis efficitur, ſed & deprehenſus inter-
dum, vt de ea legitur quæ in adulterio de-
prenſa fuit. quæ ſiue poſtea condemnetur ſi
ue abſoluatur notata manet, lex enim non
ſententiam ſed factum notat, ſed & ſi confi-
teatur vel paciſcatur ob malam conſcien-
tiam pecuniam numerando, ſua enim ſentẽ-
tia ſe condemnat, infamia notatur. vt. ff. de
his qui not. infa. l. quid. §. ex compromiſſo.
13 & ff. de ritu nuptia. l. palam. † Non tamen
ex omni crimine damnati infames efficiun-
tur, ſed duntaxat ex eo quod publici iudi-
cij cauſam habet, niſi id crimen ex ea actio
ne fuit, quæ etiã in pecuniario iudicio infa-
miam condemnato importat, veluti furti,
vi bonorum raptorum, iniuriarũ. vt. ff. ex
quib. cau. infa. ir. l. athletas. §. item ſi quis.
Ex genere pœnæ fama aliquando minui-
tur, quoties manẽte libertate circa ſtatũ di-
gnitatis pœna plectitur, ſicuti cum relega-
tur quis, vel cum ordine mouetur, vel cum
prohibetur honoribus publicis fungi, vel
cũ plebeius fuſtibus ceditur, vel in opus pu
blicũ dãnatur ad tẽpus, vel cũ in eã cauſam
quis incidit quæ ex ædicto perpetuo infa-
miæ cauſa numeratur, dũ tamẽ animaduer-
tamus in perſonis tam plebeiorũ quã decu-
rionũ, eſſe illud conſtitutum, vt qui maiori
pœna afficitur, quã legibus ſtatuta eſt, infa
14 mis non fiat. † Ergo & ſi opere tempora-
rio quis mulctatus ſit, vel tantum fuſtibus
ceſus, licet in actione famoſa veluti furti, di
cendũ erit infamẽ non eſſe, quia & ſolus fu
ſtium ictus grauior eſt quam pecuniaria cõ
demnatio vt. ff. de varijs & extra. cogn. l. co
gnitionũ. §. minuitur. ff. de pœnis. l. in ſeruo-
rũ. Cõſumitur vero quoties magna capitis
diminutio interuenit, id eſt, cum libertas
amittitur, veluti cum aqua & igni in perpe
tuum interciditur, vel cũ plebeius in opus
15 metalli vel in metallum datur. † Sed nouo
iure nullus ex delicto ſeruus efficitur. vt. ff.
de varijs & extraor. cogni. l. cognitionẽ. §.
vlt. & in auth. de nuptijs. §. quod autem.

## SVMMARIVM.

1 *Adulterium proprie dicitur quod cum nupta committitur.*

*Stuprũ quid ſit, & cum quibus committatur perſonis.*

2 *Patresfamilias de crimine poſſunt accuſare.*

*Mulieres de matrimonio violato conquerentes non admittuntur ad accuſandum.*

3 *Filius & libertus iure mariti tantum accuſare poſſunt.*

4 *Accuſatio fieri debet intra quinquennium a die commiſſi criminis continuum.*

5 *Stupro per vim admiſſo non poteſt præſcribi.*

6 *Accuſatorum delectus qualis ſit habendus.*

7 *Maritus in accuſanda vxore extraneo & etiam patri eſt præferrendus.*

8 *Dies vtiles qui dicantur.*

9 *Iuris verſuti præſtigia vltionem pudoris excludere non debent.*

*Accuſatio quædam propter vtilitatem perſone dicitur ceſſare.*

10 *Accuſatio adulterij per quæ poſſit excludi.*



Source : BIU Cujas

11 *Lenocinium marito obiectum onerat ipſum, vxorem tamen non excuſat.*

12 *Maritus adulterum cum vxore repertum interficere poteſt.*

13 *Marito quando liceat occidere eum quē ſuſpicatur vxoris caſtitati velle illudere.*

14 *Criminum publicorum pœna eſt ordinaria. Adultera vulneribus ſubacta competētibus in monaſterium detruditur.*

15 *Inceſtum ſeu inceſtus quid proprie dicatur & cum quibus committatur.*

16 *Delinquens palam leuius punitur, clā vero grauius.*

*Inceſtus qua plectatur pœna.*

## Ad legem iuliam de adulterio & ſtupro. Tit. III.

IN primis videndum eſt cū quibus ſtuprum committitur, cum quibus adulteriū. item qui poſſunt de adulterio & ſtupro accuſari, & quo tempore ſit accuſandū, & quo ordine, & q ſint præferēdi, & intra ꝙ tempus, & quibus ex cauſis remoueantur. & quibus adulteriū perimere liceat. & quo loco & quæ ſint hęc cri
1 mina, & quæ pœna. † Adulterium quidē proprie committitur cum nupta propter partum ex altero conceptū cōpoſito nomine. Stuprū vero cōmittitur in virgine, puero, excepta concubina. nō habita diſtinctione matris iure Romano, ſed fœmine duntaxat vt dixi, lex tamē Iulia indifferēter hoc vocabulo vtitur. His criminibus poſſunt puberes accuſari, hęc enim crimina poſt pubertatem incipiunt, nec in his merentur reſtitutionem minores, niſi quatenus miſeratio ætatis producit iudicem ad minorē pœnā, non. n. excuſabitur ætate aduerſus præcepta legū is, qui dum leges inuocat, cōtra eis committit. vt ff. eodem l. inter liberas. ff. de concu. l. j. in authē. de trien. & ſem. §. ſinautē. ff. de verb. ſignific. l. indifferenter. & ff. eodem l. ſi adulterium. ff. de mino. l. auxi-
2 lium. † Accuſare poſſunt de crimine omnes patresfamilias, patresfamilias dixi quoniā filiosfamilias tunc demum etiam inuito patre publico iudicio reum facere permittitur, cum de adulterio ſuæ vxoris conqueritur, proprij enim doloris vindictam conſequitur. vt ff. eo. l. filiusfamilias. & l. inter liberas. §. filiusfamilias. Mulieres quoque nō admittūtur ēt ſi de ſuo matrimonio violato conquerantur. minores etiam agentes ante. xxv. annum prohibentur, niſi ſui matrimonij iniuriam exequantur, & quamuis etiam iure extranei accuſent, ex caſu recipiūtur, cum ſane ſi iuuenili facilitate ducti, vel feruore ætatis accenſi, ad accuſationē proſilierunt, accuſantibus eis nō facile calūnię pœna irrogabitur, vt C. eo. l. j. ff. eodem, ſi mari
3 tus. §. lex iulia. † Excipiuntur tamen quidā robuſte ætatis & filius & libertus, quibus non facile permittitur, ſed tantū iure mariti accuſare conceduntur, quemadmodum ſi atrocē iniuriā paſſi eſſent, iniuriarum recte ageretur vt. ff. de accu. l. hi opinionis quoque accuſantis ratio habetur ſicut in pleriſque criminibus habēda docetur. nec minus ſerui aduerſus dños torquētur quod in
4 crimine ſtupri nō obſeruatur, ēt† qñ cū inceſtu cōmittitur, vt. ff. eod. l. vim paſſam. C. eo. de adulter. Accuſandum eſt aūt intra quinquenniū continuū a die commiſsi criminis numerandum intra ꝙ vj. menſes vtiles ex die diuortij pręſtātur duo intra quos iure mariti accuſat, quatuor intra quos iure extranei admittitur, quibus tranſactis accuſator auditur. Si vero ex die cōmiſsi criminis quinquēniū trāſierit, ex die diuortij. lx. dies ſint, dicendū eſt maritūaccuſare nō poſſe, vt quod dantur vj. menſes vtiles ſic ſit intelligendū, ne crimē quinquennio continuo ſopitū excitetur. Quod erit verum ſiue de reo ſiue de rea, de lenocinio, vel ſtupro queratur, omnibus. n. admiſsis ex l. iulia venientibus quinquenniū eſt pręſtitū, vt ff. eo. quinquenniū. ff. eo. miles. §. adulterij. & ff.
5 ad turp. l. j, & ff. eod. mariti. §. pręterea. † Niſi cū per vim eſt ſtuprum admiſſum tunc. n. huic præſcriptioni locus nō erit cū vim publicā fecerit, vt ff. ad l. iul. de vi publi. l. qui cetu. §. qui vacantē. Eſt. n. caſus quo ſex mēſes nō a die diuortij connumerantur. verbi gratia. Si mulier repudij oblatione ſine vlla legitima cauſa a ſe dati, deceſſerit, tūc enim ne viduitatē, ſtupri procacitate commaculet accuſatio repudiato marito iure permittitur, quo caſu non a die diuortij ſed commiſsi criminis ſex menſes computari ratio permittit vt C. eo. l. ſi mulier. & l. quamuis. Ordo talis ſeruatur, qđ vbi inſcriptio præmittitur, marito primū accuſante diuortiū ſequitur. iure eſt in hac parte ſopita, vt. C.
6 eo. l. quamuis. † Perſonarū quoque quæ accuſantur iſte habēdos eſt delectus ſit maſcu

Source : BIU Cujas

lus an fœmina, & an nupta, an vidua, nam ſi
maſculus erit ab eo poterit incipi. i. ſi nupta
nondum eſt dummodo ante denuntiationẽ
nupſerit, alioquin adulter primũ accuſan-
dus, & condemnãdus eſt. Quod ſi fuerit ab-
ſolutus, non ſolum ab eodẽ accuſatore ſed
nec ab alio accuſabitur, niſi prius præuari-
catio arguatur. Si vero fuit cõdemnatus nõ
ideo mulier erit condemnanda, ſed religio
ſum iudicẽ ſortita fortaſsis pudicitiam de-
fendet gratia vel iuſtitia, vel legis auxilio,
cũ ille fortaſsis inimicis oppreſſus vel falſis
argumentis, vel teſtibus ſubornatis graua-
tus, prouocare noluit vel nõ potuit qui qui-
dem ſi ante accuſationẽ moriatur, nupta iu-
re accuſabitur, cũ etiam ſi eo viuo hæc vi-
dua fuerat ab ea incipi poſsit, vt in authen.
vt liceat mat. §. ſi quis ei. ff. de accuſ. l. ſi cui.
ff. eo. l. denuntiaſſe. & l. adulter. §. fi. ff. de pri
uatis delictis. Nuptam dũ nupta eſt hac prę
ſcriptione lex tuetur. ſi tamen vxor cũ ſer-
uo adulterium feciſſe arguatur, diuus pius
reſcripſit accuſare potius mulierẽ eũ debe
re, q̃ in prędiudiciũ eius ſeruũ ſuũ torquere.
In crimine ſtupri eiuſmodi diſtinctiones nõ
habentur, vt ff. eodem l. ſi quis adulterium.
7 †Præferendus eſt aũt maritus non ſolũ ex-
traneo verũ etiam patri, & non tantũ ſi nũc
primum inſtituenda eſt accuſatio ſed etiam
ſi pater, vel alius accuſationẽ inſtituit, ea-
que ẽt abolita ſit, dummodo doceat ſe non
neglexiſſe, ſed idoneis cauſis ſe impeditum
vt facilius iudicari de adulterio faciat, ete-
nim veriſimile propenſiore iure & maiore
dolore accuſationẽ eum executurũ eã quo-
que ream, ſi iuxta vxor fuit, intra ſexagin-
ta dies vtiles ex ſola ſuſpitione faciet, dum
modo noſcat ſe non probando eiſdẽ pœnis
hodie ſubdendũ, quas mulier erat paſſura, ſi
accuſatio probata fuiſſet, in crimine ſtupri
8 parẽ pręferendum exiſtimaui. † Vtiles dies
ſunt quibus ſolẽnia accuſationẽ implere po
tuit, vt ff. eo. l. ii. §. ſi ſimul. & l. & ſi maritus
. §. vlt. ff. eod. l. ij, & l. vxor, C. eo. l. quãuis, &
l. iure mariti. authen, vt liceat ma. §. ſi quis.
Poſt ſexaginta dies ex die diuortij maritus
& pater præfertur, intra. n. hos ſoli admittũ
tur, nec vlli alij accuſandi poteſtas datur ni
ſi prius lenocinij maritũ reũ faciat, vel ac-
cuſationi renũtiaſſe doceat quibus trãſactis
neutrius voluntas ſpectatur, præſcriptioni
bus omnibus nouo iure in adulterij q̃one
de medio abolitis, præter quinquennij tem
poris & lenocinij, quod marito ab extra-
neo obijcitur exceptionẽ, & illam, quę poſt
diſſolutum prius matrimoniũ ante denũtia-
9 tionem nupte competit. † Indignũ enim eſt
vt vltionẽ pudoris præſtigia verſuti iuris
excludant, ſed in crimine etiam priuato pu
to huiuſmodi diſtinctiones haberi, vt ff. eo.
l. ſi maritus l. is cuius. & l. conſtãte. Si poſtu-
lauerit l. j. §. qui hoc. C. eo. ita vobis. Ceſſat
aũt accuſatio alia propter vtilitatẽ perſonę
cũ qua adulterium vel ſtuprum commiſſum
dicitur, alia propter conditionẽ accuſantis.
Propter vtilitatẽ perſone ceſſat accuſatio
ſtupri, ſi ſit ancilla vel ea quæ meretricio
more vulgo ſe prębuit, vt C. eo. l. & ſi. & l.
10 ſi ea. l. quamdiu. ff. eo. vxor. l. † Adulterij
quoque accuſatio excluditur, ſi ea quæ in
reatu deducitur, vina intemperantie in ta-
berna ſubminiſtrauit. hæ enim ſunt immu-
nes a iudiciaria ſeueritate, quas vtilitas vi-
te dignas obſeruantie legum non credidit.
mariti tamen etiam in has adulterium vin-
dicare non prohibentur, quamuis ſi vidue
eſſent impune in eas ſtuprum committere-
tur. Propter conditionẽ accuſantis ceſſat ac
cuſatio, excipitur maritus ſi duos reos ſub-
ſcriptos ex alio crimine habebat vt ff. eo. l.
inter liberas. §. maritus & l. j. Hæc enim cau
ſa non cedit ſibi in numerum cæterarũ ac-
11 cuſationum. † Lenocinium vero q̃ marito
opponitur ipſum quidẽ onerat, ſed mulie-
rem non excuſat, quod certe non is feciſſe,
creditur qui nimiam vxoris credulitatem
timens, quãcunque patientiam pręſtitit, ſed
is duntaxat qui ſuam ignorantiam prætex-
tu ſincredulitatis adumbrare non potuit.
Sed hæ præſcriptiones quæ ſolent ex per-
ſona accuſantis cõpetere, in initio ſunt op-
ponende. Cæterum reo ſemel recepto fru-
ſtra obijciuntur, vt ff. eo. l. mariti lenociniũ.
& l. ſi maritus. §. præſcriptiones. C. eo. l. ij.
12 † Adulterium perimere marito permitti
tur. ſed & patri adulterũ ſimul cũ filia quã
in poteſtate habet ius occidendi datur, non
ſolum in domo ſua deprehenſum ſed etiam
mariti, ſed marito quidem domi ſue depre-
henſum occidere licet, ſi tamẽ alibi depre-
henſum occiderit, non erit ſubueniendum,
quamuis iuſtum dolorem temperare ſit dif-
ficillimum. Patri ideo nõ etiam marito, mu
lierem, & omnem adulterum permiſſum eſt
occidere quod plerunque pietas paterni
nominis conſilium pro liberis capit, vt ff.
eodem l. patri. l. nec in ea. & l. ſi maritus. &
l. marito. Cæterum mariti & calor & im-
petus facile decernentis fuit refrenandus.
13 † Sed nouiſsimo iure hoc additum eſt, vt
ſi quis ſuſpicatur aliquem ſuæ vxoris vel-
le illudere caſtitati, etiam conteſtatio-



Source : BIU Cujas

nes ex ſcripto ei tres deſtinauerit habentes teſtimonia trium virorũ fide dignorum, & poſt has tres ex ſcripto conteſtationes inuenerit eũ conuenientem ſue vxori, ſiquidẽ in ſua domo, aut ipſius vxoris, aut adulteri, aut din optnis, aut in ſuburbanis, eſſe licentiam viro proprijs manibus talem perimere nullum periculum ex hoc formidanti. ſinautẽ in alio loco talẽ inuenerit, cũ ſua vxore loquentẽ, licebit ei puniendum eum tradere iudici nullam aliã probationẽ exquirenti, vt in auth. vt liceat ma. & auie. §. his quoq;. Facit ad hoc. §. ſi quiſquã, extra de coha. cleri. & mulie. Sunt aũt hæc crimina publi. nã ex lege publicorum iudiciorum ſunt introducta & eorum accuſatio in commune de-
14 fertur, vt inſti. de pub. iu. † Horum criminũ pœna ordinaria eſt, nã & adulteriũ gladio puniri oportet, & qui cum maſculis nefandam libidinem exercent. Stupri quoque flagitium puniũtur publicatione dimidie partis bonorũ, ſi ſit honeſtior, ſi humilis coercetur cũ relegatione, vt C. eo. l. eũ vir. & inſti. de publi. iudi. Adulterã competentibus vulneribus ſubactam in monaſteriũ mitti oportet, marito tamẽ licentia erit permiſſa intra bienniũ ducendi, alioquin poſt bienniũ tondenda eſt: & perpetuo ibi conſiſtat, quoniã inceſtũ cõmittitur per illicitũ coitum ſicut adulteriũ & ſtuprũ vt in auth. vt nulli iu. §. adulterã. & C. eo. l. quamuis. Videndum eſt quid ſit inceſtũ, quæ ſit pœna inceſti, & quo tempore liceat de inceſtu accuſare.
15 † Inceſtum eſt cõſanguinearum vel affiniũ, vt. ff. ad l. iul. de adulterijs. l. adulteriũ. Contingit autem inceſtum committi ſimul cum adulterio, aliquando ſine matrimonio, aliquando iuris errore, aliquãdo ſanguinis cõtumacia, quæ fere omnia ſuas admittũt diſtinctiones, fere dico quoniam ſi inceſtũ cõmittitur in adulterio, vtpote cum nouerca, nuru, priuigna, ſimiliter vt adulter punitur, id eſt, capite, id enim remoto etiam adulterio eueniet. Si vero propter matrimonium illicitum inceſtum fiat, quãquam natura grauius eſt quam adulterij crimen, coerceri ſolet, porro ſi mulieres in iure errãtes, per matrimonium inceſto commiſerunt, eas nõ teneri certum eſt, quamuis in adulterio deprehenſe nullam poſſent excuſationem habere. Mares vero excuſantur ętate vel puniẽdi excuſatione, vtique ſi error allegatur, & facilius ſi nemo eos reos poſtulauerit, vt ff. ad l. iul. de adulte. l. ſi adulteriũ. † Palã quoque delinquẽtes leuius puniuntur, clã vero grauius cuius diuerſitatis illa ratio eſt circa matrimoniũ, quod palam delinquentes vt errãtes maiori pœna excuſantur, ẽt cõmittentes vt contumaces plectuntur. Huius criminis pœna ſi cũ adulterio cõmittitur, adulterij vt dixi, ſi autẽ propter matrimonium, pœna eſt confiſcatio bonorũ, tam cæterorũ quã dotis, exiliũ ẽt & ſinguli, ſi eo potitur, ſpoliatio, verberatio quoque ſi vilis eſt, fœmina quoque ſcienter talia peccante ſimili pœnæ ſubiuganda, ſubſtantia ſic amiſſa, liberis quos habet legitimos patris ſupplicio ſuæ poteſtatis factis applicetur, vt tamẽ pater alatur ab eis quibus non extantibus fiſco defertur, vt. ff. de ritu nup. l. vlt. & C. de inceſt. nup. l. ſi quis. & in authẽ. de inceſt. & ne. nup. §. j. col. ij. conſt. ti. Inceſti quoque cõmune crimen aduerſus duos recte intenditur, nec inuictum adulteriũ quinque annorum præſcriptione, ſed. xx. tollitur, vt. ff. eo. l. vim paſſa.

## SVMMARIVM.

1 *Crimen publici iudicij deferens illegitime in ſenatuſconſultum turpillianum incidit.*
2 *Crimen ſtellionatus vel hæreditatis expilate deferens non incurrit pœnam ſenatuſconſulti deſiſtens.*
3 *Libido ſeu licentia mentiendi impunita eſſe non debet in criminum delatoribus.*
*Calumniari quid ſit, & quid præuaricari.*
4 *Tergiuerſari dicitur is qui ab accuſatione totaliter deſiſtit.*
5 *Abolitio quid ſit.*
*Abolitio publica quæ ſit, quæ priuata, & quæ ex lege.*
6 *Abolitio quibus ſit neceſſaria.*
*Deſiſtere ſeu deſtitiſſe ab accuſatione quis dicatur.*
7 *Deferre ſeu detuliſſe quis dicatur.*
8 *Crimen intendere ſeu deferre deproperans quid agere debeat.*
9 *Abolitio a quibus & qualiter ſit cõcedẽda.*
10 *Abolitio quãdoque permittitur inuito reo.*
11 *Abolitio in quibus denegetur criminibus.*
12 *Abolitio ante ſententiam conceſſa quid operetur, & quid poſt.*
13 *Abolitione priuata repetere indulta quando liceat.*

Source : BIU Cujas

## Ad ſenatuſconſultum Turpillianum,& de abolitionibus. Tit. IIII.

VIDENDVM eſt quis
incidat in ſenatuſconſultum
Turpil. & quæ ſit pœna tur
pilliani. item quid ſit aboli-
tio,& quot genera abolitio-
nis,& quibus ſit abolitio ne
ceſſarie,& quibus ſit conce-
denda & quibus conceſſa proficiat, & qñ
reum repetere liceat & intra quod tempus.
1 †In ſenatuſconſultum Turpil.is incidiſſe
videtur,qui crimen publici iudicij detulit,
& cauſa criminis ordinata.id eſt inſcriptio
nibus depoſitis, & fideiuſſore de exercēda
lite prẹſtito,eoq; qui accuſatur ſub cuſtodia
officij facto,non ipetrata abolitione ab exe
cutione criminis deſtitit,vt C.ad ſenatuſcō
2 ſul.turp.l.is demum.†Quapropter qui cri-
men ſtellionatus obiecit,vel expilate hære
ditatis et deſtitit in pœna ſenatuſcon.nō in-
cidit,ſed officio iudicis culpa eius coercebi
tur,vt ff.eo.l.ſi quis.ſed & qui crimen iniu-
rie proprie poſt interpoſitam denuntiatio-
nem deſiſtens commiſit,vel libello principi
porrecto falſum ſe obiecturum minatus fue
rit,licet non obiecerit,ſenatuſconſulto Tur
pil.non tenetur.vt ff.eo.l.mulier.l.quæſitū.
Et turpilliano pœna quinq; librarū auri
cum infamia imponitur, & legitima, id eſt,
quam reus fuit paſſurus vt ff.de præua.l.ab
3 imperatore.†Noſcunt ergo qui crimē intē-
dunt non fore impunitam licentiam mētien
di, cum calumniantes ad vindictam poſcat
ſimilitudo ſupplicij,quorū temeritas tribus
pœnis ſubijcitur, aut enim calumniant, aut
tergiuerſantur, aut præuaricantur,vt C.de
calum.l.vlti. Calumniari eſt falſa crimina
ſcienter intēdere, vt l.eo.l.j.prẹuaricari eſt
4 vera crimina abſcōdere.†Tergiuerſari eſt
in vniuerſum ab accuſatione deſiſtere. ſed
non vtiq; qui non probat quod intēdit pro-
tinus calumniari vr̄,nam eius rei inquiſitio
arbitrio iudicis committitur,cuius pronun
tiatione quid eorū accuſatio fecerit,manife
ſtatur.Nam ſi ita pronuntiauerit nō proba
ſti.pepercit ei. Si aūt pronuntiauerit calum
niatus es,condēnauit eum,quo caſu licet de
pœna nihil ſubiecerit, tn̄ legis poteſtas ad-
uerſus eum, exercebitur. nam vt ait Papi-
nianus,facit quidem quæſtio in arbitrio iu-
dicantis,pœnæ vero perſecutio nō eius vo-
luntati mandatur ſed legis auctoritati reſer
5 uatur. †Abolitio eſt vt eſt immo accuſa-
tionis inſtitute vtriq; vel alteri facta remiſ-
ſio. Quæ fit,aut publice,aut priuatim,aut
ex lege. Publica quæ fit ob diem inſignem
aut publicam gratulationem. priuata quæ
fit actore poſtulāte. Ex lege fit abolitio ac-
cuſatore mortuo, vel ex iuſta cauſa impedi
to, quominus accuſare poſsit,vt ff.eodem.
l.abolitio.l.aut priuatim.ff.ad l.iul.pe.l.vl-
ti.Similiter ſi propter mortem rei,deſtiterit
accuſator,non pōt ſenatuſcon.teneri, quia
morte rei iudicium ſoluitur, niſi tale crimē
fuerit, cuius actio aduerſus hæredes durat
veluti maieſtatis & repetundarum,pecula-
tus,& de reſiduis hereſeos apoſtatus, & il-
licite negationis,vt ff.eo.l.in ſenatuſcon.§.
ſi propter mortem.& l.ex iudiciorum.& ff.
ad l.iul.pecu.l.vlt.C.de here.l.Manicheos.
C.de apoſta.l.vlt.ff.de his quib.vt indig.l.
6 vlti. †Eſt aūt neceſſaria abolitio reis de-
latis. & his qui deferunt ſi deſiſtant. Deſti-
tiſſe eum accipimus,qui vel accuſationi re
nuntiauerit, vel præſtitum a præſide tēpus,
ſuum reum nō peregit,niſi ſit talis,cuius de
calūnia agi prohibetur, vt pater,patronus,
vel niſi permiſſu principis accuſationem di
ſtulit, vt ff.eo.l.ab accuſatione.§.deſtitiſſe.
7 & l.deſtitiſſe.& l.i ſenatus.† Detuliſſe quo-
que nō eum accipimus,qui aliquem in hoc
ſenatuſconſultū incidiſſe dicit, ſed qui accu
ſatorem ſummittit,& inſtigat atq; adeo qui
mandat alicui, & inſtruit eum ad accuſatio
nem capitalē, dando probationes,allegādo
accuſationes, & merito, nam diffitendo de
crimine quod mouet, & eximendo ſe peri-
culo calūnie vel deſertionis,merito calum-
niantis, & deſiſtentis pœnæ ſubijci debuit,
niſi ſubornatus accuſator probauerit crimē
quod intendere ſuſcepit, vt ff.eo.l.j.§.inci-
dit.Nec intereſt,an per ſe mādauerit in ac-
cuſationem an per alium, ſed ēt ſummiſſus
accuſator eodem ſenatuſcōſulto plectitur,
id eſt,propter hoc ſolum punitur,quod mi-
8 niſterium alieni timoris receperit.†Stude-
bit ergo probationibus qui crimen intēde-
re deproperat.Exceptiones quoq; quæ ſibi
obſtare poſsint diligenter inquirat,ne quali
cunq; exceptione remotus, abolitionē pete
re neceſſe habeat excepta muliere & mino
re,qui ſi fuerint remoti propter ſexum, vel
etatem, & circa abolitionē ſenatuſconſulti
9 pœnam euitant. †Concedenda eſt autem
abolitio vel a principe,vel a competēti iu-
dice partibus prẹſentibus cauſa cognita, ſi-
ue errore ſeu temeritate,vel calore ad accu
ſationē proſiluerit, hoc enim accuſator ex-
planans abolitioni locū faciet,vt C.de abo-
li.l.ij.Sin aūt per deceptionem,vel pecunij-

Source : BIU Cujas

a reo corruptus ad poſtulandam abolitionẽ venit, redempte miſerationis vox minime admittitur. Sed aduerſus nocentem reũ inquiſitionem facta pœna competens ingerit, non publica abolitio nec ſpecialis indulgẽtia tales ſubducit, vt C. de calum. l. falſa. Hi autẽ qui ſuas ſuorumq; iniurias defendunt, & qui cognatos ſuos in accuſationem deducunt, omni modo abſolutionem petere non
10 prohibentur. † Præterea interdum ẽt inuito reo abolitio intra xxx. dies permittitur, quibus tranſactis, niſi reus conſentiat, abolitio non tribuitur. Sinautẽ vel fallaciter incuſauit, vel ſincera mente accuſationem inſtituit, & reus aliquid in iure inſcriptionis illatæ tolerauerit, id eſt, ſi vel verbera vel carcerem ſuſtinuit, abolitio nõ conceditur niſi forte qui hoc paſſus eſt ad petendam abolitionem ſuum conſenſum accommodauit, vt C. eo. l. fallaciter. Quod ſi ingenuorũ vel plebeiorum, qui conſcij vel participes criminum non erant teſtimonij gratia corpora fuerint laceſsita verberibus, tormentiſq; vexata, abolitionem etiam duarũ partium conſenſu petitam, iubemus vigorem iudicis denegari, et crimen propoſitũ, cuius
11 examẽ tormentis iam ceperat agitari. † Sinautem teſtibus tormenta minime ſint illata, & ſic abolitio non dabitur in illis criminibus, vt in violata maieſtate, aut patria oppugnata vel prodita, aut peculatu admiſſo aut ſacramentis militaribus deſertis, omnia quoq; quæ iure veteri continentur in quibus iudex non minus accuſatorem ad docẽda quę detulit, quam reum ad purgãda quę
12 negat debet vrgere. † Abolitio vero cõceſſa ſi quidem ante ſententian in primum cõditionem reſtituit, ſi vero poſt ſententiam pœnæ gratiam facit, ſed infamiã ex ſententia irrogatam non adimit, niſi cum in integrum ſe reſtituere princeps dixit, tũc enim ad reſtitutionem tantum indulgentia valet, quantum ad correctionem ſentẽtia valuit, vtq; deportationis ipſum per ſe nomen rerum omnium ſpoliatio eſt, ita indulgentie reſtitutio, bonorum ac dignitatis vno nomi
13 ne amiſſorum eſt recuperatio. † Repetere vero priuata abolitione indulta nõ ſemper licet, ſed cum princeps conceſsit vel cũ crimine capitali, vt in re pecuniaria, abolitionem petijt, tunc enim nihilominus accuſationem reſtaurare conceditur, ſed etiã nõ probando hoc quoq; propoſuit pœna mulctabit, vt C. de gene. abo. l. vlti. C. de ſenten. paſ. l. fi. & §. fi. & C. de abo. l. j. & ff. eo. l. vlti. Tempus autem repetitionis eſt xxx. dierum vtilium, a die quo ferie finite ſunt, vel abolitio conceſſa, computãdorum, vt ff. eo. l. aut priuatim.

## SVMMARIVM.

1 *Quæſtio quando ſit applicanda reo.*
2 *Serui quãdo de facto ſuo poſsint interrogari.*
3 *Liberi an & quando poſsint torqueri.*
4 *Liberi in pecuniaria cauſa nõ ſunt torquẽdi.*
*Serui quando poſsint torture applicari.*
5 *Seruus aduerſus dominum torqueri nõ põt.*
6 *Seruus vniuerſitatis aduerſus vnumquẽque interrogari poteſt.*
*Quæſtioni non ſemper nec tamen nunquam datur fides.*
7 *Quæſtioni inimicorum non creditur.*

### De quæſtionibus. Tit. V.

SCIENDVM eſt quo ordine ad quæſtionẽ eſt veniendum, & in qua cauſa qõ ſit habenda, & qũo ſit interrogandum, & qui aduerſus quos non poſſunt torqueri,
1 & de fide quæſtionis. † Ad qõnem ita veniendum eſt, vt epiſtola diui Adriani cauetur, cũ reus eſt ſuſpectus, & alijs argumentis ita probationi amouetur, vt ſola confeſsio ſeruorũ deeſſe videatur. Idem diuus Adrianus Claudio Quartino reſcripſit, quo reſcripto illud expreſsit a ſuſpectiſsimo incipiẽdum, & a quo facillime poſſe ſciri verũ iudex crediderit, ut ab eo qui timidior eſt, uel tenere ætatis vr̃, vt ff. eo. l. in criminibus. &
2 l. vnius. † Interrogari ſeruos de facto ſuo nõ ſolum in criminali cauſa, ſed ẽt in pecuniaria, veluti qñ per eos depoſiti vel commodati nomine, vel in alijs cauſis legibus cognatis, res alijs præſtite ſunt, poſſe non ambigitur, vt C. eo. l. interrogari. Ita tñ, vt primum eſtimentur adeo. ſ. vt ſi in quæſtione decedant, vel deteriores fiant, duplum a calumniatore præſtetur, vt ff. de quæſtio. l. cer
3 to. † Sed liberi tantum in criminali cauſa torquentur, exceptis compluribus, qui nec in crimine torquẽtur, eo ſcilicet quod ætas ſuſpectiores eoſdem facit ad mentiendi facilitatem. Torqueri tamen ſolent, & habena vel ferula cedi exceptis mulieribus & eminentiſsimis quidẽ necnõ perfectiſsimis viris, & q ex his ſunt vſq; ad ꝓnepotes, v

Source : BIU Cujas

ff.ad ſenatuſconſul.ſille.l.iij.ff.eo.l.ex libe-
ro.§.de minore.& C.de quæſtio.l.diuo. In
decurionibus & eorum filijs idem ſeruari,
Domicius Vlpianus in publicarum diſce-
ptationum libris ad perennem ſcientiam et
memoriam ſcriptum refert, excepto crimi-
ne & falſi & maieſtatis, quo ad perſonam
principis attinet, in eo enim omnes omnino
4 cum res exigit torquentur. †In pecunia-
ria etenim cauſa, vt dixi, non ſolum liberi
non ſunt torquendi, ſed nec ſtatuliberi, niſi
cum eorum deficit conditio, vt ff.ad l.cor-
nel.de fal.l.ſi quis decurio. Porro nec ſerui
quibus fideicommiſſaria libertas debetur
aliter quæſtioni applicantur, niſi cum quæ-
ſtionibus aliorum onerantur, vt ff.eod.l.is
cui interrogatione vero quęſtionem habitu
rus, non ſic ſpecialiter interrogare oportet,
an Lucius Titius homicidium fecerit, ſed
generaliter quis hoc fecerit, aliter enim ma
gis ſuggerentis quam requirentis videtur,
5 vt ff.de quæſtio.l.j.§.qui quæſtionẽ. †Su-
pereſt videamus qui aduerſus quos torque
ri non poſſunt, & in primis ſeruos aduerſus
dominos torqueri nõ oportet, ſiue ſint pro-
prij, ſiue bona fide poſſeſsi, ſiue cões, niſi cũ
vel dominus ſocium vel vxorem interfeciſ
ſe dicitur, vt C.ad l.cor.de ſicar.l.vlt. & C.
eod.l.hoc quod.ff.ad ſenatuſcon.ſille.l.& ſi
certus ſit percuſſor. & exceptis adulterij
criminibus. Item fraudati cenſus accuſatio-
nibus. & crimine maieſtatis ꝙ ad ſalutem
principis attinet, & cum de vlciſcenda mor
te teſtatoris aduerſus hęredem quæritur, vt
C.de quæſti.l.j.& ff.eo.l.j.quod non ſolum
ſeruandum eſt in eo qui tempore quæſtio-
nis eſt ſeruus, ſed etiam in eo qui eſt redhi-
bitus, vel diſtractus, vel in metallum dam-
natus etiam ſi ſe miniſtrum facinoris com-
6 miſsi cõfiteatur. †Si vero ſeruus fuerit vni
uerſitatis, & nõ ſingulorum: aduerſus vnũ-
quenque interrogari poſſe placuit. In cauſa
vero pecuniaria, nec inopia probationum
ſerui aduerſus dñm interrogantur, vt ff.eo.
l.etiam.& ff.eo.l.extraneo. Quæſtioni fi-
dem nõ ſemper nec tamen nunquam habẽ-
dam cõſtitutionibus declaratur, etenim res
eſt fragilis, & periculoſa, ex quæ veritatem
fallit. Nam plerique patientia ſiue duritia
tormentorum, ita tormenta contemnunt, vt
exprimi ab eis veritas nullo modo poſsit,
alij tanta ſunt impatientia, vt in quouis mẽ-
tiri quam pati tormenta velint, & ita fit vt
vario modo fateantur, vt non tantum ſe, ve
7 rum etiam alios criminentur. †Præterea
inimicorum quęſtioni fides haberi non debet, quia facile mentiuntur nec tamen ſub prætextu inimicitiarum detrahenda erit fides quęſtioni, ſed cauſa cognita habenda fides, aut non habenda, dum tamen in vnius ſerui vel liberi quæſtionem, fides rei nõ ponatur, vt ff.eo.l.j.§.quæſtioni.&.§.ijdem.

## SVMMARIVM.

1 *Crimen varijs committitur modis.*

2 *Criminũ puniendorum quatuor genera ſunt ſeptem modis conſideranda.*

3 *Relegari debet qui ad conceptionem medicamentum propinauit.*

4 *Perſona in crimine puniendo eſt attendẽda.*
*Serui ſunt liberis ſeuerius puniendi, & famoſi quam ij qui famę ſunt integre.*

5 *Locus attenditur in puniendis criminibus.*
*Sacrilegium dicitur cum ſacrum de ſacro aufertur.*

6 *Emanſor quis dicatur, & quis fugitiuus.*

7 *Expilatores dicuntur fures atrociores a furibus alijs qualitate diſcreti.*
*Fur ab abigeo quantitate ſecernitur.*

8 *Euentus ſpectatur ſi de puniendo crimine agatur.*

9 *Dolus pro facto accipitur in lege cornelia.*
*Voluntas ſeu cogitatio quando puniatur ſine facto.*

10 *Crimina quæ tranſeant ad hæredes.*

11 *Crimen perduellionis morte punitur.*

12 *Patre de crimine damnato quæ liberis relinquatur portio.*

13 *Bona damnatorum non publicantur nouiſſimo iure.*

14 *Pœnæ in multiplici conſiſtunt ſpecie.*

15 *Pœna mortis quibus et quot inferat modis.*
*Gladio qui communiter plectantur.*

16 *Vallum tranſcendens aut per murum caſtra ingrediens capite punitur.*

17 *Præſides ſeu iudices ius concedendi liberam mortis facultatem non habent.*
*Serui dominis ſuis inſidiati vel dominabus carnaliter commixti exuruntur igni.*

18 *Latrones ſuſpendio vel beſtijs ſubiecti priuantur aura vitali.*

Source : BIU Cujas

*18 Latrones ſuſpendio vel beſtijs ſubiecti priuãtur aura vitali.*

*19 Plagiarij qualiter ſint puniendi.*

*20 Parricida qua ſit afficiendus pœna.*

*21 Damnari nemo debet ad tempus in metallũ niſi ad decennium.*

*22 Plagiarij fures, & effractores, vt plurimũ damnantur in metallum.*

*23 Ciuitas quibus adimatur criminibus.*

*Tutor deportatur qui pupillam violenter ſtuprauit.*

*24 Deportandus eſt qui filiũ ad militiam delectum debilitat vt inhabilis fiat.*

*25 Exilium quibus irrogetur vel ad tempus vel in perpetuum.*

*26 Exilium quotuplex ſit.*

*Corpore qui & quando coerceri dicantur.*

*27 Creditor auctoritate propria res debitoris occupans infamia notatur.*

*28 Contrahere prohibetur qui extraordinario crimine notatur.*

*29 Membrum nullum abſcindi debet pro crimine niſi ſola manus.*

*30 Furca ſuſpenditur qui aliquem violenter aggreditur.*

*31 Facies hominis pulchritudinis cœleſtis inſtar formata non eſt pro crimine maculanda.*

## De criminibus. Tit. VI.

CVM CRIMINVM frequens ſit vſus, ipſorum quoque in iudicijs quæſtio, quibus modis ipſa crimina committantur videamus, & quæ crimina trãſeant ad hæredes, & quę ſint pœnæ corporales, & pecu
1 niarie. † Crimen omne aut committit propoſito, aut impetu, aut caſu. Propoſito delinquunt latrones qui factionem habent. Impetu aũt cum per ebrietatem ad manus aut ad ferrum venitur. Caſu vero cum in uenando telum in feram miſſum hominẽ interfecit. Quæ diſtinctio in omnibus criminibus aut iuſtam pœnam eligit, aut temperamentum admittit, vt ff. de pœn. l. reſpiciendũ. §. delinquunt. Quorundam facta aut puniuntur vt furta & cedes, aut dicta, vt conuicia & infideles aduocationes, aut ſcipta, vt falſa, & famoſi libelli, aut cõſilia vt coniurationes, & latronum conſcientia, quouſq; alios ſuadendo iuuiſſe ſceleris eſt inſtar, vt ff. eo. l. aut fa
2 cta. † Sed hæc quatuor genera conſideranda ſunt ſeptem modis, cauſa perſona, loco, tempore, qualitate quantitate, euentu. Cauſa vt in verberibus quæ ſunt impune, vel a magiſtro vel a parentibus illata. Puniuntur verbera, cum quis per iram extraneũ pulſauit, quo caſu factum ad exemplum punitur, niſi crimen vlciſcatur, quod feciſſe non creditur, qui breui furore impeditur, non enim quod ira fit vel dicitur, ante factum vel dictum eſtimatur quam ſi perſeuerãtia animi indicium feciſſe conſtiterit, vt ff. de reg. iu.
3 l. quicquid. † Sicut relegari iubetur, qui non malo animo, ſed malo exemplo medicamẽtum ad conceptionem dedit, ex quo ea quę acceperat deceſſerit, quod ſimiliter in eis q̃ abortionis aut amatorium poculũ dant inſpicitur, nam & ſi non dolo id faciant, quia tñ res mali exempli eſt, humiliores in metallum damnantur, honeſtiores in inſulam, amiſſa parte bonorũ relegantur, ꝙ ſi ex eo mulier aut homo perijt sũmo ſupplicio afficiuntur, vt ff. ad l. cor. de ſicar. l. eiuſdem. ff.
4 eo. l. ſi quis aliquid. † Perſona dupliciter ſpectatur, & eius q̃ fecit, & eius qui paſſus eſt, aliter enim puniuntur ex eiſdem facinoribus ſerui ꝙ̃ liberi, & aliter milites ꝙ̃ plebei, necnon aliter quicquid in dñm parentẽve auſus eſt, ꝙ̃ qui in extraneum, vel in magiſtrum, uel in priuatum, vt ff. eo. l. aut facta, §. pſona. Noſtri etenim maiores ĩ omni ſupplicio ſeuerius ſeruos ꝙ̃ liberos, famoſos ꝙ̃ integre fame homines punierunt. vt ff. eo. l. capitaliũ. §. fi. Exceptis quibuſdã delictis, q̃ pagano aut nullam aut leuiorem pœnã irrogant, militi vero grauiorem aut leuem, nã ſi miles artem ludicram fecerit, vel in ſeruitutem ſe venire paſſus eſt, capite puniendum Menander ſcribit, vt ff. eo. l. quædã delicta.
5 † Locus facit vt idem vel furtum vel ſacrilegium ſit, & capite luendũ vel minori ſupplicio, vt ff. eo. l. aut facta. §. locus. Fit ſacrilegium, ſi res ſacre de ſacro auferantur. ſi enim res priuatorum in edem ſacra depoſite ſurrepte fuerunt furti actionem non ſacrilegij eſſe diuo Seuero placuit. Capite puniri locus facit vt dixi, ſi in eccleſiæ miniſtris aliquid iniurie importetur, Sicut plenius coercetur, qui a ſtabulo abegit dñm pecus non a ſilua vel a grege, vt ff. ad l. iul. pecul. diui. C. de epiſ. & cle. ff. de abig. l. oues. Tẽpus diſcernit emãſorem a fugitiuo, et effra
6 ctorẽ uel furem diurnum a nocturno, † Emi

Source : BIU Cujas

ſorem aũt dicimus eum qui diu vagatus ad
caſtra regreditur. Fugitiuum vero qui vnũ
aut alterũ gradum ad fugiendũ promouit,
vt ff.eo.l.aut facta.§.tempus.ff.de re mili.l.
iij.§.emanſor & l.qui cum.Qualitate cũ fa-
ctũ, vel atrocius, vel leuius eſt, vt furta ma-
nifeſta a nõ manifeſtis diſcerni ſolent, rixe
a graſaturis,expilationes a furtis,a violen-
tia,petulantia.Braſſatores qui prædę gratia
7 rixam faciunt ,rixa aliter fit.† Expilatores
ſunt atrociores fures qui qualitate diſcernũ
tur a furibus,& a petulãtibus, qui libidinis
cauſa ancillas rapiunt, vt.ff.eodem.l.aut fa
cta.§.qualitate.ff.eo.l.capitalium .§. graſſa-
tores.Quantitas diſcernit furem ab abigeo,
nam qui vnum ſuum ſurripuit.vt fur coer
cebitur qui gregem,vt abigeus, qui tñ vnũ
vel alterũ ſepius abegerunt non minus abi
gei ſunt. Gregem faciunt x.oues. porci etiã
quinq; vel quatuor, ſed & qui vnum equũ
vel bouem ſurripuit abigeus eſt , vt ff.eo.l.
aut facta.§.quantitas.ff.de abige.l.oues.§.q
8 ſepius.† Euentus ſpectatur vt a dementiſsi-
mo quoq; facta,id eſt caſus, ſicut & etas. nã
ſi infans vel furioſus hominem occiderit.
l.corne.non tenebitur, cum alterum innocẽ
tia cõſilij tuetur, alterũ fatui infelicitas ex-
cuſet,vt ff.eod.l.aut facta.§.euentus.ff.ad l.
cor. de ſica.l.infans.Quãquam lex non mi-
nus eum qui occidendi hominis cauſa cũ te
9 lo ambulauit,ꝙ eũ qui occidit puniat. † In
l.enim cornelia dolus pro facto accipit nec
lata culpa dolo comparatur,rectius ergo di
citur ſi non dolo crimen committitur volũ-
tatem non exitum ſpectari,vt ff.ad l.cor.de
ſica.l.in lege cor.ff.e.l.diuus.Exceptis duo-
bus criminibus quæ culpa ſola committun
tur,vt in tutore ſuſpecto & in cõmentarien
ſe legitur,vt inſti.de ſuſpec.tut.§.ſuſpectus.
& C.ad l.iul.ma.l.quiſquis. Et excepto eo
qui contra imperatorem vel eius conſilia-
rios cogitauit,& qui profugam de ſacroſan
ctis eccleſijs abſtrahere tentauit, qui non ſo
lum ſi affectauit tenetur , verum etiam pro
ſola cogitatione punitur,vt C.de his qui ad
eccl.confug.l.præſenti. Eſt videre quæ cri-
10 mina tranſeant ad hæredes.† Tranſeũt au-
tem qualis fuerit conteſtata & condẽnatio
conſecuta,excepto crimine repetundarum
& maieſtatis,hereſeos, & apoſtatus,de reſi
duis,peculatus,& ſimilia inueniuntur, quæ
etiam reis mortuis cum quibus nihil actum
eſt,exerceri placuit, adeo vt niſi hoc crimẽ
a ſucceſſoribus purgetur,hæreditas fiſco vẽ
dicetur,vt C.ad l.iuli.repetun.l.ſciant.C.de
her.l.manicheos.C.de apoſt.l.ult.ff.ad l.iul.
pecu.l.vlt.C.ad l.iul.ma.l.quiſquis.& ff.ad
11 l.iul.ma.l.quiſquis.† Non tñ quiſquis maie
ſtatis reus eſt damnatus in eadẽ erit condi-
tione,ſed is dũtaxat qui perduellionis con-
uincitur,& qui hoſtili animo aduerſus prin
cipem vel rempub. eſt animatus, cuius cri-
minis pœna mors eſt bonorũ ademptio , &
ſucceſſorum infamia,et pro his interuenien
tium,licet alius nullũ patris delictum inno-
centi filio pœnæ eſſe debuit,vt in genere lo
quar,toties ſupplicij damnatione bona pu-
blicantur.quoties aut vita amittitur,aut ci-
uitas, aut ſeruilis conditio irrogatur , vt ff.
12 de bo.dãna.l.j.† Sed portio dimidia, id eſt,
legitima bonorum patris liberis legitimis
& non in fraudem adoptatis relinquitur,ut
ff.de bo.dam.l.cũ crimen maieſtatis in quo
ſolis filiabus tantum falcidia ex bonis ma-
tris relinquitur qm̃ minus auſuras eſſe pro
ſexus infirmitate creduntur, cum in maſcu
lis hęreditarij criminis exemplum metiun-
tur , vt C.ad l.iul.ma.l.quiſquis. ſi vero ſit
crimen propter ꝙ pars bonorum publicat.
nulla pars liberis debetur niſi iudicem mo-
ueat liberorum numerus , vt C.de bo.pro-
13 ſcripto.l.vlt.C.ad l.iuliam ma.l.nullus. † ve
rum nouiſsimo iure quia res nõ delinquit,
ſed perſonæ, bona non ſunt publicanda ſed
vel aſcendentibus vel deſcendentibus &
ex latere vſq; ad tertium gradum applican
da.Si vero vxorem habeant condemnati,
dotem & propter nuptias donationem &
aliam largitionem propter matrimonium
factam,debent habere.Si vero ſine dote ille
fuerint cõiuncte, quartã eius ſubſtantie per-
mittuntur accipere,ſiue filios habuerint cõ
demnati,ſiue non.Si vero neminem prędi-
ctorum habeant, tunc eorũ ſubſtantia fiſco
ſociatur excepto crimine maieſtatis in quo
veteres leges obſeruant', vt in auc.de mãd.
princi.§.oportet.C.de bo.dã.l.ſi quis.nunc
genera penarũ nobis enumeranda ſunt qui-
bus præſides adficere quemquam poſsint
14 † Sunt itaq; pœnę que aut vitam adimunt,
aut ſeruitutem iniungunt,aut ciuitatẽ aufe-
runt,aut exilium,aut coertionem corporis
continent , aut damnum cũ infamia aut ali-
quã dignitatis depoſitionem , aut corporis
diminutionẽ quæ pœnę ex quibus crimini-
bus imponantur perſequemur , vt.ff.eo.l.ſi
quis forte.§.nunc genera.& l.aut damnum.
15 † Pœnæ criminum ex quibus vita adimit̃
gladio,aliquando ſuſpendio , aut beſtijs ſu-
bijciendo,aliquando eculeo.Gladio adimit̃
vita adulteris in maieſtatem committenti-
bus & his qui cum maſculis nefandam libi

Source : BIU Cujas

dinem contraxerunt, nec nõ raptori, & incendiario, & ei qui famoſum libellũ cõpoſuit vel recitauit, & ei q de ſepulchro oſſa detraxit, ſi ſit humilior, ſummo ſupplicio adficit, honeſtiores vero in inſulam deportanť vel relegãtur aut in metallum dãnantur, vt C. ad l. iul. ma. l. quiſquis. C. ad l. iu. de adul. l. quamuis. C. de rap. virgi. C. de pœ. l. capitalium. ff. de famo. libel. l. lex corn. ff. de ſepul. vio. l. vlt. Prædicto quoq; modo punitur miles, qui pacem turbauit, vel qui ĩ bello rem a duce prohibitam fecit, vel mandata non ſeruauit, etiam ſi res bene geſta ſit vt ff. de
16 re mili. l. iiij. † Sed qui vallum tranſcendit aut per murum caſtra ingreditur capite punitur. Nam & Romuli frater Remus fuit occiſus ob hoc quod muros trãſcendere voluit, vt ff. de re. diui. l. vlti. Cuius conditionis habentur qui præpoſitum ſuum protegere noluerunt vel deſeruerunt. nam occiſi capite puniunť, vt ff. de re mili. l. omne. Vnde in his criminibus & in alijs q̃ pluribus gladio animaduerti oportet nõ ſecuri, vel telo, vel fuſte, vel laqueo, vel aliquo alio
17 modo. † proinde nec liberam mortis facultatem concedendi ius ipſi præſides habenť, multo magis nec veneno necandi, ſed nec damnare quem ſic poſſunt, vt de ſaxo pręcipitetur, vel ſi liber ſit, vt ĩ vinculis habeať, vt ff. eo. l. aut damnum. §. vita cum. §. ſeq. & l. ſi diutino. C. de pœ. l. incredibile. Igni exuruntur ſerui qui cum ſuis dñoabus rem habuiſſe deteguntur vel ſuis dominis inſidiati fuerint, vel artem mathematicam exercuerunt, hoſtes. itẽ violatores monete, & aggeris Nili corruptores, & renunatiatores conſiliorum, & incendiarij plerunq; flãmarum exuſtionibus mancipati torquentur, vt C. de mul. quæ ſe pro. l. vnica. C. de mathe. l. nullus. C. de Nili agg. l. vnica. ff. e. l. ſi quis aliquid. ij. §. trãsfuge. & C. de fal. mo. l. ſi qs.
18 ff. eo. l. capitaliũ. † Suſpẽdio aut beſtijs ſubijciendo adimitur vita latronibus, in his maxime locis in quibus ſunt graſſati, vt cõſpectu ab eiſdem facinoribus alij deterreantur & ſolatio ſic cognatis & adfinibus interemptorum, qua pœna interdum adficiũtur trãſfuge ad hoſtes conſiliorum renunciatores, & ſeditionis & tumultus authores populo cõcitato qui pro qualitate dignitatis, aut in furcam tolluntur, aut beſtijs ſubijciuntur, aut in inſulã, portantur, vt ff. eo. l. ſi quis ali-
19 quid. ij. † Plagiarij quoq; qui viuentiũ filiorum miſerandas infligunt parentibus orbitates, ſi quidem ſunt ſerui, aut libertati donati beſtijs ſubijciuntur, ingenui gladio conficiuntur. ſed ſacrilegi quia manufacta dei templa effregerunt, aut beſtijs damnantur, aut igni comburuntur, aut in furcam ſuſpẽ-
20 duntur. vt C. ad l. iul. de plag. l. vlti. † Noua pœna ex l. pompeia de parricidijs, adficiť qui parẽtis, aut filij, aut filie, aut affinis eius, qui parricidij nomine continetur facta præparauit, neq; gladio neq; ignibus neq; villa alia ſolemni pœna ſubiugatur, ſed inſutus culeo cum cane & gallo gallinaceo, & vipera & ſimia. & inter eas ferales anguſtias conſtitutus ſecundum q̃ regionis qualitas tulerit, in vicinum mare vel in amnẽ proijciatur. vt in omni elementorꝫ vſu carere viuus incipiat. & ei cœlum ſuperſtiti. & terra mortuo auferatur. vt. ff. ad l. iul. pecu. l. lege iulia. & C. de his qui parẽ. occi. l. unica Quo crimine tenentur hi quorꝫ dolo factum eſt vel cõſcij criminis extiterunt. Nam vt Sceuola ait frater eius qui tñ cognouerat filiũ parem veneno velle necare nec indicauerat relegatus eſt, et medicus ſupplitio adfectus vt. ff. ad l. pompe. de par. l. frater. Serui efficiuntur damnati in metallum vel opus metalli. nam inter eos in vinculis tñ differentia eſt, ſed nõ vtiq; Cęſaris, vel fiſci, ſed pœnæ tñ in quo diuerſi ſunt quibus aqua & igni perpetuo interdicitur. Verum ſciendum eſt in metallum ad tempus neminem damnari debere niſi vſq; ad decenniũ, alioquin licet metallicum opus faciat velut liber manebit, vt ff. eo. l. aut damnum. C. de bo. dam. l. in metallum. C. de his qui pro nõ ſcrip. hab. l. iij. ff. eo. capitalium. l. ſine præfinito. Sed ſi ad tempus damnatus refugit duplicato tempore damnari ſolet tantũmodo quo ad pœnam ſupererat niſi cum decẽniũ fuerat duplicatio exceſſura: tunc enim tem-
22 pore pœna non artatur. † In metallũ dãnantur plerũq; plagiarij, & fures, et effractores qui gladio ſe defenderũt, nec tamen quemquam percuſſerunt, vt ff. eo. l. aut damnum. ff. ad l. fal. de plag. l. vltima. Necnon & humiliores qui nõdum viri potentes virgines corruperunt, ille quoq; qui inſtrumẽta pœnes ſe depoſita alteri reddit: pro perſonæ conditione, aut in metallum damnatur, aut in inſulã deportatur, vt ff. eo. l. ſi quis aliqd.
23 ij. §. qui nõdum viri potentes. §. inſtra. † Ciuitatem adimunt ea crimina quæ deportationẽ iniungunt. Lex corne. de ſica. quia altiores in inſulã deportantur, & l. cor. de falſis. & Iulia peculatus, quæ aque & ignis interdictionẽ cõtinet in quã hodie deportatio ſucceſsit. Itẽ deportatur tutor qui pupillã ſuam violenter ſtuprauit, & qui vim publi

Source : BIU Cujas

cam commiſit vt ff.ad l.iul.de ſica.l.eiuſd.
§.legis cor.C.ad l.iul.de vi pub.vel pri.l.
24 ſi quis ad ſe. †Sed & qui filium delectũ vt
inhabilis militiæ ſit, debilitauit præceptum
di. Adriani deportauit,necnon & eum eadẽ
pœna afficit qui filium ſuum,qui nouercam
adulterabat in venatione necauit,eo.ſ.ꝙ la
tronis magis ꝙ̃ patris iure eum interfeciſ-
ſet,nam patria poteſtas in pietate debet nõ
in atrocitate conſiſtere, vt ff.de remiſ.l.qui
25 cũ vno.ff.ad l.pompe.l.diuus. † Exilij pœ-
na afficiuntur qui ad tempus. vel in perpe-
tuũ relegãtur. Ad tẽpus vt receptatores abi
georum qui x.annis relegantur,vt ff.de abi
ge.l.vlt.ff.de effrac.& expil.In perpetuũ vt
effractores honeſtiores aũt ordine ad tẽpus
mouentur iudices quoq; pedanei ſi pecunia
corrupti dicantur plerunq; a præſide, aut
curia ſubmouentur aut in exilium mittun-
tur, aut ad tempus relegantur,& alij quam
plurimi, qui omnes & teſtamenti factio-
nem non amittunt,& ciuitatem Romanam
26 retinent.†Exilium aũt triplex eſt,aut cer-
torũ locorũ interdictio aut lata fuga vt om
nium locorũ interdicatur præter certum lo
cum,aut inſule vinculum.i.relegatio in in-
ſulam põt ẽt quis ſic dãnari ne de domo ſua
exeat,vt ff.de interdi.& releg.l.exiliũ.ff.de
interdi.& rele.l.vlt. Corpore coercentur q
verberibus adficiuntur,vt qui per ignoran
tiam aut fortuitu lapides finales furati ſunt
vt ff.de ter.mo.l.diuus. Damno cũ infamia
afficiuntur,cum vim priuatam vel ambitus
27 crimen commiſerunt. † Nã & creditor qui
ſine authoritate iudicis res debitoris occu-
pauit infamis efficitur,& tertia parte bono
rum mulatur,& qui ambitũ commiſit cen-
tum aureis cũ infamia punitur,vt ff.ad l.iu-
li.de vi pri.l.vlt.Dignitate deponuntur qui
militia exauctorantur, vel dignitate aliqua
eijciuntur vt milites qui ſua arma alienaue
runt, vel aliqua ſurripuerunt, & aduocati
decuriones qui falſum inſtr̃m cognoſcente
præſide recitauerunt. Hi enim oẽs in corne
liam falſo tm̃ recitatu nõ facto incidunt, vt
ff.de re mi.l.deſertorem.§.miles.ff.ad l.cor.
28 de fal.l.falſi.†Contractus prohibitionẽ con
tinet extraordinaria crimina, ex quibus cõ
trahentibus interdicitur aliqua negotiatio,
vt in perſona Dardaniorum cõtingit, vt ff.
de extraor.cri.l.annonam.ff.eo.l.moris eſt.
Abſciſsionem poſſe aliqua crimina cõtine-
re ex eo.colligi poteſt ꝙ dicitur nullum ſi-
bi debere exiſtimare permiſſum etiã alicui
ſceleratiſsimo alterutras manus aut pedes
amputare,aut hmõi quædam inferre ſuppli
cia,per quæ articuli diſſoluãtur, quia mem-
brorum diſſolutio grauior eſt vtriuſq; ma-
29 nus abſciſsione. † Si vero criminis quali-
tas membri abſciſsionem exigat fieri, vnã
ſolam manũ debere amputari,pro furto ve
ro nolumus omnino quolibet membrũ ab-
ſcindi aut mori, ſed aliter eum caſtigari fu-
res aũt vocamus qui occulte etiam ſine ar-
30 mis huiuſmodi delinquunt.† Eos vero qui
violenter aggrediuntur aut cum armis, aut
ſine armis,in domibus,aut itineribus,aut in
mari pœnis legalibus ſubdi iubemus, hoc
eſt furca ſuſpendi, vt in authẽ.vt nulli iu.in
31 fi.C.de pœn.l.ſi quis.†Sed hoc quoque ne-
minem fugiat quod & ſi quis poſt crimi-
num deprehenſorum qualitate fuerit in me
tallum damnatus,minime in eius facie ſcri-
batur, cum & in manibus & inſuris poſsit
pœna damnationis vna ſubſcriptione com
prehendi,quo facies quæ ad ſimilitudinem
pulchritudinis eſt cœleſtis figurata,minime
maculetur.

FINIS.




# TRACTATVS

aureus de accuſationibus & inquiſi-
tionibus,domini Boniconti,filij
domi. Ioannis Andree.

## SVMMARIVM.

1 *Curia roma. agit de crimine duobus modis.*
2 *Accuſare quis poſsit, & quis accuſari.*

Source : BIU Cujas

Actio criminalis quæ dicatur.
Iuris ordo eſt ſeruandus.
3 Pœna certa & a lege ſtatuta debet imponi.
4 Crimen non graue arbitrariam requirit pœnam.
5 Procurator licet interuenire non debeat, ſi tamen interueniat & non excipitur, valet quod cum eo agitur.
Actio mixta quæ dicatur.
6 Crimen excipiendi quod ſit.
7 Inſcriptio quando non ſit neceſſaria.
8 Denuntiatio euangelica ad pœnitentiã tantum agit, non ad pœnam.
9 Diſputandum non eſt de iuris apicibus cum de bona fide agitur.
10 Beneficium retineri, ſiue peccato quando nõ poſſit.
11 Repulſus ab accuſatiõe ad quid admittatur.
Priuata denuntiatio per quos fiat.
12 Denuntiatio euangelica & canonica quid inter ſe differat.
13 Remedio appellationis vti debemus contra grauamina.
14 Iuramentum non eſt exigendũ ab inquiſito.
15 Iudicialis denuntiatio eſt duplex.
16 Denuntiatio priuata quæ ſit.
17 Iudex eccleſiaſticus denuntiationem an indiſtincte admittat.
18 Inquiſitus an iurare teneatur ſuper inquiſitis capitulis, cum ad denuntiationem alterius procedatur.
19 Euangelica denuntiatio requirit quòd denuntians ſit ſine macula.
20 Regularis denuntiatio quæ ſit.
21 Ordinarie inquiſitionis quot ſint ſpecies.
22 Ordinarius vel viſitator cum viſitat, nulla præcedente infamia inquirit ſuper ſtatu eccleſiæ.
23 Criminoſi inimici & conſpiratores, quando admittantur ad teſtimonium.
24 Legitima defenſio reſeruatur ei contra quẽ crimen vel infamia probatur.
25 Ordinarius quilibet poteſt ex officio inquirere de fama ſubditorum & infamia reperta de crimine.
26 Officium iudicis valde exuberat circa modum inquirendi.
27 Inquiſitus vel correctus an poſſit appellare a correctione vel ſententia.
28 Iudex eccleſiaſticus ſuper intereſſe ſingulari vel priuato alicuius perſonæ non põt per inquiſitionem procedere ex officio.
29 Inquiſitus cum habeat ſuo ſacramento de veritate reſpondenda nunquid poſſit admittere procuratorem.
30 Agens per viam inquiſitionis dicitur agere ciuiliter.
31 Inquiſitio criminum ad euangelicam denuntiationem ſpectat.
32 Inquiſitus quoties non habet ſub iuramento reſpondere, poteſt procurator interuenire.
33 Ordinarius poteſt inquirere contra ſubditũ licet non infamatum dummodo ſit ſibi ſuſpectus.
34 Monitio charitatiua præcedere debet inquiſitionem.
Reipublicæ vtile eſt ne crimina remaneant impunita.
35 Crimen quod denũtiatur ſi habet facti perſeuerantiam vt fornicatio, quilibet admittitur.
36 Generalis inquiſitio quæ dicatur.
37 Prælatus ſolus vbi eſt diffamatus inquiri poteſt tam in capita quam in membris.
Capite langueſcente cætera membra languent, vel languere præſumuntur.
38 Legitima defenſio ſemper eſt ſeruanda.
39 Exhibitione denegata quando poſſit inquiſitus licite appellare.
40 Inquiſitus contumaciter abſens in eius odiũ (prius facta fide de infamia) proceditur ad receptionem teſtium, & ad diffinitiuã etiam lite non conteſta.
41 Infamia per quot teſtes probetur.
42 Literæ inquiſitionis per excommunicatum impetrare an valeant.
43 Iudex quando ex ſuo mero officio procedat ad criminis inquiſitionem vel ad denuntiationem officialis publici.
44 Superior ſiue iudex in iudicando quam formam



Source : BIU Cujas

*mam ſeruare debeat.*

*45 Clamoſa & frequens denuntiatio an ſufficiat contra conſtitutum in dignitate.*

*Frequentiam quot vices inducant.*

*46 Iuramento inquiſito præſtito an ad inquiſita reſpondere teneatur.*

*47 Facultas omnis legitime defenſionis inquiſito reſeruatur.*

*Leuiores probationes ſufficiunt contra priuatum quam contra prælatum*

*48 Vocandus eſt is contra quem eſt facienda inquiſitio vt ſe defendat.*

*49 Prælatus procedere poteſt quacunque via melius poteſt, vt attingat criminibus veritatem.*

*50 Inquiſitio ſpecialis quomodo fiat.*

*51 Teſtes an poßint compelli. quando iudex procedit in viſitando vel confirmando.*

*Peccata nocētū reipublicæ expedit eſſe nota.*

*52 Bonus & idoneus quilibet præſumitur, niſi contrarium probetur*

*53 Denuntians prælatum an debeat ab eccleſia expenſas habere.*

*Innocentiam ſuam probare nunquid poßit is, contra quem facta eſt inquiſitio per familiares vel cubicularios ſuos.*

*54 Inquiſitor publicatis atteſtationibus an poſſit ſuper eodem crimine iterum alios teſtes inducere vel recipere.*

*Inquiſitor ſi in aliquo minus bene proceſſerit an illud reuocare & de nouo procedere poßit.*

*55 Commißio quando fit in modum ſimplicis inquiſitionis, quid in ea apponatur.*

DIVINI nominis inuocatione præmiſſa, ac intemeratæ virginis glorioſæ & pretioſiſsimi confeſſoris ac doctoris beati Hieronimi. Ego Bonicontus decretorum doctor natus patris venerabilis do. Ioan. And. decretorum doctoris huius rubricæ materiam tractaturus quæ quotidiana eſt, practicabilis
de quatuor modis procedendi ſuper crimi
nibus ſpecialiter tractabo. Vbi ſciendum
quod Hoſti. & d.p.m. recitat in decretali
qualiter. ij. hoc. eo. titu. ſuper verſu, Tribus
1 modis. in curia† romana duobus modis agi
de crimine. ſ. per modum iuſtitię, & per mo
dum gratię. Et primo modo ſex modis. Se-
cundo quatuor, ſed quia hoc eſt ſpeciale in
romana curia, ideo hoc omiſſo dicas de cri
mine agi poſſe quatuor modis, ſcilicet accu
ſando excipiendo, denuntiando & inquirē
do. de quorum tribus habetur, eo. tit. ſuper
his, & prima glo. ibi addit quartum. de iſto-
rum autem ſingulis, & procedendi forma
in eccleſiaſtico foro, & ipſorum pœna vi-
deamus. Et primitus de primo. ſed ante
2 omnia ſcias ꝙ† quis poſsit accuſare & quis
accuſari tractat Guil. in Spe. de accuſatore.
& titu. de accuſato & de materia etiam tit.
criminibus & eorum cognitionibus vnde
in hoc non inſtabo. Eſt aūt ſciendū ꝙ quan
doq; contra aliquē agitur per modum accu
ſationis de crimine criminaliter ad pœnam
legitimā infligendum, & dr̄ talis actio cri-
minalis. Et quid hoc caſu continere debeat
libellus notatur de procu. tue. in glo. quar-
ta, & glo. ſeq. Cum autē tali modo procedi-
tur eſt iuris ordo ſeruandus, vt ſcilicet li-
bellus offeratur fiat litis conteſt. & alia om
nia obſeruentur quæ in alijs cauſis ſunt ob
ſeruanda Pœna autem probato crimine in
3 hoc modo agendi eſt † quia ſi certa pœna
eſt ſtatuta ſiue ſit corporalis ſiue dignitatis,
remotio ſiue famę leſio illa imponatur. C.
qui accuſa. non poſ. l. non ignorat. & l. qui
de crimine, & l. pen. non autem imponetur
tunc durior, vel leuior. Si non eſt certa ſta-
tuta ſi crimen fuerit graue degradetur ab
ordine, vt eod. titu. qualiter. ver. verum ita
& ibi diminutionē capitis notat. d.p.m. de
ſeptem ſpeciebus pœnarum. Quod autē di-
xi quod hoc caſu debet degradari intelli-
gas verbaliter, hoc eſt quod ab officio & be
neficio deponatur, non autem intelligas de
actuali degradatione, niſi tale eſſet crimen
quod ipſam requireret. de ipſius aūt actua-
lis & verbalis forma dic vt de pœnis de-
4 gra. lib. vj. ſi† vero crimen nō ſit. graue im-
ponetur arbitraria. de offic. deleg. de cauſis
de tranſac. c. fin. Et ſcias ꝙ cum hoc modo
proceditur non interuenit procurator; ad
totam litem. poſſet autem procurator inter
uenire ad certum arti. tantum, puta ad pro-
ductionem teſtium, vel ad videndum illos
iurare vel ipſorum publicationem vel ſi-
milem actum vt not. d.p.m. poſt In. de teſt.



Source : BIU Cujas

ex parte ade in glo ſcilicet per procurato-
rem. Quid autem circa hoc teneant legiſtę,
& quaſdam quęſtiones de materia vide per
Cy. C. qui accu. non po. l. reos fallit tñ hoc
in caſibus notatis in decre. veniens eo. titu.
in prima glo. circa hoc videre potes ibi ſcri
pta per d.p.m. ſuper ipſa glo. ſed ſcias tamē
5 †ꝙ licet in hoc caſu interuenire nõ debeat
procurator, ſi tamen interueniat & non ex-
cipiatur, valet quod cum eo agitur. vt not.
de iu. c. j. lib. vj. in gloſ. intelligas, & vide
ſcripta per d.p.m. ſuper ipſa gloſ. Et eſt in
hoc caſu inſcriptio neceſſaria, vt de accu. ſu
per his. Quandoque eſt talis actio ciuilis vt
ago contra te furti ad rei recuperationē ad
pœnam. vel ago iniuriarum ad emendã vel
ſatisfactionem, non ad pœnam. Mixta autē
quandoque dicitur talis actio, quando agit
maritus contra vxorem de adulterio nõ ad
pœnam ſed ad thori ſeparationē de procu.
tue. & talis mixta ſapit naturam ciuilis, vt
notat d.p.m. Et in his duobus vltimis ca-
ſibus bene interuenit procura. vt in præal-
leg. decre. tue. & de accuſa. ſuper his. & no.
de iudic. c. j. libr. vj. Crimine vero probato
cum actio eſt ciuilis vel mixta conſequitur
agens id ad quod eſt actũ non aũt pœnã cri-
minis, & obligabit agens tunc ſe ad pœnã
extraordinariã, vt no. in p̃dicta decre. tue.

*Nunc autem* de ſecundo agendi modo videamus ſci
6 licet quando† agitur
de crimine excipiendo de quo quandoque
excipitur cõtra accuſatorem vel teſtem, vt
ab accuſatione vel teſtimonio repellatur,
vt de ordi. cogni. cum dilectus. de excep. c.
j. & hoc caſu de crimine nõ punitur, nec ex
hoc infamia iuris notatur, ſed ſolummodo
de teſtimonio teſtis repellitur ſiue eius di-
cto fides non adhibetur vt in iuri. pręalleg.
Accuſator ab accuſatione remouetur vt de
accu. c. j. nec hoc caſu inſcribitur, vt eo. tit.
ſuper his. Quandoque vero contra promo-
uendum excipitur, & tunc aut per cõfirma
tionem erat ius conſecutus licet non plenũ
quia nondum forte conſecratus, palleatus,
vel poſſeſsionem adeptus & tunc non eſt
7 †aliqua inſcriptio neceſſaria, vt in præal-
lega. cap. ſuper his aut per confirmationem
erat ius conſequutus & vinculum ſpeciale
contractum vt de translatione inter corpo
ralia. Et hoc caſu quia deijcit ab ipſo iure
quæſito confirmationem licet ius plenum
non ſit, inſcribitur non ad pœnam talionis.
ſed ad extraordinariam iudicantis arbi-
trio vt in præalleg. cap. ſuper his. Puto
tamen quolibet præmiſſo caſuum procura-
torem interuenire poſſe quia nõ agitur hoc
modo ad pœnam criminis a iure ſtatutam,
nec etiam arbitrariam infligendam, ſed ſo-
lum ad repellendum eum contra quem ex-
ceptio proponitur, vt de excep. cap. primo
& c. dilecti.

*Subſequenter* de tertio eſt viden-
dum quando ſcili-
cet per viam de-
nuntiationis de crimine agitur, Circa quod
eſt ſciendum ꝙ denuntiationis quadruplex
eſt ſpecies. Quia alia euangelia. Alia cano-
nica Alia iudicialis Alia regularis de qui-
bus per d.p.m. videre poſsis in decre. no-
uit, de iudi. in vlti. ſua glo. De prima ſcili-
8 cet euangelica eſt ſciendum quod† per ip-
ſam pœnitentiam tantũ agitur nõ ad pœnã.
Poteſt tamen tam de delicto commiſſo, quã
etiam de committendo fieri, vt ſcripſit d.p.
m. in decre. pręalleg. nouit. de iudi. Opor-
tet autem ꝙ huiuſmodi denuntiationem du-
plex præcedat monitio. Prima quarũ pro-
batur per ſolum iuramentum denuntiantis.
Secunda per ipſius eiuſdem denuntiantis
& vnius vel duorum teſtium ſecum, adhibi-
torum vt in prædi. decre. nouit. & de teſt.
in omni negotio. Item poteſt talis denun-
tiatio fieri a quolibet etiam infami dum-
do non perſeueret in crimine. ff. mandati.
9 ſi fideiuſſor. vbi dicitur ꝙ† cum de bono
de agitur non eſt de iuris apicibus diſputan-
dũ. In hac aũt non eſt inſcriptio neceſſa-
ria, cum agatur ad pœnitentiam tantum, nõ
ad pœnam. Et poteſt per procuratorem
fieri, vt eo. titu. ſuper his. Huius autem ef-
fectus eſt crimine per hunc modum proba-
pœnitentiæ impoſitio. & cum pœnitentiæ
ſunt arbitrarie conſideratis circunſtantiis,
poterit ordinarius ipſam imponere ad ſu-
arbitrũ crimine probato, vt de homi. ſicut
dignum. & de pe. & re. deus qui & c. omnis
& c. ſignificauit. vbi de hoc. Et hoc in occul-
tis locum habeat, vt ibi ſcripſit d.p.m. ſu-
per glo. ij. Nec erit hoc caſu ille priuan-
dus beneficio crimine probato, ſi foret cle-
ricus & beneficiatus niſi tale foret, propter
quod retento beneficio pœnitere non poſ-
ſet. vt eſt homicidiũ & ſimonia, vt hoc eo.
titu. inquiſitionis. Et idem puto quando de-
nuntiaretur ꝙ ſe intruſiſſet in beneficio vel
ꝙ illud minus canonice fuiſſet adeptus, ita
10 ꝙ ſine peccato retinere non poſſet, quia
cum in his eadem ſubſit ratio ergo idem
erit iuris de conſti. translato cum concor.
ibi nota. Alia vero eſt canonica quæ ...

Source : BIU Cujas

men habuit ortum a lege veteris teſtamenti quæ non ſolum de perpetrato, ſed etiam de perpetrando crimine poteſt fieri. Si illud recipiat augmentum vt cum quis perſiſtit in illicito concubitu, & ad hanc quilibet tenetur xj. diſt. diaconi non tamen præciſe, niſi ſicut ad alia pia opera & de hoc per Innoc. de iudi. nouit. Et ſcias ꝙ hæc duplex eſt. vna publica, alia priuata. Publica. quæ fit de crimine publico ſicut eſt cum denuntio duos cõiunges in gradu prohibito coniunctos vt de deſpon. impu. ad diſſoluendam deſpon. præterea. de clan. deſpon. capitu. fina. & in hac eſt ſeruandum quod habetur infra qui matrimonium accu. poſ. cum in tua. Et in hac non requiritur
11 trina monitio.†Et ad hanc etiam admitteretur qui ab accuſatione repelleretur. Et iudex facta denuntiatione ex officio etiam denuntiante non proſequente tenetur procedere & inquirere, vt not. Guil. in Spe. de denun. §. primo alias ij. ante verſicu. in ſumma. Probato autem crimine per hunc procedendi modum fiet quod dicam infra in verſic. probato autem. Priuata autem fit per clericos vt habeant bonos prælatos. ad hanc admittuntur quorum intereſt vt patronus & alij vicini ſeu parochiani. xvj. quæſtio. vij. filijs. vbi de hoc. & de teſtib. ex parte ade. & debet in hac interuenire trina monitio, vt hoc eod. titu. qualiter. ij. vbi dicit d. p. m. id verum quando proceſſus initiatur a denuntiatione, ſed ſi initiaretur per viam inquiſitionis ex officio licet aliquis officium coadiuuaret, tunc non requiritur admonitio, quia nõ inquiritur ex officio niſi de quibus infamia præceſsit vt in prædicto cap. qualiter & c. cum dilectus & de ſimo. licet hely. nec ad hanc admittitur qui ab accuſatione repelleretur. Eſt autem dif-
12 ferentia†inter euangelicam & canonicam quia prima fit ad pœnitentiam ſecunda ad pœnam. In prima interuenit bina monitio. In ſecunda trina. & de materia in Spec. de denuntia. §. primo alias ij. verſicu. canonica queq;. nec puto hoc caſu denuntiantem teneri inſcribere, etiam ad extraordinariam pœnam. Ad quod faciunt quæ ſcripſit d. p. m. poſt Inno. eo. ti. inquiſitionis ſuper gloſſ. ij. licet Hoſt. ibi contra. Et ſit huiuſmodi dicti ratio, quia cũ debeamus quolibet remedio vti ad eum tantum vſum ad quem eſt inuentum vt ipſe d. p. m. nota. vt lit. conteſta. accedens. j. ſuper prima gloſſ. vbi dicit
13 † ꝙ remedio appellationis vti debemus cõtra grauamina, recuſationis contra ſuſpectos, non autem econuerſo. ſic & in propoſito. habemus enim in criminibus tres modos agendi contra aliquem ad pœnam vel ad pœnitentiam. hoc autem ideo dixit vt excludam quartum modum. ſ. excipiendi de quo ſupra. §. prox. primus eſt accuſationis. ſecundus denuntiationis, tertius inquiſitionis Cuilibet autem iſtorum eſt ſuum onus annexum ſcilicet accuſationi inſcriptio, denuntiationi monitio. inquiſitioni clamoſa inſinuatio, vt eo. ti. qualiter ij. circa. fin. nec de vlterioribus eſt querendũ ſecundum ipſum, & hoc potiſsime, quia nõ eſt in hoc magis vis facienda, q ſiue inſcribatur, ſiue nõ, ſemper punitur calumnioſus vt infra titu. proxi. ca. ij. vbi de hoc. Et ſcias ꝙ hoc caſu inquiſitus non tenetur iurare de veritate reſpondẽda ſuper capitulis inquiſitionis, cum hic procedatur ad denuntiationẽ alicuius, ne hoc caſu vitiatur inquiſitio criminis licet omittatur inquiſitio infamię, parte contra quã requiritur nõ contradicẽte, vt eo. ti.
14 c. ij. lib. vj. Nec†eſt ab ipſo inquiſito iuramentũ exigendũ vt not. Guil. in Spe. de inquiſi. §. nunc tractemus verſicu. inquiſitores quoque & verſicu. in hac igitur via. & ver. ſed vt quę pręmiſſa Et puto ꝙ poſsit in hac denũtiationis proſecutione procurator interuenire quia cũ habeat inquiſitus neceſſe iurare ſemper capitulis inquiſitionis vt prædixi poterit per aliũ reſpondere. Licet ſecus putem vbi ipſe habeat iurare per decre. hoc eo. ti. ad petitionem. & de iudi. c. j. lib. vj. vt infra dicam. §. reſtat. ver. nec puto.

Probato autem crimine per hunc agendi modum ſiue denuntiatio ſit publica. ſiue priuata debita pœna imponetur. vel peccatum fieri prohibebitur vel aliter prout requirit denuntiationis modus ſeruabitur, vt ſcripſit d. p. m. eo. titu. qualiter ij. c. ad corrigendos in fi. Iudicialis autem denuntia-
15 tio duplex eſt.†nã alia eſt publica alia priuata. publica cum ordinarius ad denuntiationem officialis ad inquiſitionem & relationem deputati, de quo in iuribus ſtatim infra a legnandis vel archiepiſcopi, de quo in decret. Romana infra allegata ex mero & puro officio ſuo de crimine publico inquirit. xxxvj. quæſtio. vj. epiſcopus in ſynodo. iiij. quæſtio. iiij. §. aliquando alias eſt cap. & iſta habet locum in notorijs tantum. & hæc ex officio competit in qua non requiritur monitio. & de iſta de accuſationibus. ſicut olim & de cenſi. Romana. lib. vj. Et in hac tenetur iurare inquiſitus ſecundũ alterã ex formis de quibus infra. §. pro



Source : BIU Cujas

xj.ver.ſi autem intereſt, Nec in hac admittetur procurator propter rationes de quibus infra.§.proxim.ver.nec puto,& dic vt ibi. Et in hac eſt monitio neceſſaria, vt not.d.p.m.eod. titu. qualiter ſuper verbo,
16 peruenit. Priuata eſt quæ fit † ad priuatū ſeu proprium vel ſingulare intereſſe, pone exemplum per decre.nouit.de iud.vel ſi fideiuſſi pro te & iuraſti me ſeruare indenne̅,quia non ſolutſti in termino fui coactus ſoluere pro te. vnde denuntio te quia adhuc ſtas in periurio,petens vt cogaris iuramentum ſeruare.Item in depoſito & ſimilibus. Et an hæc denuntiatio poſsit in ſeculari foro fieri,ſcripſit.d.p.m.in prælleg. decre. nouit. in vlti.ſua glo.& iſta quandoque expeditur etiam non præcedente monitione.in foro vero eccleſiaſtico eſt monitio.trina neceſſaria & ad minus duarum vltimarum plena probatio.Tamen de plano expeditur,vt de iudic. nouit ſecundum ipſum Guil.tamen d.p.m.in hoc vltimo contra qui dicit ꝙ oportet ipſam in ſcriptis porrigi,& lite̅ ſuper ipſa conteſtari, quod probat per verba decre.nouit.ibi dum dr̄ in fi. vtrū iuſta ſit querimonia vel iniuſta & ide̅ Hoſt.vt d.p.m.ſcripſit in dicta decre.nouit,
17 in vlt.ſua glo.Licet † aūt iudex eccleſiaſticus præcedente̅ denuntiationem indiſtincte admittat.non tn̄ iſtā indiſtincte quia nō debet admittere niſi in defectū iuſtitię ſecularis, vel cum crimen eſt eccleſiaſticum, vel ratione pacis,vel iuramenti vel quādo crimen eſt notoriū vel quando non auditur in foro ſeculari,vt quia obligatio eſt naturalis tantum, vel ſi hanc proponit miſerabilis vel depreſſa perſona, vt de iudi. nouit. de pactis,qualiter & lxxxvvij.diſt. per totum Alias ſi indiſtincte admitteretur periret temporalis gladij,& iudicis ſecularis iuriſdictio, & per hunc modum omnis cauſa ad eccleſiā deferretur.Scias aūt quod hanc denuntiationem indiſtincte facit iudici eccleſiaſtico,is qui grauatur ab illo,qui immediate ſubeſt imperatori.in auth.vt diffe.iudi.§.ſi tamen contingerit.col.ix.Et per hāc agitur ad intereſſe tantū vel vt res reſtituatur,& iſtius denuntiationis ſolummodo eſt
18 talis effectus.Nec hoc † caſu tenetur inquiſitus iurare ſuper inquiſitionis capitulis ad denuntiationem alterius procedatur,nō ex puro officio vt dixi ſupra eo.§.ver.& ſcias cum hoc caſu & in hac puto trinam monitionem neceſſariam. Et licet videatur placare Guil.in Spe. titu. de denuntiatione.§. i.verſi, qualiter quod hoc caſu denuntians repelli poſsit per exceptionem criminis puto tamen ad f.alſum etiam quando denūtiat ad priuatum commodū. probatur hoc iiij. q.vij.omnibus,& hoc potiſsime, quia cum iudex hoc caſu teneatur ad denuntiatione̅ inquirere,& procedere vt ipſe idem notat in Spe.prælle.§.ver.prædicto alias eſt verſiculus per ſe & incipit.iudicialis. arti. ij.q. v.mennam & c.omnibus.& eo.ti. qualiter. ij.§.penul.decre.autem nouit quam Guil.allegat pro ſe non facit, quia illa loquitur in
19 euangelica denuntiatione in † qua requiritur quod denuntians ſit ſine macula. Scias autem ꝙ ad hanc priuatam denuntiatione̅ non admittitur niſi leſus, & in hoc differet hæc ab euangelica vt ſcripſit d.p.m. in decre.nouit de iudicijs. Probato ante crimine per hunc agendi modum cum denūtiatio eſt publica erit locus pœnæ de qua infra.§.proxi.ver.ſi autem ſi vero ſit priuata denuntiatio, tunc conſequetur ſuum intereſſe quandoque æſtimationem iniuriæ, vt ſcripſit d.p.m.in decre.ij.§.ad corrigendos in fi.alias de iudicijs olim. Item credo ad proſecutionem huius iudicialis priuatæ denuntiationis procuratorem admittendum per rationes aſsignatas ſupra eo.§.verſi.& puto.tum etiam quia iſtius denuntiationis effectus eſt ciuilis non criminalis vt ſupra
20 dictum eſt. Regularis autem eſt † quæ fit ſecundum cuiuſcunque ordinis regule inſtituta & ad correctionem ſecundum regulæ normam,& ideo circa ipſam certa non poteſt dari doctrina & ob hoc non eſt inſtandum.Sed vt ſcripſit d.p.m.in prælleg. decre.nouit eſt iſta regularum determinationi relinquenda,Et iſta ſit de plano,& nō ſeruata forma iuris, vt de appella reprehenſibilis.de ſtatu.mona.ea quæ de regulari.c.fin, vt ſcripſit.d.p.m.hoc eo.ti.qualiter.ij.ſuper verbo peruenit. Quid ante iuris ſi Abbas inquirit de exceſsibus monachi,& facta ſibi copia inquiſitionis & proceſſus ipſe dicat ſe velle defendere & petat expenſas pro procuratoribus, aduocatis & alijs ad defenſionem neceſſarijs,nunquid ſit audiendus.not.Guil.in Spec.de inquiſitione.§.vlt, verſicu.item pone vbi diſtinguit inter regularem & iudicialem inquiſitionem vt in prima non auditur in ſecūda ſic,dic vt ibi.

Reſtat videre de quarto modo procedendi ſuper crimine ſcilicet per inquiſitionem ordinariam. Circa quod eſt ſciendum quod huius ordinariæ inquiſitionis duæ ſunt ſpe-
21 cies.† Vna quæ dicitur præparatoria.Alia quæ dicitur ſolennis. In quibus autem diſ.

Source : BIU Cujas

ferat inquiſitio ab alijs iudicijs videre poſſes in Spec. de inquiſitione.§.j. in fi. Preparatoria eſt illa quando ſcilicet iudex ex ſuo puro & mero officio nulla denuntiatione ſibi facta,& nulla infamia præcedēte inquirit contra aliquem quem habet ſuſpectum vt dicam infra verſic.nec poſſet.& licet regulariter ad inquiſitionem non procedatur niſi præcedente infamia. Sunt tamen quidam caſus in quibus poteſt id fieri quos notat Guil.in Spec. de inquiſitione §. ij.in principio.Item poteſt fieri talis inquiſitio maleficio flagrante, ꝙ licet notorie ſit commiſſum ignoratur tamen quis commiſerit nam tunc nullo vocato procedit contra iudex contra incertam perſonam inquirendo in genere quis fuerit committens & facta tali inquiſitione procedet demum cōtra eos contra quos laborat ſuſpitio, vel quos culpabiles intellexit. vocando ipſos vt ſuper eo veritatem dicāt.& ſe ſi poſſunt defendant,& ei contra quem procedetur legitima reſeruatur defenſio.de offic.ordi.c. primo ff.de offic.præſid.l.iiij.& l. congruit & hoc etiam placet Guil. in Spe. de notorijs crimini.§. primo in fin. Item etiam
22 †cum ordinarius vel viſitator viſitat,nam etiam nulla præcedente infamia inquiret ſuper ſtatu eccleſiæ. Et iſta talis dicitur generalis, nec in ipſa eſt ſeruandus ordo vel forma decre. qualiter vt notat domi. pater meus in ipſa decre. qualiter ſuper verbo, peruenit. Et inquiretur ſi eccleſia eſt collegiata vel plures habet clericos nulla nominata perſona tam in capite quam in membris. Si vero non habet niſi vnum rectorem tantum, vel rectorem & clericum, tunc bene nominabitur & teſtes recepti deponent de quocunque de eccleſia ſit vnus vel plures,& tunc admittuntur qualeſcunque teſtes de ipſa eccleſia. Si eccleſia habet collegium vel plures clericos, alias admittuntur parochiani ſi eccleſia ſit parochialis ſi non eſt parochialis,admittantur qui magis ſunt vicini vel propinqui. de purg.ca. c.ij.quia illi melius præſumuntur ſcire. de
23 præſump.quoſdam & quanto.&†admittūtur nunc ad teſtimoniū etiam criminoſi inimici & conſpiratores. licet conſpiratione vel inimicitia poſtea detecta non credatur conſpiratoribus contra eos cōtra quos conſpirauerunt,vel quorum ſunt inimici.de iudi.exhibita.de re iudi.cum I.& A.& eo.ti. cum oporteat, nec hoc caſu ante completā inquiſitionem tradentur inquiſitionis capitula poſtea vero tam capitulorum quā nominum teſtium & doctorum eſt inquiſito copia facienda, vt in Spe. de inqui.§.nunc tractemus ver. ſed vt quæ præmiſſa ſunt in fi.quod de nominibus dixi verum eſt præterquam in crimine hæreſis, vt de hæreti. c.vlti.lib. vj.& tunc inquiſitus ad capitula inquiſitionis reſpondere cogetur per ſacramentum,vt eod.titu.ſi conſtiterit & c. cum dilecti. & hoc tenent. Goffr. in decre. licet de ſimo.& d.p.m.in præallega.decre. qualiter ij.ſuper verbo,debet Guil.in Spe.de inqui §.nunc tractemus.ver.inquiſitores quoque.& verſi.ſed vt quæ premiſſa ſunt.

Qualiter autem reſpondeatur ad c. non tibi dico.de penit.diſt.j.ꝙ dicit non tibi dico vt te prædas ſcripſit d.p.m. in præalleg.
24 c.qualiter ij. ſuper verbo facultatem.† Et autem contra quem crimē vel infamia hoc modo probatur legitima defenſio reſeruatur de accu.cum dilecti & c. cum oporteat. & c.cum dilectus & de re iudic.cum I.& A. & tunc.debet ad locum ſeu eccleſiam deſcēdere,vt eo.ti.qualiter.ij.& c.cum dilecti de ſimo.licet hely.& propoſito verbo dei recipiet iuramentum ab his qui examinandi ſunt ſecundum formam quæ habetur eo.ti. qualiter j.in fin.ſubſequenter ab his inquiret qualiter clerici eccleſiæ viſitate ſe habeāt tam circa officium quam etiam circa alia.Item ſi eccleſia parochialis ſit inquiret de fide vita & conuerſatione parochianorum de capitulis autem in huiuſmodi inquiſitione formatis vide in Spe. de inquiſi.§. ij.ver.vt autē §.ſeq.verſi.licet authē.de teſte.§.nunc tractandum prope.fi.ver. porro in cauſa.Et ſi inuenit eos bene viuere & eccleſiam & eius bona bene regere & gubernare gratias referat altiſsimo. Nec poſſet ſubditus ex eo appellare.quia dicat infa
25 miam contra eū non laborare.quia†poteſt ordinarius quilibet eo officio de fama inquirere ſubditorum,& infamia reperta de crimine vt de offi.ordi.c.j. & irrefragabili. & de accu.ſicut olim.& vt eccl.beneſſi.ſine di.confer.c. vno. ver.quod ēt & x.q.j. placuit. de cenſi. romana.§.ſane.libr. vj. Nec obſt.ꝙ poſt Hoſt. ſcripſit d.p.m.in decre.cū oporteat.hoc.eo.ti.ſuper verbo non ſubdito quia ibi loquitur in caſu illius decre.ſ.quādo procedit ad alicuius denuntiationē hic cum ex officio,& facit ad ea quæ dicam infra ver.nunc quoque.Et hoc potiſsime quādo viſitando procedit & inquirit. & præmiſſa poſſes colligere ex diffuſe not. per Guil.in Spe.de inquiſitio.§.ij. & potiſsime in ver.licet autem &.§.nūc tractemus ver.



Source : BIU Cujas

hoc autem ſcias. & de notorijs criminibus
26 .§.i.ver.vlti.vbi dicit Guil.ꝙ†circa huiuſ
modi inquirendi modum valde exuberat
officium iudicis quod latiſsime patet.ff. de
iuriſ.om.iud.lib.j.& ſcripſit d.p.m.hoc eo.
ti.cum oporteat.ſuper verbo, non ſubdito.
& not.eo.ti.c.ij.lib. vj. Si autem per hu-
iuſmodi viſitationis inquiſitionem inuene-
rit aliquem grauiter deliquiſſe,ſi habeat ad
miniſtrationem ſeu prælaturam,remouebi-
tur ab ipſa, ſicut villicus a villicitatione q
ſuæ villicitationis non poteſt dignam red-
dere rationem vt hoc eo.ti.qualiter.ij.Non
habentes autem adminiſtrationem ſeu præ
laturam iudicis arbitrio puniuntur niſi cum
ipſis miſericorditer ageretur. & prædicta
ſunt vera niſi tale foret crimen ꝙ impedi-
ret etiam poſt peractā pœnitentiam ordinis
executionem vel beneficij retentionem,vt
homicidium & ſimonia de quibus not. eo.
ti.inquiſitionis j. gloſ.& multos tales caſus
notat Inno.de tēpo.or.ex tenore Hoſt. plu-
res de renun.niſi cum pridem.§.propter cō
ſcientiam.& ibi vide in nouella. quia tunc
punietur ac ſi per viam accuſationis de ip-
ſo foret actum de quo ſupra §.j.eo.ti.quali
ter ij.vbi de hoc.& c.inquiſitionis vbi hoc.
etiam tenet d.p.m.& eo.tit. qualiter ij.§.ad
corrigendos in fi.& de hoc in Spe.de inqui
ſitione.§.nūc.videtur poſt princ. Hęc ve
ra intelligas niſi certa alia pœna foret a iu-
re ſtatuta quia illa eſſet infligenda, vt q.iij.
.§.notandum de offic.deleg. de cauſis.
27 †Nec hoc caſu poterit inquiſitus & cor-
rectus a correptione vel ſententia appella-
re.vt de ap.ad noſtram & c.reprehenſibilis
& de offi.ord.irrefragabili nec forſan mo-
dus excedetur vt eo.ti.de priore.hoc pla-
cet Guil.in Spe.de inquiſitio.§. nunc tracte
mus.verſi.quid ſi prælatus. Si vero leue ſit
crimē quod tali modo ſte probatum,ſi cer-
ta pœna eſt pro illo a iure ſtatuta,illa impo
netur, alias imponetur arbitraria conſide-
ratis perſonę conditione, criminis qualita-
te, & an publicū ſit vel occultū & cæteris
circunſtantijs. Quid ſi crimen non fuerit
hoc modo probatum,ſed ſola criminis infa
mia probatur,hoc caſu non punietur,ſed in
dicetur ſibi purgatio,vt eo.titu. inquiſitio-
nis.ad fi.& de teſti.tam literis, in qua ſi de-
ficiat punietur vt conuictus. de purga. cap.
cum p.ſimo. & hic & c. inſinuatum. Vnum
28 tamen not. †ꝙ iudex etiam eccleſiaſticus
ſuper ſingulari vel priuato alicuius perſo-
ne intereſſe non poteſt ex officio per inqui-
ſitionem procedere ſecundum Guil , qui
hoc not.in Spe.de inqui.§.ij.verſi.& in cau
ſa. Quod puto verum ſi inquireret directe
ad conſecutionem illius intereſſe,Sed indi
recte poſſet vbi periculum anime vertere-
tur primo inquirendo de infamia & demū
de veritate,qua comperta cum non poſsit
pœnitere niſi ſatiſfaciat eum coget ad ſa-
tiſfactionem vt de vſu.cum in dyoceſi & fa
cit eo.ti.eas dudum & de iureiur. ad noſtrā
ij.& quod ibi not.in glo.iij. ad quod faciūt
quæ ſcripſit d.p.m.hoc eod.tit.qualiter. ſu-
per verbo,peruenit in fi.ſuæ glo. Nec pu
to ꝙ quando per hunc modum proceditur
iudex neceſſario teneatur procuratorē ad-
mittere & ſit ratio potiſsima huius dicti,
29 quia†cum inquiſitus habeat ſuo ſacramen
to de veritate reſpondenda præmiſſo ad in
quiſitionis capitula reſpondere vt dixi ſu-
pra eo.§.ver. nec hoc caſu. quomodo ergo
admitteretur procur. qui forte ignorat vel
ignorare poteſt criminis veritatem. Ad hoc
optime facit eo.titu.ad petitionem.& de in
di.c.primo.lib.vj.& hoc etiam placere vi-
detur Gof.Hoſti.in decre. Veritatis de do.
& contu.vt ibi poſt ipſos ſcripſit d.p.m.ſu-
per princi.ſecundę glo.& poſt ipſum Hoſt.
hoc eo.ti.qualiter ij.§.debet ante ſuper ver
bo illi vbi dicit Hoſt. hoc potiſsime locum
habere quando citatur ꝙ perſonaliter cō-
pareat inquiſitus.vel vbi crimen ſuper quo
eſt inquiſitū executionē ordinis impediat.
Sed obijciens de decre.tuæ de procu. quia
cum ibi agatur ꝙ plus eſt etiam per viā ac-
cuſationis de crimine ad thori ſeparationē
& admittatur procu. multo fortius eſt ad-
mittendus quando agitur per viam inquiſi-
30 tionis quia†etiam tūc dicitur agi ciuiliter,
vt de ſimo. per tuas, & in actione ciuili ad-
mittitur procurator,vt hoc eo.tit.ſuper his
in fi.in c.cum dilectus ad hoc etiam facit de
teſti.ex parte ade.ad decre.me reſpōde age
re ad thori ſeparationem propter adulte-
rium eſt potius agere ad intereſſe ſingulare
ipſius agentis vt abſoluatur ab obligatione
& ſeruitute qua erat ipſi adulterio obliga-
tus quā ad pœnam, & quod hoc ſit intereſ-
ſe non pœna patet quia cum pœna nō im-
ponatur,niſi a iudice, vt xxxiij.quæſt.ij.§.
in hoc & C.de iudæis l.nullus.& not.de di
uor.porro.in glo.ij.Talis autē ſeparatio ali
quando fiat iudicis authoritate nō expecta
ta,vt de diuor.ſignificaſti.ergo pœna nō eſt
dicenda.Decre. ſuper his loquitur quando
per modum denuntiationis euangelice ad
pœnitentiam agitur per modum exceptio-
nis ex qua non debetur pœna, immo dica-

Source : BIU Cujas

mus quod ex quo in his caſibus a iure permittitur,in aliis intelligitur ꝓhibitũ de pręſum.nõne.cũ cõcor.ibi no,decre.cũ dilectus intelligitur de euãgelica denuntiatione ad
31 pœnitẽtiã qđ probãt quia † ibi mandatur inquiri an denũtiãtes ſint criminoſi,qđ i aliis denũtiationibus nõ obſtaret. circa quod vide qđ ſcripſit d.p.m. in decre. cũ oporteat. eo.ti.ſuper iij.gl.vel dic ꝙ ibi denũtiãtes & quorũ nomine denũtiatio facta fuit erãt cõſortes eiuſdẽ litis quia tã ſuo ꝙ̃ aliorum nomine denũtiabãt,& ideo admitti debuerũt. Ad decre.ex parte ade,poteſt reſpõderi ſecũdũ vnã lecturã Inno.ꝙ ibi fuerat procurator cõſtitutus ad certũ articulũ tantũ Vel dicas ꝙ licet admitti procurator nõ debuerit,ex quo tñ de facto fuit admiſſus,nec exceptũ valuit quod cũ ipſo fuit actũ Ad hoc bene.facit hoc eo.ti.veniẽs, & ibi not. d.p.m.ſuper j.glo.& quod not.de iudi.c.j.li. vj. & hoc vltimo modo poſſet ad omnia cõtraria reſpõderi, poſſet aũt ex præmiſsis dari
32 generalis doctrina ꝙ † quoties inquiſitus nõ habet ſub iuramẽto reſpõdere poſsit ꝓcu interuenire.Secus cũ habeat reſpondere cũ iuramẽto,tamẽ ſi tũc admittatur, & non excipiatur valet quod cũ ipſo agitur.Indubitatum tñ eſt ꝙ allegãdas cauſas abſentie quæ cõſiſtant ſiue in facto vt quia infirmus cõparere nõ potuit vel ſimiles ſiue in iure, puta declinatorie iuriſditionis,vt quia non teneatur cõparere quia excõmunicati eſtis vel nõ valet ſcriptũ,vel nõ quia de ſuo foro,vel quod non arctat citatio poteſt interuenire procur.vt not.poſt Inno.d.p.m. hoc eo.ti.veniens ſuper prima glo.

*Nunc autem* de ſolẽnitate, circa quã eſt diſtinguẽdũ, quia alia eſt ordinaria quæ fit ab ordinario iudice, alia extraordinaria quæ fit a delegato. Eſt autẽ inter
33 iſta differẽtia quia † ordinarius põt inquirere cõtra ſubditũ licet nõ infamatũ dũmodo ſit ſibi ſuſpectus,vt dixi ſupra in prin. quis .§.ſed in extraordinaria ſecus eſt,quia delegatus non poteſt niſi cõtra infamatũ,vt eo. ti.cũ oporteat.& vide ꝙ ibi ſcripſit d.p.m. ipſo inquiſito cõtradicẽte.ſecus ſi nil opponat.vt eod.ti.c.ij.lib.vj.Multa autem quæ opponi poſſunt tam contra impetrantẽ literas inquiſitionis quã contra tertium ſeu ẽt cõtra delegati perſonã & proceſſum videre poſſes per Guil.in Spec. de inqui.§.j. in prin.In quolibet autẽ caſuũ præmiſſorũ ſubdiſtinguitur quia aut inquiſitio fit aliquo ipſam promouente,& tunc non iurat inquiſitus de veritate reſpõdenda. Aut ex officio ad denuntiationẽ officialis vel archiepiſcopi,de quo ſupra.§.proxi. iudicialis. vel fama ſeu clamoſa inſinuatione deferente. & tunc iurat inquiſitus ſuper cõtentis in inquiſitione reſpõdere veraciter vel plenam & merã dicere veritatẽ,vt in Spe. de inqui.§. nũc tractemus.ver.inquiſitores quoque. & ver.hanc.etiã circa med.& ver. ſed vt quæ præmiſſa.de forma autem iurandi dic vt dicam infra ver.ſi autem intereſt. Aut nullo deferente nec clamoſa inſinuatione deferente & de hoc vltimo ſatis dictũ eſt ſupra eo.ti.§.in princi.vnde hic de hoc membro nil dicam. In primo caſu. ſcilicet qñ aliquo promouẽte & denuntiante crimẽ procedit iudex ſubdiſtinctè, quia aut talis denuntiat ratiõe priuati cõmodi,de quo de vſur. tuas dudũ.& de iureiu. ad noſtrã ij. & hoc caſu
34 fit inquiſitio ẽt nulla fama præcedente † dũmodo charitatiua præceſſerit monitio,quia duo interpoſito iuramẽto pacti ſunt de aliquo adimplẽdo, quod alter negligit obſeruare.hoc.n. caſu ex quo caritatiue eſt tertio admonitus poterit denũtiari, & ad talẽ denuntiationem debet iudex inquirere, & probatur de iudic.nouit.de iureiurã. ad noſtram ij.in fi.& ꝙ ibi not.& hoc caſu probato crimine conſequitur intereſſe ſuum.

Aut denuntiat ratione publici commodi puta ad pœnã,quia publice vtile eſt ne crimina remaneãt impunita. de ſenten. excõ. vt famę.ff.ad legẽ aquil.l. ita vulneratus.i. reſpõ.ad fi.Et tũc ſubdiſtingue,qa, aut intereſt denũtiantes aliquo mõ , vt quia forſan eſt ſubditus qa ad hoc tenetur. ij.q.vij.quapropter vel patronus,vt xvj.q.vij.filiis.vel parochianus,xxiij,diſt.illis, & tũc admittitur eo.ti.illa ꝑpoſitorũ.Aut.nullo modo intereſt vt quia nõ eſt de illis perſonis & tũc nõ admittitur vt pręlle.c. illa præpoſitorũ
15 Eo ſaluo,quia † ſi crimẽ qđ denuntiať habet facti perſeuerantiã vt fornicatio,tũc admittitur quilibet xj. diſt. diaconi alias nõ. Si aũt intereſt denũtiantis & tũc aut generaliter per denuntiationẽ agitur ſuper ſtatu eccleſię,tã in capite quã in mẽbris Aut ſuper exceſsibus ſingularis perſonę.In primo caſu non puto monitionẽ neceſſariam quia cũ hic nõ agatur ſpecialiter de alicuius ſingularis crimine , quomodo debuit vel potuit monitio fieri nõ video. ſed nec ẽt hoc caſu tradentur capitula vt ſcripſit d.p.m. in decre.qualiter eo.titu. ſuper verbo peruenit. vbi alleg.decre. contra certam de cle. lib.
36 vj. & † ibi ipſe dicit hanc dici generalem



Source : BIU Cujas

inquiſitionē vt ſupra in prin.dixi. & debet
hoc caſu inquiſitor deſcendere ad locum &
ibi præmiſſo verbo dei,recipiat iuramenta
prelati & clericorū illius eccleſię qui iura-
būt plenā & merā dicere veritatē tam in ca
pite ꝙ̃ in mēbris, exceptis occultis crimi-
nibus,vt eo.ti.qualiter.j.in fi.j.vel ꝙ ad in-
quiſita veraciter reſpōdebūt,vt eo.ti.cū di-
lecti.de forma autem talis iuramēti, vide in
Spec.de teſt.§.ſequitur ver. porro vſq; ad
finē tñ.vt ſcripſit.d.p.m.in decre. cū dilecti.
eo.ti.cū agitur de ſtatu eccleſię ꝑpter vin-
culum periurij ſufficeret ſi iurent tantū re-
ſpondere ad interrogata. Cū vero de cer-
tis criminibus tūc iurabūt ꝙ plenam & me
ram dicēt veritatē tñ vt ibi dicit qualitercū
que agatur pōt iudex recipere ꝙ maluerit
iuramentū debet aūt tale iuramentū pręſta
ri in publico,vt de ipſius forma poſsit fides
fieri ſi dubitetur,vt pręalleg.decre.cū dile-
cti.& hoc ibi ſcripſit d.p.m.ſuper glo. ſimi-
le ſupra.poſtmodū interrogetur ſcđm quod
hř in Spe.de teſte.§.nūc tractandū ver.por-
37 ro.vſq; ad fi.ſcđm quoſdā† vbi ſolus præla
tus eſt diffamatus pōt inquiri tam in capite
ꝙ̃ in mēbris, quia capite lāgueſcēte cætera
mēbra lāguent vel lāguere pręſumūtur vj.
q.c.ad idem ij.q.vij. ſicut inquit. & lxj. di-
ſtin.miramur.& hoc tenuit Innoc.in decre.
cū dilecti.eod.tit.& de ſimo.licet hely. Sed
Hoſt.ibi contra arg.de his quæ fiunt a ma-
io.parte c.quęſiuit.quod mihi placet.ratio-
ne quam ipſe ponit non enim fit inquiſitio
ſuper occultis,vt eo.ti.qualiter fateor tamē
cū ipſo Hoſt.ꝙ cōtra ipſum epiſcopum tan
tū poterit eo caſu fieri inquiſitio.tā in capi-
te ꝙ̃ in mēbris,vt videlicet inquirat quali-
ter ſe habeat erga ſuā eccleſiā ibi qualiter
erga canonicos ſuos & alios clericos & lai
cos qualiter in villis,caſtris, & eccleſijs,&
de hoc per d.p.m.hoc eo.ti.cū dilectus pla-
cet.Guil.in Spe.de inquiſi.§.nūc tractemus.
verſicu . ſi igitur aliquo.in fi.in quo ver.cir
ca fi.reprobat opi.iſtorum qui dixerunt ꝙ
cū hoc modo procedetur ſit libellus offerē-
dus,lite conteſt.facienda.& iudiciarius or-
do ſeruandus quod eſt falſum immo hoc ca
ſu ſufficit ſeruare formam decre.cū.I. & A.
38 de re iudi. Tñ† legitima defenſio ſemper
eſt ſeruāda vt patet in ipſa decre.cū.I.& A.
Probato autem hoc modo crimine fiet qđ
dixi ſupra eo.§.ver.ſi autem.

*Cum autem* inquiritur ſuper ex-
ceſsibus ſingularis per
ſonæ aliquo promouē-
te inquiſitionem tūc primo citabitur inqui
ſitus & interrogabitur an ſit infamatus de
illo crimine ſi cōfiteatur infamiā,tunc pro
cedetur ad vlteriora & fiet hoc caſu libelli
oblatio.lit.cōte. & ſeruabitur ſubſequēter
ordo iuris qui hř eo.ti.qualiter & patet hoc
de ſimo.c.per tuas in principio,quia ſubſe-
quēter tradentur ſibi capitula inquiſitionis
& demum citato inquiſito iurabunt teſtes
& ſuper ipſis examinabuntur, & tam no-
minum ꝙ̃ dictorum teſtium ei fiet copia &
ipſius defenſiones legitimæ admittētur tam
contra perſonas quam cōtra dicta vt ſic ſit
differentia inter inquiſitionem quæ fit ſu-
per ſtatu eccleſię,& illam quæ fit contra ſi-
gularem perſonā quod aūt de nominibus di
xi verū intelligas præter quā in crimine hę
39 reſis vt de hæreti.c.vlti.lib.vj.Si autē†ex-
hibito prædictorū denegaretur poſſet inqui
ſitus appellare licite vt in Spec.de inqui.§.
j.ver.& generaliter. ſed ſi inquiſitus nega-
ret ſe infamatū prius eſt probatio recipien
da ſuper infamia ꝙ ſi denegaretur vel non
ſeruaretur appellere poſſet,vt eo.titu. cum
oporteat & c.qualiter ij.probata aūt infa-
miā procedetur vt ſupra alias ipſe abſolue
tur,& denūtians punietur.vt de calum. c.ij.
An aūt probata infamia admittatur is con-
tra quē fit inquiſitio ad probandum ſe bo-
næ famæ,& qui teſtes hoc caſu pręferendi
plene notauit d.p.m.hoc eo.tit. cū oportet.
ſuper verbo formā ipſius poſt prin.ſuę glo.
& eſt iſte talis modus ſeruandus qñ inquiſi
18 *Vigeſimoſexto* quero† An impeditushmōi teneatur mittere excuſatorem,attende ꝙ procedit qñ nō tenetur mittere excuſatorem ꝙ eſt regulare de quo per doct.C.de reſti.militum l.j.& ij. .§.ſi quis in iudicio.ff.ſi quis cau. per Guli. & Bar.& de procur.c.querelam.& de dolo & contu.c.cum dilectus.& per doct.& glo. Reſpondeo ſic vt notatur in c.querelam.in glo.in verbo,detentus,& in d.c. cum dilecti.in glo.magna ſuper verbo,reſponſalem.

19 *Vigeſimoſeptimo* q̄ro † Quid ſi excuſator mittatur vel veniat & probet iuſtam rationem ſeu iuſtum impedimentū abſentis. Reſpondeo iudicium differtur.ff.de iud.l.ſi prætor.ff.ſi quis cautio.l.ij.§.ſi quis in iudicio. de electio.bone.de dolo.& contuma.c. cum dilecti.& d.c.veniens.

20 *Vigeſimooctauo* q̄ro † Quid ſi non mittit excuſatorē vel non veniat excuſator pro abſente. Reſpondeo ſiue non mittat.quia non poſsit ſiue non mittat quia negligit, tenet proceſſus contra abſentem.ſed reſcinditur per reſtitutionem.Sed ſi compareret excuſator & de impedimento doceret proceſſus foret ipſo iure nullus vt not.ff. de re iudi.l.quæſitum per glo.& Bar. in d.l.ij.§.ſi quis in iudicio. & in d.c. querelam. & in dicto capit. cum dilecti.

21 *Vigeſimonono* quero. † Quid ſi excuſator allegat qd citatio nō pōt peruenire in notitiā abſentis vel aliud impedimētum prǫciſi facti iudex vltra procedit.An valeat proceſſus. Reſpōdeo ſic niſi excuſator obtulerit ſe probaturum & iudex contempſerit. de appel. c. interpoſita. Saluum tamen eſt ius parti petendi reſtitutionem ex cauſa iniuſte abſentie.C. qūo & quando iudex l.ab eo.ff.de in integrum reſtitu.l.fina.& ibi notatur.Non.n.eſt neceſſe ad validitatē proceſſus quod citatio perueniat in notitiam citati niſi iudici conſtet de impedimento vel per eum ſteterit quo minus conſtaret ſecundum Bar.in extrauagāti ad reprimendum,in verbo,neglexerit.

22 *Trigeſimo* quero. † Excuſator in cauſa capitali allegat cauſas abſentie. iudex vult ꝙ ſatiſdet de illo præſentando tēpore quo iuſta cauſa abſentie poterat eſſe finita. An id teneatur. Reſpondeo non quia nulla lex hoc dicit. Facit.ff. de colle. illic.l.iij.in fin.de tranſ.c.ij.de ſenten.excom.is qui.lib. vj.ſecundum Io.And.hanc quæſtionem latius proſequentem,& vt præmittitur concludentem in titulo de defenſore ſuper rubrica in additionibus Spe.

21 *Trigeſimoprimo* q̄ro.† Abſens impeditus impedimēto pari facti conſtituit procuratorem ad agendū & defendendū in cā capitali ſed non ad excuſandum ſeu allegandum cauſas abſentie, An poterit illas cās & proponere.Reſpondeo qd non habet dubiū, quia ſi poteſt ſine mandato,multo fortius cum mandato generali.Sed dubiū foret an poſſet cās abſentie iuris proponere cū ad eas proponendas nō fuerit expreſſe & ſpecialiter conſtitutus, quod non facit ad noſtrum opuſculum quo ſolum de excuſatore ſine mandato agimus, Domini tamē de Rota eorum concluſione cccxxvj.tenēt quod ſic. Adde rationē quia habēs certam formam mādati facit aliquid quod valet non eſt contra ſed iuxta mandatum vt ad propoſitum dicit Io.And.in titu. de excuſatore,ſuper rub.in Specu.

24 *Trigeſimoſecundo* q̄ro † An cauſę poſſint cōtra voluntatem rei allegari,& probari.Reſpōdeo non cum per allegationem cauſarū abſentie ſola contumacia excludatur vt dictū eſt in xxvij.quæſtione,quo contumacia vo

Source : BIU Cujas

lente reo excludi non poteſt. Sicut dicimus in coniuncta perſona quæ contra voluntatē domini non admittitur, vt notatur in Spec. de coniuncta perſona. verſi. licet aūt. & verſi. itē quod agit cōtra voluntatē, licet ad allegandū cauſam innocentie excuſator reo inuito admittatur. ff. de pœnis. l. ſi nō defendantur. ff. de quæſt. l. j. §. ſi quis vltro. patet ex dictis in xij. q. cū duabus ſequentibus. Ratio differentiæ eſt quia pœna contumacie reſpicit annotationē bonorum ſeu damnum burſale, pœna innocentiæ reſpicit perſonam cuius correus dominus non eſt ff. ad l. aqui. l. liber homo. ff. de appel. l. nō tantū. Si tamen pœna nocentis reſpiceret burſale damnū nō poſſet abſentia innocentię allegari inuito abſente quia poteſt pati ſe damnari. Rurſus ſi abſens poſſet dānari ad mortem ex forma ſtatuti non poſſet præponi cauſa abſentie eo inuito, quia cauſa abſentię non excludit delictum, ſed innocētia ſic.

25 *Trigeſimotertio* †An excuſator poſsit allegare abſentiam eius contra quem petitur executio ſententie. Aduerte pro deciſione huius quæſtionis Io. An. in tit. de executio. ſenten. §. fi. ſuper verbo, duodecimo in additionibus Specu. querit an petens executionē ſententię neceſſe habeat admittere defenſorē qui offert pro condemnato. & poſt argumenta pro & contra concludit per l. j. ff. de fide. inſtru. l. fideiuſ. pro venditore. & l. an tamen in prin. ff. de iudi. ſolui. ver. condemnato fideiuſſore reus ad defenſionem non admittitur quod admittitur ſi facere velit ꝙ facit dn̄s & aliquantulū plus ſcilicet ſatiſdare. Et ſi hoc faciet recte defendet ff. de procu. l. ſed & hęc. §. defendere & l. fi. de iudi. l. recte defendit. Sed dn̄s aut ſolueret aut annullaret ſententiā. Ad hoc ergo faciēdū admittendus eſt defenſor. Audiet ergo dicēs actorem habere rē petitam vt ſequitur. verſicu. xvij. vel ſi aliā exceptionē doli opponere ſit paratus & probare. In his enim & ſimilibus hoc expreſſo a iudice in alijs non ſed fiet executio. C. de ap. l. ſi contra maiorem ſi. n. vellet litē conteſtari ſuper actione iudicati vel facere ꝙ dominus non poſſet non admitteretur ſecundum Io. And. Ad propoſitā ergo qōnem ſi excuſator allegaret cauſas abſentie neceſſarias quas allegare pōt vt dictum eſt in ij. q. ad finem, ꝙ condemnatus poſſet apponere & probare exceptiones quæ ſententiam annullarent vel ad finē vt ſolueret audietur aliter non. Opponere autem illas excuſator non poſſet ſine ſatiſdatione de rato. Et merito quia aliud eſt allegare abſentiam ad finē differende executionis quod licet. Aliud opponere exceptiones doli metus & ſimilia propter abſentiā ad finē tollēde executionis quod non licet ſine mādato vel ſatiſdatione quia neſcit an dn̄s velit illas opponere vt dictum eſt in ij. q. Poſſet tamē probare ꝙ ſententia fuerit ſatiſfacta ne bis fiat executio ſicut in principali poteſt probari debitū ꝙ petitur ſatiſfactum in cauſa in qua ad diffinitiuā deueniri poteſt per ea que dicta ſunt in d. ij. q. & iij. Et ſi probaret pronuntiaretur ſententiā non mereri executionē ſicut in principali abſolueret reus vt dictum eſt in x. quęſt. Et ſi non probaret puniretur & condemnaretur in expenſis vt in principali dictū eſt in vj. q. Conclude ꝙ excuſator admittetur ad allegandam abſentiam vt dn̄s poſsit opponere exceptiones ſibi de iure vel ſecundum formā ſtatuti cōpetētes contra ſententię executionem non alias vt dixi.

Explicit per prędicta tractatellus de excuſatore ſine mandato. ęditus per eximiū ac præclariſsimum V. I. Doct. do. Antoniū de Cannario, cuius anima requieſcat in pace, quem edidit anno natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti, M.cccexlvj.

SEQVVNTVR DVO CONSILIA in eadem materia Excuſatoris, quę cum reperiremus ſcripta in copia in fine ſupraſcripti tractatus, Cum ſint excellentiſsimorum doctorum, Conueniens viſum fuit imprimere.

## CONSILIVM D. MARIANI Socini Senenſis. ſuper Excuſatore abſentis recipiendo.

OMNIPOTENS deus adſit ſpiritus ſanctus illuminet intellectum. Prędictam dubitationem in huiuſmodi caſibus per Senenſes iudices ad punienda maleficiadeputatos frequenter dubitationem fieri intellexi. Apud quos ex duplici capite dubitatio oriebatur. Primo per ea quę traduntur in l. penul. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. & in l. ſeruum quoque. §. pu-

blice.ff.de procura.in c.veniens de accuſa, vbi hanc materiam latiſsime tractaui. & in l.reos.C.de accuſa. Secũdo oriebatur dubitatio vigore prædicti ſtatuti diſponentis ꝙ teſtes non poſsint produci niſi per principales.& in præſentiarum recordor ꝙ in quatuor cauſis obtinui ꝙ admitteretur qs ad probandũ innocentiã abſentis rõne intereſſe reipublice.cuius intereſt potius nocentẽ abſoluere ꝙ̄ innocentem condemnare.vt l.abſentem.ff.de penis. & in d. l. reos cum ſimilibus. Prima fuit quædã cauſa Saluatoris de Petra mala.qui ſuper platea interfecit Ludouicũ de Forliuio conductorẽ gẽtium armorum,quem dominus Thomas Doccij & ego defendimus faciendo comparere defenſorem pro ſuo principali intereſſe reipublice ne innocens condemnaretur. & ſic fuit liberatus & apparet liberatio & abſolutio in archiuo publico.Secunda cauſa fuit cuiuſdã Nicolai Antonij manumiſsi qui adhuc viuit & mihi vicinus.Et ſi nunc eſſet in ciuitate ſcio ꝙ habet proceſſum & cõſilium meum pœnes ſe.quod ad vos trãſmitterem,& pro poſſe conabor cras habere. Tertia fuit cuiuſdam Antonij mediarij Gaſparis Petri de Verdellis. Quarta fuit duorum Mediariorũ Benedicti Blaſij Roberti,qui interfecerunt quendam virum ſatis robuſtum & fortem qui vocabatur Nannes de Surra.quorum omnes abſolutiones poſſumus vide in archiuo publico Bicherne.Et ſi diceretur non eſſe iudicandũ exemplis.ego fateor.ſed tñ hoc dixi vt cognoſcatur ſtilus & practica. immo ẽt conſuetudo quæ eſt optima legũ interpres.vt l. minime & l.inueterata.ff.de legi.in cap.dilectus de conceſsione prębende cũ alijs vulgaribus.

Sed omittendo exempla dico qđ iſtud clariſsimũ de iure,quoniam quotieſcunque contra abſentem poteſt procedi ad ſententiã diffinitiuã admittitur excuſator pro abſente,ne abſens indebite cõdemnetur. Hoc voluit domi.Anto.de But.in d.c.veniẽs per c.ſuper his de accuſa.Vnde licet non poſsit interuenire procurator.tamen poteſt interuenire excuſator. Admittitur enim defenſor abſentie inſtructor ſeu informator iuriũ abſenti cõpetentiũ.voluit Richardus de Saliceto in d.l. ſeruum quoque in.§.publice, & Bartholomeus de Salyceto in d.l. reos. C. de accuſationi. Quinimmo Dyn. in d.l. pe.§.ad crimen.ff.de publi.iudi. fortius voluit quod in omnibus caſibus in quibus ex forma ſtatuti procedi contra abſentem ad pœnam capitalem poteſt non ſolum excuſator ſeu defenſor interuenire ſed etiã procurator. quam ſententiã etiam tenet Ioan. Andre.in additio.Spe.in tit. de procuratore.§.j.verſi.item quod cauſa eſt criminalis quaſi in fin.& ſic dicit tenuiſſe Iaco.de Arena.& Dy.cõſuluiſſe.Et prædictam etiã opinionem ſequitur nouiſsime Io.An. de Imo, in d §.ad crimen.Sed quia conſtaret prædictum ſtatutum, quia procurator non poſſet producere teſtes.Ideo obſeruabimus quod compareat vnus de populo pro ſuo reipublice intereſſe ne abſens indebite damnetur, qui non admittitur ad negandum ſed ad confitendum factũ prout geſtũ eſt videlicet homicidiũ mutilationẽ vel quid ſimile, vigore cuius confeſsionis res publica & iudex inquirens habet fundatam intentionẽ ſuam. Et ſic ceſſat illud quod pro abſente non debet admitti. quia non poteſt videri qua trepidatione, quo colore,quo pallore, titubatione, ac variatione reus loquatur, quia prædicta procedunt quando cõparens negaret.ſecus ſi confiteretur,quia quo caſu vt dixi fundata eſt intentio curie. Et ideo debet talem excuſationem & defenſionem pro intereſſe reipublice admittere omnibus modis debet perquirere veritatem per notata.xxx.qõ.v.c.iudicantem.& in auth.qui ſemel.C. quomodo & quando iudex.& in l.ampliorem.C.de appel.& licet glo. ibi dicat quod ſit ſpeciale in cã appellationis.tamen Bart.ibi tenet contrarium facit etiam quod notat But.in l.iiij.§.hoc aũt iudicium ff.de dam.infe.& ꝙ notatur in l.ſi non defendantur.ff.de pœnis.& xxxiij.q.viij.c.occidit & l.j §.fina.ff.de quæſtioni.& in l.qui cum maior.§.libertus & .§.ſeq.ff. de bonis liberto.facit.l.penul.ff. de interroga. actio. Dixi latiſsime in d.c.veniens. Vnde concludo quo ad terminos noſtros quod ſolitus ſum dare triplicem formam ad defendẽdum innocentem & euadendo formam prohibitiuã dicti ſtatuti. Prima eſt quam ſtatim dixi quia cõparet vnus pro ſuo reipublice intereſſe,& confitetur talem inquiſitum cõmiſiſſe homicidiũ prædictum in inquiſitione contentum,ſed licuiſſe ſibi ratione defenſionis vel quia bannitus &c. Nam hoc caſu clariſsimum ꝙ ipſe dicitur principalis & ſuo nomine dicitur producere teſtes. Secunda practica eſt ꝙ ipſe excuſator reddit iudicem inquirentem certiorem & iudex ipſe ex officio ſuo citet & examinet teſtes, quia hoc facere debet per iura ſuperius allegata.Et quia cum verſetur publicum intereſſe debet ſuper hoc imparti-

Source : BIU Cujas

ri officium ſuum vt traditur in d.§.hoc autem iudicium.& in c.ad noſtram.de iureiurando.& notatur in l.properandum.§. ſin autem reus.C. de iudicijs. Tertia practica eſt vt ipſe iudex inſtante excuſatore vel ex officio ſuo mittat ad locum in quo inquiſitus deſijt & ſcribat iudici illius loci quod recipiat teſtes quos inquiſitus ꝓducere voluerit.& ſic conſultus ex prædictis concludo & de ſubſcriptione requiſitus.

Ego Marianus Socinus Senenſis vtriuſque iuris & doct.ſacri cōſiſtorij aduocatus ſubſcripſi ſolitoque ſigillo, ſigillaui.

## CONSILIVM D.

**Thomæ doccij Senenſis, De contumace non condemnando probata innocentia.**

OMNIPOTENTIS dei poſtulato ſubſidio. In præſenti cauſa Saluatoris de Petra mala. Dico principaliter duo ſunt videnda. Primum an in cauſa dictus ſer Nicolaus defenſorio nomine interuenire poſsit ad oſtendendum de innocentia dicti Saluatoris. Secundo an præſuppoſito quod poſsit interuenire debeat iudex abſoluere dictum Saluatorem ſi per dictum defenſorem clare oſtendatur de innocentia dicti Saluatoris. Primo quam maxime ſupradicta cenſura municipali viſa. Et quantum attinet ad primum omiſsis ſuperfluis. Dico breuiſsime dictum defenſorem ad innocentiam allegandam interuenire potuiſſe in hac cauſa quamuis capitali per text.notabilem in.l. ſeruum quoque.§. publice.ff.de procu.vbi probatur quod quilibet admittitur ad allegandas cauſas innocentię pro abſente, non tamen tanquam procurator ſed tanquam defenſor, licet Dyn. tenuerit idem fore in procuratore. Et hanc ſententiam de defenſore tenuit excellentiſsimus doctor Bartol.in l. penulti.§.ad crimen.ff.de publi.iudic.& dicto §. publice. & in extrauaganti ad reprimendum in gloſſ. ſuper verbo legitime. Mouetur quia etiam in criminalibus nullo interueniente ſi iudex procedit contra abſentem debet veritatem omnibus modis perquirere.vt in auth.qui ſemel.C.quomodo & quando iudex.& in l. ampliorem.C. de appella.Et facit quod notat Bartol. in l. iiij.§.hoc autem iudicium de dam.infec.& facit quod notatur in l.ſi non defendantur. ff.de pœnis.& in l.prima.§.fina.ff. de quæſtio. & in l. ſi cum maior.§. ſi libertus &.§. fina.ff. de bonis liberto. & optime probatur in dicto.§.publice. dum dicit quemuis pro eo verba facientem & innocentiam excuſantem. Et hanc opinio.ſequutus eſt Bartol.tanquam veriſsimam in dicto.§. ad crimen. Hanc etiam opinio. videtur ſequi in effectu domi.Anto.de But.poſt Innocen. in c.veniens.de accuſa.& eſt communis & rationabilis. Vnde concludo in hoc primo dubio quod in cauſa quantuncunque capitali in qua abſens damnari poteſt vel de iure communi vt in aliquibus caſibus nota.in dicto.§.publicę. & ad crimen. per Bartol. vel etiam ex forma ſtatuti ſemper defenſor interuenire poteſt ad allegandas cauſas innocentiæ, non tamen tanquam procu. ſed tanquam defenſor & inſtructor ſeu informator veritatis tanquam iudici aſsiſtens. Sicut dicimus in ſimili de legitimo aſsiſtente. ff.de inofficio.teſtamen.l.ſi ſuſpecta. & per Barto in l.ſi vna.ff.de adop.& per cano. in capitu.cum ſuper.ff.de re iudica. Et rationem differentiæ inter procuratorem & merum defenſorem aſsignat Bart.in d. verſic. legitimæ in extrauaganti. Nam ſi in capitalibus poſſet procurator interuenire ad opponēdum exceptiones peremptorias in caſu quo abſens poſsit damnari nunquam vel raro aliquis damnaretur quia procurator ſemper negaret cōtenta in inquiſitione vel accuſatione. & ſic incumberet onus probandi iudici quia cum reus non fuerit contumax per comparitionem procuratoris non habetur pro confeſſo, nec poſſet damnari. Sed in defenſore non eſt ſic, quia ex contumacia rei non comparentis,ſatis dicitur fundata intentio iudicis, quia habetur reus pro confeſſo, & ſic aliter non probaretur de innocentia rei poſſet iudex talem contumacem & ficte confeſſum condemnare. Sed ſi de innocentia conſtitit non poteſt iudex ex illa ficta confeſsione reum condemnare vt ſtatim dicetur.

*Quantum autem* ad ſecūdum dictum licet prima fronte dicendum videatur quod ex quo apparet de confeſsione dicti Saluatoris inducta mediante eius contumacia poſsit



Source : BIU Cujas

& debeat condemnari ad pœnam mortis per l.j.C.de confeſsis.& in l.pro hęre.ff. ad l. aqui. & maxime quia idē operatur ficta confeſsio quod vera.ff. locati qui ad certū & l.ſingularia.ff.ſi cer. peta.& l.eius qui delatorem.ff. de iure fiſci.Si ergo vere fuiſſet confeſſus ſe dicere homicidium commiſiſſe deberet condemnari.ergo ēt ſi ficte fateretur. Præterea cum ſtatutum ſupradictum tribuat formam dicendo quod reus inquiſitus debeat citari intra tres dies & ſi nō venerit habeatur pro confeſſo, & ſi non venerit ad mandatum poteſtatis condemnetur. Vnde non videtur ab iſta forma recedendum maxime cum videatur impoſita neceſſitas iudici l. ſcia.ff. de auro & argen. lega. & l. cum hi.§. ſi pretor.ff. de tranſa. Sed his non obſtantibus arbitror partem contrariam de iure veriorem quia licet ſtatutum fingat contumacem haberi pro confeſſo & tanquam confeſſum condemnari debere.tamen negari non poteſt quod iſta non ſit ficta cōfeſsio. Sed quando concurrit fictio & veritas circa idem ſubiectum & eiuſdē temporis attendimus veritatem & non fictionē vt eſt caſus in l. filio qui patri.ff. de lib.& poſthu.& per Bar.in l.j.§.hoc autem ſenatus.ff.ad ſille.Cum ergo ſit probatum de veritate & innocentia dicti Saluatoris non debet iudex ex dicta ficta confeſsione reū cōdemnare, immo fortius ſi expreſſe Saluator fuiſſet confeſſus ſe interfeciſſe dictū Ludouicū & tamen apparet dictū Ludouicū non fuiſſe interfectum a dicto Saluatore ſed ab alijs, debet iudex eum abſoluere non obſtante dicta vera confeſsione vt eſt tex. notabilis in d.l.inde neratius.§.fin.ff. ad l. aqui.Nec ſufficit Ludouicum interfectū fore ab alio vt prædictus Saluator condemnetur licet in actione legis aquilie ſufficiat condemnandum a quocunque homicidium factum fuerit quia in contrarium eſt ſpeciale in aquilia vt dicunt ibi glo.& docto.

Nec obſtat dictum ſtatutum dicens contumacem & bannitum debere condemnari quia debet intelligi niſi appareat de innocentia inquiſiti ſicut intelliguntur & limitātur iura communia dicentia confeſſum debere condemnari.quia reſtringuntur & interpretantur niſi de innocentia appareat vt in iuribus ſupra allegatis.Immo fortius etiā ſi poſt ſententiam appareret de innocentia inquiſiti non debet iudex exequi talem ſententiam, vt d.l.j.in fi.de quęſtio. & no. in d. c.veniens.Eſt enim talis interpretatio paſſiua quam ſtatuta recipiunt vt l.fin.§.in cōputatione.de iure deli.& in l.omnes populi.per Bartol.ff. de iuſti. & iur. facit l.ij.C. de noxa. cum ſimilibus. Et ſic concludo dictum Saluatorem fore de iure abſoluendum cum de innocentia ſua conſtet per dicta teſtium,non obſtante ſua contumacia & ficta confeſsione.

Et ita dico & cōſulo iuris eſſe Ego Thomas Docij & de Senis vtriuſq; iuris docto,

FINIS.



D. MART. LAVDEN.

# TRACTATVS

de Crimine læſæ maieſtatis ſummi legum doctoris domi.Martini Laudenſis.

## De crimine læſæ maieſtatis, Rub, Prima quæſtio.

IN DVCIBVS & proceribus non habet locū vt delinquens contra eorum ſtatum puniatur ſecundum formam l. quiſquis. C. ad l.iul. maieſt. ſecundum Albe. de Roſa.in d.l.quiſquis, limita hoc verum niſi princeps nō recognoſcat ſuperiorem, puta imperatorem, quia tunc de eo vt de ſupre

mo iudice iudicandũ eſt, arg.no.in l.hoſtes. ff.de cap.quia tunc habet locum pœna,d.l. quiſquis.ſecundum Bal.in d.l.quiſquis. Aduertendum tñ eſt ꝙ in principe recognoſcẽte ſuperiorem committitur crimen lęſę maieſta.l.j.ff.ad l.iul.maieſt. non tñ pœna extẽditur ad liberos ſecũdum formam d.l.quiſquis.& de rebellibus vide Bar.in extrauagan.ad reprimen.in verbo,rebelles.

Secunda quæſtio.

Qui mittunt literas vel nũtium hoſtibus doloſe, incidunt in crimen læſæ maieſtatis, & etiam nuntius ſcienter portans literas punitur.l.j.per Bal.ff.ad l.iul.maie.& l.j.§.incidat.ff.ad turpil.& quod no.Cyn.in l.non ideo minus.C.de accuſa.& *Bart.* in l.j.§.ne autem.C.de cadu.tollen.

Tertia quæſtio.

Licet pluribus modis committatur crimen læſæ maieſta.l.j.cum ſeq.ff.ad l.iul.maieſta.tamen proprie committitur in perſona principis vel aſtãtium corpori eius. Cy. in l.quiſquis.C.ad l.iul.maieſt.

Quarta quæſtio.

Mutuans vel donans pecuniam hoſtibus principis incidit in crimen læſæ maieſta.l. cuiuſcunq;.ff.ad l.iul.maie.

Quinta quæſtio.

Rebellio ſubditorum non priuat dominum poſſeſsione ciuitatis niſi eum vel officialis ſuos expellerent de ciuitate,vel caperent, vel incarcerarent.l.j.§.pen.ff.de vi & vi arma.& no.Bal.in repe.l.ſi aquam.C.de ſerui.& aqua.Nam ſi violenter expellit vel reuertens non admittatur vel ſuſpicatur repelli dñs perdat poſſeſsionem ciuitatis.l.j. §.deijcitur.ff.de vi & vi arma.l.clam poſsidere.§.ſi.ff.de acqui.poſ.Et aduertendũ eſt ſi princeps timore inimicorum ſuorum vel hoſtium dimittat caſtrum vel ciuitatem nõ perdit poſſeſsionem.l.licet.ff.de acqui. poſ. dummodo hoſtes non occupauerant caſtrũ illud.l.clam poſsidere.§.ſi, Item qui capitur ab hoſtibus perdit poſſeſsionem rerum ſuarum, & ẽt non captus amittit poſſeſsionem rerum ſuarum captarum ab hoſtibus.l.deniq;.ff.ex qui.cau.maio. & Inno.in c,ij,circa ſi,de ope.no.nun.facit no.per Ioã.de Ligna.in c.dilecta.de capel.mo.

Sexta quæſtio.

Qui frangit ſcienter ſaluum conductũ tenetur l.iul.maieſt.Ang.in l.vtimur.ff.de ſepul.vio.& vide Bar.in l.iij.in.§.transfruga. ff.de ſica.& in l.nullum vim.C.de ſuſcep.et archa.& non debet dari ſaluus conductus cum alterius damno,l.ij.§.ſi quis a principe.ff.ne quis in loco pub.licet hoc male ſeruetur, & quis poſsit concedere ſaluum conductum.vide Ang.in d.l.vtimur.

Septima quæſtio.

Damnatus de crimine læſæ maieſta.poteſt appellare.glo.in l.pantonius.§.rei.ff.de acquiren.hæredi.

Octaua quæſtio.

Tractatus & conſpiratio contra principem poteſt probari per cõplices & ſocios criminis.Bal.in l.qm̃ liberi.C.de teſta.

Nona quæſtio.

Facere conuenticulam de papatu viuente papa eſt crimen læſæ maieſta. no.in c.veniens.de teſtib.& Bal.in l.quoniam liberi. C.de teſti.quod contra concilium non canonice congregatum.

Decima quæſtio.

Vbicunq; quis punitur vſq; ad alterũ gradum intelligitur de deſcendẽtibus a maſculis non a fœminis.§.vbicunq;.de pœn.li.vj. & in crimine læſę maieſt.non puniuntur ita filiæ ſicut filij quia mulieres non ſunt ita audaces l.quiſquis.C.ad l.iul.maie.

Vndecima quæſtio.

Contra notorie tenentes ciuitates eccleſiæ romanę ſine citatione prouenitur ad ſententiam ſecundum Bal.in proem. feudorũ.

Duodecima quæſtio.

Ille dicitur facere contra ſtatum principis qui vult dirigere ſtatum ad aliud regimen puta ad alium principem. Bal.in l.j.§. huius ſtudij.ff.de iuſti.& iure.

Decimatertia quæſtio.

Sola ſcientia punitur qñ maleficium eſt committendum in perſonam eius cuius eſt ſubditus, puta in perſonam principis.Bart. in l.virum.ff.de parrici.ꝙ no.pro principibus contra ſubditos ſcientes proditiones.

Decimaquarta quæſtio.

Propter publicam vtilitatem puta ob bonum pacis reipubli,poteſt concedi vt bona rebellium empta reſtituantur, vidi opinio. magnorum doctorum allegantium Bart.in l.quæcunq;.C.de fide inſtru.& iur.haſte fiſ. lib.x.facit l.lucius.de euictio.

Decimaquinta quæſtio.

Pœna tranſiens in poſteros non comprehendit lineam fœmineam.Et licet in crimine læſæ maieſta.confiſcantur omnia bona, tamen non confiſcantur bona feudalia. Io. And.in c.in quibuſdam,de pœnis.lib.vj.

Decimaſexta quæſtio.

Cõſpiratio eſt cõfederatio inter aliquos in præiudicium principis vel alterius.Ioan. And.in c.exhibita.de iud.& Ioã. de Imo.in

Source : BIU Cujas

c.petitio.de iureiur. Et dicuntur tyrãni qui propter partialitates ciuitatum faciunt ſe dominos l. nemo exterus.in fi.C.de iudi. & j.q. j.incipiunt alias principatus.

Decimaſeptima quæſtio.

Filij rebellium ciuitatis vel principis cõcepti tempore rebellionis nõ ſunt ciues illius ciuitatis.Bal.in l.impera.la ij.ff.de ſtatu homi.& perdunt iura ciuilia. Bald.in l.j. C.de hære.inſtitu.

Decimaoctaua quæſtio.

In crimine læſæ maieſtate etiã hodie nõ ſeruantur bona filijs aucten.bona damnatorum.C.de bonis damnato.

Decimanona quæſtio.

Iuribus dicentibus ꝙ punitur affectus & ſi non ſequatur effectus eſt derogatũ per generalem cõſuetudinem, niſi in crimine lęſæ maieſtatis.& patrie oppugnate.Angel.in l. fina.§.fin.ff.quod quiſq; iuris.

Vigeſima quæſtio.

Pœna.l.quiſquis.C.ad l.iul.maie.habet locum ẽt in filio naturali tñ, qui facere cõtra imperatorem vel papã eſt contra ius quaſi naturale, qui imperator & papa eſt pater omnium ſecundum Alber.in l.filiũ.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.

Vigeſimaprima quæſtio.

Priuata inimicitia nõ excuſat a pœna rebellionis.Inno.& Bal.in c.j.de offi.deleg.licet Bar.teneat contrarinm.in l.hoſtes.ff.de capti.cuius ſententia videtur humanior.

Vigeſimaſecunda quæſtio.

Licet quis efficiat ſubditus propter delictum.l.j.C.vbi de cri.agi opor.non tñ taliter fit ſubditus vt committatur crimen læſę maieſta.ſecundum Old.conſi.xlij.

Vigeſimatertia quæſtio.

Nullus priuilegiatus torquetur excep. maieſtatis crimine.l.nullus.C.ad.l.iul.maie.

Vigeſimaquarta quæſtio.

In crimine læſæ maieſta.filius perdit legitimam ſecundum Frã.Zaba.in cle.paſtoral. de re iudi.qui alleg.Io.de Ligna.ita tenere.

Vigeſimaquinta quæſtio.

Omnes ciues ciuitatũ ſubditarum principi nõ poſſunt dare alteri principi tex.& ibi Ia.de Belui.in auth.de defen.ciui.§.audiẽt. facit quod not.glo. in l.inuitus.ff.de fideicom.liber.

Vigeſimaſexta quæſtio.

Corrumpẽs imaginem quæ fuit picta ad infamiam alicuius proditoris principis, puta qui ſuſpenſus pedibus vel ad decus publicũ punitur in quingentis aureis.l.ſi quis id ꝙ.ff.de iuriſdi.om.iudi.& ibi per docto.

Vigeſimaſeptima quæſtio.

In crimine læſæ maieſt.admittitur laicus contra clericum pro teſtificando.gl.in c.cũ p.manconella.de accuſa.

Vigeſimaoctaua quæſtio.

Rebellis et proditor eſt qui reliquit principem ſuum & adheret alteri.Bar.in extraua.quoniã nuper.in verbo,rebelles.& amittit iura ſui principis.l.amiſsione.§.qui deficiunt.ff.de capi.dimi.

Vigeſimanona quæſtio.

Sicut per rebellionem contra principem perduntur priuilegia ita conſuetudines priuilegiate.Bal.in extrauaganti de pace conſtantie in verbo, habetis.& rebelles dicuntur eſſe qui ſunt in notoria inobedientia.gl. in l.ſi certarũ.ff.de mili.teſta.Ang. in l.ij.§. fi.ff.de iudi.Et rebellio ſubditorum nõ priuat dominum poſſeſsione.Bal.in l.ſi aquã. C.de ſeruitu.in repet.& vide Bald.in l.j.& ibi ſcripſi.C.de ſer.fugi.

Trigeſima quæſtio.

Memoria damnatur poſt mortẽ in crimine læſę maie.§.per cõtrarium.inſti.de hęre. quæ ab inteſta.vbi glo.

Trigeſimaprima quæſtio.

Beneficium eccleſiaſticum filij non publicatur propter crimen læſæ maieſtatis commiſſum a patre.gl.lvj.di.c.ſatis peruerſum. & vide glo.in c.paſtoralis.de re iudicata.

Trigeſimaſecunda quæſtio.

Sententia non facit quem deſinere eſſe hęredem ipſo iure.fallit in damnato qui fecit contra rem publicam vel principem.gl. quæ incipit.& not.in l.& ſi ſine.§.& ſi papinianus.ff.de mino.

Trigeſimatertia quæſtio.

Qui eſt proditor contra imperatorem nõ amittit feudũ quod habet ab eccleſia niſi p ſniãm eccleſiæ.Bal.in l.j.ff.de re.diui.iiij.q.

Trigeſimaquarta quæſtio.

Licet crimen læſæ maieſtatis non cadat niſi in ſubdito.cle.paſtoralis de re iu.tñ hoſtis dicitur de omni gente. Bal.in l.nihil.C. de manu. vindi.& qualiter procedit in crimine læſæ maieſtatis. vide text.& Bar.in extraua.ad reprimendam.

Trigeſimaquinta quæſtio.

Licet decreto ducis vel regis caueatur ꝙ bona facientis contra ſtatum ſuum publicẽtur, tamẽ filia debet habere legitimã.l.quiſquis.§.ad filiam.C.ad l.iul.maie.& cõſuluit Ange.cõſ.cccvij.quod eſt ſingulare verbũ.

Trigeſimaſexta quæſtio.

Barones facientes contra ſtatum principis habent magis puniri alij ꝙ̃ ciues.Bar.in

Source : BIU Cujas

l.j.C.de condi.lib.xj.

Trigeſimaſeptima quæſtio.

Omnis proditor perdit feudum.Iaco.de Belui.in c.j.qui.mod.feud.amit.& ibi dixi.

Trigeſimaoctaua quæſtio.

Vaſſallus vel ſubditus principis qui inimicos permiſit venire in territorio principis eſt proditor.Bal.in l.j.ff.de re.di.in quęſtio.xiij.

Trigeſimanona quæſtio.

Pater non poteſt exheredare filium quia ſit proditor patrie quia nõ eſt de cauſis inſertis in.§.cauſas.in auth.vt cum de appell. cogno.quem.§.vide, Aduerte tñ quia non ſucceſsibilis eſt, quia eſt proditor patrie l.j. C.de here.inſti.& no.in l.eius qui.ff.de teſta.facit.l.minime.ff.de reli.& l.veluti.ff.de iuſti.& iur.l.fallaciter.C.de aboli.

Quadrageſima quæſtio.

Tenens caſtrum rebellatum contra rempublicam debet mori.Bal.per tex.in l.j.C. de ſeditioſis.no.bene & cadit etiã ſub rub. de caſtellanis.

Quadrageſimaprima quæſtio.

Arma eius qui nõ poteſt ſtare in ciuitate propter proditionem patrie debent deſtrui. Bar.in l.ij.ff.de ope.pub.

Quadrageſimaſecunda quæſtio.

Speciale eſt in crimine hereſis & læſæ maieſtatis vt ſuperueniente accuſatore non ſileat inquiſitor ſecundum Ang.in l.ea quidem.C.de accu.no.ad limita.no.per.Bar.in l.iij.ff.de adulte.

Quadrageſimatertia quæſtio.

Proditor non poteſt eſſe teſtis ſecundum Bald.in c.licet vniuerſis.de teſtibus.

Quadrageſimaquarta quæſtio.

Speciale eſt in crimen læſæ maieſtatis vt iudex cogat accuſatorẽ ſuam accuſa. proſequi.l.fallaciter.C.de aboli.ſecundum Angel.in l.accuſa.de accuſa.

Quadrageſimaquinta quæſtio.

Bona caſtri rebellis ciuitatis poſtea recõcilia.non intelliguntur reſtituta per ſolam. reconciliationem ſecundum Ang.in l.filio quem.ff.de libe.& poſthu.

Quadrageſimaſexta quæſtio.

Si ſubditus principis conturbauerit principem nõ incidit in crimen læſæ maieſtatis. ſed aliter debet puniri.vide And.de Iſer.in c.j.§.j.qui.mo.feu.amit.

Quadrageſimaſeptima quæſtio.

In crimine læſæ maieſt.ꝓceditur ſummarie de plano ſine ſtrepitu & figura iudicij. vide tex.in extrauagan.ad reprimendam. quem Bar.gloſſauit.

Quadrageſimaoctaua quęſtio.

Aliud eſt quẽ eſſe rebellem imperij,aliud eſt quem eſſe in odium imperij.primum videlicet rebellio eſt mortale, nec poteſt remitti niſi ex gratia ſecundum eſt medicinale ꝙ remittitur purgata contumacia authẽ. item nulla communitas.C.de epiſ.& cle.de quo plene per Barto.in extraua.ad repri.in verbo rebelles.vbi plene.

Quadrageſimanona quæſtio.

Reuelantes ſecreta in damnum principis hoſtibus, capite puniuntur, vt l.omnes explorato.ff.de re mili.ſed reuelantes amico principis ex qua reuelatione eſt factus inimicus tenentur crimine læſæ maieſtatis. l.cum dolo.ff.ad l.iul.maie.alijs caſibus reuelans in damnum principis punitur.ſecundum.l.j.C.ſi quis impera.maledixerit.And. de Iſer.plene loquentem in c.j.quibus mo. feud.amit.

Quinquageſima quæſtio.

Bona eorum qui expelluntur de ciuitate quãdo eſt diſſenſio inter ciues puta ob partialitates non debent publicari quia nõ hoſtes,neq; in crimine læſæ maieſtatis inciderunt.l.ſi quis ingenuam.§.in ciuilibus.ff.de capti.ſed reuerſis debent reſtitui bona ſecũdum Odof.& Albe.in authen. bona dãna. C.de bonis dam.

Quinquageſimaprima quæſtio.

Veneti vel alij ſi ſint rebelles ĩperio poſſunt priuari libertate ſua cum habeat eam, vel ex priuilegijs imperatoris, vel per patientiam eius ſecundum Bald. in c.ſicut.de iureiur.forte habent a papa. & tunc rebelles papę poſſunt priuari libertate ſua ex ratione Bald.

Quinquageſimaſecunda quæſtio.

Faciens ligam contra imperatorem incidit in crimen læſę maieſt.l.j.C.vt armorum vſus.lib.xj.ſecus ſi contra aliũ.tex.in l.non dubito.ff.de capti.& no.Bal.in l.conuentionum.in recollectis.ff.de pact.

Quinquageſimatertia quæſtio.

Proditorem principis debemus manifeſtare.l methodorum.ff.de pœ.And.de Iſer. in c.j.quæ fuit prima cau.beneſ.amit.

Quinquageſimaquarta quæſtio.

Bãniti papæ vel imperatoris perdunt patriam poteſtatem,ſecus ſi ab inferiore ſecũdum Angel.in l.ſi cum dotem.§.ſi pater.ff. ſolu.matrimo.

Quinquageſimaquinta quæſtio.

Iura quæ non tranſeunt niſi ad filios non confiſcantur l.inſulam.in prin.vbi Bal.ff.ſolu.ma.Martinus Laudenſis.

FINIS.

Source : BIU Cujas




# TRACTATVS

de crimine lęſæ maieſta.xij.queſtio, diſtinctus, In certo Authore.

## PRAEFATIO.

CVM SOLITO ſpeculationis gaudio mens occuparetur, interlegēdum nuper in manus excidit tractatus in crimine lęſę maieſtatis nouiter editus qui duodecim quæſtionum concluditur examine. Hunc cum auidſus vt nouitas faciebat aliquantiſper lectitaſſem, primum optimi authoris atque ueri iureconſulti prę ſe maieſtatem ferre videbatur, ſed dū exactius ſingula deguſtaſſem, viſum fuit illius concluſiones non parum a iuris veritate diſſonas, cuius cum ſuper omnia qui cenſurarum ſtudioſus eſt maxime tutorem atque defenſorem eſſe deceat.l.vna.C.de edi.liberta.tollen. quamq; ſuper omnia amanda legislator exclamat in l.cum ita.ff.de cōdi.& demon. & pulchre.Bald.in conſi.diuino ſchiſmatis. qđ poſuit ſuper rubri.C.ſi quis aliquem teſtari prohibuerit.quid enim veritate ſanctius, quid diuinius ? eſt enim omnibus rebus humanis anteferēda nam qui veritatem ſequitur deum ſequitur, unde Auguſtinus ad Caſulanum. & habetur in cano. quiſquis.xj.qō.iij.quiſquis metu cuiuslibet poteſtatis veritatem occultat, iram Dei ſuper ſe prouocat, melius eſt pro ueritate pati ſupplicium, ꝗ̄ pro adulatione beneficium, Proin ſuppreſſam veritatem maxima etiā lucubratione oſtentare & illi aduerſantes concluſiones optimis confutare rationibus non parum boni viri officio conducere duxi. Verum enim vero hāc ſuſcipere prouinciam in tātumq; pelagus pedem referre maxime diſſuadebar, quod Marcum Anto.hominem quidem ingenioſum dicere ſolitum ferunt ſe ideo nullam vnquam orationē ſcripſiſſe, vt aliqñ opus eſſet quid a ſe non eſſe dictum, poſſet id ſe negare dixiſſe, quo fit vt maximo oneri ſe ſuppoſitum intelligat qui dicta ſua ſcriptis demandat, cum infinitis cenſoribus ſe ſubmittat neceſſe ſit, ſed dum inter hæc alter caret veritatis amore victus, cenſorum non veritus ſnīam manum porrexi calamo pro clipeo, his qui male ſentiens obijciens ꝙ Hieron. dicit in prologo ſuper Iob. ſi aut fiſcellam &c. & quod idem tradit in prologo ſuper Eſdram. pleriq; in publico detrahunt &c. & quæ traduntur in c. inter uerba in ſi.xj.q.iij. itaq; tractatum aliquem in materia in quo ſingule authoris quęſtiones ad vtranq; partem examinentur, & tandem ſuis confutatis argumentis, vera ſequatur concluſio, edere & editum in lucē mittere ſtatui, in quo ſi quid perperam dictū fuerit, negare enim non poſſum quin pleraq; dicam quę iuſta reprehenſione digna videbuntur, vt verbis vtar Aug. in lib. retractationum, & recitantur in c.negare.ix.diſtin. correctorem beneuolum patienter ſuſtinebo, ſi vero aliquid ſubtiliter vel acute dictū reperiatur, id totum bonitati atque clementie dñi noſtri Ieſu Chriſti atque eius virginis Matris attribuatur. Porro lectorem rogo ne prius iudicet ꝗ̄ totum perlegerit, ſi in pleriſque quæſtionibus leuiora præmittentur fundamenta quæ vero vrgentiora ſunt in calce ponentur.

## SVMMARIVM.

1 *Bona rei in crimine læſæ maieſtatis ipſo iure an confiſcentur.*

2 *Synodus tota ſapientie legalis adeſſe dicebatur, cum Dynus aliquam decideret quæſtionem.*

3 *Effectus conſurgit fortior diſpoſitione legis cū hominis concurrente contractu.*

Source : BIU Cujas

4 *Feudum ea conceditur conditione, vt vaſſallo feloniam committente reſoluatur.*

5 *Statutum in vno equiparatorum in altero locum habet.*

6 *Priuationis pœnam ſi ipſo iure impoſitam non conſtet, interpretatio fit vt in ea requiratur ſententia.*

*Cognitio cauſe requirit in feudi priuatione.*

7 *Reus læſæ maieſtatis bonorum dominium ipſo iure non perdit.*

8 *Feudum ob crimen læſæ maieſtatis ipſo iure non reuertitur ad dominum.*

*Iudicare poteſt iudex contra communem opinionem caſum legis non habentem.*

9 *Feudum ipſo iure ob feloniam nō reuertitur ad dominum, culpa per ſententiam nondum conuicta.*

*Deus ex conuentione ſua obligari poſſet.*

10 *Contractus quidam in feudo eſſe cenſetur, ex quo vltro citroque obligatio naſcitur.*

11 *Conſuetudo in principem diſponens ipſo principe maior eſt.*

12 *Princeps ſupremus vaſſallum feudo priuare nequit niſi per ſententiam culpa conuicta.*

13 *Regulam pro ſe habens, intentionem fundatam habere dicitur.*

*Regulis iuris tenaciter inherendum.*

14 *Interpretatio extenſiua non fit in equiparatis, niſi equiparatio per modum regule facta ſit.*

*Extenſio paſſiua equiparatorum locum non habent in pœnis ipſo iure impoſitis.*

15 *Ius vtrunque in ſuo debet obſeruari foro.*

16 *Authoritas dicentis non eſt attendenda, ſed ratio potius.*

*Bartolus legiſtarum Idolum.*

17 *Bona delinquētis vaſſalli an applicentur fiſco ipſo iure, & hoc ſpecialiter.*

18 *Cauſe due lucratiue in confiſcatione ob delictum non poſſunt concurrere.*

19 *Dominium eiuſdem rei ex pluribus cauſis eodem vel diuerſis temporibus concurrentibus queri non poteſt.*

*Pœna priuatis nunquā ipſo iure imponitur niſi in caſibus a iure expreſſis.*

20 *Dominus feudi qua lege obligetur ad non priuandum vaſſallum feudo niſi culpa conuicta.*

21 *Extenſio in correctorijs nullo modo fienda, etiam ex identitate rationis.*

22 *Sententia requiritur ad feudi priuationē, etiam delicto exiſtente notorio.*

*Notorium pro ſententia non habetur.*

23 *Epiſcopus notorius homicida non deponitur abſque ſententia.*

24 *Iudex de notorio crimine non poteſt cōdemnare, abſque præcedenti citatione.*

25 *Confeſſio non ſufficit, vbi ſcientia requiritur in pœnis executionem ſecū trahētibus.*

ET QVIDEM prima quæſtio quę in hac materia ponitur eſt, num videlicet in crimine læſæ maieſta. bona rei ipſo iure fiſco applicentur, vel an ſententia neceſſaria ſit. Et cōcluditur per autho-
1 rem tractatus † ꝙ in crimine læſæ maieſta. ipſo iure bona confiſcantur nec opus eſt altera ſententia. Et allegat aliquos authores ita tenuiſſe. & vltra eos pręmiſſam cōcluſionem firmant Archi. & Io. An. in nouel. in c. felicis de pœnis, in vj. vbi dicunt bona committentis crimen læſæ maieſtatis effici ipſo facto fiſci ſicut bona ingredientis religionē efficiuntur monaſterij. & idem ēt tenuit Saly. Bononien. in l. fi. C. de bon. proſcrip. vbi dicit ꝙ in crimine læſę maieſt. ipſo facto bona committentis fiſco applicantur. & videt probare tex. in d. l. quiſquis ibi omnibus bonis fiſco noſtro additis, quæ verba cum ponantur in præterito non vr̄ opus altera ſententia, vt tradit expreſſe Bar. in l. j. ff. ad l. iul. de vi priua. vbi facit differentiam an dicatur bona ſint publicata vel publicentur, vt primo caſu ipſo facto committantur, & nimirū quia multa alia ſunt ſpecialia in hoc crimine vt generaliter, crimen exceptū dicatur, vt tradit ſignanter Lud. de Roma. in l. ſi quis in graui. §. hi quoq;. ff. ad ſilleia. & quidam Moder. in l. de minore. ad princi. ff. de quæſtio. & cum præmiſſam ſententiā tenuerit Dy. de Mugello quē allegat author. cuius quanta ſit authoritas pulchre de eo

commemorat Cy.in l.vnica.C.de ſentẽ.quę
2 pro eo ꝙ intereſt proferuntur. † ꝙ qñ Dy.
decidebat aliquam quæſtionem dicebatur
adeſſe tota ſynodus legalis ſapientie.tenue
rit etiam Ioan.And.in duobus locis a cuius
opinione tanꝗ͂ a fundamento iuris non eſſe
recedendum belliſsime Bal.inquit in c.cum
olim de re iud.fuit enim temporibus ſuis lu
men mundi,meruitq; hac ſalutatione ponti
ficali decorari,bene veneris qui lux mundi
cognominaris,vt refert Ant.de Prato vete
ri in prçludijs ad reperto.Bar.tenuit Arch.
Pau.de Caſt.& Saly.vr̄ hæc opinio cõior
quare amplectenda in cauſarũ deciſionibus
l.vna.ibi, ſane apud veteres crebior &c.
ff.de offi.conſulis.& in ca.in canonicis ſcri
pturis.xix.diſtin.Bal.pulchre in l.fin.C.de
pœna iud.qui male iudi.cum pleriſq; ſimili-
bus vulgaribus & præſertim in feudo non
videtur haberet dubitationẽ,vt tenuit Bal.
& Cardi.Alexã.in locis allegatis per tracta
tus.& ſequitur nouiſsime Frãſcicus Cur.in
ſuo egregio opere feudo.in iiij.parte.in iij.
regula.in iiij.dubitatione. Et ad cõfirma-
tionem huius opinionis vltra præmiſſa ad-
3 duco† ꝙ vbi cõcurrit diſpoſitio legis & cõ
tractus hominis tũc fortior effectus reſultat.
vt eo caſu etiam caſibus permiſsis ꝙ alias
permitteret prohibeatur & econtra ut pro-
bat tex.in.§.ſanctiſsimas.in auth.de aliena.
& emphy.quem ponderat Ang.imo.Alex.
& Mod.in l.filiusfa.§.diui.ff.de leg.j.Bal.in
l.quoties.C.de fideicom.& in l.j.C.de pac.
& ponderauit ante eos glo.in c.verũ.de cõ
di.appoſi.& in ſimili ꝙ diſpoſitio hominis
concurrens cum diſpoſitione legis fortiorẽ
effectum reddat facit gl.in.§.oportet.in au-
then.de iud.colla.vj.& gl.ꝗ͂ ibi ſumme no.
Ang.in auth.de exhib.& introducẽ.reis ad
prin.colla.v.& gl.in l.ſi mulier.§.ſi quis rẽ.
ff.de lega.iij.ꝙ tradit Bart.in l.ij.§.fin.ff.de
vſucap.pro empto.Bal.in l.ij.C.de vſucap.
quæ pro liber.Panor.in c.paſtoralis.de ap-
pel.cum ſi.In quibus locis cõiter concludi-
tur ex concurſu diſpoſitionis legis & homi
nis fortiorem debere induci effectũ,& ſem-
per hominis diſpoſitionẽ aliquid vltra de-
bere addere ad diſpoſitionem legis.Quia in
propoſita quæſtione ſcilicet in feudo extat
primum diſpoſitio legis ciuilis, quæ vult
bona committentis in maieſtatem principis
4 confiſcari. † extat ſecundo lex contractus
feudalis, & ſic diſpoſitio hominis, ex qua
feudum ſub hac cõditione datum vr̄,ſi vaſ-
ſallus fidelis ſit vt ſequuta felonnia fiat re-
ſolutio ut infra dicetur,ergo nimirum ſi illa
lex contractus coniuncta cum l.ſcripta de-
beat operari vt ipſo iure feudum eo caſu re
uertatur vbi alias ſnīa eſſet neceſſaria, &
cum Bal.qui hanc ſnīam tenuit non habeat
contradicentem nõ vr̄ ab eius opinione in
practica diſcedendum vt tradit Rapha.Ful
go.cõſi.xxvj.& dicit Alex.in l.ij.ff.de vul.
ga.ꝙ magna eſt authoritas Bal.vbi non ha.
bet contradicentem, fuit enim virtus iuris
noſtri ſecundũ Lud.de Ro.cõſi.cccclxxx.
incip.in caſu propoſito.& de eo in pleriſq;
conſilijs mirabiliter exclamat eius germa-
nus Ang.Et præſertim,quia ut dicit author
tractatus,in crimine hereſis, ꝙ equiparatur
crimini læſæ maieſt.vt ipſe in ſequentibus
pluribus cõprobat fundamentis, ita per ius
canonicum ſtatutum fuit, & in equiparatam
per legem antiquam habet locum interpre
tatio paſsiua.allegat duas gl.ſatis vulgares,
ſed in terminis melius facit gl.vulga.in c.
ſi poſtquam.§.ſi.de elec.lib.vj.glo.in l.ij.C.
de cura.furio.& late tradit Alex.in l.centu
5 rio.ff.de vulg.vbi per gl.alleg.† & alia iur
pro quadrata concluſione firmat quod ſta
tuitur in vno equiparatorum habere loc
in reliquo ẽt ſi materia ſit exorbitans a re
gulari diſpoſitione vt in præmiſſa qõne,
melius adhuc facit ſingula.tex. in l.his ſol
de reuo.dona.vbi probatur pũctualiter
ri extenſionem pœnæ priuationis ipſo iu
de caſu ad caſum propter illorum equipa
tionem quod procedere vr̄ etiam ſi lex
ſet odioſa & vteretur dictione excluſiua
tum.gl.ſing.ꝗ͂ ibi ſumme bono. Saly.no.
l.ſi.C.de reuo.dona.Mod.Papien.in auth.
non licet.C.de libe.præte.vel exhereda.
no.Ange.in l.lege corne.ff.de iniur.cum
& facit ẽt optime c.cum dilecta.de conf.
vtili vel inuti.vbi probatur ꝙ etiã in exce
ptis poteſt fieri extenſio propter equipara
tionem.& ideo licet caſus.c.cum ſecũdum
ſit exceptus a cõi regula propter equipara
tionem poteſt extendi ad caſus ſimiles.

*Sed hiſce* omnibus non obſtantibus
in ſecreto & veritate iur
contraria concluſio tene
da eſt.& pro eius fundamento adducuntur
tres regule quadrate iuris. prima generalis
1 † ꝙ videlicet vbi non apparet expreſſe pe
nam priuationis ipſo iure impoſitã ſemper
interpretatio ſit vt in ipſa priuationis pe
na imponenda requiratur ſnīa & non ſit
ipſo iure, vt tradit gl.in c.quicunq; in ver
bo innodetur de hereti.lib.vj.gl.in c.in pe
nis, de reg.iur.eo.lib.& in c.cupientes.§.
vero in verbo,præuentus,de elect.eod.lib.

Source : BIU Cujas

late Moder. Cano. in c. ſi diligenti. de fo. cõpeten. & formalius Bal. in authẽ. qui ſemel. C. quõ & qñ iud. vbi dicit ꝙ lex in dubio nõ dicitur damnare quem ipſo iure, ſed per ſentẽtiam iudicis l. j. §. calumniatores. ff. ad turpil. ſubijciens & fortius ꝙ ubi lex diſponit quem priuari cauſa cognita priuationis etiam ſi lex diceret priuari ipſo iure tamen ſemper requiritur priuatiua ſententia, arg. l. de qua re. ff. de iud. et ſine dubio in iſta priuatione feudi requiritur cauſe cognitio. c. j. de feudo ſine culpa non amit. cum ſi. & ſequitur in terminis proprijs pater veritatis Alex. conſ. cxxiiij incip. omiſsis ſuperfluis. col. ij. volu. j. & nouiſsime Iaſ. in l. iij. §. pe. ff. ꝙ quiſq; iuris in alium ſtatue. & in confiſcatione ꝙ non fiat ipſo iure, ſed per ſententiã traditur textualiter in l. aufertur. §. in reatu. ff. de iur. fiſ. cum ſuis concor. prout late deducunt doc. in l. poſt cõtrarium. ff. de do.

7 *Secunda*, & ſpecialis regula eſt † qđ in crimine læſæ maie. ipſo iure reus non perdit dominium bonorum, licet ſtatim interdicatur ei a lege adminiſtratio & ideo antequam bona ex eo delicto cenſeantur fiſco quæſita, opus eſt ſententia. tex. eſt rotũdus in l. quæſitũ. ff. qui & a quibus manumiſ. lib. qui non poteſt calumniari quia punctualiter loquit̃ quod ante ſentẽtiam reus perduellionis remanet dominus bonorum. Aduerte quod illa lex quæſitum dicit in ratione dubitationis qm̃ dominus eſt tamẽ poſtea decidit dominum qui commiſit crimen læſæ maieſta. non poſſe manumittere, quod poſſet ſi eſſet dominus, ſaltẽ fauore libertatis quæ eſt valde fauorabilis. l. libertas. ff. de regu. iur. ideo ille text. non bene probat, nec eſt formalis vt dicit author. Immo habes quod poſt cõmiſſum crimen bona a fiſco vendicantur. l. eorum. & l. fi. ff. ad l. Iul. maieſta. Ideo fiſcus erat dominus etiam ante ſententiam, adeo ꝙ habetur ratio fructuũ a die commiſsi criminis. gl. ſing. in auth. de inceſt. nup. in verſ. imminere, colla. ij. quam Bald. ponderat in marga. in ver. priuatio. & vide Barba. conſ. lxx. vbi Chriſtus, col. xviij. & ſeq. in iiij. volu. alia vide quæ addidi ad d. l. quiſquis. P. Rebuffus. Et per illum tex. firmat Barto. in locis allegatis per authorem. & idem Bart. in l. poſt contractum. ff. de donat. dum alle. dic. l. quæſitum allegantur etiam alia iura. l. fina. C. ad l. Iuliam maieſta. in verbo. punitus, & ibi firmant formaliter Cy. & Barto. expreſſe in dicta l. quiſquis. Ioan. de Imo. & alij in dicta l. poſt cõtractum, & communiter docto. in l. ex iudiciorum. ff. de publi. iudicijs. Ange. Are. etiam prædictam concluſionem firmat in tractatu maleficiorum ſuper glo. tu hai tradito la tua patria. & idem ſentit Maria. de Senis. in conſi. xxij. In primo volumi. hanc concluſionem formaliter & per literas groſſas firmat etiam in feudo

8 † ꝙ propter crimen læſæ maieſtatis ipſo iure non reuertatur. Cardi. Floren. in conſilio cxxviij. incip. in quæſtione quę vertitur inter Andream. j. colum. ad fi. & ſequen. & eſt communior ſententia, licet pręfatus author voluerit contrarium aſſerere, & licet non haberemus docto. firmantem hanc opinionem. tamen tex. in d. l. quæſitum eſt ineuitabilis. & ideo ſuperflua & diſputatio & omnis dubitatio ex quo habemus tex. vt dicit Bald. in l. cum antiquioribus. C. de iure deliber. & facit l. ancille. C. de fur. & propterea alibi dicit idem Bald. in quodam ſuo conſi. incip. præponitur. in ij. volu. ꝙ in cauſarum deciſionibus non per varias opiniones ſcribentium, ſed per ſillicatas vias textuum incedendum eſt, vnde idem Bald. in c. primo. §. iudices. de pace iuramen. firman. admonet iudices ne in dubio a tex. & a regula recedant, & ideo etiam contra communem opinionẽ permiſſum eſt iudicare ſi illa non habet caſum legis, ita Anton. de Butri. in c. tua nos. colum. ij. de vſur. refert & ſequitur Barba. conſil. x. volu. ij. & cum per legem ciuilem ita deciſum ſit ſecundum illam feudalis materia cum contrarium per feudales conſuetudines non reperiatur cautum regulari debet. tex. ſingularis. in c. j. in fi. de feu. cogni. Quia perquirantur omnes feudales conſtitutiones, non reperiretur tex. qui decidat contrarium ergo lege ciuili vtendum eſt, ſecundum quam, vt prædixi, in crimine læſæ maieſtatis eſt expreſſum reũ perduellionis ante ſententiam bonorum ſuorum retinere dominium.

9 *Tertia regula* in materia feudali traditur † ꝙ videlicet feudũ propter felonniam commiſſam non reuertitur ipſo iure ad dominum niſi cõuicta culpa per ſententiam. c. j. in princi. & § ſi vaſſallus. ſi de feud. fuerit controuer. inter domi. & agnat. vaſſal. & in capitulo primo, de feudo ſine culpa non amitten. non enim poteſt diueſtire vaſallum ſuum etiam Imperator & Rex quicunque niſi cauſa cognita & conuicta culpa, quia licet principi deus ſubiecerit leges, & tributa, non tamen ſubiecit ei conuentiones & cõſuetudines feu-

Source : BIU Cujas

dales quibus ligatur. & ita pulchre Bal.in-
quit in c.j.de natu.feu.per text.ibi. & idem
Bal.in l.princeps.ff.de legi.& in c.j.de pro-
ba.nam & deus ex conuentione obligare-
tur vt idem Bald.inquit.in l.j.ff.de pact. &
ideo Panor.in c.quæ in eccleſiarum de con
ſti.dicit ꝙ nõ creditur verbis principis at-
teſtantis feudatarium delictum feciſſe pro-
pter quod priuandus eſt,qa ſi id diceremus
facile poſſet euacuare oẽm cõtractum cum
eo firmatum.quod eſſet contra.l.cęſar.ff.de
10 publi. † in feudo enim eſt quidam contra-
ctus in quo vltro citroq; naſcitur obligatio.
c.de forma.xxij.q.v. eo.liber homo.ff. de
verb.obli.& quia de natura feudi eſt vt nõ
auferatur niſi cum cauſe cognitione d.c.j.
de feudo ſine culpa non amit. ſecundũ Pa-
nor.in d.c.quæ in eccleſiarum cum quo ibi
Moder.tranſeunt,& idem tradit in apoſtil-
lis ſuis in cle.paſtoralis,de re iudi.in fin. &
Lud.Roma.conſi.ccclij.incip.quæritur pri
mo ad fi.ideo Bald.ſignanter dicit.in c.j.de
natura feu.ꝙ princeps non poteſt infringe-
re feuda quæ conceſsit niſi conuicta culpa,
& quod conſuetudo in hoc dat naturam &
eam aſsignat contractibus feudalibus . &
ideo refert de imperatore Federico j.qui fe
cerat cõe Papie comitem in certis caſtris
quod nec ipſe nec eius ſucceſſor poſſunt di
ueſtire vaſſallum niſi cõuicta culpa,& ideo
ſignanter dixit Bal.in auth. omnes peregri-
ni.C.commu.de ſucceſ.ꝙ ex quo conſuetu-
do feudorum dictat ꝙ princeps non poſsit
priuare vaſſallos niſi prius per pares iudicẽ
tur indigni,certe non poterit Imperator ſta
tuere contrarium & quaſi abuſiuas facere
11 dignitates † quia conſuetudo quæ diſponit
in ipſum principẽ maior eſt ipſo principe.
idem Bal.in c.j.§.j.verſi.quero nunquid de
noua forma fidel.vbi ẽt dicit ꝙ conſuetudo
feudorum cenſetur ius naturale,& elegan-
tius Bal.in c.j.§.quia vidimus.verſic.quero
nunquid Imperator.in ti.qui feu.dare poſſ.
decidit poſt glo.ꝙ Imperator non poteſt di
ueſtire vaſſallũ niſi conuicta culpa, aſsignat
rationem,quia bone & naturales conſuetu
dines ligant principes, quia potẽtius eſt ius
naturale ꝙ̃ principatus,& quia in ore prin
cipis firmior debet eſſe veritas,alleg.in lib.
Eſdre.& quia non decet principem reuoca
re ſuum beneficium ex quibus reſultat fir-
12 ma cõcluſio quod nec† princeps ſupremus
in materia feudali commiſſa felõnia poteſt
vaſſallum feudo priuare niſi per ſentẽtiam
conuicta culpa, & hoc propter legem con-
tractus qua ipſe ligatur , & vltra tradiť pro
regula, ꝙ vbicunque in feudis fit mẽtio de
amiſsione feudi propter felonniam, intelli-
gitur culpa conuicta & iudiciario ordine,
& non aliter.ita ſignanter Bal.in c.cæterũ,
de iudi.idem doc.in.§.quicunq; de pace te-
nen.per tex.ibi refert & ſequitur Ioan.Ba-
ptiſta de ſancto Seue.in repe.c.j.de feu.co-
gniti.quod indubitanter procedit reſpectu
agnatorum,quia illi nunquam priuanť niſi
per ſententiam probata & conuicta culpa,
ita ſignanter Bal.dicit.in c.j.§.nulla.p quos
fiat inueſtit.vbi dicit vnum quod eſt magis
ſingulare,quod ad priuationem feudi requi
ratur exautoratio de inueſtiendo , vt ſi per
anulum fuerit inueſtitus , deanuletur, ſicut
in clerico antequam poſsit puniri per ſecu
larem iudicem,degradatio, & in milite ex-
autoratio,quia opus eſt actu retro ſimili.al.
leg.l.ab emptione.ff.de pac.cum ſim. quod
expreſsius firmat & exclamat Ioan.Bapt.
in ſuo commen.d.c.j.de feud.cogni. ex quo
ſequitur ꝙ antequam deinueſtiatur vaſal-
lus nõ cenſetur feudum reuerſum ad dñm.

*Succedit* nunc quod cum habeamus
tres regulas quadratas ſupe-
ris prælibatas quæ etiã lo-
quuntur in imperatore qñ felonnia contra
eum commiſſa eſt,habemus intentionẽ fun-
datam vt tradit gl.ordinaria in rub.de re
iur.in vj.Bar.in l.quoties.ff.qui ſatiſda.co.
& in l.ij.col.ij.ad fi.ff.ſi quis in ius voc.non
ierit.Bal.in c.j.col.iij.de alie.iud.mutã.cau.
facta.Panor.in rub.extra vt lite non contest.
& bene probat tex.in l.ſuus quoq;.ver.po-
to.ff.de hære.inſti.& in c.venerabilibus.§.
fi.verſi.poteſt quoq;. de ſenten.excom.lib.
13 vj.quibus iuribus trita eſt doctrina† ꝙ ha-
bens pro ſe regulam dicitur intentionẽ ha-
bere fundatam,adeo quod dicens aliquẽ ca-
ſum excipi a regula teneretur pręciſe illum
probare.& hoc eſt quod dicebat Spe.in ti.
de offi.iudi.§.viij.verſi. v.quod ſtare omni-
no debemus regule qñ caſus aliter non re-
peritur exceptuatus, & propterea ſignãter
dicit Ioan.An.in c.ſalubriter de vſu,ꝙ nun-
quam a regula textuali debet diſcedi per
aliquam exceptionem niſi expreſſe oſtẽda-
tur tex.pro limitatione regule.& probatur
formaliter in c.ij.de coniugio leproſo.& in
c.ſane.xv.q.iij.vnde regule tenaciter inhæ-
rendum eſt ſicut Bononienſes adherent ca-
rocio.ita glo.ſingularis licet vulga.in l.om-
nis diffinitio.ff.de regu.& Bal.in c.j.§.iudi-
ces de pace iuramen. firmãn. admoneo in-
quit vos iudices ne in dubio a tex.& a regu
la recedatis,& idem Bal.in l.j.C.de ſa.ſan.
eccle.

Source : BIU Cujas

eccle.in verſi.ſed quero quid in deportato.
& in l.ſi maior.C. de ſeruo pigno. dato ma-
numiſſo,dicit quod tenaciter regulis inhe-
rere debemus, niſi aliqd ſpecialiter & ex-
preſſe inueniatur.& idē Salyc.in l.ſi homi.
nē,ff.mandati.vbi inuehit contra dimmittē
tes regulas:niſi pro limitatione habeāt tex.
& ideo cum Bal.voluerit ſine tex. formare
exceptionem in crimine læſæ maieſtatis,re
torquendum eſt in eum quod ipſe dicit de
glo.in l.res publica.C.ex quibus cauſis ma
io.quod ipſe loquitur ex capite ſuo,quia ſi-
ne lege.& ideo Anto.de But.de Bald. dicit
in ca.conſultationibus. de iure patro. quod
plerunque dicta Bald.carent neruo rationis
& legis.& ideo non eſt illis multum adhe-
rendum.præſertim cum ipſe dicat expreſſe
contra tex.formales iuris, & etiam vt per
præmiſſa patet quod aliter ſenſit in multis
locis.& in effectu iſta eſt vera & indubita-
ta concluſio, quicquid dixerit author tra-
ctatus,ſalua pace dixerimus. Nec obſtāt
fundamenta quæ pro contraria parte fue-
runt adducta.Et primo dum allegatur capi
14 tulum,cum ſecundum de hæreticis.† Re-
ſpondetur ꝙ antequam in equiparatis paſ-
ſiua extenſio locum habeat, requiritur qđ
equiparatio ſit facta per modum regule,ita
tradit eleganter Mattheus de matheſi. in
tractatu extenſionis, quem ſequitur Areti.
in.§.ius ciuile,inſtitu.de iure naturali gen-
tium vel ciui.Decius nouiſsime in c.tranſ-
lato. de conſti. Or vt infra dicetur crimen
læſæ maieſtatis & hæreſis non æquiparan-
tur per modū regule. Secundo reſponde
tur & peremptorie ꝙ in pœnis quæ impo-
nuntur ipſo iure,illa extenſio paſsiua æqui-
paratorum non habet locum etiam propter
identitatem rationis.ita ſignāter voluit Io.
And in regula odia de reg. iur. in vj. firmat
& ſequitur Bald.in l.de quibus. vj. colū.ff.
de leg.& expreſſe in crimine læſæ maieſta-
tis tradit Soci.conſi.cclxxv.incip. in cauſa
fratrū ad fi.v.colū.in ij. parte. Tertio re-
ſpondetur quod deberet eſſe æquiparatio
facta per omnia ita ꝙomnino eadem milita
ret ratio,antequā fiat extēſio pœnę ita glo.
not.in c.j.in verbo,ſane de voto in vj.& in
c.conſtitutus in verſi.prorogamus. de reg.
eo.lib.& firmat expreſſe in hoc crimine So
ci.in conſil.allegā.ſed vt infra dicetur non
eſt æquiparatio per omnia inter hæc duo
crimina,ſed eſt longū diſcrimen igitur &c.
Quarto & peremptorie quia ſpecialiter
contrariū reperitur deciſum per ius ciuile
in d,l, quæſitū quę loquitur in caſu indiui-
15 duo.† & ſic vtrunque ius debet obſeruari
in foro ſuo,nec enim ius canonicum etiam
expreſſe legem ciuilem corrigere poſſet,ni
ſi in concernentibus forum anime, vt late
traditur in c.fi.de præſcrip.per glo. in regu
la poſſeſſor.de reg.iur.in vj.gl.in c.ij. de ar-
bi.in vj.doct.communiter in c.cum eſſes de
teſtamen. Nec obſtat c.primū de noui ope.
nunc.vbi traditur ꝙ ius ciuile dubium per
ius canonicum declaratur,nam minor defi-
cit,quia cum habeamus caſum legis rotun-
dum,quæ non reperitur aliquatenus corre-
cta per aliam legem nouā,non eſt dubiū, &
hoc eſt quod dicit glo.ſingularis in authen.
de non eligendo ſecundo nubentes.§.j. col.
ij.quæ dicit ꝙ ſuperuacuo dubitabat Impe
rator.cum eſſet caſus legis alle.l. ancille.C.
de fur.quare ſublatum eſt fundamentū prin
cipale authoris in hac materia. Nec obſtat
authoritas Io.And.& aliorum, quia dicen-
dum eſt cum Augu.in cano.ego ſolis ix. di-
ſtin.&c.Et cum tex.in.§.ſed neque ex mul-
titudine authorum l.j.C. de vete. iure enu-
16 clean. † & quia in dicente non authoritas
ſed ratio ponderanda eſt vt dicit Hiero.ſu-
per Hieremiam & probatur in cano.ſecun-
dum.xix.diſtin. vnde dicit Card. in conſil.
lxxviij.ꝙ nunquā Io.And.voluit in opinio
ne cedere niſi inquantum vrgebat ratio, &
habemus contra eum authoritatem Barto.
quæ non eſt minoris ponderis, immo lon-
ge maioris in foro Ceſa.in quo eius opinio
vt idolum ſolet adorari vt refert pulchre
Bal.de eo.& Rap.Cuma.in authen. niſi bre
uiores.C.de ſenten.ex periculo recitandis.
& dicit Ang.con.cciiij.ꝙ tremens auderet
dicere contra opinionē Bar.cū fuerit lucer-
na & ſpeculum iuris,& refert Ioā.Bapt. de
ſancto Seuerino in tracta.de modo ſtuden-
di ꝙ opinio Bar.in foro deficientibus legi-
busobſeruatur pro textu,& multa de eo cō
memorat Fran.de Curte in conſil.lvj. colū.
iiij.quę opinio melius eſt fundata, quam ēt
tenuit Bal.vt dixi, qui non eſt modicæ au-
thoritatis,tenuerunt ēt plures alij doct.legi
ſte ſupradicti,ita vt cōmunior ſit, qbus ma-
gis ſtandum eſt in prato Cæſaris & in his
qui ſunt iuris ciuilis argu.gloſ. ſingularis in
cano. vt veterū ix. diſt.& expreſſe Philip.
Dec.in c.j.de conſti.dicit per illam gloſ. ꝙ
magis opinioni Bart.in iure ciuili ſtandum
eſt quam opinioni.Ioan.Andre.& econtra.
17 Ad ſecundum fundamentum†quod vide
licet in feudo ſit ſpeciale vt bona commit-
tētis ipſo iure applicentur fiſco,eo quia du-
pliciter principis perſona offenditur, & qa



Source : BIU Cujas

facilius aufertur dominium vtile ꝙ̄ directū eo ꝙ quęlibet res facile ad primeuā naturā redeat, reſpondetur ꝙ iſtud fundamentum eſt valde debile primo quia pro iſta limitatione non allegatur aliquis tex. expreſſus nec in ſimili quod tamen eſſet neceſſarium attēto quod habemus regulas in contrariū.

Secundo dn̄s feudi eſt opus ꝙ deligat ex qua cauſa velit feudum acquirere, nam reſpectu fiſci pœna dr̄ cauſa lucratiua pariter reuerſio feudi reſpectu dn̄i feudalis licet propter vltionē iniurię reuertatur ad dn̄m, quia nihil ſibi abeſt de pœna, ꝙ dicatur eſſe cauſa lucratiua probatur in l. mulctarū, ibi compendia de modo mulctarū. C. & ex ratione legis in ſumma. & l. quod placuit, de iure fiſci. ff. & in rub. C. de pœnis fiſcalibus creditores præferri. lib. x. & eſt text. in authen. de nup. §. ſi vero altera. colū. iiij. in reuerſione autem feudi ad dominum licet nō proprie cauſa lucratiua dicatur, dicitur tamen quaſi lucratiua, vt dicimus in actione noxali. l. apud celſum. §. ſi quis autem. ff. de doli mali & metus exceptione quę omnino. vt ibi traditur. ęquiparatur cauſę lucra-
18 tiue. † Quia ſuccedit in delictis duas cauſas lucratiuas in confiſcatione concurrere non poſſe, vt expreſſe tradit Bar. in l. meuius. §. duorū teſtamentis. de le. ij. & propterea licet duplex qualitas concurrens in perſona offenſa delictū aggrauare videatur, quod & ex lege feudi & ex lege ciuili puniri pōt, tamen quia illa duplex qualitas non reponit delictū in diuerſis ſpeciebus, & vbi ita eſſet vna lege duntaxat, cum ex vtraq; executio quantū ad priuationē feudi fieri non poſsit, agendū eſt iuxta tradita in l. ſenatus ff. de accuſa. vbi Bar. & in l. nunꝗ̄ plura. ff. de priua. delictis, & in l. ſi gemina. ff. arbo. fur. ceſarum. Salyc. plene in l. qui de crimine. C. qui accu. non poſ. Bald. in l. qui ſepulchra. C. de ſepul. viola. vbi dicit quod duplici lege pœna in executione imponi non pōt. alleg. l. prætor edixit. §. j. ff. de iniurijs. & idem tradūt cōiter ſcriben. in l. quicunq; C. de ſer. fugi. & coadiuuatur ex regula tradita in l. in numerationibus. ff. de ſolu. & in l. iij. §. ex pluribus. ff. de acqui. poſ. vbi tra-
19 ditur † ꝙ ex pluribus cauſis eodē vel diuerſis temporibus cōcurrentibus dn̄ium eiuſdē rei queri non poteſt, & præſertim in cauſis lucratiuis quarū prohibitus eſt concurſus l. inter ſtipulantem. §. pe. ff. de ver. obl. vbi late doc. qui alleg. concor. & ſic concluditur ꝙ neceſſe eſt ex altera dūtaxat & nō ex vtraque cōiuncta inferri debere ad per-

ditionē & confiſcationē bonorū feudaliū. Or quęlibet cā ſeparata, vt dictum eſt, illud non operatur, igitur &c. immo & ſi vtraq; concurrere poſſet, nō reperitur iure cautū, quod cōcurſus duplicis cauſę operetur priuationem dominij ipſo iure & pœna priuationis ipſo iure nunquam imponitur niſi in caſibus a iure expreſsis, ita text. formalis ad propoſitū in auth. de non eligendo ſecūdo nubentes. §. cū igitur ibi, cū nulla lex ſi aliquid tale dicēs. col. ij. quē ponderat Bal. in auth. ex teſtamēto. C. de ſecun. nup. & bonus tex. in l. & ſi quis. §. diuus aūt. ff. de re. ligi. & ſum. fune. glo. quam ibi Panor. dicit
20 ſingularē in cap. ſi. de iure patro. † & multa congerūt Moder. in c. querelam, de iureiur. quę videri poſſunt. immo placet retorquere fundamentū adductū per authorem contra eum, nam dum ipſe ſe fundatum l. contractus feudalis, illa vt ſupra pluribus rationibus comprobatum eſt, operatur vt dn̄s ſit obligatus vaſſallo ad non diſueſtiendū, niſi culpa cōuicta, & maiorē cauſæ cognitionē adhibere teneatur propter legē contractus feudalis cui ſubijcitur, & ſic anteꝗ̄ ad eius priuationē deueniat ad cauſę cognitionem adhibendā maiori vinculo eſt aſtrictus, vt ſupra late dictum fuit, etiam in imperatore contra quem non eſt dubiū, quin quis incurrat le. maieſtatis crimen. Nec obſtant iura quę vltra authorē ſupra deduxi, quod videlicet in pœna priuationis ſit extēſio propter rationis idētitatem, nam, vt ſupra dictū eſt, hoc non habet locū in pœna priuationis ipſo iure imponitur, & iura allegata loquuntur in reuocatione donationis, quæ fit per viam actionis, tū etiā quia non militat, vt in ſequentibus dicetur, omnino eadē ratio in vtroque crimine, hęreſis videlicet, & læſæ maieſtatis, cū longe grauius ſit diuinā quam humanam offendere maieſtatē, vt infra ſubijcietur, tū etiam quia induceretur correctio. l. quęſitum. & in correctorijs etiam ex
21 idētitate rationis nō debet † fieri extenſio glo. in authen. quas actiones. C. de ſacroſanc. eccle. late docto. in l. ſi conſtante ad princ. ff. ſoluto matrimonio. & facit glo. in cap. cupientes. §. quod ſi per viginti. de electio. li. vj. cum ſimilibus. Non obſtat pariter aliud fundamentum eiuſdem authoris, dum dicit quod res de facili reuertitur &c. nam licet ſuam rationem comprobet Alexand. quam ipſe non allegat in l. cū mulier. ff. ſolu. matrimo. vbi voluit quod in materia feudi in qua agitur de amiſsione dominij vtilis illum, facile ſit extenſio, quia facilis eſt re-

Source : BIU Cujas

uerſio &c. tamen ſalua pace tanti docto. dixerim, confunditur ex doctrina ſingulari Bar. in l. ij. C. de fund. patrimo. lib. xj. vbi dicit quod ita difficilis eſt ablatio vel priuatio dominij vtilis ſicut directi. & exclamãt omnes in l. gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthu. & per illud dictum Bar. reprobat dictum Alex. Iaſ. de Mayno. in l. cũ quidam. ad fi. iiij. col. ff. de libe. & poſthu. Ex quibus omnibus pręmiſsis quadrata ſequitur concluſio, qđ etiam in crimine læſę maieſta. commiſſo contra principẽ dominum feudi, feudum non reuertitur ad dominum feudi, ipſo iure, ſed requiritur ſententia, qđ præſertim reſpectu agnatorũ, vt ſupra dixi allegando Bal. in. §. nulla. in fin. titu. ꝑ quos fiat inueſtitura. non habet aliquod dubium, & ita intrepide tenendum puto quicquid dixerit author.

22 *Ex quibus* etiã correlarie infertur † ꝙ cũ requiratur ſententia ad priuationẽ feudi ẽt ſi delictum eſſet notoriũ non poterat procedi ad executionem, licet enim dicat Inno. in c. ex parte. de verb. ſigni. ꝙ in notorijs debet potius procedi exequendo quam condemnando, & Bald. in c. ad noſtram, tertio, de iureiurã. dicit quod in notorijs ordo eſt ordinem non ſeruare, tamen antequã ad id deueniatur, & pœna cenſeatur impoſita, requiritur qđ ſuper illo notorio interueniat ſententia vſque adeo ꝙ notoriũ non ſufficit, vbi requiritur ſentẽtia maxime in materia priuationis, ita expreſſe i materia feudali tradit Bal. per tex. ibi in c. vnico. qualiter dñs feudi proprietate priuetur, vbi dicit formaliter notoriũ nõ haberi pro ſententia, & in materia criminali quod requiratur ſentẽtia, nec ſufficiat notorium expreſſe dicit Bal. in l. fin. per illum text. C. de male. & ideo dicebat Bald. in l. ſi maritus. C. de do. inter vir. & vxo. & in l. nam ita diuus. ff. de adop. & in l. cum fratrem. C. de his quibus
23 vt indig. quod † licet epiſcopus ſit notorius homicida, non tamen debet deponi ſine ſententia & iuris ordine non ſeruato, & dicit Bal. in c. ad noſtram in iij. de iureiurã. quod etiam in notorijs pars eſt citanda, & ſententia eſt ferenda, quod in eis etiam requiritur talis qualis cauſę cognitio, quia ſentẽtia debet ferri de facto, ad quod allegat, capit. cũ ſit romana. de appella. Et l. ea quidem. C. de accuſatio. Et pro hac opinione mea vltra prædicta adduco glo. communiter approbatam in c. euidentia. de accuſa. quę expreſſe dicit ꝙ ſuper notorio ſententia eſt ferenda, & idem dicit Bal. in l. cum fratrem præallegata, & firmant Moder. in l. ſi vero. in. §. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſ. cogan. & Ang. multum not. in l. libertas. in. §. fin. ff. de ſta. homi. vbi dixit ꝙ ſi ſtatutum dicit ꝙ condemnatus de maleficio poſsit impune occidi querit quid ſi non eſt condemnatus, ſed crimen eſt notoriũ, an poterit impune occidi, & dicit vr̃ ꝙ ſic, quia notorium æquiparatur ſententie, vt in l. emptorẽ in princ. ff. de act. emptio. vnde in notorijs proceditur executiue. i. poteſt incipi ab executione, vt in l. ictus fuſtium. ff. de his qui not. infamia. & no. Inno. in c. ſtatuimus. de offic. deleg. & in c. ex parte in Chriſto, de verbo. ſigni. veritas tamen eſt in contrariũ, dicit ibi Ange. quia hoc notoriũ non ęquiperatur ſentẽtie, & dicit quod pro hoc eſt caſus in l. quicunque. quæ eſt lex fina. C. de malefi. & mathe. quod dicit eſſe notoriũ, pro quo facit quod voluit Bald. in l. pręsbyteri. la prima in iij. column. ibi ſecundo quero. C. de epiſco. &
24 cleri. † vbi dicit quod licet iudici ſit notorium, tamen non procedit ad condemnationem, niſi citet, quod dictum refert Felyn. in cap. cum olim. in viij. colum. poſt me. de re iudi. & vltra adduco deciſionem Bartol. in l. decem. ff. de verbo. oblig. Ludo. de roma, & Iacob. in l. fina. ad princi. ff. ſi cer. peta. vbi dicunt quod licet non ſit opus diſcuſſione, vbi notorium eſt debitorem non eſſe ſoluendo, tamen requiritur ſententia, per quã declaretur ita eſſe, & adduco tex. ſingularẽ quem nullus Moder. allegat in c. cum dilecti de purga. cano. in verbo nimirum ſi crimen notorium exiſtebat, non erat illi indicenda purgatio, ſed in eum condemnationis ſententia promulgata. & ibi lucerna iuris canonici Ioã. And. dicit not. quod hic eſt tex. quod etiam in notorijs ferenda eſt ſententia diffinitiua, nec ſufficit ſolum præceptum iudicis, etiam ſi reus confiteatur ſtatim, ex quo deſtruitur altera concluſio authoris, dum dicebat ꝙ confeſsio operabatur effectum ſententie vt bona cenſerentur
25 confiſcata ipſo iure. † nam & in pœnis ſecũ trahentibus executionem, confeſsio nõ ſufficit, vbi requiritur ſententia, vt tradit glo. in c. ſuper eo in princi. de teſt. & in c. denique de excep. & probatur in l. iij. §. lege. ff. de teſti. & in l. qui ad ſtatum. ff. de pœnis. & in l. qui iudicio. ff. de bonis eorum qui mortẽ ſibi conſciuerunt. & in l. ſi confeſſus, vbi Barto. plene. ff. de cuſto. reo. & Spe. & Bald. quos allegat author, nunq̃ dixerũt illud ad qđ ipſe eos allegat, ſed loquitur duntaxat



Source : BIU Cujas

quod ratione confeſsionis pœna efficitur
tráſitoria ad hęredes,ſed qđ propterea bo-
na ipſo iure cõfiſcẽtur ſine ſententia, nunꝗ̃
dixerunt aliquid & infideliter referuntur
per authorem tractatus , ſalua ſua dixeri-
mus honorificentia, vt verbis vtar text.in
cano,neque ix.diſtinctione,

## SVMMARIVM.

1 *Feudum an dicatur nouum vel antiquũ, ſi*
*vaſſallus feudo priuatus ipſum recuperet.*
*Debita per propoſitionẽ reformata non am-*
*plius cenſenda ſunt hæreditaria.*
2 *Res ſemel alienata & per hæredem recupe-*
*rata , pœnes ipſum eſſe cenſetur ex noua*
*cauſa .*
*Edificium radicitus deſtructum,ſi reedifice-*
*tur,omnino nouum dicetur.*
3 *Princeps rem ſuã infeudando de nouo,legem*
*quam vult dicere poteſt.*
*Feudum iuxta principis voluntatem regu-*
*lari debet .*
4 *Verba quæ in conceſsionibus principum po-*
*nuntur plene intelligi debent.*
*Reſtituere quid ſit.*
5 *Reſtitutio quæ ſit ad bona eſt pleniſsime in-*
*terpretanda.*
6 *Princeps facere poteſt vt factum pro non fa*
*cto habeatur .*
7 *Feudum quod reſtituitur,ex quadam ſubro*
*gatione antiquum eſſe cenſetur.*
8 *Feuda quo ad alienationem ad inſtar rerum*
*patrimonialium ſunt redacta.*

SECVNDA quæſtio quę
ſe examinandam offert eſt,
1 †num videlicet ſi vaſſallus
feudo priuatus fuerit,& po
ſtea reſtitutus,feudũ recupe
ratũ dicatur nouũ vel anti-
quũ.in qua quæſtione author tractatus alle
gat iura ad vtrãꝗ partẽ.& ſatis plene tan
git materiã,ſed ego conſiderandũ puto, an
videlicet feudũ fuerit veraciter acquiſitũ
domino per realem apprehenſionẽ poſt ſen
tẽtiam latã etiam ex verbis probationibus
& tunc ſi per viam gratiæ fieret reſtitutio
cũ alteratione qualitatũ ſubſtantialiũ,& nõ
conſtaret ex verbis ꝙ princeps velit iure
feudi antiqui concedere , tunc ſine dubio
procederet authoris concluſio per iura quę
ipſe adducit.vltra quę facit quod ſingulari-
ter dicit Ang.in conſi.xxxj.inci.do.Philip
pus vbi pulchre dicit ꝙ debita reformata
per compoſitionem non dicuntur amplius
hæreditaria,quia renouata cauſa non dici-
tur hæreditaria, & ſic primeua.allega.l.cũ
hæreditas.ff.ad trebel. & idem tradit pul-
chre Aretinus in conſi.clxviij.inci.in quæ-
ſtione propoſita,colum.penul.& facit bene
text.in l. ſi ad me.ff. ad l.falc.quam author
ſequenti quæſtione ad aliud propoſitũ alle-
2 gat.vbi probatur† quod res ſemel alienata
recuperata per hæredem, dr̃ eſſe pœnes ip
ex noua cauſa,eo quod ſemel exuiſſet do-
miniũ ſuum & ibi Bar.Alexan. inferunt ad
quæſtionẽ de emphytheota alienante & po
ſtea recuperante &c.& optime quadrãt tra-
dita per Bal.& alios in l.ab emptione.ff.de
pactis.quam Ioan.Raynaldi pro hac opinio
ne adduxit. vbi dicunt quod vbi eſt ſemel
facta traditio & translatum dominium,
poſt diſſoluatur ille contractus, cenſetur eſ
ſe nouus contractus,vt & noua gabella de-
beatur,& ita etiam tradit Bald. in l. ſi præ
dium.C.de edilitia actione,Bald. & Ang.
in l.iuriſgentium.§.adeo.ff.de pactis.& ib
Bald.& Salyce.in l.ij.C. quando liceat ab
emptione diſcedere cum ſimilibus.Et in ſi-
mili ſolet dici quod quando ædificium om
nino deſtructum eſt,tunc dicetur, ſi reedifi-
cetur,omnino nouum ædifictũ, vt late tra-
dit Iaſ.in l.ius ciuile.allegata per author
& latius in repetitione l.quominus.ff.de fl
minibus.& præmiſſa ſine ſcrupulo proce-
dunt,quando princeps non eſt vſus verbo
reſtituo.ſed ſi verbo reſtituo,vſus fuerit,tũc
etiam poſt apprehenſionẽ feudum dicitur
antiquum ad hoc dicendum moueor primo
3 †quod princeps infeudando rem etiam de
nouo,poteſt dicere legem quã voluerit,&
ſecundum eius voluntatem regulabitur na-
tura feudi,vt pulchre Bal.inquit in conſi.in
ci.ſanctiſsima & illuſtriſsima regina, quod
eſt poſitum inter conſilia Ang.conſi.cx.idẽ
Bald. in c.j.de alienatione feudi paterni,&
in c.j.in penulti.column.an agnatus vel fi-
lius.Iacob.Albe. poſt Iaco.ardiſo.in c.j. de
vaſſallo decrepite ætatis,& in c.j.de gradi-
bus ſuccedendi in feudo,tenuit etiam hanc
opinionem Andre.de Iſer. in cap.primo de
contro. feudi apud pares terminanda eam
etiam ſequitur Marti,Lauden.& Card.Me
diolañ.in cap.j.de aliena,feudi paterni,Al

Source : BIU Cujas

xand.conſil.xxx.incip.quoniam omne da-
tum optimum.colum.ij.volumi.j. & conſil.
lvj.incip.perſpectis.xiiij.colum. in iiij. vo-
lu.& conſi.x.circa.x.colum.v.volu.Franc.
de Aret.conſi.penul.in l.ſi mihi,& Titio.ff.
de verbo.obliga.in quibus locis late con-
cludunt,ſecundum principis voluntatē feu
dum regulari debere, vt etiam ſi ſit nouum
ex voluntate principis poſsit haberi pro
antiquo, nimirum,quia princeps poteſt im-
mutare ſubſtantiam actus,vt dicit glo.ſing.
in c.j.de capell.monacho.in vj. ad eam au-
tem voluntatem principis colligendam,ma
xime verborum tenorem,& vim conſidera
re debemus & ſecundū verba diſpoſitionē
regulare,vt per multa fundamenta,quæ re-
ferre laborioſum eſſet,comprobat Franciſ.
de curte conſi.xlviij.& conſi.xlix.vbi ple-
4 niſsime loquitur.†& verba maxime i prin
cipium conceſsionis appoſita,debent plene
intelligi l.fi.de prep.agentium in rebus.lib.
xij.l.ſi quando.de bonis vacantibus. lib.x.
C.ſuccedit nunc ꝙ verbum,reſtituo. ex ſua
propria ſignificatione ſignificat repoſitionē
in priſtinum ſtatum omnino.textus quadra
tus in l.ſecunda.§.fi.ibi,reſtituere autem vi
detur,qui omnia remittit in priſtinum ſtatū
ff.ne quid in loco publico,& tex.aureus in
l. videamus.§.in fautana.ff. de vſuris dicit
quod pleniſsimam ſignificationem habet
verbum,reſtituere,vt pro nō facto actus re-
ſtitutus habeatur, vt per reſtitutionem ca-
ſus pro non aduento reputari debeat.& fa-
cit vulga.l.quod ſi minor.§.reſtitutio. ff.de
mino.& tex.in l.prima in fi.C.de ſentē.paſ.
& reſti.& in l.princeps.ff.de verb.ſigni. &
in.§.reſtituti.inſti.qui.modis ius patrie po-
teſta.tolli. & in l.ſecunda ff.de natal. reſti-
tuen.& in l.j.C.de iure aureorū annullorū,
verbum enim reſtitutio,latiſsime patet.l.re
ſtituere.ff.de verborum ſignificatio.l.in cō
demnatione.§.primo. & l. cum pretor.§.j.
eodem titu. & facit capitu. venerabili. in
verbo,plenarie. de officio delega. & text.
in capitu. piſanis. de reſtitutione ſpoliato-
rum & melior tex.in l.lucius.§.primo ff.de
5 adminiſtra.tutorum,vbi reſtitutio†facta ad
bona pleniſsimæ interpretatur,vt extenda
tur etiam ad actiones quæ nunquam fuerūt
in bonis,& tradit Bar.in l.fin.C.de ſen.paſ.
vbi dicit quod pleniſsimæ debet reſtitutio
interpretari.Angel.& Moder.in l. fin.ff. de
conſtitu.principū.& pulchre Anto. de But.
conſil.xx.colum.prima,Sicque cum verba
premiſſa habeant plenam ſignificationem
remittendi omnia in priſtinum ſtatum,prin
ceps illis vtendo nouiter non concedere,
ſed priſtinam inueſtituram ſuſcitare voluit,
quia cum ſecundum verba præſumat eius
mens,conſtat ꝙ de nouo voluit concedere,
quod maxime ꝓcedit vbi eſt appoſitū ver
bum,prout tui anteceſſores tenuerunt,quæ
verba faciunt vt princeps iure feudi anti-
qui concedere voluerit,vt late deducūt ſcri
ben.in locis allega.& pro hac opinione eſt
bonus text.coniuncta glo.in l. filio quē pa-
ter.ff.de lib.& poſth.ibi,ſed antiqui reddi-
tus & ibi ponderant omnes docto.& bonus
tex.coniuncta glo.& ibi ponderat Paul. de
caſt.in l. peculium.§.ſi hære.ff. de peculio.
& omnes poſt glo.in dicta l.quod dicitur al
legata per authorem.ff. de impenſis in re-
bus dotalibus factis,& probatur in dicta l.
filio de liberis,& poſthumis. quod etiā vbi
facta eſſet executio habeat locum maxima
præmiſſa,nam ibi loquitur tex.de filio emā
cipato,qui reuera exiuerat patriam poteſta
tem,& effectualiter,& tamē ſi arrogetur,di
cit tex.quod non de nouo in patriam pote-
ſtatem aſſumi, ſed antique patriæ poteſtati
redditus videtur,& tamen non eſt dubium
quin omnino ſemel exiuiſſe,& ita in propo
ſito eſto quod res feudales omnino per ap-
prehenſionem reuerſe eſſent ad principem,
tamen reſtituendo non de nouo dediſſe,ſed
ablatum feudum reddidiſſe videtur, maxi-
me quando vtitur verbo,reſtituo,quod ha
bet hanc plenam ſignificationē nec obſtat l.
ab emptione.ff.de pactis. in qua eſt fundata
opinio Ioan.Raynaudi, quē allegat author
contra nam reſpondetur quod princeps po
teſt hic facere & fingere in materia feudali
etiam nouum feudum haberi pro antiquo,
immo vt dictum eſt per verbū,reſtituo, vi-
detur velle quod confiſcatio habeatur pro
6 non facta,†& nō eſt dubium quin princeps
poſsit ēt quantum ad effectus præteritos fa
cere quod factum pro non facto habeatur,
glo.ſingularis in clemen.j.in verbo,pro in-
fectis.de immunitate eccleſiarum.textus in
c.is qui.de ſponſali.& matrimo. & text. in
clementina prima de conceſsione præben.
in fi.quare concludendum puto quod quan
do princeps vtitur verbo,reſtituo quod ple
niſsimam habet ſignificationem, vt infra la
tius dicetur in quarta quæſtione, adijciēdo
maxime hæc verba,prout tui anteceſſores.
feudum reſtitutum etiam poſt apprehenſio
nem cenſendum eſſe feudum antiquum &
non nouum,& maxime quando apprehen-
ſio non fuit effectualis per incorporationē,
nec aliquid facit reſeruatio quæ fieret per



Source : BIU Cujas

principem in aliquibus iuribus, quia licet ſpecialiter aliquid fuerit reſeruatum, non per hoc derogatum videtur alijs qualitatibus quę alio modo & alia via includuntur, vt not. dicit Saly. in l. de crimine. in ij. oppo. per illum tex. C. de accuſatio. facit tex. in l. prima. & quod ibi not. Bald. C. de diuer. reſcript. vnde doct. in reſtitutione loquentes
7 dicunt † quod feudum reſtitutum cenſetur eſſe antiquum ex quadam ſubrogatione. Quia de iure quando vna res ſubrogatur in locum alterius, quamuis in aliquo diſcrepet, in alijs ſapit naturam eius in cuius locũ ſubrogatur. ita ſignanter tradit Paulus de caſtro in conſilio. cxxix. incip. licet iſta domina Liza, colum. fina. verſicu. nec obſta. & formaliter ad caſum noſtrum adduxit. ita firmans Philippus Dec. conſil. quinquageſimotertio incipiẽs placet mihi, circa principium ſecundæ colum. & vltra præmiſſa allegat deciſionem magis expreſſam, Soci. in l. gallus. §. etiam ſi parente. ff. de liber. & poſthumis. vbi formaliter dicit quod licet apponatur aliquod pactum contra naturam feudi in inueſtitura, tunc alteratur natura feudi conſecutiuis pacti duntaxat, & non in alijs. & ibi alleg. optima iura. nec eſt verũ ꝙ verba appoſita in reſtitutione, pro te, ſucceſſoribus tuis, & habentibus cauſam a te alterent feudi naturam, quia illa verba in nullo alterant naturam feudi, quippe cum ex conſuetudine generali Francie, de qua
8 in ſequenti quæſtione late dicetur † feuda quantum ad alienationem ſint redacta ad inſtar rerũ patrimonialium, expreſsio eius quod tacite inerat per conſuetudinem non alterat naturam feudi, nec aliquid immutat l. fina. C. de fideiuſſoribus, not. in l. cum quo. ff. ſi certum peta. & late legitur & notatur. in l. tertia. ff. de lega. primo. & ita hac ratione in ſimili concludebant conſulendo de verbis pro ſe & deſcendentibus in infinitum &c. Iaſo. de Mayno, & Ambroſius de opiſo. in cauſa illorum de beccaria, prout eos refert conſuluiſſe. ita vt prædictum eſt collegium Bononien. in conſilio ſuo poſito inter conſi. Franciſ. de curte. conſi. l. ad principium ſexte colum. vbi etiam approbat præmiſſam maximam quare illa verba exprimentia quod ex natura rei inerat, non potuerũt naturam feudi alterare, immo remanſit reuera feudum antiquum, nec obſt. arg. de adiectione qualitatis, quia vt ſupra dixi non operatur vltra cõſequutiua pacti. nec impedit quo minus in alijs ſortiatur naturam antiqui feudi, & ita concludo.

## SVMMARIVM.

1 *Bona eius qui crimen læſæ maieſta. commi- ſit ſubiecta reſtitutioni fideicommiſsi, an veniant in confiſcationem.*

2 *Alienare prohibitus an poſsit delinquendo bona fideicommiſſo ſubiecta in fiſcum transferre.*

3 *Vaſſallus ita teſtari poteſt de bonis feudalibus atque de allodialibus.*

4 *Vaſſallus qui ſubinfeudauit alteri ſi feloniam committat, an feudum reuertatur ad dominum.*

5 *Delictum vaſſalli commiſſum in perſonam domini quando agnatis præiudicet.*

6 *Vaſſallus legem contractus feudalis euertere non poteſt.*

7 *Contractus feudalis eſt innominatus, consuetudine & non a iure ciuili inuentus.*

8 *Sententia contra condemnatum lata quando ſubſtitutis noceat & alijs ius præcedentibus.*

TERTIA quæſtio quæ in hac materia proponitur eſt,
1 † nam ſi bona comittẽtis crimen læſæ maieſtatis ſint ſubiecta reſtitutioni fideicommiſsi, venient in confiſcationẽ, in qua qõne tenuiſſe loquutus eſt author, ſalua ſua pace dixerim, primũ adduxit in mediũ ꝙ in crimine læ maieſtatis quæ non poſſunt tranſire in hæredem extraneũ, tranſeant in fiſcum, & al legat aliqua iura quæ faciunt formaliter in cõtrariũ, nam eſt tex. formalis in l. eos. ad l. iul. maieſt. ff. quæ non reperitur in hoc cor recta, qui vult per literas groſſas iura patro natus quæ non tranſeũt in hæredem extra neum non tranſire in fiſcum in crimine læſæ maieſtatis, & eſt text. rotundus in l. iura. ff. de iure patronatus, bene verum eſt quod di cte leges quæ dicebant iura patronatus re ſeruari filijs, ſunt hodie correcte, eo quia fi lij ſint effecti incapaces per l. quiſquis. & in loquitur glo. in his legibus, & etiam Barto. ſed quod tranſeant in fiſcum non eſt verum immo potius liberarentur liberti a iure patronatus, ita formaliter tradit Bal, quem ibi

Source : BIU Cujas

ſequitur Alexã.in apoſtillis,in illa l.j.C. de bo.liber.& ſequitur ibi Saly. quando videlicet tale ius patronatus non proueniebat ex perſona patris delinquentis,ſed ex perſona anteceſſorum.& eſt lata differẽtia inter illa iura patronatus quæ non poſſunt filijs incapacibus acquiri,& inter ius fideicõmiſsi quod debetur agnatis, qui nõ poſſunt
2 effici incapaces ex delicto agnati † vnde ꝓhibitus alienare expreſſe vel tacite non videtur delinquendo in fiſcum potuiſſe bona ſubiecta fideicommiſſo transferre text. formalis in l.imperator.ff.de fideicommiſſa.liberta.vel ſaltem per iura quæ author dedu xit vñr debere tranſire cum onere ſuo, & traditur etiã in l.cum pater.§.hæreditatem. de lega.ij. expreſſe loquẽs in fideicommiſſo illa ratione quod bona illi ſubiecta non poſſunt trãſire in hęredẽ extraneũ,quod nõ tranſeant in fiſcũ per multa iura & authoritates quas allegat,concludit Alex.in conſil. lxviij.inci.oportune conſideratis, ſecunda & tertia colum.volu.iij.rationes ſuas longum eſſet tranſcribere,videri poſſunt,vltra illa iura facit quia quando fit translatio etiã in pœnam legati de vna perſona in alteram illa ſemper fit cum onere ſuo l.gaio,in prin. ff.de alimen.& cibarijs lega.vbi no.Barto. idem Barto,in l.legatum.ff.de adimen.lega.

Confirmatur, & maxime quia in Gallia feuda ſunt redacta ad inſtar rerum patrimonialium, vt dicit Petrus Iacobi, in libellis ſuis in titu.de cond:tione ex mori,& voluit Ioan.Fab.in auth.ingreſsi.C.de ſac.ſanc.eccle.& hãc etiam conſuetudinẽ Frãcie generalẽ refert Iaſ.in l.de quibus.ff.de legib.vbi
3 dicit † ꝙ vltra montes cõſuetudine generali obſeruatur,quod poſsit quis de bonis feudalibus ita teſtari, ſicut de allodialibus, ſubijciens id per cõſuetudinem introduci potuiſſe,allegat Bald.qui hoc dicit in cap. primo.ad fi.principij.quæſtio.pe.de ſucceſsione feudi.& idem not.docto.in c.ſignificauit ſecundo de reſcrip. cum ſi ſuccedit ꝙ vbi vna res redigitur ad inſtar alterius, in ſe ſuſcipit qualitates & conditiones rei ad quã adequatur ita probat tex.not. in l.j §.j.ff.ſi quid in fraudem patroni, & text. in l. illud in princi.ff.de donatio.cauſa mortis. & late tradũt doct.in l.j.ff.de leg.j.& pulchre Bal. in l.omnia.C.de epiſ.& cleri.qñ enim vna res efficitur ad inſtar alterius,vt ſit bona ſimilitudo[,]neceſſe eſt qualitates quę inſunt vni ineſſe alteri.tex.pulcher in l.in teſtamẽto.ff.de conditio.& demon.Sicque videretur concludendũ ꝙ ſicut in rebus allodialibus fideicommiſſum nõ extinguitur per cõfiſcationem, ita nec in propoſito in bonis feudalibus quæ ad inſtar rerum allodialiũ, ſaltem quantum ad alienationem redacta ſunt. Confirmatur, & fortius ex eo quod ſignanter tradit Ioan.Fab.in.§.fi.inſtitu. de vſuf.& Io.Raynauldi in c.imperialem.§.illud.in ti.de prohibita feudi aliena.& Fede.
4 † Vbi quærũt de quæſtione ſi vaſſallus ſubinfeudauerit alteri, & poſtmodum primus vaſſallus committat feloniam an feudũ reuertatur ad dominũ.& primo dicunt ꝙ videtur ꝙ ſic, quia reſoluto iure datoris &c. Allegãt l.lex vectigali fundo.ff.de pig.poſt modum diſtinguẽdo,dicunt ꝙ aut dominus cõſenſit aut non.ſi cõſenſerit non eſt dubiũ ꝙ non reuertitur,aut non conſenſit, & tunc reuertitur, niſi is qui habet ius a vaſſallo, q̃ commiſit feloniã ſit paratus ſeruire priori domino & ab eo feudum recognoſcere. ex quo ſequitur in propoſito ꝙ vbi agnati quibus feudum ex fideicommiſſo debetur eſſent parati ſeruire priori dño,& ab eo recognoſcere feudũ,ipſe tenetur illos admitere,non obſtante felonia commiſſa per deciſionem alleg.quæ apponit gladium ad radicem,quam ſequitur Iacob. de ſancto Georgio in ſuo opere feudorũ in verbo dictiq; vaſſalli.ad fi.iij.col.& principio ſequẽtis,qđ omnino ſine dubitatione procedit vbi vaſſallus poſtmodum reſtituitur, quia tunc ſecundus vaſſallus qui ius ſuum amiſit in conſequentiam ex reſolutione iuris datoris, in conſequentiam recuperat ius amiſſum,modo non fuerit in alium tranſlatum medio tẽpore.ita ſignanter tradit Iaco.de bel. in capitu.primo.in titu.hic finitur lex conradi, deinde conſuetudines regni incipiunt, quẽ refert & ſequitur Iacob.de ſancto Georgio in loco allegato,& præſertim vbi non ſunt deſcendentes quo caſu feudum debet applicari agnatis & non reuerti ad dominum, etiam ſi felonia in eius perſonam commiſ-
5 ſa fuerat, & iura quæ dicunt † quod delictum directo in perſonam domini commiſſum præiudicat agnatis debent intelligi, ſtantibus deſcendentibus. tunc enim quia deſcendentes qui titulo hæreditario deberent habere, capere non poſſunt, tamẽ quia proximiores ſunt & excludunt agnatos & ipſi excluduntur a domino nimirum ſi dominus excludat tunc agnatos,quia ſi vinco vincentem te.Secus vbi non ſunt deſcendẽtes, tunc enim agnati quibus iure hæreditario feudũ nõ obuenit,& ſunt capaces,debẽt admitti excluſo domino,hanc opi. mediam



Source : BIU Cujas

tanquam per diſtinctionem, alias ad con-
cordiam reducentem amplexus eſt & in ea
perſiſtit Iacob. Albe. in c.j.§.fina. in ij. con-
cluſione in tit. quæ fuit prima cauſa benefi-
cij amittẽ. & eſt æqua opinio & tanquã me
dia diſtinguens ſequẽda l. adeo. §. cũ quis. ff.
de acquiren. rerum do. & ita eam firmat &
ſequitur Franc. de Cur. in d. conſi. xlix. circa
fi. conſilij dicens ꝙ eſt æqua opinio, & ideo
his caſibus concludendum eſt feudum non
reuerti ad dominum. fateor quod vbi præ-
miſſa ceſſarent, verior videretur concluſio
ꝙ fideicommiſſum extingueretur, & ad id
dicendum moueor primũ quia teſtator dun
taxat ſibi & hæredi ſuo legẽ imponere po-
teſt, & non domino feudi, vt videlicet feu-
dum non, euertatur felonia commiſſa per
eum qui vaſſallus erit pro tempore. nõ po-
tuit enim teſtator niſi ſucceſſori ſuo legem
imponere, ita Bal. in l. ij. C. de vſucapio. pro
empto. Confirmatur, quia non eſt in pote
6 ſtate † vaſſalli legẽ contractus feudalis euer
tere, ex qua ab initio feudum ſub ea condi
tione datum videtur, vt ſi vaſſallus fidelis
ſit, vt ſi ingratitudo committatur feudũ ad
ipſum dominum reuertatur, & hoc modo
per concedentem conditionatũ, & ideo nõ
poſſunt alij agnati de hoc cum iuſtitia con-
queri, quia traditioni rei ſue põt vnuſquiſ-
que apponere legem quam vult. l. legem C.
de pac. Iſta ergo eſt quædam lex tacite ap-
poſita traditioni feudi. & iſtud eſt qđ vult
dicere tex. in d. c. j. §. fi. quę fuerit prima cau
ſa benefi. amittẽ. in illis verbis, vt habeat do
minus hanc ſaltẽ ſuæ iniurię vltionem, ſub-
intelligitur enim in conceſsione feudi taci-
ta cõditio, ſi primus cui fit conceſsio, & om
nes ab eo deſcẽdẽtes, erũt grati verſus do-
minũ, argumen. l. cum quis. ff. de ſol. & l. ſti-
pulationẽ. ff. de iu. do. ergo quamprimũ ali-
quis ex deſcendẽtibus primi inueſtiti com-
mittit ingratitudinem contra dominũ, ceſ-
ſat tacita conditio, ſub qua feudum fuit con
ceſſum, ideo non eſt inconueniens ꝙ feudũ
ad dominum reuertatur argumen. l. primę.
C. de dona. quæ ſub modo. Et hanc rationẽ
formaliter aſsignat Fran. de Cur. in ſuo ope
re feudorum, in quinta parte in principio,
& eandem rationem aſsignat Salyc. in l. ij.
C. de liber. & eorum libe. Bal. in l. le. xij. ta-
bu. C. de legi. hære. vbi dicit ꝙ agnati priuã
tur propter legem contractus. & idem Bal.
ſentit eandem rationem in dicto capit. pri-
mo. §. fina. quæ fuerit prima cauſa benefic.
amitten. vbi etiam dicit ꝙ iſta reuerſio fit
ex lege contractus. Et confirmatur & for
7 tius, † nam contractus feudalis eſt quidã in-
nominatus cõtractus. eſt enim contractus in
uẽtus a cõſuetudine & nõ a iure ciuili, nun
quã enim fuit cognitus ciuibus romanis, qa
ſi cognouiſſent, habuiſſent illũ exoſum, qa
quandam ſeruitutẽ ſapit. ita Bald. in c. quę
in eccleſiarũ. de conſtitu. Quia omnes cõtra
ctus quos cõſuetudo inuenit, vt contractus
feudi, quia nomẽ vſuale habet magis adhe-
rẽt cõtractui innominato ꝙ̃ nominato, ita
Bald. in rub. C. de rerum permuta. Idẽ Bald.
in l. fina. j. q. C. quãdo liceat ab empti. diſce.
Idem Bal. in c. fina. col. fi. de cauſa poſſeſsio.
& proprie. & ſic videtur quidam cõtractus
correſpectiuus quales ſunt cõtractus inno-
minati, videlicet do feudum vt facias, id eſt
vt ſis fidelis. & ideo vbi ex parte vaſſalli
non adimpletur contractus ex capite cauſę
non ſecutę, repetitur res. ſuccedit ꝙ vbi ex
lege prioris cõtractus introducitur illius re
ſolutio, omnia onera medio tẽpore impoſi-
ta tollũtur. tex. eſt quadratus in l. iij. ad prin
ci. ff. quibus modis pignus vel hypothec. ſol-
ui. tradit expreſſe Bartol. in l. in diem. ff. de
aqua plu. arcen. & in l. ij. ff. de in diem adie-
ctione. cum ſimi. Et iſte rõnes ſunt lõge ma-
gis vrgentes, quam quę per authorem dedu
cuntur, tamen, vt dixi, nõ procederẽt in ca-
ſibus præmiſsis, debet etiam temperari pro
cedere hæc concluſio, quando ſentẽtia lata
cõtra vaſſallũ fuit lata ex veris probationi
bus, ſecus ſi ex ficta confeſsione inſurgente
8 ex cõtumacia & banno, † licet enim ſentẽ-
tia lata cõtra condemnatum noceat ſubſti-
tutis vel alijs qui poſſunt prætendere ius
in conſequentiam, vt probatur in l. contra-
ctu. ff. de re iudica. & tradit Bartol. in l. in
diem. de aqua pluuia arcen. & ſequũtur om
nes in l. filiusfamilias. §. diui. de lega. primo
nec requiritur illorum citatio, per tex. ſin-
gularem in l. prima. §. denuntiare. ff. de ven
tre in poſſeſsionem mittendo. tamen mode-
ratur quando ferretur ſentẽtia ex veris pro
bationibus, ſecus ſi ex ficta confeſsione re-
ſultante propter contumaciam vel bannũ,
ita formaliter tenuit Bartol. in l. cum filius.
ff. de verbo. obligatio. quẽ ibi communiter
omnes ſequuntur, & idem tenuerunt Dy-
nus & Raynerius in l. prima per illum tex.
ff. quando ex facto tuto. Bald. & Salyc. in l.
j. C. ne filius pro patre. Alberi. de Roſate in
opere ſtatutorum quæſtio. cclviij. Nellus
de ſancto Geminiano in tractatu bannitori
in ſecunda parte q. xxxiiij. & probatur op-
time in l. qui repudiãtis. ff. de inoffi. teſtam.
quem ad hoc deducunt Imo. & Alexand. in

Source : BIU Cujas

l.ſepe.de re iudica.& multa congerit Fely. in c.cum Bertoldus eo.titu. Secundo deberet temperari & intelligi vbi videlicet agnati,eſſent citati ſaltem per proclama generale,ſecus ſi nullo modo,quia tũc nõ præiudicaret.ita tradit Bar.in extrauaganti, ad reprimendum.in verbo,per edictum Bald. in l.ſi eo tẽpore.C.de remiſsiõ.pigno.Ange. in l.ſi perluſorio.ad princ.ff.de appel.Soci. in d.l.cũ filius.Moder.repeten.in d.§.diui. & eſt communis cõcluſio quam in propria materia feudali firmat ſummus feudiſta Andre.de Iſer.in c.ſi vaſſallus.in titu.ſi de feu. fue.cõtrouer.int.dominum & agna.vaſſal. vbi concludit.ꝙ ſi feudum antiquum erat pœnes vnum de agnatione, ſententia cõtra alium lata nõ nocet alijs agnatis nullo modo citatis,& ita in hac qõne concludo ſalua cuiuslibet rectius ſentientis correctione.

## SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum quòd ſemel per confiſcationem extinguitur,an reuiuiſcat ſi reſtitutio ſequatur.*

2 *Iniuria pacto ſublata, pacto ſubſequenti nõ poteſt reintegrari.*

3 *Beneficium ciuilitatis quòd per bellũ aufertur,pace ſubſequuta belli remotiua redintegratum non cenſetur.*

4 *Reſtitutio ſui natura in ſtatum priſtinum reponit omnia.*

5 *Ciuis quia reſtituitur ſemper ciuis retro fuiſſe fingitur.*

6 *Exheredatio per patrem facta eo ipſo extinguitur, & reuocatur cum cauſa illius inductiua remouetur.*

7 *Reſtitutio omnia in priſtinum reponens ſtatum ad perſonas extenditur quæ in principalis conſequentiam puniuntur.*

8 *Reſtitutione ſequuta actiones contra reſtitutum reuiuiſcunt.*

9 *Filio capti ab hoſtibus ante patris reditum obeunte,fingitur pater reuerſus retro filiũ habuiſſe in poteſtate.*

10 *Reſtitutio etiam in tertij præiudiciũ retrotrahitur in iure ſibi quæſito.*

*Mens concedentis colligitur qualis fuerit ex verbis ſupplicationis.*

11 *Princeps in dubio præſumitur vſus iure cõmuni, non gratia ſpeciali.*

12 *Qualitas accidentalis quando magis attendatur quam naturalis.*

13 *Feudi natura alteratur per verba pro te & ſucceſſoribus &c.*

QVARTA quæſtio nunc
1 ſe offert, an videlicet† fideicommiſſum ſemel per confiſcationem extinctum, ſecuta reſtitutione reuiuiſcat, & hanc quæſtionem vltra deducta per authorem ad vtranq; partem examinare ſtatuti, & pro parte negatiua ꝙ ius fideicommiſsi extinctum non reuiuiſcat, accedit primum iuris concluſio, quæ habet ꝙ ſubſequẽs diſpoſitio ex intellectu nõ inducit repetitionem eorum quæ in prima diſpoſitione ſunt d.l.per retentionẽ.C.de uſucap.l.ſi tibi certam.ff.de adimen. leg.l.cum pater.§.pater certam.ff.de leg.ij.cum ſimil.

Secundo quia ſi qualitates adiectę diſpoſitioni primo duranti non poſſunt intelligi repetitæ in dubio in diſpoſitione ſecunda, in quam illius primo tunc durantis facta eſt translatio.l nouatione.ff.de noua.l.labeo.§. fi.ff.de arbi.l.ſi cum hermes.C.locati.l.valerianus.ff.de præto.ſtipul.cum ſi.Conſequẽs eſt, vt multo minus qualitates oneroſe huiuſmodi adiectę feudo quas ſuperueniẽs felonnia totaliter extinxit non intelligantur repetitæ in hac reſtitutione ſequenti.In quã non poteſt videri tranſlata defuncti liberalitas inductiua fideicõmiſsi omnino extincta per confiſcationem. Tertio probatur, quia id renouatũ quod de per ſe non eſt cauſa fideicommiſsi nõ põt inducere eiuſdem fideicommiſsi iam extincti renouationem, ad hoc tex.ad propoſitum valde notabilis, licet vulgaris,in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pac.verſ.ſed ſi pactum.†dicens in-
2 iuriam pacto ſublatam nõ poſſe pacto ſubſequenti reintegrari,& ſubijcit rationẽ formaliter ſic,non enim ex pacto iniuria naſcitur,ſed ex contumelia,ita igitur in propoſito noſtro ipſum fideicommiſſum quod non inducit principis beneficium, ſed voluntas defuncti,non debemus dicere reintegratum ex reſtitutione. Quarto quia eſt notiſsima iuris regula quod ſublatio cauſe præcedentis actus ſubiatiue de per ſe ſolum actũ iam ſublatum non reintegrat ſed opus eſt nouo contractu qñq; uoluntario,quãdoq; coacto,

Source : BIU Cujas

proutſunt caſuum diuerſitates, vt patet in
l.ſi quis accepto.ff.de cōditio. ob cau. & in
l.metum.§.ex hoc edicto.ff.quod met.cau.l.
ob eum.ff.de pręſcriptis verbis. & in l.cum
mota, ſecundum vnum intellectum.C.de
tranſactioni.poſſet ēt ad id adduci materia.
l. qui res.§.aream.ff.de ſolutio.l.inter ſtipu-
lantem.§.ſacram.ff.de verborum obliga.l.
deferre.§.fina.cum.l.ſequen.ff.de iure fiſ.l.
quod in rerum.§.fina.ff.de lega.j.cum ſimi.
Quinto adduco aliud fundamentũ magis
aſtringens in ſimili,quod punitur in.l.ij.C.
3 de libe.& eorũ liber.vbi probatur † ꝙ be-
neficium ciuilitatis ablatum per bellũ, ſub-
ſecuta pace remotiua belli nō cenſetur re-
integratum,quā ita ponderat Ludo.de Ro-
ma.conſi.ccccliх.incipien.in propoſita cō-
ſultatione.& eſt bonus text.in l.cũ ſeruus.
ff.de alimen.lega.vbi legatum extinctũ per
alienationem factam de re legata, non recō
ualeſcit eadem re per teſtatorē recuperata,
cui non obſtat ꝙ ceſſante cauſa &c.nam ex
quo extinctio ſemel operata eſt ſuum effe-
ctum,non debet reconualeſcere fideicōmiſ-
ſum,licet poſtmodum ceſſet cauſa extinctio
nis.tex.no.in l.fina.ff.vnde liber.per quem
dicit Barto.in l.titia.§.imperator.ff.de leg.
ij.ꝙ donatio reuocata per ſuperuenientiam
liberorum,non reconualeſcit,licet poſtmo-
dum tollatur cauſa extinctiua,vt pote,quia
filij ſuſpecti decedant ſuperſtite parente.
Sexto & vltimo adduco deciſionē Ang.
formatā in illa.l.debitor.C.de ſen.paſſ.vbi
dicit reſpondēdo ad legem, qui res.§.areā.
ff.de ſolutio.ꝙ illa lex tertia intelligit̃ vbi
bona tranſierunt in fiſcum cum onere ſuo,
quia tunc non cenſetur omnino extinctum
debitum, & ideo nimirum ſi ad illa reſtitu-
tus teneatur ad debita,a contrario ſentit ꝙ
vbi bona non tranſiſſent cum onere ſuo, ꝙ
tunc reſtitutus reincideret in priſtinā obli-
gationem, & hæc ſunt quæ reuera iudicio
meo non parum aſtringunt.

Quibus tamen non obſtantibus,quæ
reuera non obſtant, cōtraria
concluſio verior et tutior de
4 iure videtur & accedit primum † quod re-
ſtitutio ſui natura omnia reponit in priſtinũ
ſtatum per iura quæ ſupra deduxi in ij.qō.
qua ratione fideicommiſſum extinctum per
confiſcationem, ſuſcitari per reſtitutionem.
decidit expreſſe Ludo.de Roma.qui non
eſt leuis authoritatis, in conſi.ccxlvij.inci-
pien.primo dicitur.ad prin.ij.col. Secun-
da facit,quia reſtitutio equiparatur fictioni
poſtliminij,& retrotrahitur,& perinde ha-
beri debet,ac ſi nunq̃ felonia eſſet cōmiſſa,
tex.optimus ad propoſitum in l.ſi quis filio
exheredato.§.penul.ff.de iniuſto rupto irri
to facto teſta.& quod reſtitutio retrotraha-
tur.firmāt expreſſe Ang.& Imo.in l.ſi alie-
num.§.in extraneis.ff.de hæred.inſti.& ibi
clarius Paul.de Caſt.poſt Bal.vbi dicunt ꝙ
vbi reſtitutus bona recuperat ſimpliciter
reſtitutio trahitur retro,niſi agatur de præ-
iudicio tertij,licet Bar.contrarium ſenſerit
in d.§.pe.l.ſi quis filio exheredato, & hanc
ſententiam ꝙ omnino retrotrahatur firmat
ſolēnis doc.Caro.Ruinus in repe.§.& quid
ſi tantum.l.gallus.de libe.& poſt. Tertio
adduco in ſimili deciſi.Rogerij de Peru.in
conſil.incip.punctus paulutius.poſito inter
conſilia Bal.conſi.lxiiij.in v.par. vbi dicit
5 † ꝙ reſtitutus ciuis ſemper fingit̃ fuiſſe re-
tro ciuis, eo quod reſtitutio retrotrahatur,
& idem ſequitur Fran.Tigri.in cōſilio ſeq.
pro quo allegat bo.tex.in l.ariſto.ff.de ma-
nu.teſta.ita, & vaſſallus remiſſa felonia re-
tro ſemper debet fingi fuiſſe fidelis. Quar
to facit,quia iura in alium tranſlata quę fue
runt ablata condēnato miniſterio iuris dun
taxat ſecuta reſtitutione recuperātur,vt eſt
tex.formalis,in l.ſiue patronus.in princip.
ff.de iurepatro.& text.in l.fin.C.de ſenten.
paſsis, & firmat Bald.in dicto.§.& quid ſi
tantum,idem Bal.in c.domino guerram.in
titu.hic finitur lex corradi.& idem Bald.in
titu.de pace conſtan.in verbo priuilegia,
& omnes nemine diſcrepante in dicto.§.&
quid ſi tantũ. & tamen eo caſu ius reſpectu
condemnati erat omnino extinctum, & ma
xime in caſu l.fi.C.de ſen.paſ.vbi filius per
deportationem patris omnino erat exutus
a patria pote.& tñ illud ius iam extinctũ in
præiudicium tertij, quia duntaxat miniſte-
rio legis ſine facto hominis per reſtitutionē
ſuſcitatur.ſi igitur reſpectu condemnati re-
ſtitui ſuſcitatio iurium extinctorum locum
habeat,a fortiori quantũ ad alios.quippe fi-
ctio retrotractiua,quę illud operatur,funda
tur ſuper maxima equitate, vt late declarat
Bar.in l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſucap.
ſed longe maior equitas verſatur reſpectu
tertij qui nō deliquit, & qui miſeratione di
gniſsimus eſt, q̃ reſpectu delinquentis. igi-
tur &c. Quinto facit ꝙ ſingulariter tradit
Bart.in l.iiij.per tex.ibi.ff.de adimen.lega.
6 vbi eleganter inquit † ꝙ exheredatio facta
per patrem eoipſo extinguitur & reuoca-
tur ꝙ cauſa illius inductiua tollitur & remo
uetur.ſic & in propoſito,ſublata per reſtitu
tionem principis felonia, cauſa inductiua

Source : BIU Cujas

extinctionis fideicommiſsi extinctio ceſſare debet, & fideicōmiſſum ſuſcitari. Sexto & fortius ꝙ reſtitutio trahatur ad omnes ꝗ fuerunt puniti in conſequētiam, & quorum iura fuerunt reſoluta reſoluto iure vaſſalli committentis feloniam, deduco deciſionem expreſſam Iac. de Belui. in c. j. in titu. hic finitur lex corra. et Iacobini de ſancto Geor. in ſuo opere feudo. quos allegaui in quęſtione pręcedenti qui formaliter volunt ꝙ per reſtitutionem eorum iura ſuſcitentur quæ ex reſolutione extincta fuerant, quę deciſio habet magnam equitatem, & apponit ſecurim ad radicem. Septimo adduco tex. formalem ad hoc a nemine ponderatum, in l. fi. ff. de ſentē. paſ. vbi tex. formaliter vult ꝙ reſtituto principaliter damnato, reſtituitur is qui in conſequentiam punitus fuit, & ita intelligit ibi gl. fi. Octauo & vltimo adduco deciſionem ad propoſitum ſingularē Saly. in l. caſtitati. ſ. colum. C. ad l. iuli. de adul.
7 vbi ſingulariter decidit ꝙ eo † quod reſtitutio omnia reponat in priſtinum ſtatum, trahitur etiam ad perſonas, quæ in conſequentiam principalis puniuntur, ſicut in caſu ſubiecto. & proprie tex. in d. l. ſi debitor. C. de ſen. paſ. quam author allega. decidit caſum. Nec obſtat ꝙ Ang. ibi dicere voluit ꝙ illa. l. habet locum vbi bona tranſibāt in fiſcum cum onere ſuo, nam reuera, ſalua pace tanti doctoris dixerim, non eſt verum, & ad eum cōfundendum ego adduco tex. ſingularem, quem nemo ponderat in l. ij. ff. de ſentē. paſ. & reſtitutis, vbi vult text. ꝙ licet ſimpliciter reſtitutus ſine bonis non reincidat in priſtinam obligationē, tamen ſi bona reſtituantur, reincidit, ita ꝙ ſi vellet dimittere bona, nō poſſet ſe exuere obligationibus, ex quo formaliter infertur ꝙ obligatio perſonalis ſuſcitatur, & tamen non principaliter, ratione commitantiæ obligationis ad bona reſtitutus reincidit in priſtinam obligationem, quia ſi duntaxat illa ratione dimittēdo bona liberaretur per l. ij. ff. quod cum eo. cum ſimil. vulg. & ideo glo. ibi ſingulariter dicit quod illud eſt ideo ꝙ ille in priſtinum ſtatum reponitur & non alia, ergo ſequitur ꝙ reſpectu rei non tenetur nec illa eſt principalis ratio ꝙ bona tranſiſſent cū onere ſuo, ſed eo quod in priſtinum ſtatum omnino reponitur, quando recuperat bona, vnde ex quadam equitate lex non vult ꝙ damnatus reſtitutus teneatur, niſi bona recuperet, nimirum quia bona intelligebantur deducto ere alieno, et vbi non tranſiſſent cum onere ſuo dico ꝙ remaneret obligatus damnatus, ſaltim naturaliter, ſicut dicimus i ſeruo qui remanet obligatus naturaliter ſed quando creditores poſſunt habere regreſſum contra fiſcum nimirum ſi tunc liberetur condēnatus, in vltimis autem voluntatibus quin hæredes ſint obligati ex quaſi cōtractu acceptando hæreditatem nemo eſt qui dubitet, quia ſunt iura vulgaria ad aliud fundamentum, dum dicitur quod res ſemel extincta &c. Reſpondetur quod fictio retrotractiua reſtitutionis iſtud operatur, quæ quantū ad effectum facit quod non cenſeatur extincta ab initio obligatio. ad hoc deduco text. ſingularem in l. iij. ff. de ſenten. paſ. vbi vult
8 text. † ꝙ ſecuta reſtitutione actiones directe contra reſtitutum reuiuiſcunt, & tamen niſi fingendo nunquam fuiſſe extinctas non poſſunt ſuſcitari directo, ſed duntaxat vtiliter, vt no. docto. in dicta l. inter ſtipulātem. §. ſacram. & ſic conſequens eſt vt reſtitutio quæ retro fingit, tollat omnino cauſam extinctiuam etiam quantum ad effectus præteritos, quod ſine dubio princeps facere poteſt, vt dicit glo. ſingula. in clemen. j. in verbo, pro infectis de immunita. eccleſiarum, et propterea Bald. in l. imperialis. §. j. C. de nupti. dicit per tex. ibi ꝙ reſtitutio purgat omnem maculam, eo quod omnia reponat in priſtinum ſtatum. Nec obſtat ſi dicatur quod fictio retrotractiua non poteſt habere locum hoc caſu, eo quod medio tempore ſuperuenerit inhabilitas propter omnimodam extinctionem fideicommiſ. nam reſpōdetur quod inhabilitas quæ concernit conſequentia & non principale, & non impedit fictionem tranſlatiuam retrotractiuam, etiam quantum ad illa conſequentia, cum multa concedantur in conſequentiam, quæ principaliter non conceduntur l. prima. in fin. princip. de authorita. tutor. l. quoties. C. de iudi. c. de prudentia. de donatio. inter virum & vxor. hæc limitatio probatur in l. ſi liber homo. §. ſi ſeruus. ff. ad legem Aquili. & in lege penulti. ff. de ſuis & legiti. hære-
9 dibus vbi habetur † quod ſi filius capti ab hoſtibus deceſſerit ante patris reditum demum pater reuertatur, fingitur retro filium habuiſſe in poteſtate. & ideo omnia bona filij applicantur ei iure peculij, & tamen tempore quo pater redijt extremum a quo non erat habile, cum filius eſſet mortuus & ratio eſt quia illud extremum veniebat in conſequentiam, & ideo illius inhabilitas non conſideratur. & iſtam limitationem ponit Bartol. in lege fina. C. de ſenten. paſsis, Ioan. de Imol. & Raphael Cuma. in

Source : BIU Cujas

d.l.ſi is qui pro emptore. ſic intelligentes tex.in l.ſed ſi quis ſtipuletur.§.j.de vſufru. & ita reſident.

*Ad fundamenta* quæ pro cõtraria cõcluſione per authorem tractatus adducũtur.& primo dum dicit ꝙ reſtitutus non vr̃ amplius poſsidere bona recuperata iure hæreditario, ſed ex ſuperueniẽti reſtitutione,& beneficio principis,quodq; ex beneficio principis fideicõmiſſum nõ inducitur &c.Reſpondet quod auctor falſum præſupponit,ꝙ videlicet bona recuperata non habeantur iure hæreditario,quia vt dictum eſt illa reſtitutio retrotrahitur,nec aliquid de nouo dat,ſed omnia reponit in priſtinum ſtatum, ita vt reddita bona non nouiter conceſſa videanturj. Nec obſtat pariter aliud fundamẽtum in quo dicitur ꝙ res ſemel alienata perpetuo durat alienabilis,nec reincidit in priſtinum fideicommiſſum,& allegatur principaliter tex. in l.pater.§.quindecim.de leg.iij. Nã reſpondetur primo ꝙ ille tex.non habet locũ in materia feudali.vt eſt tex.ſingu.quem ad hoc formaliter ponderat Bal.pro limitatione dicti.§.quindecim.in c.j.de eo qui ſibi & hæredi.ſuis maſculis & fœmi. Secũdo reſpõdetur quod iſta prohibitio eſt realis, & ideo non procedit diſpoſitio.§.quindecim, qui loquitur in prohibitione perſonali, ita formaliter Bar.in l.peto.§.a fratre.de lega. ij.& quod tradit idem Bart. in l.pater filiũ. §.fundum.de leg.iij. Tertio reſpondetur ꝙ hic non fuit facta aliqua alienatio, licet enim per delictum videatur fieri alienatio, ſuperueniens tñ reſtitutio,quæ retrotrahit, fingit nunquam delictum commiſſum,& in conſequentiam alienationem non fuiſſe factam,quare ſuum fundamentum non procedit quod maxime procedit, vbi reſtitutio eſſet facta per viam iuſtitie, tunc enim non eſt dubium quod trahitur ad omnes in conſequentiam,ita Inno.in c.auditis.de præſcriptis.doct.in l.j.C.ſi vnus ex pluribus.vnde & tunc eo ꝙ omnia reponuntur in priſtinũ ſtatum. per l.quod ſi minor.§.ſceuola.ff.de
10 mino.† reſtitutio trahitur retro etiã in præiudicium tertij in iure ſibi quæſito.ita tradit Raph.Cu.quem ſequuntur nouiſsimi in d.§.& quid ſi tantum.Nellus de ſancto Gemi.in tracta.de banni.in j.par.iij.temporis. q.xj.& poteſt dici fuiſſe factam reſtitutionẽ per viam iuſtitie, qñ in præfatione narratiua illius continetur reſtituendum condemnatum fuiſſe per contumaciam, quia ex verbis ſupplicationis qualis concedentis fuerit mens colligitur,tex.nota.in l.j.de diuer.reſcri.C.& tex.in c.inter dilectos.§.cæterum, de fide inſtru.Ioan.de Imo. in l.iudex.ff.de re iudi.& in ſimili in abſolutione tradit Panor.in c.cum pro cauſa.de ſentẽ.excommu. & quod idem tradit in c.ij.de treuga & pa. cum ſi.& etiam poteſt colligi mens principis ex ſuis proemijs & præfationibus.l.ſi. ubi no.Bal.& Imo.ff.de hære.inſti.l.regula, §.licet.& ibi Bar.ff.de iur.& fac.igno.Bal. in c.cum terra.de elec.Alex.in conſi.vij.in.
11 cip.viſis.& animaduerſis.col.iij.vol.ij.† & in dubio iure cõi pręſumitur princeps vſus & non gratia ſpeciali.argu.l.in teſtamento, C.de teſt.mili.nam qñ factum ſuperioris poteſt referri ad ius cõe, in dubio ſemper ita intelligitur,vt not.Bal.in l.bonorum.C.qui admitti.& eſt doctrina Inno.quam Io.And. Ant.de Bu.& oẽs ſequuntur in c.dudum.de decimis.& no.Pau.de Caſt.in l.princeps.ff. de legi.cum ſi.vt tradit Alex.in l.quinquã. C.de teſta.mili.& in ſimili ẽt dicimus] quod in dubio princeps vr̃ habere reſpectum ad ius cõe,vt tradit Inno.in c.innotuit.in prin. ci.de elec.Ang.i l.bene a zenone.C.de quadrien.præſcri.Pau.de Ca.in l.ſi teſtamentũ C.de teſta.Panor.in c.ad hæc de reſcri.cum ſi.& facit l.ſi qñ.ad princ.C.de inoſ.teſta.& vbi vtraq; qualitas,iuſtitie videlicet,& gratie concurreret,qualitas iuſtitie deberet potius attendi duplici ratione.Primo quia magis fouetur iure cõi,vt pulchre decidit Bal. in l.ſi quis decurio.C.de fal.Pe.de Anch.in c.canonum ſtatuta. de conſtit.& eſt deciſio tex.in l.nam & miles.ff.de iniu.rup.& irri. fac.teſta. Secundo quia fauorabilior eſt, vt dicit Bar.in l.cum quis.in fi.§.ſi quis pro
12 eo.ff.de ſolu.& ſic magis attendenda,† quia licet alias qualitas naturalis magis ꝙ accidentalis cõſideretur,tñ vbi accidentalis eſt fauorabilior,illa eſt attendenda.tex.eſt peregrinus in l.hæreditatem.in prin.ff.de caſtren.pec.ſi bene inducatur. Dum poſtremo author tractatus deducit ꝙ vbi ſunt appoſita iſta verba & quibus dederis &c.vt conceſſa facultas alienandi,eſſet magna qõ, quam ipſe non intrauit,an intelligeret permiſſa ſucceſsio ab inteſtato.nam Bal.formaliter in c.feudum ea lege. ſi de feudo fuerit contro.dicit ꝙ per illa verba duntaxat cenſeretur data facultas alienandi,& ſub eis ſolum comprehenditur vera & propria alienatio,& propterea infert ꝙ non comprehenditur illa quæ fieret ex delicto,quia non eſt propria alienatio l.ſi quis in tantam,C.vnde

de vi.ergo & in propoſito videtur dicendũ ꝙ non comprehendatur alienatio, quæ fit per ſucceſsionem ab inteſtato, quia nõ dicitur defunctus proprie alienaſſe, ſed a lege defertur.l.lege obuenire dicitur.ff.de verb. ſignificatio. & l.ij.§.de illo.ff.pro ſocio.& improprie ac ficte prouenit a defuncto.l.cõficiuntur.& l.ſi quis cum nullum.ff.de iure codicillorum, et formaliter Barto.iuncto eo quod dicunt ibi Ange.& Alexand.decidit in l.qui rome.in §.duo fratres.ff.de verbo. ſignifica.ꝙ vbi datur facultas alienandi grauato per eum cui debet fieri reſtitutio fideicommiſ. ita demum præiudicat licentia concedenti, ſi bona fuerint alienata, vſque adeo ꝙ ſi non fuerint alienata debent peruenire ad concedentem licentiã prout alias
15 peruentura erant, †vnde de illa verba, pro te & ſucceſſoribus tuis & habentibus cauſam &c. Non alterant, vt dixi naturã feudi in Gallia, cum tacite inſit ex conſuetudine, ſecundum quam permiſſa eſt alienatio rerũ feudaliũ ſicut allodialium. Quia vt dixi in quæſtione ſecunda, expreſsio eorum quę inherent nihil operatur, & eſt longũ diſcrimen inter iſta verba quibus dederis vel habẽtibus cauſam a te, quia per illa verba habentibus cauſam &c. non videtur eſſe data aliqua facultas niſi vbi alias illam haberet de iure, nec p̃ſumit̃ per iſta verba princeps iuri agnatorum derogare voluiſſe. per iura vulgaria quæ deducere piget, et ita concludendum puto, ſaluo ſemper ſaniori iudicio.

## SVMMARIVM.

*Pœna incapacitatis per legem, quiſquis. inflicta filijs, an locum habeat in filiabus.*

*Diſpoſitio odiũ irrationabile continens, nullatenus extendi debet.*

*Statutum vni pro alio pœnam imponens, irrationabile dicitur, & iniquum.*

*Conſtitutio quæ punit vnũ pro alio eſt iuri naturæ & diuino contraria.*

*Statutum dictans filio rebellium de ciuitate expellendos, ad filias nõ eſt extendendum.*

*Filiæ non cenſentur comprehenſæ ſub filiorũ exheredatione.*

*Priuatio nunquã inducitur niſi ſpecialiter exprimatur.*

*Pœna incapacitatis filiorum quo ad extraneorum ſucceſsiones, non debet ad filias extendi.*

*Salycetus fuit excellentiſsimus doc. & præcipuus veritatis inueſtigator, cuius opiniones plerunque medullam iuris continent.*

7 *Verba quæ in diſpoſitione odioſa apponũtur, ad alia non extenduntur.*

8 *Titulus inſtitutionis reſpectu hæreditatis parentum, eſt honorabilis.*

9 *Hereſis in quo differat a crimine læſæ ma.*

10 *Nati ex reductis in priſtinam ſeruitutem propter ingratitudinem, ſerui ſunt.*

11 *Veritas ignoratur eius quod multipliciter exponitur.*

12 *Extenſio ex paritate rationis non fit in pœnis ipſo iure inflictis.*

13 *diſpoſitio pœnalis reſpectu delinquentis eſt reipublice fauorabilis, reſpectu vero filiorum continet odium.*

14 *Filius eſt portio quædam corporis paterni, ſed & eadem caro dici poteſt.*

15 *Natus ex ſola muliere abſque virili ſemine, non eſt maculatus peccato originali, ſed quis ille, Chriſtus ſolus.*

16 *Maieſtatem diuinam longe grauius eſt offendere quam humanam.*

17 *Conſtitutio pœnalis emanans ad vitanda animarum pericula, extendi poteſt.*

18 *Pœna legis, quiſquis. quo ad incapacitatem ſucceſsionis extraneorum, non trahitur ad filias.*

QVINTA quæſtio quę ponitur in hac materia eſt,
1 num †videlicet pœna incapacitatis filijs inflicta per l. quiſquis. habeat locum in filiabus. & breuiter quicquid dixerit author tractatus, vera cõcluſio eſt ꝙ pœna illius legis, quiſquis. non trahatur ad filias niſi duntaxat inquantum exprimitur, nec ſub nomine filiorum quibus pœna incapacitatis, quantũ ad omnem ſucceſsionem infligitur, filiæ poſſunt cenſeri comprehenſæ. Primo iſta concluſio comprobabitur autho. ſcribent. Secundo deducentur rationes. Tertio reſpondebitur ad argumenta deducta per authorem.

Source : BIU Cujas

**Et primo** ꝙ in illa l.quiſquis, ſub filiorum appellatione nõ cõprehendãtur filiæ dicit formaliter Bar.in l.j.ff.de verbo.ſignifi.ſequuntur Bald.Ange.Saly.& Franc.de Are.in l.quicunq;.C.de ſer.fugit.Imol.in l.ſi ita ſcriptum.de leg.ij.& ratio eſt ſecundũ eos, quia licet alias in materia pœnali fiat extenſio de perſona ad perſonam, vt in l.ſi quis id quod.alleg.per authorem,& in multis alijs locis, habet locum, niſi odium ſit irrationabile,quale dicunt eſſe in caſu dic.l.quiſquis.
2 ꝙ videlicet vnus puniat pro alio. † & ideo quia irrationabile odium continet, non debet aliquatenus fieri extenſio, & ita ẽt pulchre conſulendo concludit Phil.Deci.conſi.lxiiij.incip.& diligenter &c.col.ij.& idẽ expreſsius firmat Fran.de Are.cõſi.xxxix. per totum & quod contineat odium irrationabile adduco primum quod Cy.dixiſſe ſignanter refert l.lege corne.ff.de vul.ꝙ ſtatuta & conſtitutiones quibus pater pro filio, vel econtra filius pro patre punitur,ſapiunt quandam tyrannidem.idem Bal.in l.dotis.C.de iure do.dicit ꝙ ſtatuta quę imponunt pœnam filijs pro patribus, ſunt valde dura & rigoroſa.& idem tradit Angel.in l.ſancimus.C.res inter alios acta. dicit ꝙ ſtatutum imponens pœnam vni pro alio,licet ſit tolerabile,tñ nõ eſt laudabile, ſed valde iniquum.& ideo idem Bal.in authẽ. ſi captiui.C.de epiſ.& cle.dicit ꝙ ſtatutũ quo vnus tenetur pro alio, nunquam tanquam odioſiſsimum debet extendi maxime qñ pœna corporalis vel infamie, vt in propoſito imponitur.nam ẽt ſi expreſſe hoc vellet nõ valeret tanquam iniquiſsimum & irrationabile.dictat enim ratio naturalis quod geſta debeant ad authores ſuos reſtringi.& non extendi ad alios qui culpa carent,& ideo idẽ Bal.& Salyce.in d.rub.res inter alios acta.
3 † dicunt tales conſtitutiones eſſe contra ius nature & diuinum.& dicit formaliter Soci. in l.cum filius.ff.de verb.ſig.ꝙ vbi reperiẽ talis conſtitutio,licet valeat,tñ non põt negari quin ſit valde dura & exorbitans, eo quod tendat in præiudicium non delinquẽtis.& eſt bene notandum ꝙ Bald.& Saly.in d.rub.res inter alios acta.equiparant pœnã infamie pœnæ corporali,pro qua equiparatione facit text.formalis in l.iuſta.ff.de manumiſ.vindi.& quod Bald.ſingulariter tradit in l.j.C.manda.ex quibus firma reſultat concluſio,ꝙ conſtitutio dictans vt vnus puniatur pro alio, filius videlicet pro parte, eſt valde rigoroſa & exorbitans ab equitate naturali & a iure diuino,quare ſtrictiſsime eſt interpretanda, nec debet fieri aliqua extẽſio. Secundo adduco ꝙ videlicet ubi diuerſa ratio militat in filiabus q̃ in filijs, nunc nunquam diſpoſitum in illis trahitur ad filias,ita ſingulariter Bald.tradit in l.ſeruus.C.communia de ſucceſs.ſed in caſu ſubiecto diuerſa ratio militat,quippe in filijs, l.quiſquis.dicit exempla criminis paterni metu,in filiabus dicit illas eſſe minus auſuras, nimirum quandoquidem filij ad bella ineunda proditiones faciendas habiles & apti eſſe poſſunt, filiabus vero arma deferre,proditiones conſpirare ſexus fragilitas non permittit. propterea Bald.in l.illa qui-
4 cunq;.de ſer.fugi.dicit† ꝙ ſi ſtatuto cauetur vt filij rebellium expellãtur de ciuitate,non extendirur ad filias, quia ceſſat ratio,non enim propter ſexus fragilitatem, ita auſuræ præſumuntur,vt docet experientia naturalis.vnde prout eſt in textu uerbum metuitur, delictum præſumptum filiorum punitur, quæ præſumptio,ut dixi,ceſſat in illis,ergo ſub filiorum appellatione non potuerunt comprehendi,nec pœna filijs impoſita poteſt dici repetita in filiabus. Tertio cõfirmatur præmiſſa, quia vbi conſtitutio loquitur diſcretiue de filijs,& filiabus,tunc quod dicitur in filijs nunquam extẽditur ad filius,ita ſingulariter tradit Bal.in l.in multis.ff.de ſtatu homi.ſed in propoſito lex illa, quiſquis.loquitur diſcretiue de filijs & diſcretiue de filiabus, ergo nõ poſsint in diſpoſitione filiorum intelligi comprehenſe. Ex quo ẽt ſequitur, attento quod habent ſpecialem determinationem non debet fieri repetitio eius quod dicitur de vno in altero,per tex.ad hoc notabilem in ſimili in c.cum dilecti.de donat.quem ad hoc ponderant Card.& Imo.Bal.in c.ſecundo requiris.de appell.& in l.j.in fi.C.de legi.hęred. Quarto & expreſsius deducitur quod voluit gl.in l.ſi ita.in verbo, natus.ff.de iniuſto rup.quam ibi ponderat & ſequitur
5 Io.de Imo,quæ eleganter voluit † quod ſub exheredatione filiorũ non cenſetur eſſe comprehenſe filie.& ſic in propoſito, ſub excluſione filiorum ab hæreditatibus extraneorum, non debent cenſeri eſſe comprehenſe filie,cum ſpecialiter excluſe non reperiantur. Quinto facit quia in materia excluſiua, punitiua & priuatiua,qualis eſt iſta, quod non eſt ſpecialiter expreſſum non inducit priuationem,vt pulchre tradit Bal.in l.chirographis.C.ſi cer.peta.ẽt vbi maior verſatur ratio,ita pulchre idem Bal.in auth.ex teſtamento.C.de ſecun.nup.per tex.in.§.cũ igitur

tut.in auth.de non eligē.ſecun.nuben.col.j. cum ſi. Sexto et vltimo confirmatur,nam cum quantum ad excluſionem illa.l.ſit valde odioſa, non debet fieri aliqua extenſio. vnde dicit ibi ſingulariter Ange.prout eum refert Soci.in conſilio cclxxv.quod habuit qōnem in Romandiola,in qua conſuluit qđ filij non prohibeantur capere ex teſtamēto parentum,qui non deliquerant,licet lex ꝓhibeat illos capere ex teſtamento extraneorum, eo quod expreſſe non prohibeat ex teſtamento parentum, & ēt quia valde odioſa ſit non debet fieri aliqua extenſio,qua rōne
6 motus Saly.tenuit † pœnam incapacitatis quantum ad ſucceſsiones extraneorum nō debere extendi ad filias,qui in hoc non habet contradicentem,& eſt magne authoritatis.de quo exclamat Pe.de Anch.in c.canonum ſtatuta.de cōſti.dicens ꝙ Saly.fuit excellentiſsimus doctor,& præcipuus veritatis inueſtigator,& quod eius opiniones ſolent cōtter continere medullam iuris,quem etiam ſecutus eſt, vt refert author,Ang.Areti.& iſti duo non habent aliquem contradicentem, quare in materia pœnali, vt infra latius dicetur,& ſequenda eſt eorū opinio. cum quibus tñ ſunt omnes doct. quos deduxi ſupra in princ.

*Supereſt* nunc ad argumenta in contrarium adducta reſpondere. Et primo adducit ꝙ.§. ad filias loquitur limitatiue, & diſpēſatiue, nam reſpondetur quod nō eſt verum quod loquatur limitatiue. nam reſpōdetur,immo eſt diſpoſitio ſeparata de per ſe quæ fit in filiabus & licet limitatiue loqueretur, non propterea ſequitur quod diſpoſitio.§.prçcedentis amplietur, in vi comprehēſiua vltra ſuam ſignificationem,vt Bar.tradit in l.generali.§.vxori.per tex.ibi.ff.de vſufr.lega. nec obſtat pariter & diſpenſatiue loquatur, quia immo vt dixi, eſt diſpoſitio ſeparata. & poſito ꝙ diſpēſatiue loqueretur, eſſet verum reſpectu hæreditatis materne,vt videlicet non obſtante quod imperator illas ab ea hæreditate excludat tñ reſeruat eis certam portionem.Non valet pariter argumētum ſumptum ex tex.in verbo,nec iure hæreditario.ad inferendum ꝙ filie ſint incapaces tituli hæreditarij,nam verum eſt reſpectu ſucceſsionis materne, ad quam dūtaxat
7 verba illa referuntur.†quę cum ſint appoſita in diſpoſitione odioſa, vt dictum eſt, & infra latius dicetur non debet extendi ad alias ſucceſsiones.Nec valet dum dicitur ꝙ ſi reſpectu ſucceſsionis materne incapaces ſint filiæ,quæ magis eis debetur, a fortiori reſpectu ſucceſsionis extraneorum. Nam reſpondetur ꝙ quando ratione alicuius indignitatis inducitur incapacitas, magis ſolet induci reſpectu ſucceſsioni parentum ꝗ̃ extraneorū,quibus eſſet quodammodo pœna non poſſe relinquere, vt videmus in filijs ſpurijs,qui a parentum excluduntur ſucceſsione, &tamen non prohibentur ſuccedere extraneis vel cognatis &c.l.hac parte.ff.vnde cogna.cum ſim. Secundo ſi argumentum de maiori ad minus non habeat locum in diſpenſationibus ſimpliciter odioſis,vt eſt dictum ſingulare Hoſtien.in c.poſtulaſti.de reſcrip. vbi ſequuntur omnes, a fortiori in hac materia q̃ eſt maxime odioſa,pœnalis,et correctoria tale argumentum procedere non poteſt, & minus valet dum
8 dicitur † ꝙ titulus inſtitutionis eſt honorabilis. de quo potuiſſet allegare text.formalem in l.filium.§.ſed ſi portio.coniuncta gl. in verbo.pleniore.ff.de lega.præſtan. nam illud proprię procedit reſpectu hæreditatis parentum. eſſet enim ſatis dedecorum ſi nō nominaretur hæres patris,præſumereturq; ingratus, quæ conſideratio non cadit reſpectu extraneorum, reſpectu quorum ad paria iudicātur titulus inſtitutionis vel alius, quia ceſſat illa conſideratio particularis, vt not.docto.in l.ſi quis priore.ff.ad trebellia. nec pariter obſtat dum dicitur ꝙ tex.in ſui ratione voluit duntaxat per dictionem vt, quæ denotat cauſam finalem, ꝙ filiæ haberent ſolum mediocrem alimoniam, & non integrum emolumentum, nam ratio ad diſpoſitionē ſuam adaptanda eſt, & ſic reſpectu ſucceſsionis materne noluit imperator quod haberent integrum emolumentū, ſed duntaxat mediocrem alimoniam.quantum vero ad exterorum ſucceſsiones, lex nihil exprimit,quare non debet fieri extenſio.vt ſupra dictum fuit.Nec pariter obſtat verſiculus,id quod de prædictis, vbi ſecundum eum non repetitur verbum filiæ,ſed filij tātum.& ſic ibi ſub appellatione filiorū comprehenduntur filię,nam poſſe id negari, vel ſi de filiabus intelligatur,debet intelligi modo præmiſſo. Non obſtant pariter alia argumenta quæ extra textum per authorem adducūtur, quod ſub appellatione filiorum continentur filię.& primum adduxit.c.vergentis. in fin.de hereti.vbi tex.loquitur de excluſione filiorū a bonis patris delinquentis, & tñ nemo dubitat quin comprehendātur filie,nam reuera non poſſum non admirari ꝙ tam debile fundamentum in mediū

Source : BIU Cujas

obtulerit.nam cum bona heretici applicen
tur fiſco,nimirum ſi filia excludatur, qa de
neceſsitate illud ſequitur.alle.pariter l.ma-
nicheos.in verbo , filios.C.de hereti.nã idẽ
reſpondet, vel aliter reſpondendo dicimus
9 ꝙ,vt in ſequentibus latiſsime dicetur,† lata
eſt differentia inter crimen hereſis,et crimẽ
læſæ maie.crimen quippe hereſis principa-
liter animam inficit & animam concernit,
& eadem ratio infectionis quantum ad ani
mam quæ militat in prole maſculina , mili-
tat & in filia,quia quantum ad infectionem
animæ non requiritur audacia, & fragilitas
ſexus nihil operatur. ſecus in crimine læſæ
maieſt.in quo,vt dixi,diuerſa ratio militat,
ex quo etiam ſequitur ſolutio ad text.iuris
diuini allegatus per authorem.nam loquun
tur de punitione delicti concernentis ani-
mam, & de punitione ſpirituali,nec eſt ali-
qua comparatio offenſe dei ad offenſam ho
minis,immo eſſet quaſi hereticũ velle equi-
parare hominem deo,& dicere ita grauem
eſſe offenſam quæ contra illum committit,
ſicut contra deum. vt infra latius dicemus,
Non obſtat pariter tex.in authẽ.qui.mo.
natu.effi.ſui.§.pen.nam adhuc iſtud funda-
mentum eſt debilius , quippe eadem ratio
omnino quæ militat in filijs,militat & in fi-
liabus, eo ꝙ ex dãnato coitu nate ſint,quia
infectio proueniens ex conceptione per le-
gem damnata, equaliter concernit filios &
filias,ſecus in caſu ſubiecto ,vt prædixi.Mi
nus obſtat tex.in l.ij.C.de libe.& eo.liber.
nam de filiabus ꝙ comprehendantur , nec
tex.nec gl.nec doc.faciunt aliquam mẽtio-
nem.& ſi comprehenderentur,alia ratio re
formar pactum, nam vt ibi glo.intelligit in
10 finali ſolutione,ille tex.debet intelligi † qđ
nati ex his qui ſunt redacti in priſtinam ſer
uitutem propter ingratitudinẽ , ſunt ſerui ,
modo vterque parentum vel ſaltem mater
ſit ancilla,quia partus ſequitur ventrẽ,alio-
quin volunt ibi gl.& doct.ꝙ filij non eſſent
ſerui,& ſi cum iſta ratio cõceptionis in ſer-
uitute eque militaret i filiabus ſicut in filijs,
nimirum ſi comprehenderetur. Nec ob-
ſtat pariter dum dicit author ꝙ ratio ꝗ ha-
bet locum in filijs quæ eſt , vt pater magis
torqueatur propter punitionẽ filiorum,mi-
litat & in filiabns.& ad hoc ponderat text.
in d.l.quiſquis.in verbo ,perire enim debet
paterno ſupplicio . exponit idem ad pater-
num ſupplicium.nam ratio expreſſa in d.l.
quiſquis.eſt,quia in filijs metuuntur exẽpla
paterni criminis . in filiabus dicitur minus
auſuras confidimus,illa ratio eſt expreſſa et
non altera,vt dicemus ſecundum illam ſgi-
tur duntaxat licet arguere , & non ſecundũ
non expreſſam,vt late tradit Inno.in l.ſi ve
ro.§.de viro.ff.ſolu.ma. Alex.late in l.ſi cõ
ſtante.ad prin.ff.eod.ti.bonus tex.in l.cum
pater.§.dulciſsimis.de lega.ij.& in l.pater.
§.fundum.de leg.iij.Et dum dicit ꝙ immo
altera ratio eſt expreſſa in text.ibi paterno
ſupplicio,id eſt ad paternum ſuppliciũ, illa
expoſitio,vt vulgo dicitur.eſt glo.Aurelia-
neñ.quę corrumpit tex.nam tex.dicit ꝙ im
periali lenitate donat vita filijs, qui debent
perire paterno ſupplicio.et ibi gl.ſuper ver
bo , paterno.dicit quod eſt interpoſitio, &
ſic illa verba referuntur ad cauſam remiſ
ſionis pœnæ capitalis , quæ fit filijs , & non
pro ratione pœnę ĩcapacitatis prolata ſunt
& quia ẽt illa uerba poſſunt intelligi pater
no ſupplicio perire debent , id eſt pœna &
ſupplicium patris debet in eos redundare
& illa eſt vera expoſitio , neſcio vnde au
thor ſuam traxerit.vnde cũ ſaltem illa ver
11 ba poſsint habere plures expoſitiones† et
quod multipliciter exponitur veritas igno
ratur,ſecũdum philoſophum,vt refert Bar
in l.nec quicquam.§.vbi decretum.ff.de of
fi.procon.& lega.& ſic non poteſt argui e
eo.vt deducit late Alexã.poſt Imol.in d.l.
conſtante. & dum poſtmodum ſubijcit
quod expreſſa ratio in textu militat in fi
bus,nõ eſt verũ,vt ſupra dictum fuit. E
quo etiã ſequitur ſolutio ad alias rationes
quas ex alijs iuribus author tractatus tra
ad punitionem filiorum. nam reſponde
quod ille rationes non ſunt expreſſe in d.
quiſquis. ille pariter rationes ſunt diuerſ
& quãdo plures rationes aſsignari poſſun
ex illis non poteſt fieri extenſio,vt late c
cludit Alex.in illa l.ſi conſtante. ad prin.ff
ſol.ma.& vt inferius ſubijcietur in crimi
bus in quibus rationes ille exprimũtur, e
longe diuerſa ratio. Et dum ex præmiſ
argumentis author voluit concludere ꝙ a
pellatione filij fuerunt comprehenſe filiæ
quodq; ex natura verbi, ſaltem ex larga ſi
gnificatione,appellatione filiorum compre
henduntur filiæ,quo caſu vbi militat ratio
nis identitatis poteſt fieri extenſio, allega
aliqua iura,nam ad id multipliciter reſpon
detur, Primo illa regula nõ habet locum in
hac materia odioſa in præiudicium terti
vt expreſſe voluit Ioan.de Imol.in l.ſi ve
ro.§.de viro.ff.ſol.mat.dum allegat.l.patri
ff.ad l.iul.de adul. Idem Alex. in d.l.ſi con
ſtante,ad princ. Secundo maxima autho
ris non habet locum vbi ſimul pœnalis et
diſpoſitio

Source : BIU Cujas

diſpoſitio & correctoria.gloſſ. ſingu.in cle. vt hi qui de ætate & qualitate.quam firmāt Imo.& Alexan.in locis alleg.ꝙ ſit pœnalis non eſt dubium, quod ſit correctoria iuris antiqui,eſt tex.in l.eos.ff.ad legem iul. maieſtatis.& in l.iura.ff.de patron.quibus expreſſe probatur ꝙ olim non puniebatur filij in crimine læſæ maieſtatis,immo iura patronatus eis reſeruabantur,& ſic.l.quiſquis in hoc corrigit dic.l.eos, vt voluerunt glo. in dictis legibus.quare non debet fieri extēſio.
12 †Tertio reſpondetur ꝙ illud nō habet locū in pœnis inflictis ipſo iure, in quibus non fit extenſio ex paritate rationis,vt dixi ſupra in j.q.& in proprijs terminis allegaui Soci.ita tenentem in conſil. cclxxv.

Quarto & peremptorie eſſet opus ꝙ militaret eadem ratio, vt ibi dixi, ſed eadem ratio in propoſito per omnia non militat, igitur &c. Non ob. pariter ꝙ materia eſt fauorabilis,quia intereſt reipublicę &c. & allegat doctrinā Bar.nam illa doctrina Bar. ſalua pace tāti doctoris non videtur vſquequaque vera,cauſa enim immediata imponendi pœnam,eſt odium delinquentiū, remota vero eſt fauor publicus, ad cognoſcēdum autem an diſpoſitio ſit fauorabilis vel odioſa,attendi debet cauſa proxima & non remota,ſecundū Bal. in l.fin.C.de interdic. matrimo.quam rationem aſsignat Aret.contra dictū Barto.in l.gallus.§. & quid ſi tantum.de libe.& poſthu.& etiā quidā moder. repeten.in l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſuca.pro empto.vbi dicitur ꝙ alias ſequeretur ꝙ omnis exceptio eſſet fauorabilis, cū principaliter vel in conſequentiam conſeruat fauorē.quod tamen eſt falſum l.qui exceptionē.ff.de condi.indebi. & facit bonus tex.ꝓ hac opinione in l.ob id.ff.ad l. aquil.
13 ꝙ tradit Bart.in l.fi.C.vnde vi. †Secūdo reſpondetur ꝙ diſpoſitio pœnalis eſt fauorabilis reipublice reſpectu delinquētis,ſed quantum ad filios vt dixi, continet odium irrationabile,& non debet aliquatenus extendi,immo ſapit quandam ſpeciem tyrannidis,quare nimirum ſi hoc caſu non ſit fauorabilis, & ſic non debet fieri extenſio.

Non obſtat pariter dum ſubijcitur ꝙ ēt in materia pœnali appellatione filiorū comprehendūtur filię.nā ſupra plene reſpōſum eſt quod non habet locum in odio irrationabili,quale continetur in dicta l.quiſquis.

Nec obſtat glo.in d.l.quiſquis.quæ illam loquentem de patre extendit ad matrē. nā iuſta ratione reprehenditur a Salyce. & ab Ange.Aret.& ꝙ illa glo.male loquatur demonſtro aperta ratione, nam pater qui habet filios in poteſtate,nimirum ſi obliget filios ad pœnā, cū & illos vendere poſsit in neceſsitate l.ij.C.de patribus q filios diſtraxe.quę vt ibi dicunt omnes doct. & ſignanter Bal.& Saly.non habet locum in matre, habebatq; olim pater ius vite & necis in filium,vt dicit text.in l.ͥin ſuis.ff. de libe. & poſthu. ꝙ ius non concedebatur matri, vt ibi traditur.Secundo præſumptum crimen qđ punitur in filijs ex præſumptione exēpli,militat in patre & non in matre,quippe cum pater tribuat formam in generatione, ab eo filij denominantur,& cum eo dicuntur eadem ſubſtantia, nec dicuntur diuerſi a patre.vnde vna & eadem caro cēſentur, ſecundum philoſophum.& tradit text. formalis in.§.hæc authoritas. xxxv. quæſtio-
14 ne vj.†& propterea dicitur filius eſſe portio corporis paterni,text. in l. cū ſcimus.de agrico.& cenſi.lib.xj.vnaq; & eadem perſona cum patre reputatur.l.fi.C. de impub. & alijs ſubſtitu.quæ omnia non habent locum in matre. facit glo. ſingularis in l.ij.C. qui ætate vel profeſsione ſe excuſant. quæ ſignanter dicit iura quæ dicunt filium & patrem debere cenſeri eadem perſona nō habere locum in eo qui nō eſt in poteſtate. & gloſ. ſibi contraria in dicta l. quiſquis.dicit formaliter ꝙ filius emancipatus non punitur pœna illius legis, ergo reſpectu matris nunquam punitur, cum mater non habeat filios in poteſtate.Propterea tex. ſingularis in l.exemplo.de decurio.lib.x.C.vult,iura quæ dicunt filium a patre denominari debere,& non a matre.quæ iura late deducūt moder. in c.raynutius. de teſtamen. vſque adeo procedere.vt non valeat conſuetudo in contrarium,eo ꝙ iure quodam naturali, vt ibi dicunt docto.illud procedat, qua ratione ſanctus Thomas in ſecunda ſecundæ q.lxxxij.de articulo non recordor, tenuit
15 formaliter in ſimili†ꝙ ſi cōtingeret aliquē naſci duntaxat ex muliere ſine ſemine viri,ille non eſſet contractus peccato originali eo quia mater non tribuat formā ſed materiam & multa alia deduci poſſent. Nō obſtat pariter dum dicit quod illa lex quātum ad filios non continet odium irrationabile,nā in principio huius quæſtionis multis fundamentis demonſtraui contrarium, & allegaui maximos legum vertices ita tenere,& dū dicit quod deus qui miſericors eſt nonnunquam punit filios propter peccata parentum nam miror quod iſte doctor velit os ponere in cœlum, & punitionem



Source : BIU Cujas

quæ fit occulto iudicio Dei, vult compara-re punitioni humanę,cum nec in punitione nec in offenſa ſit aliqua cōparatio, vt ſubij-cietur. Demum deduxit text.in cap.ſtatu tum.& in c. vbicunque.de pœnis, vbi dicit ꝙ iſtud eſt expreſſum in crimine hæreſis ꝙ puniantur æqualiter filię ſicut filij, & quod crimen hereſis, & crimen læſæ maieſtatis æquiparantur,per multa fundamenta, quæ deducit in quæſtione ſequenti nam reſpō-
16 detur†quod videlicet longe grauius eſt di uinam ꝙ̄ humanā offendere maieſtatem l. hi qui ſanctam C.de hereti.& text. in l.illo c.vbicunque de pœnis.& tex.met.in illa ex traug.Fede.quam ipſe allegat dū dicit,quā to magis, etiam vult arguere a maioritate rationis, quod argumentum procedit, ſed econtra nunquam.& ſic arguere econtra,vi delicet de crimine hereſis ad crimē lęſæ ma ieſtatis, eſſet arguere de maiori ad minus. Secūdo reſpōdetur ꝙ in crimine hereſis ꝙ pœna & eius punitio extendatur,alie ratio nes militant,quæ nō militant in crimine læ ſæ maieſtatis.Primo,quia illud tendit in fa uorē fidei, tunc.n.etiam in materia pœnali verba largo modo & improprie intelligun tur,& ſic fit extenſio. ita ſingulariter nota. Panor.poſt Hoſtien.in c.ij.in fin. de diuor. Secunda ratio quia ex offenſione diuina, ſi delicta grauiter non punirentur peſtes,ter-remotus,& alia infinita mala ꝓuenire poſ-ſent.in auth.vt non luxuriētur homines cō tra naturam.colum.vj. Tertio quia tracta-tur de fauore animarum , tunc enim debet fieri extenſio etiam iuris pœnalis. per illud quod not.glo.in c.ſciant cuncti.& in c. fina. de elect.in vj.& ita te net do.Abbas in con-ſil.xxij.incip.in quæſtione mouenda inter Anto.circa fi.idem tenet Ioan.And.in c. ex tenore,qui filij ſint legi.& ibi Panor. repu-tat ſingulare & non tradendum obliuioni
17 †ꝙ cōſtitutio pœnalis debet extendi,& lar go modo interpretari,quando emanauit,vt euitentur pericula animarū.idem tenet Ge minta.in c.j.§.fin.in j.colum.de homi.in vj. & propterea Alexan. conſil.xlij. incip. ſu-per præmiſſo themate,colum.fi. circa.fin.j. volumi.ſignāter dicit, quod fauore fidei & animarum,etiam in materia correctoria fit extenſio.ſicut enim anima præfertur corpo ri,ita bona illius præferuntur bonis corpo-ris.& ideo nimirum ſi quantum ad crimen hæreſis,quod eſt contagioſum & multos in ficere ſolet,vt periculum animarum euite-tur, fuerit introductum,vt pœna extendere tur.& hæc eſt ſolutio cui Apollo non reſpō deret Chriſto.vt verbis vtar Bal.in c. quę in eccleſiarum,de conſtitutio. Poteſt etiam aliter reſponderi quod videlicet in illis iu-ribus comprehenduntur filiæ,quia expreſ-ſum eſt. Item illa iura non loquuntur quā-tum ad pœnam incapacitatis reſpectu ſuc-ceſsionis extraneorum,quare non militant, poſtremo author tractatus deduxit aliud fundamentum de extrauaganti Federici, vbi ponitur verbum,liberos. & de.l.fin.C. de bonis proſcripto. vbi ponitur verbum posteros,per quę verba vult.l.quiſquis,quā-tum ad vim comprehenſiuam verborum fi-lijs eſſe declararam.nam quia primis orta eſſet hæc quæſtio,reſpondebitur pluſquā peremptorie in quæſtio. ſeq. in qua eadem iura deduxit author pro fundamento ſuæ opinionis,& etiam reſpondebitur ad exten ſionem paſsiuam,quam dicit habere locum in materia correctoria.ad quod etiā reſpon ſum fuit plene in prima quæſtione circa ſ

Ex quibus remanent ſublata omnia fun damenta authoris,quibus ſe Herculis ma
18 nu clauam abſtuliſſe putabat.†eſtque con ſequens concluſio ꝙ pœna l.quiſquis. quā tum ad incapacitatem ſucceſsionis alio quam parentum nō trahitur ad filias,& intrepide tenendum puto ſaluo ſemper ſa niori iudicio.

## SVMMARIVM.

1 *Pœna legis, quiſquis quæ loquitur in fi ad nepotes an extendatur.*

2 *Nepos etiam venit appellatione filij.*

3 *Nepos in materia correctoria venit nomi ne filij.*

4 *Infectio criminis læſæ maieſtatis lepra quæ dam dicitur omnes inficiens.*

5 *Pœna in crimine hæreſis ad ſecundum gra dum extenditur.*

6 *Nepotes vere nō veniunt filiorum appella tione.*

7 *Nepos non venit filij appellatione in mate ria odioſa etiam in legis diſpoſitione.*

8 *Priuilegium filijs conceſſum ſi ad nepotes n extendatur,nec odium.*

9 *Pœna incapacitatis ſpurij non trahitur a nepotes.*

10 *Nepotes non veniunt nomine filiorū in h in quibus interpretatio ſtricta fieri debe*

Source : BIU Cujas

11 *Auus nepotes ad pœnam obligare non põt.*
12 *Nepotes auo mortuo concepti ad eum nihil ſpectare dicuntur.*
13 *Nepotes filiorũ appellatione continentur ſilio de medio ſublato.*
14 *Verba legislatoris enuntiatiua non diſponunt.*
15 *Relatiuum debet intelligi ſecundum qualitates relati.*
16 *Error præſumitur quando aliud in referente quam in relato reperitur.*
17 *Collaterales non puniuntur ob crimen læſæ maieſtatis.*
18 *Pœnam in crimine læſæ maieſtatis ad poſteros tranſmitti qualiter intelligatur.*
19 *Conſtitutiones extraordinarie ſunt apocriphe, nec allegari merentur.*
20 *Leges Cæſaris nõ aliter recipiuntur in Gallijs quam quod bonæ ſint.*
*Rex Frãcorũ legibus Cæſareis nõ ſubditur.*
21 *Aſperitas dominorum temperanda eſt, non imitanda.*
22 *Hereſis æquipari poteſt crimine læſæ maieſtatis, at non econtrario.*
23 *Lex declaratoria pœnam imponens reſpectu pœne non trahitur ad præterita.*
24 *Punitionis ratio non æque militat in nepotibus ſicut in filijs.*
*Cauſa magis in propinquo operatur quam in remoto.*
25 *Nepos patris imago dicitur.*
26 *Filius & nepos eadem perſona cenſentur.*
27 *Delinquens in ſeipſo punitur, in filijs aut nepotibus puniri non debet.*
28 *Pœna incapacitatis & infamiæ quæ infligitur filijs non trahitur ad nepotes.*

SEXTO quęritur an pœna l. quiſquis loquentis in filijs trahatur ad nepotes †proparte affirmatiuaꝙ pœna l. quiſquis extendatur ad nepotes vltra allegata per authorem tractatus tacit, quia ſicut filius dicitur eſſe pars corporis paterni, ita & nepos dr̃ pars corporis aui, vt eadem proximitas in vno videatur ſicut in altero, ita belliſsime Bald. inquit conſi. xiij. volu. iij. quantum enim ad naturam certum eſt quod nepos eſt ex radice aui, & caro filij, caro patris, ſimiliter de nepote qui deriuatur ab auo naſcendi ordine, vnde generatio nepotis eſt ex genere aui, nec poſſet naturaliter aliud prouenire ſicut ſemen ex ſemine & riuulus ex fonte. l. pronuntiatio. §. appellatur. ff. de verborũ ſignificatio. ita belliſsime Bald. inquit in cõſilio clxxvj. volumi. v. vnde idem Bald. in l. iij. C. de ſuis & legitimis hæredibus. dicit quod imago patris eſt nepos, & eandem affectionem quam habet quis in filium præſumitur gerere ad nepotem. textus ſingula. in l. cum auus. ff de condi. & demonſtratio.
2 †& proprie appellatione filij dicitur venire nepos. dic. l. liberorum. ff. de verborum ſignifica. immo de proprio ſignificato, nam proprius ſenſus vocabuli eſt ille quem lex ei dat nõ quem vulgus imperitum aſsignat, totum ſignificat proprie quamlibet ſuã partem, ſed nepos eſt pars ipſius filij l. cum ſcimus. & l. ſed ad es. C. de agrico. & cenſi. lib. xj. & reſpectu nature appellatione filiorum continentur nepotes l. tutelas. ff. de capitis diminutione. & in dubio verba reſpectu nature proferri videntur l. fi. C. de his qui veniam ætatis impetrauerũt. Et quod proprie ex ſignificato naturali appellatione filij veniat nepos firmat Iacob. But. in quadam ſua diſputatio. quam late refert Barba. in conſilio cviij. incipien. Omnipotentem & immortalem Deum. colum. penultima, quarto volumi. dicẽs quod hoc procedit ex ſignificatione naturali proprie & vere, & quod nihil eſt ita verum ſicut natura. & alleg. dic. l. liberorum in verbo, natura nos docet. eandem etiam diſputationem Iacob. Butri. refert Bald. in l. maximum vitium. C. de liberis præteri. vel exhęreda. & in l. gallus. §. inſtituens. ff. de liberis & poſthumis. & tradit Petr. de Anchara. capitu. primo de conſtitutio. & in clemen. prima de baptiſmo. & multa congerit Barba. in conſilio x. volu. ſecundo. Et ſaltem non poteſt inficiari quin ex lata ſignificatione vocabuli nepos veniat appellatione filij. & vbi vnũ venit appellatione alterius, etiam ſub lata ſignificatione modo ſit eadem ratio diſpoſitum in vno trahitur ad alterum. ita gloſ. in cle. j. de reſcript. coniuncta glo. in cle. auditor. eod. tit. & glo. in clemen. j. de electio. ſed ratio expreſſa in dicta l. quiſquis, in nepotibus militat, igitur &c. & hanc ſententiam fortius firmat Panormi. conſi. lxxxvj. incipiente pri-



Source : BIU Cujas

3 mo queritur vbi dicit† quod etiam in mate
ria correctoria proprie appellatione filij ve
nit nepos. Et hanc etiam concluſionē firmat
late & ſequitur Barba.cō ſi.lv.& cōſi. lxiij.
volu.ij.vbi pleniſsime loquitur. ſicque vi-
deretur concludendū hoc caſu nepotes eſſe
cōprehenſos ex proprietate ſermonis, quia
in materia quantumcunque odioſa nunquā
ea lata interpretatio excluditur quę ex ver
borum proprietate inſurgit. ita Ang.in l.ſi.
ff.de conſtitutio.principum.Pulchre Areti.
in l. cum lege per text. ibi.ff. de teſtamen.
Calde.conſi.j.ſub titu.de cōſanguinitate &
affinitate. Confirmatur, quia vt declarat
Salyc.in d.l.quiſquis.prout in litera eſt ver
bum metuuntur præſumptum delictum fi-
liorum punitur qui præſumuntur imitato-
res morum paternorum eo quod ex ſangui
ne infecto originem trahant quæ ratio ęque
4 militat in nepotibus.nimirum† quia quan-
tum ad id infectio criminis læſæ maieſtatis
dicitur quædam lepra quæ omnes inficit, &
ita ęquiparat ſingulariter Bal.in cōſi.clviij.
incipien. ſuper eo quod quæritur ad finem
ſecundę colum. volumi.iij. Et altera ratio
ſcilicet vt retrahatur pater a delicto æquali
ter militare videtur cum æqualis ſit ad fi-
lium & nepotem affectio & dilectio, vt ſen
tit Richar. malumb. quem refert Bald.in l.
cum acutiſsimi.C.de fideicommiſsi. & for-
maliter tradit Barba.alleg. conſil.lv. volu.
ſecūdo vbi alia deducit, & latius in allega.
conſi.lxiij.eo.vol.vnde & nepos immedia-
te dicitur naſci ex corpore aui. vt ſingulari
ter inquit Bald.in l.j.C.de condi.inſer.ſicq;
ratio quæ militat in filio propter coniūctio
nem ex radice infecta originem trahente in
exempla hæreditarij criminis metuūtur vi
detur æquo marte militare & in nepote cū
immediate dicatur ab auo deriuari. Con-
5 firmatur.† nam cum in crimine hæreſis ſit
declaratum pœnam extendi vſque ad ſecū-
dum gradum a fortiori locum habere debēt
in crimine læſæ maieſtatis. nam licet gra-
uius ſit diuinam quam humanam offende-
re maieſtatem, tamen mitius in pœna vide-
tur debere agi cum Deo, quam cum homi-
ne l.ſecunda.§.fin.de pollicita.& eſt dictum
ſingulare Inno.in c.ſicut dignum. de homi-
ci.& quod tradit glo.ſingu.in cap.fraterni-
tatis.xij.quæſtio.ij.cum ſi.Ex quibus vide-
retur concludendum pœnam incapacitatis
l.quiſquis extendi ad nepotes, & iſta iudi-
cio meo non parum aſtringunt, & forte ma
gis quam quæ in multiloquio per authorē
adducuntur.

*Sedtamen* præmiſsis non obſtan-
tibus quæ reuera nō ob
ſtant contraria conclu-
ſio eſt veriſsima & in puncto iuris intrepi-
de tenenda, & pro fundamento veniat pri-
6 mum in aciē cōis in iure concluſio† q̄ re-
gulariter appellatione filiorū non compre-
henduntur nepotes vt concludit gloſ. ord.
in l.filij.ff.de verbo.ſigni.& glo. in cle.j.in
verb. liberorum. de baptiſmo. & ideo ex
proprietate ſermonis ſub verbo filiorū non
eſt vis comprehenſiua nepotū. vt notat Bar.
in l.liberorū.ff.de verb.ſig.vbi alleg. Dy.
in l.iuſta interpretatione.per illum text.
de verbo.ſignifi.& idem ſequitur Bald.in l.
maximum vitium.col.iiij.ver.ex præmiſ
C. de libe.præte. vel ex here.& in l. gall
§.inſtituēs.ff.de libe.& poſt.& in l. filium
ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur. & Pet.de
Anch.in c.j.in xlj.col.de conſti.vnde in du
bio ab ea communi regula & proprieta
verborum non eſt recedendum præſerti
in materia odioſa l.j.§.is qui nauem.ff.de
exercitoria & propterea formaliter ad pro
poſitum dicit Ioā.An.in nouella.in c.ad ex
tirpandas.de filijs presbyte. q̄ ſi in caſu c.
ſtatutum.de hereti.in vj.non fuiſſet expre
ſum de nepotibus ſub appellatione filior
non fuiſſent comprehenſi quod reuera a
ponit gladium ad radicem heſitationis, &
ibi ſequitur But.idem Ioā.An.formaliter
c.in quibuſdam.de pœnis. & non eſt dubi
7 † q̄ in materia odioſa etiam in diſpoſitione
legis appellatione filij non venit nepos, vt
dicunt doct.in duabus decre.alle. & idē ex
preſſe Bart.in l.ij.§.filius.ff.ad tertul.Bal.
l.titius.ff.de lib.& poſthu. in l. filius.C.ad
mace. & quod idem tradit in l. ſed & mili
tes. ad prin.ff.de excu.tuto. vnde vbi agi
tur de onere ſiue odio filiorum nunquā ſub
illorum appellatione nepotes comprehen-
duntur. ita expreſſe Pau.de Caſt.cōſi.clxx.
inci.ne in proprijs, col.ij.vbi dicit q̄ appel
latione filiorum non veniunt nepotes ex
proprio ſignificato, nec ex interpretatione
in quacūque diſpoſitione legis vel hominis
quando non tractatur de ipſorum commo-
do ſed onere, & iſtud per literas groſſas vo-
luit glo.ſing.in auth.de reſti.fidei.§.nos igi-
tur.col.ix.quæ ſingulariter dicit prohibitio
nem alienationis factam filijs quia oneroſa
eſt non trahi ad nepotes. & idē tradit Bart.
in l.filiusfamilias.§.diui.de leg.j.Bar.in l.lu
cius.§.ſempronie.ff.de leg.iij. Alex.conſil.
lvj.incipiē.idronandus.vnde iureconſultus
in l.iij.ff.de excu.tut. dicit q̄ a ſignificatio

Source : BIU Cujas

ne ſumpta a voce non eſt idem eſſe filij & eſſe nepotis.idem traditur in l.quid ſi nepo tes.ff.de teſtamẽta.tut.&.§.fi. inſti. qui dari tuto poſ.vnde dicit ſingulariter Bal.in con-
8 ſi.ij.volu.j.ad fi.j.col.† ꝙ ſi priuilegium con ceſſum filijs nõ extẽditur ad nepotes l.iube mus.C.ad trebel.a fortiori nec odium,& ſe queretur ſecundum eum aliud inconueniẽs ꝙ eadem ratione odium ad omnes extẽde- retur.vt ff.de poſtulan.l.j.ad fi. cum ſequẽ. quod eſt falſum ſecũdum eũ.& pulchre ſu- bijcit ꝙ filius eſt prima perſona, nepos ſe- cũda.ſed ꝙ ſecunda perſona ſit prima, im- plicat impoſsibilitatem nature & præmiſſa non habent dubium quando verbum filius profertur cũ adiuncto vtpote quia dr̃ filijs ſuis vel eius vt dicit l.quiſquis i verbis eius filijs,quia tunc non comprehenduntur ali- quo modo nepotes.ita eleganter optima ra- tione decidit ſubtilis Socy. in d.l. gallus.§. inſtituens.de libe.& poſthu.ad fin.ſecundæ col. Confirmatur & fortius quia in exhe redatione facta per verbũ filios cenſentur dũtaxat excluſi filij.j.gradus ita q̃d illa ex- heredatio certa appellatur, eo ꝙ duntaxat liberi primi gradus contineantur l.titius.ff. de liberis & poſth.& ibi formaliter notant omnes docto.& bonus text.in l. ſi quis filio exheredato.in prin.ff.de iniuſto rupto &c. & in.§.poſthumorum.inſti.de exhereda.li- bero.& magis expreſſe in caſu ſubiecto de duco alia fundamenta quibus facile reſpõ- deri non poteſt.Et primo deduco glo.ſingu larem in auth.quibus modis natu.effici.ſui. §.fi.colla.vij.glo.in l.fina.C.de natur.libe. per quas Bal.in c.in pręſentia.de ꝓba.& in l.gallus.§.quid ſi is.ff.de lib. & poſthu. quẽ
9 ibi omnes moder. ſequũtur, firmat† ꝙ pœ- na incapacitatis filij ſpurij non trahetur ad nepotes,immo nepotes poſſunt capere a ꝑ- ſona vnde vitiũ originem trahit videlicet ab auo & tamẽ non eſt dubium quin ex ra- dice abominabili & damnata originem tra hant.l.fi.C.de natura.libe.quod pulchra ra tione elegãter Bal.confirmat conſil. cxlvj. in prima parte dicens, ꝙ licet pater ſit ſpu- rius,tamen nepos eſt habilis ad honores & ſucceſsiones & omnia eo quia in eo non po teſt dici macula,licet ex infecta radice na- tus videatur potius enim debet inſpici per- ſona immediate q̃ mediata,quia cauſa pro- xima magis cohęret cauſato q̃ remota.l. cum tale.§.penul.de condi.& demonſtra.ff. & nota.in l.ſi mulier.ff.re amota.& ſubijcit ꝙ non debet nepos odio paterno excludi nec inhabilitari, allegat. l. non tantum.§.ſi emancipatus.ff.de bono.poſſeſ. contra tab. quod dictum profecto apponit ſecurim ad radicem. Secũdo deduco & ſpecialius de ciſio.forma.Bal.& Salyc.in l.ij.C. de patri. qui filios diſtra.vbi in terminis dicũt ꝙ po teſtas conceſſa patri vendẽdi filiũ in neceſsi tate,non extenditur ad nepotẽ, quia mate- ria ſubiecta odioſa reſpectu filij non patitur hanc interpretationem vt ſub illius appel- latione nepos contineatur, quia longe ma- ior eſt poteſtas in filiũ perſonam immedia- tam,q̃ in nepotem perſonam mediatam. & ſic infertur ꝙ ſi per contractum patri con- ceſſa ſit facultas ſeruitutem inducendi in fi lios,non extendatur ad nepotes nec per de lictum id licebit,per tex. ad hoc optimũ in l. imperator.ff.de fideicõmiſſa.liber. Ter- tio adduco deciſionem Bart. in l.libertorũ. ff.de verbo.ſigni.quam ſequitur Petrus de Anch.in cle.j.de baptiſmo.& Anto.de But.
10 in c.in quibuſdam. de pœnis. vbi dicũt† ꝙ in contractibus in quibus debet fieri ſtricta interpretatio ſub nomine filiorum non cõ- prehendũtur nepotes.ergo a fortiori in hac materia continente odium irrationabile in qua longe ſtrictior debet fieri interpretatio ſub appellatione filiorum nõ poſſunt cenſe ri comprehenſi nepotes,& quia bonum eſt argumentum de contractibus ad delicta l. omnem.ff.de iudi.l.ij.ff.de cuſto. & exhibi. reo. Quarto adduco quod in ſimili tradit Andre. Barba.vt referunt quidam moder- ni in l. fin.C.de primipilo.lib.xij.vbi dicit ꝙ licet ex contractu primipilari teneatur fi lius licet non ſit hæres,non trahitur ad ne- potẽ.quia fuit inductum vt pater propter fi liũ ſagacius adminiſtraret, timore ne filius cogatur ſoluere,quæ ratio nõ habet locum in nepote, quia nõ præſumitur pater circa illum habere tantã affectionẽ quantam cir- ca filiũ,& dicetur latius infra in reſpõſione ad argumenta authoris.propter quam ratio nem etiam ſolet dici ꝙ lex. iij.C. de patria poteſtate,loquẽs in filio nõ habet locum in nepote,vt licet pater poſsit taxare pœnã fi- lio imponẽdam, quia propter affectionem quam habet ad filium non præſumitur ꝙ graue de eo ſupplicium petat, ſed quia mi- norem affectionem ad nepotem gerere præ ſumitur,non habet locũ diſpoſitio illius le- gis. Quinto adduco deciſionem formatã Bartol.in l.patri.illum text.ff.ad legem iul. de adult. vbi dicit formaliter per rationem illius text.ꝙ cum l.quiſquis.contineat odiũ tertie perſone,appellatione patris nõ com- prehenditur auus, & ſic vult ꝙ licet pater



Source : BIU Cujas

11 obliget filios ad pœnam, † tamen ſecus eſt
in auo, qui non poteſt obligare nepotes ad
pœnam. & ideo glo. ſing. in d. l. patri voluit
ꝙ lex permittens patri occidere filiã adul-
teram in adulterio deprehenſam non habet
locum in auo, eo ꝙ concernat odiũ tertie
perſone, & quia patri permittitur propter
affectionem quam præſumitur habere ad fi
liam, quam non præſumitur auus æqualem
ad nepotẽ habere. & illam glo. pro ſingula-
ri deduxit ad hoc propoſitum Ludo. de ro-
ma. in repeti. authẽ. ſimiliter. C. ad l. falcid.
& reperio ꝙ in terminis conſulendo ſolen-
nis. docto. adhuc viuens Philippus Decius
conſil. lxiiij. allegato in præcedenti quæſtio
ne ita cõcludit in proprijs terminis. Ex qui
bus omnibus concludendum puto ꝙ pœna
l. quiſquis loquens in filijs non trahitur ad
nepotes. quod maxime procedit vbi nepo-
tes ſunt poſt mortem aui concepti, tũc enim
non poſſunt cenſeri excluſi nec effecti in-
capaces ex delicto aui, cum nihil tunc ei at-
tinere dicantur l. ſi quis filio. §. primo de
iniuſt. rup. & irri. fact. teſta. bonus text. in l.
titius. ff. de ſuis & legi. hære. & l. prima. §. ſi
quis proximior. ff. vnde cognati. per quæ iu
ra dicit Bald. in cap. primo ad princi. ſecun
dę colum. in tit. ſi vaſſallus feudo priuetur.
ꝙ inter nepotem conceptum poſt mortem
aui & ipſum auum nulla vnquam fuerũt iu
12 ra cõſanguinitatis. † nepotes enim qui poſt
aui mortem concipiuntur, non proprie ſed
abuſiue nepotes dicuntur l. item pretor. §.
fin. ff. de gradi. affinit. per quam Bald. ita di-
cit conſi. clxxvj. volu. v. ſubijciens ꝙ nemo
mortuus poteſt incipere eſſe auus, l. qui li-
bertinus. §. poſthumus ibi, nec quiſquam.
ff. de bonis liberto. & propterea dicimus in
nepotibus poſt mortem aui conceptis, ciui-
litatis & originis auite iura non ineſſe, nec
ſuorum in hoc conditionem ſequi auorum.
glo. in l. aſſumptio. §. j. ff. ad municipa. Cyn.
in l. ij. C. de iuriſdic. omnium iudicum. Se-
cunda procedit hæc concluſio ſine dubita-
tione vbi pœna habuit vel potuit habere lo
cum ſemel in filijs vbi enim appellatione
filiorum in aliqua diſpoſitione comprehen
duntur nepotes, ſi illa diſpoſitio habuerit
vel potuerit habere effectum in perſona fi-
lij, etiam in fauorabilibus, non debet extẽ-
di ad nepotem. ita formaliter concludit Bar
tol. in dicta l. liberorum. ff. de verbo. ſignifi.
quem ſequitur Alexand. conſil. cv. colum.
ſecunda lib. j. incipien. perſpectis verbis. idẽ
Alexand. conſil. xj. incip. ponderatis his. co
lum. vj. lib. iij. & alibi ſæpe, & hoc eſt ꝙ di-

cebat Iacob. Butr. in ſua diſpu. quem refert
Bald. in d. l. gallus. §. inſtituens. ff. de libe. &
poſthu. Ioan. And. & Anto. de Butr. in d. c.
ad extirpandas. de filijs presbyte. & mul
ſolennes docto. in eorum ſubſcriptionibus
ad quoddam conſilium poſitum inter conſi
13 lia Soci. conſi. vlti. prime partis. † quibus lo
cis voluerunt appellatione filiorum etiã ex
diſpoſitione legis nepotes contineri quan
do filius eſt ſublatus de medio. vbi vero fi
lius eſt in medio, tunc volunt ad nepotẽ di
ſpoſitionem non trahi, eo ꝙ filius ſit in me
dio in quo diſpoſitio locum habere poteſt
& multa alia deducentur fundamenta in re
ſponſione ad argumẽta deducta pro contra
ria concluſione.

*Nunc* deueniendum eſt ad ſolutionẽ
argumentorum deductorũ per
authorem. Et potiſsimum fun
damentum authoris in verbo liberos appo
ſito in extrauaganti Federici per quam di
cit l. quiſquis eſſe declaratum habere locũ
etiam in nepotibus. & pro eadem declara
tione deduxit tex. in l. fi. C. de bo. proſcri.
in verbo, poſteros. ad quæ iura multipli
ter reſponderi poteſt. Et primum eſto ꝙ ex
trauagans Federici eſſet approbata & re
pta in regno tamen ex illa non poteſt aſſu
mi fundamentũ validum. Primo illa ver
ſunt narratiua alterius conſtitutionis & ex
verbis narratiuis legis non eſt licitum ſum
re aliquod argumentum. ita gloſ. quæ ſolet
dici ſingularis in l. vna. C. quando non pe
tentium partes. quam ita allegat Ludo. Ro
ma. in authen. ſimiliter. C. ad leg. falcidiam
& in conſi. cxxxiiij. incip. pro declaratione
prime dubitationis. & idem voluit glo. in c.
auditis. in ver. ex poſtfacto. in fin. de electio.
& glo. in c. ij. in verb. non teneris. & ibi Ge
minia. ad hoc notat de dolo. & contu. in vj.
glo. in c. j. in ver. collationem, de rerum per
mu. eod. libr. & pulchre Rapha. Cuma. in l.
ſi inſulam. ff. de verbo. obli. & l. qui romę ſ.
14 calimachus. eo. ti. † vnde hæc verba enun
tiatiua prolata a legislatore non diſponunt
nec licitum eſt ex eis arguere ſecundũ Bar.
in l. extat. in vlt. col. ff. ꝙ met. cauſa Saly. in
l. accuſationem. C. de accuſa. & in l. qui &
patris. in viij. col. vbi late Alex. C. vnde li
beri. ſit eſt conſequens vt cũ illa verba ſint
enuntiatiua non põt ex eis aſſumi argumẽ
tũ validum. nec obſtat dum dr̃ ꝙ ex verbis
enuntiatiuis poteſt inferri ad declarationẽ
nã reſpõdetur & perẽptorie ꝙ attẽto ꝙ hoc
verbũ filijs eius appoſitũ in d. l. quiſquis eſt
verbũ certũ ſui natura duntaxat in materia

Source : BIU Cujas

in qua probatũ fuit cõprehenſiuũ liberorũ primi gradus.d.l.titius.vbi not.omnes.ff.de libe.& poſthu.extendere vlterius non eſſet declarare,ſed tunc diceretur eſſe noua diſpoſitio.ita declarat Pau.de Caſt.in l.hæredes palam.§.ſed ſi poſt.ff.de teſta. idem docto.in conſil. clvj.incip.viſo & examinato puncto.col.fi.& in ſimili tradit Pet. de Ancha.in conſi.cccxcix.incip. præmitto ꝓ clariori deciſione.col.fi.Or quod per illa verba enuntiatiua inducatur noua diſpoſitio vt præmiſſum fuit non poteſt vlla ratione ſuſtineri,ergo nec quod per illam extrauagantem ad nepotes fuerit facta extenſio.

15 Confirmatur,†nam cum illa extrauagans referat alterã conſtitutionem,debet intelligi ſecundum qualitates relati & ab eo debet recipere limitationẽ & reſtrictionẽ.tex. aureus in auth.de filijs natis ante dotalia inſtrumenta.§.fi.col.iij.quem Bal.ad hoc propoſitũ dicit ſingularem in rub.de reſcript. facit.l.nihil.ff.de coniun.cum emanci. libe, & quod generaliter referens intelligatur ſecundum qualitates relati,& eo modo debet reſtringi.probatur in l.in teſtamento. & in l.ſi ita ſcriptum.ff.de condi.& demon.& in l.ex eſſe.ff.de hære.inſtitu.tradit formaliter Bar.in l.j.ff.de receptatoribus.idem Bar.in l.j.ff.fur.nau.caupo.ſtabu.& idẽ in l. ſi quis ſeruum.§.fi.ff.de leg.ij.ſed l. quiſquis relata per imperatorẽ,quia non põt cenſeri relata altera conſtitutio loquitur in liberis primi gradus per verbum filijs,ergo & illa conſtitutio Federici referens ponendo verbũ liberos,debet intelligi de liberis primi gradus,vt a relata reſtrictionem recipiat,& ad hanc maximam coadiuuandam accepit ad-

16 huc duplex iuris concluſio. primo† ꝙ vbi in referente aliud quam in relato continetur præſumeretur eſſe error. ita formaliter voluit Bal.in l.ij.C.de errore aduocatorum pulchre Alex.in conſi.ix. volu.v. Secunda nouo conſtitutiones per antiquas declarantur & limitantur l. non eſt nouum.ff. de legi.glo.in auth.offeratur.C.de litis conteſta. & gloſ.in l.ſciendum.ff. qui ſatiſdare cogã. cum ſimil. & ideo nimirũ ſi illa conſtitutio Federici loquens per verbũ,liberos reſtringatur & limitetur per.l.quiſquis anteriorẽ. in liberis primi gradus,magis enim præcedentia faciunt ad declarationem ſequentiũ ꝙ̃ econtra,Bar.in l.filium.ff.vt in poſſeſſio. leg.& in l.ſi a via.ff.de condi. & demõſtra. & in l.quiſquis,de lega.iij. & præſertim qa præcedens conſtitutio, videlicet illa l. quiſquis,quantum ad id eſt ſpecialis loquens in liberis primi gradus , altera vero generaliter nimirum ſi recipiat reſtrictionem a ſpeciali per iura allegata. Secundo reſpondemus & peremptorie tam ad verbum, liberos.poſitum in dicta extrauaganti,quam ad verbum,poſteros.poſitum in dicta l.fi.quod cum illa conſtitutio quãtum ad filios ſit val de odioſa & irrationabilis , debet ſtrictiſsime interpretari vt reducatur ad terminos ſaltem l.quiſquis. Et pro iſta ratione adduco deciſionem ſingularem in terminis Ioã. An.in nouella in c.vbicunque de pœnis.lib. vj.vbi dicit ꝙ papa propter crimen lęſę maieſtatis condemnat Titium & cognationem ſuam,debemus ſecundum Gratiam,qui hãc quæſtionem Bononiæ diſputauit, tria conſi

17 derare.† Primum an debuerit propter crimen læſæ maieſtatis punire collaterales,& certum eſt ꝙ non. cano. ſi quis cum militibus.vj.quæſtio.j.c.fœlicis.§.ceterum de pœnis.Secundo an potuerit ex plenitudine poteſtatis,& vtique potuit,vt eſt caſus clarus in dicto.§.cæterum. Tertio an voluerit. & in hoc dicit conſulendum principem, & ſi id commode fieri nõ poſsit , reſtringendam eſſe ſententiam vt non comprehendat collaterales,ſed duntaxat eas perſonas quæ de iure puniri poſſunt,qua ratione in ſimili cõcludit princeps iureconſultorum Franc. de Aretio conſi.xxxix.ꝙ in caſu in quo conſulebat in quo erat appoſitum verbum generale dubium filiorum dicit ꝙ non intelligebatur de filiabus in illo ſtatuto facto ſuper punitione rebellium,eo ꝙ tale ſtatutum debebat recipere interpretationem ſecundũ diſpoſitionem iuris communis & quia quãtum ad filios continebat odium irrationabile,non cenſebantur comprehenſe filię.& in fin.conſil.aliud dicit ꝙ bene facit ad propoſitum.ꝙ interpretationem ſuam coadiuuabat in caſu in quo conſulebat, ꝙ intentio populi non fuerat aliquid de nouo ſtatuere,tum quia vbi agitur de iuris iam conceſsione extenſione,reſtringitur vniuerſalis diſpoſitione quis indebite damnum incurrat,allegat Baldus in l.ſequens. in princip.C.de innoffic.teſtamen.Bartol.in l. prima.§.nuntiatio.ff.de ope.noui.nuntiatio.& in l.prima.C. de ſacroſan. eccle.& in l. terminato.C.de fructi. & litium expen. Ex quibus omnibus infertur ad propoſitum ꝙ verba conſtitutionis Federici & illius l. fina. debent reſtringi & limitari ſecundum terminos.l. quiſquis. & iſtud eſt peremptorium & ſine replica. Reſpondemus vlterius ad lege fina.C. de bonis proſcrip.



Source : BIU Cujas

18 in verbo poſteros.ꝙ dum dicit† ꝙ in crimi
ne læſæ maieſtatis pœna ad poſteros tranſ-
mittitur,loquitur quantum ad confiſcatio-
nē bonorum patris.nam in præcedētibus re
ſeruabantur filijs & filiabus bona patris in
alijs delictis, in hoc autē crimine dicitur ꝙ
pœna ſcilicet confiſcationis bonorum pa-
tris tranſmittitur ad poſteros,& ſic nihil ad
propoſitum quantum ad pœnam incapaci-
tatis.dicimus vlterius ꝙ illa extrauagās Fe
derici non poteſt nec debet allegari in cau-
ſarum deciſionibus.Primo illa non eſt inſer
tam volumine authentico.& ſic non cenſe-
tur de approbatis.gloſ.in c. ſi romanorum.
& ibi ſumme not.Domi.xix. diſt. Anto. de
But,in procemio decretalium.late Fely. in
c.paſtoralis.de fide inſtru.& in c.j.de re iu-
di.facit glo.in l.eos .C.de offi.magiſ.mili.&
quod tradit Bald. & omnes in l. ſcriniarios
C.de teſta.mili.vbi dicunt ꝙ deſcripti in li-
bro,aliorum ſunt approbati, non deſcripti
vero non ſunt approbati. Et propterea cū
ſit extraordinaria conſtitutio quę non repe
ritur in voluminibus iuris,nō poteſt, & nō
debet pro lege allegari,vt in ſimili dicit gl.
in titu.de prohibita feudi aliena.per totum
& in ti.quot teſtes ſunt neceſſa.Bal.in c.j.de
19 gradi.ſuc.in feu.†vbi dicit extraordinarias
conſtitutiones eſſe apocriphas & nō debe-
re allegari.& expreſsius Ioā. Raynau.in.§.
quia vidimus.qui feudum dare poſſunt di-
cit ꝙ tales extraordinarie cōſtitutiones nō
debent allegari niſi fuerint practicate. &
ideo licet Galli leges ciuiles vt bonas rece-
perint,vt in ſimili dicit Bald.in c.tranſlato.
de conſti. tamen ille intelliguntur recepte
quæ ſunt in volumine aliarum & non aliæ.
& ſic cum illa conſtitutio Federici nec ex-
preſſe nec tacite recepta reperiatur, non li-
gat quantum ad pœnam nec debet obſerua
ri.gloſſ.in c.j.de treuga & pace.Archi.in.§.
fina.iiij.diſtinct.Mathe. & Cardi.floren. in
procemio clemētinarum. in.§.vniuerſitate.
& pulchre Cæpola Veronen.conſi.xiij. in-
cipien.ſtante quodam decreto.colum.iij.&
ſequenti.vnde maxime in hoc regno leges
imperatorum non nos ligant, niſi quatenus
fuerint recepte,vt ſentit gloſſ. ſingularis in
verbo,romanorum.inſtitu. de patria pote-
ſtate.& propterea Bal.in l.nemo.C.de ſen-
20 ten. & interlocu. omnium iudic. dicit† ꝙ
Galli recipiunt leges romanorum inquan-
tum bone & non alias.& maxime in conſi-
ſtorio principis leges imperatorum pro ra-
tione duntaxat debent allegari & non pro
authoritate.Bald.in cap.primo.§.iniuriam.
de pace iura.firman.& propterea ſing. Ol-
dra.dicit in cōſi.lxix.colum.iij.ꝙ in Hiſpa-
nia eſt ſtatutum,vt quicunque in cōſiſtorio
principis allegauerit legem rigoroſam im-
peratorum puniatur pœna capitali.ꝙ maxi
me procedit in illuſtriſsimo rege noſtro Fra
cie.Rex enim Francorum francus eſt a legi
bus romanis,& dedignatur legibus ſubijci,
& ſola ratione intellectus regitur & guber
natur.ita belliſsime Baldus inquit conſilio
ccxxvij.in tertia parte.& in ſequen.conſil.
dicit ꝙ ſuper omnes reges mundi rex Fra
cie obtinet coronam libertatis , Regis aūt
clementia debet rigoroſitatem legum tem-
perare,quia beatiſsimus eſt ille rex qui ſe-
det ſuper cathedram æquitatis. Vnde pro-
prium regis eſt diſpenſare ſuper lege rigo-
21 roſa.† Nā & lex ciuilis dicit ꝙ nimia aſpe-
ritas dominorum temperāda eſt non ſequē-
da.l.ſecunda.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.
iur.ita ad propoſitum Bald.inquit in conſ.
ccclxiiij.volu.iij.ſicque in regno hoc & le-
ges quæ ſaperent quaſi tyrannidem nō ſunt
recepte nec recipiende.cum & maxime tē-
poris qualitas non requirat tantam exaſpe
rationem.& ſi dicatur ꝙ illa extraua.Fede.
eſt approbata per ius canonicum in illo c.
inquiſitionis de here.text.ibi formaliter di
cit ꝙ eſt approbata. inquantum punit cri
men hæreſis, non quantum ad aliam, nam
dicit formaliter text. leges quas olim roma
norum imperatorem Federicum &c. Deo
& eccleſiæ ſuæ ſanctæ honorem promouē
& hereticorum exterminium proſequun-
tur & ſtatutis canonicis non obſiſtunt ap-
probantes & obſeruari volentes &c. & ſic
quantum ad alia non approbatur. Super-
eſt nunc ad aliud fundamentum authoris
reſpondere, quo ſublato remanebit firma
concluſio quam ſupra deduximus,& addu-
xit in eo fundamēto author tractatus tex.in
c.ſtatutum de hereticis.vbi dicit eſſe decla-
ratum in crimine hereſis, & ꝙ iſta duo cri-
mina æquiparantur.itaque lex noua ſuper-
ueniens in vno debet trahi ad alterum ego
ad iſtud fundamētum ampliſsime in præce-
denti quæſtione reſpondi.ꝙ videlicet bene
fit æquiparatio inter hæc crimina ſicut de
22 minori ad maius† videlicet crimen hereſis
ęquiparatur crimini læſæ maieſtatis,ſed nō
ecōtra,quia vt ibi late dictū fuit crimē here
ſis longe grauius eſt altero , & altera ratio
militat in vno ꝗ̃ in alio,& ꝙ ēt in æquipa-
ratis non habet locum illa extenſio in pœ-
nis inflictis ipſo iure. Secundo etiā non eſt
æquiparatio per omnia facta per modū re-

Source : BIU Cujas

gule. Tertio vbi lex eſt pœnalis et correcto ria ſimul vt in propoſito. Quarto reſpondemus ꝙ interpretatio paſsiua in equiparatis non fit reſpectu pœnæ. ita eleganter tradit Ioan. Andr. in c. diſpendia. de reſcrip. in vj. idem Ioan. And. in c. ſi forte. de elect. eo. lib. Et vtrobiq; firmat & ſequit̃ Gemi. & Imo. in c. fi. de reſcrip. Panor. in proem. decre. & in c. j. de locato. Ant. de Bu. in c. fi. de cõſue. & expreſſe in proprijs terminis firmat Soci. conſi. cclxxv. pro quo bene facit & formaliter ad propoſitum ꝙ licet lex declaratoria trahatur ad prȩterita. §. j. in authen. de filijs ante dota. inſtr. na. Bal. in l. non dubiũ.
23 C. de legi. cano. in c. fi. de conſti. † tñ ſi talis lex declaratoria imponit pœnam reſpectu pœnæ non trahitur ad præterita. tex. in cle. j. cum gl. in verbo, de cætero. de vſur. quam gl. ad hoc ibi no. d. Abb. & ibi d. Card. Flor. in ij. col. reputat ſingularem. idem d. Abb. et alij in d. c. fi. de conſti. & in c. cũ tu. de vſur. idem no. d. Abb. in c. cauſam. in vlti. not. per illum tex. de ſimo. & in c. j. per illum tex. ne præla. vi. ſuas gloſ. in c. j. §. qui vero. in verbo, receperit. & ibi Gemi. no. de cle. non reſiden. in vj. & in c. j. in ij. colũ. de his quæ vi met. ve cau. in vj. quicquid notet idẽ Gemi. in c. ſi compromiſſarius. in prin. per gloſ. ibi in verbo ipſo. de elec. in vj. Quinto quia in materia excluſiua priuatiua & punitiua ꝙ non eſt expreſſum in iure nõ inducit priuationem ſeu punitionẽ. de punitione pulchre loquitur Bald. in l. ſuper chirographis. C. ſi cer. pet. per tex. in. §. quia vero leonis. in auth. de non alienan. & bene facit text. in l. & ſi quis. §. diuus autem marcus. ibi pœnam in eum ſtatutam non eſſe. ff. de relig. & ſum pti. fune. quem ponderat Bald. in l. nemo. C. de ſacroſan. eccle. de priuatione ẽt vbi verſaretur maior ratio. pulchre not. Bal. ĩ auth. ex teſtemẽto. C. de ſecun. nup. per tex. in authen. de non eligen. ſecun. nuben. §. cum igitur. ibi, nec quelibet lex eſt aliqd tale dicẽs. gl. in c. cum uos. de offi. ordi. Alex. cõſi. ciiij. xij. col. j. vol. ſed in nepotibus in hoc crimine non reperitur expreſſum. nam & tex. in d. c. ſtatutũ. non loquitur de ſucceſsione col lateralium, prout ibi formaliter tenet Phil. Fran. ita firmat per literas groſſas dicens ꝙ nepotes per illam conſtitutionem nõ excluduntur a ſucceſsione collateraliũ, igit̃ &c.
24 † Nõ obſtat pariter dum dicit author ꝙ eque militat punitionis ratio in nepotibus ſicut in filijs, ſalua ſua pace dixerimus non eſt verũ. nam ſi loquatur de ratione expreſſa in illa l. quiſquis ſecundum quam duntaxat licet facere extenſionem, illa non equaliter militat in nepotibus ſicut in filijs. nam ꝙ metuantur exempla criminis paterni in filijs eſt ex quadam imitatione nature quæ præſumitur ineſſe filio propter maximã cõiunctionem quam habet cum patre, quæ ratio non equaliter militat in nepote propter enim perſonam filij inter mediam non põt dici eadem cauſari qualitas a delinquẽte in nepote ſicut in filio, quia cauſa omnis magis operatur in propinquo ꝗ̃ in remoto, & magis cauſa immediata ꝗ̃ mediata conſiderari debet. l. ſi mulier. ff. rer. amo. Bal. in l. interpoſitas. C. de tranſa. & ideo non præſumitur equalis morum imitatio in vno ſicut in altero. & propterea Bald. dicebat in l. iij. C.
25 de ſuis & legi. hære. † ꝙ nepos eſt imago patris. quaſi non eſſet idem eum patre, & ſicut imago ſecũdum eum differt a ſuo repreſentato, ita & differre vr̃ nepos a patre ſuo. & propterea Bal. in l. iij. §. ſi duo. ff. de legi. tu. to. dicit ꝙ licet nepos repreſentet perſonam patris ſui ſcilicet filij, & reputetur eadẽ perſona cum eo illud eſt per fictionem, & non ſecundum veritatem. & probatur in authẽ. de hære. ab inteſta. §. hoc vero priuilegium. col ix. & in l. fi. in verbo, intelligitur. C. de impub. & alijs ſubſti. verbum enim intelligitur, denotat fictionẽ. l. ſi is qui pro emptore. & ibi no. Bar. in xij. col. ff. de vſuca. & in l. ſi tibi homo. §. eum ſeruus. de leg. j. & expreſſe tradit Alex. in propria materia in cõſi. ccvij. incip. conſideratis verbis. ad fi. ij. colum. vol. ij. ſuccedit ꝙ in materia pœnali ẽt quæ non cõtineret odium irrationabile per fictionem non poteſt fieri extenſio tex. formalis in l. ob id. ff. ad l. Aquil. & voluit Bar. in l. fi. C. vnde vi. firmant & ſequitur Franc. de Are. & Caro. Roy. in d. §. & quid ſi tm̃. l. gallus. ff. de libe. & poſth. ex quo reſoluunt multa argumẽta quæ deduxi ſupra pro par
26 te affirmatiua † ꝙ filius & nepos cẽſentur eadem perſona, nam illud eſt per fictionem & non veraciter. Non obſtat pariter altera ratio quæ per authorẽ extra text. allegatur ꝙ videlicet puniuntur filij, vt pater eorũ timore magis retrahatur a delicto ꝗ̃ propter timorem proprie pœnæ. Nam reſpõdemus ꝙ illa ratio non militat equaliter in nepotibus ſicut in filijs, quippe qñ filij ſunt in medio lõge maiorem ad eos ꝗ̃ ad nepotes prȩſumitur pater gerere affectionem, quia ꝑpinqua cauſa magis agit ꝗ̃ remota, ita expreſſe probatur in l. ſi viua matre. C. de bo. mater. & hoc eſt ꝙ volunt oẽs doct. in l. gallus. §. quidam recte. ff. de libe. & poſthu. vbi

Source : BIU Cujas

dicunt ordinem charitatis & affectionis cadere inter filium & nepotẽ, vt ſi equaliter vocentur per copulatiuam, & reſoluatur in diſiunctam, vt ordine ſucceſsiuo vnus poſt alium cenſeantur vocati, non nepos ſimul cum patre, quia non eſt eadem ſeu equalis ad vtrunq; affectio. pro hoc bene facit tex. cum ibi no. in l. publius. §. fi. ff. de conditi. & demonſtra, ſicque equaliter per omnia non militaret eadem ratio, igitur cum preſertim agatur de odio irrationabili non debet fieri extenſio. Confirmatur ex viua ratione, nam ſi pœna traheretur ad nepotes duplex
27 inconueniens ſequeretur. †Primo ex parte delinquentis, qui puniretur in filijs et in nepotibus, & ſic pœna traheretur vltra ſuos limites. Secundo & fortius ex parte filiorũ qui ſine culpa plectũtur punirentur duplici pœna. Primo pœna infamie et incapacitatis quantum ad ſeipſos. Secundo punirentur altera pœna grauiori propter punitionẽ ſuorum filiorum iuxta rationẽ authoris, & ſic pœnæ ſeueritas maxime temperanda in eo qui nõ deliquit extẽderetur ꝙ reuera eſſet contra omnem equitatem & iuſtitiam & in talibus benignior aſſumenda eſt interpretatio. l. vulg. preſes. & l. interpretatione. ff. de pœnis. & propterea Bald. in l. moueo. C. de ſeruis exportã. dicit ꝙ in talibus benignius debet eſſe iudicantis animus, et idem Bal. in l. precibus. C. de impub. & alijs ſubſti. pulchre inquit quod pro liberatione iudicantis animus ſemper inclinari debet. & propterea ſingulariter voluit Barba. conſi. lx. in j. volu. quem refert Decius in c. j. fi. col. de cõſtitu. quod in materia criminali eligenda eſt & ſequenda opinio quæ liberationi faueat etiam ſi eſſet ſingularis. allegat in ſimili ſingulare dictũ Hoſti. in c. ſi vir. de cogna. ſpiritua. tex. in c. fi. de re iud. cum ſi. & preſertim vbi pro illa opin. ſunt meliores rationes & fortiora fundamenta. c. capellanus ibi ſubtilioribus &c. de ferijs. l. j. §. ſed neq;. C. de vete. iur. enuclean. cum ſimilibus. Ex quibus
28 omnibus elicio hanc concluſionem † ꝙ videlicet pœna incapacitatis et infamie inflicta filijs per l. quiſquis non trahatur ad nepotes tanquam veriorem & equiorem in cauſarum deciſionibus amplectendam puto maxime in conſiſtorio principis in quo ſecundum equitatem procedi debet. & non ſecundum l. ſcriptam rigoroſam, vt ſingulariter tradit Bart. in l. præſenti. C. de his qui ad eccleſi. confug. & Franciſ. de Aret. in l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de verbo. obligat. & facit quod voluit Bald. in l. final, C, de legi. quod tradit idem Bar. in l. vna. C. vt quæ deſunt aduoca. cum pleriſque ſimilibus quæ congerit Fely. c. ad petitionem. de accuſa. & alibi ſepe doct.

## SVMMARIVM.

1 *Pœna legis, quiſquis quæ infligitur filijs, an locum habeat in iam natis.*
2 *Delictum patris quo in ſeruitutem redigitur, filijs poſtea natis duntaxat nocere præſumitur.*
3 *Qualitas odioſa patri ſuperueniẽs, filijs antea natis non obeſt.*
4 *Natura rerum teſtis optimus.*
5 *Iura antiqua in filiorum ob delicta parentum punitione corriguntur per noua.*
6 *Crimen læſæ maieſtatis poteſt per mulierem denuntiari.*
7 *Interpretatio paßiua reſtrictiua legis ciuilis per aliam legem ciuilem potius quam per canones fieri debet.*
8 *Qualitas quæ naturaliter ineſt difficilius tollitur quam ea quæ accidentaliter.*

SEPTIMA quæſtio quæ in hac materia proponi ſolet
1 † an videlicet pœna l. quiſquis, habeat locum in filijs iam natis, in qua quæſtione quicquid dixerit author tractatus breuiter concludendum puto quod pœna d. l. quiſquis. non habeat locum in filijs iam natis, & hæc opinio primo comprobabitur authoritate. Secũdo ratione authoritate, videlicet Pe. de Bellaper. doctoris citramontani excellentiſsimi. & Cy. de Piſtorio qui fixo pede ita tenuerunt in d. l. quiſquis. quam ẽt tenuit ibi ſumus practicus Io. Fabri. ſequitur etiam Ang. licet author illum allegauerit in contrarium & male, & hanc concluſionem tanquam benigniorem, magis fauorabilem & equiorem ſequitur, & dicit amplectandam optime conſcientie Ioan. de Anania in c. vergentis de hereti. & in effectu videtur eſſe communior concluſio & huiuſce concluſionis ratio, & fundamentum aſſumitur primum per l. ij. quam allegat author. C. de libe. & eorum libe. vbi for-
2 maliter dicitur † ꝙ delictum patris propter quod ipſe in ſeruitutem redigitur nocet fi-

Source : BIU Cujas

liis duntaxat poſtea natis & non ante. ratio eſt ſecundum Bald. quia qui poſtea naſcuntur hi contrahunt originem a linea iam infecta. ita dicit ibi Bal. in j. colum. iij. no. verſi. item not. ex quo ad propoſitum infertur ꝙ cum filij delinquentis in crimine læſę maieſtatis ea ratione puniũtur ꝙ originem ex ſanguine infecto trahunt qua ratione criminis paterni exempla in eis metuũtur quam rationem formaliter aſsignat Cyn. in l. ſancimus. C. de pœnis. Ioan. Andr. in regul. ſine culpa. de regu. iur. in ſexto, & Salyce. in d. l. quiſquis. & formaliter Philippus Decius in ſepe allega. conſil. lxiiij. quam rationem in ſimili aſsignat tex. in peccato primi parentis. in. §. ſed his exemplis. iiij. q. j. quod duntaxat poſtea nati q ex ſanguine infecto naſcuntur, & non antea puniuntur. Secundo facit quia ſi regulariter dignitas patris non proſit filio antea nato vt duntaxat hi ab ea qualitate paterna priuilegientur qui poſt eam adeptam cõcepti ſunt vulga. lege emancipatum. §. fin. ff. de ſenato. & tradunt omnes poſt gl. in l. imperialis. §. his illud, C. de nupt. Bart. in l. ſenatores. de dignitati. li. xij. & in l. quicunque. de princi. agen. in rebus. eo. lib. & in l. filium ſenatoris. ff. de ſena

3 to. cum ſimil. a fortiori, † nec qualitas odioſa debet contrahi in antea natis. ſed duntaxat in naſcituris. Nec obſtat l. moris. §. fina. ff. de pœnis. l. filij. §. j. ff. de decurio. quia illę leges loquũtur vt filij pœnam euitent, tunc enim comprehenduntur etiam antea nati, alias ſecus vt in iuribus allegat. Tertio pro hac concluſione facit l. j. §. fina. ff. de bono. poſſ. contra tabu. l. ſi necem. §. ſi deportatur. ff. de bonis liber. quæ traduntur in l. diuo. C. de quæſtioni. cum ſimilib. quibus iuribus cautum eſt caſum superuenientem patri non debere obeſſe filijs antea ſuſceptis, nec reddere illos incapaces ſucceſsionis, & eſt communis concluſio quod in odioſis maxime ſuperueniens macula patri non ſolet nocere filijs antea natis, & ſic etiam naturaliter videmus quod vitium naturale patris non ſolet inficere filios antea natos, ſed duntaxat poſt natos quaſi ex conceptione infecta contrahatur vitium, ſic etiam in caſu d. l. quiſquis. ſumptum delictum imitationis morum paternorum prouenit ex infecta origine conceptionis in qua pater tribuit formam ratione cuius filij ab eo cẽſentur omnino deriuari & quantum ad declinationem naturalem ſimiles patri effici, ſed qualitas quæ ſuperuenit patri poſt natiuitatem filiorum non poteſt infundi in antea natis & conceptis qui receperunt formam ante infectionem parentis ſecundum qualitatem, tunc in patre exiſtentem, & iſta eſt ratio naturalis ſecundum quam licet arguere. vt pulchre dicit iurecõſultus i l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excuſa. tutor. & curat. in verbo, ex ipſa naturali iniuſtitia. & propterea dicit Bal. in l. teſtiũ. C. de teſti. in vij. col.

4 † quod non poſſumus habere meliorem teſtem ꝙ rerum naturam, et propterea legem pedagogam nature appellat Angel. in conſilio cx. incipien. ſanctiſsima & illuſtriſsima regina, & propterea Bald. in l. vna. in principio. C. de cadu. tollen. dicit ꝙ optimus legis clipeus eſt ratio naturalis, vnde idem Bald. in l. quoties. C. de ſuis & legit. hæredi. dicit ꝙ virtus legis eſt in ratione naturali, quia lex ſpeculatur in natura, & propterea Bald. in conſilio ccccl xvij. incipiente circa quæſtionem in quinta parte, pulchre dicit ꝙ ratio naturalis quæ eſt ratio certa & indubia habetur pro lege ſcripta, & eſt idem ꝙ iuſtitia naturalis, & ideo præualent rationibus cõiunctis, ſicque in propoſito cum vt dixi ſecundũ naturam in antea natis non poſsit qualitas infectionis infundi, nimirum ſi delictum paternum eis non noceat, quia cum non ſint nati in vitio non præſumuntur ita infecti. & licet illa l. quiſquis. loquatur indiſtincte, tamen debet recipere interpretationem & a natura ipſa, & a legibus antiquis loquentibus in ſimili materia per quas leges noue limitantur & reſtringũtur. glo. vulga. in l. ſciendum. ff. qui ſatiſdare cogan. & gloſ. in authenti. offeratur. C. de litis conteſta. gloſ. in. §. ſed hodie inſtitu. de ſatiſda. & in. §. ſuſcepto. in authentica de exhiben. reis. colum. quinta Barto. in l. ſed et poſteriores. ff. de legibus. & in l. omnes populi. ff. de iuſtitia & iure. pulchre Ioannes de Imo. in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſoluto matrimonio & Alexand. conſilio cvij. quinto vo

5 lumi. cum ſimilibus, † & præſertim vbi agitur de correctione iuris antiqui vt in propoſito, vt ſupra dixi, corriguntur iura antiqua in punitione filiorum. tunc enim etiã ſi in l. noua eſſet appoſita clauſula, non obſtantibus quibuſcunque legibus deberet illa lex noua declarari per antiquam. vt voluit glo. valde ſingularis in authen. de hæred'. quæ ab inteſta. in prin. in verb. vacantibus. col. ix. & idem firmat Bar. in extrauag. ad reprimendam. in verbo, non obſtantibus. Ludo. de Ro. conſi. cccxxij. & alibi ſepe doct. & cũ præſertim hic agatur de odio irrationabili et præiudicio tertio inferendo

Source : BIU Cujas

ſine culpa quo caſu ſumma debet fieri reſtri
ctione quis indebite damnum patiatur per
id quod dicit gl.ſingul.quam ibi ſumme no.
ſcriben.in l.fi.§.in computatione.C.de iure
delibe.& tradit in propria materia Franc.
de Are.conſ.xxxix.in fi.vbi allegat quotas
alias.tum ẽt quia eadem ratio limitationis,
vt dixi,verſatur hic ſicut in alijs iuribus, vt
etiam deduxit Ioan.de Ana.in d.c.vergen-
tis.de hereti. qui hanc opinionem expreſſe
tenet & firmat.

*Non obſtant* fundamẽta quæ per
authorem in contra-
rium adducũtur quę
ſunt in effectu quatuor. Primo dum dicitur
quod neceſſe eſt.l.quiſquis, intelligi de an-
tea natis,eo quia quaſi inutilis eſſet ĩ poſtea
natis. cum text.dicat pater gladio feriatur,
& ſic non poteſt intelligi de poſtea natis,
ex quo pater mortuus eſt. nam admiror, &
non parum quod tam leue fundamentum
6 author adduxerit. † quippe coniuratio in
principem vel proditio patriæ poteſt longo
tempore manere inulta,vel quia tales pro-
ditiones ſoleant occulte,et ſecrete fieri,qua
ratione lex voluit vt per mulierem denun-
tiari poſſent,l.in quęſtionibus.ff.ad l.iuliam
maieſtatis.vbi text.ſingularis loquit̃ de Iu-
lia muliere quæ detexit coniurationẽ Cati-
line.vel quia propter potentiam vel alias
tales conſpiratores nõ poſſunt facile depre
hendi,& per longum tempus nonnunquam
liberi a pœna relinquuntur quo tẽpore non
eſt dubium quin poſsint concipere liberos,
licet poſtmodum puniantur capite.& ideo
argumentum authoris non concludit, quia
concluſio quam ſupra tenuimus loquitur in
liberis natis ante crimen, & non poſt crimẽ
ante ſententiam,& ſic nihil ad propoſitum.
& eadem reſponſio ſatiſfacit ponderationi
tex.dicta.l.quiſquis.in ver.vxores.vbi lo-
quitur de lucris applicandis filijs.Nam de-
bet intelligi de filijs ſuſceptis poſt crimen
cõmiſſum.& l.fi.de bonis proſcrip.in ver-
bo,ad poſteros nihil facit, quia loquitur in
pœna cõfiſcationis quæ nimirum ſi tranſeat
ad filios etiã antea natos vt ſupra dicimus
in præcedentibusquæſtionibus. Secundo
adducitur text.in c.ſtatutum. de hereti.in
vj.& in c.felicis. de pœnis.eo.li.cũ quibuſ-
dã alijs in quibus dicit author eſſe expreſ-
ſum in criminibus de quibus ibi crimini lę-
ſæ maieſtatis ſecundum eũ equiparatis pœ-
nam quæ imponitur filijs habere locum ẽt
in filijs ante crimen commiſſum natis.Nam
eſto ꝙ illa iura per eum allegata de neceſsi
tate probarent, tamen non poteſt inferri ꝙ
7 ita ſit in propoſito noſtro. † Primo quia
vbi agit̃ de interpretatione reſtrictiua paſſi
ua legis ciuilis,illa debet potius fieri per al-
teram legẽ ciuilem, q̃ per ius canonicum,
eo quia in habẽtibus ſymbolum,facilior eſt
tranſitus. ita in ſimili eleganter conclud-
Petrus de Ancha.conſi.xciij.incipi.iſta do-
mina.Idem Pe.de Ancha.in conſi.cccxxii
incipien.viſo puncto.col.fin.& idem trad-
Pau. de Caſtro in conſil.cxxx.incipien.du-
bitatur primo.col.v.vbi dicunt, ꝙ vbi agi-
de interpretatione reſtrictiua vel declara-
tione alicuius legis municipalis, illa deb-
potius aſſumi ſi poſsit ex alia lege munici-
pali q̃ ex lege ſcripta.eo quia in habẽtib-
ſymbolũ &c.& ſic in propoſito infertur
declaratio.l.quiſquis. potius debet fieri
alijs legibus ciuilibus, q̃ ex decretalib-
Secundo reſpondetur ꝙ vt late diximu
in quæſtione de filiabus longe diuerſa ra-
militat in crimine hereſis, q̃ in crimine læ-
ſæ maieſt. Tertio dicit ꝙ ratio l.quiſq-
magis militat in filijs antea natis q̃ in na-
turis, eo quod illi viderint mores patern
& potuerunt ex conuerſatione aſsidua m-
gis paternorum morum imitatores effi-
nam reſpondemus ꝙ illa conuerſatio ſal-
ſua pace dixerimus, nõ eſt ita fortis ſicut
fuſio qualitatis quæ naturaliter imprim-
in conceptione,vt qui nati ſunt poſt inf-
voluntatẽ patris eius imitatores præſum-
tur,illa quidem quæ ex conuerſatione pr-
uenit,ſuperuenit accidentaliter,cuius ef-
ctus facile tollitur per punitionem pater-
propter quam filij retrahũtur a delicto, v-
8 de difficilius tollitur,vt patet de per ſe q-
naturaliter ineſt vt in filijs poſtea natis, q-
quod accidentaliter ineſt ratione conuer-
tionis in filijs antea natis. Non ob. pariter
dum dicit ꝙ alia ratio erat in l.ij.C.de libe.
& eorum liber.q̃ in d.l.quiſquis, quia gra-
uius eſt crimen læſæ maieſta.&c. nam licet
iſtud crimen in ſe grauius ſit, tñ quãtum ad
pœnam filijs infligendam eadem ratio mi-
tat in vno ſicut in altero, eo ꝙ originem tra-
hant a linea iam infecta. Quarto & poſtre-
mo deduxit gl.in c.vt cõmiſſum.§.denique
de hereti.cum quibuſdam alijs gl.per quas
vult inferre ꝙ in crimine læſæ maieſta. ha-
bẽte in punitione filiorum ſpecialem ratio-
nem non debet diſpoſitio noua.l.quiſquis li-
mitari per alia iura loquentia in alijs cri-
minibus.nam vnico verbo reſpõdemus ꝙ fun-
damentum ſuum procederet niſi vtroq; ca-
ſu eadem ratio militaret ſicut in caſu ſubie-

Source : BIU Cujas

cto eſſe ſupra apte demonſtrauimus. & ita formaliter reſpondet Ioan. de Ana. in d.c. vergentis. Ex quibus concludendum puto hanc opinionem tanquam equiorem & benigniorem eſſe amplectendam in cauſarum deciſionibus per ea quæ diximus ſupra in fine præcedentis quæſtionis.

## SVMMARIVM.

1 *Princeps an poſſit filio reſtituti a pœna criminis læſæ maieſtatis gratiam concedere, vt delictũ patris reincidentis ei nõ noceat.*

2 *Reſcriptum remittens pœnam ante delictũ commiſſum eſt nullum.*

3 *Prohibitus vinum portare, cenſetur prohibitus portare legenam cauſa deguſtationis.*

4 *Statutum eſt nullum quòd pœna pecuniaria punit homicidium.*

5 *Remiſſione pœnæ prohibita, prohiberi cenſetur eius diminutio.*

6 *Filius pro patre puniri non debet ſecundum legem nature.*

7 *Obligatio naturalis ex tacito conſenſu delictus ineſt.*

8 *Pœna ante delictum commiſſum remitti poteſt, & qui ex alieno punitur delicto.*

9 *Filij legitimi efficiũtur per oblationẽ curie.*

10 *Princeps in his caſibus diſpenſare poteſt in quibus & legem condere.*

11 *Homicidium quando & quali pecuniaria pœna puniri poſſit.*

12 *Dolus præſumptus futurus remitti poteſt, non autem verus.*

13 *Mens principis manifeſta eſt omnino obſeruanda.*

1 OCTAVO quæritur† nũquid princeps poſſit filio eius qui alias incidit in crimen læſæ maieſta. & fuit reſtitutus præſeruatiuã concedere gratiam vt ſi pater reincidat (filio dũmodo patri non præbuerit aſſenſum) delictum paternum nõ noceat & in effectu eſt querere an princeps ante cõmiſſum delictum poſſit remittere, nam quæ imponitur filio ex delicto paterno. & quia tenuiſsime in hac q. ſalua ſua pace dixerimus locutus eſt author examinabimus hanc q. ad vtrãq; partem. Et primo pro parte negatiua ꝙ princeps nõ poſſit facere talem gratiã adduco ultra allegata per authorem deciſionẽ ſingularẽ Bal. in l. eam quam. C. de fideicommiſ. col. xij. vbi punctualiter ad propoſitum dicit quod princeps non poteſt fingere circa impoſsibile, vt quia cõtra bonos mores, & infert ꝙ nõ poteſt legitimare ſpuriũ antequam naſcatur eo quod patri ſpurij futurum dolũ remittere uideretur & daret occaſionem delinquendi ſubijciens ꝙ licet delicto commiſſo poſsit remitti, pœna tñ antea non, quia remitteretur pœna & reatus. propterea. Saly. poſt Iaco. Bu. in l. caſtitati. C. ad

2 l. iul. de adul. dicebat † quod reſcriptũ dans remiſsionem pœnæ infligende ante cõmiſſum delictum nõ valeat, quia inuitat ad delinquendum. & quia remiſsio fit penitenti, ſed penitere & operari ſimul ſtare non poſſunt, quæ ratio vltimo loco poſita militat et in filijs in quibus ſecundum Saly. delictum præſumptum punitur, & ſic eis dolus futurus præſumptus remitti vr̃ qui non vr̃ poſſe remitti ſicut nec verus dolus. vt ſingulariter dicit Pau. de Ca. in d. l. ſi vnus. §. illud. ff. de pac. Secundo cõfirmatur, quia princeps non poteſt aliquid turpe vel inhoneſtum facere, quia licet ſit dñs legum, non tñ eſt dñs morum, vt ſingulariter dicit Bald. in peculio ſuo ſuper Inno. & facit quod idem tradit in l. ij. C. de ſerui. & aqua. & in. §. vaſallus ſi feudum. in ti. ſi de feud. fue. contro. Quia omne quod tendit ad materiam delinquendi eſt turpe quibuſcunq; verbis prolatis. vt ſingulariter dicit Bal. in l. j. in vj. col. C. de his qui pœnæ nomi. ſed in propoſito daretur occaſio delinquendi, ſaltem facilius cum pater magis amore filiorum ꝙ̃ timore proprie pęnę a delicto retrahi poſsit, vt deducit author. igitur talis remiſsio non vr̃ valida, vnde prohibita remiſsione pœnæ principali delinquenti ne tribuatur occaſio delinquendi vr̃ prohibitum omne pręparatorium. propter quod facilius perueniret ad illud, arg. l. oratione. ff. de ſponſa. quod tradit gl. in l. item quia. §. fi. ff. de pac. vnde eleganter Bal. inquit in l. j. C. quę res vẽdi. pro-

3 hibent. † ꝙ prohibitus portare vinũ prohibetur portare amphoram deguſtationis gratia, idem Bal. in c. nam concupiſcentiam. de conſti. pulchre dicit ꝙ prohibitum in termino prohibetur & in via. ſed in patre in quo pœna terminatur iſtud prohibetur, ergo & in filio per quem ſi impunis remaneret poſſet ad delictum via pręparari, omnino enim tollenda eſt occaſio delinquẽdi, l. ſi a reo. §.

Source : BIU Cujas

item quod vulgo. vbi Bar.ff.de fideiuſſo.l.
conuenire.ff.de pac.dotalibus.l.j.cum gloſ.
de eo qd certo loco.l.in cõmodato.in princ.
ff.commodati.gl.in l.ſcire.C.vt in poſſ.le-
ga.& propterea eleganter.dicit Bar.in l.cũ
lex.ff.de legi.& in l.omnes populi.de iuſti-
tia.& iur.ꝙ quãdo lex pœnam remittit,in-
telligitur pro præteritis caſibus & non pro
futuris ne præſtetur occaſio delinquendi,&
ſequitur Alber.in vlti.parte ſtatutorum.q.
lvj.incip.ſimilis quæſtio.Ange.in cõſi.lxij.
inci.ex themate.in ij.dubio. Saly.in l.ij.per
illum tex.C.de generali aboli.& alibi ſepe
docto.& propterea dicunt docto.ꝙ nõ va-
4 let†ſtatutum imponens pœnã pecuniariam
pro homicidio eo ꝙ occaſio delinquendi
præſtaretur.vt no.Hoſtien.& Abb.Moder.
in c.fina.de conſuetu.Albe.in ij.parte ſtatu-
torum.q.cxxij.incipien.item quęro.cum ſi-
mil.vt tradunt Ioan.de Ana.& Mod.in ru-
bri.de homicidio,et propterea traditur pro
firma cõcluſione ꝙ per legem vel ſtatutum
non poteſt introduci,vt filij ſpurij ſuccedãt
eo ꝙ patres facilius delinquerent & allice-
rentur homines ad delictum.vt tradit Fede
ri.de Senis in conſilio cccxxx.ordine meo
vbi ita conſuluerunt Iaco.Butri.& Pau.de
Leaza.ſequitur Bart.& ibi Ioan.de Imo.in
l.teſtamenti factio.ff.de teſta.Bal.in l.j.C.de
iure aureorum anulorum.et late Ioan.And.
vbi multa iura allegat in additio.Specu.in
titu.de ſucceſſ.ab inteſta.verſicu.quid ſi pa-
ter.circa finem.& Petr.de Anchar.in c.j.q.
xj.principali.de conſtitutio. Confirma-
5 tur † fortius quia vbi prohibetur remiſsio
pœnæ & illius diminutio videtur prohibi-
ta quia etiam quando pœna cõſueta minui-
tur occaſio delinquendi præſtari dicitur.li-
cet in totum pœna non tollatur.ad hoc alle
go tex.ſingularem in l.in operis.C.de pœn.
ſicque cum in propoſito diminueretur pœ-
na patris ex remiſsione facta filio præſtare
tur occaſio delinquendi quare ex omni ca-
pite talis pœnæ remiſsio non videretur va-
lida, & hæc ſunt quę longe magis aſtringũt
ꝙꝫ quæ per authorem deducuntur ſalua ſua
honorificentia dixerimus, quibus tamen
non obſtantibus contraria concluſio eſt ve
riſsima & intrepide tenenda quod videli-
cet valeat tale reſcriptum per ꝙ pœna re-
mittitur filijs,qui ex alieno non proprio pu
niuntur delicto, immo tale reſcriptum eſt
ſumme equitatis & iuſtitie.cum enim, vt ſu
pra diximus in quæſt.de filiabus.l.illa quiſ-
quis.cõtineat odium irrationabile,& quan
dam tyrannidem ſapiat reſpectu filiorũ qui
non deliquerunt,gratia in contrarium con
ceſſa valde fauorabilis ( eo ꝙ per illam a
ius primeuum nature & ciuile antiquum re
6 deatur, † ſecundum quæ non debet filiu
pro patre puniri ) cenſenda eſt, & ideo e
valde amplianda,per id ꝙ dicit glo.ſingu
laris.in c.ſtatutum.de pręben.lib.vj.facit c
ab exordio.xxxv.diſtin.& vulga.l.ſi unu
§.pactus.ff.de pactis.& propterea dicebat
ſingulariter Panormi.in c.veniens.de pr
ſcrip. colum.vj.ꝙ licet alias prælatus n
poſsit iura eccleſiæ remittere, tamen ſi re
mittat tale ius ex cuius remiſsione redea
ad primeuum ius & ſtatum valebit & te
bit remiſsio.& multa congerit Fely.in c
cum acceſsiſſent.de conſtit.nemini dub
quod ſi pœna filiorum quæ eſt ex cauſa
de odioſa cum puniantur culpa aliena
mittatur,redditur ad ius primeuum d
& ciuile antiquum vt præmiſſum fuit,e
tale reſcriptum,remiſsiuum illius pœnę
xime validum et fauorabile cenſendum
7 Confirmatur, † nam regulariter in de
ctis dicimus ineſſe obligationem natural
ex tacito conſenſu qui videtur ineſſe in d
linquendo facto ipſo future pœnæ conſe
re videatur eaq; ratione maxime ad p
obligatur,vt tradit glo.in l.j.§.fina.ff.de
ſtulan.& glo.in l.ſi ſeruus.ff.de his qui
infam. tex.ſingul.in l.imperatores.ff.de
re fiſci.in verſicu.tu huic pœnæ te ſubd
quæ obligatio non poteſt dici ineſſe reſ
ctu filiorum quin nec expreſſe vel taci
cto ipſo poſſunt cenſeri conſenſiſſe pœn
& ſic in eis omnino ceſſat cauſa obliga
nis ad pœnam quare nimirum ſi remiſ
eis facta valeat,& propterea lex dicit fa
le parcendũ eis qui non ſuo ſed alieno m
bo laborant.l.lege.C.de natur.libe.vnde
cet teſtator poſsit de bonis ſuis diſponere
ad nutum,quia diſponat teſtator & enim
vulga.§.diſponat. in authenti.de nupti.co
lum.iiij.tamen nõ poteſt facere vt propter
culpam vel negligentiam vnius ex hæred
bus ſuis alius qui non fuit in culpa puni
tur in ſua portione hęreditatis tam exoſ
iura habent quod vnus puniatur pro ali
tex.eſt ſing.i l.pater.ff.de hære.inſti.& ideo
nimirum ſi lex cõtinens talem punitionem
cenſeantur valde rigoroſa quam princeps
per ſuam gratiã moderare poſsit. Secun
do expreſsius deduco ad propoſitum for
malem deciſionem Bal.in loco ſatis trito v
8 delicet in l.reſcripta.C.de preci.impe.†vbi
dicit ꝙ licet principaliter delinquenti no
poſsit remitti pœna ante commiſſum del

Source : BIU Cujas

ctum tñ bene poteſt remitti ei qui ex alieno delicto punitur, quia tunc non vr quantum ad illũ remitti dolus futurus, ſed duntaxat pœna, alle. l. illud. ff. ad l. Aquil. & l. ſi familia. ff. de iuriſ. om. iudi. Tertio adduco deciſionẽ magis expreſſam Fran. de Are. in l. iij. in fi. iij. col. ff. de teſta. vbi elegãter dicit quod licet nõ valeant conſtitutio diſponẽs aliquid ad fauorẽ delinquẽtis per quam datur materia delinquendi, quia non eſt honeſta, & per conſequens nulla tñ ſi diſponat principaliter ad fauorem alterius qui nõ eſt particeps delicti, licet aliqñ pœna imponat vni pro altero. vt ipſe ibi loquitur in filijs ſpurijs qui puniunt ex delicto p terno conſtitutio principaliter edita in eorũ fauorem licet videatur dare occaſionem delinquẽdi patri eſſet valida, & pro hoc vr tex. quẽ ipſe adduxit in auth. quib. mo. natu. effi. ſui. §. fi. in verbo, non vtendo. vbi dicit tex. quod Conſtantinus promulgauerat quandam l. ſuper ſpurijs naſcituris in eorum fauorem ad quam imperator nõ habet reſpectum, quia non vtendo perempta eſt. & ſic datur intelligi quod antequã tolleretur per non vſum erat valida. & hoc probatur in eodẽ authẽ.
9 primus modus. vbi imperator ſtatuit † vt p oblationem curie filij efficiãtur legitimi & ſuccedant parentibus quæ lex videtur dare occaſionem pariter delinquendi. & ſequeretur quod non valeret. cap. cum haberet, de eo qui duxit in matrimonium, vbi permittitur, immo de neceſsitate, pater tenetur alere filios ſpurios, quæ tamen permiſsio videtur ampliare habenas concupiſcẽtie, ſed quia principaliter fit in fauorem filiorum qui puniuntur ex alieno delicto valet. debemus enim attendere principalem intentionem, & quod principaliter agitur l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cer. peta. l. qui exceptionẽ. ff. de condi. inde. et ideo in principe. Bal. concludit in l. cunctos populos. C. de ſum. trini. & fide cathol. quod poſſet per legem permittere ut relinqueretur filijs ſpurijs, & tñ non eſt dubium quin daretur occaſio delinquendi patri, igitur a fortiori ſi poſſet legem condere & corrigere iura contrarium dicentia & omnino tollere. poterit diſpenſare in caſu particulari. vnde Maria. Soci. in c. ad audientiam. pen. char. de ho. in
10 verſi. quinto articu. dicit † ꝙ in omnibus caſibus in quibus princeps pot legem condere ipſe poteſt diſpẽſare, immo facilius, nam legatus non poteſt contra leges ſtatuere, & tamen diſpenſare poteſt, vt tradunt But. & Imo. in clemen. ij. de reſcrip. per gloſ. ibi, & ſequitur And. Sicu. in c. cum omnes. de conſti. qui enim condere poteſt & relaxare iuri. vulga. & cum princeps per legem generalem poſſet ſi vellet & de hoc non eſt dubium cum ſit mere ius poſitum in totam legem quiſquis quantum ad pœnam filiorum abrogare, ergo a fortiori in aliquo caſu particulari poterit contra illam diſpenſare, & præſertim ibi non ex toto deletur pœna paterna, licet enim ſtatuta quæ tribuerent remiſsionem futuri delicti nõ valeant, tamen quando diminuunt de pœna ſtatuta, quia adhuc remanet aliqua pœna propter quam poteſt quis retrahi a delicto valent talia ſtatuta. ita ſingulariter tradit Nellus in prima parte ſecũdi temporis in ſuo tractatu de bannitis quæſtione. xj. vbi elegantiſsime loquitur, refert & ſequitur Ioannes Baptiſta de ſancto Seuerino in repetitione l. omnes populi. ff. de iuſtitia & iure. ſed in propoſito non ex toto pœna patri remittitur, ſed duntaxat diminuitur, non principaliter, vt dixi ad fauorem filij non delinquentis, & hoc eſt quod dicebat Bald. in. §. iniuria. de
11 pace iuramen. firman. vbi dicebat † quod licet communiter concludatur nõ valere ſtatutum quod imponit pœnam pecuniariam pro homicidio & remittit corporalem, tamẽ ſi illa pœna pecuniaria ſit magna vt veriſimiliter propter illam quis poſsit retrahi a delicto valebit tale ſtatutum. & ſequitur Pontan. in ſuis ſingularibus, & allegat text. nota. ad propoſitum in. §. pœna. inſtitu. de iniur. ſed in propoſito pœna, quæ vltra pœnam filiorum debet imponi patri quę eſt pœna mortis longe grauior quacunque pecuniaria nõ eſt dubium quin poſsit patrem retrahere a delicto, ergo valet remiſsio pœnæ filiorum, non enim eſt dubium quin in talibus maior ſit poteſtas principis quam legis vel ſtatuti. vt pulchre Bald. tradit in authenti. hoc amplius. C. de fideicommiſ. & facit l. ſi diuina domus cum ibi not. C. de exacto. tributo. libro decimo cum ſimilibus & huic fundamento reſpondeat author vel
12 Apollo. Confirmatur & fortius, † nam licet dolus verus futurus non poſsit remitti iuribus cõibus, tamen dolus præſumptus futurus remitti poteſt, ita ſingulariter dicũt Ioan. And. in nouel. & Anto. de Bu. in c. fraternitatis. de teſtibus, & idem voluit Bald. in l. j. in fin. C. de vſufructu. & facit glo. ſingula. in l. vbi extigitur. ff. de eden. quæ eleganter dicit quod licet minor non reſtituat aduerſus dolum uerum, tñ reſtituitur aduerſus dolum præſumptum, ſed in propoſito

Source : BIU Cujas

prout dic.l.quiſquis eſt in verbo metuūtur. præſumptus dolus & malitia filiorum puni tur qui præſumuntur imitatores morum pa ternorum.potuit aūt ille futurus dolus præ ſumptus remitti.ergo & pœna. Nec ob. ꝙ non ſit appoſita clauſula non obſtante &c. quia vbi conſtat omnino de mente princi- pis non eſt opus illa clauſula non obſtante. vt voluit eleganter Bal.in l.reſcripta.C.de preci.impera.offe.ſi bene ponderentur eius verba. & propterea Ant.de Bu.in c.ex par
61 fin.† Aut vero ſeditio fit in acie ſeu exercitu belli per ipſos milites ex propoſito & dolo,tunc capite plecti debent.l.iij.§.qui ſeditionem.ff.de re mil.vbi gl.ponit exēplū, primo in eo qui incitauit milites in aliquē & non in hoſtem.Secundo qñ quis retraxit ſeu remouit milites ſeuiētes in hoſtes ab illo propoſito.Tertio qñ incitauit ēt in hoſtē, ſed non ex prępcepto ducis belli,vt d.l.iij.§. in bello.vt fecit T.Mālius,filius T.Manlij Torquati conſulis,qui contra edictum cōſulum pugnauit aduerſus latinos,quamuis ꝓſpere pugnaſſet, pater ad ſe vocari iuſsit. Quando quidem inquit tu T.Manlij neque imperium conſulare,neque maieſtatem patriam veritus aduerſus edictum noſtrum extra ordinem hoſtem pugnaſti.Et quantum in te fuit diſciplina militarem, qua ſtetit ad hanc diem Romana res,ſoluiſti, neq; in eam neceſsitatem adduxiſti,vt aut reipu. mihi, aut mei meorumque obliuiſcendum ſit, nos potius noſtro debito plectemur,quā reſpubli.tanto ſuo damno noſtra peccata luat.Triſte exemplum, ſed in poſterum ſalubre iuuenti erimus. Me quidem cum ingenita caritas liberum, tum ſpecimen iſtud virtutis deceptum vana imagine decoris in te monet, ſed cum aut morte tua ſaucianda ſint conſulum imperia, aut impunitate imperpetuum abroganda, nec te quidē ſi quid in te noſtri ſanguinis eſt recuſare cenſeam, quin diſciplinam militarem tua culpa prolapſam pœna reſtituas, itaque velut emerſo ab admiratione animo cum ſilentio defixi ſteuiſſent, repente poſteaquam ceruice ceſa viſus eſt cruor.Tum libero conqueſtu coorte voces ſunt, vt neque lamentis, neque execrationibus parceretur, ſpolijſque contectum iuuenis corpus, quātum militaribus ſtudijs funus vllum concelebrari poteſt ſtructo extra vallum rogo concremaretur.Mālia nanque imperia non impreſentia modo horrenda ſed exempli etiam triſtis impoſterum eſſent,fecit tamen atrocitas pœnę obedientem duci militem.ita refert Titus Li-

62 uius octauo decadis.†non enim veriſimile eſt patrem velle mori filium l.qui vno.§. qui filium. & l.milites agrum.§.deſertorē. ff.de re mil.per quem tex dicunt doc.quod ſi pater filium qui commiſit aliquod delictum, puta crimen læſæ maieſta. offerat & exhibeat iudici,quod filius nō debet mori, nec eſt ita puniendus de quo per Cæpo. in ſua prima cautela.& Bal.in l.fi.in fi.C.de vſu.rei iud. et Iaſ.in l.de quibus.col.xv.ante fi.ff.de legi.& de ſeueritate & indulgentia parentum in liberos, vide Valeri.in v. circa fin.& Cy.& doc.in d.l.propter inſidias.qui accu.non poſ.& in iſtis tribus caſibus debent pœna capitali puniri.& tenet

63 Mar.de Laude.i trac.de mili.§.xlix.† Sed ſi per laſciuiam aliquibus rixantibus vel vociferantibus aut leuem querelam habentibus miles fecerit ſeditionem.debet militie gradu priuari d.l.iij.§.ſi intra vociferationem & in.§.ſi.in auth.de man.prin.vnde Iuſtinus lib.xij.grande narrat iudicium factum per Alex.Magnum qui dimiſsis veteranis exercitum ex minoribus ſupplet, ſed recentem veteranorum diſceſſum egre ferentes,miſsionem et ipſi flagitabant,nec annos ſed ſtipendia ſua numerari iubebant, pariter in militia lectos pariter ſacramento ſolui equum cenſentes. Nec iam præcibus ſed cognitio agebant,iubentes eum ſolum cum patre ſuo Hammone finire bella vt milites ſuos faſtidiat contra ille nunc caſtigare milites nunc lenibus verbis monere ne gloriam militie ſeditionibus infuſcarent, at poſtremum cum nihil profi eret verbis,ad corripiendos ſeditionis authores e tribunali in cōditionē armatā inermis ipſe

Source : BIU Cujas

deſilijt,& nemine prohibēte xiij.correptos manu ſua ipſe ad ſupplicia duxit, tantā vel illis moriendi patientiam metus regis vel hinc exigendi ſupplicia conſtantiā diſcipli na militaris dabat. & diuus Hiero.in xvij.
64 Epiſt.in iij.parte dicit,† pugillū fortitudo clamoribus incitatur paratas ad prælium acies, acutoſq; mucrones ſermo imperatoris accendit.& de pluribus alijs militaribus ſeditionibus uiſum eſt ſupra in exēplis enarratis ſecundū Valerium & alios ſupra alle. vnū non omitto in hac ſeditionum materia ſingulare,quod qñ aliquis expulſus de ciuitate propter ſeditionem & proditionē,vbicunq; arma eius ſunt depicta in ſui honorē, debent deſtrui,vt no. Bar.in l.eorū.per illū tex.ſing.ff.de pœ. & vbi ad infamiam talis proditoris eſt depicta imago,vt quia ſuſpēſus pedibus, vel aliquod aliud,ꝙ corrūpēs vel radens talē imaginem punitur in quingentis aureis.l.ſi quis id quod.ff.de iuriſdi. om.iudi.& ibi per doc.ita tenet Mar.Lau. in d.trac.de crimi.læſæ maie.§.xxvj.

FINIS.




# PERVTILIS
## Tractatus de percuſsionibus per dominum Odofred.

### SVMMARIVM.

1 *Percuſſus cū armis in rixa, ſi moriatur,an ex vulnere periſſe dicatur,& nu.5.& 6.*

Diſtingue, vt ibi.

2 *Vulnus ſemp cenſetur cauſa mortis,eo quid nihil intereſt an quis occidat, vel cauſam mortis præbeat.*

3 *Cauſa vicina præcedens inſpicitur, que ſequitur in forma præſumitur.*

4 *Iudicantem oportet cuncta rimari, & quid debeat iudex ſeruare in caſu vulneris ibi.*

7 *Quid ſi durante vulnere ſuperueniat alia infirmitas, & moriatur, an ex vulnere præſumatur mortuus.*

Diſtingue vt ibi.

8 *Quid ſi poſt ſolidatū vulnus,ſtimulus vulneris affligat,& refluentibus alijs humoribus moriatur, nunquid occaſione prim vulneris præſumatur mortuus.*

Diſtingue vt ibi.& nume.12.

9 *Quid de percuſſo cum modico lapide, vel bacculo,ſi ſuperueniente febri moriatur nume.13.*

10 *Voluntas et propoſitū diſtingunt maleficia.*

11 *Pœna non debet vlterius progredi quam delictum.*

14 *Delicti eſtimatio non debet ex poſt facto creſcere.*

15 *Inter occidentem & occaſionē mortis probentem,differt.*

16 *Dāni cauſam dans, videtur damnū dediſſe.*

17 *Occiſum accipere debemus ferro, vel modica re, ſiue magna.*

18 *Limitatio ad prædicta nu.15.16.& 17.*

1 SVPER hoc frequenter propter duplicitatē ambiguum in materia emerſit.ecce†ab aliquo cum armis aliquis fuit i rixa percuſſus,& moritur an pręſumitur ex vulnere periſſe,& ſuper hoc vt veritas liqueat, dic diſtinguēdum eſſe, aut certū eſt ꝙ mortifere fuit percuſſus aut dubium ſi eſt certū quod vulnus ſit mortale & tunc non eſt locus dubitationi.ff.ad l. Aquil.ait lex.§.qđ ſi mortifere,& l.ita vulneratus.in prin.eo.ti.ff.de verbo.obli.continuus.§.cū ita aut eſt dubium an ſit mortale,

Source : BIU Cujas

vel non. & lex vr̄ innuere ꝙ ſi poſt hmōi
vulnus deceſsit, ꝙ tunc ex eo vulnere mor-
tuus apparet. ff. ad l. Aquil. l. huic ſcripturę.
§. ſi ſeruus. verſ. ſi manumiſſus. in fi. Nō ob.
ꝙ in principio illius. §. dicitur mortifere,
quia expone vt putabatur, non tn̄ erat mor
tale, alias eſt contra prædicta l. ita vulnera-
tus, alias legis præſumptione occaſione vul
2 neris mortuus præſumit, † quia ſemper vul
nus cauſa mortis cēſetur, pro eo ꝙ nihil in-
tereſt an quis occidat, vel cauſam mortis p̄-
beat. ff. ad l. cor. de ſica. l. nihil intereſt. ff. ad
l. Aquili. l. qui occidit. §. pe. & l. qua actione.
§. celſus. & l. ita vulneratus in princi. extra
de homic. c. presbyterum, & c. de cætero. &
c. audientiam. Ad hoc eſt valde bonū arg. ff.
de dam. infe. l. damni. §. ſabinus. iudicat præ
ſumptio facti pręcedētis per ſubſequens. C.
de adul. l. ſi qui. ff. quib. mo. pig. vel hyp. ſol.
l. ſicut. §. ſuperuacuum. ff. de accu. l. ſi qui. §.
3 eiuſdē, & hæc eſt regula, † ꝙ vicina cauſa q̄
præceſsit inſpicitur, & conſideratur, quę ſe
quitur in forma præſumitur. ff. mand. l. ſi ꝓ-
curator. in princ. ff. depoſi. l. j. §. quod ſi tibi
4 vt. §. ſi ſeruus in fi. verum quia † oportet iu-
dicantem cūcta rimari. C. de iudi. l. iudices.
& iiij. q. v. iudicantem iudex qui habet iu-
dicare ſuper facti qōne aduocet et habet pe
ritos aſſeſſores, qui ſecundū artem conſide-
rata qualitate, quantitate, & loco vulneris
exponant et referant ſi vulnus fuit mortale
vel occaſione vulneris mortis cauſa pręceſ-
ſit. C. de re mili. l. ſemel. lib. x. de vent. inſpi.
l. j. extra de homici. ſignificaſti. Sed vt circa
hanc materiā nihil de contingentibus omit
5 tatur, † ſi poſt vulnus dubiū intercedente tē
poris interuallo modico vel magno vulne-
ratus deceſsit, an ſemꝑ ex vulnere vel occa
ſione vulneris mortuus præſumatur. & cir-
ca hūc articulum leges & canones varie vi
dentur, & vario modo loquuntur, & dicunt
quidā ꝙ præſumitur mortuus ex vulnere ſi
fuit mortuus infra tres dies, vt infra dicitur
ſi qua fęmina. & alibi dr̄, & aliqn̄ diu vixit,
& non dicit quantū, vt extra de homici. ad
audientiam. alibi dr̄ infra paucos dies, et nō
dicit quot dies, vt eo. ti. c. presbyterium, ali-
bi dr̄, ꝙ † ſi moritur poſt octo menſes pro-
pter temporis prolixitatē non præſumit ex
vulnere mori, extra de cle. percuſ. c. ij. Sed
argumento cōtrario ſumpto ex hoc procæ-
mio. c. vr̄ expreſſe concedi, ꝙ ſi infra octo
mēſes moriat, quod ex vulnere mori pręſu-
matur. ff. de offi. eiuscui mand. eſt iuriſ. l. j. §.
huius rei. quia cōtrariorum eadem eſt diſci
plina l. j. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Item
in lombarda, ſi moriatur infra annum poſt
vulnus præſumitur ex eo vulnere mori, vt
in ti. de plagis, hoc in omnibus plagis vel fe
ritis, Sed hac varietate modicū tempus aut
magnum tēpus arbitrio iudicis eſt relinquē
dum, vel committendū l. j. C. de iure deli. de
effractio. l. ij. §. j. vel ꝙ modicū ex dictis ſen-
tentijs arbitretur. ff. ſi par. hære. peta. l. anti-
qui. & in prædictis iuribus rationes ſpecia-
les non aſsignantur, quibus magis ad vnam
ex his quam ad aliam animū applicemus. l.
nenſennius. ff. de nego. geſt. & hæc ſunt ve-
ra, ſi vulnus non ſanatum durauit vſque ad
mortem. ff. quod cuiuſq; vni. nomi. l. tē eorū
§. quod ſi actor. & de in rem ver. l. ſi pater.
7 §. verſum. Sed † quid ſi durante vulnere
eodē ſuperuenit infirmitas alia & mortuus
eſt, nunquid ex vulnere pręſumit mortuus,
dic quod ſic, quia ſemper vulnus ad alia ac-
cidentia vr̄ cauſam dediſſe. c. presbyterū.
& c. ad audientiam de homici. & c. de cæte-
ro. ff. ad l. corn. de ſica. l. nihil. ff. ad l. Aqui. l.
qua actione. §. celſus. Sed hæc vera ſunt ſi
imperitia vel negligentia medicantium, vel
incuria ſeu culpa vel in cautela percuſsi nō
interceſsit. ff. ad l. Aquil. l. qui occidit. §. vlt.
& l. quas actiones. §. vlti. extra de homi. tua
8 nos. et c. exhibita. Item † quid ſi poſt vulnus
ſanatum & conſolidatum languor & ſtimu
lus eiuſdē vulneris ſicut ſepe accidit redun
dauit & affligit & refluentibus alijs humo-
ribus moritur, nūquid occaſione primi vul-
neris præſumatur mortuus dic quod ſic, qa
ſemper prima cauſa perſeuerare vr̄, & cau
ſam dediſſe præſumitur, licet ad tempus va
cantem. extra de homic. ad naturam. & c. ſi
quis ſemel de pœniten. diſtin. ij. & arg. ff. de
edil. edi. l. qui tertiana. C. de cur. furio. cū ex
his. explorato ſuper hoc ſemper cōſilio Me
dicorum, & præuiſa temporum quantitate
vnde infirmitas cauſetur, vt ſupra dictū eſt.
Si ergo mortifere vulneratus negligētia pe
rijt, licet mortuus ſit propter vulnus, nō tn̄
de occiſo agitur, vt ſupra in ver. Sed quid ſi
durante. in fi. Idē eſt ſi mortifere, & ab alio
ſit occiſus, vel ruina aut naufragio perijt. ff.
9 ad l. Aquil. l. huic ſcripturæ. §. j. Quid † ſi nō
mortifere, vt puta cū bacculo vel modico
lapide vel claui percuſſus eſt, ita quod oēs
Medici dicūt, quod propter vulnus nō mo-
rietur, & ſuperuenit febris, quæ eum tenuit
vſq; ad mortem, & Medici cōfitentur & di
cunt, ꝙ de eo vulnere non fuiſſet mortuus,
niſi fuiſſet febris, quæ ſuperuenit nunquid
percuſſor, de vulnerato, aut de occiſo tene-
bitur. et certe vr̄ ꝙ de vulnere teneatur, ar-

Source : BIU Cujas

gu.l.qui occidit.& l.huic ſcripturæ.in fi.&
l.ita vulneratus ad l.Aquil. item quia iniu-
ria ex effectu facientis tantum.ff.de iniuri.l.
10 illud . & † voluntas ac propoſitum diſtin-
guunt maleficia.ff.de furt. qui iniurie. non
enim delictum committitur niſi volũtas no
cendi interueniat.C. de ſicari.l.prima non
enim eſt veriſimile quod occidere volue-
rit,q calce vel gleba, vel lapide paruo per-
cuſsit.ff.ad l.Cornel.de ſica.l.j.§.diuus.Præ
terea dicit lex, quod ſi inferatur alicui mo-
dicum vulnus,quod res iſta non habet in ſe
11 delictum.ff.de edil.edic.l.j.§.ij.† non enim
debet vlterius progredi pœna quam deli.
ctum C.de pœnis.l.ſancimus.ff.de vulga. &
pupilla.ſubſtitu.l.ex facto.§.fina.&.§.Iulio
12 largius † pręterea credi debet Medicis qui
de egritudine teſtificantur C.de re mili.l.ſe
mel. lib.xij.in auth.de non alienan.§.quod
13 autem . Præterea † ex quo mortuus eſt ex
febre,non debet qui percuſsit condemnari
de occiſo ſicut ſi ab alio fuiſſet occiſus, vel
alio caſu mortuus, licet enim primo morti-
fere vulneraſſet eum, & alius ſecũdario in-
terfeciſſet, primus de occiſ. nõ teneretur.ff.
ad leg.Aquil.l.item mela.§.celſus.& l.huic
14 ſcripturæ.§.j.Præterea†non debet ex poſt
facto creſcere præteriti delicti eſtimatio.ff.
de regu.iur.l.omnis hæreditas.§.nunquam.
cum ergo non fuerit mortiferum vulnus,li
cet ex poſt facto & a caſu febricitauerit,
nec occaſione vulneris fuerit mors ſequuta
non tenetur de occiſo,nec debet pœna cre-
ſcere eius delicti , vt de occiſo teneatur, vt
not.d.l.omnis hæreditas.§.nunquam . Nec
obſtat quod ex percuſsione vel vulneris
occaſione,ſeu percuſsione febris ſuperuene
15 rit, & mors ſequuta eſt, quia † inter eũ qui
occidit , & qui occaſionem mortis præbet
differentia eſt.ff.ad l.Aquil.l.qua actione.§.
celſus.econtra vero videtur quod de occi-
ſo agi poſsit & teneatur quia occaſione vul
neris febris ſuperuenit, & ipſum inuaſit ex
16 qua mors eſt ſequuta & † qui occaſionem
damni dat damnum dediſſe uidetur ff. vi bo
no.raptor.l.pluribus.§.cum autem in fin.ff.
ad l.Cornel.de ſicar.l.nihil extra de iureiu-
ran.c.vltimo legitima diſti.ſtudeat.Nec ob-

ꝙ leue fuit vulnus,moritur enim quandoq;
quis ex leui vulnere de quo alius non mo-
reretur dicta l.qua actione.§.ſi quis ſeruum
egrum , Nec obſtat quod gleba terre , vel
modico lapide,vel fuſte eum percuſsit quia
17 † occiſum accipere debemus vel ferro,vel
alia re modica vel magna d.l.qua actione.
§.primo.Item argu.ad hoc quod legitur de
minore & muliere, quod occaſione prioris
actus incidunt in iacturam.ff.de iureiuran.
l.iij.§.ij.C.ad velleia.l.mulier perfectę ęta-
tis.Quid plura? videtur enim lex quaſi ex-
preſſa, vt videatur eum occidiſſe quum vul
nerauit licet poſt mortuus fuerit vt in eodē
titulo l.ait lex.& l.huic ſcripturæ.§.j.Ad
idem facit l.ſi vulnerato ſeruo, eodem titu
lo . Nec obſtat quod alibi dicitur differt
quod in quis occiderit vel cauſam mortis
dederit vel præbuerit d.l.qua actione.§.cel
ſus.quia verum eſt quod differt quo ad mo
dum agendi ciuiliter,vel quantum ad actio-
nem,quia quum occidit agitur actione.l.A-
quilie directa , quum vero cauſam mortis
præbet agitur actione in factum , Idem eſt
vtrobique quum agitur de homicidio licet
diuerſis actionibus . & tandem conſequitur
actione l.Aquilie vtili vel in factum ſubſi-
diaria contra illum qui occidit , vt argu.de
nego.geſt.l.antepenulti.& de ſeruo corrup.
l.& tantum.& ſi quis cau.eum qui.§.qui in-
iuriarũ.& no.ad l.Aquil.l.itē mela.§.ſi alius,
Ad quæ forte eſt diſtinguendum,aut animo
occidendi percuſsit,aut non & hoc perpen
ditur ex factis aut dictis præcedentibus,vel
ſequentibus aut ex qualitate ictus vel per-
cuſsionis & gladij cum quo percuſsit.ff de
ſicar.l.j.§.diuus.& l.lege.§.cum quędam &
argumen.de lega.j.ſi ſeruus plurium.§.fi.&
de legat.tertio.l.minus . primo caſu tenebi-
tur de occiſo.C.ad l.Cornel.de ſicar.l.is qui
cum telo.ff.de ſica.l.ita.cum ſimilib.vel dic
quod ſemper tenebitur de occiſo , ſed tamē
mitigabitur pœna, ex quo non animo occi-
dendi fecit vel percuſsit, vt legibus prædi-
ctis.& ff.ad l.Cornel.de ſicar.l.j.§.diuus.&
l.lege.§.cum quidam.Deo gratias.

FINIS.

Source : BIU Cujas

# TRACTATVS SVBTILIS ET ELEGANS DE LAMIIS ET EXCELLENTIA *vtriuſque iuris, cum nonnullis concluſionibus ad materiam hæreſis in practica vtilibus, ſpectabilis & egregij iuris vtriuſque doctoris domini Ioan. Franciſci PonZinbij Placentini.*




Illuſtri & excelſo iuriſcõſulto d. Iafredo Caroli Reuerendiſsimi, ac ampliſsimi ſenatus Regij Mediolani præſidi meritiſsimo, Ioan. Franciſcus Ponzinibius doctor Placentinus Salutem.

SCIO tibi multorum ingenia ludere & varias doctorum lucubrationes nomini tuo dicari, ita vt poſsis leuiora hæc & minuta opuſcula faſtidire. Veruntamẽ eam in te noui manſuetudinem ac facilitatem vt cum ſublimiora inſpexeris, humilioribus etiã pariter benigne aditum præbeas. Quam vt literatorum omnium fautor humaniſsimus habearis, & ad te veluti ameniſsimum diuerſorium omnes liberalium artium ſtudioſi libenter confugiant, & ueluti cõem patronum atq; aſſertorem amplectantur & obſeruant. verſabatur ſuperioribus diebus animus meus in materiam Lamiarum, quarũ perfectiones in hac vrbe Placentina valde frequentari cepere, & cogitabam quæ occurrebant, & vera, ac vtilia mihi videbantur in ipſa eadem materia, in qua plurime quæſtiones exorte ſunt ſcriptis demandare. Et cum id faciens inciderit vt arguendo dicerẽ ius noſtrum ſcientiam nequaquam logicorum more dici poſſe, & ad id longius progrediens excellentiã eius explicauerim, ita vt libellũ de Lamijs ac iuris ciuilis laudibus contextim confecerim, eum tibi ſapientiſsime Preſes ac nomini tuo conſecraui. Et potiſsimum ratione ꝙ tibi iucundiſsmum fore exiſtimaui illius ſapientie laudes intueri, cui impenſam ipſe operam a iuuentute nauaſti. Quam adeo familiarem longis vigilijs ac vehementi animi applicatione feciſti, vt illam Seruij ſulpitij tanquam delectabilem filiolam amplectaris, cui excellentem illam dignitatem & maximos honores quos comparaſti ſoles aſcribere, Nec iniuria ſi quidem eius beneficio factus es chriſtianiſsimo Francorũ regi chariſsimus, qui eum te ſanctiſsimo ſenatorio ordini in toto Mediolanenſi imperio præfecerit, facile ſignificauit qualem de tua moderatione, caſtitate, ſantitate, opinionem habeat. Cuius ſis apud illum authoritatis, et cum vt ſolet dici magiſtratus virum oſtendat in hac prouincia quãpluribus iam annis ſecunda fama gubernaſti, tanta ingenij magnitudine, tanta es integritate verſatus, vt inter doctiſsimos iuſtiſsimum, et inter iuſtiſsimos doctiſsimum poſsimus appellare. Accipe igitur libellum hunc exigue quidẽ facultatis ac tenuis ingenij, quem tue domi nationi propenſa voluntate offero. Et iube tuis felicibus auſpicijs prodire in publicũ, ac tuo fretum patrocinio delicatiorum cenſuram non reformidare. Vale.

Anto. Maria Merula ad lectorem.

Intima Frãciſcus quod Regnatoris olympi,
Iunxerit humanis legibus ore ſacro,
Ne mirere, virum hunc peperit Venus aurea mater,
Gratia ſic illi eſt matris ab vberibus.
Quod cecinit ſagã ſine mole accigier artes,
Hoc ab Atlantiade quo ſatus eſt decidit.
Iure ergo emunctus cui cõceſſere viciſsim,
Eloquium genitrix, & pater ingenium.

Source : BIU Cujas

## SVMMARIVM.

1 Lamie mulieres ad ludum demonis deferuntur per ipſum demonem.

2 Theologorum eſt ſacras tractare ſcripturas.

3 Princeps non debet ſe rebus immiſcere ſpiritualibus.

4 Theologia eſt omniũ ſcientiarũ digniſsima. Ius canonicum vel ciuile non eſt ſcientia.

5 Leges ſimplicitatem amplectuntur & ſubtilitatem reſpuunt.

Lex eſt voluntatria, opinatiua non paſsim neceſſaria &c.

6 Lex eſt localis, nõ omnibus prouidẽs caſibus.

7 Perito cuique de pertinẽtibus ad artẽ ſuam creditur.

8 Dubia in ſpectantibus ad fidem ſunt ad papam referenda.

Canones allegari poſſunt ſicut & leges.

9 Subiectum legalis ſcientie nedum circa mores, ſed eſt etiam circa fidem.

10 Leges a deo per ora prudentum & imperatorum promulgate ſunt.

11 Legibus ſubdi debet omnis homo.

12 Leges in quibus allegari poſsint.

13 Scripturæ ſacræ adiuuari debent et declarari per alias inferiores ſcientias.

14 Ius ars boni & equi dicitur.

15 Leges rationem & cauſam habere cẽſentur.

16 Ius ciuile eſt ſciẽtia practica et ſpeculatiua.

17 Negotia plura ſunt numero quã vocabula.

18 Scientia iuris eſt certiſsima, nobilis & omni honore digna.

19 Doctores iuris priuilegiati ſunt in multis.

20 Contẽnentes iuris doctores deteſtandi ſunt velut pecudes.

21 Doctores iuris ciuilis circa quæ verſari dicantur.

22 Scientia iuris ciuilis nobiliſsima eſt, nobiliſsimus reddens ſuos profeſſores.

23 Scientia iuris ciuilis ſapientia eſt & res ſanctiſsima.

24 Regere ſeipſum ſumma ſapientia eſt.

25 Scientia iuris ciuilis eſt omnium ſapientum dogma.

Legiſte et canoniſte qualem modum habeãt arguendi.

26 Scientia quelibet ſuas proprias imaginationes, rationes & diſputationes habet.

27 Facundia oratorum quale habeat officium.

28 Ratio legis ipſius anima dicitur.

29 Leges reſpuere ſubtilitates qualiter intelligatur.

30 Lex non dicitur voluntaria, cum etiã principis voluntas legem condens ratione regulari debeat.

31 Principis proprium eſt iuſtitiam exercere.

32 Reſcriptum principis non eſt cum alterius iniuria exequendum.

33 Principis ſtudium eſſe debet vt populus ſibi ſubditus bene viuat.

34 Lex rationabilis dicitur eo ipſo quòd probata non repetitur.

35 Reſpondere per verbum dubitatiuũ eſt philoſophicum.

36 Lex an ſit variabilis ſeu mutabilis.

37 Lex an ſit omnibus caſibus prouidens.

38 Iuris periti in dubijs ſunt adeundi.

39 Lamie ad ludum demonum realiter et vere deferuntur, & non tantum imaginarie.

40 Demon poteſt hominem de loco ad locum portare.

41 Deus per artem demonis multa contingere permittit.

Negatiua eſt non ens, & ideo improbabilis.

42 Diabolus quoad poteſt fidei noſtre reſiſtere nititur & eam impugnare.

43 Solẽnitas eadem requiritur in ſoluendo qua in ligando.

44 Præcedentia declarantur per ſequentia & econtra.

45 Factum aliquid eſſe non præſumitur niſi probetur.

46 Experimenta ſermonum verorum cũ rebus ſenſatis concordare debent.

47 Facta per artem diaboli nõ vera cenſentur ſed fantaſtica.

48 Iura de aliquibus loquentia locũ habent in non expreſsis in quibus eadẽ militat ratio.

Mulieres

Source : BIU Cujas

49 Mulieres ſuper quaſdam beſtias de nocte equitare & in momento multa terrarum ſpacia pertranſire falſum eſt.

50 Lamijs dicentibus ſe delatas ad ludum demonum & multa ſe feciſſe aſſerentibus nõ creditur.

51 Argumẽtũ de ſimilibus ad ſimilia eſt licitũ.

52 Confeſſio lamiarum eſt erronea & reſpuẽda eo quod illuſe ſint.

Confeſſioni rei in criminalibus regulariter non ſtatur.

53 Teſtes probare non poſſunt quæ tantum in ſpiritu fiunt.

54 Antecedens deſtructũ cenſetur ſi conſequens deſtruatur.

55 Loquẽtis virtus ſtat in hoc ſi bene diſtinguat

56 Lex ſit tantum de his quæ vt plurimum accidunt.

57 Poſſe nõ dicitur qui ſine adiutorio nõ poteſt.

58 Argumentum inefficax cenſetur quod inſtãtiam ſeu retorquutionem patitur.

59 Argumentum a ſeparatis in iure eſt nullius valoris.

60 Probatio non admittitur contra præſumptionem iuris & de iure.

61 Baptiſmus ad ſui eſſentiam nõ requirit perſonarum præſentiam.

62 Occaſio capi debet quæ benignius reſponſum præbet.

Lamias portare corpus Chriſti ad ludũ demonum & illud demoni offerere eſt falſiſſimum.

63 Lamias noctu domos ingreſſas ſanguinem ſugere paruulorum eſt erroneum.

Paruuli qualiter poßint ſtricari.

64 Demones, qui aliquem ad peccatum induxerunt contra naturam, abominantes fugere eſt credendum.

65 Participes & conſcij criminis non admittũtur in caſu delationis ad ludum demonũ.

Inquiſitores fidei cogere debent ad abiurãdum quod eatur ad ludum demonum.

66 Doctores iuris ciuilis vocari debent ad proceſſus & examinationes inquiſitorum.

67 Probationes in crimine hæreſeos debẽt luce meridiana eſſe clariores.

68 Hereticus cenſetur qui leui argumento a fide catholica deuiat.

Teſtes veriſimilia deponere debent.

69 Infamia attendi non debet quæ a perſonis ſuſpectis ortum habet.

Cogitatio in ſolo hereſeos crimine punitur licet effectus nullus ſequatur.

70 Confeſſio rei ad condemnationem ſufficit in ſola hereſi.

71 Confeſſio ad condemnationem ſufficiens debet eſſe veriſimilis et non equiuoca.

72 Confeſſus ſe alias iudicio hereſim abieciſſe in manu alterius inquiſitoris, non cenſetur ex noua confeſſione relapſus.

Confeſſio facta in pœnitentiæ foro nõ ſuiffi cit ad condemnationem.

73 Teſtes noui ſuper iiſdem examinari poſſunt capitulis in ſolo crimine hereſis.

74 Publicatio teſtium non ſit in crimine hereſis ſi inquiſitorum timeatur potentia.

Hereticus inquiri poteſt a pluribus.

75 Occultans hæreticum ſcienter tãquam hæreticus puniri debet.

Hæreticus poſt mortem inquiri poteſt & damnari.

76 Bona hæreticorum ipſo facto capiuntur velut publicata.

77 Hæreticus non auditur etiam in valde fauorabilibus.

78 Aduocatus, an poßit pro bannito aduocare.

76 Inquiſitores cognoſcere non poſſunt, an ſua ſit iuriſdictio.

80 Iudici per inquiſitionem procedenti et ſe informatum de fama dicenti non ſtatur.

81 Iudex ratione notorij nõ debet procedere niſi prius conſtet de notorij qualitate.

82 Demones inuocare et ab eis reſponſa petere, an ſit hæreticum.

83 Hæreſim ſapiẽtibus quando detrahendũ ſit.

84 Teſtes in crimine hæreſis cogi poſſunt ad teſtificandum.

Dicto vltimo teſtis ſtatur ĩ crimine hæreſis.



Source : BIU Cujas

*Examinatio teſtium in crimine hæreſis poteſt alteri committi.*

*Teſtes excommunicati & criminis ſocij admittuntur in inquirenda hæreſi.*

85 *Crimen ſpeciẽ hæreſis ſapiens puniri debet.*

*Prælatus ſuam ſed non eccleſiæ iniuriam remittere poteſt.*

86 *Blaſphemans deum non includitur in ſtatuto de pace habita cum offenſo.*

87 *Dolus in quibus criminibus culpe præponderet.*

88 *Suſpicione ſola in crimine hæreſis ad inquiſitionem proceditur.*

89 *Conieɛture quæ in crimine hæreſis ſufficientes dicantur arbitrio iudicis committitur.*

*Scriptura requiritur in eo qui ab hæreſi reuertitur.*

90 *Interpretatio confeſſionis in foro conſcientie ad ſalutem animæ in partem fieri debet deteriorem.*

*Malum ſemper præſumitur de malo homine & malo verbo quod ab eo profertur.*

LAMIARVM materiã quas vulgus ſtriges appellat, ſilentibus in iſtis natalitijs feſtis, iudiciorũ ſtrepitibus, tractaturus aſſumo quod ſcribitur Matt.iiij. cap. Aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatẽ & ſtatuit eum ſupra pinaculum templi. & infra. Aſſumpſit eum diabolus in montem excelſum valde. †Ex hoc arguunt multi, & aſſerunt mulieres iſtas ad ludum demonis, & per ipſum demonem deferri poſſe, quoniam ſi de quo magis ineſſe videtur & ineſt, ergo de quo minus auth. multomagis. C. de epiſ. & cle. l. quantomagis. ff. de iureiuran. cap. cum in cunctis. extra de electio. immo ſtante hac poſsibilitate, & ſecundum eos concedenda, inferunt credendum eſſe fore eas ad ipſum ludum omnino portari vere, quoniam ꝙ eſt poſsibile eſt admiſſibile. Verum quoniam ego contrariam ſententiam fauore fidei ſemper exiſtimaui benigniorem, non per modum concluſionis quoniam prudentiorum iudicio me ſubijcio, decreui in oppoſitum, inuocato Dei omnipotentis auxilio, nonnullas breuiſsimas rationes afferre. Verum quia videtur theologorum materia, quia de fide agitur, ne poſsit mihi obijci ꝙ ſcriptum eſt vj. q. iij. c. ſcriptum. vbi dicitur in alienã meſſem manum non apponas. Cenſui in primis aliã dubitationem excitare, videlicet. Nunquid canones legeſue adduci ac allegari poſsint ad interpretationem diuinarum ſcripturarũ ac ſeu ad declarationem vel deciſionẽ theologicarum quæſtionum. Nam hoc pacto ceſſabit obiectum, cognoſceturq́ maximã eſſe canonum ac legum poteſtatem, & propterea leges omni veneratione dignas. Atque quia ſicut aromatum ſolet eſſe natura, vt longe magis contrita redoleant, ſic & veritas quanto magis conteritur & oppugnatur, tanto clarior, expulſis nebulis, luce progreditur. Notando enim & diſputando bene & optima ratione decreuit Modeſtinus, dicit tex. in l. fi. §. mixta. ff. de mu. & ho. & ſecundum Ang. xxiij. qõ. vj. c. vides. ratio vincit per diſputationis pugnam. Arguẽdo ad partes, videtur, in primis leges ipſas vel cano-
2 nes nullo pacto ſic fore admittendas. †Et primo, quia talis interpretatio vr̃ tantũmodo ſpectare ad theologos, quoniã ipſi ſunt, vt habetur. xx. diſt. c. j. illi qui dicuntur tractatores diuinarum ſcripturarum, & propterea, vt ibi dicitur in expoſitionibus eorum. ſummis pontificibus præponuntur, licet in cauſis diffiniendis, ſecundum locum poſt eos mereantur, vana ergo videtur hæc diſputatio legum ſic adducendarum, quia nemo debet ſe intromittere circa pertinentia ad alium l. conſulta diualia, C. de teſ. Culpa. n. eſt ſe immiſçere rei ad alium pertinenti, dixi tex. in l. culpa. ff. de regu. iu. & bonus text. x. diſt. c. quoniam. qui dicit, pontifices ſe non immiſceant negotijs ſecularibus, quibus eſt præpoſitus princeps, & princeps ſe nõ immiſceat diuinis rebus, quibus eſt ſum-
3 mus pontifex prępoſitus. †Et propterea infertur ꝙ ſi princeps, qui eſt ſupra leges, inhibetur ſe immiſcere ſpiritualibus rebus, vt ibi, ergo fortius hoc ĩhibetur ſubditis eius. Vel ſic, ſi pontifices pro curſu temporalium tantummodo rerum imperialibus, debẽt legibus vti, ergo fortius ſeculares, quibus eſt denegatum ſe immiſcere ſpiritualibus rebus, debent poſſe ad allegandas ipſas leges, niſi pro temporalibus rebus admitti. Et facit ead. diſtin. cap. imperialium. vbi dicitur, imperium ſuis publice rei quotidianis adminiſtrationibus debet eſſe contentum, nõ vſurpare quæ ſacerdotibus domini ſolum

Source : BIU Cujas

conueniunt.& bonus tex.in authẽ.quomodo opor.epiſ.in prin.ibi,illud quidem diuinis miniſtrans, hoc autem humanis præſidens ac diligentiam adhibens. Et ideo glo. in verbo conferens.not. quod nec papa in temporalibus, nec imperator in ſpiritualibus ſe debent immiſcere. Et glo.in d.c.quoniam.per illum tex.dicit ꝙ non licet allega-
4 re leges vbi eſt canon. † Secundo quia theologia eſt ſcientia ſuperior & magis digna,vt habetur.x.diſt.c.leges.verſi. itẽ lex imperialis non eſt ſupra legem Dei, ſed ſubtus, vt ea.diſt.c. certum. & c.ſuſcipitis. Et probatur quia ſcientia legalis ſubijcitur Ethice,vt per gl. in proœ.decreti.quę Ethica eſt longe minus digna quam ſit theologia.ergo non expedit eam interpretari per ſcientiam longe inferiorem & minus ſcientificam,ac etiam plus religioſis interdictam c. non magno. & c. ſuper ſpecula.extra ne cleri.vel mona. Tertia quia ius ciuile vel canonicum non eſt ſcientia,quia legiſte vel canoniſte( vt inquiunt logici ) non habent modum arguendi,nec cognoſcunt per cauſas, ſed nituntur tantummodo authoritate legis vel canonis,quia dicunt, ita lex dicit, ita canon loquitur,ſed qui per cauſam non cognoſcit,nõ ſcit quia ſcire eſt rem per cauſam cognoſcere.xxiij.quæſtio.occidit de teſtibus. cum cauſam.& habetur primo poſteriorum,& ſecundo Metaphiſice.per Ioã. And.in proœ.ſexti in l.pupillus.vbi Bar.& Bald.ff.de acqui.hære.per Ang.in l.qui rome §.duo fratres.xiiij.col.ff. de verb. obli.
5 †Et facit,quia leges dicuntur amare ſimplicitatem,non autem ſubtilitatem, vt l. ſicut.circa fi.verſi.ſi debitori.ibi,hę autẽ ſubtilitates a iudicibus non admittũtur.ff.qb. mod.pig.vel hypo.ſolu.l.j.C.vt actio.ab hęre.& contra hęre.incip.ibi,nec propter nimiam ſubtilitatẽ,& in c.dilecti filij. in ver. prouideatis attẽtis,ne ita ſubtiliter,ſed ſimpliciter & pure, extra de iudi. Præterea lex eſt voluntaria, vt per Ariſtote. in primo de cœlo & mundo.& not.glo.inſti.u.de vſucap.dum dicit ꝙ ſufficit pro ratione voluntas.& probatur in l.proſpexit.ibi, quia ita verba faciunt.ff.qui & a quibus.ff.de lega.iij.l.non aliter.ff. de exer.l.j.§.ſi is qui. Nam quod principi placuit legis habet vigorem.dicit tex.inſti.de iure natu.gen. vel ciui.& non omnium quæ a maioribus noſtris conſtituta ſunt, ratio reddi poteſt.d.l. non omnium.ff. de legi. ſubiungens.l. ſeq. quæ incip.& ideo. Et ideo rationes eorum quæ conſtituuntur inquiri nõ oportet alioquin multa ex his quæ certa ſunt ſubuertũtur.& facit.l.benignus.ff.eo. vbi dicitur benignius leges interpretande ſunt, quo voluntas earum conſeruetur. Eſt etiam opinatiua & formidine permixta, vt videtur probari in.§.reſponſa prudentũ. in verbo, opiniones.inſti.de iur.na.gen.vel ciui.& in l.ſi me & Titiũ.in verbo,ſubſiſto.ff. ſi cert. pet.& in l.ſeruũ quoque,in prin.in verbo, ſubſiſtimus.ff.de procu. Item non paſsim neceſſaria,quia vt habet in c.licet, de regu. quæ ſpiritu dei aguntur, ſub lege non ſunt. & ꝙ no.Inno.in c. paſtoralis de offic. ordi. vbi habetur ꝙ homines poſſunt cum tanta ratione regi,ꝙ non ſubijcerentur exercitio legis.& not.do.Abb.in c. rex pacificus. & bo.text.in authen. de nup.§.ſi vero. colum.ſecunda eſt etiam variabilis.c.j.de conſti.lib.vj.& ff.de leg. l.non eſt nouum.cum
6 ibi notatis. †Item localis,quia non obſeruatur vbiqꝫ,vt in ca.ſuper ſpecula.ibi quia tamen in Francia & nonnullis prouincijs, laici romanorum imperatorum legibus nõ vtuntur,extra de priui. & facit quod dicit Comen.in ſuo conſi.xiiij.ad fin. qui dicit ꝙ Veneti non vtuntur iure communi, ſed iuſtitia naturali. Ad idem quia vt videmus, fere omnes ciuitates habent ſua ſtatuta & ſuos ordines,legibus communibus difformes & repugnantes. Viuimus etiam conſuetudinibus.ff. de legi. l. de quibus.§. ex non ſcripto.inſti.de iure.natu.gen. vel ciui.

Item nõ omnibus caſibus prouidẽs, quia non omnes caſus poſſunt ſub lege comprehendi, vt dicit textus.in l.neque.ff. de leg. ergo talis cognitio vel notitia non poteſt dici ſcientifica , quia ſcientia debet eſſe de immutabilibus, æternis & determinatis, vt per Ariſtote. v. Ethyco. & lex debet poni vniuerſaliter, & non particulariter , vt per eundem in loco præallegato , quia particularia ſunt infinita, quæ a nobis cognoſci non poſſunt , ſed cum ſit de actibus humanis,impoſsibile eſt vniuerſaliter verum dicere, quia eſt vtile, in aliquo caſu particulari oppoſitum legis obſeruari, & de quo multa exempla poni poſſunt & patet ex not.in l.omnes populi.ff. de iuſti.& iur. per Barto.in vj.quæſtio.& per id ꝙ not.Innocen.& docto.in capit. primo.de conſti.dum dicunt,ꝙ licet aliquando leges tranſgredi ex magna cauſa , ergo ad ſcientes theologos videtur relinquenda talis declaratio ac interpretatio , quia cecus, neſciẽs quo vadit,in foueam cadit c.quæ ipſis xx.diſt.& ignorantia eſt cunctorũ errorum



Source : BIU Cujas

7 mater.c.ignorantia. ea.diſt. †Quarto q̃a
peritis eſt ſtandũ c.fraternitatis. de frigi. &
malefi.c.ſignificaſti.el ij.extra. de homi.l.j.
circa princ.ff.de ventre inſpi.l.ſemel.C. de
re mili.lib.xij. ergo theologis peritis tantũ
in talibus eſt ſtandũ,vt etiã per Alex.in con
ſi.j.& conſi.cvij.volu.ij. poſt Pet. de Anch.
in q.incip. antiquis & modernis tempori-
bus. Quinto per text.in c. de quibus.xx.
diſt.qui ponens ad quos ſit recurrendũ cum
ſacroſancte ſcripture authoritas non occur-
rit,inquit.De quibus cauſis nulla ſoluendi
ligandiq; authoritas in libris veteris & no-
ui teſtamẽti & quatuor euangeliorum cum
totis ſcriptis appareat, ad diuina recurrite
ſcripta greca,ſi nec in illis ad catholice ec-
leſie hiſtorias catholicas ſcriptas manũ mit
tite.ſi nec in illis,ſanctorũ exempla perſpi-
caciter recordamini,ꝙ ſi in omnibus his in
ſpectis huius quæſtionis qualitas non luci-
de inueſtigatur ſeniores prouincie congre-
gate,& eos inueſtigate, ergo ad has perſo-
nas tantummodo eſt recurrendũ,& non ad
doctores legum,cum ſint omiſsi. Contraria
opinio tamen de iure videtur verior. Pri
mo per text. in c.relatam.xxxvij.diſti.vbi
formaliter dr̃.Abſurdum non eſt, ſi aliquid
ẽt ex eruditione cõi ac liberalibus ſtudijs,
quæ forte etiam in pueritia attingit,ad aſſer
tionem veri dogmatis cõferat,ad idẽ ea. di.
c.turbat.vbi dr̃ ꝙ etiam litere ſeculares ad
diſci,ac legi permittuntur, vt errores genti
lium legendo deteſtentur, ac vtilia quæ in
eis inueniuntur,ad vſum ſacre eruditionis
vertant. ergo nihil habet obſtare, quin &
multo magis leges, canoneſve ſic adduci
8 poſsint. † Secundo quia etiam papa ad
quem ſpectat deciſio dubiorum circa fidem
d.c.j.xx.diſt.cle.j.§.porro.de ſum.tri. & fi.
catho.glo in c.ſicut venire.de exceſ. præla.
alleg.leges & ſequitur eas,vt hr̃ in c. cum a
nobis.in prin.ibi,& canonica & ciuilia iu-
ra ſequentes diſtrictus inhibemus. de teſti-
bus,& alibi ſępe. Tertio quia ẽt canones
poſſunt ſic allegari.xx.diſt.c. de libellis, &
c.ſeq.& hoc nõ eſt dubiũ,ergo etiam leges,
ratione connexitatis,& inuitationis c.j. ex-
tra de ope.no nun.vbi leges non dedignã-
tur imitari canones,& ecõuerſo.Connexo-
rum enim eſt idem iudicium c.translato.ex
tra de conſti.not.glo.per illum text.in cap.
quo iure.viij.diſt.ſed leges & canones fra-
ternizant, ac quandam connexitatem ha-
bent adinuicem,ergo &c.& facit tex.in au-
then.de non alienan. aut permutan §.cum
autem.& in authẽ.de trien.& ſemiſ. in prin
ci.vbi idem dicitur de imperio & ſacerdo-
tio,quia non multum differunt, immo fra-
9 ternizãt. † Quarto quia ſubiectũ legalis
ſcientie non eſt tantum circa mores, ſed ẽt
circa fidem, quia nedum ſubijcitur ethice,
ſed etiam theologie,cum in ea etiam tracte
tur de anima & fide,& in ea habeamus mul
tos titulos,qui nos dirigunt in deum,& ten
dũt ad fidem. Et propterea glo.in l.iuſtitia.
ff.de iuſti.& iur.& inſti.eo.ti.in princi.dicit
ꝙ non expedit nobis legere theologiã,quia
omnia pertinentia ad fidẽ & ad diuini iuris
ſcientiam, reperiuntur in corpore iuris,
non eſt ergo ſpernenda iuris ſcientia cum
lex ſit ſanctio ſancta. Et cum dicat impe-
rator in l. cunctos populos. C. de ſumma
trinita. & fide catho. Cunctos populos,
quos clementie noſtre regit imperium, vo-
lumus in tali religione verſari, quam diui
nũ Petrum Apoſtolum tradidiſſe romanis,
religio adhuc ab ipſo inſinuata declarat,
hoc eſt ſecundum apoſtolicam doctrinam,
euangelicamq; diſciplinam,patris & filij &
ſpiritus ſancti,vna deitate, ſub pari maieſta
te,& ſub vna trinitate credamus & in auth.
quomodo opor.epiſ.§.nos igit̃ dicit. Nos
igitur maximam habemus ſolicitudinẽ cir-
ca vera dei dogmata, & circa ſacerdotum
honeſtatem,quam illis obtinentibus, credi-
mus quia per eam nobis maxima dona da-
buntur a deo,& ea quæ ſunt firma habebi-
mus,& quæ nondum hactenus venerũt, ac-
quiremus.bene autem vniuerſa gerũtur &
competenter,ſi rei principium fiat decẽs &
amabile deo.& hoc autem futurum eſſe cre
dimus, ſi ſacrarum regularum obſeruatio
cuſtodiatur,quam niſi laudandi, & adoran-
di inſpectores,& miniſtri dei verbo tradi-
derunt apoſtoli,& ſancti patres cuſtodierũt
10 & explanauerunt. †Pręterea dicuntur le
ges à deo,ex ore prudentũ, & imperatorũ
promulgate l.fi.& ibi glo.in ver. diuino.C.
de præſcrip.longi temp.§.quia igitur impe-
rium.in auth.de inſtru.caut.& fide. viij.di-
ſtin.c.quo iure.ibi, quia ipſa iura humana,
per imperatores & reges ſeculi,deus diſtri
buit humano generi,vt vj.q.iij.c.fi. Nã lex
cepit a deo in paradiſo,& ideo dicitur do-
num dei, & dogma prudentum, vt l.j.ff.de
legi.vnde Panor.in c.j.de iura.calum.dicit
ꝙ ſicut lex canonica poteſt dici partim po-
ſitiua & partim diuina, quia in parte ſubij-
citur ethice & partim theologie. Idem dici
debet de legibus ciuilibus, habito reſpectu
ad cauſam efficientem immediatam, licet
reſpectu cauſæ immediate efficientis dicãt

Source : BIU Cujas

tur diuinitus per ora principum promulga
te dicto capi.quo in re.& dicta l. fina. ergo
ſaltem intuitu cauſe a qua ſic emanarunt,
11 debent allegari poſſe. †Quinto quia hoc
etiam videtur perutile quia cum omnis ho
mo ſit ſubditus legibus, ergo adducta lege
quiſquis facilius obtemperabit veritati, &
hoc propter timorem pœne, quoniam legi
ſtandum eſt c.de capitulis. cum quatuor ca
pitulis ſeq.x.diſt.Et hoc etiam in foro con-
ſcientie,vt no.Bal.& doct.in c.quæ in eccle
ſiarum.extra de conſtitu.do. Abb.in proœ.
decre.Pet.de Anch.in conſi.xxj.incip.vide
tur prima facie dicendum.per Ioã. An.in c.
ij.de verbo.ſigni.in vj.per beatum Tho.ij.
ij.xcvj.q.& per Bald.in c. in omni. de teſt.
vbi eleganter dicit quod ideo in foro con-
ſcientie leges ſunt ſeruande, quia alias ſe-
queretur ꝙ omnis legum forma & ſubtili-
tas duceret ad inferos, & ſcientia legũ eſ-
ſet magis damnata quam maleficiũ. Et pul-
cherrime per Fede.de ſenis,conſil. ſuo xxj.
vbi etiam multis rationibus comprobat ꝙ
quis tenetur magis ſequi diſpoſitionem le-
gis quam conſcientiam eius. pro quo vlti-
mo bene faciunt et quæ not.in l.illicitas §.
veritas.ff.de offi.præſi.& per Pau.de Caſt.
conſi.ccxcvj.in j.parte nouorũ.& dicit glo.
in cle.ad noſtram.in verbo,ieiunare.de hę-
re.& ibi do.Card.& Imo.in rubr. de cõſti.
col.vj.Abb.in c.ſolite.in ij.colum.de ma.&
obe.& in c.omnis anima.de cenſi. ꝙ nõ eſt
aliquis adeo bonus vel perfectus, qui non
12 ſubſit legi.†Et ſic ex hac concluſione,quæ
fundatur ſuper vtili, debent leges ſic poſſe
allegari.& pro qua optime facit tex.in c.vt
cõmiſſi,circa fi.de hære.in vj. vbi iubetur
iuriſperitos debere ab inquiſitoribus auo-
cari,vt eorum proceſsibus aſsiſtant. & re-
cte factum,quia legiſte ſunt tractatores ma
leficiorum,& leges etiam tractant de male
ficijs,vt C.de malefi.& mathe. per totũ. &
C.de pag.& eorum temp.& ſacrifi.& C.de
theſau.l.j.lib.x.& alibi ſæpe. Et ſic patet,
contraria non habere obſtare. Et maxime
primum argumentum,dum dicitur, vanam
eſſe hanc allegationem legum, quia immo
patet ꝙ eſt vtilis & non vana. Nec obſt.
text.in d.c.quoniam cum concor. quia illa
iura loquũtur in caſu diuerſo, quoniã aliud
eſt querere,nunquid imperator poſsit ſe in
tromittere in cauſis ſpiritualibus prout lo-
quuntur illa iura,aliud, nunquid leges poſ-
ſint induci in theologicis quæſtionibus, &
diuinis,prout dicit quæſtio noſtra. Et pro-
pterea do.Abb.in c.inter illa,in primo no,
de immu.eccl.quicquid dixerit glo. in d.c.
quoniam dicit ꝙ etiam vbi non deficit ca-
non,poteſt lex allegari,per illũ tex.& pro-
bat bonus text.x.diſt.c.j. vbi dicitur leges
imperatorum non eſſe omnino eruẽdas, cũ
eis ſæpe eccleſia vtitur contra hæreticos,&
ſæpe contra tyrãnos,& per eas cõtra quoſ-
cunque prauos defenditur. concor.ea. diſt.
c.ſi in adiutoriũ.vbi dicitur, & ſunt verba
Augu.ſi in adiutoriũ veſtrũ terreni imperij
leges aſſumendas putatis, non reprehendi-
mus.Nam fecit hoc Pau.& concor.tex.vbi
glo.in c.j.extra de ope. no.nunc.& xxxix.
diſt.c.j.in verſi.vt eorũ cautela eccleſie ſer-
uentur indemnes,& ſic videmus ꝙ etiã prę
dicatores in prædicationibus, & Theologi
13 in ſuis ſcriptis allegãt leges,& bene. †Nõ
ob.ſecundum,quia vt etiam eſt dictum, per
alias ſcientias inferiores poteſt ius ſacrarũ
ſcripturarum adiuuari & declarari, ergo tã
to magis per leges quarum ſcientia eſt ſubli
mior. Et facit quia etiã Chriſtus,cuius actio
eſt noſtra inſtructio,de conſe.diſt.j.ſollenni
tates per exempla rerum humanarum &
terreſtrium,declarabat altiſsima, & quę de
ſurſum ſunt,vt in euangelijs. Pręterea,vt
dicit Philoſophus.j.Phyſicorum.innata eſt
nobis in via cognoſcendi ab imperfectiori
bus. Nec ob. quod dicitur de.c. non ma-
gno.& c.ſuper ſpecul.quia hęc ſcientia, vt
ibidem notatur, non eſt omnino religioſis
interdicta, ſed cauſatiue, ſcilicet vt magis
theologie ſtudium amplectentur, vt dilata-
to ſui tentorij loco, funiculos ſuos faciat lõ
giores,attamen cum licẽtia leges addiſcũt,
& quas dedicerunt poſſunt docere,& alle-
gare,& ſic fit. Non ob.tertium, quia im-
mo ius ciuile vel canonicũ eſt ſcienti, patet
ex pluribus.Et primo per text. in proœ.ff.
circa princi.in verbo, profeſſores legitime
ſcientie conſtitutos, & ibi, prima veſtigia
cuiuſque ſcientie mediocriter tradentes.&
in iiij.colum.ibi,& hi qui rudes adhuc legi
time ſcientie capeſcende aſpirant. & in pe.
colum.ibi,nihil legitime ſciẽtie eius deerit.
& ibi,hæc ſola ſcientia finem habet mirabi
14 lem. †Secundo per text.in l.j.ff. de iuſti.
& iur §.j.ibi,ius eſt ars boni & equi. & ibi,
equi & iniqui notitiam profitemur, & ibi,
equum ab iniquo ſeparantes,licitum ab illi
cito diſcernentes.Nam ſi ius eſt ars. vt ibi,
& concordat tex.in proœ.ff.col.pe.ibi,nul-
la euenit arte, ergo eſt cognitio quia vt di-
cit Philoſophus. j. Poſteriorum. omnis ar.
& doctrina fit ex præexiſtenti cognitione
ſicut contingit in iure,cum in eo diſtingua-



Source : BIU Cujas

mus æquum ab iniquo, ſed diſtinctio nõ po
teſt fieri ſine cognitione. Nec hic poteſt ca-
pi ars pro habitu factiuo, ſi prædicta conſi-
derentur, quinimmo dicta verba oſtendũt,
vt accipiatur pro habitu ſcientifico, & per
demõſtrationes acquiſito. Oſtenditur etiã,
quia leges habent rationem & cauſam vt
ſubijciam. Et poteſt adduci tex. cum glo. in
l.j.C.de ſtud.lib.xj. dum iuriſperiti & me-
dici dicuntur eſſe Philoſophi, & viri pro-
15 fundioris ſcientie & doctrine. † Tertio
quia leges habent rationem & cauſam, &
ideo eam doctores, & præſertim legentes,
ſemper inueſtigant querentes de ratione du
bitandi, item de ratione decidendi, de ratio
ne dubitandi, quia lex nõ fit niſi in caſu du-
bio. l. labeo. ff. de carbo. edi. l. antiquæ. C. de
furt. In claris enim non eſt opus laborare.
ff. de verbo. oblig. l. continuus. §. illud. Item
quia de ſingulis dubitare non eſt inutile, vt
in prædicamentis Ariſto. & per glo. in l. iij.
C. de ſum. tri. & fid. catho. de ratione deci-
dendi, vt intelligatur ꝙ eſt cum ratione fa-
cta, ſicuti eſſe debet. iiij. diſt. c. erit autẽ lex.
& ſic multis alijs omiſsis, ex his conſtat ius
ciuile eſſe ſcientiam, & veram ex rationi-
16 bus & demõſtrationibus. † Conſtat etiã
quia non ſolum eſt ſcientia practica ſed etiã
ſpeculatiua, quoniam oportet prudentẽ iu-
re ſoluere nodos, quæſtiones & controuer-
ſias, quæ nunquam etiam cõtingerũt, quod
non poteſt fieri niſi per ſubtiles indagatio-
nes, & per ſpeculationẽ. Quo fit vt quia ſub
tiliter indagandum eſt & procedendũ per
argumenta, rationes, & ſimilia, & alijs va-
rijs modis, ſecundum regulas iuris, quas de
cet habere notas, quod deteſtandi ſunt illi
qui tantummodo, vt ſunt multi, qui vtun-
tur temeritate pro ſcientia contra tex. in l.
quiſquis. C. de poſtu. vel qui tantummodo
vadunt per repertoria, & qui nihil volẽtes
a ſeipſis excogitare, timẽt cõſulere vel pro
nuntiare, qm̃ id a doctoribus non reperiunt
factum. & hoc licet adſit bona ratio vel bo
num ſimile ſed male, quia vt etiam inquit
Pau. de Caſt. in l. clodius. ff. de acqui. hære.
pernitioſus eſt talis timor, & miſerrimus
eſt talis intellectus, qualiter enim ſciẽtia le-
galis fuiſſet augmentata, ſi ita feciſſent anti-
qui, quia noluiſſent cõſulere, niſi vbi reper
tum eſſet ita a doctoribus determinatum.
& concordat ꝙ dicit Boetius de diſciplina
ſcholaſtica, vbi etiam ipſe dicit. miſerrimi
ingenij eſt, nolle niſi inuentis vti. Et propte
rea rationibus imitendum eſt, quoniam vt
dicit text. in l. ij. §. ſed quia, C. de vete. iure
enucle. & in proœ. ſexti natura ſemper no-
uas deproperat ædere formas, & q̃ de no-
uo emergunt nouo indigent auxilio. l. di-
17 uus. ff. de reſtitu. in integ. † Item quia cũ plu
ra ſint negotia quam vocabula, vt l. natu-
ra. ff. de pręſcrip. verb. non poſſunt omnes
articuli ſigillatim decidi, ſed debet proce-
di per rationes ſimilia, vt l. non poſſunt. ff.
de leg. Et ſic patet etiam non habere ob-
ſtare, quod habetur per Philoſophum in j.
Metaphiſice. vbi dicit, ꝙ ſcientes, quorum
ſcientie non ſunt ad vſum, ſunt nobiliores
illis, quorum ſcientie ſunt ad vſum, quoniã
illud dictum non debet intelligi de tali ſciẽ
tia quę eſt ſpeculatiua, & practica. Aliter di
ceremus etiam theologiam vel medicinam
quas theologi & medici ſumme extollunt,
non eſſe ſcientias nobiliores, cum ſint etiã
ad vſum, vt patet. Accedat quia eſt etiam
ſcientia, quæ nedum verſatur circa mores,
ſed etiam circa ea quæ ſunt ad diuini iuris
vſum, vt ſupra eſt tactum, & etiam dicam
18 infra. † Eſt etiam certiſsima ſciẽtia, quia
habet finẽ quem non habent alie ſcientie,
vt in proœ. ff. col. pe. habetq; certiſsimas ra
tiones, cauſas & demonſtrationes, vt peritis
notum eſt, ſed vt dicit Philoſophus in proœ
mio de anima, vna ſcientia dr̃ nobilior al-
tera, vel ſubiecto nobiliori, vel quia eſt cer
tior, vel propter vtrũq; ſimul. Eſt ergo ſciẽ
tia nobilis & honore digna, quod ab effe-
ctu ẽt demonſtratur, quia per eam homines
fiunt nobiles, vt habetur in l. ij. §. fina. ff. de
excuſa. tut. l. prouidendum. C. de poſtu. per
Bar. Bal. & doc. in proœ. C. per Bar. in j. con
ſti. ff. col. iij. & in j. conſti. C. §. hæc quoque,
per do. Alex. conſi. xv. col. pe. & cõſi. xviij.
colum. fi. in fi. in j. volu. & conſi. xciiij. colũ.
ij. ver. ſed ita. eo. volu. & per Fely. in c. quã
to. de magi. Et propterea, vt per doct. ibi, in
famis & iudæus non poſſunt doctorari, &
bonus tex. in l. fi. in verſic. quive magiſterie
poteſtatis ſudoribus clarus factus eſt. C. vbi
19 ſena. vel clariſ. † Item quia doctores iuris
priuilegiantur in multis, vt per doct. in va-
rijs locis, & no. do. Alex. in l. centurio. circa
prin. ff. de vulga. & pupi. & per domi. And.
Siculum in conſi. lvij. incipi. ſcribitur apud
Iob. in ij. parte. & per domi. Paridẽ puteũ,
in tractatu ſuo ſyndicatus, in. §. doctor. &
ſeq. & in. §. mandauit rex. nam in eis verſa-
tur publica vtilitas, vt l. j. & ibi gloſſ. C. de
ſtud. lib. vr. Barto. & alij in l. j. ff. ſol. mat. &
per Cy. in l. j. C. de iur. & fact. ignoran. Pro-
batur etiam quia vt dicit do. Azo. in proœ.
inſtitu. ſcientia ciuilis facit profeſſores eius

Source : BIU Cujas

in orbem terrarum ſolenniter principari, & ſedere in aula imperiali. Et propterea refert Ange. de Peruſio, in l. cum ſalutatus. C. de ſenten. paſ. quod licet Papa recipiat omnes ad oſculum pedis, tamen Vrbanus Pa-
20 pa recipit eum ad oſculum pacis. † Vnde ex iſtis & multis alijs quæ adduci poſſent, merito iure inferri poteſt, ꝙ tanꝗ̄ pecudes deteſtandi ſunt, qui de facili & lubrico lingue doctores iuris contemnunt, & quod ſimiliter peſsime faciunt, qui volentes violare priuilegia doctorum prout ſepe iſtis temporibus fieri conatum eſt, faciunt hoſpitia militum in domibus eorum, quia hoc cędit dedecori tante dignitatis. & contra tex. expreſſum in l. ij. vbi etiã glo. C. de mune. patri. lib. x. Item etiam contra cõſuetũ, & cum leſione publice vtilitatis. & propterea dicit Paris de puteo, in dicto. §. doctor. quod officialis faciens hoc meretur ſyndicari. & ita dicit factum contra quendam poteſtatẽ de Theano, qui voluit milites hoſpitari in domibus cuiuſdam doctoris. ſuper hoc tamen eſt prouiſum per illuſtres præſides, &
21 regios ſenatores. † Demonſtratur etiam ratione exercitij, quia verſantur doctores circa diuina, circa cõe, & circa ea quæ ſtudet ciuitas & princeps, & circa alia optima. vnde Magnifici viri appellari debent, quia & ſic verſantes Magnificos viros appellat Philoſophus, quarto Ethico. & ita ẽt eos appellat tex. j. conſti. C. & in proœ. inſtitu. ſunt. n. doctores iuris, optimi iuſtitie & rei publice miniſtri inquit text. in l. prima. §. diſcipuli. & . §. fina. ff. de origi. iur. & dicit tex. in l. aduocati. C. de aduoca. diuer. iudi. hi qui dirimunt ambigua facta cauſarũ, ſueꝗ̄ defenſionis iuribus in rebus ſæpe publicis ac priuatis lapſa erigunt, fatigata reparant, non minus prouident humano generi, quam ſi pręlijs ac vulneribus, patriam parenteſque ſaluarent. Nec enim ſolos, noſtro imperio militare credimus, illos qui gladijs ac toracibus nituntur, ſed etiam aduocati militant. Nam patroni cauſarum, qui glorioſe vocis cõfiſi munimine, laborantium ſpem vitam
22 & poſteros defendunt. † Eſt ergo ſcientia nobiliſsima, iuris ciuilis ſciẽtia, cũ & ex ea fiant nobiliſsimi eius profeſſores, vt ſupra & quia nemo dat quod non habet j. q. vij. c. daibertũ. de iure patronatus, quod aũt, inſti. de libe. in prin. per glo. Immo eſt admirabilis & diuina, quũ dicat tex. in l. ij. circa princip. C. de vete. iure enucle. Nihil in legibus neꝗ̄ contrarium neque idem, neque ſimile inuenitur, vt ne gemine leges pro ſingulis rebus poſite appareant, ꝙ quidem cœleſtis prouidentie peculiare fuit & humane imbecillitati nullo modo poſsibile. & probatur, quia eſt diuinarum atque humanarum rerum notitia, iuſti atꝗ̄ iniuſti ſcientia, authore Chryſippo, vt l. iuſtitia. ff. de iuſtit. & iur. & inſti. eod. titu. in princi. Et a diffinitione non eſt recedendum, quia ſecundum Philoſophum. vij. Metaphi. diffinitio eſt ſermo indicans quid eſt eſſe rei per eſſentialia. & ſecundum Bal. in rub. C. qui admitti. allegã tem Boetiũ, diffinitio eſſentiam rei claudit, & alluſio ſiue Ethimologia intelligentiam rei. Et propterea Bal. in l. non ſine. C. de bo. quæ libe. dicit ꝙ illud dicitur in eſſe quod
23 conſtat ex ſuo diffinito. † Quinimmo eſt ſapientia ſecundum iuriſconſultum in l. j. §. proinde. ff. de varijs & extraordi. cog. qui dicit ꝙ ſanctiſsima res eſt ciuilis ſapientia, & facit quia ſecundum beatum Tho. ij. ij. q. j. arti. ij. de dono ſcientie. cognitio diuinarũ rerum vocatur ſapientia, cognitio vero humanarum rerum vocatur ſcientia, ſed cognitio legalis eſt huiuſmodi per iura allegata, & bo. tex. in l. j. C. de vete. iure enu. vbi dicit tex. Nihil tam ſtudioſum in omnibus rebus inuenitur, quam legũ authoritas, quæ & diuinas & humanas res bene diſponit, & omnem iniquitatem expellit. & ſic ſapientia, quoniam vt dicit glo. in d. §. proinde. ciuilis ſcientia eſt ſanctiſsima quo ad animã, & firmiſsima quo ad mundum. Et dicit Philoſophus ad Alexandrum ſapientia eſt conſeruatiua anime, ſicut ſanitas corporis, ſed hæc ſcientia eſt huiuſmodi, quia facit homines virtuoſos, dirigens eos in deum, tollens lites, rixas, controuerſias, & talia ex quibus ſolẽt ſequi homicidia & omnia alia multa, ergo eſt conſeruatiua anime & corporis, & ſic ſanctiſsima quo ad animam, & firmiſsima quo ad mundum, & ſic conſequẽter eſt
24 ſapientia. † Corroboratur, quia ſeipſum regere eſt ſumma ſapiẽtia, vt per Philoſophũ. de regi. princ. ſed hęc ſcientia nedum docet ſeipſum regere, ſed etiam ciuitates, prouincias, & omnem orbem terrarum, vt patet. & dicit text. in authen. vt omnes obe. iudi. prouin. ſine ea nihil factum eſt. & eſt præcipua aliarum, quum per eã reguntur omnia. Et probatur, qa decet iure conſultũ habere docẽdi peritiã. dicẽdi facundiã, diſſerẽdi copiã, interpretãdi ſubtilitatẽ, ſolertiã, fidẽ, bonos mores, & laudabilẽ vitã. C. de profeſ. q in vrbe cõſtan. l. j. li. xij. magiſtros. C. de profeſ. & med. lib. x. & in ꝓœmio inſti. §. cũꝗ. gnimmo debet ẽt alios pręcellere moribus



Source : BIU Cujas

& ſcientia.vt in illa l.magiſtros.nec immeri
to,quia doctores ſunt ad aliorum eruditio-
nes c.ſuper ſpecula.de magi.& dicit tex. in
c.glorioſus in ſanctis ſuis.de reliq. & vene.
ſanc.ꝙ ſunt luminoſe candele ardentes ſu-
per cãdelabrũ poſitę,quæ in vniuerſum cor
pus orbis terrarum,tenebris profugatis,ve
luti ſidus irradiat matutinum.& tex.in d.c.
ſuper ſpecula.dicit ꝙ fulgent veluti ſplen-
dor firmamenti,& veluti ſtelle ſunt in eter
nitates perpetuas permanſure.& tex.in ca.
multi.de pœni.diſt.ij.ꝙ ſunt radij ſolis. &
probat tex.in l.ſi arborem.§.ſi communem
in verbo, locus opacus, quoniã ſole cœpit
eſſe plenus.ff.de ſer.vrb.prædi.cum ibi no.
25 per Ange. †Ad idem quia eſt dogma om
nium ſapiẽtum vt dicit tex.in l.ij.ff. de leg.
& vera Philoſophia & non ſimulata,vt l.j.
ff.de iuſt.& iure.ergo eſt ſapientia,& ita di
ci debet,quoniam peritis in arte eſt ſtandũ,
vt dixi ſupra & eſt bona glo.ix.diſtin. cap.
veterum.& facit tex.in.§.reſponſa pruden-
tũ.inſti.de iure natu.gen. vel ciuili. & quia
etiam leges,& ſic ipſorum iuriſconſultorũ
verba,a romana eccleſia,cui, vt dicit̃ xxij.
diſtin.cap.j.iura terreni & cœleſtis imperij
ſunt commiſſa, ſunt approbata. Non ob.
quod legiſte vel canoniſte non habent mo-
dum arguendi quia eſt falſum,& patet,quia
etiam eſto quod non habeant eum modum
quẽ habent dialectici vel aliarum ſcientia-
rum profeſſores,hoc non expedit dummo-
do habeant modum ſcientificũ & concludẽ
tem,ſicut habent,quia ſecundũ Spe. in titu.
de aduo.§.nunc de exordijs.verſicu.quid ſi
aliter.quælibet ſcientia habet diuerſa gene
ra loquendi,intãtum ꝙ proprius modus lo
quendi in vna ſcientia,eſt abſurdus in alia,
& ſunt verba Augu. in c. locutio. xxxviij.
diſt.& dicit Philoſophus primo poſteriorũ,
26 †vnaqueque ſcientia habet ſuas proprias
imaginationes,rationes,ac diſputationes,&
bene,quia locutiones habent eſſe ſecũdum
ſubiectam materiam l.ſi vno.C.loc.& ſecũ-
dum Philoſophum primo Ethycorum.tunc
perfecte enunciamus,cum ſecundũ ſubiectã
materiam loquimur.de quo etiam per Bal.
in l. data opera.circa medium.C. qui accu.
non poſ. Et ideo indigne dicitur legiſtam
vel canoniſtam non habere modũ arguẽdi,
licet non logice loquatur, vel ſecundũ aliũ
modum.Nam vt inquit tex.in c.indignum.
& in c.eccleſiaſtica.xviij.diſt. canones non
ſunt reſtringendi ſub regulis donati, nec ẽt
ocioſis Philoſophorũ ſcholis. & facit quia
legiſte ſunt reales locutores,& rebus & nõ
verbis intendentes,quia non verbis ſed re-
bus leges imponuntur l.ij.C.com. de leg.&
commiſsi de elec.lib.vj.& ideo Bal.in l.ve-
teris.C.de contrahẽ.& cõmit.ſtipu.dicit ꝙ
leges ſunt vere philoſophie legales, & nõ
dialectice, & ponderat ad hoc illum text.
&concordant verba Io.An.in regula, infa-
mibus.de reg.iur.in vj.qui dicit,abſit ꝙ per
ſophiſticationes verborum naturam immu
temus,& ideo ſecundum eum in c.j.de con-
feſ.in vj.ex mente Dydimi ad Alexandru,
27 †Non artem bene loquendi diſcimus, nec
facundie oratorum rhetorũq; operam da-
mus,cuius officium eſt falſitatis ſermonibus
figmentare mendacia, & innocentie fidem
conferre criminibus,ac parricidij reos aſſi-
gnare pijſsimos, qui dum putant ſe aliene
laudis fructum per iniquam victoriam ra-
puiſſe,neſciunt munimentum ſuæ conſcien
tie perdidiſſe.pro quo facit tex.in c.ſedulo
xviij.diſt.qui præclariſsime ad propoſitum
loquendo dicit.Cordi caſto linguam exer-
citatam conferre non audeant & putẽt pro-
ponendas eſſe verbis ſententias, ſicut præ-
ponitur animus corpori, debetq; veriores
ꝙ diſertiores audire ſermones,ſicut pruden
tiores quam formoſiores amicos habere.
Similiter non obſt.ꝙ legiſte vel canoni-
ſte non cognoſcunt per cauſas, quia etiam
28 ex ſupradictis oppoſitũ probatũ eſt.†Quin-
nimmo ratio legis dicitur anima legis l. qđ
dictum.ff.de pac.& ſtrictius eſt obſeruanda
quam ipſa lex,ſecundum Bal.in l.quicunq;
C.de ſer.fugi.& in l.non dubium.in v.colũ.
C.de leg. & per eundem in l. ſi quis ſeruo,
C.de fur.vbi dicit qđ ratio eſt ſicut anima,
& verba ſunt ſicut ſuperficies.& in d.l.non
dubium.dicit quod eſt ſpiritus viuificans le
gem,omne dictum & factum faciens ratum
& firmum.& habetur per do.Abba.in con
ſi.j.in j.volu.Et dicit Bal.in l.nemo,in prin.
C.de ſenten.& interlo.omni.iud.quod ideo
francigene tantummodo allegant rationẽ,
& dicunt ſic eſt ratio legis, non autem di-
cunt,ſic eſt lex,vel lex ſic dicit. Sed con-
ceſſo etiam ꝙ ſimpliciter allegetur lex, vel
dicatur ſic lex dicit prout fit,quod ad rem,
cum talis allegatio non eſt ſine ratione,cum
lex contineat rationem, & ſit ratione facta
quo fit ꝙ allegata lege,etiam ratio legis ha
betur pro allegata. Nam & idem fit de di
ctis philoſophi, quia eius dictis ſimplici-
ter adductis philoſophantes acquieſcunt,
quod non eſt, niſi quod continẽt rationem
vel cauſam. Sicuti etiam de dictis Pytha-
gore refert Boetius in princi. ſuæ arithme

Source : BIU Cujas

tice, qui inquit, ꝙ ſufficiebat dici ſic Pythagoras dicit. & ad propoſitum ēt dicit Bal. in c. ad hæc. in vj. colū. de pace iur. fir. ꝙ leges non allegantur in curijs regum pro authoritate, ſed pro ratione. Breuitatis cauſa etiā hoc fit, quoniam gaudent breuitate moderni, vt inquit glo. in l. j. ff. ꝙ met. cau. & facit text. in l. ampliorem. §. in refutatorijs. C. de
29 appel. † Non obſtat ꝙ leges non amant ſubtilitates, quia non eſt verum, inquantum tractatur de interpretatione iurium, vel de enucleatione quæſtionum, & ad veritatem eliciendam, ſed ne ſubtilitatibus fiant deceptiones, peruertantur vera & recta iudicia, iniquitates equitati præferentes, in quo genere boni & equi, ut inquit tex. in l. ſi ſeruū. §. de illo. ff. de verb. ob. plerunq; ſub authoritate iuris ſciētie pernitioſe erratur, ſecus, & hoc eſt de quo proprie loquunt iura contraria, & id quod dicunt leges ſubtilitates non amare, quia eſt verum eas non amare, inquantum tendunt ad decipiendum, vt ēt declarat Pau. in c. dilecti, filij. in ij. col. de iu. vbi latius per eum, quę ſubtilitates ſint attēdende & quæ non, & aliquid per Ro. conſi. ccj. inci. omnipotentis Dei poſtulato ſuffragio, in propoſita conſultatione. Et probat tex. in c. ſi cupis, xvj. q. j. qui dicit habeo ſimplicitatem columbe, ne cuiquam machineris dolos, ſerpentis aſtutiam, ne aliorum ſupplanteris inſidijs.
30 † Non obſt. ꝙ lex ſit voluntaria, quia eſt falſum, vt ex prædictis cōſtat. Nec ēt ſola voluntas principis facit legē, quia immo debet eſſe regulata ratione. Nam & volūtas eius ſubiacet regule rationis, eſt enim animal politicū, ratione & mortale ſecundū Bal. in l. ij. C. de ſerui. & aqua. & ideo non poteſt iniquum ſtatuere, vt inquiunt d. Abb. & ſcribentes de conſti. c. j. & per beatum Tho. ij. ij. q. ix. arti. vj. & ſecundum Ange. in conſi. ſuo c. incip. ſanctiſsima. in iiij. col. opinioni eius non eſt ſtandum, ſi contraria ſentētia eſt rationibus melioribus comprobata. alleg. tex. in l. emilius. ff. de mino. & multa dicit Par. de Puteo in tract. ſuo ſyndica. in c. j. & ij. ꝙ non licet principibus nec regibus in aliquo excedere, nec quicꝗ facere, quod nō conueniat probatiſsimo ac ſapientiſsimo viro, & ſi aliter faciūt nō ſunt principes nec reges, & eis obediendum nō eſt, vt ibi latiſsime per eum, de quo etiā per Ioan. And. in c. j. de homic. lib. vj. poſt Hoſti.
31 ibidem, vbi dicunt † quod proprium principis eſt iuſtitiā exercere, & ſi deficit in hoc, auferretur ei nomen boni & religioſi principis, & ſi carebit nomine, carebit & re. C. de ferijs l. a nullo. C. de nup. l. imperialis. §. j. & de verb. ſig. c. nam & ego. Et concordat, quia rex dicitur a gerēdo. vnde debet regere, & non regi. ff. de leg. l. fi. alias non e ſt rex ſecundum Bal. in l. non ambigitur. poſt Cy. ff. de legi. & in l. poſt ſuſceptum. ff. de excuſ. tuto. & idem de imperatore, per Bal. in titu. de pace conſtā. in fi. et per And. de Iſer. in ti. qui. mo. feu. amit. §. ſimiliter ſi dñm vbi expreſſe dicit, quod male verſantes in regno ſunt priuandi regno. Et propterea nō eſt dicendum, quod ſola volūtas principis faciat legem, quia immo decernit ſecundum rationem & regulas legis & rationis. Pro quo facit, quia et ipſe atteſtatur ſe velle legibus uiuere l. digna vox. C. de legib. l. ex imperfecto. C. de teſt. cum concor.
32 † & ordinatū eſt, eius voluntatem vel reſcriptum cum iniuria alterius non eſſe exequēdum, immo eſſe nullum & irritum. C. de præci. impe. offe. l. quotis. et l. nec damnoſa. C. vnde vi. l. authoritatem. & ff. ne quid in loco, publi. l. j. §. merito. & C. de emanci. lib. nec auus. cum concor. & facit tex. in cle. paſtoralis. de re iudi. vbi ſententia principis, quia contra ius fuerunt caſſate, & annullate, & merito, quia vt inquit Pau. de Ca. in conſi. lxx. inci. In Chriſti nomine, quia fruſtra diſputaretur, in ij. parte, ſecundum ſtampam nouam, vbi etiā conſuluit contra quandam ſñiam principis, quia conſtitutio regni monarchia eſt de iure gentium, ergo nō debet contra illud poſſe, & ſic debet eſſe eius lex omnino cōis rationabilis & honeſta, vt in d. c. erit aūt lex. & xxiij. q. iiij. c. ſi eccleſia. in fi. & cōcordat tex. in authen. de inſtru. cautela & fide. ibi. quia igitur imperiū propterea Deus de cœlo conſtituit, vt difficilibus imponat ꝗ apud eum ſunt bona, & leges aptet ſecundum naturæ varietatem, & Paulo inferius. & dare in cōe ſubiectis quos Deus nobis tradidit prius, & paulatim ſemper adijciet. & tex. in auth. vt nō luxurientur contra naturam in
33 princ. ibi, † quia omne nobis eſt ſtudium & oratio, vt & crediti nobis a dño Deo, bene viuant, & eius inueniant placationē, & tex. in auth. de priui. dotis in prin. vbi dicit, vnā nobis eſſe in omni noſtre reipubli. & imperij vita, in deo ſpem credimus, ſcientes quia hæc nobis & animę & imperij dat ſalutem, vnde & legiſlationes noſtras inde pendere cōpetit, & in eam reſpicere, & hoc eis principium eſſe et medium & terminum. Nec habet obſtare allegata l. proſpexit. ff. qui & a quibus. quia ſecundum Bald. in d. l. ſi quis ſeruo, Immo lex illa quo ad Vlpianum con

Source : BIU Cujas

ditorem eius, dicitur habere rationem, &
eam Bal.aperit ibi, & idem Bal.in l.j.C.quę
ſit longa conſue.refert & commemorat Fe-
ly.in c.ſi qn̄.in vij.col.de reſcrip.in verſic.
circa rationem legis.Et poteſt adduci quod
dicit idem Bald.in rubri.de conſtitu.col.ij.
34 vbi dicit † quod lex ſatis poteſt dicit ratio-
nabilis eo ipſo quod non reperitur prohibi
ta,licet non poſsit demonſtrari ratio eius,ꝑ
gl.ſingu.in l.j.§.ſcientiam.in verbo, prętor
ratus.ff.de poſtulan.& per ea quæ not.Ar-
chidia.viij.diſt.fruſtra.vbi dicit idem de cō
ſuetudine, vt poſsit dici rationabilis, ex
quo non obuiat canonicis inſtitutis.de quo
vltimo habetur etiam per Bal.in c.cum ve-
niſſent,de eo qui mit.in poſ.colū.iij.vbi ſe-
cundum eum, conſuetudo in dubio debet
præſumi laudabilis, & bona, ex quo nō re-
perit prohibita,et placet ciuibus,quia quod
eis placet,generat concordiam, quæ eſt ciui
tatibus vtiliſsima. Non ob.quod ſit for-
midine permixta qa immo eſt firma & cer-
ta,cum ſit ratione facta,quæ vt eſt dictū fa-
cit omne dictum ratum & firmum, vt per
Bal.in l.non dubium.C.de legi.et probat in
l.ſolam.C.de teſtib.cum ibi no.in authen.de
hære.& fal.§.ſi vero.coll.j.in auth.de ſan-
ctiſ.epi.§.j.& in auth.de teſti.§.& licet.cum
35 concor.† præterea philoſophicum eſt reſpō
dere per verbum dubitatiuum,vt per ver-
bum forte, vt inquit gl.in l.cum res.§.ſed ſi
ſtichum.ff.de lega.j.Præterea leges quibus
vtimur ſunt approbate, quia quæ viſe ſunt
rationabiles vel bone fuerunt approbate,
ergo verborum qualitas non habet vitiare
ſiue nocere. Illud aūt ꝙ nō ſint leges paſ-
ſim neceſſarie,& ꝙ vbiq; non ſeruantur, ſi-
militer nō habet obſtare, quia nō ſequitur,
ergo nō ſunt ſcientifice & bone.Nā & alie
ſcientie ꝗuis nō ſeruentur vbiq;, tamen ex
hoc non ſunt minus verę bonę ac perfecte.
Nec attēditur id quod ſit, ſed id ꝙ fieri de-
bet l.ſed licet.ff.de offi.præſid.ſed leges de-
berent vbiq; ſeruari.l.leges ſacratiſsime.de
legi.et no.gl.in d.c.ſuper ſpecu.omnis enim
anima eſt ſubmiſſa imperatori, quia eſt do-
minus totius mūdi.l.deprecatio.ff.ad l.rho.
de iactu.& vij.q.j.in apibus.ergo &c.& fa-
cit,quia vt dicit gl.in cle.ad noſtrā.in verſi.
ieiunare.de hære.oīs etiam quantumcunq;
iuſtus ſubeſt legi,licet nō exercitio eius.&
no.d.Abba.in c.omnis anima.de cenſi.& in
d.c.rex pacificus.& ſentit Philoſophus.x.
Ethicorum,qui dicit ꝙ non tantum propter
iuuenes ſed etiā propter ſenes facta eſt lex.
36 † Nec ob,quod ſit variabilis ſiue muta-
bilis, quia hoc etiam ſimpliciter dictum e
falſum.Nā ꝗtū attinet ad ius naturale
gentium, hoc patet inſti,de iur.natu.gē.
ciui.verſi.ſed naturalia.quia illud eſt im
tabile. ꝗtum autē ad ius diuinum, idem
ibi,& in l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iure.
tum vero ad ius,quia ius noſtrum eſt
tite collectum,vt in.§.fi.inſtit.eo.dicit
licet immutetur aliqua conſtitutio,nō ta
ſcientia iuris immutatur, quum talis imm
tatio fiat ſecundum regulas iuris,quæ v
ſic fieri,neceſsitate vel vtilitate ſic exig
c.non debet.de conſan.& affi.lex enim d
bet deſeruire tempori xxxiiij.diſt.c.fra
nitatis.& iiij.diſt.c.erit autem lex &
de nouo emergunt nouo indigent auxi
de etate.§.cauſa.ff.de interro.act.& ide
Deus omnipotens ex his quę in teſtam
veteri ſtatuerat,nōnulla mutauit, vt d.
debet ob ꝙ d.Panor.in d.c.non debet
ipſe dicit quod licet ſcientiam ſit de inc
ruptibilibus, & impoſsibilibus aliter ſe
bere,vt habetur primo poſteriorum, nō
men expedit vt detrahatur ſciētię iuris,
ſi non ſit ſcientia,ex eo quod immutet
aliquo quia omnino eſt ſcientia, ration
de quibus ibi per eum.Pro quo faciunt
quæ no.per eundē in c.ij.in pœ.col.in
ſed reducendo ad concordiā.extra de p
ba.& per eundem in c.fi.in v.col.de cōſ
vbi ſecundum eum ex cauſa poteſt in
conſuetudo antiqua damnata,& etiam
ſtatutum contra canonem, quia hoc
mente legis, quæ eſt ipſa lex.Et facit,
ſecundum veritatem temporum & loco
etiam remedia & canones medicorum e
pedit immutari, & tamen immutatio e
quia ſit canonibus medicine ſic diſtantib
non arguit defectum, ſed potius bonitate
& ſcientiam,ergo idem in iure noſtro di
dum eſt, quia quod medicamenta morb
hoc exhibent iura negotijs, vt in auth.hæ
conſtitutio innouat conſtitutionem in pri
37 † Non obſtat ſimiliter quod non ſit om
bus caſibus prouidens,quoniam etiam hoc
eſt falſum,quia immo lege,ratione legis,v
ſimili poſſunt omnia decidi, vt dixi ſup
& facit tex.in l.ſcire oportet.§.ſufficit.ff.de
excu. tuto.& in c.ſecundo requiris.in fi.de
appel.& vbi ſub authoritate legis poteſt
allegari ratio naturalis, ratione legis vel ſi
mili deficiente.& no.glo.in c.conſuetudo.j
diſtin.& facit optime tex.in d.c.de quibus
xx.diſt.vbi ponens ad quos ſit recurrēdum
cum ſacroſanctæ ſcripturæ authoritas non
occurrit,dicit etiam ad exēpla eſſe recurr-

Source : BIU Cujas

ſum. Et quia ita fit ſeu fieri poteſt, igitur dixi ſcientiam iſtam eſſe ſpeculatiuã ſcientiam,& habere ſuos modos, & rationes arguendi et decidendi,& ſic conſtat ꝙ non eſt uerum,ꝙ ſit impoſsibile , ꝙ lex vniuerſaliter verum dicat,cum ſit vtile,oppoſitum legis in aliquo caſu obſeruari , quĩ immo tali caſu oppoſiti,lex quantumcunq; generalis recipit reſtrictionem, vel iure vtilitatis,vel neceſsitatis,vel cõgruentie vel veriſimilitudinis , vel honeſtatis , vel alijs de cauſis,prout expedit, & hoc omnino ex p̃cepto legum,quę mandant ſic fieri reſtrictionem,vt l.cũctos populos,cum ibi plene no. C.de ſum.tri.& fid.catho.in l.oẽs populi.ff. de iuſti.& iur.l.vt gradatim.ff.de mune. & hono.in l.fi.§.in compu.C.de iure deli.in l. ſerui noſtri.C.de noxali,in l.nec auus ff.de eman.liber.in l.ij.§.merito.ff.ne quid in loco pub.cum alijs concor.& in locis alijs notis. † Ad alia duo,vltimo loco obiecta,reſpondeo ꝙ immo ẽt ad peritos iuris debet haberi recurſus, vt patet in d.c.vt cõmiſsi. de hære.in vj.& c.fi.eo.ti.Præterea vt dicit gl.in d.c.de quibus.ſeniores dicũtur ſapientes.viij.diſt.c.porro.ſed doctores ſunt ſapiẽtes,vt ſupra probatum eſt ergo &c. Et ſic his contingenter dictis,remanet hæc j.q.abſoluta, licet taliter qualiter, ſed omnia ſint dicta ad honorem Dei,a quo profluunt ipſe leges.Ad cuius laudem accedo nunc ad aliã quæſtionem, in qua conſimilem ordinẽ obſeruans,dico ex multis videri in j.cõſideratione dicendum dictas mulieres deferri ad dictum ludum realiter ac vere,non aũt imaginarie, vel per illuſionẽ, † Et primo per confeſsionem earũ,quæ confeſsio in crimine hereſis vr̃ attendenda, ſecundum Bal.in l.non dicam rapere.in j.col.C.de epi. & cle. & in cõfeſſum nulle partes ſunt iudicis niſi in condemnando l.proinde.ff.ad l.Aquil.& dixit Magiſter veritatis dñs Ieſus, tu dixiſti,& dicit Ouidius, Non eſt confeſsi cauſa tuenda rei. Secundo quia experientia, q̃ (vt habetur j.Metaph.)eſt rerum magiſtra, ac ſingularium cognitio,& no.in c.q̃ ſit. de elec.& facit c.cupientes.in prin.eo.ti.in vj. & c.ſtatutum.de reſcrip.hoc multis ſic afferentibus fuit viſum & cognitũ, ergo ſic credendum eſt.c.in nomine dñi.de teſti.& in l. vbi numerus.eo.tit.Et faciunt quæ habẽtur in c.cũ oporteat.de accu.& in l.de mino.§. tormenta.ff.de quæſt. vbi fama publi.facit fidem. †Tertio quia hoc non eſt impoſſibile demoni,cum ẽt portauerit creatorem in pinaculo templi, & ſuper montem, ergo nõ debet ei cui ꝙ plus eſt licet,ꝙ minus eſſe non licere.vt in regula,non debet,de regul. iur.Immo conceſſa hac poſsibilitate,& quę videtur cõcedenda,quum ẽt alias perſonas portaſſe vr̃, quia vt dicit Philoſophus in j. de anima.& Bal.in l.conuenticulam. col.fi. C.de epiſ.& cle. Accidentia magnam partẽ conferunt ad cognoſcendum quod quid eſt. Videtur etiam cõcedendus actus iſtius delationis,& maxime coniuncta eorum confeſſione iurata. Quarto per argumentũ a veroſimili,quia ſi diabolus nititur adorari, vt Deus,cum etiã voluerit adorari a creatore, Matthæi iiij.c.& habetur in c.nec mirum. xxvj.q.v.col.iiij.verſi.ad hæc enim. contingatq; ea quæ inherent perſonis,per quas fallere nititur.vt ibidẽ.Et iſte mulieres dicunt ſe ire ad talem ludum delectationis gratia, & ſe ibidem adorare demonem,ergo veriſimiliter credendum eſt ipſum demonem eas portare ad ipſum ludum vere & realiter,ut etiam vere & realiter adoretur. Nam & a Saule Rege voluit adorari in vigilijs, vt dicit tex.in d.c.nec mirum. & idem a creatore.Item quia nititur facere vt Deus , argumentum enim a veriſimili eſt bonum text. eſt in l.ſi extraneus.ff.de condit. ob cau. & in l.lucius.§.titio.ff.de libe.& poſthum.in l.
41 fi.C.de hære.inſti. † Quinto ex ſimilitudine rationis,quia ſi Deus etiam multa alia permittit contingere ob artem demonis,vt probentur audientes quali deuotione & fide ſunt erga eum,vt habetur in d.c.nec mirum.circa fi.ergo eadem ratione credẽdum eſt quod etiam permittat talem declarationem, vt ſic etiam per hoc non probent hæc audientes,quali deuotione & fide ſunt erga eum . quod non contingeret ſi talis delatio non eſſet realis ſed illuſoria, quoniam nullus tentatus ire ad talem ludum veriſimiliter conſentiret ſe ad illum duci vel deferri, quinimmo quæ de eo dicuntur , veluti falſa ſpernerentur. Sexto quia hæc opinio videtur probabilior, cum ſit affirmatiua,quoniam dicere oppoſitum eſt negare , & qui negat nihil ponit. Negatiua enim eſt non ens & ſic improbabilis quia non poteſt directo ſenſui ſubiacere . Entium enim ſunt ſenſus , non autem non entium , ſecundum Philoſophum ſecundo de anima,& Bald.in l.ſecunda in fin.C.de erro.aduoc.& ideo dicit gloſ.in l.diem proferre.ff.de arbi. quod creditur magis duobus affirmantibus quam decem negantibus. Septimo quia præſumitur potius veritas quam fictio,l.tertia.§. hæc verba.ff.de negotijs geſtis,

Source : BIU Cujas

42 † Octauo quia Diabolus contradicit ho
nori Dei et fidei noſtre pluſquã poteſt, er-
go debet præſumi vel dici ꝙ magis realiter
deferantur, q̃ fantaſtice, & per illuſionẽ, vt
ſic vere etiam conculcent crucem, & vere
adorent ipſum demonem, & ſimiliter vere
omnia alia faciant quæ facere confitentur,
quia ſi vere fiunt, tendunt ad maiorem con-
temptũ Dei & fidei noſtræ, q̃ ſi in ſomnijs
ea fierẽt, vel per imaginationẽ, maior enim
prçſumptio tollit minorem l. diuus. C. de in
integ. reſti. mi. & habetur per Bald. in l. ſiue
poſ. C. de proba. Nono ratione contrario
rũ. quia ſicut realiter & expreſſe ac in præ-
ſentia perſonarum abrenuntiatur in baptiſ-
mo demoni & pompis eius, ergo debet dici
ꝙ ipſe demon velit realiter & in præſentia
perſonarum ſe adorari contrariorum enim
eſt eadem diſciplina xxxij. diſt. hoſpitiolũ.
in fi. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. in prin.
43 Et per Philoſophum ix. metap. † Item
quia eadem ſolẽnitas debet interuenire in
diſſoluendo quæ interuenit in confitendo.
Quodlibet em̃ debet diſſolui eo modo quo
colligatum eſt. dicit tex. in l. nihil tam natu
rale. ff. de regu. iur. Decimo per remotio-
nem. tex. in c. epiſcopi. xxvj. q. v. qui videt
huic parti multum repugnare. quia non ha-
bet obſtare, quia vr̃ loqui in alia ſecta, quia
mulieres de quibus ibi, & credentes eis dã
nantur quia ea quæ dicebant & credebant
ſunt impoſsibilia, qm̃ aliquid diuinitatis aut
humanitatis extra unum deum arbitraban-
tur. Credebantq; aliquam creatur fieri poſ-
ſe, aut in aliam ſpeciem tranſmutari ab alio
quam a ſummo creatore, quod eſt impoſsi-
bile, vt patet in verſic. & cum aliquid. & in
verſic. quiſquis ergo. Nam cum dicebant ſe
equitare ſuper quaſdam beſtias, credebant
illas beſtias fieri ab alio q̃ a creatore, vt in
illo verſi. quiſquis ergo. per quem verſicu-
lum ita vr̃ dici & debere intelligi illas mu-
lieres ſic tenere, & dicere licet tex. in verſi.
ſciendum. in princi. referat ſimpliciter illas
mulieres dicere ſe equitare ſuper quaſdam
44 beſtias nocturnis horis, † quia præcedẽtia
declarantur per ſequentia, & econuerſo, ſe-
quentia per præcedentia l. qui filiabus. & l.
ſi ſeruus plurium. in prin. ff. de leg. j. ſed hçc
ceſſant in iſtis mulieribus., quia licet ẽt ipſe
dicant ſe portari ſuper hircis nocturnis ho-
ris, tñ credunt eos eſſe demones ſic transfor
matos. Confitentur ſimiliter ſe parere domi
ne ludi, veluti demoni. ſed talis aſſumptio
forme non eſt impoſsibilis demoni, cum ẽt
ſe ſe transfiguret in Angelum lucis, ergo de

iſtis non loquitur ille tex, nec comprehen
duntur in eo, ceſſante eius ratione l. quod
ctum. ff. de pac. per gl. & Bar. in l. j. in ver
prudentia. ff. de leg. tuto. per Inno, in c. qu
translationem. in xix. col. extra de tenu
& in c. non miramur. de ſeruis non ordi
cto tex. in c. de multa. de çta. & quali. & p
Inno. in c. plerīq;. in fi. col. de immu. eccl.
ideo ẽt credere quod tales mulieres vad
ad ludum in corpore, non poteſt dici q
taliter credentes incidant in errorẽ, de q
in illo tex. & ſic in errorem paganorũ, ta
quam credãt ſimilia illis quæ credebãt p
ſonæ de quibus in illo tex. quia ſimilia d
tur eſſe illa, in quibus eſt omnimoda ra
l. non poſſunt. ff. de legi, l. iij. ff. de offi. pr
l. j. C. de lib. præte. per Pe. de Ancha. co
cccl. incip. in chriſti nomine, in prædicta
ſideratione, vel quorum qualitas eſt v
cundum Philoſophum vj. Metaphiſice
alleg. Cyn. in d. l. non poſſunt. & ſic ille
in verſi. & his ſimilia non habet obſtare
hæc non ſunt ſimilia. Contraria tñ ſente
45 videtur verior. † Primo quia facta
præſumuntur niſi probentur l. in bello.
pte. ff. de cap. & poſtli. reuer. l. quicunq
de publica. l. conſi. §. fi. ff. de cura. fur. ſed
hoc non conſtat nec probatur. vt infra d
Secundo per glo. in c. iuuenis. de ſpon
in c. j. de ſcrutinio, in cle. exiui. de verb. ſ
vbi in dubijs debet amplecti pars ſaluti
mabus, ẽt ſi ſit durior. Sed iſta ſecunda pa
videtur magis tutior & fauens animab
quia ea prædicata vera, remouentur ho
nes a malis deſiderijs, quæ forte appeter
tur conceſſa altera parte contraria vera
etiam oſtendam infra ergo vr̃ magis fauo
bilis, & amplectenda. Nam & in quauis m
teria, in dubijs benigniora præferũtur. ff. de
reg. iur. l. ſemper. cum concor. & facit q
dicit tex. in c. vlti. xix. diſt. benigniora ſu
imitatione, quæ ſunt excellentiora pieta
Tertio per argu. a minus veriſimili, qu
dicere quod talis delatio vera, & quod ta
ſubito talis perſone pertranſeant per tot
rarũ ſpacia, & quod faciant talia tam in ip
ſo ludo quam in eundo & redeundo quę
cuntur facere, eſt longe a veriſimili, ergo
putanda falſa, quia vt dicebat Auerrois,
46 refert Bal. in l. j. C. de ſer. fugi. † experim
ta verorum ſermonum debent concordar
cum rebus ſenſatis & no. idem Bal. in trac
ſchiſmatis, quem poſuit in rub. C. ſi quis a
quem teſta. prohibue. & in l. fi. C. de edi. d
ui adri. tollen. & in l. teſtium. C. de teſtib. E
propterea in d. l. j. dicit quod in regno Fra

Source : BIU Cujas

ciæ fuit caſſata quædam inquiſitio, quia nõ poterat verificari, ſecundum communem opinionem fruentium intellectu quia quod eſt longe a veriſimili, eſt quædam falſitatis imago, & bo.text.in c.quia veriſimile non eſt de præſump.cum ibi nota.& text.in l.ſi ita quis.in fi.ibi,nemo ſanus probauerint.ff. de euic.tex.i l.milites.§.oportet.C.de quæſtio.& dicit Bal.in l.teſtium.in penul.colũ. C.de teſti.quod magis creditur duobus teſtibus veriſimilia dicentibus, quam centum non veriſimilia,immo vt no.in d.c.quia veriſimile.tales teſtes non veriſimilia deponẽtes,ſunt ſuſpecti de falſo, & nõ creditur eis.

Quarto ab authoritate tex.in d.c.nec mirum.xxvj.quæſtio.v.vbi videtur concludi
47 †quod omnia quę fiũt ob artẽ demonis,ſiue fiant arte magica,ſiue necromantica,ſiue hydromantica,vel alia ſimili arte dicũtur fantaſtica & non vera, vnde in verſicu.ex his ergo dicitur. His ergo portentis per diabolorum fallaciam illuditur curioſitas hominum quando appetunt id ſcire, quod nulla ratione conuenit eis inueſtigare.ſubiungẽs in verſi.ſemper, ſemper ergo diabolus ſub velamine latens prodit ſe,dum ea confingit quæ inhiberent perſonis per quas fallere nititur,ergo authoritate illius tex.videtur dicendum quod ẽt iſte mulieres ſint illuſe.& hoc ex generalitate illius text.l.de pretio. ff.de pub.l.j.§.& generaliter.ff.de leg.præſtan.immo & multomagis,cũ ſint mulieres, & ſi qui ſunt homines,ſunt ruſtici, & perſonę faciles ad decipiendum.l.cum mulier.C. de donatio.inter vir.& vxo.& ignorantia dicitur cunctorum errorũ mater, vnde mulieribus & ruſticis iura ſubueniunt, vt nota. in l.j.C.de iur.& fact.ignoran.& in l.bonorũ.C.qui admitti.Præterea omnes ſunt perſonę reprobate,et corrupte circa fidem,circa bonos mores,& appetẽtes non appetenda,ergo idem in iſtis,quod in illis dicit,dici debet.l.illud.ff.ad leg.aqui.C.ad leg.fal.l.fi. l.a titio.in fi.ff.de verb.oblig.§.idẽq;.inſti.
48 quib.ex cau.ma.poſ.†Iura enim loquentia de aliquibus perſonis habent etiam locum in non expreſsis , in quibus militat eadem ratio, vt habetur per Pan.in c.nihil de electio.in c.fi.de reſcrip.in proœ.decre.& in c. tranſlato.de conſti.per doc.in l.ſi vero.§.de viro.ff.ſol.ma.per gl.& doct.in cle.j.de electio.in cle.auditor.in verſi.beneficio.de reſcrip.in glo.in auth.vt hi qui obliga.res.in verſicu.ad curationem.& gl.in auth.minoris debitor.C.qui tuto.da.poſſunt. Quinto per tex.i d,c.epiſcopi,qui ſi recte intueatur, videtur proprie emanaſſe ad tollẽdum hunc errorem.ſcilicet vt nõ credatur talia fieri in corpore, ſed in ſpiritu tantum quod patet ex diſtinctione & recitatione eius,qa
49 poſtq̃ fecit mentionem † quod ille mulieres teſtarentur ſe equitare ſuper quaſdam beſtias nocturnis horis,& ſe multarum terrarũ ſpacia intempeſte noctis ſilentio pertranſire recitaueritq; innumeram multitudinem hac falſa opinione deceptam , cum arbitraretur aliquid diuinitatis aut numinis eſſe extra vnum deum . Mandat vt patet in ver.qua propter.ea omnia reputari falſa,et non a diuino ſpiritu,ſed a maligno talia fantaſmata mentibus fidelium irrogari, & reddens rationem in verſi.ſi quidem quia ipſe ſathanas qui transfigurat ſe in angelũ lucis, cum mentem cuiuſque mulieris ceperit,& hanc per infidelitatem ſibi ſubiugauerit, illico ſe transformat in diuerſarum ſpecies perſonarum atq; ſimilitudines , & mentem quam captiuam tenet in ſomnijs deludens modo leta,modo triſtia,modo cognitas, modo incognitas perſonas oſtendẽs, per queq; deuia deducit . Subiungit poſtea quod hoc ſolus ſpiritus patitur, & quod infidelis hoc non in animo ſed in corpore euenire opinatur,& adducit exemplũ de Ezechiele propheta,qui viſiones dñi in ſpiritu,nõ in corpore vidit. & quod Paulus non audet dicere ſe raptum in corpore,ergo vidit.et quod venit ad determinandum non ſolũ talia fieri a ſpiritu maligno,& non diuino,ſed ẽt ea & illis ſimilia fieri in ſpiritu & nõ in corpo
50 re.Et propterea ſequitur † quod ẽt in caſu noſtro,licet uideantur he perſonæ dicere ſe portari a demonibus ſub hircorũ forma, & ſimiliter dicant ſe credere dominam ludi in cathedra honorifice modo ſedentẽ eſſe demonem ſic trãsformatum, quod tñ debet dici hæc & alia quæ ſe facere confitentur fantaſtice in ſpiritu ſibi obuenire,non aũt vere nec in corpore . Qui text.& ſi poſſet dici ꝙ loquatur in alia ſecta . Attamẽ hoc nihil eſſet,quia & ſi illa ſecta fuiſſet diuerſa ab iſta aliquo reſpectu , vt quia dicatur quod forte ille videbantur credere ea fieri a diuino ſpiritu,quod non videntur credere iſte,cum dicant illos hircos a quibus dicunt ſe portari eſſe demones, & dominam illã ludi eſſe demonem,non aũt perſonam diuinam, tñ omnino videntur ſimiles in hoc,quia ita credebant ille ea fieri in corpore ſicut ẽt credunt iſte,& hoc ſufficit quod ſit ſimilitudo in caſu de quo queritur. vt not.in c.cum dilecta. extra de cõfir,vti,vel inuti.& l.ſi creditor,

Source : BIU Cujas

ff.de ope.no.nunc.Et propterea cũ ille tex.
non ſolum damnet vt eſt dictum ea de qui-
bus ibi, inquantum dicebantur fieri diuini-
tus,ſed ẽt inquantũ fiunt a ſpiritu maligno,
quia ẽt inquantum fiunt a ſpiritu maligno
damnat ea fieri in corpore, nec vult ea cre-
di debere nec credi ſic ea contingere.certe
conſequenter ẽt ex eodem tex.debent dam
nari credentes ea quæ dicunt iſte eſſe vera,
quia iſta videtur ſimilia illis de quibus ibi.
Quum ẽt iſte dicant ſe ire ad ludum noctis
tempore & quod ſubito multa pertranſeũt
terrarum ſpacia,& quod ibi conuenit in nu
mera multitudo perſonarũ vtriuſq; ſexus,
& quod multas delectationes edendo, bibẽ
do,& coeundo, & aliis variis modis conſe-
51 quuntur.† A ſimilibus enim ad ſimilia licet
eſt argumentatio.l.nõ poſſunt.ff.de leg.l.ij.
ff.de offi.præſi.l.j.C.de libe.præte.c.in cau-
ſis.de re iudi.& maxime vbi in lege eſt ap-
poſita clauſula, idem in ſimilibus.ſicut eſt i
illo tex.in fi.ibi,& his ſimilia, ſecundũ Bal.
in l.de quibus.in ij.col.ff.de leg.vbi inquit,
quod talis lex tunc eſt ẽt latiſſime extẽden
da.& habetur per Io.de Lig.in c.fi.de con-
ſtit.vbi ẽt d.Anto.col.xij.& per Imo.in l.ſi
vero.§.de viro.ff.ſo.ma.& hoc ẽt non obſtã
te quod adſit aliqua diſsimilitudo, ſecundũ
Panor.in c.tranſlato.de cõſti.& in c.quem-
admodum.de iureiurã.per illum tex.& per
d.Anto.in c.non debet.de conſan.& affi.Et
ſic ſtante hmõi tex.diſpoſitione a qua p ſub
tilitates ſophiſticas nec argumenta licet re-
cedere.xvj.q.j.c. inſtitutiones.vij.diſt.c. nõ
decet.& ſeq.xix.diſt.c.enimuero. & ſequẽ.
xvij.q.iiij.c.ſi quis.§.qui autẽ.cum concor.
videtur ꝙ non habeant obſtare, arg.cõtra-
ria,quia vt dicit tex.in c.quidem.xxiiij.qõ.
iij.in fi.quicunq; aliter ſcripturam ſacroſan
ctam intelligit quã ſenſus ſpiritus ſancti fla-
gitat a quo cõſcripta eſt,licet de eccleſia nõ
receſſerit, tñ hæreticus appellari põt & ea.
quæſtio.& cauſa.c.hæreſis. Quibus tamẽ
etiam ſigillatim ac particulariter reſpõdẽs,
vt ſic hæc pars quam puto veriorẽ,niſi me
lior ſñia refragetur per reſponſiones parti-
culares perſtringatur,quia valet plus quod
ſpecialiter fit vel dr̃, quam quod generali-
ter.extra de hære.c.ſi aduerſus.extra de cõ
fir.vtili vel inuti.c.bone.xxiij.diſt.c. quan-
quam.ff.de iniur.l.item apud labeonem.§.
hoc edictum.cum concor.de quibus in glo.
ibi,& per glo.in rub.C.de ſer.& aqua. dico
52 ea ex infraſcriptis non obſtare. †Et pri-
mo non obſtat primum,quia cum tales per-
ſonæ ſunt illuſe vt eſt dictum,ergo debet di
ci quod ẽt earum confeſſio eſt erronea ne
admittenda.l.error.& l.cum poſt.C.de iu
& fac.igno.no.in l.de ætate.§.fi.ff.de inter
roga.actio. confeſſio enim debet continer
verum & poſſibile, vt per gl.Bald.& ali
in l.j.C.de confeſ.& per gl.in c.fi.de conf
in vj.ff.ad l.Aquil.l.inde neratius.§.fin.ſe
iſta reſpuunt ius & natura,ergo non ſequ
iſte mulieres ſic confitentur, ergo ſic eſt.
confeſſio longe diſtat ab actu, & quicqu
eſt cõtra naturam, deficit in ſuis princip
ergo naturaliter eſt impoſſibile. Præt
rea in criminalibus regulariter nõ ſtatur
li confeſſioni rei,vt per Bald.& Ang.in l.
C.de confeſſ.& dicam infra in ij.no. N
habet obſtare quod dicit Bald.in d.l.ſi q
non dicam rapere, quia eius dictum pro
dit in hereſi, inquantum perficitur in ſ
mente ex cogitatione,quo caſu bene,vt
quit ipſe,quia cogitatio mentis quam ſol
deus noſcit,non poteſt aliter probari ꝙ p
confeſſionem, ideo ſtatur ſoli confeſſion
ſed cõfeſſio,de qua in caſu noſtro cont
actum ab extra,& minus poſſibilem de
re & natura, ac ẽt minus veriſimilẽ.& ſ
poteſt dici ꝙ licet quo ad ea quæ credũ
ſtandum confeſſioni earum, quo ad puni
nem,quia talis credulitas pendet ab an
& voluntate,non tñ quo ad hoc, vt quid
53 ſit vel ſic fiat,ſicut aſſerunt. † Non obſ
cundum, quia cum hæc fiant tantummo
in ſpiritu,non poteſt de eis per teſtes de
ſu deponentes haberi vera ſcientia,&
non poteſt dici conſtare per experimen
quia non apparentium ſiue non entium n
la eſt qualitas.l.fi.ff.pro ſuo.l.eius qui in p
uincia. circa fi.ff.ſi cer.peta. Non conſ
etiam de aliquibus, qui ea realiter fieri
derint.& ſi eſſent aliqui,qui ita vellent a
ſtari,crederem quod ſi ſubtiliter interrog
rentur, vel non concludenter deponere
quia ea de nocte fieri dicuntur,& in loco ſ
litario,& præter naturam,vel potius & ſ
ſi dicerentur illuſi. Non obſtat tertium
quia talis conſequentia quæ fit de dicta c
feſſione,eſt falſa,ergo arg.ꝙ fit de ea eſt
54 lax & nullum,† quia deſtructo conſequ
ti in quo ſtat ratio antecedentis, deſtruit
etiam antecedẽs.C.de furt.l.apud antiqu
ff.de publ.l.ſi ego.§.ſi partem. & per Bal
in l.conuenticulam.C.de epiſ.& cle. Ite
quia non probat hoc eſſe ꝙ ab hoc cont
git abeſſe.l.non hoc.C.vnde cog.l.neq;
tales.C.de probat.cum ſi.Per quæ iura p
teſt etiam dici ꝙ nõ ſequitur,diabolus p
tauit creatorem,et aliquos alios,ergo tria

Source : BIU Cujas

portat has mulieres. Quinimmo videtur
poſſe attentari & negari talis poſsibilitas
per alle.tex.in d.c.epiſcopi.qui ex quo ne-
gat talem delationem & prædicta alia fieri
in corpore, videtur conſequenter negare
iſtum actũ poſsibilitatis, quoniam quod eſt
poſsibile,eſt admiſsibile.& tamen cum hoc
non obſtante non admittat talia fieri in cor
pore,& negando factum præcipiat ẽt quod
non credatur, illud certe videtur dicẽdum
ea ratione, quod ſentiat nec iſta a maligno
ſpiritu fieri poſſe, niſi in ſpiritu, & illuſo-
rie.nam ſi hæc poſſent fieri etiam in corpo-
re, non eſt credendum ꝙ ita ſimpliciter &
abſolute dixiſſet, talia euenire tantummo-
do in ſpiritu, & non in corpore, quia ſicut
quæ rerum natura prohibentur, nulla lege
confirmata ſunt l.vbi repugnantia.ff.de re-
gul.iur.ita ea quæ a natura conceduntur, a
55 lege tanquam poſsibilia admittunt. † Itẽ
quia loquentis virtus eſt diſtinguere, ſi di-
ſtinctio dari poteſt, quia vt inquit Seneca,
quem refert Saly.in l.filię meæ.C.fa.herci.
qui bene diſtinguit, eſt proximus veritati,
& indiſtincte loquens, reprehenditur tanꝙ̃
imperfecte loquens,glo.in l.ſi vehenda.per
tex. ibi in.§.j.& ſi.ff.ad l.rho.de iac.& ideo
diſtinguentis opinio ſemper dicitur melior
l.rogaſti.ff.ſi cer.peta.bonus text.in l.adeo.
§.cum quis.ff.de acquir.re.domi.text.in c.
literas.de reſti.ſpol.& ideo cum ille tex.in
quo defectus præſumi nõ debet,cum ſit ſpi-
rituſancto dictante factus,nõ diſtinguat,ſed
præcipiat non credi ea fieri in corpore, er-
go nec nos diſtinguere debemus.l.j.§.gene
raliter,ff.de lega.præſt.l.de pretio.ff.de pu
bli.cum concor.ſuadet etiam ratio, quia nõ
eſt credendum ꝙ conditores illius tex.non
recordati fuerint vel de Chriſto,vel de alijs
qui dicuntur aliquando fuiſſe portati de lo-
co ad locum, & tamen cum eis non attẽtis
dixerint illa non fieri in corpore,& referãt
exempla Ezechielis prophete et Pauli,quo
rum alter vidit viſiones domini in ſpiritu,
& alter non audet dicere ſe raptum in cor-
pore,ergo dicendum eſt ꝙ noluerint exem
pla illa de Chriſto & alijs portatis de loco
ad locum in aliquo conſiderari.nam & exẽ
plis non eſt iudicandum.l.nemo.C.de ſent.
56 †Item quia ex his quæ raro accidunt,nõ
fit lex nec regula ff.de regu.iur.l.ea quæ ra
ro.& l.iura, cum duabus.ll.ſequen.ff.de le-
gi.& not,per gloſ.in l.ex his.ff.eodem quæ
dicit ꝙ ex eo ꝙ Lazarus reſuſcitatus fuit
a mortuis,non propterea debuit fieri lex de
reſurgentibus a mortuis,& facit tex.qui cõ
cordat in authen. vt ſine prohi.mul.deb.§.
quia uero.& quod habetur per beatũ Tho.
in ij.ſenten.diſtin.xj.art.iij.in corpore quę-
ſtionis & ſolutio, argu.& per Rayn.in ſua
ſumma in titu.de Angelis.vbi dicunt ꝙ etiã
antichriſtus habebit Angelum bonũ in ſua
cuſtodia, ne lex communis immutetur pro-
pter vnum. Facit etiam,quia vt dicit glo.
in c.ſi enim in verbo,a morte domini. & in
verbo, ad inferna.de pœn. diſtin.ij.colum.
penulti.per mortem dei,diabolo eſt adem-
pta poteſtas mundi, & relegatus eſt in infer
no,vbi erit ligatus vſque ad tempus anti-
chriſti,quo tempore tunc nõ ſoluetur a pœ-
nis ſed a vinculis, vt exerceat vires ſuas in
malos. & propterea vt tollatur obiectum
de Chriſto,& quia fuit portatus ab ipſo dia
bolo ſiue aſſumptus ex permiſſu eius,poteſt
inferri & dici ꝙ ſi non conſtat de permiſſu
dei,quod nullo modo poſsit vel debeat con
57 cedi talis delatio. † Nam & de iure dicitur
quem non poſſe, qui ſine adiuncto non po-
teſt, vt in c.j.de rebus eccleſi.non alie,vbi
dicitur prælatum non poſſe alienare, quia
ſolus ſine conſenſu capituli non poteſt.ſicut
etiam dicitur de minore, quia ſine decreto
iudicis non poteſt.C.de prædi.min.l.non ſo
lum.C.de adminiſt.tuto.l.ſi quidem.& l.lex
quæ tutores.Poſſet etiam per modum obie-
ctus dici, ſi diabolus ſic poteſt,cur in paucis
& abiectis perſonis tantum hoc facit, cum
ſit indifferens & tentator vniuerſalis mun-
di.Et iterum ſi id facit in iſtis tantum,a qui-
bus habebimus teſtimonium fidele & indu-
bitatum, cum talium perſonarum non ad-
mittatur teſtimonium, vt ex illo text.in c.
epiſcopi,& facit l.iij.ff.de teſtib,qui dicit te
ſtium fides diligẽter examinanda eſt, ideo-
que in perſona eorum exploranda erunt in
primis conditio cuiuſque, vtrum quis decu
rio an plebeius ſit,& an honeſte & inculpa-
te vitæ, an vero quis notatus & reprehen-
ſibilis,an locuples uel egens ſit,an lucri cau
ſa quid facile admittat, an amicus vel ini-
micus. & concor.text. in capitulo qualiter
& quando el ſecundo & in cap. cum opor-
teat. de accuſa. vbi fama debet habere or-
tum a perſonis fidedignis & honeſtis. Ab
alijs autem facile haberi non poſſet,nec ve
riſimiliter, rationibus ſupra adductis in re-
58 ſponſione ſecundi argumenti. † Argu-
mentum ergo de Chriſto patitur retorquu-
tionem, ergo inefficax capitulo ſi romana,
cum gloſ.in verbo, ſuffragari,xviij.diſtin.
Et ſic ẽt non mirum ſi in d.c.epiſcopi, dicaẽ
tales delationes eſſe illuſiones,& credentes

Source : BIU Cujas

eas eſſe infideles & illuſas. Quicquid tamen ſit de hac demonis poteſtate principalis cõcluſio vr̃ vera. Non ob. quartum, quia nõ ſequitur, diabolus nititur adorari, ergo etiã defert tales perſonas vere & realiter ad locum ludi deſtinatum, vt ipſe inquiũt, vt ibi etiam realiter adoretur, cũ in domibus earum poſsit adorari realiter & vere, ſicut ẽt multe ex eis ſunt quæ dixerunt ſe ita in domibus earum, & tẽpore noctis adorare. Præterea nititur adorari eo modo quæ poteſt. Nam & a Saule rege non fuit adoratus niſi in forma imaginaria Samuelis & ſatis eſt ei ꝙ etiam adoretur mentaliter. Nam & deus omnipotens reſpicit ad cor. ſufficit enim ei, ſcilicet demoni hominis mentem habere captiuatam, vt ſi poſsit homo decipi & illudi.

59 †Ad quintum reſpõdetur ſimiliter quod non ſequitur, deus permittit multa mala fieri, ergo permittit ẽt hanc delationem realiter fieri, quia eſt arguere a ſeparatis, ꝙ lex non admittit l. naturaliter. §. in cõe. ff. de acqui. poſ. l. papinianus exuli. ff. de mino. facit c. nõ exemplo. xxvj. q. j. Tollitur ẽt hæc argumentatio per ea quæ dicta ſunt ſupra in reſponſione tertij argumenti. Præterea etiã eſto ꝙ fiãt hæc per illuſionem, tñ ſatis probãtur homines quali fide & deuotione ſint erga deum, quia non credere ac odio habere dicta, & aſſeuerata per iſtas mulieres, q̃a ſunt abominabilia probãtur audientes eſſe deuotos & fideles. Ad ſextum apparet reſpõſio, cum hæc pars appareat magis rationabilis & uera, per no. in d. l. diem proferre, nec in criminalibus minus creditur negantibus quam affirmãtibus, vt ibidem.
60 † Prętera iſta pars habet præſumptionem iuris, immo iuris & de iure, vt probatur in d. c. epiſcopi. ideo non admittit probationem in contrarium, vt no. in authẽ. ſed iam neceſſe. C. de donat. ante nup. Item negatiua probat etiam eoipſo quod nõ probatur contrariũ, per Bal. in l. ij. C. de erro. aduo. per Bar. in l. iam hoc iure. ff. de verb. obli. Non ob. ſeptimum, quia nõ vr̃ quid vrgere, propter ꝙ poſsint dici hæc magis vera q̃ ficta, licet in oppoſitum vrgeat, qm̃ procedunt a diabolo mendace deceptore, & qui multos nocendi modos habet, vt in d. c. nec mirum. et xvj. q. ij. c. viſus. & ideo tex. in d. c. epiſcopi. dicit illa de quibus ibi et illis ſimilia eſſe omnino falſa, cũ a ſpiritu maligno procedãt. Octauo patet reſponſio ex his quę relata ſunt ſupra in reſponſione ad quartum argumentũ, quia vt ibi eſt dictum, diabolus poteſt facere ſe adorari in domibus proprijs, & ibi ẽt facere conculcari crucem. Ad nonum p teſt reſponderi per id quod ſolet dici, nõ c ramus de modo, dummodo habeamus eff ctum, & ſeu ꝙ non refert, quõ quid ſit fa dummodo ſit factum, vt habetur per Bar. doc. in l. gallus. §. & quid ſi tm̃. ff. de liber. poſthu. quod maxime procedit in obliga nibus ſpiritualibus, quia in illis non atten tur forma, vt habetur per Pan. in c. fi. de re gul. & ideo dummodo diabolus habeat ſ ritum hominis & ſic intẽtum eius, debet
61 ci ꝙ nõ curet de modo nec de forma. P terea ad ſubſtantiam baptiſmi non requ præſentia perſonarum, ut probatur in c. d dum. de baptiſmo. inſuper nõ omne deſ tur eo modo quo colligatur, vt no. in d. l. hil tam naturale. ff. de reg. iur. in gl. nec tur quis a cõtione fidelium eo modo quo cipitur. patet per comparationem bapti ad anathema. ſic ẽt aliquando facilius q adimitur quam concedatur l. non ſtatim de peculio. Argumentũ ergo remanet ſ tum, quia ad tollendum argumentum ſu cit dare inſtantiam. j. q. iiij. c. ſicut vrgen per philoſophum. ix. Ethico. optima in tiarum eſt dicere quare non ſic, vt refert in d. c. ſicut. alias inſtantias ẽt tradit pl c. j. extra de regulari. Vltimo colligitur ſponſio ex narratis circa intellectum c qui videtur magis amicus literæ ac ratio bilior & magis fauere animabus, quia n xi, ſi pars contraria eſſet vera, inuitaren homines quodãmodo ad malos appetit quibus remouebunt prędicata illa falſa. propter hoc forte ẽt emanauit diſpoſitio lius tex. qm̃ vt dicit tex. in l. capienda occ
62 ſio. ff. de reg. iur. † capienda eſt occaſio q præbet benignis reſponſum concor. tex. l. ea quæ. §. j. ff. eo. quæ dicit, in re dubia be nigniorem interpretationem ſequi non m nus iuſtius eſt quam tutius, & concordat quoties. & l. in ambiguis. eo. ti. Poteſt et dici ꝙ iſte mulieres tribuant aliquid diui tatis aut numinis ipſi demoni, nam adorant eum, vt fertur, ideo credendum eſt ꝙ ſi miter teneant eum poſſe aliquid operari i virtute eius, quia & ipſum quoq; in domi num accipiunt. Et ſic ex his, reiectis argumentationibus contrarijs, attenta hac parte pro vera, multe concluſiones eliciunt. Prima quod non ſit verum quod tales perſonæ portent ſacratiſsimum corpus Chriſti ad ipſum ludum, & ipſum offerant demoni, & faciant ibidem alia quæ facere (vt dicitur) aſſerunt, quæ reuerentie gratia non ſcribẽda puto, ſed in proceſsibus inquiſitorum continentur.

Source : BIU Cujas

63 nentur. †Secunda ꝙ non ſit verum ꝙ de noctе ingrediantur domos paruulorum & eos ſtricent,ſanguinem eis ſugendo, ꝙ etiã non videtur veriſimile ea ratione, quoniã ſcriptum eſt ꝙ deus iuſtus non patitur quẽ-quam iniuſte nocere d.c. ſecundũ apoſtolicam.Itẽ quia cuilibet datus eſt angelus bonus.ita ꝙ etiam exiſtẽti in vtero matris datus eſt,& hoc vt reſiſtat angelo malo, & ſagaciter ac potenter cohibeat poteſtatẽ eius a nocendo,vt per beatum Tho.ij.ſen. diſt. xij.q.ij.arti.v.in corpore quęſtionis & ſol. argumenti.& per Rayn.in ſua ſum.in ti. de angelis.c.vj.& c.ix.Item quia vt dixi poteſtas demonis eſt adempta per aduentum ſaluatoris.Item quia alias vita & mors hominis videretur eſſe in poteſtate demonis & malarum perſonarum medio eius quod nõ eſt dicendum. Nec habet refragari opinio hominum.quę videtur communis,quæ eſt ꝙ paruuli ſtricantur.& ſæpe hoc experientia docente.quoniam poteſt reſponderi,ꝙ non ſtricantur per ingreſſum domorũ de nocte & modo ꝑdicto, ſed aliter & alio modo.ſ.per incantationem & maleficia,per ea quæ habentur toto tit.de frig. & malefi. vel vt dicit archiepiſcopus Flo.in ij. parte ſuæ ſummę.in titu.de infidelitate c.j. verſi. ſed naturaliter oculo vrenti ac infecto propter animam infectam.ꝙ eſt etiam de mente.Petri de Tarantaſia, vt refert idem do. Archiepiſcopus.& facit illud Vergilij.Neſcio qs teneros oculis mihi faſcinat agnos.

64 †Tertia ꝙ ſtet firma & vera illa ſententia,quæ habetur in compendio theologie, quã refert & ſequitur Archiepiſcopus Flo. in ij.parte ſuę ſum.in ti.de luxuria c.iiij.verſi.quantum ad ſecundum quæ eſt ꝙ poſtꝗ̃ diabolus tentauit homines de vitio contra naturam,& eos induxit ad peccandum fugit abominãs ex nobilitate ſuę naturæ tale & tantum ſcelus. qui altera parte conceſſa, confunderetur. quoniã iſte miſerrime aſſerũt ab amaſijs eorum,quos demones eſſe dicunt,licet in forma virorum,ab vtraq; parte cum membro bifurcato cognoſci. Incidenter iñ huic ſententie.d. Archiepiſcopi videtur poſſe obijci,& dici, quomodo põt hoc procedere,cũ diabolus ſit tentator malorũ ac nephãdiſsimus operator, & ſic qũo ergo eſt dicendum ꝙ ſic fugiat.ſed poteſt reſponderi ꝙ ideo fugit,quia videt homines ex magno calore incenſos omnino peccaturos,vt ſic tunc fugit propter nobilitatem ſuæ naturæ tale,& tantum ſcelus,vt inquit

65 do, Archiepiſcopus. †Quarta & ſi fauore fidei admittuntur ad teſtimoniũ conſcij & participes criminis,vt in c.fidei.de hęre. in vj.ꝙ tamen non habet locum in caſu talis delationis & aliorum quæ dicuntur fieri in dicto ludo,cum ſint tales mulieres illuſe in eis & decepte.Et propterea contra alios non facient fidem nec indicium,ẽt ad inquirendum,licet aliter videatur obſeruatum, & vt arbitror male,cum dicta talium perſonarum procedant ab his, qui per deceptos homines, alios decipere quotidię geſtiunt. xxvj.quęſtio.ij.qui ſine ſaluatore, & dicto c.nec mirum.& quia hoc modo demone illudente poſſent boni & iuſti accuſari, cum demon ſe transferat in diuerſarum perſonarum ſpecies,& eas oſtendit ſe immiſcendo per imaginaria vaſa dicto capi.epiſcopi. Quinta quod inquiſitores debet facere abiurare illam opinionem, quod eatur ad ipſum ludum, & ſeu ꝙ portentur perſone de loco ad locum in corpore & vere, cum talis opinio ſit reprobata. ꝙ puto notandũ

66 licet nouum,& nõ obſeruetur. †Sexta ꝙ poſtꝗ̃ ſcientia noſtra eſt ſcientia conferens ad diſputationes theologales,maxime vbi agitur de executione iuſtitie,quod doctores ſunt vocandi,& aſsiſtãt proceſsibus inquiſitorum ac examinibus & quæſtionibus,ipſi enim ſunt tractatores criminaliũ, & non poſt perfectum proceſſum differatur eorum vocatio,& ſic obſeruari debent cõſtitutiones capituli,vt commiſſa.& c.fin.de hære.in vj.cum cõcor. Quibus & ſi Deo concedente poſſet dici hæc quæſtio abſoluta, & ſecundum ſtilum legalem & canonicũ,& ſalua meliori ſentẽtia,nihilominus ad corroborationem aliquorum ex prædictis, & vt authoritate illuſtris doctoris fulciantur,ſubijcio quinque concluſiones,quę colliguntur ex not.per Oldra.in cõſi.cc. alias

67 poſtea ſuperaddendo. †Prima ꝙ in hoc crimine hæretico debent probationes eſſe lucæ meridiana clariores,quia ſi in alijs criminibus hoc requiritur, vt C. de proba.l. ſciant.& de procu.l.qui ſententiam.multomagis in hoc crimine, in quo ſimul quis & criminaliter condemnatur, & ciuiliter punitur,& eius poſteritas propterea notatur infamia,ſola poſteris vita quadã lenitate relicta,& in quo breuiter videntur concurrere omnia cognitionum genera,de quibus legitur.ff.de var.& extraordina.cog.l.cognitionum genera.& vbi maius periculum vertitur,ibi cautius eſt agendũ.ff. de carb.edi. l.j.l.adictos ſupplicio.§.ſed & ſi quis. C.de app.& quia ſi ex ſuſpicione quamuis vehe



Source : BIU Cujas

menti nõ debet quis condemnari. extra de
præſum.c.literas.& ff.de pen.l.abſentẽ er-
go & de hoc, cum ſit tantum crimen debet
ſpecialiter dici,& hoc propter pœnas quæ
ſequuntur,vt eſt dictum,& probatur extra
de hære.c.vergentis.& c.quicunque.§.hę
68 reticis.eo.ti.in vj. †Secunda ꝙ licet qui
leui argumento a fide catholica deuiat,hæ-
reticus cenſendus ſit, vt.C.de hære.l.ij.ta-
men talem deuiationẽ plene probari opor-
tet per indicia,& quæ indicia plene per te-
ſtes probari debent,vt C.fa.hær.l.fi.vbi no
ta.glo. in verbo,indicijs. Tertia quod ẽt
in hoc crimine teſtis non debet officium te
ſtis excedere,& ſic non interpretari nec iu
dicare.vt C.de ero.mil.anno.l ꝑ hãc. xxx.
quæſtio.v.iudicantem.iij.q.ix.pura & ſim-
plex.ff.de teſti.l.ob carmen. Quarta ꝙ te
ſtes debent deponere veriſimilia.ff. de te-
ſti.l.ob carmen.nec per eundem præmedi-
tatumq; ſermonem,nec aſtute & malitioſe,
ſed legibus amica ſimplicitate vtẽtes.ff. de
teſti.l.iij.§.pe.& in auth.de teſtib.§. ſi vero
69 aſtu.coll.vij. †Quinta quod etiam infa-
mia quæ non habet ortum a perſonis non
ſuſpectis non eſt attendenda.extra de accu.
c.cum oporteat.& c.inquiſitionis.hęc Oid.
Quibus addũtur aliæ & ſecundum ordinẽ.
Sexta eſt ꝙ licet regulariter cogitatio non
puniatur,ſi ſtat in meris eius terminis vltra
non progrediens, vt l.cogitationis.ff.de pœ
nis.ff.de verb.ſig.l.ſi fugitiuus.& l.ſæpe.in
fi.eo.ti.l.inficiendo.in prin.ff de fur.& no.
in l.ſi quis nõ dicam rapere.C.de epiſco.&
cle.per Alb.in ij.parte ſtatutorũ.q. clxviij.
inci.quærit.& per Bal.in l. non ideo minus
enim vj.col.ver.vj.queritur.C.de accu.Tñ
fallit in hoc crimine hæreſis, quia eſt deli-
ctũ ꝙ ſola voluntate,& in mẽte cõmittitur,
c.excõicamus.§.credẽtes.de hęre.ſecũdum
Bal.in d.l.ſi quis non dicã.lo.de Ana.in c.ſi
quis epiſcopus,iij.col.de hęre.& in c.cõſu-
luit.ij.col.de vſur.& per Fely.in tract. ſuo
70 de conatu.col.ij. ver.quis caſus. †Septi-
ma ꝙ licet ex ſola confeſſione quis damna
ri nõ poſſit,niſi aliter conſtet de delicto, vt
l.j.§.illud.& ibi Bar.ff.ad ſille.Are.in trac.
maleſi.in glo.in verbo,& veſtem cœleſtem
abſtulit.verſi.quid ſi aliquis confitetur,per
Ang.in l.j.C.de confeſ.per Bal.in authẽ.ſed
nouo iure.C. de ſer. fug. Pau. de Caſt. in l.
quoties.§.ſi quis nomen.ff.de hære.inſti. Fe
ly.in c.auditis.in xvj.colum. extra de præ-
ſcri. Tamen in hoc crimine ſola confeſſio
ſufficit,quoniam de ea aliter liquere nõ po
teſt cum ſolus deus,ſit ſcrutator mentis. ſe-
cundum Bald.in d.l.ſi quis non dicam rape
re.& ſenſit Fely.vbi ſupra. Declaratur ta
men dummodo talis confeſſio ſit veriſimi
lis vel vera,per no.per Bald.& Angel.per
glo.in d.l.j.Bal.in l.ſi quis in hoc.C.de epiſ.
& cle.per Cæpol.conſi.xxxiij.& per Ale-
xan.in conſi.cxvj.in iiij.volu.vbi cõſuluit,
quædam mulier fuerat cõfeſſa ſe dediſſe ve
nenum viro ſuo ad bibendum,& quod ex
id mortuus erat,nihilominus, quia iudicio
medicorum,tale venenum non erat efficax
ad mortem,conſuluit ex tali cõfeſſione nõ
poſſe mulierem condemnari,& factũt
per Aret.in lib.maleſi.in verbo,comparẽt
inquiſiti in termino defenſionis.colum.fi.
fi.& per Paridem in tractatu ſuo ſyndica
tus.charta.xxv.in verbo,confeſſio. Et pro
pterea dicunt doc. ꝙ iudex debet inquire
re de veritate confeſſionis, quia aliquando
aliqui confeſſi ſunt delictum & poſtea re
perti ſunt non deliquiſſe,& ſic ergo quis
non debet ſubito ex confeſſione reum con
demnare, alias poneret ſe in periculo.
71 †Secundo declaratur dummodo non ſit
æquiuoca,per ea quæ habentur per Bal.in
d.authẽ.ſed nouo iure.C. de ſer.fug. vbi di
cit ꝙ per illa verba per quæ quis cõfitetur
ſe feciſſe multa furta eodem loco diuerſis
tẽporibus, quia ſunt obſcura, quia poſſunt
intelligi de diuerſis temporibus continua
tis,non poterit condemnari tanquam com
miſiſſet plura furta,niſi in inquiſitione eſſet
dictum cum temporis interuallo, refert &
ſequitur Ang.in d.trac.in gloſ.in verbo,&
veſtem cœleſtem abſtulit,verſi.quid ſi quis
confitetur.& per Cæpo.in cõſi. lxxvij.vbi
dicit quod ſi inquiſitio confeſſata poteſt in-
terpretari in diuerſos ſenſus,præſumitur in
benigniorẽ partẽ pro confitente.ff. de iudi.
l.ſi quis intentione ambigua,& ꝙ no.extra
de accu.cum dilecti.& extra de ſpon.c.ex
literis.& Cæpo.in conſi.j.col.ij.in prin.&
in conſi.xxiiij.in x.col.ver.xij.ratio & vlt.
& faciunt quæ conſuluit Roma. in conſil.
cccclv.& Alex.in conſi.clxxxiij.col.ij.ver
ſicu.tamen ad omne dubium tollendum.&
Paul.de Caſt.in conſil.cclxxiiij.in ij. parte
nouorum. vbi de confeſſione indiſcreta &
quę poteſt comprehendere plures eiuſdem
72 nominis. †Ex quibus infero ꝙ cũ licet
quædam mulier confeſſa eſſet ſe alias in iu
dicio abiuraſſe hæreſim ĩ manibus alterius
inquiſitoris ꝙ tamẽ ex noua confeſſione &
relapſu non poterat dici plene relapſa, &
quia vocatus ab inquiſitore ad illud exa-
men,ita dixi in contingentia facti, adduco

Source : BIU Cujas

rationem,quoniam poterat eſſe ꝙ abiurauerat hæreſim, ſed tamen non propter vehementẽ ſuſpitionem ſed leuem. & ideo q̃a non poteſt quis ex abiuratione facta ex leui præſumptione damnari,vt relapſus c.accuſatus.de hæreti.in vj.non cõſtito ex qua præſumptione proceſsiſſet talis abiuratio, dicebam ꝙ non poterat ex tali confeſsione vti relapſa condemnari,quia debet fieri interpretatio in benigniorem partem. Cõcurrebat etiam,quia nõ apparebat de tali abiuratione,nec de perſona vel nomine inquiſitoris,in cuius manibus eſſet facta.Et ita fuit concluſum, licet inquiſitor inclinaret prima fronte in partem contrariam, & vellet eam vti relapſam condẽnare. Tertio ꝗ̃dũmodo talis confeſsio ſit iudicialis, & nõ facta in foro pœnitentie,per tex.in c. ſi ſacerdos.cum ibi no.per Panor.extra de off.or. & per not.per Bal.in l.archigerontes.C.de epiſco.aud.faciunt not.per Arch.in c.vtilẽ. xxij.q.ij.vbi refert Alexandrũ papam tertium,qui cum non poſſet condemnare quẽdam epiſcopum qui ei reuelauerat ſimoniã commiſiſſe,induxit illũ epiſcopum ſub promiſsione impunitatis, vt crimen ſuum confiteretur coram cardinalibus,quo facto,poſtea ex tali confeſsione priuauit eum. & dicit Archid.ꝙ fuit laudatus,quia dolum bo-
73 num commiſsit. †Octaua ꝙ etiã poſt dicita teſtificata poſſunt in hoc crimine de nouo examinari teſtes ſuper hiſdem capitulis.ita Ang.in l.per hanc.C.de temp.app.colum.viij.alle.c.fi.de her.in vj.Domi.in cap. officium.in.§.verũ eod.ti.& li.Bal.in l.eos.§.ſi quid.C.de app.Fely.in c. fraternitatis, colum.x.verſi.item limita in cauſa hæreſis, extra de teſti, & hoc dũmodo iudex faciat ex mero & puro eius officio, ſicut etiã dicitur in alij criminibus, vt habetur per doc. in c.cum clamor.extra de teſti.per tex.in l. ij.§.ſi publico.ff. de adult.ſecundum Aret. in d.c.cum clamor.Arch.& Io.And. in cap. per hoc.de hær.in vj.& Io.And.in c. vt officium.eo.ti.& lib.Quæ reſtrictio tamẽ videtur mirabilis,attento ꝙ etiam in iſto crimine admittuntur teſtes, in quibus etiã cadit ratio ſuſpitionis, ſicut ẽt ſuſpecti teſtes hñr propter timorẽ ſubornationis, vbi examinantur publicatis atteſtationibus. Item quia vbi agitur de periculo animarum, tamen attenditur rigoroſa ſubtilitas publicationis teſtium,vt habetur per domi. Anto. in c.atteſtationes.col.iij.ver. obstat. de deſpon.impu.Panor.in c.iurauit.de proba. & per Felyn.in d.c.fraternitatis,ergo videretur dicendum indiſtincte teſtes ſuper hiſdẽ capitulis publicatis atteſtationibus poſſe examinari,& ſic etiam ad inſtãtiam partis.
74 †Nona quod in hoc crimine etiam non ſit publicatio teſtium, vbi teſtibus propter potentiam perſonarum contra quas inquiritur immineret graue periculum, licet in alijs criminibus ſecus.in c.fi.de hære.in vj. & ibi Ioã.An.aſsignat rationes multas ſpecialitatis,ſed non concludunt. Decima ꝙ poteſt hæreticus ẽt a pluribus inquiri d. c. per hoc & cle.j.eo.ti.quod eſt contra regulam l.vbi cœptum.ff.de iudi.vbi ẽt Ang.ita dicit & no.Fely.in c.ex tenore.in ver.fallit octauo.extra de reſcri.Bal.& Angel.in l. ſi pluribus.ad fin.ff.de leg.j.vbi traditur poſt Bar.materia præuentionis.ſententia tamen illius præualet,qui prius formauit inquiſitionem,licet alius prius peruenerit ad ſententiã ꝙ eſt verũ,ſecundum Alexã.ibi.quãdo inquiſitores ſunt diuerſorum locorum. alias ſeruabitur quod traditur in d.cap.per hoc. & ſic in caſu diſcordie recurretur ad papam.Data autem contumacia rei in alijs criminibus ẽt poterit reus cõuictus abvtroque iudice cõdẽnari.Ita Bart. & in l. ſepulchri.ff.de ſepul.vio.& Bal. in l. ſenatus. ad fi.C.qui acc.nõ poſ. Prẹuẽtio tñ procurata nõ haberet prodeſſe reo ita Bar.& doct. in dicto.§.ſi quis ante.& no.Cæpo.in cautela
75 ſua xix. †Vndecima q̃d occultãs hẹreticũ ſciẽter,põt puniri ſicut hẹreticus, ſecundũ Bald.in l.j.C.de his qui latro.vbi idẽ de occultãte latronẽ.Et facit,q̃a vt dicit gl.rubrice ibi,qui occultat alienũ delictũ facit illud ſuũ.eſt bonus text.in l.pe.C. ad leg.iul. de vi publ. Duodecima q̃d hẹreticus, ẽt poſt mortẽ,põt inquiri,&dãnari.c.ij.de prẹſcri.in vj.xxiiij.q.ij.in ſum.& c.vlti. xxiij. di.c.quorundã.de hẹre.c.ſi q̃s epiſcopus.& l.hẹreticos.C.de hẹre.licet in alijs criminibus regulariter ſit ſecus,ſecundum Bal. Saly.& doc.in l.ij.C.qui teſta.face.poſſ. p Fely.in d.c.ſi quis epiſcopus.& per Paridẽ in tract.ſuo ſyndicatus.cart.liij.in verbo, mortuus & per beatũ Thomã.ij.ij.q.xl.c.j. vbi idẽ dicit de occiſis in duello.& faciunt quæ no.per Io.An.in c.in fidei,de hẹre.in vj.vbi dicit quod licet cõciliũ poſsit damnare papam viuentem de hẹreſi.xl.diſtin.c.ſi papa ad fin. tamen papa erit iudex competens cauſẹ ſui prædeceſſoris,ſi accuſetur de hoc crimine.xxiiij.quæſtio.j.cap. admittantur.
76 †Decimatertia ꝙ bona hæreticorũ tanq̃ publicata ipſo facto cap:ũtur.c.ij.de p̃ſcri.i vj.& hr̃ in c.vergẽtis.de hẹre.& faciũt quẹ

no.Bart.in l.eius qui delatorem.ff.de iu.fiſ. ꝙ procedit etiam lapſo quinquennio, quicquid dixerit Bart. in l.ij.C.de apo.ſecundũ Pan.vbi Fely.in c.cum nobis.extra de præſcri.& per doct.in d.c.ij. vbi eſt tex. & dicit Panor.ꝙ licet dictũ Bar. poſsit procedere in iuribus fiſci vel principis, habita diſtinctione inter bona fiſco incorporata & bona delata nondum incorporata, vt ſic in bonis nondum incorporatis ſufficiat præſcriptio quinq; annorum,vt d.l.ij.tamẽ reſpectu eccleſiarum inferiorũ requiritur pręſcriptio.xl.anno.reſpectu vero eccleſię Romane cẽtum annorum, vt ibi latius per eũ.

77 †Decimaquarta ꝙ hæretico denegatur audientia, etiam in multum fauorabilibus, ita ꝙ nec ſpoliatus petens vt reſtituatur,auditur, nec ſi dicat illum a quo fuit percuſſus,quia clericus, quod eſt excommunicatus.Dom.in c.in nomine domini. xxiij.di. Roma.in l.j §.ſublata.ff.ad tre. Fely. in ca. ad abolendam.de hære.c.in eo.ver. ſi vero quaſi in fi. de ſen.excom.Car. in cle.vt romani.§.ceterum.de ele.& Fely.in c.abſolutionis eo.ti.de ſen.excom. Et ampliatur, quia nedum ipſe non auditur, ſed nec etiã alius aduocando pro eo.cap. ſi aduerſus.de hære.Quod tamen dicit Fely.ibi verum, niſi eſſet dubium de hoc,quia obiecta non ſaperent hæreſim manifeſtam alle.Old. conſi.ſuo.ccxx.vbi ita dicit ſe defendiſſe quẽdam quia obiecta nõ ſapiebant hęreſim manifeſtam,& poſſunt adduci quæ no.per docto.in tract.maleſi.in gl.in verbo, andream auxiliatorem.& per Albe. in iij. parte ſtatutorum q.xxxij.quæ incip. ipſe Gandinus
78 in rub.de bannitis.ver.item pone. †vbi dicunt ꝙ illa opinio quæ eſt ꝙ poſsit aduocari pro bannito,eſt ęquior,quia officium allegandi eſt publicæ vtilitatis, vt ff. & C.de poſtu.ff.de procu.l. ſeruum quoque.§.pub. ergo quis aduocando pœnam non meretur. Et dicit Old. ꝙ ipſe exiſtens Romę ꝓ dominis vicecomitibus qui damnati fuerãt de hæreſi per Ioan.Papam,xxij.& iniuſte,petijt proceſſus annullari, quia non eſt fauere hæreticis,qui coram ſuperiore defendit,& dicit etiam obtinuiſſe Pergami. Et poſſunt adduci quæ not.per Bar.in l. ſi confeſſus.ff. de cuſt.& exhi.reo.vbi dicit ꝙ iudex ſæcularis cui per inquiſitorẽ fuit traditus condẽnatus,& ꝙ non vult inquiſitionem facere. de quo etiam per eundem in l. magiſtratibus.ff.de iuriſdi.om.iudi.vbi etiam alij docto.& per Innoc.in c.paſtoralis.col.fi.extra de off.dele. & in c.cum in iure peritus, eo. tit.vbi dicit ꝙ iudex ſecularis qñ ſic videt condemnationẽ iniuſtã,non debet illã exequi.ſed debet ad ſuperiorẽ reſcribere. Refert & ſequitur.do.Ioã.Puteus in d.l.magiſtratibus. & adducit rationẽ quia & ipſemet iudex qui tulit ſententiam,ſi poſtea ex aliquo accidẽti,ſibi videretur iniuſta, quãuis trãſiuiſſet in rem iudicatam,haberet neceſſe ſuperſedere,& ad principem reſcribere.l.j §.ſi quis vltro. &.§.ſequen.ff. de qu.

79 †Decimaquinta ꝙ licet in caſu dubio iudex cognoſcat regulariter an ſua ſit iuriſdictio.l.ſi quis ex aliena.ff.de iud. tamẽ inquiſitores qui ſe non intromittunt niſi in his quæ ſapiunt hæreſim manifeſte,vt c. accuſatus.§.ſane.de hære.in vj.non poſſunt cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio, ſecundum glo.in d.§.ſane.facit in ſimi.tex.in c.cæteri de iudi. vbi negata qualitate iuriſdictionẽ tribuente,iudex non cognoſcit de iuriſdictione,nec per no.in c.j.de offi.deleg.in vj. ſtaretur aſſertioni ipſorum inquiſitorũ,ſuper fundandam eorum iuriſdictionem dicentiũ notorie ſapere crimen hæreticum. & dicit Fed.de ſen.in cõſi.clvij. in vlt. reſponſione ꝙ nec hanc probationem manifeſti poſſunt inquiſitores recipere in forma probationis quia non eſt adhuc iudex,licet in forma inſtructionis & informationis extraiudicialis & ex mero eius officio ſic. Et faciunt quæ habentur per Archi. in c.qm̃ contra.in ij. col.extra de proba.vbi alleg.Spe.in ti.de inquiſitione.§.nunc tractemus.ver. hoc ãt notandum.& Panor. in c.cum oporteat.de
80 accuſa. vbi dicit† ꝙ iudici procedenti per inquiſitionem, & dicenti ſe informatum de fama,non ſtatur,ſi eſt iudex delegatus,ſi vero eſt ordinarius ſic, niſi appelletur.Et hãc concluſionem etiam ſequitur & tenet Fely. in c ſi clericus,de foro competen. poſt Domi.ibi quicquid dicit Pan.ibi,vbi dicit ꝙ licet inquiſitores non poſſunt cognoſcere an ſapiant hæreſim, tamen ſi velint cognoſcere an ſapiant manifeſte ſic. ꝙ etiam tenuit idẽ Pan.in c.j.de ſortile,quẽ tamen nõ alle. Fely.ibi,& ita dicit Pan.ſe intelligere tex. in c.j.& fi.de offi.dele.in vj. quæ iura videtur contrariari deciſioni glo.in d.§.ſane.& in c.j.de offi.deleg.vbi ẽt tenet idẽ, cũ quo ẽt videtur tenere idem Fely. ſibi cõtrarius in c.ſuper literis.xxj.col.ver.fallit decimo. extra de reſcri.Are.tamen in d.c. quoniam contra. videtur tenere primam opinionem quam ſimpliciter refert. Et ad hoc etiam videnda ſunt pulchra no.per Are. in conſi. ſuo.clxv.in vj.col,& ſequitur vbi lauſſime

Source : BIU Cujas

81 concludit. † quod debet prius conſtare de qualitate notorij, antequã iudex ipſius notorij ratione poſsit procedere, & ꝙ nõ creditur iudici aſſerenti ipſum notorium, licet ei credatur ad formandam inquiſitionẽ de fama præcedente, quia talis aſſertio eſt leuis præiudicij, quod non eſt aſſertio notorij, vt ibi latiſsime per eum, dicentẽ, etiam ꝙ ad probationẽ notorij debent recipi teſtes parte citata. Videnda etiam ſunt no. per glo. in d.c.j. de offic. delega. quæ declarant quomodo accipiatur manifeſtum. Et de quibus præterquam in prędictis caſibus, cognoſcant inquiſitores. no. per Aret. in cõſi. lxxxiij. vbi refert Bal. & Io. Mo. & dicit quod cognoſcunt etiam de alio crimine ex hæreſi oriente, & pulchre per Oldr. in conſi. xxxv. ꝙ incipit, in fine articuli, vbi dicit quod non cognoſcunt de his quę tendũt tãtummodo ad contemptum vel opprobriũ fidei, vt eſt crucifigere animal, de quo etiã per Cald. in titu. de iudæis. conſi. ij. & conſi. xj. vbi idem dicit de pertinentibus ad ignominiam Dei, quia de illis non cognoſcit, vt habetur per Pet. de Ancha. conſil. xij. alias xv. incip. ſpiritualiter. Fely. in c. poſtulaſti. de iudæis. Decimaſexta ꝙ licet glo. in d.
82 §. ſane. in ver. ſaperẽt dicat † ꝙ licet dæmones inuocare, & ab eis reſponſa expoſcere, dicatur ſapere hæreſim manifeſte. xxvj. q. iiij. igitur diuinationes. tamen hoc non eſt indiſtincte verum, quia vt dicit Old. in conſi. ſuo. ccx. cum actus morales reſultant ex fine intento, quoniã actus & volũtas diſtinguunt maleficia. ff. ad l. cor. de ſicar. l. diuus. & ff. de furt. l. verum multum refert, vtrum inuocentur demonia & eorũ reſponſa expoſcantur ad ſciendum futura. an vero ad id ꝙ conuenit ipſi demoni, vt eſt ad tentandũ pudicitiam mulieris vel ſimilia. Quia primo caſu licet ſaperent hæreſim manifeſte, vt inquit illa gl. quia attribuitur creaturę id quod venit attribuendũ creatori, iuxta illud Eſaie. xl. c. Annuntiate quæ futura ſunt & ſcimus ꝙ dij eſtis vos. ſecundo tamẽ caſu, ſi id ſit per modum imperij, & nõ adorationis, licet ſit fœdũ & mortale peccatũ, ſecus ꝙ etiam tenet Io. An. in rub. extra de ſorti. in addi. Specu. & Pan. in c. j. eo. titu. de quo etiam per And. Sicu. in conſi. lv. inci. in nomine Ieſu, caſus eſt talis, quidam pro inueniendo furto, vel ſciendo aliqua ſecreta, accipiunt fialam cum aqua communi. in pe. col. in j. volu. vbi etiam per eum late per totum illud conſilium. an & quando ſortilegium, vel diuinationes dicantur ſapere hæreſim manifeſtam ita ꝙ talia facientes vel procurantes poſsint puniri per inquiſitorẽ.
83 † Decimaſeptima ſecundum Old. vbi ſupra ꝙ etiam his quæ non ſunt formaliter hæretica, licet hæreſim ſapiant, detrahendũ eſt propter muliebrem ſimplicitatem. C. de iu. & fac. igno. l. j. de iure deli. l. vlt. §. vlt. & de his qui ſibi aſcrib. in teſta. l. pen. & eodẽ modo propter furorem, etiã ſi prouenit ex mulieris amore, quoniam ſcriptũ eſt quod nihil furore amoris eſt vehementius. in authen. qui. mo. na. eff. leg. §. illud quoque. & quia dicit Philoſophus. vij. Ethi. coire enim & concupiſcentie venereorum, & quædã talium manifeſte corpus tranſmutant, quibuſdam autem inſanias faciunt. Nã in quocunque crimine furioſo parcitur. ad l. cor. de ſica. l. infans. & hoc etiam in crimine læſę maieſta. ff. ad l. iul. maieſt. l. famoſi. Quod videtur notãdum, etiam propter muliebrẽ & ruſticanam ſimplicitatem, quia etiam eis ſubuenitur propter eorum ignorantiam, vt eſt dictum ſupra. ff. de iuris & fac. igno. l. iij. & C. qui admitti. l. iuris ignorantia. in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdi. om. iudi. per Bar. & docto. vbi plene, an error iuris naturalis excuſet a dolo vero, & maxime ꝓpter ętatẽ vel ſexum muliebrem, & an a præſumpto concludentes primo caſu quod non, ſecundo vero caſu ſic, & habetur per Alexã. conſi. ſuo. ciij. in j. volu. vbi idẽ dicit de ruſtico & milite. & per Cæpo. conſi. xxj. col. vij. & conſi. xxiiij. colum. ij. & per Bal. in l. error. C. de iuris & facti igno. & faciũt quæ habentur per Bal. in rub. C. de ſumma trini. & fide catholi. vbi dicit idiotas & ruſticos excuſari, ſi errant in aliquo articulo fidei, dummodo habeant fidẽ implicitã, quia credunt ꝙ ſancta credit mater eccleſia, nec pertinaciter errorẽ ſuum defendunt. † Deci-
84 maoctaua ꝙ indiſtincte in hoc crimine poſſunt compelli teſtes ad teſtificãdum, vt per Pan. in c. dilectorum. extra de teſtib. cog. licet in alijs criminibus ſint opiniones. Decimanona ꝙ in hoc crimine ſtatur vltimo dicto teſtis, licet primo dixerit aliquem eſſe innocentem, & ſic contrarium eius ꝙ vltimo dixit, licet vtrunqꝫ dictum ſit iudiciale. c. accuſatus. §. licet. de hęre. in vj. licet ĩ alijs criminibus ſtetur primo dicto, vt per Mod. de vtroqꝫ in cap. cum in tua. extra de teſtib.

Vigeſima ꝙ in hoc crimine poteſt committi examinatio teſtium alteri. capit. inter officiorum. §. vero. de hære. in vj. in alijs vero criminibus, ſecus per Abb. in c. cum cauſam, de teſti. Vigeſimaprima ꝙ admittũ-



Source : BIU Cujas

tur teſtes excommunicati, & ſocij criminis. c. in fidei. de hęre. in vj. cũ limitatione & ſeu declaratione, tamẽ de qua ibi, videlicet dũmodo ex veriſimilibus cõiecturis, & ex numero teſtiũ aut perſonarum tam deponentium ꝙ eorum contra quos deponitur, qualitate ac alijs circunſtantijs ſic teſtificantes falſa non dicere præſumantur. Ob ꝙ ergo ſit, vt debeant dici, ꝙ perſonis de quibus ſupra, non ſit credendum, cum ſint illuſe, &
85 rationibus prætactis. † Vigeſimaſecunda ꝙ ẽt crimen ſapiens ſpeciem hæreſis, vt eſt iurare per membra Chriſti pudibunda, ẽt per laſciuiam & ebrietatem, eſt punibile, licet non tantum ſicut quando iurat indurato animo ſecundum Bald. in l. accuſationis. colũ. iij. qui accu. non poſ. C. vbi etiam dicit ꝙ non eſt veniæ locus, cum maieſtas diuina tam deteſtabiliter vilipenditur, vt C. ſi quis imper. maledi. l. j. & ꝙ epiſcopus ſi vult nõ poteſt facere pacẽ de tali maledictione Dei per not. xxiij. q. vj. vt pridẽ. in glo. arg. ff. ꝙ vi aut clam. l. prohibere. §. plane. ff. de pac. l. contra iur. ff. mand. l. ſi hominẽ. de verbo. obl. l. qui rome. §. callimachus. C. de epiſ. & cle. l. ſi quis genus. Prælatus enim ſuam, & non eccleſię, iniuriam poteſt remittere, vt not. xxiij. q. iiij. inter querelas. & ca. ſi is. in glo. immo. & c. ſi illic. Concordant no. per eundem in l. j. C. de rap. virg. vbi de raptu monialis non põt fieri concordia, qa principaliter Deus eſt offenſus, intantum ꝙ nec Papa poteſt remittere talem offenſam quo ad mundum. Et faciunt quæ not. per Bart. in ſuo conſi. inci. miniſter fratrum de pœnitentia. & Ioan. de Ana. in c. ij. in xiiij. colũ.
86 extra de maledi. vbi dicunt † ꝙ in ſtatuto de pace habita cum offenſo, non comprehẽditur qui blaſphemat Deum niſi agat pœnitẽtiam, quia offenſus eſt Deus, habetur per Fely. in c. de his. in ij. colũ. ver. fallit primo. extra de accuſ. Quę multum ſunt notanda pro iudicibus qui modico ere accepto indulgent blaſpemantibus, & blaſphemias audire diſsimulant, & peſsime, quia vt dicit tex. in c. nonnullis. extra de iude. diſsimulare non debemus opprobrium eius qui probra noſtra deleuit. Et dicit Paris de Puteo, in tractatu ſuo ſyndicatus. in c. an poteſtas. colũ. ij. ꝙ blaſphemanti Deum nulla defenſio competit. Quod dictum tamen videtur intelligendum cum diſtinctione, an procedat ex calore iracundie, vel non, & an talis calor procedat ex iuſta cauſa, & ſit calor maximus, vt quia fuit prouocatus, aut ex iniuſta cauſa, puta ex ludo, per not. per Pano. in c. ij. de maledictis. Et ita arbitror intelligenda eſſe no. per Alex. in conſi. xv. in iij. parte. & Fely. in c. auditis. in antepen. col. circa fi. extra de præſcri. vbi dicunt ꝙ licuit blaſphemanti prouocato ſe in continenti corrigere, quia in illo caſu, ille non dabat operam rei illicite, ſed ſecus videretur dicendum. vbi quis blaſphemaret, puta in ludo vel aliter ex opera illicita, quia talis correctio non videretur excuſabilis, et calor iracundie tunc non excuſat, per Panormi. vbi ſupra. videda tamen ſunt etiam
87 quæ dicam in verſi. vlti. pro nunc. † Vigeſimatertia licet regulariter dolus præponderet culpe, tamen in hæreſi commiſſa etiã lubrico ignorantie, propter nobilitatem obiecti culpa præponderat dolo commiſſo in alio crimine, puta in hæretico. quia eſt delictum grauius quam ſit homicidium. Nã hæreticus ponit os in cœlum, & blaſphemat Deum, vnde propter nobilitatem eius qui offendit eſt grauius. ita Bald. qui alleg. Ang. in l. j. in xj. colum. ad fi. C. qui accuſ. nõ poſ. Quod dictum tamen puto intelligendum ſecundum no. per Old. in conſi. ccx. & relata ſupra in xvj. conclu. videlicet niſi in non ſapientibus hæreſim nõ manifeſte, [quia ex
88 lubrico ignorantie eis detrahitur. † Vigeſimaquarta quod in hoc crimine ex ſola ſuſpitione proceditur ad inquiſitionẽ, quamuis diffamatio non præcedat, quæ in alijs criminibus debet præcedere. ſecundũ do. Ant. Inno. & doc. in c. cum oporteat. de accu. vbi etiam Are. col. vij. per tex. in cap. vt officium. de hære. in vj. quod etiã licet Spe. in titu. de inquiſitione. §. j. ver. verum. & in addi. Ang. in lib. maleſi. in glo. in verbo, hęc eſt quædam inquiſitio per doc. Quinimmo ſecundum Bal. in conſil. lxxix. inci. regula iuris. in iij. volu. in hoc crimine etiam ex ſola ſuſpitione habente eorum ex cõiecturis proxima veris, vt ex confeſsione ſocij criminis, poteſt procedi ad torturam, licet in alijs criminibus infamia & indicia debeant pręcedere. ff. de quæſtionib. l. maritus. & cõfeſsio ſocij criminis nõ probet aliqualiter, nec etiam alias probationes coadiuuet, preterquam ad inquirendum, quia talis eſt infamis, facinoroſus, vilis perſona & ſuſpecta, vnde ei non creditur l. fi. C. de accu. poterit tamen, ſecundum eum ibidem, reus ſe purgare. per no. in c. at ſi clerici. extra de iudi. dicens quod etiam inquiſito debent dari capitula & dicta teſtium c. per tuas. el grãde. §. nos vero. extra de ſimo. & c. licet hely, eo. titu, & c, qualiter & quãdo. el. ij. §. de.

Source : BIU Cujas

bet.de accu.niſi forte hoc fiat per ſubterfu-
gia & contra facti notorietatem,& publice
interſit potius ad pœnam procedere quam
differre,C.de fer.l.prouinciarum.alias inci
89 pit,præſides.† Et dicit quod cõiecture ſuf
ficientes in hoc crimine committuntur arbi
trio iudicis,per not,per Bar.in l.fi.ff.de quę
ſtio.& quod conuerſatio cum hæretico eſt
magna præſumptio,quia mores formantur
a coniuncto.C.de coartalibus l.fi.coartalis.
lib.xij.ff.de re mili.l. non omnes.§.a barba
ris.& de præſump.c.literas. Nam quis bo-
nus vel malus præſumitur propter patrem.
Item ex conuerſione.Item ex magiſtro quē
quis habet bonum vel malũ.ij.q.vij.perue-
nit ad nos. xxviij.q.j.c. ſæpe.de edil. edi.l.
ediles.§.pedius.vbi glo.alle. illud. ſapiẽtis,
cũ bonis ambula. Vigeſimaquinta quod
in redeunte ab hæreſi requiritur ſcriptura
c.ſaluberrimum.j.q.vij.& not.glo.in c.j.de
cenſi.in vj.licet regulariter ad probationē
actus non requiratur ſcriptura,vt in illa gl.
90 quæ enumerat alios caſus ſpeciales. † Vl-
timo pro nunc quia dixi ſupra in vij. con-
clu.quod confeſſio non debet eſſe ęquiuo-
ca, alias fieret interpretatio pro reo. Addo
not.per Fely,in c,auditis.col,antepe.ver.li-
mita ſecundo.extra de præſcrip. vbi dicit
quod immo fauore animę ad ſalutem, & in
foro conſcientię,ſemper eſt fienda interpre
tatio in deteriorem partem,per no.per Pet.
de Ancha.in conſi.clxxix.inci.prima facie.
cum multis alijs concor.Et adducit Hoſti.
in ſumma.de iude.§.& in quibus.ad fi. vbi
refert Hoſt.quod ſi aliqua verba aliquo mo
do eſſent excuſabilia, quod tamen debent
potius capi in malam partem,ſi ſunt prola-
ta a malo homine.& ita dicit ſe feciſſe con-
demnare quendam iudeum in quingẽtis ſo-
lidis regalium,qui cum redderet coram eo
computum,& leuaſſet manum verſus cru-
cem dicens,mallem eſſe ſuſpenſus ſicut ille
qui ibi pendet quam reddere amplius com-
putum coram vobis , & ſe excuſaret quod
intellexerat de quodam latrone ſuſpenſo
in furca,qui pendebat verſus ſeptentrionē
ſicut crucifixus,tamen dicit Hoſt. quod de
malo verbo & de malo homine non debet
præſumi,niſi malum,ideo &c.vt etiam cæ-
teris,imponeretur terror,interpretatus fuit
illa verba in malum,Ad laudem Ieſu Dei.
Amen.

**FINIS.**




# TRACTATVS
## DE IRREGVLARI- tate domi.Nico.Plouij.

### SVMMARIVM.

1 *Irregularitas quid proprie dicatur.*
*Impedimentum canonicum dicitur quod a iure canonico ortum habet.*
2 *Irregularitas perſonę dicitur vbi generaliter ordinari quilibet prohibetur.*
*Irregularis cenſetur qui ab ordinibus ſuſceptis remanere prohibetur.*
*Furioſus,ebrioſus,illiteratus & ſimiles ſunt irregulares.*
3 *Accuſans vel deferens aliquē coram iudice irregularis efficitur ſi mors vel mutilatio ſequatur.*
*Percutiens aliquem quando efficiatur irregularis & quando non.*
4 *Iudex,actor,vel ꝓcurator & notarius irregulares ſũt,ſi in mẽbris mutilatio ſequat.*
*Clericus qui ex ſola curioſitate vel leuitate intereſt vindictę ſanguinis non efficitur irregularis.*
5 *Iudex vel officialis ſeu aduocatus cãm ſanguinis tractantes efficiuntur irregulares,*



Source : BIU Cujas

etiam ſi effuſio ſanguinis non ſequatur.
Chirurgus irregularis efficitur ſi ob eius imperitiam mors ſequatur.
6 Clericus chirurgus irregularis efficitur ſi ſub eius cura aliquis moritur.
Cuſtos infirmi ſi potũ immodicũ ei dederit, efficitur irregularis ſi mors ſequatur.
7 Conſulẽs aliquid vnde ſequatur homicidiũ efficitur irregularis.
8 Mandans aliquẽ verberari efficitur irregularis, ſi mandatarius occiderit.
9 Mandator an efficiatur irregularis ſi mandatarius occidatur ab eo quem occidere mandatus erat.
Cõſulẽs alicui vt pro patria aut iure ſuo ſe exponat, an ſit irregularis, ſi ibi moriatur.
10 Homicidium caſualiter perpetratus non efficitur irregularis, ſi debitam adhibuerit diligentiam.
11 Irregularis eſt is cuius percuſſione cõtracta infirmitate mortuus eſt percuſſus.
Occidens aliquẽ ſe defendendo incurrit irregularitatem, ſi euitare aliter potuit.
12 Infans furioſus aliquem occidens efficitur irregularis.
Irregularis eſt qui a morte non liberat quẽ liberare poterat.
13 Irregularitatem incurrit qui a propoſito liberandi aliquem a morte retrahit.
Percutiens latronem animo occidendi, ſi latro obierit ex vulnere inflicto efficitur irregularis.
14 Clericus cũ ſocio ligans latronẽ, ſi poſtea timẽs ne a latrone occidatur eum occiderit, irregularitatem incurrit.
Clericus furẽ tradẽs iudici ſeu officiali an efficiatur, irregul. ſi fur morti cõdẽnetur.
15 Furem indicãs iudici ſeu officiali an efficiatur irregularis, ſi fur morti condemnetur.
16 Clericus qui ad res ſuas recuperãdas egit, ſi ex poſtfacto ratum habet latronis ſuſpẽdium, an ſit irregularis.
17 Mandãs capi vnum de tribus clericis incedẽtibus, & alios duos nõ grauari, an ſit excommunicatus ſi mandatarius fines excedens mandati alios duos cœperit.
Irregularitatem nemo incurrit ꝓpter homicidiũ niſi voluntate vel culpa præcedente.
18 Rixa ſi facta ſit a pluribus & mortuus ſit aliquis in ea, an ſint omnes irregulares, ſi neſciatur a quo fuerit occiſus.
Irregularis non eſt is cuius amici ipſo inuito iniuriantem ſibi occiderunt.
19 Cõſentiẽs homicidio in corde ſuo an ſit irregularis ſi ab extra nullam operam ad hoc dederit.
Clericus irregularis eſt qui miniſtrauit arma pugnantibus, quibus aliquis interfectus fuit.
Iudex eccleſiaſt. brachiũ ſeculare hortari poteſt ad hæreticos vel paganos expellẽdos.
20 Clericus qui bello intereſt irregularis eſt.
Clericus ſe vel ſuos defendẽs non eſt irregularis ſi aliquis ex defendentibus fuerit interfectus.
21 Abortiuum procurans vel faciẽs ne mulier concipiat aut pariat irregularis eſt.
Clericus irregularitatem contrahit qui ob ſuarum rerum defenſionem occidit.
22 Clericus occidere poteſt ne occidatur.
Neceſſitas ineuitabilis occidẽdi aliũ q̃ dicat.
23 Prælatus eccleſiaſticus iuriſditionẽ temporalem habens qualiter iuſtitiam executioni mandare debeat.
24 Conſulẽs iudici vt aliquẽ puniat ad mortem, irregularitatem incurrit.
25 Suſpẽſus ab officio ſit irregul. ſi celebrauerit.
26 Fornicator notorius a iure ſuſpenſus celebrãdo, non contrahit irregularitatem.
27 Suſpenſus a canone quando efficiatur irregularis celebrans.
28 Suſpenſus a canone propter defectum nõ incurrit irregularitatem ſi celebret.
29 Suſpenſus ab audiendis cõfeſſionibus nõ efficitur irregularis ſi ante reconciliationẽ celebrauerit.
Recipiens beneficium in irregularitate abſolutione impetrata an indigeat alia diſpenſatione.
30 Homicida nõ eſt ipſo iure beneficio priuatus.

Source : BIU Cujas

31 *Presbyter excommunicatus vel ſimpliciter ſuſpenſus ab ordinibus ſuis efficitur irregularis ſi in acolythatu miniſtrauerit.*

*Clericus in minoribus conſtitutus excommunicatus miniſtrans ſacerdoti non efficitur irregularis.*

*Epiſcopus a pontificalibus ſuſpenſus irregularitatem non incurrit ſi in eis celebrauit.*

32 *Suſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ irregularis eſt ſi in ea celebrauerit.*

*Excommunicatus, vel ſuſpenſus baptiZans ſolemniter & publice efficitur irregularis.*

*Irregularis eſt omnis qui nec promoueri nec eligi poteſt.*

33 *Falſarius literarum papæ non poteſt ad ordines promoueri.*

*Ordinari qui nequeant.*

34 *Excommunicatus celebrans irregularis eſt, & deponendus.*

35 *Suſpenſus a iudice irregularis erit ſi celebrauerit.*

36 *Suſpenſus per canonem ob officio propter crimen irregularis efficitur celebrando.*

*Occupans & diſtrahens bona eccleſiarum vacantium ſuſpenſus eſt ab officijs, & beneficijs.*

37 *Infamia cum peccato deletur in baptiſmo.*

*Peccatum cum ſua ſequela in baptiſmo deletur.*

AD HABENDAM aliquam notitiam de irregularitate, notãde ſunt aliquæ regule, prius præmiſſa breui deſcriptione
1 irregularitatis. † Sciendum igitur eſt ꝙ irregularitas eſt nota, i. infamia, vel impedimentum canonicũ ex vitio ſeu defectu proueniens, qua quis prohibetur ad eccleſiaſticos ordines promoueri, & in eiſdẽ miniſtrare. Ita diffinit Guil. durã. in Spec. ti. de diſpenſa. §. iuxta propoſitionis. Dicitur autem canonicum impedimentum, quia ortum habet a iure canonico, licet inceperit a veteri teſtamento quo ad aliqua & dictum eſt Dauid non edificabis mihi templũ, quia vir ſanguinis es, j. Para. xxviij. c. & in cano. xlix. di. hinc etenim, vbi habetur ꝙ in Leui. etiam multi a ſacerdotio repellebantur propter defectus naturales ſicut propter ſcabiem, & gibboſitatem &c. Et dr̃ irregularitas ab in quod eſt ſine, & regula, quaſi contra regulam eccleſiæ natus, ſiue propter factum, vel defectum extra eccleſiam poſitus. Sumitur aũt tripliciter. Primo pro defectibus qui ſunt in homine ſine peccato, quia ꝗ eſt bigamus, vel maritus vidue, vel illegitimus, & hmõi, vt de renun. niſi cum pridẽ. §.
2 perſonæ. † Secundo dicitur irregularitas perſonæ vbi generaliter prohibetur quilibet ordinari vel celebrare in ordine iam ſuſcepto ſine diſpenſatione dñi papæ, ne patiatur defectũ &c. de quibus infra patebit.

Tertio dicuntur irregulares oẽs illi qui non poſſunt remanere in ſuſceptis ordinibus, nec ad maiores promoueri ẽt poſt actã pœnitentiam ſine diſpenſatione dñi papę et aliorum prelatorum, de quo dantur regule.

Prima regula. Omnis furioſus, ebrioſus, illiteratus, impudicus, percuſſor, litigioſus, neophytus, & generaliter quilibet in membris naturalibus defectuoſus, irregularis eſt ad ſacros ordines ſuſcipiendos, patet hoc in decre. late incipiendo a xxvj. diſt. vſq; ad xlix. per totum, vbi iſta ſingulatim proban
3 tur. † Secunda regula. Accuſans vel deferens aliquem de crimine coram iudice pro quo pœna capitis debetur vel truncatio mẽbri, irregularis eſt. v. q. vj. delatori. & vj. q. j. in ſumma de ac. accuſaſti. Tertia regula. Percutiens aliquem ſiue in propria perſona, ſiue per alium eius mandato, ſi ſequatur inde homicidium vel membri mutilatio, ſi hoc facit abſq; ineuitabili neceſſitate, irregularis eſt, de homi. presbyteri. & c. petrus. l. diſtin. miror. Quarta regula. Percutiens abſque mortis periculo, vel ſanguinis effuſione, vel truncatione, habens ad hoc poteſtatem non eſt irregularis, vt de rap. in archiepiſcopatu. xxiij. q. viij. ſepe.

4 Quinta regula. † Iudex, actor, vel ꝓcurator, notarius, ſiue dictator, vel promulgator ſi in mẽbris ſecuta eſt mutilatio, irregularis eſt, l. di. ſi quis, ne cler. vel mo. ſñiam de homi. poſtulaſtis. l. di. c. j. Et generaliter purgationẽ vulgarem quæ fit in torneamentis, vel alio modo, & quicunq; vindicte ſanguini authoritatem, benedictionem, ſeu patiẽtiam ſui exhibentes, irregulares ſunt de exceſ. præla. ex literis. Sexta regula. Licet clericus non debeat intereſſe vindicte ſanguinis, ſi tñ ex ſola curioſitate vel leuitate interfuerit vbi

Source : BIU Cujas

latro ſuſpenditur, vel vbi quis in duello oc-
ciditur, licet peccet grauiter, non tamen fit
irregularis, ſi nec auxilium nec conſilium
vel authoritatẽ præſtiterit ſecundum Guil.
in Spe.tit.de diſpen.§.iuxta propoſitionis.
5 † Septima regula.Iudex, vel officialis,
ſeu aduocatus qui tractauerunt cauſam cri-
minis dantes operam vt ſanguis effundere-
tur licet nec mors nec ſanguinis effuſio fue-
rit ſubſecuta, irregulares ſunt poteſt tamen
in talibus per epiſcopum diſpenſari ſecun-
dum Guil.Similiter cum illo qui non ex of-
ficio ſuo,ſed ex odio dedit operam, & fecit
quod potuit vt occideretur, non tamen oc-
ciditur vel mutilatur, indiget.n.talis diſpẽ-
ſatione, ſecundum Guil. Octaua regula.
Exercens artem chirurgie, ſi propter impe
ritiam & negligentiam eius ſit mors ſubſe-
cuta ab icisione,aduſtione, vel potione quã
dedit infirmo, irregularis eſt, vt de homi.
tua.§.j.ver.ſi tamen peritus exiſtens phle-
botomat ſanguinẽ, vel ſecat, adhibens oẽm
diligentiam, non eſt irregularis etiã ſi mors
fuerit ſubſecuta,quia potius pręſumitur ca-
ſu, & culpa patientis eueniſſe.xxiij.q.v.de
occidendis.Secus ſi per eius negligentiam,
6 ſecundnm Guil. † Nona regula Licet lai
cus exercens artem chirurgie,non ſit irregu
laris ſi nõ propter eius incuriam multi obie
runt, clericus tamen ſi ſub eius cura aliqui
etiam pręter eius culpam obierunt, irregu-
laris eſt ſecundum Inn.qui hoc notauit in c.
tua.de homi.ne cle.vel mona.ſententiam.

**Decima** regula.Extrahens ſagittam
vel telum vel gladium infi-
xũ corpori alicuius, ſi pro-
pter hĩ vulneratus citius moritur, irregula-
ris eſt.de homi.tua Vndecima regula.Cu
ſtodiens infirmum, & dans ei bibere impe-
rite, vel aliquid aliud contra conſilium me-
dicorum faciens,propter quod mors ſit ſub-
ſecuta,irregularis ſit propter imperitiam,et
negligentiam diſſolutam.Si tamẽ quis facit
bona fide circa egrotum, non debet eſſe fa-
cilis ad faciendam conſcientiam ſcrupulo-
ſam,quamuis in aliquo ſit erratum, ſi ibi nõ
ſit lata culpa cum negligentia diſſoluta,quæ
prope dolũ, & huiuſmodi ſcrupulum de fa-
cili deponere debet ad conſilium ſapientis.
Si tamen tanta culpa fuerit vel negligentia
diſſoluta,& certũ eſt ꝙ mors inde fuit ſub-
ſecuta,irregularitas contrahitur.Si vero nõ
ſit certum tunc diſtiguendum eſt,auth.n.du-
bitatur probabiliter ſecundum iudiciũ me-
dicorum,& tunc abſtinendum eſt ab officio.
ſi autem non dubitatur, tunc depoſita erro-
nea conſcientia poterit adminiſtrare & [illegible]
promoueri, alias non ſecundum Ray.[illegible]
qui arborem.& c.ſepe.&, ſecundum [illegible]
dã ſolus papa, cũ talibus diſpenſat, Duo-
7 decima regula.† Conſulens aliquid vnde ſe-
quitur homicidium, irregularis eſt vt ſi ſua-
ſit iactum balliſte.machine, vel lapidis, vel
ꝙ iret ad capiendum caſtrum quod capi [illegible]
poteſt ſine hominis morte, ſi inde ſequitur
mors ex illo conſilio irregularis eſt, ſecun-
dum Guil.Item ſi facit vel conſuluit furtiue
vel proditionaliter capi caſtrum, ſi mors in-
de ſequitur irregularis eſt,quia debuit ve-
ſimiliter præſumere hoc euenire poſſe, [illegible]
libus.n.punitur qui remotam cauſam homi-
cidio dedit, ſicut qui propinquam, vt nota-
tur de homi.presbyteris Decimatertia re-
8 gula.† Mandans aliquem verberari, ſi ver-
berans occidit verberatum irregularis eſt
qui mandauit,niſi expreſsiſſet ne occidere-
tur, de homi.ſignificaſti hodie.de homi.[illegible]
qui mandauit.lib.vj.in fi.vlti.gl.Secus tamẽ
de illo qui conſuluit aliquem capi, vt [illegible]
malefactorem, quia tunc non fit conſulens
irregularis etiam ſi capiens occidit illum [illegible]
ſ non conſuluit,ar.de homi.c.fi.Abſit.n.vt
ea quæ propter bonum facimus, ſi pter vo-
luntatem noſtram quicquã mali acciderit,
nobis debeat imputari.xxiij.q.vj.de occi-
dẽ.ſemper tamẽ fit irregularis dans directe
conſilium in mortem alterius,vt ne cler.vel
mona.ſententiam.Nec intereſt ſiue is cui da-
tum eſt conſilium ſtatim fecerit homicidiũ,
vel etiandiu poſt, niſi prius conſilium reuo-
cauerit,& contrarium ſuaſerit, vt de ho-
mi.Petrus.immo ſi firmiter & probabiliter
credat ꝙ poſt reuocationem conſilij non re-
uocetur is cui datum eſt conſilium a propo-
ſito occidẽdi, neceſſe eſt vt denuntiet illi de
cuius morte tractatum eſt, ꝙ caueat ſibi.In
eo autem qui mandauit per ſe fieri homici-
dium, videtur ſufficere ſi conſilium manda-
tantum.de regu.iur.omnis res vel ſi ſciente
eo, is cui mandatum eſt, iuit ad eum occidẽ-
dum.vt xxij.q.j.omne quod, vel parentelã
vel amicitiam cũ eo contrahat, licet ei hoc
non ſignificauerit, quia qui eſt certus, cer-
tiorari non debet,de electio. inter vniuer-
9 ſas. Decimaquarta regula, † Conſulens
alicui vt occidat aliquem ſi ipſe cui conſul-
tum eſt occidere,occidatur ab illo occiden-
do,ſecundum opinio. mitiorem non iudica-
tur ille conſulens irregularis. Ratio quia fi-
nes conſilij exceſsit, ex quo egreſſus eſt ad
occidendum,nec ſibi bene cauit, niſi excita-
ret eum ad occidendum alium, forte in tali

Source : BIU Cujas

caſu vbi periculum eſſe poſſet, tunc eſſet irregularis etiam ſi is cui conſuluit occidatur ſecundum Guil. vbi ſupra ſecundum rigorem tamen iuris hodie talis conſulens irregularis eſt. Per Ioan. And. in nouel. de homi. is qui mandauit. lib. vj.

*Decimaquinta* regula. Si quis ſuadet alicui ꝙ pro patria, vel ꝑ proximo ſuo, vel pro iure ſuo vel pro iure eccleſiæ ſuæ periculoſe exponat, non ob ſi fit irregularis etiam ſi ibi moriatur xxxiij. q. iij. pro membris. & c. ſequen. Si tamen ſciret vel crederet eum ibi moriturum, tūc videtur ꝙ fiat irregularis, ſecundum Guil. Si autem conſulat ꝙ indubitate morti ſe exponat pro honore Chriſti vel fide vel ſtatu eccleſiæ, ſi ſit irregularis, etiam ſi mors inde ſequatur xxj. q. j. *ſunt quidam*. xj. q. iij. nō ſolum. hac ratione excuſantur inquiſitores hęreticę prauitatis, ſcientes quod ſtatim poſtquam aliquem pronuntiauerint hęreticum eſſe ille morti tradetur ſi etiam alias multipliciter procurando. Ad hoc etiam accedit. xxiiij. q. viij. legi. & q. v. ſi audieris. Illi tamē clerici qui portauerunt ligna cauſa indulgētiarum ad hęreticos comburendos, irregulares ſunt, nec cum eis diſpenſatur niſi per pa-
10 pam. Decimaſexta regula. † Dans operā rei licite, vt puta edificando eccleſiam, vel domum adhibita omni diligentia ꝙ̄ potuit habere, ſi occidit aliquem cauſaliter, nō efficitur irregularis. Si tamen dat operam rei licite nec adhibuit omnem diligentiā quam debuit, fit irregularis, vt de homi. lator. & c. ex literis. & c. ſicut dignum. & c. presbyterum. & c. continebatur. & c. ad audientiam. Hinc eſt ꝙ medico operanti ſecundum regulas artis ſue nō computatur ei ſi quis ſub eo moritur, ſed ſi negligentiam commiſit, cōſulitur ſibi vt nō promoueatur ad ordines de quali. ord. ad aures. Sed quid de illo medico qui vertit infirmum ad alius latus vt citius moriatur. Reſpondeo ꝙ irregularis eſt tam ipſe qui fecit ꝙ̄ ipſe qui conſuluit, ſi ex hoc mors fuerit ſubſecuta, quia forte via anhelitus præcluditur, vel apoſtema rumpitur ex violentia motus, vel ſuffocatur. Si autem non citius moritur ex hac cauſa non ſit irregularis, ſed pœnitere debet de facto.

11 Decimaſeptima regula. † Non ſolum eſt irregularis quis ſi ex eius percuſſione eſt mortuus aliquis, ſed etiam ſi ex hac percuſſione infirmitatem contraxit unde mortuus eſt, vt de homi. presbyterum. & c. ad audientiam, & lj. di. ſtudeat. Decimaoctaua regula. Defendens ſe in caſu euitabili, & occidens aliquem, irregularis eſt. l. di. ſi quis viduam & talis ad ſuperiora non aſcendat, & in ſuſceptis non facile diſpenſatur. Sed ſi neceſsitas fuit ineuitabilis, datur conſilium ei vt non miniſtret. l. diſtin. de his clericis, non tamen propter hoc deponitur, immo in ſuo ordine adminiſtrans toleratur de iure communi abſque diſpenſatione, ſecundum Lau. l. diſtinctio, quia tua ſi loquitur de homici. c. ij. prout proſequitur ibi Hoſtien. & quidam dicunt epiſcopum poſſe in tali caſu diſpenſare, licet hoc non poſsit ſecundum Ioan. de Deo, qui dicit ſolum papam hoc poſſe. hodie dicitur ſimpliciter irregularitatem nullam incurrere ille qui perſonā ſuam defendendo in caſu ineuitabili occidit de homic. ſi furioſus. in clemē. Decimanona regula.
12 † Infans furioſus committens homicidium, nō eſt irregularis vt in cle. ſi furioſus. de homi. Idem eſt de dormiente, ſi aliquem occidat, quia tamen non habuit propoſitum occidendi eum.

*Vigeſima* regula. Potens hominē liberare a morte, & nō faciens irregularis eſt, quia qui poteſt defendere & non defendit occidit, de homici. ſicut dignum, quod intelligit ſecundum glo. in c. iiij. de ſenten. excōmunica. de illo ad quem ex poteſtate, ex officio vel dignitate pertinet realiter defendere, & non ſimpliciter de quocunque. Vnde dicit ibidem glo. ꝙ ſi ego non habeo aliquam poteſtatē, & video ꝙ aliquis vult verberare clericum ſine auxilio meo, aut conſilio, non credo ꝙ ſim excommunicatus ſi nō prohibeo illum licet alias forte peccē, quia nō defendo cum poſſem. Vigeſimaprima
13 regula. † Retrahens a propoſito liberādi hominem a morte, irregularis eſt, quia quodāmodo indirecte homicidium committit. l. diſtin. ſi quis viduam & de pœ. diſt. j. periculoſe. Vigeſimaſecunda regula. Percutiens animo occidendi latronem ſi ex aliquorum vulneribus latro obijt, irregularis eſt, vt colligitur de homicid. ſignificaſti. primo reſpon. Idem etiam ſi non percuſsit, ſed aliquid operis impendit ad mortem eius, puta quia latronem detinuit, vel contra eū clamauit. alias autem ſi clamaſſet contra eū nō in mortem eius, ſed quod caperetur, vel detinuit eum, vel ſe leuem extendit, irregularis non eſt de morte eius, vel etiam ſit in neglectu, alias ſi malitia eius perpetretur homicidium, & idem ſi negligentia eius committatur, l. diſt. hi qui, & ideo ſi clamat

Source : BIU Cujas

contra latronem,ſiue eũ capiat,ſi alias quo
cunq; modo potuit intelligere,& ex clamo-
re ſuo vel alio actu homicidium ſequif, irre
gularis eſt,niſi forte faciat propter periculũ
corporis ſui,vt ſi videt quod aliquis eũ oc-
cidere vult, tunc enim poteſt bene inuoca-
re,& clamare pro auxilio, quia non intẽdit
in aliorũ mortem,ſed in ſuam liberationem.
Secus ſi hoc faciat propter periculum rerũ
ſuarum, & ſi fuge præſidio euadere põt. de
homi.ſuſcepimus. Vigeſimatertia regula.
14 † Clericus ligans cum ſocio latronem,ſi po
ſtea timens ne occidatur a latrone, ipſe po-
tius occidit,irregularis eſt, de homi.vbi ſu-
pra. Vigeſimaquarta regula. Si clericus
non valens aliter recuperare res ſuas, tenet
furem ne cum rebus fugiat, donec eũ exhi-
beat iudici vel eius auxiliũ inuocet ad res
ſuas recuperandas,non eſt irregularis, licet
poſtea fur a iudice puniatur, dum intentio
eius non ſit corrupta intendendo ad furis
mortem,vel mutilationem &c.Idem dicen-
dum eſt ſi clericus credit, vel tradit ſecula-
ri poteſtati latronem petens quod eum pu-
niat citra ſanguinis effuſionem, vel petens
rem ſubtractam ſibi reſtitui, ſi poteſtas in la
tronem animaduertat.i.puniat eum morte,
non propter hoc clericus erit irregularis,
vt de homi.delatoris.lib.vj.nec ẽt nocet il-
li ſi ad cõuincendum latronem tradidit in-
terſignia.& idẽ ſi ſimpliciter deponit quere
lam de iniuriantibus ſibi & eccleſiæ ſuæ.q̃-
uis tales vix abſque ſanguinis effuſione va-
leant coarctari. de homi.tua nos.§.vlti.& c.
poſtulaſti.xxiij.q.iiij.maximianus. & q.v.
c.v.& c.vnum.& c.pœna.& hæc vera ſunt
quando nõ intendit ad mortem, nec hoc in
animo gerit, ſed proteſtatur publice quod
citra ſanguinis effuſionem caſtigetur,nõ eſt
ergo irregularis curialiter agens contra fu-
rem,nõ criminaliter ad mortem vel ſangui-
nem,licet eum iudex cauſa probabili ſuſpẽ
dat ab officio ſuo,vt de homi.poſtulaſti.Ex
quo vlterius patet quod nullus notam irre-
gularitatis incurrit qui per extortores ſiue
exactores alicuius curie curauit aliquẽ capi
propter delictũ tale propter quod nec mori
nec mutilari,poſſet, licet iudex inueniẽs eũ
alia commiſiſſe propterea ſuſpendit eum, ſi
tamẽ nec ille crediderit,nec cogitauit illud
contingere poſſe.

15 *Vigeſimaquinta* regula. † Si iudex officialis ĩ ſequitur
furem fugientem & quærit a me vtrũ vide-
ri illum & ego ſciens quod fur ille ad mortẽ
quęritur,inſtruo eum ſi per meam reſpõſio-
nem fur inuentus eſt,& occiſus, ſum irregu
laris. Secus ſi nec ſciui, nec ſuſpicatus ſum
quod ad mortem,vel pœnã ſanguinis quęri
tur. Vnde conſuluitur in caſu hoc cum ali-
quis ſcit aliquem ad mortem quæſitum fu-
gere non poſſe niſi per alteram de duabus
vijs, non debet dicere, per hanc non fugit
quia ſic procederet eum per alteram fugien
tem, ſed aut taceat aut quærentem curiali-
ter euadat,dicendo nũquid ego cuſtos illius
16 ſum, vel alio modo. † Vigeſimaſexta re-
gula.Si clericus qui egit ad res ſuas recupe
randas, ex poſtfacto ratum habet quod ſu-
ſpẽſus latro eſt,& hoc ſibi placet,ſi talis nul
lum conſenſum habuit in mortem illius nec
quicquam cooperatus eſt, non eſt irregula-
ris,ſecundum Guil.& h̃ ſi gaudet ꝙ malefi-
cium eſt punitum, non aũt perſona cum ſe-
cundum ipſum irregularitas ex homicidio
ſolo non contrahatur,niſi culpa vel volun-
tas præcedat,vel ſcãdalum ſequatur, vt in
l.di.hi qui.& de homi.ex literis. & c.veni
tamen. hodie vero iure cautũ eſt quod ſi quis
abſque mandato meo manus violentas inii
cit in clericum meo nomine, ſi h̃ ratum ha-
beo,excõicationis canonẽ incurro, & hoc
propter ratihabitionem quæ retrotrahitur,
& mandato comparatur.Si aũt hoc meo no
mine non eſſet factum, licet ratum haberẽ,
peccarem,ſed non incurrerem excõicatio-
nem vt dicitur expreſſe in c.cũ quis.de ſen.
excom,lib.vj.Vt h̃ intelligas, pono tibi ca-
ſum. Aliquis amicus vel ſeruitor tuus ſciẽs
aliquem clericum tibi feciſſe iniuriam ver-
balem vel realem,percuſsit eum quẽ tu po-
ſtea receptando magis amicum habuiſti,vel
gauiſus es,& hoc factum commendaſti vel
laudaſti, tu es excõicatus propter ratihabi-
tionem ac ſi mandaſſes. Sed ſi vnus extra-
neus percuſsit clericum, & tu audiens gra-
tum habes,& gratularis de hoc,licet non es
excõicatus tñ peccas ad minus venialiter,
ſecundum Ioan.And.in nouel.ſupradicti c.
17 cum quis.libr.vj. † Vigeſimaſeptima re-
gula. Si quis mandat capi vnum clericũ de
tribus ſimul incedentibus, & alios duos nõ
grauari,ſed mandatarius excedit fines man
dati,& alios duos capiendo,iſte mandãs nõ
erit excõicatus,ſecundum Ioan,de deo,lib.
iij.ſuarum quæſtionum.q.xiiij.& ratio eſt,
quia captio contra voluntatem eius eſt fa-
cta.Petrus tñ de ſamprana alias ſonſana,pu
tat quod de damno tenetur quod illi paſſi
ſunt. de iniurijs,c.ſi.xxiij.q.viij.propterea,
ex hoc infertur per ſimile de irregularita-

Source : BIU Cujas

te, quod irregularitas ratione homicidij nõ contrahitur ſola voluntate, niſi homo actu occidatur. de homi. ſicut dignum. §. j. vbi de h in glo. ex corde. xv. q. j. ſi quis non iratus. Sed nec fit quis irregularis propter ſolum homicidium, niſi culpa vel voluntas præcedat, vel alias ſequatur ſcandalum, vt notat. l. di. hi qui prioris de homi. ex literis. de clerico egrotã. tua. ex hoc dicto ſoluitur quæſtio quæ quæritur an clericus quis volebat interficere hominem, ſed non potuit qa inuenit eum iam mortuum, ſed volens nihilominus ſatisfacere ire ſue, amputauit caput mortui, ſit irregularis. Dicẽdum quod licet voluntas occidendi fuit, tñ nõ eſt irregularis, ſecundũ Arch. xv. q. j. ſi quis, Ratio, quia ad hoc ꝙ homicidium committitur, requiritur quod homo animatus occidatur, de homici. ſicut dignum. xxxij. q. ij. Moyſes, vbi abortus fetus inanimati non imputatur ad homicidium, ſicut ẽt no. Aluaro. Inno. Ber.
18 de homi. ſi aliquis. † Vigeſimaoctaua regula. Si quis in rixa mortuus eſt neſcitur tñ quis illum interfecit, licet ſecundũ quoſdã. ſ. Ioan. omnes irregulares ſunt quo ad promotionem ad ordines propter incertitudinem. vt xxiij q. vlti. c ſi. tñ probabilius eſt quod in tali caſu quilibet ſuæ conſcientiæ. ſit relinquẽdus, ſecundũ Guil. in ſpeculo. et Hoſt. in ſum. de homi. §. qua pœna. Vigeſimanona regula. Si amici mei occidunt aliquẽ mihi iniuriantem me inuito, & cõtra meã prohibitionem, mihi nõ nocet vt de homi. Petrus. iij. q. iij. quia prælatos. Idẽ ſi me ignorãte, de ſimo. nobis. & c. de regularibus. Sed ſi turbata conſcientia ſit, puta quia expreſſe conſenſi nec contradixi, imputabitur. ar. de ſimo. Mathe. Immo etiã dicunt quidã quod ſi ſciens contractum de morte habitum nõ reuelaui, non ſum irregularis, quia homicidiũ non commiſi facto, mandato, cõſilio, vel defenſione. l. di. ſi quis viduam. & de homi. Petrus. Alij dicunt contra, ſi credidi quod non obſtante mea prohibitione mei intuitu interficeretur. & hoc eſt tenendum. Nam in tali caſu tenebar reuelare illi contra quem
19 contractũ eſt. Trigeſima regula. † Si aliquis vadit ad interficiendum aliquem, & tu ei ſcienter conſentias, non tñ eum incitas ad homicidium perpetrandum, nec cum eo ſuper h aliqua verba habuiſti, vel ſi habuiſti, ſemper ex animo h ei diſſuaſiſti, ſed cũ nollet tibi acquieſcere, timens de ipſo eum aſſocians eo propoſito vt ſi forte eum quis inquireret, defendas, & tũc homicidiũ perpetrat, vere irregularis es, ſecundum Hoſti. ad quod facit de homi. ſicut dignum. §. illi qui.

Trigeſimaprima regula. Clericus miniſtrans arma pugnantibus, ſi aliquis interficitur irregularis eſt ar. xxiij. q. j. niſi bella c. ſi. nomine autẽ armorum intelliguntur fuſtes, lapides, ligna &c. Trigeſimaſecunda regula. Iudex eccleſiaſticus poteſt hortari brachium ſeculare contra violentos, & hæreticos, vel paganos, nõ vt occidat vel mutilet, ſed vt de terris fidelium expellantur, nec ẽt eſt irregularis ſi aliqui hincinde ſunt occiſi. xxiij. q. v. de occidendis. & xxiij. q. iij. maximianus, immo ſecundum Inno. de homic. petitio, licet aliquis in bello iuſto aliquos percuſſerit, ſi tñ inde nullus eſt mortuus, nõ fit ex hoc irregularis. Idem ſi quis accedit ad bellum iuſtum cauſa pacificandi, vel ex alia iuſta cauſa, licet ex eius præſentia aliquod robur accreſcit ſuis, vel timor incutiatur aduerſarijs, nõ eſt ſibi imputandũ, dummodo dolus, & etiam lata negligentia abſit
20 omnino ſecundum Guil. † Trigeſimatertia regula. Clericus qui intereſt iuſto, vel iniuſto bello in armis vel ſine armis, ſi aliqui ſunt hincinde interfecti, irregularis eſt, licet ipſe nõ occidat lib. diſt. ſi quis xiij. q. iij. por ro. xxiij. q. vlti. quicunq;. j. q. j. c. ſi. Trigeſimaquarta regula. Clericus defendens ſe vel ſuos, licet tunc ex defendẽtibus aliquis interfectus eſt ex aliqua parte, non eſt irregularis, vt illi qui non interfecerũt, nec interfectores adiuuabant, nõ ſunt irregulares, licet voluntatem occidendi habuiſſent, quia lex promotionis factum requirit. xv. q. j. ſi quis non iratus.

*Trigeſimaquinta* regula. Clericus in bello iuſto ꝙ nõ ad occidendum, ſed ad defendendum gerit, miniſtrans ſagittam balliſtario ſuo ad ſui defenſionem, ſi ille balliſtarius aliquem interfecerit, ſed ille clericus nõ intendebat quod ipſe aliquem interficeret, ſed quod illos detinuiſſet, & ſua defendiſſet aut recuperaſſet, non eſt irregularis, ſecundum Guil. Idem dicit de illo qui in bello iuſto præpoſitus fuit exercitui, & ſumptus facit, & cuncta diſponit, ſi forte eum contingat lanceas, vel ſagittas emere & miniſtrare, & ad exercitũ, vel ad cuſtodiam caſtri mittere, vel ſi hortat ad currendum poſt hoſtes, vt eis præda hominum, vel animalium auferatur, et tunc forte aliquis interficeretur, dummodo ſolum intẽdit ad recuperationem præde, non ad vindictam, talis enim cauſa remota non nocet
21 † Trigeſimaſexta regula. Qui mulieri fa-

Source : BIU Cujas

cit ne concipere,vel generare,uel poſt cõce
ptum parere poſsit,& qui prægnantem mu
lierem percutit,ita quod facit abortiuum,ſi
fetus iam fuit uiuificatus,irregularis eſt.Sed
ſi nõdum fuit viuificatus, ſolum mortaliter
peccat.de homici.ſi aliqui.ij.q.v.conſueuit.
vel ſi probabiliter dubitat, vel credit an ſit
mortuus vel viuus fetus ex illa percuſsio-
ne , vel vtrum conceptus fuit animatus vel
non in tali dubio debet a promotione & a
miniſterio abſtinere,nec periculo ſe cõmit-
tere . Si vero leuem, vel temerariam habet
opi.deponat eam ſi poteſt.& ſic poterit pro
moueri,& adminiſtrare,alias non,ar.de ſen
ten.excom.inquiſitio.et de ſimo.per tuas.ij.

Trigeſimaſeptima regula. Licet clericus
aliquem occidens pro defenſione rerũ ſua-
rũ irregularis eſt,de homic.ſuſcepimus.vbi
dicitur,poſt tunicam relinquendum eſt pal-
lium,& melius eſt rerũ iacturam pati q̃ pro
ſeruandis vilibus rebus,ac tranſitorijs acri-
ter in alios exardeſcere , clericus tamẽ per-
ſonam propriam defendẽdo, neceſsitate in-
euitabili repellens vim vi,cum moderami-
ne inculpate tutele percutiens aliquẽ,ſi inde
mors ſequitur,non imputatur ei , vt not.de
homici.ſignificaſti.ij.& iij.& c.interfeciſti.
22 vnde dicit Archi.xxiij.q.iij.c.j.† quod cle
ricus etiam interficere poteſt, vt non interfi
ciatur.ar. de fur.c.iij.dum tamen faciat pro
perſona propria.hodie expreſſe in cle.ſi fu-
rioſus.de homi.& dico perſonam propriã,
nam ſecus eſt ſecundum Ioan.And.in nouel
la ſuper cle.ſi furioſus,de homi.ſi non valẽs
euitare mutilationem , licet mortem poſsit
euitare,mutilauit vel occidit aliquem inua
ſorem,& idẽ ſi aliter non valens ſaluare res
ſuas, eum occiderit qui deportare volebat,
ſecus ẽt ſecũdum gl.d.cle. ſuper verbo ſuo.
de illo qui occidit illum qui occidere vole-
bat patrem,filium,coniugem,vel perſonam
coniunctam, quem aliter iuuare nõ potuit.
Quod putat Ioan.And. quaſi caſus ille non
includatur ſub neceſsitate ineuitabili.Intel-
ligitur aũt neceſsitas ineuitabilis ſecundum
Ioan.And.ibidem ſuper verſi.non valẽs, vt
quia inangulatus erat vel ſic arctatus quod
fugere non poterat, nec clamore iuuari.In-
telligitur autẽ cum moderamine inculpate
tutele ſi fiat ex incontinẽti,non ex interual-
lo,& cauſa defenſionis , non vltionis , & ſi
equaliter ſe defendat ſicut infeſtat, vt ſi gla-
dio percutitur,& ipſe gladio percutit,vel ſi
ligneo baculo,& ipſe econuerſo baculo li-
gneo,aut ferreo baculo percutitur , & ipſe
econuerſo ne amplius percutiatur ad mor-
tem.Si autem percutiatur paruo ligneo ba-
culo,a quo non timeatur mors, vel depila
vel per veſtem trahitur, & ipſe repercutie
ferro occidit ſuum inuaſorẽ,irregularis eſt,
quia non eſt moderamen inculpate tutele,
debuit enim ſe moderate tueri , & non ex
ceſsiue vltra violentiam ſibi illatam , aut
percuſſus eſt ſemel , & ſic dimiſſus eſt , nec
vlterius ſe credit percuti,ſi incontinenti re-
percutit,& occidit,irregularis eſt, Nam nõ
debet occidere inuaſorem ex quo ab eo nõ
credebat ſe occidi,vnde exceſsit in modera
tione , quia pro vna percuſsione non ictu
occidit.Hæc omnia colliguntur in gloſ.c.ſi
23 gnificaſti.ij.de homic. † Trigeſimaocta
regula. Prælatus ſpiritualis habens iuriſdi
ctionem temporalem in ſuo dominio, ſi ſu
vel latro deprehenſus in furto , vel male
cijs adducitur ad præſentiam eius , & pe
tur puniri iuxta condignũ ſui exceſſus, no
debet ipſe perſonaliter de hoc cognoſcere
iudicare,aut ſententiare,ſed debet hoc com
mittere ſuo procuratori dicendo iſta verba
fiat iuſtitia,generaliter,non deſcendẽdo ſpe
cialiter qua morte ſit moriturus. ne cle.vel
mona.c.vlti.lib.vj.Nec per h̃ etiam eſt irre
gularis ſi ſequatur ſanguinis pœna,vnde p
teſt fieri ſpecialis commiſsio ſuper tali ca
ſu,ſed non expreſſa pœna,ſecundum Goff.
Idem tenet Nouellator in d.c.vlt.lib.vj.Di
cit tamen nouellator in nouella ibidẽ.quod
ſi epiſcopus, vel prælatus mandat notario
ſuo vt in tali caſu ſcribat commiſsionẽ pro
cucatori , epiſcopi vt ſuper his faciat iuſti
tiã,talis notarius eſt irregularis , quod pro
bat ex eo, quia talis non habet facere quic
quã ex officio ſue iuriſditionis,quod requi
rit illa decretalis.Sit ergo epiſcopus cautus
vt non eijciat laqueum clerico , vnde com
mittat iſtam iuriſditionẽ laico per ſeipſum
immediate,& per alium laicum,non autem
per clericum.& ſcias quod hoc non ſolũ ve
ritatem habet in prælato habente iuriſditio
nem temporalem rationem beneficij ſed et
ratione patrimonij,ſecundum Nouellatori
ibidem,et quod plus eſt,dicit idem quod ex
quo clerici tales cauſas ſine metu irregulari
tatis poſſunt alijs delegare,ſatis videt quod
ſi laicus talem iuriſditionem habens,ſed p
babilem, cauſas ſanguinis terminat,poterit
hoc non obſtante ordinari,quia non fit irre
gularis ea ratione.caueat ergo prælatus cũ
interrogatus fuerit a iudice,ne reſpondeat,
malum eſt ſi ille malefactor remanſerit im
punitus,nam tunc eſſet irregularis,vt de ex
24 ceſ.præla.ex literis. † Trigeſimanona re

Source : BIU Cujas

gula. Si iudex habens latronem captũ quærit de aliquo perito quid debeat fieri de tali, & ille reſpondet talem eſſe morte puniendum, vel ſimile, iudex autẽ ſecutus eius conſilium, latronem punit ad mortem, irregularis eſt conſulens, quia fuit in culpa in caſu qui de facto non erat reſpondendus, vt de exceſ. prælat. ex literis. ſi tamen non eſt caſus de facto, ſed iudex q̃rit ſimpliciter qualiter tales ſint puniendi, & clericus reſpõdet quod ad mortem vel ad ſanguinem, ſi reſpõdens reſpõdet quod ad mortem vel ad ſanguinem, ſi reſpondens reſpondet ſecundum veram iuris ſententiã vt expertus iuris conſultus, non eſt irregularis, & maxime ſi extra iudicium, ut dicit gl. in dicto c. ex literis. Si autem errans in iure dixit, cum tamẽ aliter iura diſponant, irregularis eſt, vt colligitur per Guil. in Spec. titu. ij. §. iuxta propoſitionis. *Si autem qui non reputatur iuriſcõſultus, interrogatus reſpondet non vt iuriſconſultus, ſed ſimpliciter dicit quid de talibus ſentiat, nec pręſumit quod iudex eius ſequatur reſponſionem, nõ eſt irregularis, ex quo non reſpõdet ad caſum qui fit de facto. Nam ſi conſuleret ad caſum de facto, irregularis eſſet, ſecundum Ray.*

25 *Quadrageſima* regula. † Suſpenſus ab officio, celebrando fit irregularis. vt xj. q. iij. ſi quis damnatus. & cap. ſi epiſcopus in concilio. & licet illi canones loquãtur de excommunicato ſcienter & in contemptum clauium celebrante, hodie tamen idem irregularis eſt in ſuſpenſione a diuinis, vt de re iudi. c. cum eterni. & de ſentẽ. excommunica. cum medicinalis. lib. vj. et in hoc caſu ſolus Papa diſpenſat, vt notauit Guil. in Specu. tit. ij. §. nunc de epiſcoporũ. verſi. eſt inquam. Suſpenſus autem a beneficio tantum, non fit celebrando irregularis, quia hoc nullo iure cauetur, ſecundum Innocen. de electio. cum in cunctis. §. clerici. et c. ſtatuimus, de conceſ. præben. quia diuerſitatem. Minori quoque excommunicatione propter participationem excommunicati in locutione uel ſimilibus ligatus, licet celebrãdo grauiter peccet, non tamen efficitur irregularis, quia hoc nullo iure cauetur, ſecũdũ Inno. immo ſi medio tempore poſtquam cõmunicat excommunicato, celebrauerit, bene poteſt pœnitentia peracta ſine Papæ diſpenſatione celebrare. vt de cleri. excõmu. miniſtri. c. fi. xj. q. iij. ſi quis presbyter. Inno. tamen & Hoſtien. dicunt quod tales nõ propter ſuſpenſionem a iure celebrare prohibentur, cum non ſint ſuſpenſi a iure, nec ſuſpendẽdi, ſed ſolũ propter peccatum prohibentur cum fuerint ſuſpenſi quo ad deum a ſacramentis & a promotione. ſi enim a iure ſuſpenſi eſſent, celebrando fierent irregulares per capi. cum eterni. de re iudica. lib. vj. & de ſenten. excommunica. cum medicinalis. eodem lib. vj. Ex quibus omnibus ſecundum Abba. in dictionibus ſuis. & c. ſi celebret &c. de cleri. excommunic. miniſt. quod celebrans in mortali peccato non incurrit irregularitatem poſt pœnitentiam & reconciliationem obtentam ſuper peccato mortali, vel excommunicatione minori ex quibus celebrans poterit ſine aliqua diſpenſatione ſuperioris celebrare, nec obſtant noua iura ſcilicet. c. cum eterni. de re iudica. & c. cum medicinalis. de ſenten. excommunic. libro vj. quæ loquuntur de illis qui ſunt ingreſſu eccleſiæ priuati, & a diuinis ſuſpenſi, quod non eſt in iſtis, cum iſti nec ingreſſu eccleſiæ ſint priuati, nec etiam a collatione ſacramentorum, ſed ſolum a perceptione ſunt ſuſpenſi.

26 *Quadrageſima* Prima regula. † Notorius fornicator a iure ſuſpenſus celebrans non fit irregularis. ſecundum Guil. in Specula. tit. ij. §. iuxta propoſitionis. Nec obſtat quod quidam dicunt quod quodlibet peccatum notorium facit hominem irregularem, vt de temporib. ordinan. capitulo quæſitum. hoc enim verum eſt ſi ibi non intelligitur irregularitas quæ requirit papæ diſpenſationem. vnde dicit Abba. vbi ſupra quod in illa irregularitate quam quis incurrit ex notoria fornicatione, ſi in tali celebrat, poteſt epiſcopus diſpẽſare poſt pœnitentiam, per capit. ac ſi. de lit. conteſtatio. & ita hodie ſeruatur. Et quanuis quidam nimis rigidi, vt Hoſtien. & Innocen. dicant contrarium, tamen non ſunt audiendi, quia qui nimis emungit, elicit ſanguinem. iiij. diſtinctio. denique. nec aduertas rationem illam quam dicunt. Omnis ſuſpenſus ab officio per canonem, celebrando fit irregularis. vt dicitur in capitulo cũ clerici. de re iudica. & capit. cum medicinalis. de ſenten. excommunicatio. libro ſexto, ſed talis eſt fornicator notorius, vt patet in capit. quæſitum. de cohabita. cleri. & mu. & xxxiij. diſtinctio. propter hoc. ergo efficitur irregularis celebrando. Ad hoc reſponde audacter ſecundum Francis. de Zaba. in c. veſtra. & c. quæſitum. de cohabi. cleri.
27 † quod ſuſpenſus a canone celebrans, tunc

Source : BIU Cujas

ſolum incurrit irregularitatem. qñ per mo-
dum ſententiæ ſit a canone ſuſpenſus, vt in
d.c.cum eterni.lib.vj. Sic aũt non eſt in for-
nicatore notorio & ſimoniaco, quia nõ per
modum ſniæ, ſed enunciatiue dicitur a cano
ne quod ſint ſuſpenſi. vt patet in c.quæſitũ.
de cohabi.cleri. ergo celebrando non fiunt
irregulares. de ſen.excom.li.vj. Tene ergo
ſecundum Franc.quod ſi in canone pœnam
imponente dr̃ quod talis ſit ſuſpenſus ab of-
ficio, vel dicitur, ſuſpendimus talem ab offi
cio ſi hoc fecerit, tunc taliter ſuſpenſus cele
brans fit irregularis, vt in d.c.cũ eterni. Sed
ſi dicitur a canone pœnam approbante vel
enunciante, ſeu recitante aliquem eſſe ſuſpẽ
ſum, ſicut dicitur de fornicatore notorio in
c.quæſitum. vbi tñ recitat notorium fornica
torem eſſe ſuſpenſum, talis celebrando non
fit irregularis. Pro iſto dicto eſt famoſiſſi-
mus ille doctor Guido de Bayſio, Archidia-
conus nuncupatus xxxij.diſt.ad hæc vero.
vbi ipſe no.in fi.gl.quæ incipit, iſtud intelli
git, quod notorius fornicator non eſt princi
paliter ſuſpenſus a canone, ſed a deo, quod
patet ex eo quia cꝑ cito pœnitet, licite cele-
brat. de coha.cle.c.vlti.licet in odium crimi
nis per canones aliquid ſit additum, quoad
vitationem eorum, vt ſcilicet nõ audiantur
ab eis diuina. vt in c.veſtra.& in cap.tua.de
coha.cle.xxxij.diſt.nulla. & c.præter hæc.
& hoc ſecundum Innoc.licet Hoſti.notaue-
rit contrarium in Specu.ti.ij.§.iuxta propo
ſitionis.&.§.nunc de epiſcoporum. verſicu.
xxvj.& hanc viam tanquam mitiorem pu-
to complectendam.

28 *Quadrageſima* Secunda regu-
la.† Suſpenſus
a canone nõ ꝓ-
pter crimẽ, ſed propter aliquem defectum,
vtputa illegitime nati & corpore vitiati, nõ
incurrunt nouam irregularitatẽ ſi ante obtẽ
tam diſpenſationẽ celebrent, ſecundũ Guil.
in Specu.tit.ij.§.iuxta propoſitionis.verſic.
porro.& idem no.per Archi.lvj.diſt.apoſto
lica.in prin.& hoc ſeruat curia, quia qñ di-
penſat cum talibus, ſimpliciter diſpẽſat ſu-
per defectu.nulla facta mentione de irregu-
laritate, quia nullam incurrunt.lvj.diſt.apo
ſtolica & c.cenomanenſem.de filijs presby
terorum.veniens.Ideo dicit intelligendum
eſſe ſpeculatorem de illis qui propter infa-
miam ſuſpenſi ſunt a canone, ſicut ſunt illi,
quorum crimina ſunt notoria, & qui etiam
poſt peractam pœnitentiam celebrare pro-
pter ſcandalum & infamiam prohibent, vt
in c.fi.de cohabi.cleri.& mu.& de ho.ex li-
teris.c.fi.& tñ ante diſpenſationem celebrã
do, nouam irregularitatem non incurrunt,
quia hoc non inuenitur iure cautum ſecun
dum Guil.in Spe.vbi ſupra & Archi.lvj.di
29 ſtin.apoſtolica.&c. † Quadrageſima ter-
tia regula. Suſpenſus a confeſſionibus au-
diendis, celebrans ante reconciliationẽ non
efficitur irregularis. ſecundum Guil.qa hoc
non inuenitur iure cautum xj.q.iij.§.euiden
ter. De hac ſuſpẽſione habetur.xxvj.q.j.&
v.q.vj.per totum. Quadrageſima quarta
regula. Recipiens beneficium in irregulari-
tate, impetrata abſolutione ſuper irregulari-
tate, nõ indiget alia diſpenſatione ſuper be-
neficio obtento, ſecundum Ray.& Guil.in
Spe. Caueat tñ quilibet ne in peccato mor-
tali, vel ſuſpenſione beneficiũ recipiat, vn-
de ſecurius eſt vt talis confiteatur ante rece
ptionem, ne collatio ſit vitioſa, ſecundum
Guil.in c.ſi celebret. de cleri.excom.mini.
Licet hoc ſit perdurum, eſt tñ verũ propter
rationem ibi poſitam, quia ſcilicet eligi nõ
poteſt in peccato mortali ad illa a quorum
perceptione a ſanctis patribus eſt priuatus.
Verũtamen Abb.ibi moderatur hoc, dicẽs
quod ſi cui exiſtenti in occulto collatum ſit,
ſed ipſe recipit illud poſt peractam pœnitẽ
tiam, poterit retinere. allegat de temp.ordi.
quæſitum.de ſen.excom.c.vlti. Sed propter
peccatum enorme, vtputa propter homici-
dium, ipſo iure perdit beneficiũ, vt not.per
Archi.l.diſt.ſtudeat.quæ incipit in gl.hic di
ſpẽſat. vbi dicit gl.quia de iure debet eo ca-
rere.quod exponit Archi.per ſniam, non ip
30 ſo iure.† Nam homicidium nõ inducit ipſo
iure priuationem beneficij, ſecundum Ber-
nar. Compoſt.qui ita notauit de electione.
quod ſicut.in gl.j.§.ſi vero.ver.alia autem.
Et idem ſentit Inno. dicens quod in homici
dijs irregularibus cadere poteſt ius cuiuſli-
bet dignitatis, quia ẽt iuſte habent eam ſi cũ
eis fuerit diſpenſatũ. Et ẽt ſine diſpenſatio-
ne iuſte tenẽt prædicti dignitates ſuas quo-
uſq; renuncient, vel deponant, ſecundũ In-
no.qui ita notauit de exceſſibus prælatorũ.
c.cum in princip. Contra tñ iſtud dictum fa-
ciunt multa iura, vt de clerico pugnante in
duello.c.henricus.in fin.Item lv.diſt.ſi euan
gelista.verſi.in loco.cum diſpenſatio requi
ratur vt homicida beneficiũ recipiat, vñ ſe-
cus de iure cõi. Item cũ homicida miniſtra-
re non poteſt ẽt poſt pœnitentiam ſine diſpẽ
ſatione.de tempo.ordi.quia ſuſpenſus eſt a
beneficio quod datur propter officium. &
ſic etiam accedit.lxxxj.diſt.eos. & notatur
de cõſue.cum dilectus in gl.ſuſpenſus enim.

Tu

Source : BIU Cujas

Tu dic breuiter qđ hic nulla eſt contrarietas. Nam Bernar. & Innoc. intelligũt quod homicida iuſte tenetur & recipit beneficiũ quouſq; deponitur per ſentẽtiã. Iura aũt in contrariũ inducta dicũt qđ debet carere & priuari beneficio de iure, quia de iuris rigore eſt inhabilis ad illud. Non tamẽ hoc negat quin hoc fiat per ſententiam, & ſic idem ſentiunt.

31 *Quadrageſima* Quinta regula. †Presbyter excommunicatus, vel ſuſpenſus ſimpliciter ab ordinibus ſuis adminiſtrans in ordine Acolythatus, efficitur irregularis, ſecundum Gu.l. Secus ſi tantum a miſſarum celebratione fuerit ſuſpenſus. Quadrageſimaſexta regula. Clericus in minoribus conſtitutus excõicatus miniſtrans ſacerdoti ad altare portãdo aquam, lumen & alia ſimilia, nõ eſt irregularis, ſecũdum Guil. Idẽ putat de presbytero diacono & ſubdiacono, Ratio quia iſta nulli ordini ſunt annexa, cũ & per laicos literatos expediantur. Quadrageſimaſeptima regula. Epiſcopus ſuſpenſus a pontificalibus, celebrando in eis non fit irregularis, quia pontificalia non ſunt de ſubſtantia, ſecũdũ Guil.

32 Quadrageſimaoctaua regula. ſuſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ ſi in ea celebrat, irregularis eſt, & ſi in tali ſuſpenſione decedit, nõ ſepelitur in cimiterio, vt de ſententia excõmunicationis. is cui. lib. vj. Notat tñ Nouellator in nouella qđ põt in eccleſia audire diuina ſine metu irregularitatis, ſed non ſine peccato, licet Hugo & Ray. aliud notauerint, quorũ opinio refutatur per modernos. Quadrageſimanona regula. Excommunicatus vel ſuſpenſus baptizans ſolenniter in ſuper pellicio & ſtola publice, irregularis efficitur, ſecundũ Guil. Secus ſi aliter ſcilicet ſimpliciter baptizat, & maxime in neceſſitate.

*Quinquageſima* regula. quicunque nõ põt ꝓmoueri ad ordines ſine diſpenſatione, nec ẽt ad honores, & quicũque eſt inteligibilis, irregularis eſt ſecundũ Guil. Idẽ intellige de omnibus caſibus qui impediũt promouẽdos, vel deijciũt iã promotos, vel q pœnã depoſitionis merẽtur. Vñ regulare eſt quod quicunque poſt peractã pœnitẽtiã nõ habẽt ordinis executionẽ, irregulares ſint, ſicut homicidæ. l. diſt. §. j. extra de ſimo. tanta. Itẽ excõicatus, interdictus, ſuſpenſus, in contemptũ clauiũ ſe faciens ordinare de ſen. excõ. cũ illorũ, Itẽ ſi ẽt præſumit celebrare. xj. q. iij. ſi quis de vi. & ho. cle. vt clericorũ. §. ſi quis igitur. Itẽ violans interdictum. de excõ. præla. tanta.

33 † Itẽ falſarius literarũ Papę. de cri. fal. ad falſariorũ §. j. talis tamẽ ſecũdum Inno. ſi occultus eſt, poſt abſolutionẽ, & pœnitẽtiã poteſt ordinari, quia nullo iure cauetur quod ſit infamis ipſo iure. Itẽ hæreticus de purg. cañ. inter ſollicitudines, vel exhibẽtes hęreticis ſacra, de hęre. excõ. §. ſi vero. Itẽ ſodomita, de excõ. præla. cleri. Itẽ presbyter denudans confeſsionẽ de pe. & re. oẽs. c. fi. Itẽ incorrigibilis in cõtumacia perſeuerans. de do. & cõtu. veritas. §. fi. Itẽ notoriũ crimẽ de iure vel facto. de tẽp. or. c. fi. Item vtẽs officio aſſaſsinorũ, vel defendẽs, receptans, occultans eos, licet mors nõ ſequatur inde. de ho. pro hu. li. vj. Itẽ apoſtata. de apoſta. c. fin. Item ſchiſmaticus de ſchiſma. c. j. Itẽ intruſus per ptãtem ſecularem. vij. q. j. factus. de ele. quis. Itẽ omne crimẽ ꝙ ipſo facto inducit infamiã ciuilem. ij. q. vij. §. porro. Itẽ infamia deſcendẽs ex delicto per ſentẽtiã declarato, quia pœna põt demi culpa permanente, ij. q. iij. §. hic colligitur. Infamis. n. eſt irregularis, ſiue infamia ſit iuris, ſiue facti, vt de accuſatio. omnipotens. de teſti. teſti-

34 moniũ. †Quinquageſimaprima regula. Excõicatus maiori excõicatione ſiue ab homine ſiue a iure, ſciẽter durã. excõ. celebrãs ſemper fit irregularis, & eſt deponendus. de cle. ex. mi. latrones. Secus ſi ignoranter, vt eo. titu. c. apoſtolicæ. Si aũt dubitaret probabiliter de ſentẽtia excom. præſertim qñ conſcius eſt de culpa ſua ꝓpter quã iuſte potuit excõicari, neſcius tñ exponit ſe diſcrimini, & celebrat cũ ſit excõicatus, irregularis eſt, & indiget diſpẽſatione Papæ. ſecundũ Guil. vt in d. c. apoſtolicæ. Craſſa autẽ ignorãtia in talibus iudicatur, vt ſi citatus perẽptorie nec iuit nec miſit ad terminum, & ſic celebrat, licet nihil de excommunicatione ſciat.

35 *Circa præmiſſa* ſciendũ† ꝙ ſuſpenſus a iudice ſiue ad certã diem, ſiue perpetuo ſiue quouſq; pœniteat, ſemper ſi celebrat, eſt irregularis, quia talis non deberet celebrare niſi prius ſententialiter abſoluatur, ſicut ſentẽtia ſuſpenditur. In vltimo tamen caſu quidam contradicũt, vt ij. q. v. presbyteris. vbi dicitur quod talis ad arbitrium ſuſpendentis facere debet, & ſi ante abſolutionẽ celebrat, irregularis eſt, & idem de re iudica. dilectus. de exceſsi. præla. apoſtolicæ. Suſpenſi vero a deo, vt ſunt



Source : BIU Cujas

omnes peccatores celebrantes in peccatis,
non fiunt irregulares, licet peccent, niſi ce-
lebrent in criminalibus, vt homicidio, in ſi-
monia, & ſimilibus, & in quibus etiam acta
pœnitentia executio interdicitur, vt ſupra
36 dictum eſt. † Suſpenſi autem ab officio a ca
none propter crimen, ſi celebrant, irregula-
res ſunt. Et hoc intellige ſi ſuſpenduntur a
canone pœnam imponente, non autem ap-
probante, vt in cap. cum eterni. de re iudi-
ca. lib. vj. quia etiam in minori excommuni
catione exiſtens ſuſpenſi ſunt a canone non
imponente pœnam, ſed approbante, & quã
cito pœnitent, poſſunt celebrare, de ſenten.
excõ. nuper. vnde potius dicitur ſuſpenſo
dei quam canonis, ſecundum Guil. Et not.
ſecundum Ioan. And. in clemen. j. de deci-
mis, in glo. ſuper verbo, donec. quod cũ ali-
quis ſuſpenditur donec ſatisfecerit, ſufficit
iudicis declaratio ſup ſatisfatione ſine alia
abſolutione. In excõmunicatis vero eſt ne-
ceſſaria abſolutio poſt ſatisfactionem. Con-
cordat ad hoc glo. Ian. And. in ſæpe quia. de
elect. lib. vj. ſuper verſi. donec plene vbi di
citur quod illi qui occupant bona eccleſia-
rum vacantium & ea diſtrahũt, tandiu ſunt
a beneficijs, & officijs ſuſpẽſi, donec ea ple-
ne reſtituerint, ipſis autem reſtituentibus ip
ſo iure ſine alia ſententia reſtituti erunt, vt
notauit Ioan. And. lxxxj. diſtinctio. ſi qui.
Præterea ſciendum eſt quod ſecundũ gloſ.
xxvj. diſtin. deinde infamia & irregulari-
tas contracta ante baptiſmum tollitur poſt
baptiſmum, & hoc ſi prouenit ex proprio
delicto, quia dona baptiſmi ſunt ſine omni
pœnitentia & ſatisfactione, vt de conſecra-
tione diſtinctione quarta. ſine. Si enim pec-
catum non deletur quantum ad infamiam,
adhuc poſt baptiſmum obeſſet, quod negat
Ambroſius. xxvj. diſt. j. vnde ſi aliquis occi
dit mille homines ante baptiſmum, omnis
infamia, & irregularitas tollitur, vt quin-
quageſimaprima diſtinctio. ſi quis poſt acce
ptum. vt patet de Paulo, qui ante baptiſmũ
fuit homicida, & tamẽ poſtea factus eſt apo
ſtolus, vt l. diſtin. §. econtra. Huic tamen di
cto aduerſantur doctores. nam Archidiaco-
37 nus in dicto capit. deinde. dicit † quod bene
infamia ex quo non deſcendit niſi ex pecca
to, deletur in baptiſmo, ſicut & peccatum,
ſed non irregularitas quæ non fundatur ſu
per peccato. vnde ita irregularis eſt qui oc-
dit cum peccato, ſicut qui occidit ſine pecca
to, vt iudex. ne clerici, vel monachi. c. ſentẽ
tiam. & bigami & corpore vitiati. & ita ip
ſe innocen. notauit de homic. presbyterum
quod homicidium ante baptiſmum, ſiue ex
officio, ſiue ex voluntate fecerit homicidiũ
non eſt poſt baptiſmum irregularis quia
omnis ſequela peccati deleta eſt. Sed Goff.
fre. de conuerſione infidelium capi. primo
notauit quod peccatum & ſequela peccati
bene delentur in baptiſmo, ſed non defe-
ctus, ſiue impedimentum. Prima via com-
muniter approbatur. Specu. tamen in tit. de
diſpenſationibus. §. iij. verſi. is autem, vide-
tur declinare &c.

FINIS.




# DE SORTILEGIIS
## TRACTATVS PAVLI
Ghirlandi Iuriſcon. clariſſi.

## SVMMARIVM.

1 *Sortilegium quid ſit in ſuo ſumptum ge-*
*nere.*
2 *Sortilegi proprie qui dicantur.*
3 *Sortilegia vt plurimum ſub religionũ falſa*
*demonſtratione fieri ſolent.*
4 *Sortilegus qui dicatur largo ſumpto voca-*
*bulo.*

Source : BIU Cujas

5 *Sortilegorum duplex eſt profeſsio.*
*Sortilegium vnde dicatur.*
*Sors pro fortuna quandoque capitur.*
6 *Sortilegia per quos fuerint prius adin-uenta.*

PRIMO quero quid
†ſit Sortilegium gene-
raliter ſumpto vocabu
lo pro omni ſpecie ſu-
perſtitionis. Reſpond.
Sortilegium eſt ſu-
perſtitio quædam illu-
ſoria & ſumme noxia
qua vtitur homo demo
nis miniſterio vt habe
tur xxvj.quęſtione quinta.in ſum.& xxvj.
quæſtio,ſecunda qui ſine ſaluatore. vbi de
hoc l.nemo.& l.multi.C.de malefi.& ma
thema.& ſanctum Thom. in ſecunda ſecun
dæ quæſtione xcv. articu. iiij. in titulo de
ſuperſtitio. & nota. in capitu.primo. & ſe-
cundo.de ſortileg. & ideo ſortilegi diuina-
tores & malefici huius diabolicæ religio-
nis profeſsi dicuntur hoſtes humanæ ſalu-
tis & humani generis inimici.l. & ſi exce-
pta.& l.fin.C.eodem titu.Quero nunc quis
dicitur proprie ſortilegus tex.enim xxvj.
quæſtione prima.capi.ſortilegi.dicit quod.
2 †Sortilegi proprie hi ſunt qui ſub nomi
ne ficte religionis per quaſdam quas ſan-
ctorum ſeu apoſtolorum vocant ſortes di-
uinationis ſcientiam profitentur aut qua-
rundam ſcripturarum inſpectione futura a
promittunt,ex quo tex,not.quod iſti ſorti-
legi & incantatores ſub falſo quodam & fi-
cto religionis nomine ſanctorum vel apo-
ſtolorum ſua conficiunt ſortilegia, & hinc
eſt quod iſti incantatores,& maxime mulie
res in ſuis ſortilegijs & incantationibus,vt
vulgariter dicitur ſepius dicere iubent per
maleficiatum aut infirmum Aue mariam,
vel Pater noſtrum,aut alias ſimiles oratio-
nes ad deuotionem alicuius Sancti Apo-
ſtoli vel martyris, vt ſub illorum Sancto-
rum Apoſtolorum vel martyrum deuotio-
ne ac præſidio opus quod conficiunt videa
tur miniſtrari, nihilominus omnia illa ſunt
falſa & ficta,& non ad veram deuotionem
ſeu interceſsionem illius ſancti apoſtoli vel
3 martyris dicuntur ſeu vouentur,† ſed ſub
illa falſa religionis demonſtratione omnia
opera prædicta arte & præſidio dæmonis
conficiunt & ſub illius deuotione vouent-
de quibus tum latius infra dicemus quæ-
ſtione quinta & vj.text.tamen in dicto cap.
ſortilegi videtur ponere ſolum diffinitio-
nem iſtius verbi ſortilegi ſtricto ſumpto vo
cabulo, quod denotat duntaxat ſpeciem
diuinandi, & ſic ſortilegia diuinatoria.
Ego autem large ſummo hoc verbum, ſor-
tilegum, ſiue ſortilegium pro omni ſpecie
ſuperſtitioſa ſiue malefica, ſiue amatoria,
ſiue diuinatoria ſit.vt ſupra dixi in princi-
pio q.quoniam ſunt tot diuerſa nomina ri-
tus & ſpecies iſtius diabolicæ religionis
quod nimis longum eſſet velle cuiuſque
ſuã ponere diffinitionẽ. & ideo ſub hoc no
mine ſortilegij ſiue ſortilegi oium malefico
rũ & diuinatorũ ſectas cõprehenſas habe-
re volo tanquã ſub vno genere comprehẽ
dens ſub ſe omnes & ſingulas ſpecies ip-
ſorum maleficiorum in ſubſtantia differen-
tes, prout requiritur de eſſentia vere dif-
finitionis, ſecundum Bart. in l.prima.ff. de
teſtamen. & diximus ſupra titulo proxi-
mo, in princip. illa enim diffinitio eſt bo-
na reſpectu illius ſortilegij ſpecialis de quo
ibi,ſcilicet diuinatiui, ſed volendo ponere
diffinitionem ſortilegi quæ comprehendat
omnes profeſſos cuiuſcunque ſint ſpeciei
ſub eadem generali diabolica religione di-
4 cendũ eſt ſic ꝙ. †Sortilegus large is eſt
qui diabolicam religionem profeſſus eſt &
noxia queque ſuperſtitioſa aut eluſoria de
monis inſtrictione componit,& ſecundum
hanc diffinitionem omnes ſpecies ſortile-
giorum continentur ſub verbo,noxia,con-
tinetur ſpecies amatoria & venefica, vt in-
fra latius dicetur ſub verbo,eluſoria, con-
tinetur diuinatoria ſpecies. ſub verbo, ſu-
perſtitioſa, ſortilegia quæ fiunt ad ſanan-
dum maleficiatos, vt l.nemo & l. multi. &
l.eorum.C. de malefi.& matth. cap. ſecun-
do.de ſortileg.xxvj.quſtione quinta ſortes.
5 & capi. ſecundo†Iſtorum autem profeſsio
duplex eſt.vna tacita, altera vero expreſſa
de quibus ad plenũ dicetur infra eo. in iij.
quæſtio.& vide in ſum.confe.in titu. de ſor
tileg.quæſtio.ſecunda & per totum. Sor-
tilegium autem dicitur a ſorte quæ in hac
materia accipitur pro arte diuinãdi. xxvj.
quæſtio.quinta ſortes.eadem cauſa.quęſtio.
iiij.c. fina. Sors igitur hoc nomen accipi-
tur quandoque pro fortuna, vt in authen.
vt omnes obed. iudic. prouinc.§. arripiant
circa finem.ſumitur etiã pro cõditione hu-
mana & pluribus alijs modis de quibus per
gloſ. in procemio clemen,in verbo,ſortis,
& l.milites,in verb.ſortẽ,C.de teſta.milita.



Source : BIU Cujas

&c hr̄ in l.ij.C.communia de lega.&c in l.ſed cum ambo.ff.de iudi.vide do.Fede. de ſen. in conſi.cclxxxiiij.quod incipit,domine reuerēde.vbi plene examinauit quid ſit ſors.

6 †Queri poſſet ēt a quibus fuerunt inuenta hęc ſortilegia &c qui fuerunt primi qui illa introduxerunt inter omnes.dic ꝙ populi Perſi cæteris curioſiores noſcere ea quæ natura humana per ſeipſam facere nec docere poteſt.xxvj.q.iiij.cap.igitur genus.&c quid ſit ſortilegium. &c quid ſint ſortilegi vide Archid. in c. accuſatus §.ſane. de hæreti.lib.vj.&c in ſumma confe.in titu.de ſortileg.q.ij.&c iij.Hoſtien.&c Rayn. in ſumma eod.titu.&c ſanctum Tho.ſecunda ſecunde. quæſtio.xcv.in titu. de ſuperſti.verſicu.ad quartum dicendum.

## SVMMARIVM.

1 *Sortilegiorum diuerſe ſunt ſpecies.*
*Sortilegij prima ſpecies eſt diuinatiua.*
2 *Sortilegij ſpecies ſecunda quæ ſit.*
3 *Sortilegiorum ſpecies tertia eſt veneſica ſeu maleſica.*
4 *Maleſiciatum curare hominem nemo poteſt niſi eiuſdem artis ſit peritus.*
*Ars nulla hominem maleficiatum a maleficio liberare poteſt.*
5 *Egritudines quæ rebus proueniunt naturalibus ex contrarijs, hoc eſt per contrarias res curari poſſunt.*
*Remedia contra maleficia aut alios languores de iure ciuili non ſunt reprobata.*
6 *Sortilegi & negromantici ſuis ſuperſtitionibus volentes fidem adhiberi aliqua futura prænuntiant.*
*Diuinationum quatuor ſunt ſpecies, geomātia ſcilicet, hydromantia, pyromantia, & aerimantia.*
*Diuini quare ſic dicti.*
7 *Incantatores qui cenſendi ſint.*
*Arioli qui ſint, qui aruſpices, qui augures, & qui phitoniſſe.*
8 *Aſtrologi qui dicantur, qui genethliaci, qui ſalitores, & negromantici.*
9 *Negromantia vnde ſit dicta.*
*Dæmones ſanguinem amare dicuntur.*
10 *Ius ciuile magiſtros in ſecunda et tertia ſpe-*
*cie ſortilegiorum ſolet æquiparare.*

SECVNDO quęro qu
ſunt ſortilegiorum ſpeci
1 †Reſpō.quod multe ſu
ac diuerſe ſecundū diuerſ
hominū profeſſiones & fo
mas quibus illa conficiu
principaliores vero & m
giſtrales ſunt tres,ſcilicet diuinatiua,ama
ria, & venefica. Prima itaque dicitur d
uinatiua per quam iſti ſortilegi vſurpan
ſibi nomen diuinatoris per quā futura q
dam præſentia vel præterita nobis ign
vaticinari conantur.xxvj.q.v. non op
tet.& l.nemo.C.eod.titu.de maleſi. &c.
diuinandi curioſitas &c.& ſecundum h
ſpeciem ſortilegium proprie & ſtrictiſſi
ſumitur,quia dicitur a ſorte quæ in hac m
teria ſumitur pro arte diuinādi,vt ſupra d
ctum eſt.& hoc modo ſumpſit tex. hoc v
bum in cap.ſortilegi.xxvj.q.j. At Io.lec
ſum. cōfe.in tit.de ſortileg.& diuina.q.j
fin.dicit quod triplex eſt genus diuina
nis,quorum primum eſt quod fit per ma
feſtam demonum inuocationem quod p
tinet ad negromanticos. Secundum aute
eſt quod fit per ſolam conſiderationem d
ſpoſitionis vel motus alterius rei quod p
tinet ad augures.Tertium eſt dum facim
aliquid,vt nobis manifeſtetur aliquod o
cultum quod pertinet ad ſortes, & iſta d
vltima fiunt per tacitam demonum inuoc
tionē,vt ibi dicitur.ſub quolibet vero iſto
rum generum diuerſe ſunt ſpecies , vt ibi
not.& dicetur infra hac q.colum.ij. verſi
2 redeo nunc &c. †Secunda vero ſpecies
ſortilegiorum ea eſt quæ dicitur amatoria,
quia fit propter amorem libidinoſum,& v
plurimum ad flectendum pudicos animos
ad libidinem,tam mulierum q̄ virorū, ſed
frequentius mulierum l.eorum,in princ.C.
eo,ti.& l.iij.§.hæc adiectio.ff.ad leg.cor.de
ſica.l.ſi quis aliquid.§.qui abortionis.ff.de
pen.vbi ſit mentio de poculo amatorio de
quo latius dicemus infra.eod.titu. xij. q.&
quid ſi ex poculo huiuſmodi forſan male
compoſito vel indiſpoſite ſumpto fuerit ſe
cuta mors abſorbentis qua pœna miniſtra
tor ille qui exhibuit potandum puniatur,
de hoc lati us dicetur ibi. & etiam videbi
mus qua pœna puniatur quando non fuit
ſubſecuta mors,ſed alius turpis effectus de
3 quo infra,q.xj. †Tertia ſorti legiorū ſpe

Source : BIU Cujas

cies eſt illa quæ dicitur venefica ſiue male-
fica,& iſta eſt cæteris pernicioſior & magis
odioſa per quam multa mala proueniūt &
diuerſe fabricantur infirmitates,morbi, &
calamitates in humanis ac brutorum cor-
poribus ex quibus mors ſepius cauſatur.
quidam enim hac ſpecie malefica polluti
cito pereunt, & hoc euenit quotieſcunque
compoſitio illa malefica eſt valde atrox &
plurimū veneni habet in ſe ꝙ qualiter fiat
infra dicetur,quandoq; vero non tam cito
mors prouenit,ſed poſt lōgas luctuoſas que
relas,& lachrymabiles fletus perſone male
ficiate corpus paulatim conteritur virtus
debilitatur, id quod demum perit & pro-
pterea ſpecies iſta ſolet dici malefica, quia
ſemper tendit ad malum l.eorum.in princ,
l.multi.C.eo.titu.& ideo non immerito lex
vocat iſtos humani generis inimicos, quia
ſemper quaſi tendunt ad hominum necem
& deſtructionem,& quandoque ſola carmi
nis potentia interimunt abſq; vllo veneni
hauſtu,vt dicit S.Auguſt.in li.x.de ciui.dei,
cuius dictum inſertum eſt.xxvj.q.v.c.nec
mirum.§.magi.l.& ſi excepta.in prin.C.eo.
titu.& alibi appellantur hoſtes communis
ſalutis l.fi.in prin,eod.titu. Quidam vero
reperiuntur qui eadem profeſsione muniti
& malefica arte eruditi ſupradictas infirmi
tates & maleficas pollutiones ex languenti
bus corporibus auferūt & corpora ita gra
uiter turbata breui tempore ſanant,quibus
vero medelis & remedijs ipſorū curas con
ficiunt & maleficas illas pollutiones remo-
4 uens referre nephas eſt, † nec putes quod
cure huiuſmodi fieri ſoleant abſque ſciētia
malefice artis & demonis inſtructione,quia
malefice ille pollutiones deſtrui non ſolent
niſi per eiuſdem artis magiſtros vel qui ſint
diabolice profeſsionis bene inſtructi , aut
quoquo modo participes, quia maleficia ip
ſa abſque demonis miniſterio & ſuffragio
tam rebus ipſis quam verbis communiter
inſeri non ſolent in corporibus pariter nec
tolli & hoc eſt quod dicit ſanc. Auguſti. in
lib.de ciuita.dei,ꝓut refertur.xxj.q.v.nec
mirum in fin,quod huiuſmodi remedia &
medelas ars non commendat medicorum,
quippe,quia illa non nouit medicina enim
naturalis & omnium phyſicorum & chirur
gicorum ars tota communiter non ſuffice-
ret ad ſanandum corpora ipſa & remouen
dum dictas pollutiones quæ demonis ope-
ra,& ingenio in dicto corpore fuerunt in-
ferte.eadem igitur artis peritia & ſuffragio
æquum eſt vt tollatur,quia cuius eſt conde-
re eiuſdem eſt ſoluere,cuius eſt condemnā-
di facultas eiuſdem eſt & abſoluendi liber-
tas l.cōdemnare.ff.de re iudi.& l.nemo qui
condemnare.ff.de regu.iur.Et nihil tā na-
turale eſt quam eodem genere quodq; diſ-
ſolui quo colligatum eſſe reperitur.l. nihil
5 tam naturale.ff.de regu.iur.¶Non nego ta-
men quod ſi egritudines ipſe ex rebus dun-
taxat naturalibus cauſantur, puta veneni
quod ex rebus etiam naturalibus cōtrarijs
tolli non poſsint abſq; demonis operatione
ſi homines per ſe aut naturali ſcientia hæc
ſcire poſſent & naturalium virtutes & po-
tentias ita ſubtiliter cognoſcerent ſicut de-
mon,quia ea quæ mediantibus naturalibus
proueniunt, mediantibus etiam contrarijs
naturalibus tolli neceſſe eſt per ea quę pro
xime diximus,ſed quia iſtorum naturalium
virtutes & potētie homini & plurimū ſunt
ignote tam in ſpecie quam in genere in ar-
te medicine,& demon qui ſubtiliſsimus eſt
& perfectiſsimus naturalium virtutum co-
gnitor melius cæteris omnia iſta nouit nec
vult illa poſſe cognoſci, niſi ꝑ illos qui ſub
ſua fide diabolicam religionem profitētur.
& propterea vulgariter dicimus quod ma-
leficia & egritudines huiuſmodi non poſ-
ſunt communiter tolli per medicos natura-
lis medicine peritos,ſed ſolum per iſtos ma
gos & incantatores qui ſub eadem profeſ-
ſione morantur & qui maleficia ipſa face-
re ſolent & poſſunt illimet eadem deſtrue-
re & tollere poſſunt arte & inſtructione de
monis vt ſupra.& habetur per ſanctū Tho
mam in ſecunda.ij.q.xcv.arti.vj.& l.eorū.
§.fi.C.eod.titu.Sed nota quod de iure ciui
li remedia iſta non ſunt damnāda & hi qui
dicta remedia faciunt & ſanant languores
predictos nulla pœna puniuntur de iure ci-
uili,licet id agant arte malefica & damnabi
li diſciplina,vt eſt tex.in d.l. eorum §.fi.C.
eod.titu.tamen de iure canonico non licet
aliquo modo hominem maleficiatum cōtra
rijs maleficijs liberare.xxvj. quæſtio. vlti.
admoneant. de quo tamen latius dicemus
infra quæſt.xv. Sequitur modo,vt videa
mus de alijs ſpeciebus ſortilegiorum quæ
ſunt quodammodo ſpecies ſubalterne ad
illas de quibus ſupra quę in veritate potius
videntur reſpicere finem & effectum ipſo-
rum ſortilegiorum quam principium infra-
ſcripte vero reſpiciunt finem, principium,
& medium,& iſte diuerſis nominibus nun-
cupantur ſecundum diuerſos modos & for
mas quibus conficiuntur & eiſdem nomi-
nibus appellantur eorum magiſtri ab ipſa



Source : BIU Cujas

eorum arte cognominati. Redeo nũc ad primam ſpeciem quę eſt diuinatiua quę inter cœteras obtinet principatũ in qua plures homines communiter decipiuntur atque incidunt quam in alijs, quia natura humana & illorum, maxime qui ſunt curioſi naturaliter appetit ſcire quæ maiora ſunt naturali ſcientia & humano intellectui oc-
6 culta nimis. †Et ideo videmus ꝙ communiter iſti ſortilegij, necromantici, magi, & ſimiles quotieſcunque volunt operibus & ſuperſtitionibus ſuis fidem adhiberi, licet extranei ſint & pœnitus ignoti aliqua quę ex præterito alicui acciderãt eidem ad vnguẽ, prout euenerant referre ſolent quorum relatione, quia ſapiunt veritatem alliciũt hominum mentes ad credendum ſibi etiã ea quæ falſa ſunt omnino, iſta fuit ſententia S. Auguſtini in li. x. de ciuita. dei relata per ſacros Canones in cap. nec mirum. §. nullum ſuffragium xxvj. q. v. ſub hac enim ſpecie plures militant magiſtri, & oẽs fere malefici profitentur artem prædictam. Pro cuius euidentia ſciendum eſt quod diuinationum quatuor ſunt genera ſiue ſpecies, ſicut quatuor ſunt elementa. Primum videlicet geomantia quæ fit in elemento terre, a geos quod eſt terra, & manchos. i. diuinatio. Hydromantia quę fit in aqua ab hydro, qđ eſt aqua. Pyromantia quæ fit in igne a pyr, ꝙ eſt ignis. & Aerimantia quę fit in aere. Hinc dicti ſunt Geomãti, Pyromanti, & Aerimanti, qui artes ipſas profitẽtur, vt exponit tex. xxvj. q. iij. c. igitur genus in prin. quæ verba fuerunt aſſumpta ex dictis ſancti Augu. ſti. in lib. de natura demonũ. Hoſtiẽ. in ſum. eo. titu. in princi. Quorum quidam ex ipſis profeſſoribus appellãtur diuini, ſic dicti quaſi deo pleni. Iſti enim diuinitate ſe eſſe plenos ſimulant & aſtutia quadam fraudulen-
7 ta hominibus futura coniectant. †Alij incantatores & hi ſunt qui artem verbis tantum peragunt, & eſt quandoque tanta iſtorum potentia carminis vt verbis ſuis abſq; aliquo veneni hauſtu occidunt, vt habetur. xxvj. quæſtio. v. d. c. nec mirum in princip.

Quidam alij ſunt Arioli ſic dicti, quia circa aras idolorũ nepharias præces emittunt & funeſta ſacrificia offerunt, quibus celebritatibus demonum reſponſa ſuſcipiunt.

Alij dicuntur Aruſpices quaſi horarum inſpectatores. hi enim obſeruant tempora dies horas & momenta ex quorum obſeruantia bona vel mala futura prædicunt. hi etiam inteſtina pecudum ſuſcipiunt & ex his futura pronoſticant. Alij ſunt Augures qui volatus auium & voces intend[...] inde dicitur augurium quaſi auium g[...]

Alij dicuntur Phitoniſſe qui quadam [...] ligione diabolicam profeſſionem ſecta[...] a Phitone, id eſt Apolline dicti qui aut[...]
8 fuit artis diuinandi, †Alij ſunt aſtrolo[...] qui in aſtris vaticinantur, an vero ſit ho[...] permiſſa vaticinatio per aſtrologiam di[...] tur infra quæſtione ſeq. Alij dicuntur G[...] nethliaci ſic vocati propter natalicior[...] ſiderationes. iſti. n. captunt diẽ natalis & [...] ram alicuius & per xij. cœli ſigna ſyder[...] curſus calculantur & prædicunt fœlice[...] infœlices futuros euentus & mortem [...] doque. Alij demum ſunt Salitores ſic [...] cti, quia dum cuiquam membri aliqua [...] ſalierit aliquid exinde ſibi proſperum [...] infelicem ſignificari prædicunt. hæc om[...] declarantur per tex. in c. igitur genus [...] tamen non pro doctis viris. ſed pro [...] bus & rudibus referre placuit quibus [...] peraddo. Necromanticos qui per nec[...] mantiam vaticinantur quia videntur [...] incantationibus & coniurationibus [...] ſcitari mortui quibus per dictos necro[...] ticos fiunt interrogationes, & illi ad [...]
9 interrogata reſpondere† ſic dicti a nec[...] ſiue necron græce, quod latine dicitur [...] tuus & mantia. i. diuinatio, & vt plurim[...] quando hæc fiunt ipſi magiſtri adijciũ[...] guinem cadaueri, quia dæmones dic[...] amare ſanguinem. & propterea quoti[...] que fit necromantia cruor aqua miſc[...] vt dæmones colore ſanguinis facilius [...] uocẽtur. hæc habentur in c. nec mirũ. xx[...] q. v. in. §. necromantici quæ pro tyroni[...] ſimiliter adiuncta fuere. Videndũ eſt [...] do qui ſunt profeſſores, ſiue magiſtri qu[...] ſecunda & tertia ſpecie ſortilegiarum m[...] tare ſolent. & breuiter dicas quod hi q[...] profeſſores artis amatorie & in illa ſorti[...] giorum ſpecie militant ijdem in venef[...] ſpecie profitentur & iſti appellantur ma[...] ſcilicet qui artem magicam profitentur, [...] dicit tex. in l. eorum in princip. C. eo. titu. [...] d. c. nec mirum. §. magi. & iſti ſunt qui vo[...] tur etiam malefici ob facinorum magn[...] dinem, vt dicit tex. in d. §. magi. Ius enim [...]
10 uile †iſtos vtriuſque artis magiſtros æq[...] parauit, tam in factura quam in pœnis ſci[...] cet illum qui conficit ſortilegia amator[...] & ſortilegia venefica, & vtrunque pari[...] eadem pœna puniri iubet, vt d. l. eorum [...] princi. & l. ſi quis aliquid. §. qui abortion[...] ff. de pen. an idem ſit de iure canonico [...] eadem ſit in vtroque pœna ſtatuta aut [...]

Source : BIU Cujas

uerſa dicemus infra eodem titu.x.quæſtio.

Sunt quidam qui dicuntur incantatores qui ſola potentia carminis perſtringũt hominum vitas, iſti ſolent vtplurimum in tertia militare, & quidam alij qui ſupra in prima ſpecie expreſsi ſunt, in hac tertia ſepius ſe exercent, vt ſunt Arioli qui in eorum ſacrificijs & immolationibus adiungunt quãdoque imagines cere vel crete recentis, & illas iuxta feruentiſsimum ignem opponũt, vel acubus earum capita vel latera perforant, baptizant, & quamplura alia turpia faciunt, quæ conueniunt tertiæ ſpeciei, vt latius infra dicetur in ſequen. quæſtione. & Necromantici ſimiliter ſæpius ſolent in tertia ſpecie laborare de quibus ſimiliter dicetur infra in d.q.ſequen.

## SVMMARIVM.

1 *Sortilegorum profeſsio duplex, expreſſa, ſcilicet & tacita.*
*Profeſsio tacita quæ ſit & quæ expreſſa ſortilegij.*
2 *Dæmones ratas habẽt ſubmiſsiones ſibi factas in manibus miniſtrorum ſuorum.*
3 *Profeſsio expreſſa cum dæmone facta duplex eſſe poteſt.*
4 *Profeſsio cum dæmone fit cum abnegatione nominis Chriſti in baptiſmate.*
5 *Profeſsionem expreſſam dæmoni facientes, expreſſum ei adorationis cultũ impendũt.*
6 *Diabolus ſummopere ab hominibus adorari cupit, atque vt adoretur nullum nõ mouet lapidem.*
7 *Dæmones euocati veniũt, certis temporibus, ſignis, carminibus, & ritibus obſeruatis.*
8 *Aſtronomi imaginibus quas ad dæmones euocandos faciunt aſtronomatas vocant.*
9 *Infirmitates in humanis corporibus ex ſola imaginum obſeruantia abſque maleficio oriri non poſſunt.*
10 *Dæmones reſponſa præbere ſolent maleficis ſeu ſortilegis.*
11 *Diabolus an ſit futurorum præſcius.*
12 *Theſauri abſconditi an poſsint arte demonum inueniri.*
13 *Aſtrologi, chiromantici & ſimiles ex ſignis cæleſtibus & aſtrorum curſibus prædicentes an peccatum incurrant.*
14 *Chiromãtia an poſsit abſq; peccato exerceri.*
15 *Sortilegia amatoria & venefica & in torpore & extra corpus fieri poſſunt.*
16 *Sortilegi ſacramenta eccleſiæ quandoque permiſcent ſuis ſortilegijs.*
17 *Amor an vere oriatur ex maleficijs amatorijs quæ fiunt ad amorem prouocandum.*
18 *Amare nemo cogitur inuitus.*
19 *Sortilegi hoſtia conſecrata vtuntur quandoque in ſortilegijs amatorijs.*
20 *Hoſtia ſcripta literis ſanguineis vtũtur ſortilegi ad amorem prouocandum.*
21 *Sacramenta eccleſiæ ſortilegijs commixta, an poſsint mouere animum maleficiati ad amandum maleficiantem.*
22 *Dæmon quare ſortilegis ſuadeat ſacramentorum abuſus effectus aliquos mirabiles parere.*
23 *Dæmones per artes magicas aduocati cõparere coguntur inuiti.*
24 *Amoris effectus an poſsint produci per rerum mixturas a ſortilegias factas.*
25 *Sortilegiorum tertia ſpecies malefica dicitur, quæ nullius cauſa boni eſſe cenſetur.*
*Venena non mala quæ dicantur.*
26 *Venena mala propinans, conficiens, aut vendens punitur.*
27 *Verborum ſola potentia hominem interimere poſſe credunt quidam.*
28 *Species quas maleficiati euomunt vnde ortum habeant, & an ſint in rei veritate.*
29 *Malefici qualiter per vnctiones maleficia ſua perpetrent.*
30 *Maleficia qualiter extra corpus maleficiati cenſeantur fieri.*
31 *Verba quædam malefica in omnibus ſortilegijs admiſcentur.*

TERTIO quero quot modis fiunt ſortilegia loquendo de omni ſpecie, vt ſupra Reſpõ. multis, ac varijs mo
1 dis fieri poſſe. †Pro cuius intelligentia ſciendũ eſt qđ duplex eſt ſortilegiorũ pro-

feſsio,tacita ſcilicet & expreſſa intelligen-
do de profeſsis cuiuſcunq; ſpeciei. Taci-
ta enim profeſsio eſt promiſsio quædã quã
quis facit alteri profeſſo de obſeruãdo quę
ſibi mandauerit ſub promiſsione, quod grã
dia faciet,& mirabilia in vita ſua cogno-
ſcet futura,& multa alia his ſimilia, dũmo-
do fidem catholicam abijciat, & omnia ec-
cleſiaſtica ſacramenta peſſundet, & totis
eius viribus adherebit cultui & obediẽtię
ſui magiſtri & illum tanquam verum prin-
cipem adorabit cultũ vere adorationis ſub
idolorum forma ſibi præſtando, & alia hu-
iuſmodi turpiora pacta, & cũcta opera per
ipſum facienda ſub illius nomine & deuo-
tione conficiet.& iſta dicitur tacita profeſ-
ſio,quia non fit proprie cum demone, ſed
cũ miniſtro demonis,& in qua nulle inter-
ueniunt ſolennitates extrinſece,quæ inter-
uenire ſolent in expreſſa profeſsione, ſicut
eſt ſolennis ſtipulatio,fides præſtita per iu-
ramentum de obſeruantia promiſſorũ,item
homagium & fidelitatis promiſsio erga de-
monem vna cum poſtergatione & omnimo
da diuiſione fidei chriſtiane & alijs quæ in
ea requiruntur,vt in ca. qui ſine ſaluatore.
xxvj.q.ij.& vide ſum.confeſ.eo. titu. q.iij.
& vj.vbi fit mentio de vtraq; profeſsione
& pacto habito cũ demone.ſ. tacito & ex-
2 preſſo,& eo.ti.q.x.in fi.† quam ſubmiſsio-
nem ipſe demon poſtea ratam habet & red
dit ſe facilem in obſequendo voluntati &
appetitui illius ſicut aliorũ quo facto omnia
ſortilegia ſicut expreſſe profeſsi fabricare
incipiunt,vt ibi nota. & notatur etiam per
quendam Modernum theologum in quo-
dam ſuo tractatu,de ſtrigi.mag.demon. mi-
rand.li.j.c.iiij.& l.eorum. in prin.C.eo. tit.
& in c.ij.de ſortileg.vbi dicitur de illo qui
aſpiciebat in aſtrolabio pro inueniẽdis fur-
tis,& de hac tacita profeſsione videtur ẽt
meminiſſe tex.ſi bene conſiderẽtur verba
ſua in d.c.nec mirũ §.negromantici.ver.ad
hæc omnia, vbi poſt narrationẽ certorũ re-
mediorum quæ fiunt erga maleficiatũ pro
ſalute corporis ſubiungit textus hęc omnia
fieri arte demonũ ex quadam peſtifera ſo-
cietate hominũ & angelorum malorũ exor
3 ta. †Altera vero dr̃ profeſsio expreſſa,&
eſt illa quæ fit expreſſe cum proprio demo
ne,& iſta eſt duplex. Vna quę dr̃ ſolẽnis ſi-
ue publica,altera quæ dicitur priuata. So-
lẽnis enim & publica eſt illa quæ fit cum
demone dum publice reſidet in ſolio maie-
ſtatis more principis,quando fiunt vniuer-
ſales congregationes omnium ſtrigarum &
maleficiorum negromantium cuiuſcunque
generis profeſſorum certis nocturnis hor
locis, & temporibus demonis arbitrio co
ſtitutis vbi vniuerſis aſtantibus fit iſta pro
feſsio. Priuata vero eſt illa quæ fit cũ ip
ſo demone pacto expreſſo cum iuramento
vt infra,citra tamen ſolennitates & hom
num multitudinẽ,vnde contra iſtos dicitur
Eſa.xxviij.cap.dixiſtis,percuſsimus fœdu
cum morte,& cum inferno fecimus pac
& de hac fit mentio in ſum.confeſ.eo. tit
q.iiij.in princi.& q.vj.& vij.fiunt quand
que eiſdem ſolennitatibus,quibus fieri ſo
lent veri & ſolẽnes profeſsiones monach
rum in Chriſti religione dum profitentur
gulam monaſticam relinquentes mund
4 †illi vero faciunt contrarium, quia rel
quunt primo deum ſaluatorem ab neg
illius nomen & baptiſmum, & poſtea rel
qua ſacramenta eccleſie, deinde adhere
demoni eidemq; perpetuã obedientiã ſpo
tanea voluntate promittunt ſuperadde
etiam ſacramentum & homagium indub
tatum adeo q; pœnitus efficiuntur demon
ſubiecti & pluſquã vaſſalli.& ex tunc co
trahitur inter hominem & demonem amic
tia quædã & peſtifera ſocietas ex qua mu
ta mala & turpiſsima opera conficiunt, &
quædam alia turpiora faciunt quæ refer
non audeo vide illum Modernum theolo
gum in d.tract.de ſtrig.demon. miran. lib
in iiij.c.vbi latius oĩa iſta ponit, & in ſu
5 ma cõfeſ.eo.ti.c.iij.in prin. †Iſti vero qu
expreſſam profeſsionẽ fecerũt, reddũt ei
expreſſum cultũ adorationis demoni p ſo
nia ſacrificia quę ipſi faciũt diabolo, imita
tes in omnibus diuinũ cultũ cũ paramẽtis
minaribus & alijs hmõi ac precibus qui
buſdam & orationibus q̃bus inſtructi ſunt
adeo ipſum adorant & collaudãt cõtinue ſi
cut nos verũ creatorẽ adoramus.xxvj.q.v.
contra idolorũ.& eſt gloſ.in c.accuſatus §.
ſane.de hęreti.lib.vj. & in ſumma confeſ.
eodem titu. quæſtione.ij. & iij.& xxvj.q.
vj.non obſeruetis.& eadem cauſa & quæ
ſtio.ij.qui ſine ſaluatore.vbi eſt bonus tex.
in quibus aũt locis & quibus tẽporibus hęc
faciũt dicetur infra.q.ſeq. Et hoc procedit
quia diabolus ſummopere deſiderat ab ho-
mine adorari & Deum ipſum creatorem in
hac adoratione imitari,q̃d prouenit ex illo
peccato ſuperbie,quo ipſe Sathanas volu
ſe facere ęqualem deo & pariter ſicut ipſe
adorari q̃d peccatum adhuc in ſe retinet,vt
dicit,S.Tho.in ij.ij.q.xcv.art.v. & ſanctus
Auguſtinus in libr.x. de ciuitate dei, cuius

Source : BIU Cujas

dicta tradita ſunt.xxvj.q.v.nec mirum.§. auguria.verſi.ſed hoc quoſdam fallit.& ver
6 ſi.ad hoc. vbi dicitur quod † Sathanas ad hoc valde nititur vt adoretur quaſi deus.& propterea illi qui interueniũt in dictis ſacrificijs & expreſſe ipſum Sathanam adorant ipſi ſunt ſibi cæteris prædilectiores & nihil petunt quin exaudiantur ab eo ex his quæ ipſe facere poteſt,& ſi petuntur ea quæ ipſe facere non poteſt fingit illa facere poſſe & per multas illuſiones decipit ſuos profeſſos,& propterea dicũt quidam quod ſortilegia & maleficia quæ fiunt per iſtos ſunt cæteris atrociora & grauiora quippe, quia diabolus ſummopere cupit iſtis complacere a quibus maius præmium recipit, & iſti ſunt qui ſolent qñq; ſtruere imagines cereę, vel cretę,ſeu alicuius mixture gummarũ & ſimilium.& dicit ſanctus Auguſt.in lib.xxj. de ciuitate dei,hæc verba not.quod demones alliciuntur his rebus characteribus ſignis & caminibus magicorum nõ tanquam animal cibis, ſed quaſi ſpiritus ſignis, quia enim homines inſignum ſubiectionis eis offerunt ſolemnia ſacrificia, & proſtrationes faciunt,gaudent ſummopere hmõi reuerentie ſigna ſibi exhiberi.alliciuntur aũt diuerſi demones diuerſis ſignis, ſecundum quod diuerſis uitijs ipſorum magis conueniũt,uerba ſunt ſancti Auguſt.relata per ſanctũ Thomam,in tract.qq.diſp.j.partis in ti.de mira-
7 cu.q.x.verſi. reſpondeo.in fi.vbi dicit † ꝙ demones certis temporibus obſeruatis & determinatis carminibus & ſignis, ritibus & imaginibus cõſecratis vel potius execratis euocati adueniunt,quas imagines iſti malefici portare ſolent ad loca ſacrificiorũ deputata quibus completis compoſitio ingenti igne dictas imagines primo baptizant in nomine Beelzebub, principe demoniorũ ſeu Sathane,& quibuſdã alijs turpioribus verbis quæ referre non audeo, quibus ſic peractis imagines prædictas igni adherẽt & ibi petunt quæ mala & infirmitates volunt in vera naturali perſona illius quem vel ꝙ ipſa repreſentat imago inferri & quibus doloribus & tormentis cruciari, qñq; enim acubus vel alijs ferribus acutis perforãt ſibi capita coſtas femora pectus ventrem, aut aliã corporis partem in qua cupiunt exoriri infirmitatem in perſonam maleficiati de quibus imaginibus fit mentio in ſum.confeſſ.in
8 ti.de ſortile.q.xij.vbi dicit † ꝙ hi qui faciũt dictas imagines dicuntur aſtronomi & illas vocant aſtronomatas,quæ omnia opere demonum habent effectum cuius ſignum euidens eſt,quia in eis neceſſe eſt ſcribi quoſdã caracteres qui naturaliter intelligi non poſſunt & ad nihilum operantur, niſi ad opera demonum execranda,& illinc ad modicum tempus auditur perſona illa contra quã ſortilegia & maleficia prædicta facta fuerunt quod grauiter dolet & lamentatur de maximo cordis viſcerum ventris femoris ſtomachi aut capitis dolor dicens graui quadã infirmitate repẽtina cruciari quam nullus medicorum cognoſcere nec curare poteſt, & hæc eſt illa quã ſortilegus demonis arte malefica ſibi impoſuit interueniente poſtea ſortilegio formali,vt infra dicam,& iſta eſt veritas cui nec ſacri canones,nec ſacrorũ theologorum ſchola repugnat,vt in d.c.nec mirum.§.ſi autem quilibet opponit,circa finẽ. vbi ad hoc ſpeciale quęſitum reſpondet ſanctus Augu.& fatetur quod demones poſſũt in ſanis corporibus chriſtianorum immittere egritudinem mediante miniſterio ſortilegi & malefici,ſed reprehendit illos qui credunt in eis propter periculum animæ, quia qui in illis credunt recedunt a fide chriſtiana in totum, aut dubitant ſiue vacillant in ea,argu.c.j.extra de hęret.& diximus ſupra
9 ti.j.q.ij. † Nõ tñ tibi perſuadeas quod ex ſola illa imaginum obſeruantia tactu & cerimonijs abſque alia factura & maleficio poſſint hmõi infirmitates in dictis humanis corporibus exoriri,quia hoc eſſet ridiculũ credere,ſed fiunt poſtea venenorum compoſitiones et conficiũt mixturas maleficij,quod præſtant maleficiando, aut in corpore, aut extra corpus in corpore ſcilicet per pulueres venenorum commixtos in cibo, aut potu perſonæ maleficiande,aut per varias vnctiones factas in aliqua corporis parte,ĩ qua egritudinem cupiunt exoriri, extra corpus vero fiunt, qñ ipſe facture ſiue maleficia ſic in vnum compoſita abſconduntur in lecto perſonæ maleficiande ſuper quo iactura ſit, aut ſub limine oſtij camere,vel alterius oſtij ſuper quo perſona ipſa maleficianda tranſitura ſit,illaq; pedibus calcare continget, de quibus latius infra dicetur in vj.q.Et extimet expreſſe profeſſi peractis ſacrificijs huiuſmodi ſepius cõſueuerunt interrogare Sathanam in forma idoli ſuper altare exiſtentem,vt futurorum,aut præteritorũ,ſiue prę ſentium occultorum notitiam ſibi demon-
10 ſtret.† qui Sathanas ſub idolorũ forma illis reſponſa reſtituit de præſentibus et futuris, valde occultis & remotis uerum & certum conſueuit præſtare reſponſum ex quo ipſe qui eſt ſpiritus liber ſubtilis,& eleuatus nul

Source : BIU Cujas

loq; premit pondere carnis, ſicut homo vi-
det & expreſſe cognoſcit omnia quę fiũt &
facta ſunt in vniuerſo orbe terrarũ, quæ om
nia facile homini indicare poteſt, ſed quæ
futura ſunt minime, quia illa ſolus deus no-
uit eſſe vera, prout ſunt vel erũt in ſuo eſſe,
quia apud ipſum vt dicunt Theologi, nulla
datur temporis determinatio præſentis præ
teriti vel futuri, quia omnia ſunt illi præſen
tia in ſpeculo diuine maieſtatis, eo igit̃ ex-
cepto nulla creaturarum habet certam noti
tiam futurorum, vt latius infra dicemus. q.
x. et habetur per Eſaiam xlj. c. annũtiate no
bis quæ futura erunt, & dicemus quod dij
eſtis vos, & ideo demon qui eſt Dei creatu-
ra, vt habetur Gene. j. non poteſt cognoſce-
re futura ex certa ſcientia, ſed per quaſdam
coniecturas vt latius infra dicetur in deci-
ma quæſtione quotieſcunq; igitur fit inter-
rogatio de præteritis, aut præſentis occul-
tis, vel de his quæ fiunt in longinquis par-
tibus redditur prompta reſponſio, ſicut ab
eo qui habet certam ſcientiam, vt not. in di
cto capitulo nec mirum xxvj. quęſtio. quin-
ta, & notant Canoniſt. in capit. ſecundo. de
11 ſortileg. & l. multi. C. eodem titu. † quotieſ-
cunque vero quæritur notitia futurorum,
tunc non venit tam prompta reſponſio, ſed
tardior dubia & implicita, quippe quia il-
lorum in veritate ipſe eſt ignarus, quorum
certa notitia ad ſolum deum ſpectat, & ad
illum duntaxat cui deus voluit reuelare,
vt habetur Iſaiæ dicto xlj. cap. & dixi ſu-
pra proxime, & habetur Act. apoſtolo. j.
c. vbi dicitur. non eſt veſtrum noſcere tem-
pora vel momenta quæ pater poſuit in ſua
poteſtate. & per ſanctũ Tho. in ij. ij. q. xxvj.
arti. vj. & dixi infra eo. q. vj. hi vero qui taci
tam habent profeſsionem cum demone, li-
cet ipſi quoq; ſua execrant maleficia demo
nis miniſterio et ſuffragio et corpora ſaucia
ab huiuſmodi languoribus ſanant nihilomi
nus non habent eandem uim & poteſtatem,
ſicut hi qui ſunt expreſſe profeſsi & ſunt re
ſpectu illorum, vt ita dixerim tanquam fra
tres nouitij, aut fratres tertij ordinis reſpe-
ctu profeſſorum cum ipſi tam in eorũ profeſ
ſionibus quam in cultu imitantur diuinũ &
mores noſtre religionis ſecundum diuerſita
tem profeſsionis & cerimoniarũ, omnia tũ
ad eundem effectum tendentia, vt dicit tex.
in c. excõicamus. el ij. in prin. extra de hære
ti. vbi dicitur, facies quidem habẽtes diuer-
ſas caudas vero adinuicem colligatas &c.
12 † Inter quas non omittam illas qui arte
huiuſmodi iactant ſe poſſe inuenire theſau-
ros in locis valde remotis & ſubterrane[is]
abſconditos & quandoq; inducunt hom[i]-
nes ad talem inſaniam vt foueas quas inge[n]-
tes conficiunt pro inueniendis theſauris h[u]-
iuſmodi, & iſta videt̃ mihi quod ſit vna ex [ri]-
dicul[?]ioribus illuſionibus, quas demon hom[ini]
faciat, quia in rei veritate nunquam legi, [vi]-
di, nec audiui, quẽquam ex necromanticis
magicis, aut ſortilegis huiuſmodi aliqu[os]
vnquam inueniſſe theſauros, aut aliquod au[rum]
vel argẽtum, ſed quamplures vidi huic op[e]-
ri incumbentes qui mirabiliter conari [...]
velle experiri poſt multos labores et dia[bo]-
licas obſeruantias demum nihil viderunt
nec inuenerunt, niſi terram, & ratio eſt, q[uia]
deus non permittit, nec vult demonem p[ro]
ſe theſaurizare, quia alias ſequeretur q[uod]
iſti magici, necromantici, ac cæteri dia[boli]-
ce fidei profeſſores eſſent cæteris chriſti f[i]-
delibus ditiores ac præſtantiores, & qua[m]
plures reperirẽtur ex ipſis chriſti fideli[bus]
qui animo ditandi proſequerentur illos [&]
curarent chriſtianam ipſam poſterga[re fi]-
dem vt magno theſauro abundarent & v[e]-
nerarentur ab omnibus. Quinimmo vid[e]-
mus hodie totum oppoſitum quod iſti ſorti[le]-
gi, magi, necromantici, & ſimiles ſunt cæ[te]-
ris chriſti fidelibus pauperiores, ſordid[io]-
res, & viliores, et in hoc mundo deo per[mit]-
tente calamitoſam vitam communiter p[er]-
agunt, demum vero infelici morte pere[unt]
& eterni ignis incendio cruciantur, vt i[n c.]
firmiſsime. extra de hæreti. et xxvj. q. v. [nec]
mirum & ea quæ demon arguria illos dec[e]-
pit eadem & ſimilibus promiſsionibus [a]-
nos decipere ſtudent, ſed non capiunt, [niſi]
aliquos qui ſunt ſimplicis cognitionis, & c[a]-
rent intellectu & ratione vel qui ſunt n[imi]-
rum creduli & curioſi qui auiditate q[uadam]
impudenter appetunt ſcire ea quæ nulla r[a]-
tione aut honeſta cauſa competit ſibi inu[e]-
ſtigare d. c. nec mirum. §. auguria. verſic. p[o]-
13 tentis. † Sed quæro nunc an aſtrologi, n[ec]-
romantici, & ſimiles qui ex ſignis cœle[sti]-
bus & aſtrorum curſibus futura prædic[unt]
incidunt in peccatum, & uidetur dicend[um]
quod ſic, quia iſtorum notitia ad ſolum De[um]
creatorem pertinet, vt ſupra proxime di[xi]-
mus & habetur Eſaiæ xlj. c. annuntiate n[o]-
bis &c. Tu dic aut iſti Aſtrologi, & alij p[rae]-
nominati volunt futura ipſa prædicere e[x]
certa ſcientia, & non licet eis, quia ſigna i[lla]
cœleſtia ſunt ſigna rerum non cauſæ rerum
ſcilicet cauſæ finales, & licet inclinent n[a]-
turam humanam ad aliquid faciendum, n[on]
coartant nec imponunt neceſsitatem a[li]-

Source : BIU Cujas

nulla eſſet in nobis liberi arbitrij poteſtas a deo tributa ſi cogeremur cõtra voluntatem noſtram peccare, vt dicit S. Thom. in ſecunda ſecundæ q. xxvj. articu. vj. & no. per Abba. in c. ij. de ſortileg. aut prædicunt illa per modum demonſtrationis, ſeu inclinationis, & bene dicunt dummodo nõ demonſtrẽt neceſsitatem præciſam neq; cauſatiuam in eo ꝙ ratione liberi arbitrij prudenter homo euitare poteſt, vt dixi & iſto modo non

14 peccat nuntiando. † Iterum quæri poteſt quid de chiromantia, quæ eſt diuinatio quędam quę fit per lineamenta manus, an liceat fieri ſine peccato vel ſine pœna, dic quod eodem modo aut quis narrat præterita quę euenerunt illi cuius manus intuetur, & non eſt peccatum, nec prohibitum, aut quis prędicit futura, & iſto caſu ſit eadem diſtinctio de qua ſupra, aut quis vult prædicere neceſſitatiue & certo modo, aut inclinatiue, primo caſu diuinatio ipſa ſapit hæreſim per ea quæ ſupra proxime diximus, ſecundo vero caſu nõ ſapit hæreſim, nec meretur pœnam qui illa prædicit, quia vaticinium iſtius chiromantiæ fit, vt plurimum per regulas aſtrologie, vt no. iſti ſummiſte, maxime Ioan. lec. in ſumma confeſſ. eodem titu. q. ij. iij. & v. & ſanctus Tho. d. diſtin. xcv. artic. v. Aut nos loquimur de ſecũda ſpecie quæ dicitur amatoria & hæc ſortilegia fieri poſſunt per vtrunq; profeſſum, ſcilicet tacite & expreſ-

15 ſe ꝓfeſsionis ſicut illa diuinatiua, † ſed aduerte quod hæc ſortilegia & ea quę ſequuntur tertię ſpeciei fieri poſſunt dupliciter ſcilicet & in corpore, & extra corpus perſone maleficiande, vt l. eorum. in prin. & l. multi. C. eo. titu. & l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœn. & l. iij. §. hæc adiectio. ff. ad l. Cornel. de ſicar. & habetur in d. c. nec mirũ. §. nullum ſuffragium. in verſi. ſed hoc quoſdam fallit &c. in corpore enim fieri dicuntur per cibum vel potum regulariter. vt d. §. qui abortionis. & §. hæc adiectio. extra corpus autem hoc eſt extra inteſtina fiunt per aliquas mixturas compoſitas ex herbarum folijs vel radicibus, metallis, reptilibus terre, auium plumis, vel membris, ſeu inteſtinis earundem auium animalium, vel piſcium, aliarumque ſimilium rerum naturalium, illaq; quandoque conſuunt in clamyde perſone maleficiande ad amorem, vel ſub capite lecti ſuper quo perſona ipſa dormit abſcondunt, aut ſub limine oſtij camere, aut alterius ſuper quo ipſe maleficiandus vir, aut mulier tranſitura ſit. Quidam ſolent apponere imaginem cere, iuxta ignem ardentem completis ſacrificijs, de quibus ſupra, & adhibere quaſdam præces nepharias & turpia verba, vt quemadmodũ imago illa igne conſumitur & liqueſcit eodem modo cor mulieris amoris calore talis viri

16 feruenter ardeat &c. † In iſtis etiam ſortilegijs ad amorem, vt plurimum admiſcẽtur ſacramenta eccleſiarum, ſicut eſt hoſtia conſecrata, vt not. glo. in c. accuſatus. §. ſane. de hæreti. lib. vj. vel nondum ſacrata, ſed circũſcripta notis & literis ſanguineis ſuper qua dici curant, quandoque vnam, duas, tres, quinque pluresve miſſas, quibus celebratis tradunt hoſtiam ipſam non integram, prout eſt, ſed in puluerem redactam valde ſubtiliter perſone maleficiande ꝙ aſſumere faciũt in cibo, ſicut in meneſtra uel in potu, eodem modo faciunt cum calamita immixta alijs ſpeciebus & tradita, vt ſupra in cibo, vel potu perſone maleficiande ex quo dicunt illam eſſe nature attractiue, et ꝙ poterit cor & voluntatẽ abſorbentis attrahere ad amorem perſone tradentis, ſed omnes ſunt nugę, & demonis fallacie quæ raro vel nunꝙ ſortiuntur effectum ſtante liberi arbitrij poteſtate, nimirum quid eſſet ꝙ mulier caſta et honeſta violenter traheretur ad peccãdum & ad amandum illum quem natura ipſa ſue conditionis nõ patitur, quia nemo, vt ſupra proxime dixi inuitus compellitur ad peccãdum niſi qui curioſe & ſponte accedit ad peccatum, dicto c. nec mirũ. §. auguria. verſi cu. his ergo portentis non negatur, tamen quod demon aſtutia & ſolicitudine ſua nõ poſsit tam grauiter & ſolicite mulierem ipſam tentare & illi perſuadere, adeo quod incidat in peccatum & incipiat amare virũ

17 illũ quem prius nunꝙ nouerat. † Et ideo dixerunt quidam magni theologi, quod ſi aliquis maleficiatus aut maleficiata reperitur qui deuenerit ad effectus quos tendunt maleficia prædicta id profecto non prouenit virtute & potentia maleficij vel ſortilegij, rationibus prædictis, propter liberi arbitrij poteſtatem, ſed deuenit virtute diabolice tentationis, qui demon, vt credentium animas facilius decipiat, ita quod firmiter credant quod illa ſortilegia faciunt miracula & vera ſint eorum opera, ipſemet adeo vehemẽter & ſolicite infeſtat mulierem ipſam tentionibus & perſuaſionibus die noctéq; , adeo qd nunꝙ ſinit ipſum vel ipſam aliquo momento quieſcere, nec in ſomnijs, nec in vigilia, adeo qd multoties accedente, maxime opera, & miniſterio extrinſeco ſortilegi, q extrinſecus cooperaſ, & literis ama

Source : BIU Cujas

toriis & precibus pollicitationibuſque verbalibus, adeo quod fragilis ſexus ſepe illaqueatur, et cadit in peccatū & hoc non prouenit virtute, & potētia ſortilegij, ſed demonis tentationibus & opera hominis extrinſecus cooperantis, vt dixi, qui inſectant mulierem ipſam tāquam venatores feram, aut aucupatores auem, & neceſſe eſt quod poſt aliquod bellū reddat ſe victam in manibus hoſtis & cedat propter ſuam debilem naturam, & imbecilles vires quas habet ad reſiſtēdum diabolo, immo per quam facilis eſt credula, & quæ noua ſunt tam bona quam mala libenter appetit, vt not. Geneſ. iij. & c. forus. de verb. ſig. nec dici poteſt hoc violēter fieri, ſed ſponte, quia mulier ipſa ſponte incipit incaleſcere in amorem illius viri & voluntarie illum deſiderat, et hoc euenit ex natura ſua, & voluntate non violentia ſortilegiorum. & hæc eſt facilior via ad flectēdum pudicos animos & libidinem quā alia, & maxime ſi quando hæc tentatio fit, mittuntur nuntij. Epiſtole amatorie, & ſimilia ad mulierem. his vel ſimilibus modis vidētur facilius flecti ꝙ vi ipſius malefici. Et nota vnum valde ſingulare quod Sathanas videns ſe minus potentem in hac ſpecie ſortilegiorum amatoria, in qua non poteſt hominem inuitum trahere ad amandum, ſicut in tertia ſpecie, in qua etiam viro vel muliere inuita in eius corpore egritudines intromittit, vt infra latius dicemus in ſpecie illa, & habetur in dicto cap. nec mirum. circa finem. in verſicu. ſed hoc quoſdam fallit &c.

18 †Effectus enim iſtius ſortilegij requirit puram & liberam voluntatem, quia nemo amat inuitus & licet iſti vulgares fateri ſoleant ſe inuitos amare, & propter poculum aſſumptum compelli ad amandum, hoc eſt falſiſsimum ſi volumus intelligere de neceſſitate pręciſa, & compellatur homo ratione & voluntate, quia hoc non permittit Deus ne tollatur liberi arbitrij poteſtas quam habet homo ſi tu diceres compellitur homo perſuaſionibus demonis, tunc dico quod nō compellitur in ratione, ſed in concupiſcētia carnis, quia fragilis eſt & niſi fortiter & deliberate reſiſtat vel fugiat incidit in laqueū vt latius infra dicam in hac. q. & hactenus nunquam vidi, nec legi poteſt maleficiorū ordinationibus ſiue potius machinationibus ab iſtis maleficis ſacra miſceri, niſi ī his

19 quæ fiūt ad amorē & in hac ſpecie. †Hoc bis aut ter habui in facto ſortilegos, q huic ſortilegio ſiue maleficio incūbentes hoſtiā commiſcuerant, vnum videlicet clericū religioſum qui hoſtiam ipſam ſacratiſsimā acipiebat cuius partem ipſe ſceleratiſsimus qui cupiebat amari aſſumpſerat dicendo quedam verba ſatis turpia atq; nephanda quæ hic referre non expedit, reliquam vero partem hoſtie miſerat ad ipſam mulierem non in forma hoſtie, ſed minutatim contritam aut in puluerem redactam ſumendam in cibo aut potu. Iterum habui alium qui hoſtiam ipſam nondum ſacratam acceperat, & ſuper illa circumcirca cum ſanguine annularis digiti nonnulla verba ſatis turpia deſcripſerat, deinde ipſam hoſtiam ſuper altari impoſuerat hoc eſt ſuper nudo lapide ſacrato ſub linteamine tū altaris abſcōditam & a quodam ſacerdote rotunde cōſcientie ſuper illa quinque miſſas celebrari fecerat certis orationibus ad eius propoſitū ſuper additis, deinde hoſtiā ipſam ſumpſerat, quæ tamē non erat expreſſe cōſecrata cuius partem pro ſe aſſumpſerat alteram vero partem perſonæ maleficiande tradiderat redactam in puluerē, vt proxime dixi aſſerētes vires ipſorum qui hoſtiam ipſam aſſumpſerant indiſſolubili amoris vinculo adinuicem colligari nihilominus nullum effectum apparen-

20 tum vidi nec percepi. † Nec ſunt adhuc anni duo elapſi, ꝙ alium ſimilem caſum audiui Romæ accidiſſe de quadam impudica muliere in cuius coſanis reperte fuere due hoſtie ſuper quibus ambabus erant deſcripta verba quædam ſanguinea &c. quas ipſa tenebat vt aſſeruit ad effectum tradēdi cuidā alteri mulieri ad inſtantiā viri qui eiuſdem mulieris amorē concupiſcebat. Alias quoque nōdū eſt annus elapſus ꝙ due impudice mulieres Romæ quas vidi & audiui ab excellentiſsimo viro Reuerendo dño Locumtenente Reuer. D. Vicarij papę, qui illas captiuatas habuerat & examinauerat quæ acceperant oleū baptiſmatis quo inunxerāt ſibi labia dicentes hæc verba, fides abrenuncio tibi, & cum labijs illis ſic inunctis deoſculate fuerāt viros quoſdā cauſa captandi amorem ab ipſis, vt ipſe aſſerebant nihilominus demum omne experimentum fallax & ſuorum exceſſuū condignas vidi luere pœnas.

Aliud exemplum, a triēnio & citra in eadem vrbe contigerat ꝙ quædam turpiſsima mulier acceperat particulā cutis illius qua infans indutus egreditur de vtero matris quamprimum venit in lucem illamq; ſimiliter ſuper nudo lapide ſacrato latuerat & ſuper illa plures miſſas numero quinq; celebrari fecerat, cutimq; prædictam poſtmodū aſſumpſerat & baptizauerat ſub nomine p-

Source : BIU Cujas

ſone maleficiande cum aqua baptiſmatis & cerimonijs conſuetis, deinde eandem in pulverem redegit ad effectum tradendi perſone maleficiande, tñ interim capta fuit, nec perficere potuit ſortilegium, ſed congruas
21 ſceleris ſui luit pœnas. † Redeundo igit ad propoſitum dico ꝙ iſti ſortilegi ſepius requirunt remedia ſacramentorum eccleſiaſticorum in iſtis ſortilegijs amatorijs videntes forſan quod diaboli auxilium nõ eſt ſibi ſatis putantes ſecundũ demonis perſuaſiones, quod ſacramenta hmõi ſummopere cõmoueant animos hominum ad amãdum terrena & illorum cõcupiſcentias naturales, ſed in hoc iudicio meo ſummopere decipiũtur putantes tm̃ immẽſum euchariſtie ſacramẽtum mundanis laſciuijs & peccatis prſtare ſuffragium, quia in ſacrificijs nullum aliud eſt maius per quod omnia tolluntur peccata & anima chriſtiani p ipſum vnitur deo. de conſe. diſtin. ij. cum omne crimen. & c. nihil in ſacrificijs. & in cle. j. de reliq. & vene. ſanct. & ibi no. d. Card. & ſimiliter cætera ſacramenta, quæ ad excluſionem ſpiritus maligni & purificandum animam a peccatis, et ad confirmandum vnionem fidei chriſtiane adinuenta fuerunt, prout eſt oleum ſanctum baptiſmatis chriſmatis & extreme vnctionis. j. q. j. detrahe. & c. firmiſsime. de hæreti. & de conſecra. diſt. iiij. in prin. & eadẽ diſt. c. presbyteri. c. nullus miniſtrorum. et tetigi ſupra ti. j. in ij. q. in prin. fatuum eſſet dicere quod iſtos contrarius effectus operarentur.
22 † Sed ego credo ꝙ Sathanas ſub hac ſpecie uehementer decipit iſtos ſortilegos perſuadendo illis quod iſtorum ſacramẽtorum abuſus parit mirabiles effectus quo ad amorem, ſed hoc ipſe facit in vilipendium chriſtiane fidei, & vt grauius offendat diuinam maieſtatem, quinimmo qñq; reperiunt quidam ſacerdotes qui ſunt adeo proterue & reprobe conſcientie, qui audẽt in ipſo ſacrificio miſſe ſcienter dicere nonnullas prauas orationes & nepharias preces, & maleficiãdam perſonam nominare, & apprehẽſis ſortilegijs ſuper altari manibus proprijs illa immolari deo non verentur exorãtes quod ſuſcipiãtur exaudiende preces, vt illum ad quem deſtinata ſunt ſortiantur effectum ex quibus apparet quod Sathanas adeo ſubtiliter operatur quod ab hominibus et ſacerdotibus dei miniſtris apud altare ſacratũ cultũ adorationis extorquet in maximũ dedecus eccleſiæ & diuine maieſtatis offenſam illos decipit, prout vidimus ſupra proxime de theſauro. Quidam alij capiunt cutim virgineam aut infantis de quo ſupra diximus, aut alterius quadrupedis nondum nati hoc eſt qñ naſcitur abortiuum quam redigũt in membranam quam appellant chartã virginem & tenent qñq; in forma quadrata, qñq; vero in forma rotunda, ſicut hoſtia vel parũ minus & ſuper illis deſcribunt aut ſcribere faciunt verba incantatiua & cõiuratiua ſpirituum quibus immiſcẽt certos characteres & ſigna quædam extranea quibus demonũ inuocatio continetur, ut latius infra dicetur
23 qõ. viij. † qui demones magicis artibus aduocati, mediantibus iſtis ſortilegijs characteribus & ſignis coacti adueniunt certis tẽporibus obſeruatis & determinatis carminibus, ritibus & imaginibus cõſecratis vel potius execratis, vt dicit S. Tho. in tract. qq. j. partis. q. x. verſi. nonum. in ti. de miracu. vbi etiam dicit quod per iſta uel ſimilia nomina demones vocati coguntur venire ſi magus illos aduocat, & licet inſint, & appareãt aliqua nomina dei nihilominus illorum finis, & vltimus effectus ſemper tendit ad iſtud, ſed ideo illa dei nomina apponunt, vt facilius legentes decipiantur, & credant per illorum nominum expreſsionem rem ipſam ſanctam atq; deuotam eſſe. Et ex iſtis ꝙ plurimas vidi & abſtuli de manibus maleficorum, & inter alia ſepius vidi iſta verba inſerta, agios, otheos, agios iſchyros, agios athanatos, hoc eſt deus acharon, deus immortalis, & clarum eſt quod hoc nomen acharon, eſt nomen Sathane, ſiue Beelzebub, vt no. iiij. Regum. dum Elias diuino numine iſpiratus reprehendit Ochoſiam regem qui derelicto diuino cultu deos extraneos adorabat dicens. Nunquid non eſt vobis Deus veſter Deus Iſrael, ut eatis ad conſulendum Beelzebub Deum Acharon. de lecto quem aſcendiſti non reſurges &c. Quidam alij admiſcent in ipſis ſortilegijs amatorijs partem aliquam clamydis aut camiſie filiũ ſi habere poſſunt perſone maleficiãde, & cum illis & alijs mixturis componunt facturas ſuas, quidam vero capiunt auium aut brutorum inteſtina vel membra ſeu alia corporis vel membri particulam, prout quidam cepere iecur vulpis, oculos lupi, aut illius caput, cor cerui, noctue inteſtina, aut bubonis, lin-
24 guã milui aut philomene & ſimiliũ. † Nec putes quod ſola iſtarum rerũ mixtura ſufficiat ad cauſandũ prædictos amoris effectus niſi adeſſent verba diabolica exorcizantia & ſortilegi mens & intentio prædicta omnia Sathane vouẽtis & veluti ſacrificia immolantis ad hmõi turpes effectus, quemad-

Source : BIU Cujas

modum enim per verum ſacerdotem immo
latur hoſtia quæ Deo creatori cum deuotio
ne offertur. ita per iſtos maleficos & ſortile
gos verum diuinum cultum imitantes vio-
lanteſq; hæc eorum reproba ſacrificia im-
molantur quibus oblatis & emiſsis preci-
bus ſtatim efficiuntur a demone cõſacrata,
ſeu potius execrata. per no. in d. c. nec mirũ.
§. ſed hoc quoſdam &c. & ſanctus Auguſt.
in lib. x. & xxj. de ciui. Dei idẽ teſtatur vi-
de. S. Thom. in trac. qq. diſpu. q. x. ver. nonũ
prime partis in titu. de mira. & in ver. reſpõ
deo in fine. alioquin ſequeretur quod quili-
bet alius Chriſtianus extra illorum profeſ-
ſionem ſi haberet notitiam illorum verborũ
poſſet eadem conficere ſortilegia et eoſdem
effectus concipere quod non eſt dicendum
per ea quę ſupra dicta ſunt, & per ea quę ha
bentur in d. c. nec mirũ. §. necromantici. ver
25 ſi, ad hęc omnia. † Tertia ſuccedit ſpecies
ſortilegiorum quæ malefica dicitur, & meri
to, nam ex illa nullum bonũ, ſed omnia ma-
la proueniunt, diuerſe egritudines ex ipſis
ſortilegijs in humanis aut brutorum corpo
ribus exoriuntur, & mors q̃nq; ſuccedit ci-
tius vel tardius ſecundum venenorum atro
citatem, aut lenitatem & iſta ſimiliter dupli
citer fiunt, aut in corpore, aut extra corpus
ſicut amatoria, excepto quod fiunt diuerſe
cõpoſitiones. ſ. ex diuerſis ſpeciebus & mi-
xturis, quia in ſpecie illa præcedente, vt plu
rimũ interueniunt res dulces callide & ame
ne humane nature placabiles coadiuuantes
naturalem calorem & potentiam luxurian-
di & ideo lex appellat illa bona vel nõ ma-
la venena, quia non ſunt facta hominis necã
di cauſa, vt l. iij. §. hæc adiectio. ff. ad l. Cor.
de ſica. In hac vero vltima ſpecie quæ dicit̃
malefica, & propter odium vel indignatio-
nem, vt plurimum fit ad vindictam & ultio-
nem alicuius iniurie fiunt diuerſa, immo cõ
traria ſortilegia et maleficia in quibus mala
venena. ſ. ea quæ facta ſunt hominis necan-
di cauſa vt plurimum commiſcentur q̃nq;
plus, q̃nq; minus ſecundum quod iſti malefi
ci grauiorem vel leuiorem querunt inferre
iacturam, & iſta pocula uenefica ſunt cõiter
frigida, amara & noxia, & nature humane
hominumq; ſaluti contraria vt dicit tex. in
l. & ſi excepta. & l. fi. in prin. C. eo. ti. de ma
26 leſi. † & ideo lex appellat iſta mala vene-
na, & non ſolum punitur ille qui ipſa potan
da tradit, verũetiam qui illa conficit ſeu cõ-
ponitur, tenet & vendit d. l. iij. §. hæc adie-
ctio. ex his enim varie ac diuerſe proueniũt
in humanis aut brutorum in corporibus in-
firmitates & egritudines inſanabiles exo-
riuntur. ſ. febris, tuſsis, ptiſis, freneſis, deme
tia, dilucida interualla inteſtinorum corro
ſio, cordis dolor intenſus, vel capitis, vētris
mugitus, morbus ſonticus, membri debilita
tio. nerui alicuius attractio, vel alia ſimili
calamitas ex qua corpus paulatim conſum
tur & abſq; remedio medicorum tendit ad
necem. Quandoq; vero introducitur viril
membri languendo & debilitas renũ in vi
ro, in muliere uero vulue arctatio, aut ma
cis frigiditas & indignatio talis ex qua
redditur omnino impotens ad generand
mulier vero incapax & vndiq; reproba
recipiendum ſperma in coitu & ad cõcip
dum ita quod redditur inutilis pro ma
monio, & fit q̃nq; ſeparatio non dico tho
ri, ſed ipſius matrimonij, & datur facul
iterum nubendi illi qui petijt diſſolutio
& ego vidi ſemel in facto caſum hmõi
mulier conquerebatur de viri impoten
quæ ex maleficio huiuſmodi prouenera
durauerat per triennium, prout iura req
runt, adhibita poſtea ſeptima manu prop
quorum fuit facta diſſolutio matrimonij ſe
cundum quod habetur in c. j. & c. literæ, de
frig. & malefi. & no. doct. in c. fraternitatis
eo. ti. quas cõpoſitiones & mixturas iſti ma
lefici ex pluribus ſpeciebus venenorũ com
ponũt quædam ex herbarum folijs feſtuc
aut radicibus, piſcibus, animalibus, aut re
ptilibus venenoſis, lapidibus, atq; metallis
vide S. Tho. in trac. qq. q. x. j. partis in ti. de
miracu. verſ. ſextum quorum tñ quædam in
liquoribus, quædam vero in pulueribus re
ſoluta tenent, & cum ipſis ſortilegia ſua fa
27 bricare ſtudẽt. † Quidã vero ſunt qui ſo
la verborum potentia hominem aut bruta
interimunt aut egrotare permittunt & alia
quædam miranda faciunt, vt habetur in c.
igitur genus. xxvj. q. iiij. & diximus ſupra
hac q. in princi. & tetigi infra eo. q. ſeq. quæ
omnia demonis inſtructione & doctrine ſe
uerunt & hæc ſunt in veritate quæ reddunt
humana corpora languentia vel moribũda
ſepe licet in ipſorum maleficiorum, ſiue fa
cturarum reſolutionibus ſpecies & materię
quædam multum extranee appareãt, prout
alias vidi pluries ꝙ p̃dicti maleficiati poſt
quam habuerunt remedium liberationis ſe
pius ex pectore proijciunt aut ex ore euo
munt vel inferius ꝑ ſeceſſum emittũt acus
capillos, ferramẽta, clauos, plumas, ſulphur,
lapides & res demum tales quas impoſsibi
le erat dictũ maleficiatum potuiſſe comede
re non ſolũ integras, ſed nec fractas vel mi

Source : BIU Cujas

mtatim in fruſtra cõciſas, vnde vr̃ quid mi-
randum, ſed dic vt quidam dixerunt quod
ſathanas ad maiorem hominum deceptio-
nem facit apparere dictas extraneas ſpecies
in reſolutione facture vt res magis miranda
videatur quandoquidem inſpiciuntur, et cõ
ſiderantur ea eſſe talis nature, forme, & qua
litatis, quod ĩpoſsibile erat illa potuiſſe in-
gredi in corpore maleficiati per aliquã par
tem naturaliter, ſed in rei veritate non ſunt
vere ſpecies naturales, & ꝙ ſit verum ap-
paret, quia illa emittuntur per vomitum vel
ſtercus, & ſic inter illas materias liquidas ap
parent a principio cum primum exeunt de
corpore, ſed ſi ſeruares materias illas biduo
vel triduo, aut quinq; dierũ ſpacio. prout alias
ego ſtudioſe ſeruari feci videres omnia ea
liquefacta penitus & ipſarũ formas periiſ-
ſe totas ꝙ ſi naturalia eſſent profecto in ſua
priori ſiue primeua forma remanerent nec
poſſent per aliquos liquores aut humidita-
tes corrumpi, maxime ferrum & lapides ꝓ-
pter eius naturalem duritiem, vt manifeſtũ
eſt omnibus. † Quidam alij dixerunt quod
demones vt res miranda videatur, tunc tẽ-
poris quando maleficiatus prouocat ad vo-
mitum, vel ad opus ventris, velociſsime, &
inuiſibiliter afferũt ibi ſpecies illas, ſiue ma
terias, de quibus ſupra, veras & naturales,
quas aliunde acceperant & attulerant ibi.
Sed nota quod licet demon ſui potentia na-
turali hoc facere poſſet & tam dextro mo-
do illas inſerere in vomitu vel ſtercore ma-
leficiati quod nullus hominum aduerteret,
tamen prior opin. mihi magis placet quod
ſint apparentes ſpecies ſub illis formis non
naturales, quod ſit verum apparet ratione
prædicta, quia communiter non durant ſub
illa forma, ſed breui tempore reſoluũtur in
illis liquoribus cum quibus mixta aduene-
rant, prout ego pluries vidi, & manibus ꝓ-
prijs tetigi, quæ a principio vt dixi appa-
rebant vere & naturales & retinebant in ſe
neſcio quid duri, tamen breui tempore vt
prædixi reſoluuntur & pereunt. Quandoq;
vere iſte mulieres malefice ſiue malefici me
dia nocte ingrediuntur thalamum perſone
maleficiande (in quibus quomodo & qua-
liter ingredi poſſunt, maxime quando oſtia
& feneſtre ſunt omnia clauſa & fortiſsimis
ſeris & clauibus concluſa, dicetur infra eo.
9 q. viij.) † & maleficiandum ipſum ſiue ma-
ſculus ſit, ſiue fœmina dormientem ſuis li-
quoribus, aquis, oleis, aut pinguedine, ſiue
alijs ſimilibus vnctionibus plura & diuerſa
venena continentibus, inungunt quandoq;
femora, quandoq; autem ventrẽ, aut caput,
guttur, pectus vel coſtas, ſeu aliam partem
corporis perſone maleficiande, quæ ſic dor
miens nihil ſentit, & eſt tanta vis & potẽ-
tia illius vnctionis quod paulatim durante
colore ipſius dormiẽtis ingreditur intus car
nes & vadit ad penetralia cordis viſcerum
maleficiati, vnde paulopoſt cauſantur ingẽ-
tes dolores in corpore maleficiati cũ primũ
ſcilicet maleficiũ vel factura, vt dicunt, tan-
git inteſtina maleficiati, illinc ſuccedũt ma-
ximi vlulatus & lamentationes quam cre-
bre, & hoc vno modo ſortilegia venefica
fiunt in corpore, quia maleficium ſiue factu
ra tangit inteſtina. Alio modo fiunt ſimili-
ter in corpore per cibum aut potũ, quia illa
eorũ venena & maleficas mixturas in pul-
uerem, vt plurimũ redactas in vino vel fer-
culis intromiſcent, & iſto modo tradũt ma-
la fercula & peſtiferos potus ignaris, & his
qui bona fide cum eis comedunt vel bibũt,
& ideo cõſulo oibus vt quam maxime prę-
caueant ne comedant vel bibant cũ eis qui
dicuntur malefici aut cum mulieribus male
ficis, ſed fugiant eorum vel earum conuer-
ſationem, & merito conſtituit imperator ꝙ
iſtorum conuerſationẽ & amicitiam quan-
uis uerus ſit unuſquiſq; omnino fugiat. l. nul
lus. C. de mal. & matth. quia ſunt inimici hu
mani generis & hoſtes cõis ſalutis, vt dicit
tex. in l. & ſi excepta. in prin. & l. fi. C. eo. ti.
ſemperq; ſtudent inferre aliqua mala in hu-
manis corporibus vel in bonis et hoc faciũt
demone inſtigante vt ſemper operẽtur ma-
lum contra aliquem ex chriſti fidelibus, &
neceſſe eſt quod hoc faciant imperante Sa-
thana poſtquam illius imperio ſe ſubiecerũt
& promiſerunt obedientiam vt latius dixi-
mus ſupra ead. q. in prin. in ſecunda ſpecie.
30 † Alio modo fiũt hæc maleficia. ſ. extra cor-
pus quod eſt qñ iſti malefici abſcondũt in ca
pite lecti vel in alia parte ſuper qua malefi-
ciandus iacere debet ipſa venefica ſortile-
gia aut ſub limine oſtij camere abſcondunt
eadem dummodo perſona maleficianda ſu-
per illis tranſitura ſit & illa pedibus calare
cõtingat, qa ſtatim facta calcatione qñ ſunt
in limine vel facta iacentis corporis qñ fiũt
in lecto factura ipſa ſortitur effectum & re-
cipiũt qñq; certa venena adeo atrocia & fu
ribũda qbus pedibus calcatis ſtatim perit q
illa calcauerit, quædã alia ſunt q̃ non ſtatim
occidũt, ſed ſpacio duoꝝ triũ vel viij. aut x.
dierũ plus vel minus ſcdm ꝙ voluerint ipſi
malefici, qa ſciũt illa tẽperare, ꝓut ex pluri
bus cõfeſsionibus reoꝝ iſtius criminis acce

Source : BIU Cujas

pi qui ſimiliter faſsi ſunt ex qbus rebus con
ficiũtur & qualiter fiat illorum tẽperatio &
quem effectum operãtur ſingula; quæ hic re
ferre non licet ſufficiat tibi ſcire ꝙ hęc fieri
poſſunt arte & induſtria demonis ex rebus
naturalibus miniſterio et opera ſortilegi in-
teruenieute, vt fatetur S. Auguſ. in li. x. de ci
ui. dei. & habetur. xxvj. q. v. c. nec mirũ. cir-
ca fi. & l. multi. & l. eorum. in princ. cum plu
ribus alijs. ll. C. eo. ti. Et no. vnum quod in
omnibus ſortilegijs cuiuſcunq; ſint ſpeciei
ſemper interueniunt verba quædam male-
fica opus illud quodcunq; ſit demoni conſe
crantia & eius auxilium ad id faciendũ ſiue
potius machinandum inuocantia. Cõclu-
do igitur in hac materia quod in quolibet
ſortilegio tria concurrere debent perſona
malefica. ſ. profeſſa, uerba cõſecratiua, et ma
teria conſecrata. & ad illum effectum cõpo-
ſita, excepto maleficio incantationis quod
verbis tm̃ perficitur, vt habet. xxvj. qõ. iiij.
igitur genus. & q. v. nec mirum. & ſupra di-
ximus hac ea. q. in prin.

## SVMMARIVM.

1 *Sortilegia in quibus locis & tempore fieri
ſoleant.*

2 *Lux veritatis Chriſtus vniuerſum mundum
illuminans.*

3 *Sortilegia quare potius de nocte quam de
die fiant.*

QVARTO quero quibus
locis & temporibus hęc ſor
tilegia fabricant & vbi ipſi
ſortilegi & alij ſimiles cõue
1 nire ſolent. †Reſpondeo qđ
vt plurimũ in locis foreſti-
bus, occultis, ſubterraneis, & ab hominũ cõ
uerſatione remotis, & peregrinis, ruinoſis
atq; deſertis, & ſemper de nocte fiunt, ut no.
in c. epi. xxvj. q. v. ratio poteſt eſſe duplex.
prima quia demon poſt caſum ex paradiſo
effectus fuit obſcurus, & tenebroſus, vt con
cludunt cõiter theologi & maxime ſanctus
Tho. in trac. qq. quæſtio. xvj. artic. j. & vj. in
ti. de demon. conſequens eſt quod oĩa opera
quæ ipſe facit fiant in obſcuro & tenebroſo
loco & tempore, eo maxime ẽt quia opera
ipſa ſunt peccata quæ cõiter dicũtur nigra
& oppoſita luci veritatis virtutis & iuſtitie
merito conficienda ſunt tempore nigro &
obſcuro iuxta illud cõe dictũ, qui male agit
odit lucem. xviij. q. ij. pernicioſam. & de pe
2 nitentia diſt. j. item ſi ante. †Lux enim ve
ritatis eſt illa quæ illuminat oẽm homine
venientem in hunc mundũ, quæ eſt Chriſt
vt habetur Ioan. j. iij. v. & viij. c. l. inter cl
ras. in prin. C. de ſum. trini. et eſt lux inter
quæ clarificat animam & intellectum ho
nis. de conſecra. diſt. iiij. in prin. Sathanas
virtutibus bonis operibus & veritati qua
tum põt aduerſatur ex quo ipſe mendax
& tenebroſus, vt ſupra diximus, nimirum
loca ſordida obſcura & tenebroſa ſibi e
git ad ſimilitudinem ſui, vt no. Ioan. in c
3 lxxxj. diſt. valent interdum. †Secũda
ditur ratio quare potius de nocte quam
die hæc opera fiunt, quia ſi de die fierẽ
ſent videri ab aliquo & facilius diſco
rentur eorum maleficia et deuenirent a
titiam curie & iuſtitie, facilius cape
punirenturq; ne igitur tam facile dete
& impediantur eorum operã fieri & ſa
cia celebrari faciunt de nocte in locis pr
ctis vt a nemine habeant impedimentũ p
ea quæ ſupra dicta ſunt. & no. in d. c. epi
pi. xxvj. q. v. & c. nec mirum. ea. q.

## SVMMARIVM.

1 *Sortilegi quibus rebus aut inſtrumentis
ſuorum fabricatione facinorum vtan*
*Fututorum reſpõſa vt plurimũ ſunt dub*
2 *Sortilegia facta per homines tacite profeſſ
nis per quæ fiant inſtrumenta.*
*Inſtrumenta ſortilegij amatorij quæ ſint.*
3 *Sortilegia extra corpus quibus fiãt inſtru
mentis.*
4 *Homo abſque Dei gratia diabolo tenta
reſiſtere non poteſt.*
*Diabolus plus timet ſignum crucis quã c
tera omnia quæ in mundo ſunt.*
*Diabolus ante Chriſti aduentum duas ma
nus habere dicebatur.*
5 *Chriſtus per paſsionem ſuam e diaboli ma
nibus in ſe credentes eripuit.*
*Mulier ex ſe pudica quandoque ad libidin
diaboli opera prouocatur.*
6 *Sexus muliebris res admodum fragilis, faci
le decipi poteſt.*
*Inſtrumenta tertie ſpeciei ſortilegiorũ qu
venefica dicitur, quæ ſint.*

Venena

Source : BIU Cujas

*Venena mala proprie quæ dicantur & quæ bona.*

*Sortilegia quædam ſiunt ex particula cadaueris hominis.*

*Imagines de cera ſiunt quandoque a ſortilegis ad maleficiendos homines.*

*Imagines quare in ſortilegijs ſieri ſoleāt, cū nihil operentur.*

*Diabolus ſub diuerſis inſtrumentis & figuris docet ſortilegos diuerſa committere flagitia.*

QVINTO quęro quibus rebus, † mixturis & inſtrumentis vtuntur iſti ſortilegi ad hoc ſua ſortilegia fabricandum. Reſpondeo qđ varijs atque diuerſis, quorum pars maior declarata fuit ſupra eodē. q.iij. nihilominus ad maiorem expreſsionem, quia materia iſta non eſt minus confuſa quam diffuſa, dicam aliqua vltra ea quæ ibi dixi ideo dic quod. Aut loquimur de prima ſpecie quæ eſt diuinatiua in qua quādoque verſantur ſortilegi qui ſunt profeſſionis expreſſe, aliquando vero hi qui tacite ſunt ꝓfeſsionis. Primo caſu dic ꝙ quotieſcunque ſunt in celebratione ſacrificiorū omnibus fere & eiſdem inſtrumentis vtuntur ad ſacrificandum, quibus vtuntur noſtri ſacerdotes chriſtiane religionis, & cum illa reuerentia cultum dæmonis ſub idolorum forma celebrare ſolent, & offerre pręces qua & quibus veri ſacerdotes chriſtiane religionis verū diuinū cultum venerantur, vt no. Io. lec. in ſum. conf. in tit. de ſortileg. c. j. & ij. & no. in c. nec mirum. xxvj. q. v. & in cap. contra idolorum. xxvj. q. iiij. & not. glo. in c. accuſatus. §. ſane, de hæreti. lib. vj. & ibi d. Archi. Geminia. & alij vbi expreſſa fit mentio de iſtis ſacrificijs, in locis enim quæ ſupra proxime diximus quæ ipſi retinēt loco tēplorū ſolēt ſæpius cōſtruere aras, & ſuper eiſdē ponere idola, & alias diuerſas imagines, quibus in ipſis ſacrificijs & precibus offerre ſolent thura & alios diuerſos profumos, deferunt ēt tunicas quaſdā loco camiſi, cotte, tunicele, planete, vel piuialis, & cum illis celebrant ſacrificia habentq; inter ipſos quoſdam qui melius ceteris ſunt diſpoſiti ad illas cerimonias exercendū, quos illis præponunt & appellant ſacerdotes, ſicut apud veteres dicebantur ſacerdotes cybelis, ſacerdotes apollinis, & ſimiles & tunc idem obſeruāt iudæi inter ſe. iſti. n. ſunt qui ſacrificia ipſa manibus proprijs celebrant & miniſtrant, & maximo reuerentie cultu diabolum venerantur, ac ſi vere eſſet illorū deus, & hoc eſt in quo diabolus ſummopere delectatur, vt adoretur. d. c. nec mirum. & per S. Tho. in ſum. quæſtio. xcv. arti. iij. in titu. de ſuperſti. & habetur Matth. iiij. ca. quibus completis ſacrificijs ipſi ſortilegi ſuas proponunt interrogationes de his qui noſcere cupiunt, & ab ipſis idolis voce diabolica reſponſa ſuſcipiūt de futuris, ac de præſentibus occultis ſecūdum quod ipſi magis ſcire cupiunt, licet futurorum reſponſa ſint vt plurimum dubia, & ad plures ſenſus accomodāda, quoniam futurorum ipſe dæmon eſt ignarus quatenus vellet illa prædicere ex certa ſcientia, prout ſunt in ſuo eſſe de quo latius dicam

2 infra q. ſeq. † Secundo vero caſu quando ipſa ſortilegia fiunt per homines qui ſunt tacite profeſsionis, & tunc diuerſa interueniunt inſtrumenta quandoq; illa faciunt in aqua per hydromantia, quādoq; in igne per pyromantiam, quandoque in terra per geomantiā, quādoq; vero vtuntur aere, qñ faciunt per aerimontiā. vt late ponit & declarat iſta d. Hoſtien. in ſum. de ſortileg. §. ij. quādoq; faciūt illa ex inſpectione inteſtinorum auium, animalium, aut per eorundē voces garritum occurſum & ſimilia, vt late diximus ſupra eo. q. ij. & hr̄ in cap. igitur genus. xxvj. q. iiij. & q. v. nec mirum. & Ioan. lec. in ſum. conf. in tit. de ſortile. q. ij. ver. diuinatio, alij reſpiciunt in aſtrolabio, vel in clauicula Salomonis, vt in c. ij. extra eo. tit.

Si vero loquimur de ſecunda ſpecie ſortilegiorū amatoria diſtingue, aut ipſa ſortilegia fiunt in corpore, aut fiūt extra corpus hæc enim diſtinctio nō conuenit priori ſpeciei in corpore. n. cōmuniter fieri ſolent per cibū vel potum, vt l. iij. §. hæc adiectio. ff. ad leg. corne. de ſica. & l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pen. & l. eorū in prin. & l. multi. C. de male. & mathe. & in quibus poculis & mixturis cōmeſtibilibus commiſcētur multa quæ late diximus ſupra eo. q. iij. quas nō expedit iterato repetere vide ibi.

3 † Si vero fiunt extra corpus, & tunc interueniunt quædā ligature, quas ipſi magiſtri conſuunt in clamide maleficiandi, aut in alia parte latenter abſcondunt ſicut in lecto inter plumas vel materatia, aut ſub limine oſtij, vel alio loco ſuper quo perſona maleficianda trāſitura, aut iacitura ſit, & vltra



Source : BIU Cujas

ea quæ diximus ibi in iij. quæſtio. adde qđ
ipſi ſortilegi admiſcent ſæpius in iſtis ama-
torijs aquam benedictam. ſ fontis baptiſma
tis, aut cōis amphore exiſtentis in eccleſia,
aut oleum ſanctum baptiſmatis chriſmatis
aut extreme vnctionis, ramos oliuarum be
nedictarum, frondes palmarū, candelas be-
nedictas, ſacros agnuſdeos, thura benedicta
cerei paſchalis, & his ſimilia. Quandoq;
aūt capiunt aliqua ex reliquijs ſanctorum
martyrū ſi habere poſſunt. ſ. particulas oſ-
ſium capillorum vel veſtium, alij autem ca
piunt fruſtula quædam indumentorum ſa-
cerdotalium aliorūq; panniculorum bene-
dictorum quibus ſacra miſteria venerantur
celebranturq; ſicut camiſi corporalis puri-
ficatorij, tunicelle, manipuli, amitti, ſtole cā
dide, lapidis ſacrati, mape altaris, platene,
ſudarij, calicis, & ſimiliū, & iſta omnia vel
eorum partem admiſcere ſolēt in ipſis ſorti
legijs amatorijs adhibitis eorū nephandiſsi
mis precibus & diabolicis verbis ad turpes
libidinis actus tot ſacramētorū & aliorum
ſacrorum perpetrantes abuſum, nec omittā
vnū quod quidam ex his qui ſunt expreſ-
ſe profeſsionis deferunt quandoque ima-
gines quaſdā ad loca ſacrificiorū terra vel
cera aut gummarū. ſeu alia quauis mixtura
confectas illaſque baptizant prius nomine
perſone maleficiande ſub deuotione & in-
uocatione diaboli, cū eiſdē cerimonijs, qui-
bus vti ſolent noſtri ſacerdotes in vero ba-
ptiſmate. & adijciunt quædā verba valde
turpia & nephāda, quæ hic inſerere nō pla
cet, ne quenquā fortaſſe nimis curioſum ad
illorum experientiā concitarem quamuis
alius extra profeſsionē effectus hmōi effice
re non poſſet, vt latius diximus ſupra in ſi.
iij. q. quibus imaginibus quandoq; aperiūt
pectora & ipſarum corda ingēti calore igni
ta reddunt, aut tantū detinent ꝙ liquefiūt,
putantes ꝙ eodē modo cor hominis malefi
ciādi vel mulieris ſimili amoris ardore adu
ret ſeu mollificetur, & obediēs reddatur ad
votum ſortilegi vel amantis, ſed ſtulti non
aduertūt ꝙ dęmonis fallacia vehemēter de
cipiuntur vt alias diximus ſupra in d. iij. q.
ſi tamē poſtea appareat ꝙ mulier flecti vi-
deatur & amari incipiat id non ꝓuenit vir
tute & potentia ſortilegij, ſed diabolice ten
tationis & opera extrinſeca alicuius homi
nis qui ipſam ſollicitat & perſuadet, vt di-
4 ximus ſupra d. iij. q. †Pro cuius corrobo
ratione adde ꝙ dixit S. Bonauētu. in ij. ſen.
diſt. xxviij. nu. xxxix. vbi dicit ꝙ †tanta eſt
vis diabolicę tentationis ꝙ homo iſti abſqȝ

diuina gratia reſiſtere nō pōt nō ꝙ homi[nem]
pręciſe compellat ad peccandū propter li-
beri arbitrij poteſtatem & gratiā paſsion[is]
dñi noſtri Ieſu Chriſti, ſed tanta eſt quād[o]-
que ad malū hominis inclinatio & volun[ta]-
tis pronitas, ꝙ niſi eſſet aliud ſuſtentans ne-
ceſſe haberet homo quādoque motu volū-
tatis in malū incidere. Diabolus. n. nihil
eſt ꝙ magis timeat & vehemēter abhor[reat]
quā ſignum, ſiue figurā crucis, & memor[iam]
paſsionis dñi noſtri Ieſu Chriſti & ratio[nem]
quia ante aduentū Chriſti & illius paſsio-
nem diabolus habebat mirabilē poteſta[tem]
ſuper oēs homines viuētes. habebat. n. du-
plicē manū. vna qua dicebatur manus at[tra]-
hēs, altera quę dicebatur manus cōpell[ens]
manus. n. attrahens erat illa ptās qua ipſe [ſa]-
thanas trahebat ad limbū omnes iuſtos [&]
ſanctos viros. Manus vero cōpellens e[rat]
illa ptās præcipitandi hominē in malū, [vel]
per fallaciā, vel per violētiā, quia tunc te[n]-
tabat, vt Draco, tentabat, vt Leo. oēs. n. ho-
mines vel per fraudulentiā, vel per viole[n]-
tiā ſuperabat. quæ magna ipſius poteſtas [de]-
bilita fuit per paſsionē dñi noſtri Ieſu Ch[ri]-
ſti per quem apparuit lumē veritatis, & i[n]-
terius per diuinā inſpirationem & exter[ius]
per humanā inſtructionē, ita quod nos o[m]-
nes a manibus illius liberauit. & propter[ea]
5 diabolus tam fortiter abhorret †memoria[m]
paſsionis prędicte, per quā eius potentia d[e]-
bilitata fuit, & nobis liberi arbitrij vir[tus]
& poteſtas grandius reſtituta eſt nihilo[mi]-
nus remāſit ſibi illa generalis tentādi fa[cul]-
tas q̄ pōt cōtra omnes indifferenter ex[er]-
cere deo permittēte, immo cōtra ipſum [Chriſtum]
Ieſum illā experiri voluit, vt hr̄ Matth. [iiij.]
c. non tamē habet nūc illā per modum vio-
lentie, ſed perſuaſionis & fradulētie quas
tot & tantas ipſe habet, vt vix homo illi
reſiſtere poſsit. iſta ſunt verba not. S. Bon[a]-
uenture in iij. ſenten. diſt. xix. q. iij. nu. xx[ij.]
& xxiij. Redeundo nunc ad propoſitum
dico non eſſe mirū ſi mulier pudica ex ſe
quādoq; flectitur ad libidinē & dirigit cor
ſuum ad amandū illū quē prius nullo mo[do]
cognouerat, ꝙ ſolū prouenit ex illa feſti[na]
& inſatiabili dęmonis tētatione, quę intr[in]-
ſeca eſt ſollicitās animā accedēte poſtea ſor-
tilegi extrinſeca operatione ſermonis in-
baſiate literarū amatoriarū & alijs ſimili-
bus extrinſecis ſollicitationibus, quæ pro-
prie ſunt cauſa immediata lapſus ipſius mu-
6 lieris, vt incidat in laqueū. †& quia mulie-
bris ſexus fragilis eſt, facile decipitur. ſedu[ci]-
tur & apprehēditur vt hr̄ in c. forus. de ve[rb.]

Source : BIU Cujas

bo.ſig.& no.glo.in c.j.de clād.deſpō.xxiij. q.vij.ꝑ propoſuiſti.& q.v.c.adam.& c.mulier & dixi infra eo.q.vj.in fi.Sortilegia vero ipſa qualiacunq; & quotcunq; ſint non ſunt cauſa immediata flectendi pudicū animum &c.ſed dicuntur cauſa mediata & remota propter quę dæmon magis deliberate ſtudet illam tentare & capere in laqueū poſtꝗ̄ per turpē abuſum illum ſacramentorū in grauē offenſam diuine maieſtatis obtinuit diuinū cultū proſterni,& ipſe vt deus adorari, & hoc eſt ꝙ ipſe magis deſiderat quam aliud,vt alias diximus ſupra q. præcedenti.& latius dicā infra.in fi. huius qō.

Tertie ſpecie inſtrumenta ſimiliter plurima ſunt,quorū partē vidiſtis ſupra iij.queſ. quibus aliqua ſupperaddā, ideo dico quod aut fiunt in corpore per cibum vel potum aut extra corpus aliquo ex modis prædictis.primo caſu nota vnū breuiter & generaliter ꝙ omnia per ſortilegia ſiue maleficia,veneficia,quę fiunt in corpore,nō fiunt abſq; veneno,ſed omnes ille mixture compoſitiones & pocula ſunt mixta veneno aliqua mitiori, vt minus officiat, aliqua vero atrociori,vt citiusvulnerēt vel occidāt,quę vt dixi,ex diuerſis rebus conficiūtur quædā ex herbarū folijs feſtucis aut radicibus, quædā ex venenis ſerpentū,quædam ex reptilibus terre,animalibus, vel piſcibus venenoſis, lapidibus ſulphure gummis ere, plūbo argento viuo ꝙ ipſi mercuriū appellant alijſq; diuerſis metallis in puluerem redactis ſeu alio modo cōbuſtis, & ſic ex rebus naturalibus illa componunt dæmonis inſtructione docente.& hæc ſunt quæ in veritate diuerſas inducunt ęgritudines in hu-
7 manis corporibus.† & propterea lex vocat iſta mala venena quę ſunt facta hominis necandi aut ęgrotādi cauſa.l.iij.§.hæc adiectio.ff.ad l.cor.de ſica.& l.ſi quis aliquid.§. qui abortionis.ff.de pe.bona ſiue non mala venena dicuntur ea quæ non ſunt compoſita ad nocendum nec facta hominis necandi cauſa vt ſunt illa amatoria q̄ in poculis amatorijs cōiter cōmiſceri ſolent d.l.iij.§.adiecto.& d.§.qui abortionis. & ibi Bar. Aut illa fiunt extra corpus.ſ.extra cibū, vel potum & diuerſas ſimiliter vnctionum mixturas & venenorum compoſitiones accipiūt quibus maleficiandorum corpora dormientium linire & perſtringere ſolēt,& quā primum ipſa vnctura ad præcordia penetrauerit quæ facile penetrat ſtante calore dormientis ſtatim audiuntur gemitus & maximi vlulatus inſurgunt quos perſona maleficiata dolore quā graui ſuſtinere nō poteſt.

Quidam alij ſortilegia hmōi ſub alia forma compoſita conſuunt latenter in chlamyde aut abſcondunt in lecto ipſius maleficiādi ſeu in aliquo loco ſubterraneo fouea facta aut ſub limine oſtij ſuper quo deſtruendus trāſiturus ſit,& pedibus illa calcare cōtingat. Quidam aūt capiunt reſidua quædam ex corpore perſone maleficiāde.ſ. capillos,dētes,vngues,pilos,ſiue ſetas corporis,ſanguinem ſi habere poſſunt, aut particulam pellicule manus,vel pedū. Alij vero capiunt particulas veſtiū earundem perſonarum caligarum ſolearū ſiue planellarū calciamentorum camiſie diſploidis birreti ſcuffie aut veli muliebris cinguli ſiue zone,
8 ſtringarum & ſimilium. †Quidam etiā capiunt particulam corporis alicuius cadaueris eorum ſcilicet qui iam ſepulti fuerūt, & vt plurimum quærunt illorum cadauera qui furca ſuſpenſi,aut alia turpi morte periere, & illorum vngues quandoque aut dentes, capillos,aures,oculos,barbam,manum,pedem.vel digitum,aut aliquod ex eorum inteſtinis,ſcilicet cor iecur epatē ſiue pulmonem,miltiam rete ventris partem aut inteſtinorum pinguedinem neruos oſſa,vel carnem & cum iſtis alijs & ſimilibus turpiſſima cōponunt ſortilegia.quidā alij capiunt particulas quaſdam veſtium ipſorum cadauerum cum quibus humati fuerūt, quidam alij capiunt chordam ſiue capiſtrum viri laqueo ſuſpenſi,aut illius camiſiam & cum illis ſimiliter quāplura mala turpiſſime execrantur,nec verentur nocturnis tēporibus cadauera ipſa exhumare aut ipſemet in ſepulchris ipſorum intrare & hæc pluries habui in facto Rome,& ab ipſis reis in eorum examine per plures ſpōtaneas accepi,quæ quidem omnia fuerunt per demonſtrationem ad oculum verificata. Quidam vero ceperunt auium aut ferrarum inteſtina, membra oſſa plumas, vel ſetas, quid de oculis aut capite vel dentibus lupi, quid de iecore vulpis, pedibus, vel cornibus cerui, capite vel lingua milui, pedibus vel vnguibus caſtoris. quid de ore vel beccho aquile, quid de galli criſta & teſticulis, & alijs quam pluribus.

9 † Quidam ſunt qui imagines cere, vel alterius mixture conficiunt illaſque portant ad loca ſacrificiorum quibus completis imagines ipſas ſub nomine perſonæ maleficiande certis adhibitis cerimonijs baptizant omnia opera ipſorum cum deuotione Sathanæ offerentes quibus ſic



Source : BIU Cujas

oblatis & execratis imaginibus ignem ingẽ
tem apud ipſas confouent illaſq; ſpinis acu
bus clauis, vel alijs rebus acutis, quandoq;
in capite, quãdoque in vultu, in gutture in
renibus pectore femore coſtibus aut vẽtre,
vel ſimilibus locis perforant & cruciãt de
precantes cõtinue vt verum corpus maleſi
ciandi eaſdẽ patiatur puncturas & pœnas,
& eiſdẽ doloribus crucietur, ac ſi eius cor-
pus his inſtrumentis vere perforari contin
geret, & licet ſępius perſona maleficiata in
eadem corporis parte ſimiles dolores into-
lerabiles patiatur nihilominus non proue-
niunt virtute, vel potentia dictarum imagi
num, vel ſacrificiorũ, ſed potius ex vnctio-
nibus. & alijs mixturis veneficis quas ad-
herent corpori ipſorũ maleficiatorũ vt ſu-
10 pra dictum eſt in iij.q. Sed quero† nũc ſi di
ctę imagines nihil proſunt nec operantur
effectum in ſortilegio, quare fiunt? Reſpõ.
quod licet ex iſtarũ imaginũ immolationi-
bus non ſubſequantur immediate effectus
de quibus ſupra tamen ex lõginquo & me
diate ſequuntur, quia demon inter alia deſi
deria ſua hoc maius habet vt adoretur ab
homine ad ſimilitudinem dei vt ſupra pro-
xime dixi ſed vt promptius & facilius ado
rationem ipſam conſequatur & augeat do-
cuit ſortilegos ſuos hæc ſortilegia per ima-
gines fabricare illaſq; primo & ante omnia
baptizare & cum illis præces more ſacer-
dotali offerre, ad hoc vt cultus ſuæ adora-
tionis amplificetur & latius extendatur, &
ſub iſto colore captandi amorem inferendi
egritudinẽ inueniendi theſaurum, vel alio
ſimili modo decipit iſtos ignaros nihilomi
nus opus maleficij perficitur venenis quæ
ſunt proprie cauſa immediata egritudinum
iſte vero imagines dñr cauſa remota & me
diata propter quã demon ſubtilius & dili-
gentius ſatagit ad inſtructionẽ venenorum
& illorum exhibitionẽ ita q; perſona male
ficiata audiat qđ habet in corpore & ideo
iſta dicitur cauſa remota & mediata ad ma-
leficiũ. mixtura aũt poculi aut vnctionis eſt
cauſa immediata, vt no. in c. nec mirũ. xxvj.
11 q.v. †Ex quibus vides qđ Sathanas ſub
diuerſis ſignis inſtrumẽtis, mixturis, cõpoſi
tionibus, ligaturis, chareteribus atq; figuris
inſtruit ſortilegos ad conficiendum diuerſa
maleficia ſecundum diuerſas hominũ opi-
niones quas proſequi intendunt, & vt faci-
lius demon ſimplicis credentiũ animos fal-
lacijs ſuis apprehendat ſæpius ſortilegia ip
ſa ſub aliquo tegmine ſanctitatis abſcõdit,
aut cultu vere deuotionis obumbrat vt res
videatur honeſta & ſanctitatis deuotione
foueri, & ideo iſte mulierculę, vel ſimiles
in diſſolutione dictorũ ſortilegorũ ſemper
quaſi iubẽt dicere angelicã ſalutationẽ ſiue
dominicã orationẽ hoc eſt Aue mariam, vel
Pater noſtrum ad deuotionẽ alicuius ſancti
Apoſtoli, vel martyris ſeu ſanctarũ virginũ
ad deuotionem vero Dei & beate paſſio-
nis marie nunq;. nec reperies etiã q; faciãt
vnquã dicere ſymbolũ fidei, ſcilicet credo
in vnum deum &c. & hoc eſt q; diabolus
vehementer abhorret, vt alias diximus ſu-
pra ea. qõ. quia per illud fidei chriſtiane ob
ſeruãtia & dęmonis excluſio demõſtrat, ip-
ſe vero mulieres aut viri remedia hmõi vt
plurimũ faciunt inſtructione ſuffragio dia-
boli, & ideo dñr ſuperſtitioſa & reproba,
vt latius dicemus infra ĩ ſeq. q. vbi plenius
examinabimus iſtum articulum an & quã-
do liceat maleficiatũ. contrario maleficio li
berare & quomodo & qualiter cognoſca-
tur an remedia iſta ſint ſuperſtitioſa & re-
proba, vel non & caſu quo ſint dãnata qua
pœna puniatur qui illa ſcienter exercet ibi
dicetur.

## SVMMARIVM.

1 *Effectus ſortilegiorũ qualiter cauſari poſ-
ſint in corporibus humanis mediantibus
rebus ſiue mixtis ſiue ſimplicibus.*

2 *Diabolus rerum naturalium & ſecretorum
nature maiorem habet cognitionem quã
omnes ſimul homines.*

3 *Diabolus qualis in ſua conditione fuerit &
qualis poſt lapſum.*

4 *Intellectus an fuerit poſt peccatum obtene-
bratus in demonibus.*

5 *Diabolus præteritorum aut preſentium oc-
cultorum homini incognitorum optimus
eſt interpres.*

*Diabolus furta, adulteria, & cætera queq;
vitia quamquam occultiſſima cognoſcit.*

6 *Futura dupliciter cognoſci poſſunt.*

*Diabolus rerum principia cognoſcit, cui ma
gis nota eſt virtus cauſarum naturalium
quam hominibus.*

7 *Diabolus quare quandoque futura prædi-
cit ex certa ſcientia quam nõ habet ipſe.*

8 *Arte magica ſciri poſſunt quæ in locis diſtã-
tibus ſeu remotis fiunt.*

Source : BIU Cujas

9 *Diabolus imbutis artibus magicis reuelat, alias cognitu impoſsibilia.*

10 *Diabolus nulla capitur obliuione aut ignorantia rerum naturalium aut ſecretorum naturæ.*

*Demones elementorum, metallorum, lapidum, herbarum, plantarum, reptilium, auium, piſcium, & motum cœli notitiam habent.*

11 *Diabolus in omnibus artibus liberalibus omnium hominum eſt longe dotiſsimus.*

*Diabolus ex quibus rebus mixturas aut cõpoſitiones faciat.*

12 *Diabolus quædam in puluerem et quædam in pinguedinem redigere docet ad faciẽda ſortilegijs oriantur.*

13 *Pocula abortionis dicuntur, quæ dantur alicui vt fœtum ædat immaturum.*

*Virtus generatiua quandoque impeditur per ſortilegia.*

14 *Matrimonium quandoque per eccleſiam ſeparari mandatur ob impotentiam coeũdi.*

15 *Maleficiatus quidam ne cum vxore computaretur qualiter fuerit liberatus.*

16 *Liberandus a maleficio iubetur ſignum crucis omittere.*

17 *Malefici ſeu ſortilegi an et qualiter pluuias grandines, et fulgura inducere poſsint.*

18 *Egritudines ſeu morbi quos inferunt malefici, non ex imaginibus, aut ceremonijs ꝑueniunt, ſed ex mixturis & rebus naturalibus applicatis.*

19 *Diabolus quare a Deo permittatur adeo inhoneſte res diuinas & ſue adorationis cultum deturpare.*

20 *Sortilegum ſeu maleficum an liceat impune conſulere ad tollendum maleficium.*

21 *Ius ciuile pro ſoluendis maleficijs permittit recursũ ad maleficos, ſed nõ ius canonicũ.*

*Infirmitates an poſsint licite ſanari ꝑ quædam verba ſuperſtitioſa, quibus vt plurimum vtuntur mulierculæ.*

22 *Remedia ſanatiua qualiter cognoſcantur ſuperſtitioſa, vel non.*

23 *Nomina hebraica dei & angelorum ab aliquibus conficta, an deferantur licite pro remedio ſanitatis.*

1 SEXTO quero † quõ põt eſſe ꝙ ex præmiſsis rebus ſimplicibus aut mixtis effectus ſortilegiorum hmõi & tot accidentia in humanis corporibus ita fortiter cauſentur ſeu ẽt tollãtur aut futurorũ occultorum ve reuelationes tã clare ſuccedere poſſunt. nam quibuſdã ridiculũ potius quã credibile eſſe videbatur ꝙ ex tactu vnius imaginis cere crete aut alterius mixture ſi tangatur in aliqua parte ſui corporis per maleficũ, in eadẽ parte corporis perſonę maleficiãde ſtatim exoriatur infirmitas & cauſentur dolores intẽſi aut amoris cupiditas, & vehemẽs libido præparet incẽdia cordi, & ſic de ſingulis alijs ſortilegiorũ ſpeciebus. hæc. n. vñr eſſe ſatis remota a credulitate recti iudicij & tñ in rei veritate effectus & accidẽtia hmõi negari nõ põt quod veniunt atq; recedunt opera & miniſterio dictorũ ſortilegorum. Et ideo pro faciliori ſolutione iſtius dubij. Videdũ eſt primo de virtute & potentia dæmonis quæ & qualis ſit & q̃ ptãtem habet ſuper homine qua cognita facilis reddetur ſolu-
2 tio iſtius dubij. † Sciendũ eſt. n. ꝙ Angelus ſathane qui eſt proprie diabolus mirabilẽ habet virtutẽ & poteſtatẽ cognitiuã circa naturalia & ſecreta nature. plus. n. de his ipſe ſolus eſt inſtructus & bene informatus, quã oẽs homines de mũdo ſimul. ita dicũt Theologi, & maxime ſan. Tho. in trac. qq. q. xvj. arti. vi. in titu. de demõ. & S. Aug. lib. x. de ciui. Dei & hr̃ in c. nec mirũ. xxvj. q. v. ex quo. n. ipſe Ang. eſt ſubſtãtia ſpũalis, & pura intelligẽtia habet oẽs virtutes intellectiuas & oĩa ſecreta naturę quę naturaliter ſpectant ad angelum ſiue bonũ ſiue malũ de quibus latius per eundẽ Tho. in d. li. qq. q. xvj. art. j. ij. & vj. & ꝑ totũ de dęmoni. & q. vj. artt. iiij. & vj. in tit. de mira. Deus enim dũ a principio creauit naturã angelicã in paradiſo eandẽ virtutẽ & ptãtem dedit angelo ſathanæ quã dedit angelo lucis, quia a principio oẽs lucidos & præclaros creauit ita dicunt oẽs Theologi. & hr̃ Eze. xxviij. c. dũ loquitur diabolo figurati. e in perſonã regis Tyri dicẽs. Tu ſignaculum ſi-
3 militudinis, † plenus ſapiẽtia, & perfectus decore, in delitijs paradiſi Dei fuiſti, omnis lapis precioſus operimentũ tuũ, ſardius, topazius &c. tu cherubim extentus & prote-

gens,poſui te in monte ſancto dei,in medio
lapidum ignitorum ambulaſti perfectus in
vijs tuis a die conditionis tue,donec inuen-
ta eſt iniquitas in te.Peccaſti & eieci te de
monte ſancto dei,& perdidi,te o cherubin,
hęc dicit dñs deus.habetur etiã de hoc con
ſe.diſt.j.hi duo.& not.xxvj.quæſtio.v. nec
mirum.§.ſed hoc quoſdã &c. vbi S.Auguſt,
loquens de acutiſsima intelligentia diaboli
dicit quanto magis poteſt diabolus cogno-
ſcere ęgritudinem eſſe mortalem, vel non
ſi hęc eadem cognoſcit homo per quaſdam
cõiecturas & ſigna multo magis illa cogno
ſcit diabolus quem angelica poteſtate ſubli
mem prophetica oracula fuiſſe teſtantur.
idem dicit Tho.d.q.xvj.de demon.Quam
primum igitur Sathanas qui tunc propter
illius ſummam pulchritudinem & ſplendo
rem Lucifer vocabatur incidit in peccatũ
ſuperbie contra ſuum creatorem volens ſe
facere æqualem deo credens poſſe exerce-
re vires ſuas in cœlo, & alijs prædominari
præter & contra dei voluntatem ſtatim ip-
ſe cum ſequacibus ſuis de cœlo expulſus
fuit & pro ſua æterna habitatione ſtatutus
fuit infernus locus teterrimus, & tenebro-
ſus,& propterea perdidit omnem beatitu-
dinem ſedem cœleſtem diuineq; maieſtatis
ſpeculationem,& lux cœleſtis candoris cõ
4 uerſa fuit in tenebris. †Hinc quæri poſ-
ſet an intellectus diaboli poſt peccatũ fue-
rit obtenebratus,ita ꝙ non habeat lucẽ illã
intellectus cognitiuam ita ſubtilem & cla-
ram ſicut prius habebat de quo vide ſanct.
Tho.in d.quæſtio.xvj.arti.vj.de demõ.vbi
concludit in effectu ꝙ Diabolus peccando
proprietatem naturæ ſuæ angelicæ nõ ami
ſit ſed naturalia in eis adhuc integra rema-
nent & ſplendidiſsima.idem ſentit Dyo.in
lib.de diui.no.c.iiij.& no.in d.c.nec mirum
xxvj.q.dicto.§.ſed hoc quoſdam fallit &c.
Quo ad ea vero quæ ſint diuine cognitio
nis prout eſt ſcientia futurorum ex certa ra
tione ſecreta cordis hominũ & ſimilia iſta
enim omnis intellectus angelicus etiã ange
li boni eſt incapax ex ſe ad cognoſcẽdũ &
cõprehendendũ & propterea indiget quo-
dam ſuperiori lumine illuſtrari ad ipſa co-
gnoſcenda ꝙ lumen eſt diuine gratię & ad
hoc non perueniũt niſi angeli boni per gra
tiam.angelus autem ſathane eſt indignus &
incapax iſtius gratię propter peccatum de
conſe.diſtin.j.hi duo. & ideo non poteſt ve
raciter futura prædicere. In his vero quæ
naturalia ſunt vterque angelus habet mira
bilem virtutem & ptãtem cognitiuam lon-
ge ſupra humanum intellectum, adeo ꝙ ea
quæ ſunt hominis ſcientie quodãmodo im-
poſsibilia, ipſe Diabolus videt omnia &
expreſſe cognoſcit,quippe quia ipſe eſt ſpi
ritus liber & eleuatus,& dicitur ſubſtantia
ſpiritualis & incorporea.ita appellatur ab
omnibus Theologis nulloq; præmitur põ-
dere carnis ſeu alia corporea ponderoſita-
te,ex quibus poſsit eius velocitas intelle-
ctus quoquo modo offuſcari aut impediri
quo minus videat & expreſſe cognoſcat om
nia quæ conueniunt naturę angelicę vt ſu-
5 pra dixi. †Et ideo aut nos loquimur de
ſcientia præteritorum aut præſentium oc-
cultorum quæ homini ſunt ignota pœnitus
& iſtorum ipſe eſt optimus interpres & co
gnitor ita dicit S.Tho.in d.q.xvj.articu.vj.
& ſanctus Augu.in lib.x.de ciui.dei.& not.
in c.nec mirum.xxvj.q.v. Hinc eſt ꝙ Dia
bolus cognoſcit atque videt omnia furta et
latentiſsima & eorum fures & alia huiuſ-
modi crimina licet occultiſsima ſint,vt ſunt
coniurationes,tractatus,incẽdia, aſſaſsinia,
homicidia occulta,falſitates,ſacrilegia,ſtu
pra,adulteria,& his ſimilia non ſolum quæ
fiunt inter præſentes verum etiam & inter
abſentes & in partibus multum lõginquis
atque remotis ex quo ipſe omnibus his iſtu
oculi pręſentialiter adeſſe põt & de illis no
titiam haud dubiam nobis exhibere poteſt
vt patebit infra in eadẽ quæſtio.in quibuſ-
dam exemplis,exceptis tamen hominũ co-
gitationibus in mente retẽtis quæ licet ſint
de præſenti,tñ Diabolus illa ignorat maxi
me quando nondum fuerunt deducte ad co
gnitionẽ alterius per aliquem actum extrin
ſecũ aut ſignum,iſtorum.n.ſolus deus eſt co
gnitor,& verus interpres vt habetur Mat
thei. xxij.c.& Marc.xij.[& dicemus infra
eo.q.x.Futurorum quoque diabolus eſt in-
capax ſed ſi deuenerit ad cognitionẽ quan-
dam coniecturalem,& demonſtratiuam ſi-
ue inclinatiuam quia hanc habet ex conſi-
deratione corporũ cœleſtiũ & motus aſtro-
rum ſicut aſtrologus, ſed iſta dicitur dubia
& incerta notitia. quia põt abeſſe a verita-
te vt not.in c.epiſcopi.xxvj.q.v.c.ſortes c.
6 auguria eadẽ cauſa. q.iiij. †Et ideo dicit
S.Tho.d.q.xvj.articu.vij.quod futurorum
duplex eſt cognitio vno modo cognoſcun-
tur futura quantum eſt in ſe ipſis & natura
ſui & hæc cognitio pertinet ad ſolum deũ,
nulla.n.creatura habet iſtã facultatem niſi
ex diuina gratia ſpecialiter fuerit ſibi re-
uelatum ſicut fuit ſanctis Prophetis & ideo
bene dixit,Eſaie,xlj,cap,annuntiate nobis

Source : BIU Cujas

quæ ventura ſunt & dicemus quia dij eſtis vos. Alio modo cognoſci poſſunt futura in ſuis cauſis, ſcilicet quantũ ad cauſas ſuas actiuas vel ſecundum potentiam cauſarum & hæc eſt illa cognitio coniecturalis & demonſtratiua de qua ſupra proxime dixi. & de hac Diabolus participare poteſt, quippe quia ipſe cognoſcit principia rerum, & eſt illi magis nota virtus cauſarum naturalium quam hominibus, nam per ſcientiam aſtrologie, vel per alia ſigna & coniecturas facilius & certius cognoſcit diabolus futura ꝙ homo, quia ſubtilius cognoſcit cauſas ipſarum rerum naturales & quæ antecedunt rẽ ipſam eſſentialiter quæ nos vocamus indicia & ſigna rerum, quia ſunt principia quędam futurarum rerum quæ præcedũt operationes naturales poſtmodũ ſucceſſuras ſiue euentus rerum futurarum & per iſta fuit inuenta pronoſticatio per aſtrologiam quæ fit iuxta demonſtrationes & indicia aſtrorum & corporũ cœleſtium, is igitur qui per ſcientiam & notitiam ipſam futura coniecturaliter & inclinatiue prædicere querit non peccat ſi dixerit ꝙ ſic aſtra minantur ſiue demonſtrant, ſed dicendo affirmatiue & certitudinaliter prout res ſunt, vel erunt in eſſe ſuo peccat grauiter, vide Abbas. & alios cano in c. ij. extra eo. tit. & ideo diabolus vt videatur habere maiorem poteſtatẽ & ſe eſſe æqualem deo, non veretur futurorum quorumcunque velle clare certam notitiam neceſſariam demonſtrare, & rem futurã quæ adhuc non eſt in rerũ natura certo modo futuram prout erit in ſuo eſſe demonſtrare quando venerit in lucem & erit certa in rerum natura, ſed in hoc mẽdax eſt & decipit hominem, quia iſtius notitie ipſe diabolus eſt omnino incapax, vt concludit S. Tho. in d. q. xvj. art. vij. de demon. & hoc idem ceteri Theologi concludunt & tenẽt.

7 †Et propterea ipſe diabolus, vt facilius hominem decipiat, quotieſcunque contingit de ipſis futuris interrogari, ſemper reſpondere ſolet verbis implicitis dubijs & incertis quę ad vtrumque ſenſum accomodari poſſunt affirmatiuum, ſcilicet & negatiuum, vt patet exemplo vaticinij ſtrenuiſſimi Ducis armorum domini Brachij ſenioris Peruſini qui paulo antequam cum hoſtibus concurreret & bellũ iniret cõſuluit demonem quendam quem aſtrictum tenebat nunquid futuri belli victoriam, vel ſuã aut ſuorũ ſtragem reportaret & an ipſe incolumis euaderet, vel periret, cui reſponſum dedit per iſta verba, videlicet ibis redibis nõ morieris in bello, & aliud ꝙ græcis prænũtiaſſe legitur videlicet dico te Aiacidẽ Enonem vincere poſſe, quæ verba media ſunt adea cõpoſita quę adaptari poſſunt ad vtrũque ſenſum affirmatiuum, ſcilicet & negatiuum hoc eſt victorie & ſuccumbentie ſiue mortis & hoc modo decipere ſolet ſimplices credentiũ animos & quoties rei euẽtus præter aut contra ſpem conſulentis ſuccedit tunc diabolus ſe optime ſaluat in contraria opinione redarguendo ipſum conſulentem de ignorantia ſua aut mala intelligẽtia verborum ſuorum aut contraria interpretatione. Et quia diximus ſupra quod diabolus habet notitiam omnium præteritorum & præſentium quæ iam facta ſunt, vel fiunt tam inter præſentes quam inter abſentes licet nobis occultiſsima ſint.

8 †Subdam exemplum clarum diebus noſtris exortum in ciuitate Peruſina vt referri audiui a quodã religioſsimo viro & honeſto ſacerdote mature ętatis qui retulit mihi cognouiſſe quendam presbyterum Iacobum Peruſinũ qui magicę artis erat multũ eruditus, & ſępius experiebatur prædictã, quadam die dum ipſe presbyter Iacobus celebraret miſſam in eccleſia Cathedrali ſancti Laurentij illius ciuitatis, dum eſſet circa medium miſſe verteretq; faciem ad populum, ad dicendũ verba illa quę dici ſolẽt parum ante conſecrationem eucharìſtie, videlicet, Orate fratres &c. loco illorum verborum dixit, orate pro caſtris eccleſię quia laborant in extremis. & illo tunc eodemq; momento Dux militum eccleſię vnà cũ toto exercitu ab hoſtibus cũ quibus paulo ante concurrerant ſuccũbebant & exercitus ipſe ruebat & ſcindebatur in diuerſis partibus & nihilominus diſtabant exercitus huiuſmodi ab vrbe Peruſina ſpatio quinquaginta miliariorum, vel circa adeo ꝙ impoſſibile erat ꝙ per hominẽ ẽt currendo ſtaffettam, ſiue per poſtas potuiſſet tam cito tale factũ nuntiari. Deinde interrogatus presbyter ille ab aliquibus ex circunſtantibus qui præconiũ ipſum audierant, quidnam ſonarent verba illa & ad quem effectũ in illo miniſterio miſſe loco ſolitorum verborum orate &c. promulgata fuiſſent, qui presbyter reſpondit ex tpe ꝙ ita dixerat, quia verũ eſt qđ illo tunc milites & exercitus eccleſie qui cũ hoſtibus concurrerãt ſuccumbebant atq; peribant, & ꝗa auxilio indigebãt ipſe ſacerdos orabat & intercedebat ꝓ illis interrogatus ꝗs dixerat, vel reuelauerat ſibi ꝙ milites & exercitus ipſi tũc ſuccumbe



Source : BIU Cujas

rent,qui reſpondit qđ ſpiritu ſancto ſibi tũc
eadem reuelante populo manifeſtauerat &
9 cũ iſta reſpõſione illos quietos dimiſit† ni-
hilominus in rei veritate diabolus fuit qui
illa dicto presbytero manifeſtauerat de qui
bus ſepius interrogabat cum de ipſis militi
bus & exercitu concurſu atq; victoria &
habita reuelatione a diabolo illam populo
manifeſtauerat eo modo quo ſupra.& licet
ea quæ in caſtris ipſis tunc contingerẽt pro
pter loci diſtantiam impoſsibile eſſet ꝙ tã
cito hominibus ipſis innoteſcerent, tamen
diabolus qui eſt ſpiritus liber, & incorpo-
reus potuit illa videre & præſentialiter in-
teruenire,& ictu oculi ſe trãſferre Peruſiũ,
& ea omnia dicto presbytero auido illa ſci
re manifeſtare & aperire totam ſeriem fa-
cti ſub breui verborum compendio,& ipſe
populo,prout fecit,aperuit, ex quibus ap-
paret ꝙ dæmon habet notitiã omnium præ
ſentiũ & præteritorũ tã eorum quę fiunt in
ter pręſentes quã eorũ quę fiũt inter abſen-
tes quęcũque ſit abſentia longa vel breuis.
Aut nos loquimur de notitia rerũ natura
liũ creatarũ ab ipſo deo ſiue natura aut ho-
minũ operationes & circa iſta ſimiliter ha-
bet mirabilẽ virtutem cognitiuam,quia om
nia quæ a deo creata ſunt immũdo ipſe co-
gnoſcit vna cum viribus & virtutibus ſuis,
ipſe enim nota habet omniũ herbarũ nomi
na & vires ſuas quas habent in folijs feſtu-
cis atque radicibus,itẽ omnia animalia ter-
reſtria,& eorũ naturas & qualitates,omnes
aues & volatilia cœli,itẽ oẽs piſces & ani-
malia aquatilia omniũ metallorum ſulphu-
riſque vires omniũ lignorum lapidumq; &
eorũ virtutes & potentias naturales habet
10 in promptu. †Et breuiter dicas ꝙ circa
iſta naturalia & ſecreta nature in ipſo dæ-
mone nulla cadit obliuio nec ignorãtia,qa
cuncta notiſsima tenet ante oculos.ita dicit
S.Tho.in d.trac.qq.qõ.xvj.ar.vj.in ver.re-
ſpõdeo & quia peccãdo &c.&.§.ad primũ
ver.ad vij.de dæmõ.idẽ concludit ille Prie
rias in d.ſuo tracta.&c.lib.j.c.xiij. & lib.ij.
c.vij.vbi recitat ꝙ dæmon quicunq; ẽt mi-
nimus nouit omnia cum ſuis viribus & pro
prietatibus. Primo enim nouit omnia ele
menta. Secũdo omnia metalla. Tertio
omnes lapides. Quarto omnes herbas.
Quinto omnes plantas. Sexto omnia
reptilia terre. Septimo oẽs aues. Octa-
uo omnes piſces. Nono oẽs orbes & mo
tus cœlorum. Decimo omnes & ſingulas
ſtellas figuras & ſigna cœleſtia ac eorũ in-
fluxus & omnium prædictorum virtutes &
potentias naturales ex quibus infinita qu
dammodo ſumuntur venena quorum quæ
dam ſunt ad nocendum occidẽdumq;,quæ
dam vero orta ſunt ad ſanandum quæ dici
tur bona venena ex quo natura illa pro
creauit ad medelam l. iij.§.hæc adiectio.ff.
ad l.corne.de ſica. Cum itaque diabolus
habeat nota omnium ſupradictorũ nomina
vires,virtutes,atque potẽtias naturales,ſi
cut melior medicus quam reperiri poſsit in
vniuerſo orbe terrarũ,& propterea dicunt
11 †Theologi ꝙ iſte diabolus eſt optimus Phi
loſophus,theologus,arithmeticus, mathema
ticus,dialecticus,logicus,grammaticus,mu
ſicus,& medicus excellentiſsimus qui me
dica experientia quoſcũque viros etiã ex
cellentiſsimos & practicos dictarũ artiũ &
peritie mirabiliter ſuperaret, & ideo ex eo
rum ſiue earum mixturis ipſe diabolus fa
cit,vel facere inſtruit ſuos & ſortilegos qui
& qualiter agere debeant vt componãt ve
nena illa ad formandũ ſortilegiũ ſiue factu
rã & diuerſas inducere ægritudines in hu
manis corporibus quorũ venenorũ & ma-
leficiorũ. Quædã cõponunt ex herbarũ
folijs feſtucis aut radicibus quæ ſunt mira
bilis virtutis & potentie, & quædam ſunt
quæ non oriuntur in partibus noſtris ſed
illas affert dęmon ex Egypto aut partibus
orientalibus,ſeu alijs,vbi naſcuntur & ha-
bent meliores vires vt alias a quibuſdã ma
gicis per me examinatis referri audiui.
Quædam vero ex lignis. Quædam ex
lapidibus. Quædam ex metallis, ſcilicet
ex plũbo ere ſtanno argento viuo quod ap
pellant mercurium. Quędã ex reptilibus
terre venenoſis. Quædam ex proprio ſer
pentum veneno. Quædam ex auium aut
animalium, ſiue piſcium venenoſorum mẽ-
bris,vel inteſtinis quæ habẽt diuerſas pro
prietates a natura in quibus inſunt diuerſa
venena & virtutes, ſeu potentie naturales
quæ diuerſas operationes inducunt. vide
S.Augu.lib.iiij.q.xxiij.de ciui.dei.& ſanct.
Tho.in d.trac.qq.q.vj.arti.x.in titu.de mi-
rac.& Prier.in ſuo trac.de ſtrig. mag.lib.ij.
12 c.vij. †Quædam enim redigunt in pulue
rem & hæc vtplurimum miſcentur in ferculis,vel potu ex quibus fiunt diuerſa po-
cula de quibus dicemus infra eod. quæſtio.
xj. quædam vero redigunt in pinguedi-
nem, cum quibus faciunt diuerſas vnctio-
nes nec verentur quandoque in ipſis pul-
ueribus ſiue mixturis commiſcere pingue-
dinẽ ſiue axungiam quã ſumũt ex proprio
corpore chriſtiani,aut infantis defuncti ſine

Source : BIU Cujas

baptiſmo & hanc ipſi appellant pinguedinem pagani quam dicunt habere mirabilē virtutē & cū ipſis & dictis pulueribus alijſque rebus adiunctis diuerſas cōponunt vnctiones maleficas ex quarum tactu aut aliorum cibo, vel potu in humanis aut brutorū corporibus infinite cauſantur egritudines & morbi intrinſeci, quandoq; ex his prouenit lucis priuatio, q̄nq; vero membri debilitatio, neruorum attractio, dolor capitis, dentium, pectoris, ſtomachi, ventris, cordis, & iſte ſepius cęteris euenit: q̄nq; renum dolor intenſiuus aut alterius membri & partis corporis. Quādoq; vero prouenit febris, tuſſis, & dementia, ptiſis, hydropiſis, aut aliqua tumefacio carnis in corpore ſiue apoſtema extrinſecus apparens, q̄nq; vero intrinſece apud ītestina aliquod apoſtema fit adeo terribile & incurrabile quod nulla ars medicorum id ſanare & remouere poteſt niſi accedat alius maleficus ſiue ſortilegus qui cōtrarijs medelis & remedijs egritudinem ipſam maleficam tollat q̄ facile & breui tēpore remouere poteſt cæteri vero medici qui artem ipſius medicine profitentur nihil valent & neſciunt afferre remedium et hoc eſt quod dixit ſanctus Auguſti. in lib. x. de ciui. dei. & no. in c. nec mirū. §. ad hæc aūt. xxvj. q. v. vbi dicitur quod iſta remedia quę fiunt ad tollendū iſtas maleficas egritudines nulla ars commendat medicorum. & ideo ſunt valde prohibita de iure canoni. & eccleſia multum reprobat illa. xxvj. queſ. vij. admoneant. & latius dicemus infra ea. q. loco ſuo. Si igitur remedia huiuſmodi nō adſint corpus ipſum maleficiatum paulatim conſumit vſq; quo deuenit ad extremū vitę, q̄nq; vero velocius occidunt q̄n volūt inferre mortem abſq; remedio adhibent venena atro-
13 ciora q̄ vitā ipſam citius perimūt. †Quædam etiam faciunt vt inducant abortiuum pregnantis mulieris & hęc dicuntur pocula abortionis de quibus habetur in l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœ. et l. iij. §. hęc adiectio. ff. ad legē cornel. de ſica. l. diuus. ff. de extraordi. crimi. vbi eſt glo. no. l. cicero. & l. pręgnantem. ff. de pœ. de quibus diffuſius dicemus infra eo. tit. q. xiij. Q̄nq; vero inducit deſiccatio latis in nutrice. Quędam fiunt ad deſiccandum totum lac vnius gregis, vel fecundi armenti vaccarū, adeo quod nihil caſei penitus reddant quamuis antea in maxima abundātia reddidiſſent & ſimiliter abortiones totius gregis, vel armēti inducere poſſunt prout alias vidi & habui in facto Romę quod due malefice mulieres cum iſtis maleficijs perire fecerant abortando multos pecudum fetus & latem matrum deſiccauerant penitus. Quidam vero cum eiſdem cōpoſitionibus & venenis impediūt in maſculo, vel fœmina virtutem generatiuam emittendi ſperma. Q̄nq; vero in maſculo membri languedinem & omnimodam impotentiam coeundi, in muliere vero vulue arctationem ſiue matricis indignationem talem quę ſummopere abhorret concubitum & viri acceſſum ad coeundū, & pati non poteſt aliquo modo copulā car-
14 nis. vnde euenit† q̄nq; q̄ durāte huiuſmodi maleficio & impedimento eccleſia mandat matrimonium ipſum ſeparari & impartiri licentiam alteri coniugum qui, vel quæ non patitur impedimentum ad alias nuptias cōuolare, ſed hoc procedit q̄n impedimentum ipſū durauit triēnio, deinde alter, uel vterque coniugū fatetur impotentiam ſuam tūc adhibita ſeptima manu propinquorum aut vicinorū fit ſeparatio ipſius matrimonij per eccleſiam, vt habetur ī c. j. & c. fina. de frigi. & malefi. & ibi Panor. & ideo dixit Hoſtiē. in ſumma eo. tit. de ſorti. §. fin. in fi. q̄ iſto caſu eccleſia credit ſortilegijs & illorum effectibus de quibus habetur. xxxiij. q. j. ſi per ſortiarias. & pro clariori huius rei intelligētia exemplum facti exhibeo. In agro Sabinenſi in quo hæc maleficarum ſecta plurimum inualuit & de pręſenti quoque magna
15 ipſarum copia reperitur. † Quidā vir egregius literatus & illeſe conditionis & fame q̄ in vno ex oppidis illis ortum habuit licet modo ſit ſenex quadam die a quinquennio citra mihi retulit quod ipſe dum erat in flore iuuentutis ſue tempore quo ſponſam duxit ad matrimonium conſumandum opera & ingenio cuiuſdā malefice mulieris q̄ mihi nomine proprio declarauit maleficiatus fuit et adeo fortiter apprehēſus fuerat dicto maleficio quod cum vxore ea nocte & poſtea per multos dies nullum penitus debitū reddere potuit ex quo habebat maximā verecundiam & nunq̄ ceſſabat admirari conſyderans q̄ prius erat per q̄ validus in ſimili actu carnalis copule ex quo maximā ſolitus erat habere delectationē, tunc vero cōtra adeo quod ſua miſera vxor eiuſq; parētes reclamare ceperunt primo priuatim putantes poſtmodum durante impedimēto deuenire ad matrimonij ſeparationē adeo q̄ iſte ſponſus pro dolore & verecundia quaſi demens & deſperatus euaſerat, et multos ac multos medicos conuocauit vt liberaretur ab ipſa infirmitate & impedimento, & ni-

Source : BIU Cujas

hil proderant ſibi, demum quidã ſenex ipſum conſuluit vt mitteret in quibuſdã montibus altis pro quodam magno & ſolemni magiſtro qui vocabať magiſter magne experientie, qui in veritate erat ſolemnis magus & maleficus, qui q̃ primũ vidit ipſum ſpõſum cognouit illius infirmitatem & breui tẽpore illũ liberare ſpopondit vna nocte tm̃. & iuſsit quod dormiret illa nocte cum vxore, & prius exhibuit quoddam poculum dũ
16 volebat ire dormitũ † & præmonuit ipſum eiuſq; vxorem ne illa nocte munirent ſe ſigno crucis neq; timerent aliquo pacto ſi aliquid ea nocte viderẽt, vel audirent, quia nõ poterant ſibi nocere, qui maleficiatus cupiens multum ab ipſo maleficio liberari, omnia ad vnguem ſeruauit, quinta autem noctis hora, vel circa cepit audire maximos tonitus, pluuias tempeſtuoſas & fulgura q̃ maxima, deinde terremotus adeo terribiles quod tota domus quaſſabatur a ventis terremotus velut arbor quæ quaſſaretur a vẽtis, deinde audiuit voce humana quoſdam magnos vlulatus & clamores. & auertens oculos vidit in eius camera plus q̃ mille vt apparebat adinuicem certãtes & vnguibus pugnis & calcibus crudeliter pugnantes & lacerantes alterius facies & veſtimẽta tota inter quos vidit mulierem quandã quę erat a tertius oppidi vicini & dicebať quod erat malefica de qua ipſe ſponſus multum ſuſpicabatur ne ab ea pollutus fuiſſet, quæ vltra omnes maioribus gemitibus & vlulatibus cruciabatur & crines faciemq; ſuam totam vnguibus lacerauerat propter quæ ipſe maleficiatus dixit quod aliquantulũ pertimuit a principio dubitans ne quid mali ſibi accideret, deinde recordatus de monitionibus magiſtri reaſſumpſit vires, vxorẽ vero ſemper tenuit ſub pannis abſconditam ne iſta videret, poſtq̃ vero ita certauerant per mediam horam, vel circa, ingreſſus fuit magiſter in camera prædicta & erat tũc circa mediam noctem, ad cuius ingreſſum omnes illi pugnantes vna cum muliere ipſa ſtatim diſparuerunt & abierunt penitus. ipſe autem magiſter acceſsit ad ipſum maleficiatum & illius humeros tetigit manu perfricando aliquantulũ dicendo ꝙ nõ dubitaret amplius quia iã liberatus erat, & illinc diſceſsit, poſt cuius receſsũ dictus maleficiatus ſentit paulatim calorem quendã in renibus & lũbis, ita ꝙ membrum virile cepit erigere vultũ & ſubito ſaliit & ipſe apprehẽſa vxore reddidit debitum ſatis pingue cũ maxima dulcedine et delectatione, et deinde proſecutus fuit vſq; ad ſenectutem & ſuſcepit optim[...] prolem vtriuſq; ſexus, & ego quoſdam ex ſuis filiis cognoui & allocutus fui cum eius vxore tunc vetula quæ omnia prædicta in genue faſſa eſt, dicens ꝙ nunq̃ diebus ſuis grauiori fuit pulſata timore q̃ nocte illa de qua ſupra. Alia ẽt plura exempla de hoc referri poſſent quę cauſa breuitatis omitto, vide illum Prier. in d. ſuo trac. de ſtrigima. demon. &c. lib. ij. c. ij. vbi in iij. puncto. refert exemplum cuiuſdã ditiſsimi Comitis di[...] argẽtin. qui huiuſmodi maleficio ſteterat b[...]ennio impeditus ꝙ nunq̃ potuit vxoris co[...]mitiſſe virginitatem deflorare quæ pulche[...]
17 rima erat, vide ipſum. † Poſt hæc quær[...] an iſti malefici & magi poſsint eorum a[...] & demonis ſuffragio inducere pluuias, gr[...]dines, & fulgura, aut magna tonitrua & e[...] an poſsit qñ illa venerint remouere & fa[...]re vt ceſſent, & videretur dicendum ꝙ n[...] quia ea quæ de cœlo veniunt & ad nos de[...]ſcendunt diuina diſpoſitione proueniunt [...] corporibus cœleſtibus, vel ab aere medi[...] ordine quodam naturali dictorum corpo[...] & illorum coniunctionum ſecũdum ꝙ cla[...] demonſtrãt aſtrologi, tñ dicas ꝙ iſti poſſu[...] demonis induſtria inducere hymbres gra[...]dines & fulgura, & alia de quibus ſupra & [...] econuerſo ea ſic irruentia remouere et ra[...] eſt, quia demones poſſunt elementa conc[...]tere & inducere ventos pluuias fulgura & grandines inducere & hoc eſt ꝙ dicit tex. in l. multi. C. de malefi. & math. l. eorũ in fi[...] eo. tit. in d. l. multi, dicitur ꝙ multi ſunt qui magicis artibus manibus accincti elementa concutiunt &c. per quæ omnia ſupradicta proueniunt an d. l. eorum dicitur ipſi malefici poſſunt tempeſtates ipſas remouere & id operari ne ſegetibus aut terre naſcentibus officiant, & propterea iura ciuilia nolunt ꝙ iſto caſu maleficus ſiue malefica puniať q[...] illorum effectus tendunt ad bonum & vti[...]litatem iſtarum enim maleficiarum vna cõ[...]ponit maleficiũ altera tollit, vna inſtruit, altera deſtruit, vna polluit, altera ſanat, vna impedit, altera ſoluit impedimentum, & ſic vna illudit alteram, diabolus vero vtraque & vt plurimum ea quæ deſtruit maleficium indicat alteram maleficam ſiue maleficum qui vel quæ maleficium fecerat non tñ verbis expreſsis ſed quibuſdam ſignis, & coniecturis ex quibus facile comprehẽditur q[...] fuerit, & hoc prouenit aſtutia & fallacia demonis qui delectatur in fraudibus & ſcandalis hominum vt dicunt Theologi in locis ſupra no, & habeť in c, epiſcopi, & c. ne[...]

Source : BIU Cujas

18 mirum.xxvj.q.v. †Cum itaque egritudines, mortes & accidentia, de quibus ſupra, proueniunt ex prædictis mixturis & rebus naturalibus, non eſt dicendum ꝙ procedant ex illis cerimonijs, & imaginibus & ſeu illarum tactibus & ſacrificijs, & alijs turpibus obſeruantijs de quibus ſupra, ſed ideo cerimonias illas obſeruant & baptizant imagines & alia huiuſmodi faciũt, quia diabolus vt alias diximus ſupra ſummopere delectatur in ſacrificijs illis quia cupit adorari & vt facilius ipſi ſortilegi & malefici ad illa deueniant diabolus perſuadet illis quod ex huiuſmodi obſeruantijs & ſolẽnitatibus effectus de quibus ſupra proueniunt, ſed valde mentitur quia proueniũt ex naturalibus rebus vt ſupra vidiſtis eodem modo dicendum eſt de ſortilegio ſiue maleficio amatorio in quo ſepius demon inſtruit & mandat commiſceri ſacramenta eccleſiæ, vel ſanctorum martirum reliquias hoſtiam ſacratã & ſimilia de quibus ſupra iij.q.in ij.ſpecie tñ effectus amoris & flexibilitatis pudici animi ad libidinem non prouenit virtute illius ſortilegij ſiue maleficij, ſed virtute diabolice tentationis et vtriuſq; ſolicitationis & ꝑſuaſionis intrinſece & extrinſece, vt ibi dixi, ſed hoc ideo facit diabolus vt facilius adoretur & turpius diuinum cultum tractet & diſsipet & illius deſtructionem quærat.

19 † Sed quæri poſſet quare deus permittit diaboloq; ꝙ tam turpiter res diuinas & cultũ ſue adorationis deturpet et deſtruat, quodammodo cũ facile poſſet illi reſiſtendo omnia iſta prohibere ne fierent ſicut alias non permittendo impedit demon ne poſsit quędam alia facere quæ alias de ſui natura facere poſſet vt dicemus infra q.ſequen. Reſpõ. ſecundum communem Theologorum concluſionem ꝙ ideo deus nõ prohibet hominem hæc facere ne videatur ſibi velle auferre liberi arbitrij poteſtatem q̃ a principio ſibi dedit vt poſsit operari bonum & malũ ad libitum ſuum, & impediendo ne incidat in malum videretur ſibi auferre illam libertatẽ & velle illum omnino fieri bonum ne igitur rumpat aut violet legem q̃ a principio ipſe conſtituit vt ſequatur ordo naturæ ſicut a principio ordinatum fuit ideo nõ impedit hominem ꝙ non facit iſta, & quecũq; alia mala qñ vult operare malum alioquin quis dubitat quod deo renitente hæc fieri minime poſſent. Sed hanc poteſtatẽ liberi arbitrij homini dedit vt poſſet operare bonum & malum quodcunq; velit ad libitum ſuum ſi bonum fecerit conſequetur gloriã, ſi vero malum perpetuam damnationẽ. Deditq; diabolo facultatem tentandi vt poſſet poteſtatem ipſam contra quoſcunq; indifferẽter exercere vt no. Gene.iij.& Matth.iiij. c.vbi contra ipſummet Ieſum Chriſtũ poteſtatem illam tentandi expertus fuit, ut habetur etiam Marc.j.& Lucæ iiij.c.in princip.

Sed anteq̃ ad vlteriora deueniam, Quęro aliqua de remedijs iſti quæ fiunt erga maleficiatũ ad tollendum maleficium & liberã-
20 dum maleficiatum † Et primo quæro an liceat impone cõſulere ſortilegũ ſiue maleficum vt diſſoluat facturas et liberet egrotũ a maleficio & ſimiliter an liceat incantare & coniurare hymbres, grandines, & fulgura ne noceant fructibus arboribus aut plantis. Et dic breuiter aut nos loquimur de iure ciuili, aut de iure canonico, primo caſu licet impune conſulere & adhibere ſortilegum ſiue maleficum ad faciendũ opera quę vertuntur in bonum & proſunt, & non debet quis pro bono opere cruciari.l.eorũ.§.fi.& ibi Bar. hoc no. expreſſe.C.de malef.et math.& hoc eſt clarũ de iure ciuili, ſed de iure canonico non licet aliquo modo ẽt pro recuperanda corporis ſanitate querere remedia diabolica & ſuperſtitioſa licet aliter ſanitas ipſa recuperari non poſſet niſi per remedia prædicta, ita dicit text. ad literã in c.admoneant.xxvj.q.vij.& tangit verbum Panor. in c.ij.de ſorti. vbi potius ſanctiſsimi Pontifices patiuntur bona eccleſiarum furto ſubtracta penitus perdi q̃ ꝙ quærantur per remedia & artem huiuſmodi, et hinc eſt ꝙ eccleſia potius tolerat diſſolutionem matrimonij & tanti vinculi ſacramentalis fracturam q̃ ꝙ permittere & concedere maleficiatum contrarij maleficijs liberari. text. xxxiij.q.j.ſi per ſortiarias.& de frigi.& malef.c.fin.& ratio huius eſt quia magis expedit pati in corpore q̃ in anima quia minor eſt corporis iacturis q̃ animæ d.c.admoneãt & c.fina.de ſortile.arg.c.ſolite.de maior.& obedien. & ibi Panor.& omnes ſcribentes ad ꝙ ius ciuile non conſiderauit ꝙ principaliter tẽdit ad conſeruationem temporalium. d.c.ſolite.& no. doct.in d.c admoneãt. et no. etiam in c.nec mirum.§.ad hæc. xxvj.q.v.
21 ꝙ tene menti. †Item dicendum eſt de remedijs ſuperſtitioſis ligaturis et appendiculis, quæ fiunt per ipſos ſortilegos ſiue maleficos ad ſanandum alias egritudines nõ maleficiales, vt eſt febris, dolor capitis, vẽtris, & ſimiles, quas amouere non licet hmõi remedijs, & hoc eſt ꝙ vult dicere tex. in d.c. nec mirum.§.ad hæc omnia &c. vbi dicit ꝙ

Source : BIU Cujas

ad hæc pertinent ligature execrabilium remediorum quas ars non commendat medicorum quibus autem pœnis puniuntur qui præmiſſa faciunt, vel conſulunt facientes dicetur infra eo.tit.quæſt.xj. Præterea non prętermittam hunc notabilem caſum qui ſepiſsime occurrit in facto maxime apud ruſticos, reperitur quidã egrotus aliqua egritudine non maleficiali, loco medicorũ, quorum vt plurimum habent penuriam, adducitur mulier quæ quibuſdam verbis & remedijs aſſerit velle egrotum breuiſsimo tẽpore liberare, egrotus vero qui eſt pure cõſcientie dicit caue, quia nolo curari per remedia ſuperſtitioſa, & ab eccleſia reprobata, quia magis expedit vt patiatur corpus ꝙ̃ anima vt ſupra proxime diximus, & illa reſpondet ꝙ nullatenus dubitandum eſt de hoc, quia ipſa cum ſanctiſsimis precibus & orationibus, ac remedijs eccleſiaſticis vult ipſum liberare & incipit facere ligaturã & dicere egroto, ꝙ dicat cum deuotione ſalutationem angelicam aut orationem dominicã.ſ.Aue mariam, vel Pater noſtrum, & ipſa quoq; magiſtra aliquas preces alta voce promulgat deinde duo vel tria verba dicit ſubmiſſa voce quæ nullum ſapiunt diuini cultus odorem, et licet per illa verba expreſſe non conſtet quod fiat demonis inuocatio tñ non poſſunt congrue adaptari ad ſenſum præcedentium verborum quippe, quia quo ad illa longe extranea ſunt quæritur an dicta remedia ſint reproba & ſuperſtitioſa. & qlibet diceret ꝙ non ex quo non conſtat aliquid expreſſe de malo, ſed de bono patet expreſſe. Solu.tu dic ſecundũ ꝙ ſcribit S.Tho.in ſum.q.xcvj.arti.ij.in ti.de ſuperſtitio.& do.Io.lec.in ſum.confe.eo.tit. de ſortileg.c.xj.quod in iſtis remedijs plu-
22 ra ſunt conſideranda. † Et primo conſiderandum eſt vtrum remedia illa naturaliter tales effectus ſanitatis cauſare poſsint, qđ facile iudicabitur conſilio medicorũ. quod ſi tales effectus naturaliter concipere poſſunt, non erunt iudicanda ſuperſtitioſa, ſed vera & naturalia, ex quo medicine profeſsio approbat illa, ſi vero tales effectus naturaliter parere non poſſunt, ſunt omnino illicita & damnata, quia neceſſe eſt quod pertineant ad quædam tacita pacta cum demonibus inita. vt no.S.Auguſt.in li. xxj.de ciui.dei & habetur in d.c.nec mirũ. §.ad hæc omnia.xxvj.q.v.Hoc enim ſpecialiter apparet & cognoſcitur ſecundum ipſos quotieſcunq; adhibentur aliqui characteres ſeu nomina ignota aut aliæ quecunq; obſeruationes quæ manifeſtum eſt quod naturaliter efficaciam ſanitatis & expulſionis egritudinis illius habere non poſſunt talia ſemper iudicanda ſunt ſuperſtitioſa & illicita & iſta ſit regula firma per quam facile iudicari poterit an remedia ipſa ſint honeſta, vel illicita et ſuperſtitioſa, & hęc nota quia ſunt valde vtilia in foro conſcientie & multum conferũt ſacerdotibus, his maxime qui laicorum confeſsionibus incumbunt, quæ enim dicta ſunt de verbis, eadem dicenda ſunt de breuibus & ſchedulis, quas ſepius faciunt iſti incantatores vt ſuſpenſe deferantur ad collum ſiue in ſinu ipſius egroti, vbi ſi vltra nomina dei alias orationes & preces reperiuntur al.qui characteres aut nomina ignota, vel male ſonantia ad precedentia iudicanda ſunt omnino ſuperſtitioſa, quia
23 ſicut dicit S.Chryſoſtomus † multi conſcripta aliqua nomina hebraica dei & angelorũ & alligant quæ non intelligentibus metuenda eſſe videntur. cauendum eſt etiã ne aliquid falſitatis contineant, quia impoſsibile eſſet quod effectus dictorum operum poſſit expectari a deo qui non eſt author neq; teſtis falſitatis, ſed pure veritatis, vt habetur Io. primo, plenum gratie, & veritatis, illa etiã breuia reprobata ſunt in quibus apparent nomina quædam ignota ineffabilia & inuſitata, vel ſub hac conditione tradunt quod quicũq; portauerit breuia huiuſmodi apud ſe nullos timeat hoſtium incurſus, aut inſultus, vel quod ſibi aliquid boni cõtinget, inueniet, vel cõſequetur aut aliquid aliud ſimile omnia iſta ſunt ab eccleſia reprobata merito damnabilia, & punienda, vide d.Io. le, in ſum.confeſ.xiij.c.

## SVMMARIVM.

1 *Sortilege ſeu lamie an deferantur vere & realiter per demones ad ludos & congregationes nocturnas.*

2 *Demon mente mulieris per infidelitatem capta, in diuerſa perſonarum ſpecies ſe trãſformat coram illa.*

3 *Demones deferre homines corporaliter de loco ad locum motu ve loci eſt impoſſibile, quod ſi verum eſſet non modica nec pauca ſequerentur inconuenientia.*

4 *Sortilegi opera adiuti demonum non poſſunt liberare incarceratum.*

5 *Demones apparentias & nulle rerum ſpecies*

Source : BIU Cujas

intellectui humano repreſentare poſſunt.

Febris qualis morbus ſit, et vnde proueniat.

Strige ſeu lamie non deferuntur corporaliter a demone, ſed in ſpiritu deluduntur.

Corpora lamiarũ ſeu ſtrigarum ad ludũ deferri demonũ quibus rõnibus aſſeri poſsit.

Strige omnes & malefice extra gremium & protectionem ſunt eccleſiæ.

Diabolus hoc vnum maxime optat, vt ab hominibus adoretur.

Angelus tam bonus quã malus dicitur ſubſtantia quædam ſpiritualis intellectiua, mobilis & incorporea.

Corpora per demones aſſumpta non ſunt vere & naturalia, ſed quaſi naturalia & ſimulitudinaria.

Corpora per demones aſsũpta ex qua componatur materia.

Angelus bonus in corpore aſſumpto virtutẽ generatiuam non habet, angelus autem malus ſic.

2 Sperma ex puriſsima cibi optime digeſti ſubſtantia oritur.

Operationes naturales corporibus per demones aſſumptis non conueniunt.

3 Infans natus ex coitu cum demone habito cuius cenſeatur filius.

4 Demones ſecundum ipſorum naturalem virtutem multa facere poſſunt quæ non faciunt diuina eos reprimente prouidentia.

5 Angeli boni & homines per dei gratiam & fidem miracula facere poſſunt, demones autem non.

Miraculum quid proprie dicatur.

6 Demones per virtutem ſuam adeo vehementẽ & acutam operantur quædam quæ a nobis miracula putantur, & non ſunt.

Demones in nobis dupliciter operari poſsũt.

Demones permittente deo in forma corporali aſſumpta poſſunt hominem vere & realiter de loco ad locum transferre.

7 Ordo rerum & ſecundum ipſarum naturas & ſecundum motus attendi debet in virtutum actiuarum actionibus.

18 Diabolus Chriſtum aſſumptum detuli in ſanctam ciuitatem, ſtatuens eũ ſupra pinnaculum templi.

19 Statuere verbum, idem eſt quod ponere ſiue conſtituere.

20 Anima humana corpus humanũ quo vult mouet, quare non idem poſsit diabolus qui eſt ſpiritualis ſubſtantia, libera & nullo preſſa pondere.

21 Rei ſue quilibet bonus moderator & arbiter exiſtimatur.

22 Diabolus virgas ligneas in veros dracones conuertit.

23 Canis loqui poteſt per artem demonis.

24 Aſina Balaam qũo ipſum alloqui potuerit.

25 Simulachrum fortune quondam marmoreum ad matronas romanas locutum.

26 Mulier quædam virum ſuum ad ludum demonum duxit, qui ibidem deo laudes referens, repertus eſt ſolus in loco a domo diſtãte per centum miliaria.

27 Puella quædam virgo qualiter ad ludum demonũ abducta fuerit & ob nomẽ Chriſti nominatum ibidem dimiſſa.

28 Strige ſiue lamie in primis in manu diaboli baptiſmum & omnia chriſtiane fidei documenta abnegant.

29 Reuerentia qua forma per ſtrigas ſiue lamias exhibeatur demoni ipſarũ principi.

30 Diabolus reducens ſtrigas a ludis demonũ, ſi ſonũ campane pro aue maria audierit, cogitur eas in eodem loco dimittere.

31 Sortilege vere & corporaliter per demones ad ſuos ludos deferuntur, nedum in ſpiritu tantum.

Mulieres quare in maiore numero eant ad ludum demonum quam viri.

32 Lex quelibet a ratione ſua interpretationem recipit.

33 Mulieres quædam ſub falſis illuſionibus cũ Diana & Herodia defatentur ſe ire nocturno tempore.

34 Ratio determinata legis dictum reſtringere cenſetur.

Source : BIU Cujas

35 *Sortilege & ſtrigimage in quo differant ab illis de quibus in capi.epiſcopi.*

*Apoſtatarum due ſunt ſpecies.*

36 *Strige ſeu lamie profeſsionem expreſſam faciunt in manu demonis non autem ille de quibus in c.epiſcopi.*

37 *Sortilegi & lamie a parochijs expelli debẽt per epiſcopos & curatos.*

38 *Demones in nobis mirabiliter operari poſſunt dupliciter.*

39 *Demones contra iuſtitiam humanam vires ſuas nequeunt extendere.*

40 *Creatura nulla poteſt mortuum ſuſcitare abſque Dei potentia & gratia.*

1 SEPTIMO quero † an
iſti ſortilegi et ſtrigimage ſi-
ue lamie vere corporaliter
deferantur a demone, maxi
me qñ accedunt ad ludos, et
cõgregationes nocturnas de
q̄bus aliqua tetigi ſupra eo.
q.iij.in princ.vel ſolum in ſpiritu patiantur
diabolica illuſiones.Rñ.q.iſta eſt multum
ardua & famoſa.doctores vtriuſq; faculta-
tis pro maiori parte tenẽt q̄d nõ deferantur
in corpore,ſed duntaxat deluduntur in ſpi-
ritu per tex.in c.epiſcopi.xxvj.q.v.ex quo
tex.videt̃ firmiter probari iſta opin.Theo-
logi vero tenẽt contrariũ quod demon po-
teſt deferre corporaliter hominem viuen-
tem de loco ad locum vero motu locali, &
per conſequens quod defert iſtas lamias ſi-
ue ſtrigas corporaliter vt ſupra, q̄ꝫ opinio-
nem rationibus authoritatibus et exemplis
pręclare demonſtrant ego vero vtranq; re-
feram,demũ ſuperaddã opinionem meam.
Fundamẽtum, vt dixi.prioris opinionis eſt
tex.in d.c.epiſcopi.vbi dr̃ ꝙ quædam ſcele
rate mulieres retro poſt Sathanam cõuerſe
demonũ illuſionibus & fantaſmatibus tam
grauiter ſeducte ſunt,quod credunt ſe et ꝓ-
fitentur cum Diana dea paganorũ noctur-
nis horis, vel cum Herodiade,vel cum innu
mera multitudine mulierũ equitare ſuper
quaſdam beſtias & multarum terrarum ſpa
tia intẽpeſte noctis ſilẽtio pertrãſire eiuſq;
iuſsionibus obedire velut domine & certis
noctibus ad eius ſeruitium euocari,& in fi-
2 ne dicitur † ꝙ demon q̄ꝫ primum mentem
cuiuſcunq; mulieris ceperit & illam per in-
fidelitatem ſubiugauerit illico transformat
ſe in diuerſas ſpecies perſonarum & mẽte
q̄ꝫ captiuatam tenet in ſomnijs deludens
queq; deuia deducit,& cũ ſolus ſpiritus hęc
patitur infidelis hæc nõ in ſpiritu ſiue ani-
ma,ſed in corpore euenire opinantur,dein
de ſubiungit̃ ratio.Quis enim in ſomnijs &
nocturnis viſionibus non extra ſeipſum de-
ducitur.& multa videt dormiendo quę nũ-
quã vigilãdo viderat, q̄s vero tam ſtultus
& hebes ſit qui hæc omnia quæ in ſolo ſpi-
ritu fiunt ẽt in corpore accidere arbitre-
tur? Hæc ſunt quæ in effectu dicuntur in d.
c.epiſcopi.per quem text.dicunt manifeſte
probari quod iſte mulieres ſtrige, ſiue ſtri-
gimage, & ſtrigones, vt vulgariter loquu
& cęteri qui ſunt malefice profeſsionis non
in corpore,ſed in ſpiritu duntaxat deferun-
tur,hoc eſt quia in ſomnijs deludũtur a de-
mone, & omnia quæ ipſi,vel ipſe aſſerunt
corporaliter vidiſſe tetigiſſe feciſſe & præ-
ſentialiter interfuiſſe omnes ſunt illuſiones
demonum pręſtigioſe, & figure apparentes
occulis intellectus & mentis iam captiuate
ipſorum virorum,ſiue mulierum quas figu-
ras & apparentia ſigna ac operationes illas
diabolus tam ſubtiliter et diligenter accom
modat ꝙ vnuſquiſq; qui illa videt in ſom-
nijs oculo mentis vere & corporaliter vi-
diſſe non dubitet, immo teneat & firmiter
credat more ſomniantis & tñ vere corpus
3 non mutatur de loco. † Præterea dicunt
ipſi ſi eſſet verum quod demon deferret ho
minem corporaliter de loco ad locum tam
veloci motu ad remotiſsimas partes ſeque-
renturr plura inconuenientia, & max me
hoc, quia poſſet ad libitum ſuum trahere
quoſcunq; ẽt inuitos & illos deferre ad ex-
tranea deſerta loca & compellere illos ad
peccandum aut male tractaret eoſdem, vel
etiam quoſcunq; cupidos perficere longum
iter breuiſsimo tempore poſſet illos appre
hendere et per aerem corporaliter ictu ocu
li deferre vſq; ad locum ipſum ad quẽ per-
uenire deſiderant & ſepius hoc faceret q̃ñ
ex his multi reperiuntur qui vellent euola
re ſi poſſent.hi maxime qui magnorũ Prin-
cipum ſecreta & ardua negotia tractãt, im-
mo poſſet ẽt trahere hominem ad infernũ,
& ſequeretur diuine legis deſtructio.q̃a da-
ta poſsibilitate in vno quo ad materiã cor-
poralis delationis ſequitur in omnibus alijs
qui ſunt eiuſdem ponderis & qualitatis, vt
dicit ſanctus Thom.in tractatu quæſtio.pri
mæ partis. quæſtio.v.in titu.de mirac.& q.
xvj.articu.ix.& x.titu.de demon.q̄ꝫ pote-
ſtatem licet Sathanas haberet tẽpore legis

Source : BIU Cujas

antique ante Chriſti incarnationem & paſſionem, tamẽ per myſterium mirabilis paſſionis, illa potẽtia quam habebat Sathanas illius duplicis manus attrahentis & compellentis partim fuit totaliter abſciſſa & remota, partim vero debilitata ſiue anguſtata, vt alias diximus ſupra q. præcedenti adeo q́d hodie non põt iſta miracula facere nec hominem deferre aut compellere ad malũ ſecundum quod concludit S. Bonauen. in iij. ſenten. diſtin. xix. q. iij. nume. xxij. & xxiij.
4 Item ſequeretur aliud, † quod quotieſcũq; iſti, ſortilegi & malefici uellent aliquem incarceratum crimine capitali a furca, vel vltimo ſupplicio liberare, poſſent vtiq; ad ipſorum libitum hoc facere. ſi demones poſſent aliquem corporaliter deferre. quia iſti magi mandarent demoni, vt dictum incarceratum apprehenderet, & extra carceres incolumen deferret, quod eſſet valde mirabile ſi eſſet verum, quia iſti eſſent dñi dominãtium. quinimmo ipſimet, dum capiuntur pro ipſis criminibus ſortilegiorũ, ſi poſſent a demone corporaliter deferri ſemper facerent ſe deferre extra carceres, & euitarent pœnas corporales, adeo quod rariſsimi aut nulli ipſorum perirent, & tñ videmus contrarium quod ipſi malefici tota die capiunt̃ cruciantur mille tormẽtis, ſuſpenduntur laqueo, cõcremantur igne, & multis alijs ſupplicijs afficiuntur abſq; aliquo impedimento, vnde ſequitur quod ipſorũ corpora non ſunt in demonis poteſtate, ſed animæ ſolũ.

Nec eſt mirandum ſi ea quæ iſte ſtrigimage, & alij ſimiles ea quæ vident oculo mentis in apparentia ſiue in imaginatiua intellectus dormiendo aſſerunt vere & naturaliter vidiſſe & corporaliter interfuiſſe, quia ſepe videmus quod ſomniantes adeo veriſimilia putant ea quæ prius viderant eſſe in ſomnijs vt pro veris qñq; illa promulgare non dubitent adeo firmiter inſiſtunt in illa
5 opinione.† Si enim vapores & fumoſitates ciborum ex ſtomacho inſurgentes ad cerebrũ ſimiles effectus & ſomnia cauſare poſſunt vt medici teſtantur, quanto magis demon poteſt apparentias ipſas humano intellectui repreſentare, et demonſtrare mille rerum ſpecies quę nulle ſunt, hoc enim negat nemo. Præterea ſi febris quæ eſt morbus naturalis & ex indiſpoſitione elementorũ corporeorum vt plurimum cauſatur & eſt calor mutuatus in igneum, vt inquit, Gale. in j. parte aphoriſ. vj. c. qui aggrediens qñq; partes illas cerebri intellectiuas ſiue imaginatiuas adeo illa vehementer apprehendit & preoccupat quod inducit freneſim, ita quod egrotus uigilando & loquendo in meridie efficitur freneticus & ex ſano intellectu efficitur inſanus demẽs furioſus & dum plures adſunt non veretur fatua quędam & extranea loqui & affirmare pro veris, item videre multa quæ nulla ſunt in veritate ſi enim accidentia huiuſmodi inanimata permutant hominis intellectum ita tenaciter et veriſimiliter, quãto magis diabolus qui eſt ſubſtãtia ſpiritualis & creatura Dei animata ſenſibilis & ingenioſa põt iſtas imaginationes & apparentias demõſtrare humano intellectui, quia cũ ſit incorporeus põt partes illas imaginatiuas humani intellectus preoccupare & demonſtrare per apparentiam aliqua eſſe quæ in veritate nulla ſunt naturaliter & adeo veriſimiliter ꝙ quis putet etiam medio iureiurando affirmare vera eſſe & interueniſſe quæ nulla ſunt vera neque naturalia, vt dicto capitulo epiſcopi.
6 † Sit ergo concluſio iſtius opinionis ꝙ iſte mulieres ſtrige nũcupate, aut viri eiuſdem profeſsionis non deferuntur a demone in corpore aliquo pacto, ſed duntaxat deluduntur in ſpiritu. Quæ opinio exemplo etiam comprobatur. Quidam maritus ex oppido quodam agri Sabinen. habens vxorem maleficam ſiue ſtrigam, vt vulgariter dicunt, de quo tamen crimine maritus non habebat certam notitiam ſed ſuſpicabatur ſatis de ipſa interrogata quandoque ab ipſo nunquid eſſet verum quod ipſa eſſet talis profeſsionis & ſecte, ſemper mulier ipſa audacter negauit, deinde paulatim creſcente fama contra ipſam de iſto crimine quam maritus ex plurium virorum fide dignorum teſtimonio & relatione perceperat quod dicta vxor multum ſtricte conuerſabatur cum quibuſdam alijs mulieribus quæ erant ſtrige & malefice publice & quod interueniebat cum eis ad multa turpia maleficia, & ad congregationes etiam nocturnas, vnde maritus decreuit velle animum ſuum declarare & ipſam in flagranti apprehendere & cepit inuigilare pluribus noctibus magna cum diligentia & attentione, & ita ſtetit vigil per duodecim noctes, vel circa, vt videret ſi ipſa de nocte ibat ad ludum demonum, vel ad faciendum aliquod maleficium & ſingulis noctibus obſeruabat inquirendo lectum poſtquã vxor venerat dormitum ſi reperiebat ipſam pœnes ſe aut locum vacuum & ſemper illam adinuenit, & manibus palpauit quæ apud ipſum iacebat, deinde mulier ipſa poſt

paucos dies vna cum quibuſdam alijs mu-
lieribus ſtrigis, & maleficis capta & incar-
cerata fuit, quæ vna cum alijs examinata
demum confeſſa eſt veniſſe ad ludum vna
cũ alijs mulieribus incarceratis eius ſocijs
tali die vndecima mẽſis &c. & tali nocte ho
ra tali &c. idem econuerſo fatebantur aliæ.
Maritus vero volens vxorẽ defendere affe
rebat ſub grauiſsimo iuramento quod illa
nocte de qua dicebatur & illa hora maxi-
me vxor ſua erat in lecto apud ipſum ia-
cens & quod illam ſtudioſe tetigit non ſe-
mel tantum, ſed iterum & pluries & allocu
tus fuit cum ea, ergo ſequitur quod corpus
non patitur neq; mouetur a demone, ſed ſo
lus ſpiritus hæc patit͛ per dictas illuſiones.
7 †Contrariam tamen opinionem quãplu-
res excellentiſsimi viri tenuerũt quod imò
vere & naturaliter deferantur in corpore,
& hanc opinionem omnes ferre Theologi
ſequuntur. ſanctus Bonauentu. in iij. ſenten.
diſt. xix. q. iij. ſanctus Augu. in lib. x. & xxj.
de ciui. dei. S. Tho. in ſumma. ij. ij. q. xcv. ar-
ti. v. in tit. de ſuperſti. & idem Tho. in trac.
qq. j. partis, q. viij. in tit. de mira. & q. xvj. ar
tic. v. & vj. in tit. de demon. & quidam Mo-
dernus Theo. magiſter Silueſt. prier. in quo
dam tractatu quem nuper edidit de ſtrigi. de
mon. mira. lib. j. c. penul. & lib. ij. c. j. vbi te-
net expreſſe ꝙ poſſunt corporaliter deferri
atq; deferuntur a demone ea maxime ra-
tione quia demon natura ſua & ſecundum
eius vires potentiam naturalem poteſt mo
uere & portare corpus longe etiam magis
ponderoſum ꝗ̃ corpus hominis de loco ad
locum motu locali, deo tamen permittente,
& non aliter, & ſatis iſto caſu deus videtur
permittere qñ demoni non reſiſtit in iſtis
operibus, quod nõ reſiſtat ſed permittat pa
tet, qa & viri & mulieres qui fecerũt hanc
profeſsionem ſaltim expreſſam, vt faciunt
cõmuniter omnes iſta ſtrige et malefice quę
8 omnes ſunt † extra gremium ecclesiæ, & a
communione fidelium penitus aliene de q-
bus deus & eccleſia nullam penitus curam
gerit & habentur ſiue reputantur pro crea
turis diaboli. vt no. xxvj. q. ij. q ſine ſaluato
re. & q. v. d. c. epiſcopi. in prin. & pluribus
alijs rationibus & auctoritatibus de qbus
latius per eos in locis prædictis, cõcludẽtes
in effectu demonem deferre poſſe hominẽ
de loco ad locum motu locali vere & cor-
poraliter reſpondent ad dictum c. epiſcopi.
quorum reſponſio hoc concludit in effectu
quod ille tex. loquitur de alia ſecta mulierũ
longe diuerſa ab iſta. Ego autem omnino
adherebam priori opinioni per text. in d. c.
epiſcopi. nihilominus poſtea ex longa terũ
experientia & cauſarum huiuſmodi multi-
tudine propter multas ac varias earũ ope-
rationes & exempla quorum aliqua vidi,
aliqua vero a fide dignis accepi, ſum modo
iſtius ſecunde opinionis quod deferantur
in corpore. Pro cuius declaratione præ-
ſupponã. Primo aliqua euidentiali. Se-
cũdo fundamẽta quædã declaratiua. Ter
tiò nonnulla exempla ſubijciam pro corro-
boratione. Quarto reſpõdebo ad ea quę
dicuntur ſupra pro priori opinione & ma-
xime ad d. c. epiſcopi. Quinto & vltimo
deducam inconuenientia quædam quæ ſe-
9 querentur tenẽdo priorem opinionẽ. Pri
mo igitur pro euidentia pręſuppono vnum
quod eſt tritum apud omnes Theologos &
canoniſtas quod diabolus inter alia deſide-
ria quæ ipſe habet, hoc vnum tenet, quod
ſummopere deſiderat ab homine adorari,
& ſicut deus maxima cum veneratione cul
tum habere, & in hoc vehementer ſatagit
& chriſtianos a vero diuino cultu auertat
& illos obedientes atq; deuotos ſue pote-
ſtati ſubijciat, vt ab eis cultum ipſum reci-
piat, ita dicit. S. Augu. lib. x. de ciui. dei. rela
tus per ſacros canones i c. nec mirũ. §. magi,
& ſequẽ. xxvj. q. v. & S. Bonauen. in iij. ſen
ten. diſtinc. xix. q. iij. S. Tho. in ſum. ij. ij. q.
xcv. arti. v. in tit. de ſuperſti. in quo quidem
cultu eundem ferre ritum & ordinem tenet
quem in vero cultu diuino obſeruat eccle-
ſia, & non ſolum circa res & myſteria, verũ
etiã quo ad perſonas ſicut enim eccleſia &
chriſtiana religio admittit plures viros di-
uerſe congregationis, habitus & nominis,
ſicut eſt congregatio & religio ſancti Bene-
dicti, quæ eſt monachorũ, itẽ ſan. Augu. Do-
minici, atq; Franciſci & aliorum, qui licet
ſint diuerſi nominis & habitus et circa mo-
dum viuẽdi diuerſas regulas obſeruent, tñ
quo ad diuinum officium. ſ. horas ordinatas
& miſſarum celebrationem & alia pia ope-
ra oẽs tendunt ad eundem effectum. ſ. lau-
dandi deum & orandi pro animæ ſuæ ſalu
te & proximi, eodem modo Sathanas ſub
ſua diabolica religione recipit plures pro-
feſſos diuerſe profeſsionis habitus & nomi
nis qui habẽt diuerſos ritus & mores tñ in
effectu oẽs tendunt ad idem. ſ. ad laudandũ
& venerandum diabolum infernalem &
illi bonam fidelitatem & homagium conti-
nuandum. & hoc eſt ꝙ dicit tex. in c. excõ-
municamus ia prin. Et primum & ſecundũ
de hæreti. facies quidem habentes diuerſas
caudas

caudas autem adinuicē colligatas, quia de veritate omnes conueniunt in idipſum de quibus quidem diuerſis nominibus, ac diuerſorum ordinum profeſſoribus ſub eadē religione conſtitutis diximus ſupra latius eo.titu.q.ij. †Secundo euidētialiter pręſuppono quod Angeli, tam boni quam mali ſecundum Philoſophum & communiter Theologos ſunt ſubſtantie quędam ſpirituales, intellectiue, mobiles arbitrio, & incorporee, quæ non dependent a corpore, nec quo ad ſui principium, nec quo ad finē, & non habent corpora naturaliter ſibi vnita, ita dicit S.Tho.in trac.qq.diſpu. in prima parte titu.de mirac.q.vj. & licet nō habeāt corpora naturaliter ſibi vnita poſſunt tamē quandocunq; volunt aſſumere diuerſas corporeas formas & cum illis diuerſimode hominibus apparere & multas naturales operationes in aſſumptis corporibus hmōi efficere, vt idē Tho.teſtatur eod. titu.q.vij.& S.Aug.in iij.de trini.& idē Auguſt.xij.c.ſuper Geneſi. Sed dubitabatur an corpora hmōi ſic aſſumpta ſint vera & naturalia corpora vel fantaſtica & apparētia. Sol.dic ꝙ non ſunt vera & naturalia ex carne oſsibus & neruis formata, ſed ſunt quaſi naturalia & ſimilitudinaria. & licet habeant in ſe aliquas operationes naturales ſicut eſt motus localis, locutio, delatio, commeſtio, potus quamuis iſta duo vltima ſint naturalia quo ad principium tantū quo ad finē, quia cibi & potus aſſumptio fit naturalis in eis, ſicut in homine, digeſtio vero nulla fit quia ſubſtantia cibi & potus nō cōuenitur in nutrimentum talis aſſumpti corporis, & licet plures habeāt ex ipſis operationibus naturalibus non tñ omnes habent ſicut eſt creſcere pingueſcere nutriri mactari dormire audire generare & ſimilia, iſta non habent nec alia quæ mutant formā dicti aſſumpti corporis ſicut eſſet ēt egrotari palleſcere & ſimilia quę quidē corpora nō dicuntur eſſe perpetuo & naturaliter vnita dicte ſubſtantia ſpirituali ſicut eſt vnio anime ad corpus humanum, ſed eſt qualis vnio & adherentia quędam ſicut motoris ad mo

1 bile vel figurati ad figuram. †Deinde videndum eſt ex qua materia corpora ipſa dicuntur eſſe compoſita ſeu fabricata an ex aliqua materia elementari ſimplici compoſita aut ex alia ſubſtātia ſeparata. dic ꝙ ex quolibet elemento cōfici poſſunt nihilominus magis communiter fiunt ex aere quem ipſi Angeli poſſunt facilius inſpiſſare & ingroſſare & corpus ipſum formare, deinde in eorum reſolutione dum a ſpiritu ſeparantur ſimiliter fit facilior reſolutio, quia reſoluuntur in fumum & vapores, vt idē Tho. comprobat eo.titu.q.vij. in fi. Et ꝙ dixi corpora hmōi non habere virtutem generatiuam eſt verum in Angelo bono vtroq; modo, ex quo nullam habet operationē generādi, nec quo ad potētiam, neque quo ad actum, quia hoc non conuenit naturę Angelicæ, quæ coitum ipſum & omne aliud peccatum pœnitus abhorret, cuius eſt quodam modo incapax. Dęmones vero bene poſſunt in aſſumptis corporibus generare, qppe quia in coitu carnali, ſicut in alijs peccatis ſummopere delectantur, ſi qua tamē generatio ex illorum coitu ſuccederet, illa nō prouenit ex ſemine illius aſſumpti corporis, quod nullū habet in ſe, quia ex quo non habet virtutem digeſtiuam, non habet etiā virtutem generatiuā, quia caret ſanguine.

12 †Nam ſperma oritur ex puriſsima ſubſtātia cibi iam bene digeſti, vt inquit Auic. ſen.xx.in tracta.j.c.iij. vbi dicit quod ſperma eſt ſuperfluitas digeſtionis quarte quæ fit cum cibus diſpartitur in membris reſudando a venis, tertia digeſtione iam cōpleta & eſt de ſumma humiditatis ꝓxime coagulationi ex qua nutriuntur membra dura & vena arterie. Iſte enim operationes naturales non conueniunt corporibus aſſumptis per dæmonem, quia non ſunt naturalia ideo non faciunt ſperma, nec poſſunt per ſe ipſa virtute propria generare, Diabolus igitur in coitu ipſo generat ex ſpermate alieno ſcilicet alicuius viri in ſomnijs polluti aut etiam in vigilia quotieſcunque dæmon in forma ſuccubi ſe transformat, ideſt in forma mulieris, & habet coitum cum viro, tūc recipit formam viri, & quanto citius velociſsime accedit ad mulierem in forma incubi ſcilicet viri & aſſumens coitum cum ea intromittit dictum ſperma in natura, & matrice mulieris, & inde ſequitur prægnantia mulieris infantis & generatio, ac ſi mulier

13 cū naturali viro coitum habuiſſet.† Tamē infans ipſe ſi oriatur non dicetur eſſe filius dæmonis, ſed illius cuius erat ſperma, ita firmant cōmuniter Theologi.ſ. Auguſt.in iij. de trini.& xxj. de ciuit.dei.& S.Tho.in d. tracta.qq. in prima parte titu.de miracu. q. viij.verſicu. ad primum, Concluſiue igitur dico in hoc ſecundo euidentiali quod Angelus cum bonus cū malus in aſſumpto corpore regulariter retinet & operatur omnes illas operationes naturales per quas nō alteratur forma aſſumpti corporis, ſed re-



Source : BIU Cujas

manet in eſſe ſuo & in eadem proportione
figure & forme. oẽs vero operationes per
quos alteratur forma ſiue figura corporis
prædicti de quibus ſupra diximus ſunt illis
prohibite ratione prædicta. ita firmant ipſi
Theologi in locis prędictis, ſed deferre cor
pus aut aliud pondus de loco ad locum, mo
tu locali non immutat formam dicti aſſum-
pti corporis, ergo ſunt capaces iſtius opera
14 tionis. †Tertio præſuppono quod Ange
li mali. i. Dęmones multa facere poſſent ſe-
cũdum eorum naturalem virtutem & pote
ſtatem quæ tamen facere non poſſunt diui-
na prouidentia ipſos reprimente & eorum
operibus reſiſtente & ſic maiora poſſunt in
habitu & potentia quam in actu. ita idem
Thom. in tract. qq. q. v. tit. de mirac. & Aug.
in iij. de trini. vbi dicit quod Angeli mali
quædam facere poſſunt eorũ virtute & po
tentia naturali ſi permitterentur a deo quę
ideo facere non poſſunt, quia non permittũ
tur, impediuntur itaq; quãdoq; ab illis agẽ-
dis ad quæ eorum naturalis virtus ſe exten
dere poteſt, idem ẽt comprobat. ſ. Bonauen.
in ij. ſen, lib. ij. diſtinctio. vij. vbi late diſpu-
tat de virtute & potentia dæmonum, quam
habent reſpectu creaturarum quid poſsint
qualiter & quantum, poſſunt & quantũ eis
permittitur a deo, vbi enumerat plures ope
rationes naturales quas dæmon facere po-
teſt tam in aſſumpto corpore, quam ſine eo.
15 †Quarto & vltimo præſuppono quod li
cet Angeli boni & homines quandoq; per
fidem & diuinã gratiam operentur miracu
la, & faciant aliqua quæ ſunt vltra eorũ na
turalem virtutem & poteſtatem. vt dicit. ſ.
Aug. in iij. de tri. Dæmones tamen miracu-
la aliqua operari non poſſunt, vt ſint vera
miracula quoniam miracula ipſa fiunt per
gratiam & donum dei, quia eſt diuina vir-
tus in effectu quæ miracula facit mediante
perſona & inſtrumẽto Angelico ſiue huma
no ſicut gratia prophetandi tradita fuit ſan
ctis prophetis ſimplicibns & ignaris vt re-
fert S. Greg. in ij. dialogo. & idem Grego. in
prima Omel. ſuper Ezechi. Miraculum
enim ſiue operatio miraculoſa eſt quoddã
diuinum teſtimonium iudicatiuum diuine,
virtutis & veritatis, vt dicit ſan. Tho. in d.
trac. prima parte. q. v. de miracu. verſic. re-
ſpondeo quod ſi dęmonibus quorum eſt to
ta voluntas ad malum, poteſtas hæc dare-
tur a deo faciendi miracula Deus ipſe falſi
tatis eorum teſtis exiſteret quod diuine bo-
nitati pœnitus incongruit. Concludendum
eſt igitur quod dæmones nõ faciunt niſi ea
ad quæ eorum naturalis virtus ſe exten[di]
diuina voluntas non refragatur, ſed perm[it]
tit, vt idem Thom. hæc eadem teſtatur ib[i]
16 † Virtus enim Dæmonis eſt adeo vehe
mens & acuta quod multa opera quæ ip[ſe]
facit eius virtute & induſtria, & ex rebu[s]
naturalibus adeo bene componit & veloc[i]
ter exequitur quod homines qui illa vid[ẽt]
dicũt eſſe miracula licet in veritate nõ ſin[t].
Poſſunt ergo dęmones mirabiliter in na[tura]
bis dupliciter operari. Vno modo per ve[]
ram corporis tranſmutationem quando fit
vera mutatio corporis. Alio modo per
quandam illuſionem ſenſuum ex aliqua [im]
mutatione imaginationis, neutra tamẽ ope
ratio eſt miraculoſa ſed per modum arti[s]
nature compoſita, vt ibi vide in quæſtio[ne].
Quibus ſic præſuppoſitis dico quod dæ
mones Deo permittente poſſunt in aſſum
pta corporali forma hominem deferre ve
re & naturaliter de loco ad locum motu lo
cali, & per conſequens illas ſtrigimagas, &
ſortilegos profeſſos deferunt ad nutum [in]
naturali forma ad quæcunq; loca quod d[i]
ctũ probatur primo ratione per ea quæ no
S. Thom. in tract. qq. in prima parte. quæ
17 ſtio. xvj. arti. x. vbi dicit. †Quod in actioni
bus virtutum actiuarum conſiderandus e[ſt]
ordo rerum, qui non ſolum attenditur ſecũ
dum naturas ipſarum rerum, ſed etiam ſecũ
dũ earum motus. Habẽt enim & ipſi motus
quendam ordinem adinuicem, qui duplici-
ter conſideratur. vno modo ſecundum pro
priam rationem, & ſecũdum hoc motus lo-
calis ad alios motus duplicem habet cõpa
rationem. Prima eſt qua ipſe motus eſt pri
mus motuum. ſecundo quia per motum lo-
calem minima variatio fit circa mobile, nã
cum per alios motus varietur aliquid quod
eſt intrinſecum rei puta qualitas quantitas
accidens aut forma ſubſtantialis per mot[um]
iſtum localem variatur ſolum corpus ſecũ
dum aliquid extrinſecum quod eſt ipſe lo-
cus per cuius mutationem nõ mutatur nec
alteratur res in ſubſtantia, vel in accedent[i]
aut alia qualibet eius qualitate intrinſeca,
& quantum ad hæc ſecundum prædicta cõ
petit quod corpora moueantur a ſubſtan-
tijs ſpiritualibus motu locali facilius & im-
mediatus quam alijs motibus. Alio modo
conſideratur ordo motuum ſecundum ordi
nem mobilium, ſicut enim motus cœli eſt
prior motu corporis elementarijs ita mo-
tus corporum cæleſtium eſt prior motu cor
porum inferiorum reſpectu ordinis & ſecũ
dum hoc competit ſuperioribus ſubſtantijs

Source : BIU Cujas

ſpiritualibus mouere ſuperiora corpora cœ
leſtia, ita etiam inferiores ſubſtātie ſpiritua
les quæ ſunt dæmones reſpectu peccati &
priuationis gratie conuenit quod mouere
poſsint, & moueant corpora inferiora ſiue
humana ſint ſiue alia, quia data poſsibilita-
te in vno per conſequens datur in omni-
bus alijs his maxime quę ſunt eiuſdem pon
deris vel magnitudinis, vt dicit idem Tho.
in d. titu. de demon. q. xvj. arti. x. in fi. & ha
betur per ſanct. Auguſt. in iij. de trini. vbi di
cit quod dæmones colligunt quædam ſemi
na ex quibus formant ſpecies quaſdam ſiue
animalia viuētia quę fieri nō poſſunt abſq;
corpore mobili, ergo mouere poſſunt cor-
pora inferiora de loco ad locum motu lo-
18 cali. †Secundo probatur hæc opinio au-
thoritate ſacri Euangelij, *Matth.* iiij. capit.
vbi diabolus in aſſumpta humana forma
*tentādo Ieſum in deſerto*, adduxit illum in
*ſanctam ciuitatem*, & *ſtatuit ipſum ſupra pi
naculum templi*, quod eſt locus quidam ex-
celſus, eleuatus, ſuper quo doctores antique
legis prædicabant & doctrinam legis præ-
dictę publicæ populoſq; docebant vt dicit
ſanct. Thom. in glo. ſuper dicto capit. iiij. in
verſicu. diabolus autem &c. vbi dicit nota
quod omnia opera illius tentationis corpo-
reis ſenſibus completa fuerunt, quia diabo-
lus tunc apparuit Chriſto in forma huma-
na, & licet due ſint opinio. Theologorum
ſuper illo puncto qualiter Chriſtus ſtatutus
fuerit ſuper illo pinnaculo an per delatio-
nem dæmonis vel quod ipſemet pedibus
proprijs aſcenderit mediantibus diabolicis
perſuaſionibus, verior tamē opinio eſt illa
q̄d fuerit portatus a dæmone. ſ. eleuatus de
terra & vnico ictu ſiue momēto fuerit por-
19 tatus in loco prædicto. †& hæc intelligen-
tia magis conuenit litere Euangelij dum di
cit, ſtatuit, quod idem eſt ſicut poſuit ſiue cō
ſtituit, ſi. n. pedibus proprijs Chriſtus aſcen
diſſet ad dæmonis perſuaſiones. text. dixiſ-
ſet adduxit, ſicut dixerat ſupra quando il-
lum adduxit in ſanctā ciuitatē, vide ſanctus
Thom. in dicta glo. & Alberi. mag. ſuper d.
cap. iiij. & ſanct. Bonauen. in ſecunda ſentē.
lib. ij. diſtinctio. vij. per totum quod manife
ſtius demonſtratur quod Chriſtus delatus
fuit a dæmone ex eo quod omnes theologi
firmiter ibi cōcludunt quod Chriſtus dum
ſtatueretur ſuper dicto pinaculo reddidit ſe
inuiſibilem circunſtantibus qui ibi aderant
ne inſurgerent clamores in populo putan-
tes miraculoſe Chriſtum aſcendiſſe locum,
qui ſi proprijs pedibus naturaliter aſcen-
diſſet nō erat opus quod ſe inuiſibilem red
deret ex quo nil mirandum feciſſet. fatendū
eſt igitur quod diabolus ipſum aſſumpſit
de terra & raptim vnico ictu ſtatuit illum
ſuper dicto pinnaculo. Cum itaque dæmon
portauerit Chriſtum in vero corpore qui
erat deus. & homo, & verum corpus huma
num habebat, ipſumq; mouit de loco ad lo
cum etiam ſurſum quod difficilius eſt motu
locali deo permittente nulla ratio diuerſi-
tatis redditur quare non poſsit etiam deo
permittente portare homines iſtos ipſoſq;
mouere motu locali ad nutum de loco ad
locum eo maxime accedente hominis vo-
luntate ſecundum ea quæ diximus ſupra in
20 iij. euidentia. †Tertio probatur ſic, ſi hu
manus ſpiritus qui eſt anima, quæ eſt inclu
ſa in iſto carcere terreno corporis humani,
habet vires mouendi corpus ipſum de lo-
co ad locum, aſcendendi, deſcendendi, cur-
rendi, ſaltandi, ſiſtendi, & aliud quoque cor
pus ſupra ſuum portandi ad omnem eius li
bitum eſt minus potens natura angelica, vt
dicit ſanctus Auguſt. in iij. de trini. & ſanct.
Thom. dicta quæſtione xvj. articu. x. quan-
to magis dæmon, qui eſt ſubſtantia ſpiritua
lis libera, & ſoluta nulloque præmitur pō-
dere carnis, quis neget quod ſimiles opera-
tiones naturales & longe maiores in aſſum
pta corporali forma diuina potentia nō re
primente operari non poſsit certe nemo,
& quod ipſe dæmon ſit longe maioris ro-
boris quam homo immo pluribus homini-
bus ſimul habetur per S. Aug. in lib. x. de ci
ui. dei, relatum. xxvj. q. nec mirum. §. ſuper
hoc. non eſt igitur mirandum ſi dæmon cor
pus humanum per ethera portare poſsit &
quam velociſsime dummodo diuina volun
tas ſibi non repugnet, ad quæ faciūt ea quę
diximus ſupra in iij. euidentiali & quę di-
21 cemus infra in ſequen. memb. † Quarto
dico quod vnuſquiſque eorum quę ſua ſunt
eſt bonus moderator & arbiter. l. in re man
data. C. man. & de rebus proprijs quiſq; po
teſt ad libitum ſuū diſponere, immo ab ipſo
dn̄o auferri non poteſt abſq; eius libito vo
lūtatis l. id quod noſtrum eſt. ff. de reg. iur. l.
fi. ff. de pac. & per Bar. in l. iuris gentium. ff.
eo. titu. Iſte enim ſtrigimage magi & ſortile
gi per illam profeſsionem effecti ſunt dęmo
nis creature eo q̄d ſponte ſua ſub illius im-
perio & poteſtate ſe ſubiecerūt vt latius ſu
pradiximus i ij. & iij. q. ergo ſequit̄ ꝙ dęmō
de ipſis ſiue in aïa, ſiue in corpore ad eius li
bitū q̄cquid vult diſponere pōt, deo pmittē
te, qui in hoc dęmoni nullū pręſtat impedi-



Source : BIU Cujas

mentum ſed relaxat ſibi arbitrium & liber
tatem virium ſuarũ in iſtos dico profeſſos
non autem in alios ſecundũ ꝙ dicit.S.Aug.
in lib.x.de ciuita.dei.& in iij.de trini. & S.
Tho.d.q.xvj.artic.ix.& x. habetur in d.c.
epiſcopi ibi mentem quam diabolus capti-
uatam tenet per queque deuia ad eius libi-
tũ deducit &c.Ex quo enim ipſi ſemel deũ
relinquerunt, abnegãtes fidem catholicam
& totum chriſtiane religionis cultum non
eſt dicendum quod deus amplius ipſos pro
tegat vel de his curam aliquam habere ve-
lit, ſed illos dimittit pœnitus ſub poteſtate
& arbitrio Sathanę poſtquam illi ſpõte ſub
eius imperio ſe ſubiecerunt,& eum princi-
pem habere voluerunt.cum ſint igitur ex-
tra communionem fideliũ nõ ſunt amplius
oues Chriſti quæ fuerunt tradite in cuſto-
diam Petro,ſed ſunt oues externe.ſ.diabo-
li,vt habetur in c.firmiſsime.& in c.excom
municamus in princi.extra de hære.& d.c.
nec mirum xxvj.q.& eadem cauſa.q.ij. qui
ſine ſaluatore.nimirum ergo ſi dæmones il
los deferunt etiam in corpore. primo quia
reſpectu ſubſtantie ſpiritualis adeſt poten-
tia naturalis.ſecundo quia reſpectu diuine
maieſtatis nullum præſtatur impedimentũ,
vt concludunt theologi in locis ſupra nota
22 tis. †Quinto probatur hæc concluſio a
maiori per ea quæ habẽtur Exod. vij.cap.
vbi dicitur quod magi Pharaonis arte dæ-
monum cõuerterunt virgas in dracones &
fuerunt veri dracones non autem ſuperſti-
tioſi nec illuſorij,vt dicit.S.Aug. ſuper glo.
ibi dicens quod dęmones hoc facere potue
runt eorum virtute naturali per aliquas po
tentias naturales, ſeu per quædam ſemina
collecta q̃ habet vim putrefaciẽdi ligneas
virgas & conuertẽdi in lubricem draconis
ſpeciem ſecũdũ ꝙ dicit S.Aug. in iij.de tri-
ni.quem refert & ſequitur S. Tho. in dicto
tract.qq.q.v.ver.ad octauum in titu. de mi-
ra.vbi dicit ꝙ licet iſta apud nos videantur
eſſe miracula,quia humana virtus iſta non
capit nec ſe extendit ad illa, tamen quo ad
ſecreta naturę,& dęmonis intelligentia nõ
ſunt miracula immo opera ipſius naturę dę
23 monis induſtria fabricata.† Itẽ nota aliud
mirabile dæmonis arte factum legitur in
ſacris literis quod Simon magus arte dęmo
num canes loqui faciebat, nec dum eſt an-
nus elapſus quod caſus iſte euenit in facto
Rome vbi mulier quæ adam magica vetu-
la quæ Franciſca ſeneñ.dicebatur artis dia
bolice plurimum perita canem quendã ma
gne ſtature nigrum totum ſecum ducebat
quẽ poſt nõnullas preces reuerenter emiſ
ſas loqui admodum faciebat & voce qua-
dam velut humana verba articulata profe
rebat quæ audita fuerunt a pluribus, & ma
xime a quodam ſacerdote presbytero qui
rem ipſam propalauit domino alme vrbis
Senatori qui de mandato.ſ. D.pape adiun
cto ſibi Reueren. D. Locum tenente Vica
rij ſui vna cum quibuſdam alijs viris ma
me doctrine & experiẽtie mulierem ipſam
ſolenniter examinarunt & comperto faci
nore flammis publice cõſumpſerunt ipſam
quæ canis loquela duplici modo fieri po
tuit ſecundũ Tho.d.c.v.de mira. aut quod
demon aſſumpſerit corpus in forma canis
omnibus partibus ſuis bene proportiona
tũ,¦& locutus fuerit,aut quod eſſet canis ve
rus & naturalis,& demõ per impulſum ae
ris motu locali ſonum quendam forma
rit ſimilitudinem literate & articulate vo
24 cis habentem.†& hoc modo etiam dicitur
quod Aſina Balaã allocuta fuit ipſum dua
bus vicibus,vt habetur nu.xxij.c. vbi Aſi
na ipſa quæ portabat Balaam ibat ad regẽ
Balac qui miſerat pro eo,videns aſina An
gelum reſiſtentem in via & ſe opponentẽ
Balaam Aſina declinauit a recto tramite &
iuit per agros,Balaam percutiebat illã vo
lens quod iret per viam illa recuſabat, &
adeo vehementer percuſsit illam quod ce
cidit,& tunc dominus aperuit os Aſine &
locuta eſt ad Balaam dicendo, quid feci ti
bi cur percutis me?at Balaã dixit, quia cõ
meruiſti & illuſiſti mihi,vtinam haberẽ gla
dium vt te percuterem,cui Aſina iterum re
ſpondit?Nonne animal tuum ſum,cui ſem
per cedere conſueuiſti vſq; in præſentẽ diẽ
dic quid ſimile vnquam fecerim tibi At ille
ait,nunquam,quæ verba adeo bene & arti
culate ab ipſa aſina prolata fuerunt qđ ab
homine dicta viderentur,ſed hoc factũ fuit
ab Angelo ex diuina voluntate, vt ibi dici
tur.& dicit S.Tho.in d.q.v.ad tertiũ quod
Angelus mouit linguam Aſine prædicte &
per crebrã aeris repercuſsionem protulit
articulata verba de quibus ibi naturalium
verborum ſimilitudinem habentia.tex. au
tẽ ibi dicit ꝙ dominus aperuit os Aſine nõ
Angel.vide Tho. in d.q.v.& vj. in titu.de
25 miracu. †Vltimo non omittã illud quod
dixi Valer.Max.ꝙ olim Rome fortune ſi
mulachrum quoddam marmoreum ꝙ poſi
tum erat in via latina dicitur locutũ fuiſſe
infraſcripta verba ad Matronas illas Ro
manas videlicet, rite me matrone vidiſtis,
riteque dedicaſtisnec putes iſta fuiſſe Poeta

Source : BIU Cujas

rum figmēta, quia ſi talia eſſent, profecto ſacri Theologi in ſuis diuinis literis non inſererent approbando prout fit per S. Tho. in d.q.v. in iiij. not. & eſt glo. not. in c. moyſes. in verſi. habitare. xxxij. q. ij. quæ dicit quod Angeli tam boni quam mali habitant in ſiccis corporibus. ſ. in ſtatuis lapideis eneis & marmoreis in cadaueribus defunctorum in auibus in quibus ipſi dæmones dant reſpōſum, & refert exemplum Saulis qui adorauit diabolum, & alias dixi ſupra quod dæmon ſub ydolorū forma peractis ſacrificijs & precibus ſortilegorum ſiue magorum ipſis interrogantibus & ſcire querētibus quæ occulta ſunt reſpondet ad propoſitum voce quadam ſonāti articulata verba, ac ſi ex ore hominis procederent nihilominus, neque vox, nec verba naturalia ſunt ſicut humana, ſed ex crebra aeris repercuſione per dæmonem concitata verba illa prolata fuerunt, vt ſupra dictum eſt. Si igitur hæc fieri poſſunt arte & virtute dęmonis quæ longe maiora ſunt intellectui humano minus capacia & difficiliora qđ canis aut aliud animal brutum ſeu ſtatua marmorea verba articulata protulerint quanto magis credendum eſt quod dæmō poſsit corporaliter deferre motu locali aut brutum quod minus eſt quam animal de nouo creare vel vnam ſpeciem in alteram transformare prout diximus ſupra de virga conuerſa in dracone͞.

26 †Demum vt res ipſa cunctis clarius innoteſcat ſubdam exemplo. Annis citra. xx. in agro Sabineñ. vicino vrbi Rome in quo dam oppido quidam Ruſticus habēs vxorem quæ erat de expreſſa dæmonis profeſſione, & pluries ab eo interrogata ſi erat de dicta ꝓfeſsione ſemper audacisſime negauerat qui maritus ex quibuſdam ſignis quę viderat maior ſuſpitio animum eius apprehendit, vnde decreuit velle videre ſi verū erat quod de nocte ipſa exiret extra domū & quorſum tenderet & pluribus noctibus ſummopere inuigilauit, vt videret qđ ipſa faceret quę ſemper volebat poſt maritū ire dormitum, & diu poſtq̄ ipſe intrauerat in lecto multoties vigilabat, demū nocte quadam hora quinta vel circa, qua ipſa citata ire tenebatur ad ludum ipſe maritus iacebat quaſi dormiens & ipſa venit ad illū ad perſcrutandum ſi dormibat quod vidēs maritus ſtatim confinxit altius dormire & grauiori ſummo teneri, ipſa viſo dormiente retroceſsit ſtatim, & pedetentim ibat lēto gradu, tūc maritus magis argute inuigilat, atq; obſeruat cum diligentia cuncta quæ vxor ipſa faciebat, demum vidit quod acceſsit ad quendam angulū domus, & eleuata quadam ciſta aſſumpſit pixidem ſeu ollulam quandam quæ ſuberat, deinde exutis veſtibus cœpit inungi cum certo vnguento in dicta ollula exiſtente apud ignem calefacto, poſtea pixidem ſeu ollulam prædictam ad priſtinum eius locum repoſuit, deinde vidit illam velociter exeuntem de domo, ac ſi pedibus non tangeret terram. poſt cuius diſceſſum maritus aſſurgens acceſsit ad oſtiū quod clauſum optime vidit etiam cum peſſulo ſiue ſtanga interius de quo magis obſtupuit deinde acceſsit ad angulum ex quo illa vnguentum aſſumpſerat, & reperta ollula illam accepit, & alibi abſcondit & reuerſus fuit in lecto, perfecitq; ſomnum vſque ad mane. die vero ſequēti reuerſa vxore maritus illam interrogauit quo nam proficiſceretur nocte illa quando ex domo receſsit media nocte ſola, quæ a principio fortiter negabat ſalua fronte. tūc maritus ſumpto ligno cœpit illam acriter verberare, vt haberet veritatem ipſa adhuc indurato corde ſiſtebat, demum maritus ſumpto pixide ſiue ollula, ecce dixit mulier maledicta, vide ſi credis ꝙ nouerim ſcelera tua, & grauiter ſibi comminabatur aut quod mortē ſubiret aut illum doceret quomodo facit illas vnctiones & diſceſſus quia volebat omnino accedere ad cōgregationes illas quas intendebat omnino videre, & quæ fierent in eis tunc mulier ipſa confuſa dum vidit pixidem vnctionis faſſa eſt ingenue errorem ſuum implorando ſuppliciter veniam ab ipſo viro qui libenti animo ſub fide promiſit ei indulgeri dummodo ipſum adduceret ſecum vna nocte ad congregationes prædictas, ipſa tunc aperiens os ſuum cœpit vera loqui & cuncta die profeſsionis capitula recenſuit, & oſtendit voluptates, illecebras, & gaudia immenſa quæ inde aſſumebāt & de amenitate & delectatione ludorum magnificentia chorearum opulentia conuiuiorum principis illius liberalitate & de vltimi effectus dulcedine cuncta narrauit, ex quo indulgentiam admiſſorum a marito ipſo impetrauerat qui maritus curioſus iſta videre, & intereſſe præcepit vxori vt quā primum ad dictam congregationem acceſſura erat ipſum euocaret quæ mulier promiſit illum adducere & impetrata prius licentia a domino Sathana de adducēdo maritum ad ipſam congregationem, aduenien te hora adhibitis vnctionibus vnuſquiſque ipſorum ſuper ſuo hirco æquitando quam



Source : BIU Cujas

velociſsime peruenerunt ad locum ipſius cõgregationis & antecꝙ diſcederent de domo vir ipſe diligenter præmonitus fuit ab vxore vt ſummopere præcaueret ne in itinere eundo, vel redeundo, aut in loco congregationis ſigno crucis ſe muniret, aut illius nomẽ nec Dei, vel Ieſu Chriſti quouis modo commemoraret, maxime in laudando vel adorando qui ſic facere promiſit in loco ſiſtentes vxor dimiſit maritum in certa parte monendo ipſum, vt illam expectaret donec reuerteretur a præſtando obediētiam earum principi Sathanę quemadmodum vnuſquiſq; aliorum tenebatur, qui maritus videns tam innumeram virorum ac mulierum multitudinem illic adeſſe vehementer obſtupuit, finita obedientia fiunt tripudia & choree ꝙ celeberrime cum maxima cymbalorum tympanorũ aliorumq; inſtrumentorum dulcedine & tripudiantiũ numeroſitate ordine quodam retro grado contra morem, naturã & ordinem choreatum quibus nos vtimur, quibus peractis p̃parantur menſe ꝙ ampliſsime, cum maxima ępularum & conuiuantium copia & optimis ferculis vxor illa ex indulgentia principis introducit maritum ad mẽſam comedere incipiunt, maritus deguſtãs epulas inſipidas petijt ſalem qui nullus aderat in omnibus menſis, nec dum veniens quiſquã cum ſale iterum petijt atq; rogauit procedente mora, iterum atcꝙ iterum tercꝙ quatercꝙ ſalem ipſum ſupplicando petijt, & toties replicauit quod demon quidam ſalem ipſum attulit, vnde maritus videns ſalem ſummopere gauiſus eſt, & prægaudio magno dixit hæc verba. hor laudato ſia Dio, pue venne qneſto ſale, quo verbo prælato poſtcꝙ auditum fuit nomen dei laudatũ vnico momento cuncta periere & oẽs vndicꝙ ſtatim diſceſſerunt mẽſe epulecꝙ omnes cõſumpte ſunt, luminaria cuncta quæ multa erant illico extincta ſunt, adeo ꝙ maritus ipſe reperitur ſolus & nudus in loco ipſo in medio tenebrarum ſtetitcꝙ ſub illa frigidiſsima nuce beneuentana per totam noctẽ vſcꝙ ad mane cum maximo frigore & periculo, die vero ſequenti videns paſtores qui paſcebãt greges circa loca vicina ab ipſis petijt, vbi nam eſſet ipſe, quæ regio illa dicebatur, cui reſponſum fuit quod erat beneuentana, quæ diſtabat a patria ipſius viri centum miliarijs vel circa, ipſe vero erat nudus ſicut alij qui vadunt ad choreas demonum, multum male ſe habuit in partibus illis adeo quod ſubſtulit periculũ mortis, & quia valde ignotus erat in ea regione & ſine pecunijs coactus fuit mendicare oſtiatim amore dei adeo quod inuenit tunicellam quandam ſatis contrittam, vt poſſet ſe tueri a frigore quod tunc vigebat & ſic paulatim quærendo victum in itinere amore dei tantum ambulauit quod peruenit ad patriam ſpacio octo dierum vel circa, & erat adeo deformatus & macilentus quod a paucis recognoſcebatur, & accedens ad curiam principis illius caſtri detulit querelam contra eius vxorem & quaſdam alias mulieres eiuſdem profeſsionis eius ſocias quæ omnes fuerunt incarcerate & dum a principio negarent, inſtante viro prædicto teſtimonium verum de viſu ferente tandem omnes faſſe ſunt, & ardentiſsimis flammis

27 combuſte. † Nec dum decem lapſi fuere vel circiter anni quod mulier quædam iuuencula infra xvj. annum ætatis exiſtens adhuc virgo eiuſdem Sabinen. dioceſis ex altero tamen oppido orſunda a quadam alia maleficia ſtriga ſeducta vt religionem diabolicam profiteretur ad ludũ adducta fuit & præmonita ne ſigno crucis ſe muniret, aut Deum Ieſum vel Chriſtum collaudando memineret poſtcꝙ ad locum congregationis acceſſerunt iunior ipſa videns tam maximam mulierum virorumcꝙ multitudinem & principem ipſum Sathanam in ſolio maieſtatis tam ſuperbe ſedentem & tot auratis ornamentis & purpureis veſtibus decoratum vehementer obſtupuit, & quæ ſimplex erat virgo incauta primæ monitionis oblita ob rerum magnificentiam & maximum ſtuporem quo apprehenſa erat ſe ſigno crucis muniuit dicendo. Ieſu benedetto che coſa e queſta? nec dum verba prędicta perfecerat quod ſtatim cuncta euanuere, & omnibus luminaribus penitus extinctis ſola hæc miſera inter maximas tenebras valde meſta reperitur & quam maximus pauor vehementer illam apprehendit ex quo pœne mortua eſt, ſed recordata de nomine Ieſu & beatæ virginis Mariæ deuotiſsimis precibus ſe illis commendauit vouitcꝙ caſtitatem perpetuam ſi incolumis inde euaderet & diuino auxilio illuſtrata tanta ſolitudinis periculũ mox euaſit, quia ſenex ruſticus vna cum filio & aſello tranſibat prope locum prædictum vbi erat iſta puella quæ plurimum lamentabatur de ſorte ſua, qui ſenex audito gemitu acceſsit ad illam dicens, filia mea quid facis iſtic ſola iſto tempore nocturno, quam cum nudam videret magis obſtupuit quæ ſimplex vir-

Source : BIU Cujas

go maxima erubeſcentia ducta quæ nihil habebat vnde pudibunda pertegeret poſt multas lachrymas, gemitus, & ſuſpira, huic viro ꝗ plurimum ſe commēdauit vt illā ſe cūadduceret ad domū ſuā qui ſenex accepit pallium ſuum & poſuit ſuper humeris puelle & illam ſecum ad domum ſuam quę non multum diſtabat adduxit, & in itinere totam ſeriem facti ſibi narrauit, qui ſenex ſtupore & pietate plurimum afficiebatur audiuitq́; ex qua patria quibus ve parentibus orta eſſet & decreuit ſenex omnino hęc eius parentibus enuntiare, & puellam ipſam eiſdem reſtituere. ingreſsi ſunt domum vxor ſenis quæ erat multū pia perꝗ blande virginem recepit, & apud ſe in lectū retinuit, et deinde per duos vel tres dies maxima charitate materna pietate tractauit eandem veſtibus ſuis induit & poſt triduum maritus accepit aſellum & comite filio puellam ipſam ęquitantem ad patriam ſuam illęſam reduxit proprijsq; parētibus eandem reſtituit qui dudum fleuerant perditionē filiæ putantes ne aliquis miles aut alius neꝗ vir nocturno tēpore rapuiſſet eādem, qui ſenex maxima veneratione & amoris dulcedine a parentibus puelle amplexus eſt receptiſq; muneribus pro ſe & filio dimiſſa puella ad domum ſuam reuerſus fuit quę quidem puella poſtꝗ dono dei & gratia beatæ Mariæ virginis tam graue periculum euaſerat decreuit omnino votū iam factum adimplere & ingreſſa fuit monaſterium S. Fran. aſſumptoq; habitu ſolenniter profeſſa fuit, & caſtiſsime vixit cuius parentes liberum præſtitere conſenſum, illam vero maledictam ſtrigam quæ filiā ſuā adduxerat ad illum locum denūtiarunt curie & recomperta publice fuit igne combuſta. Hæc. n. quæ audiui retuli, modo referā quæ ipſe vidi & in foro habui quæ plura ſunt, tamen duo tantū quæ recentiora ſunt referam. Anno dñi M.dxxiiij. menſe Septēbris dum eſſem in quoddam Caſtro Monaſterij S. Pauli de vrbe apud regionem Sabinen. vt mea quædam illic expedirem, & mox ad vrbem reuerterer, ſummis fui precibus rogatus a Reueren. P. domino Abbate illius monaſterij qui eſt dominus in temporalibus dictorum Caſtrorum, vt accederem ad aliud Caſtrum eiuſdem monaſterij ibi vicinum ꝙ Nazarenum appellant ad examinandum tres mulieres maleficas ſiue ſtriſtas, vt dicebant. quæ in arce ipſius Caſtri aliquandiu incluſe remanſerant & quę ex earum dictis acciperem ſibi referrem atq; conſulerem quid mihi in re illa gerendum eſſe videretur. Ego enim qui meis prępeditus eram licet non potuerim abſque magno meo incommodo illuc accedere & huic rei vacare nihilominus vt morem gererem tanto viro quem alias in meis valde gratum & benignum reperi non potui euitare quin eius preces mihi mandata ſeruarem. Acceſique ad illas quarum vnam quę mihi facilior videbatur examinare cepi, & pluribus exhortationibus, vt veritatem aperiret, perſuaderi, quæ demum poſt alíqualem hęſitationem cœpit vera loqui, & rem ipſam totam fateri qualiter ipſa erat de ſecta illa ſtrigimagarū expreſſe profeſſa in qua profeſsione inſteterat per annos quatuordecim continuos quibus continuū commercium habuerat cum dęmone & nominauit alteram mulierem maleficam quæ fuerat, eius magiſtra & ipſam ad profeſsionem adduxerat & ꝙ iſto tempore plurima maleficia ſiue veneficia fecerat, et cōtra hominum perſonas & contra iumenta ex quibus homines tres perierant, iumēta autem quatuor, & ꝙ agrorū pluriū ſegetes immaturas ventis, grādinibus et tēpeſtatibus ſtrauerat & penitus deuaſtauerant, & multa alia his ſimilia obſcena machinata fuerat arte illa malefica ad vlciſcendum iniurias ſuas. Quā ego ſubtilius interrogans vt clarius haberem quæ ſunt iſtius diabolice religionis ſeu profeſsionis ſecreta. Primo. n. perſcrutatus fui quid eſt illa profeſsio quā mulieres ipſe faciūt cū demone, & quibus modo & ordine ad illā accedunt & quibus cerimonijs & ſolēnitatibus vtuntur in ea. Ad quid ſe obligant demoni. Sub qua forma verborum fit obligatio ipſa, itē poſtea quæ ſunt ab eis ſeruanda & ad quæ tenentur. Similiter q̃ præmia habēt & quæ habere ſperant ab earū principe demone, & ex q̄bus rebus ſimplicibus vel mixtis cōponunt vnguenta quibus liniunt corpora ſua dum vadunt ad ludos et cū quibus ēt rebus faciunt alia venefica maleficia. Itē quem ordinem tenent quando acceſſure ſunt ad ludos prędictos & ſi eſt verum quod vadunt corporaliter vel illa ſit illuſio ſiue viſio quædam in apparentia in mente, & intellectu, & caſu quo accedant corporaliter an ambulent pedibus proprijs, vel aliter deferantur & quomodo & per quem. Item quomodo & qualiter celebrāt ſacrificia offerunt preces & munera demoni. Item quæ ſunt illis præcipua in obſeruantia in dicta profeſsione & alia quędam q̃ nunc nō recordor quę



Source : BIU Cujas

quidem mulier ſub ſpe venie cuncta a prin
ci. vſque ad finem recenſuit quæ profeſsio
ipſa requirit exprimendo omnia ſingula il
28 lius capitula. †Primũ enim dixit quod
qñ adducta fuit per illam eius magiſtrã an-
te tribunal principis earũ qui eſt diabolus
in forma regis præſidens in ſolio maieſtatis
inſtructa prius a magiſtra quid factura erat
venit & oportuit primo abnegare baptiſ-
mũ & omnia chriſtiane fidei documenta re
linquere, deinde eccleſiaſtica ſacramẽta cũ
cta proijcere pedibuſq; propijs conculca-
re crucem & imagines beate Marie virgi-
nis & aliorum ſanctorum ꝗuis hęc vltima
non fiunt corã eo, ſed alibi, poſtea ſatis eſt
ꝙ iſta promittant ſe facturas quam primũ
cedet occaſio, deinde fecit obligationẽ per
ſolennem ſtipulationem in manibus ipſius
Principis, qua vouit & promiſit ꝙ perpe-
tuo erit illi fidelis & obediens & omnibus
eius mandatis parebit. Deinde medio iure-
iurando tactis ſcripturis ſuper quodam ma
gno libro obſcuras paginas continente prę
ſtitit homagium ſiue perpetuũ vaſſallagiũ,
& quod nunꝗ redibit ad fidem Chriſti nec
diuina præcepta ſeruabit, ſed ſolum ea quę
per ipſum principem erunt decernenda, &
ꝙ perpetuis futuris tẽporibus erit obediẽs
illi & veniet commune cum vocata fuerit
ad ludos & congregationes nocturnas, &
quæ in eis per alias mulieres fiunt ipſa fa-
ciet, & quod etiam aderit ſacrificijs illorũ
nocturnis, & ſolitas preces & cultum ado-
rationis præſtabit, vota quæcunque que ip
ſa præſtare cõtingerit pro viribus adimple
bit & quoſcunque poterit alios ad eandem
profeſsionem adducet. Econuerſo autem
ipſe princeps ægregia fronte promiſit eidẽ
mulieri ſic præſenti præſtare perpetuã fœ-
licitatẽ, gaudia immẽſa & voluptates quaſ-
cũque in hoc mũdo habere deſiderauerit,
& demum poſt hanc vitã longe maiora mu
nera conſequetur. Quo facto ſtatim vnũ dę
monem cõſtituit ad cuſtodiam ipſius mulie
ris quam nunꝗ relinquere debeat, ſed illi
inſeruire ĩ omnibus quæ ipſa cupiet & quo
tieſcunque cõtigerit ad ludos accedere hoc
ipſe intimabit mulieri, & illam deferret &
inſtruet vt ſupra qui qui dẽ demon aſſocia-
tur ei tanquam maritus vxori, inſuper di-
xit ꝙ ſæpius accedunt ad congregationes
illas vbi maxima mulierũ numeroſitas cõ-
gregatur & non vident illa in mente & in-
tellectu in apparentia, ſed in vera & natu-
rali forma accedunt ad loca prædicta hoc
modo & ordine, videlicet quia primo per
vnum vel duos dies antequam fiat congre-
gatio intimatur ſibi per dæmonem illũ qui
eſt ad ipſarum cuſtodiam conſtitutus quali-
ter nocte tali & tali hora ſe pręparet ad ve
niendum ad ludum quæ mulier ſi haberet
iuſtam cauſam impedimenti deducit, & ac
ditur dummodo ſit cauſa vera, & excuſabi
lis quę legitime excuſare poſſet, alioquin ſi
fingeret habere cauſam quæ nulla eſſet vt
non accederet non deferebatur inuita, ſed
remanebat in domo ſua, nihilominus ꝓ pœ
na ſui mendacij adeo fortiter cruciabatur
a dæmone vt in mente & in corpore maxi-
mis & continuis doloribus & ægritudine
intrinſeca vel extrinſeca tam fortiter vexa
batur quod die noctuque nil pœnitus quie-
tis haberet, ſed ſemper tribularetur & om
nia quę ipſa ageret euaneſcerent & perirẽt
in fieri, adeo ꝙ neceſſe fuit vt tot mala ceſ-
ſarent ꝙ peccatum ſuum fateretur & pro-
mitteret etiã medio iureiurãdo ꝙ amplius
non recuſabit accedere, & hoc modo eua-
ſit ab illis malis. Cum vero promitteret ac-
ceſſurã ſtatim aduenĩẽte nocte & hora euo-
cabatur voce quadam velut humana ab ip
ſo dæmone quem non vocant dæmonẽ ſed
magiſterulum, alie magiſtrum Martinettũ
ſiue Martinellum hoc nomine diminutiuo,
quę ſic euocata mox ſumebat pixidem vn-
ctionis & liniebat corpus ſuum in quibuſ-
dam partibus & membris quo linito exi-
bat ex domo & inueniebat ſemper magiſte
rulum ſuum in forma hirci illam expectan
tem apud oſtium, ſuper quo mulier ipſa di-
xit quod ęquitabat & applicare ſolebat for
titer manus ad crines & ſtatim hircus ille
aſcendebat per aerem, & breuiſsimo tẽpo-
re deferebat mulierem ipſam vſque ad nu-
cem beneuentanam & ibi illam ſuauiter de
ponebat vbi innumera mulierum virorũq;
multitudo coram Principe illo vndiq; con
29 fluebat. †Primũ aũt qđ faciendũ erat ꝑ ip-
ſas mulieres erat ſignũ obediẽtie & reuerẽ
tie q̃ fiebat corã principe ordine quodã re-
trogrado in oppoſitũ directo illi reuerentie
quã nos pręſtare ſolemus. nos. n. inclinamus
caput & humeros flectimus genu crure re-
tro curuato voluẽtes vultũ ad principem ſi
ue ad aliũ quẽ veneramur, ipſi vero faciunt
cõtra quia terga voluũt verſus principem
& caput curuant verſus humerus adeo vt
mentũ cœlũ reſpiciat. crura vero nõ curuãt
retro vt nos facimus, ſed eleuant ſurſum a
terra a parte anteriori, & ita ſeruat ibi. pe-
racta igitur reuerẽtia, princeps mãdat ꝙ oẽs
tripudiẽt, ſaltẽtq; cum letitia & gaudio ſu-

Source : BIU Cujas

mentes vnaqueq; voluptates ſuas & vnuſquiſq; demonum accipit mulierem ſuam ad cuius cuſtodiam deputatus eſt & cũ ea gerit ſaltationes illas magna letitia atq; dulcedine & interim præparantur menſe cũ ſanctiſsimis ferculis abundantiſsime ornate & celebratis choreis veniunt ad conuiuia, quibus cõpletis & cibatis omnibus extinguntur luminaria omnia & quiſq; demõ in forma incubi.ſ. viri ſuam capit mulierẽ, ſi qui vero ſunt viri habent demonẽ ſuum in forma ſuccubi.ſ. mulieris & ſic adinuicem oẽs adimplent coitum carnis & cũ maxima voluptate. quo officio completo reuertunt ad domum oẽs equitantes ſuper illis hircis, ſacrificia vero cũ fiunt fieri ſolent ſtatim poſt peractum reuerentie ſignũ fit adoratio, qua expleta deueniunt ad tripudia & alia de quibus ſupra quamuis *ſacrificia ipſa* celebrare *ſolent ẽt in alijs locis extra locum cõgregationis, puta in domo priuata, vel in quibuſdam locis occultis vt late* diximus ſupra eodem, q. iij. & v. Sed aduerte ad duo quod ipſa dixit, vnum eſt quia demones feſtinãt reportare illas ad domum antequam labat nox & antequã pulſetur campana pro Aue maria de mane quæ pulſari ſolet in aurora vel parum ante, qm̃ ſi forte pulſaret campana tempore quo deferuntur ad domum neceſſe habet illarum magiſter in eodẽ loco vbi audit ſonum prædictum deponere mulierem, aut virũ nec poteſt amplius ipſum vel ipſam tangere, ſed neceſſe eſt quod reſiduum illud itineris pedibus proprijs ambulet quod perraro quidem euenire ſolet, qa ita velociter ipſas reportant quod non impediunt a ſono. Secũdo eſt quod retulit qđ quotieſcũq; interfuerat ludis ita feſſa reuertebatur ad domũ propter illas choreas ſaltationes, quia erat debilis complexionis vt apparebat quod per tres vel quatuor dies male ſe habebat i corpore propter magnos labores quos ſuſtinuerat quę ſimiliter cum demone ſuo dum eſſet in forma incubi ſepiſſime fuiſſe carnaliter cognitam maxima cũ delectatione teſtata fuit, hæc illa ibi.

30 † Aliud breuius exemplum ſuperaddã, alia quoq; mulier eiuſdem profeſsionis quę vna cum præcedenti erat incarcerata dum deferretur a demone ſuo, reuertẽdo a ludis prædictis in itinere antequam peruenirent ad domum dum eſſet vicina oppido patrie ſue audiuit pulſare cãpanam de mane pro Aue maria. Vnde demon neceſſe habuit illam deponere & diſcedere quã depoſuit ſtatim & dimiſit in quoddam agro iuxta quandam ripã vbi erant ſpineta quędam & in dicto loco ipſa miſera mulier neceſſe habuit expectare vſq; ad mane, quo lux clara appareret, ſed fortuna profuit ſibi, quia illa die in aurora, & in diluculo quidã iuuenis illius oppidi ibat ad alium locum ibi vicinum quem ipſa videns tranſeuntem cognouit atque vacauit nomine proprio, quod audiens iuuenis prima facie timuit aliquantulum, ſed vidẽs poſtea mulierem ipſam quæ ſeminuda erat a femoribus ſupra & crinibus ſparſis ſcapillata tota magis obſtupuit, nec audebat ad ipſam accedere, nihilominus illa adeo benigne & humiliter ipſum rogauit vt accederet ad illam quod uenit et interrogauit eandem poſtquam illam recognouit cur illic ita ſola moraretur in ea forma, cui illa dixit quod tota nocte aſellũ ſuũ quem perdiderat perquiſierat & nunquam potuit illum inuenire, cui iuuenis ſubridens minuſq; credens dixit hoc enim aliud ſibi querit quam aſelli inquiſitio qui querit aſellum vadit cum ſocio, & non ſola ſic ſeminuda & ſcapillata, aliud eſt quod querebas dixit ipſe, dicas mihi veritatem ſi vis qđ adiuuem te, vnde venis, vbi fuiſti, quid facis hic ſola, quis te adduxit, dicas mihi omnia ſi vis habere ſuffragium, & ero tibi ſecretus & fidus. Tũc mulier ipſa Lucretia nuncupata quæ erat ſatis pinguis, pulchra licet ſatis timeret ſeuitiam viri & ſuorum cõſanguineorum, tñ confiſa eſt de iuuene illo rogando ipſum prius ſummis precibus ne cuiquam reuelaret factũ illud ſed taceret, quia ipſa volebat pinguiora munera ſibi elargiri, cui iuuenis ſub fide promiſit quod abſq; dubio cuncta referret, & ille futurus erit ſibi ſecretiſsimus, tunc ipſa faſſa eſt quod reuertebatur ea nocte a ludis beneuẽtanis, & dum eſſet in itinere deferreturq; per aerẽ a magiſterculo ſuo audito ſono campane quę pulſatur de mane pro Aue marie fuit ſibi neceſſe quod illam deponeret in terram in eodẽ loco in quo reperiebatur qñ audiuit ſonum prędictum & hoc modo ipſa ſic ſola reperiebatur ibi, qui iuuenis acceſſit ad illã & præſtitit ſibi opem in reſtituendo & recaptando ſe, deinde aſſociauit illam vſq; ad domum abſq; eo ꝙ aliquis factũ illud aduerteret pro cuius laboribus, & fide mulier ipſa donauit dicto iuueni vnum par caligarũ, vnum birretum & camiſiam vnam, & certas petias caſei, rogando eum iterum atque iterum vt taceret, & ita promiſit & tacuit rem ipſam plures menſes, deinde neſcitur quo ſpiritu aut indignatione vel lapſu iuuẽ

Source : BIU Cujas

tutis ductus rem ipſam ſecreto modo cum
vno, deinde cum altero propalauit, adeo
quod paulatim res deuenit ad notitiam cu-
rie, vnde mulier ipſa capta & cum alijs in-
carcerata fuit, & iuuenis ille vt teſtis om-
nia ĩ medio iuramẽto depoſuit, adeo ꝙ ip-
ſa quoque poſt multa facinus ſuum diutius
tergiuerſare non potuit, ego tñ illarum ſen
tentijs intereſſe nõ potui quia neceſſe mihi
fuit ad vrbem reuerti illaſq; dimiſit earum
iudici ordinario vt iuſtitiã faceret, ſed cun-
cta retuli præfato dño Abbati prout inue-
neram qui mandauit ſuo Locumtenenti vt
de ipſis iuſtitiam faceret, & inde ad paucos
dies retulerunt mihi quod vitam ſuam fi-
nierunt flãmis. Iſtarum vnguenti vidi atq;
tetigi & quoſdã alias maleficas mixturas,
quibus grauiſsimas egritudines in humanis
corporibus inferebant. & illud ẽt vidi quo
hominem ad earum libitum in furorem &
inſaniam inducebant, quæ omnia mandaui
31 igne comburi. † Ex quibus manifeſte de-
prehendi poteſt quod vere & corporaliter
deferuntur, nõ autem in ſpiritu illuduntur,
ad quid enim opus erat ꝙ illa prior cõque
reretur de laxitudine corporis & membro
rum poſtq̃ reuerſa erat a ludis vbi dixit ꝙ
per tres vel quatuor dies ſe male habebat
in corpore propter magnos labores dictarũ
chorearum ſi in ſpiritu duntaxat fuiſſet ap-
prehenſa illuſione illa non erat opus quod
cõquereret de corpore & nimio labore qa
corpus non laborat in ſomnijs, ſed animus
duntaxat, vt d. c. epiſcopi. Altera ẽt mulier
de qua in vltimo exemplo nõ fuiſſet com-
perta ſola in illo loco niſi iuiſſet ĩ corpore,
vt ex prędictis. Sed quero nunc quare eſt
quod in iſta ſecta vt plurimum ſunt mulie-
res, viri autem rari ſunt. R. plures reddun
tur rationes per doc. prima eſt ꝙ mulier tã-
quã debilior & fragilior facilius decipitur
a diabolo, & credit oĩa quæ ſibi perſuaden
tur. c. forus. de verbo. ſigni. c. j. de cland. de-
ſpõ. et habetur Gene. iij. c. vbi diabolus ſer
pens prius decepit mulierem q̃ virum, eo
quia magis credula fuit. alia poteſt eſſe ra-
tio quod faciunt propter explendam libidi
nem carnis q̃ alio modo non poſſent abſq;
ignominia ſatiare iſto enim modo capiunt
delectationem cũ demone & complent de-
ſiderium ſuum abſque eo quod contra ip-
ſas inſurgat infamia vt explurium ipſarum
mulierum confeſsionibus accepi dum iſta
ſubtiliter indagaret, Quidam alij dixerunt
quod mulier eſt magis vana & curioſa &
magis familiaris diabolo q̃ ſit vir, & quæ
minus timet tranſgreſsionem præcepti ſu-
perioris q̃ vir quaſi quod magis regitur vo
luntate appetitu & ſenſualitate q̃ ratione,
vt habetur xxiij. q. vij. quod propoſuiſti. &
q. v. Adam & c. mulier, & per gl. in d. c. j. de
clande. deſpon. & d. c. iij. ſuper Gene. & ibi
per ſacros doc. Ex prædictis itaq; cõclu-
do concluſionem ipſam eſſe ſufficienter p-
batam, cui non habent obſtare quædã quæ
ſuperius in contrarium adducebantur. Et
primo non obſtat tex. in dicto capitulo epi
ſcopi. ſuper quo tenentes contrarium ſe om
nes fundant, cui licet per alios docto. anti-
quos & Moder. fuerint date plures reſpon-
ſiones ad vnum tamen tendentes. ſcilicet ꝙ
ille text. non loquitur de ſecta iſta ſtrigarũ,
ſed de alia lõge diuerſa ab iſta. Ego tamen
idem comprobando alio modo reſponde-
bo ad illum tex. declarando literam & mẽ-
tẽ illius cõcilij, & anteq̃ ad vlteriora pro-
32 cedam præmitto † quod omnis lex recipit
interpretationem a ratione ſua, maxime qñ
ratio in lege reperitur expreſſa quæ magis
attendenda eſt q̃ dictum legis. l. adigere. §.
q̃uis. ff. de iurepa. l. cũ pater. §. dulciſsimis.
ff. de leg. ij. l. milites prohibẽtur. & l. milites
agrum in princ. ff. de re mili. l. nomen in fin.
ff. de leg. iij. & Bar. in l. ij. §. videndum. ff. ad
tertul. idem Bar. in l. omnes populi in vij. q.
prin. ff. de iuſt. & iur. Bar. in l. ſi conſtante in
v. col. in vij. & ix. q. ff. ſolu. ma. & in l. ſi ve-
ro eo. ti. & in l. j. C. quę ſit lon. cõſu. & j. diſt.
conſuetudo per Gemi. in c. vbi periculũ in
ij. no. de elec. lib. vj. & eſt gl. no. in clemen. j.
de elec. in ver. eligatur, & gl. in d. c. conſue-
tudo. j. diſt. Ideo dicunt doc. ꝙ cui nõ cõue-
nit ratio legis minus conuenit ipſa lex. d. l.
cum pater. §. dulciſsimis. & d. l. nomen in fi.
& d. l. milites. la prima, & la. ij. ff. de re mili.
Quibus præmiſsis dico quod ratio princi-
palis illius. c. & intentio concilij Aquirẽ. nõ
fuit velle impugnare & habere pro impoſ-
ſibili quod demon deo permittente nõ poſ-
ſit hominẽ corporaliter deferre de loco ad
locum motu locali, quia ſi fuiſſet iſtius intẽ-
tionis dixiſſet contra communem omnium
Theologorum & canoniſtarum ſentẽtiam,
immo contra tex. proprium ſacri euangelij
Matth. iiij. Luc. iiij. & Marc. j. c. in prin. vbi
apparet quod diabolus tentando Chriſtũ,
qui erat deus & hõ naturalis, detulit ipſum
corporaliter ſuper pinnaculum templi et in
montem excelſum vt latius infra dicemus,
intẽtio igitur finalis illius cõcilij in illo ver.
Illud ẽt non eſt omittendum &c. fuit, velle
improbare & damnare errorem illũ in quo

Source : BIU Cujas

erāt mulieres illę ſcelerate de q̄bus ibi quæ
erant hęretice & in ſua obſtinata opinione
damnate & quæ fuit ratio principalis atq;
finalis quare conciliū illud declarauit mu-
lieres illas eſſe hęreticas & dānatas.Ratio
dico principalis fuit illa q̄ ponit ibi tex.vi
delicet.Cum aliquid diuinitatis aut numi-
nis extra vnum deum arbitrantur, hæc eſt
ratio principalis quæ facit illas eſſe damna-
tas ꝙ melius declaro ſic.Concilium illud in
princip.exponit generale edictum quo mā-
dat omnibus epiſcopis, & clericis vt ſum-
mo ſtudio elaborent pernitioſam ſortilegā
& magicam artem ex parochijs ſuis pœni-
tus eradicare. & ſic primo improbat artē,
deinde deuenit ad ſpeciem.ſ.ad homines il-
lius artis peritos dum dicit, quod ſi aliquē
virum aut mulierem huiuſmodi ſceleris ſe-
ctatorem inueniant turpiter dehoneſtatum
ex parochijs ſuis deijciant, quia ſubuerſus
eſt & is etiā qui ſimilis eſt ſibi ſubuerſi ſunt
omnes & a diabolo captiui tenentur qui re
licto creatore ſuo diaboli ſuffragia querunt
& ideo a tali peſte debet mūdari ſancta ec-
cleſia.hic enim remanet cōpleta oratio pri-
me partis capituli vbi conciliū mandat ex-
tirpari hanc reprobam artem magicam &
ſortilegam & illius profeſſos turpiter de-
honeſtatos & externos a fide catholica ex
omnibus parochijs ſuis expelli, ad hoc vt
ſancta eccleſia a tali peſte liberetur. Dein-
de incipit ſecunda pars ibi, illud ēt non eſt
ommittendum ꝙ quædam ſcelerate mulie-
res retro poſt Sathanam conuerſe &c.vbi
concilium pręd ictum mutauit ſermonem et
poſuit alium caſum diuerſum a pręcedenti
ꝙ patet ibi dum dicit, illud non eſt ommit-
tendum ꝙ quædam ſcelerate mulieres &c.
tex.ibi in princ.locutus fuit de mulieribus
quæ artem magicam & ſortilegam profitē-
tur ibi dum dicit ſi aliquem virum aut mu-
lierem huiuſcemodi ſceleris &c.ſi enim cō-
cilium pręd ictum in illa ſecunda parte vo-
luiſſet intelligere de eiſdem mulieribus de
quibus fuerat facta mētio in principio,text.
non dixiſſet per iſta uerba quędam ſcelera-
te mulieres &c.ſed dixiſſet per aliqua ver-
ba repetitiua earundē perſonarum & quali
tatum, videlicet,eedem ipſe dicte vel pręd i
cte, vel per alia ſimilia verba ex quo enim
tex.in d.ij.parte non fuit locutus per uerba
repetitiua, ſed per diuerſa & diuerſum ſen
ſum, & caſum demonſtrantia,fatendum eſt
de neceſſitate quod ille ſit diuerſus caſus a
præcedenti, & ſic diuerſa ſpecies perſona-
rum, & ꝙ ſit verum clarius demonſtrabi-
33 tur infra.†Cōcilium igitur deueniendo ad
ſecundam partem exponit iſtarum mulie-
rum profeſsionem & qualiter ſub falſis illu
ſionibus & fantaſmatibus illuduntur a de-
mone, deinde enumerat quaſdam operatio
nes quas mulieres ille profitentur facere cū
Diana vel Herodiade deabus ſuis quarum
iuſsionibus ad illarum ſeruitium euocātur
et nocturnis horis accedere profitentur,ſed
vtinam he ſole in ſua perfidia perijſſent &
non multas alias ad illarum interitum per-
traxiſſent, deinde ponit modum infidelita-
tis,& errorem exprimit quo principaliter
deducuntur in hæreſim dum dicit, nam in-
numera multitudo hac falſa opinione dece
pta hæc vera eſſe credunt.ſcilicet quia pu-
tant Dianam et Herodiadē eſſe veras deas,
& poſſe illa opera de quibus ibi perfice-
re & credendo a recta fide deuiant & erro-
re paganorum inuoluuntur. Ratio finalis
& principalis omnium ſupradictorum ope
rum & damnate credulitatis ex qua dicun-
tur hæretice nunc ponitur dum dicitur.Cū
aliquid diuinitatis aut numinis extra unum
deum arbitrantur & huc vſque perficitur
ſecunda oratio,& dictum illius ſecūde par-
tis, deinde ſequitur improbatio illarum fal
ſe opinionis & erroris prædicti. Ratio igi-
tur finalis eſt illa quam proxime dixi ex
qua omnes alij errores & illuſiones ſucceſ-
ſiue dependent cum credunt illas Dianam,
& Herodiadem, eſſe veras deas & in eis
multum diuinitatis & numinis eſſe & iſte
eſt verus intellectus illius capituli ſi bene
conſideretur in verbis & in mente. Stan-
te igitur ratione prædicta expreſſa ſecun-
dum illam verba ipſius legis ſunt interpre-
tanda, & vbi ratio ipſa non conuenit lex
quoque omnino ceſſat dicta l.cum pater.§.
dulciſsimis.ff.de legat.ij.l.hæc ratio.& ibi
Barto.ff.de calum.l.is qui animo.ff.de ac-
quirenda poſſeſsio. Ratio autem prædicta
non conuenit neque uerificari poteſt in hac
ſecta ſtrigarum & maleficorū quippe quia
ipſi vel ipſe non decipiuntur iſta falſa opi-
nione putantes inſeruire deabus iſtis & ex-
tra vnum deum aliquid numinis eſſe, ſed
ipſe vident cognoſcunt & apprehendunt
expreſſe quod illarum Princeps cui inſer-
uiunt & quem obediunt & adorant eſt dia
bolus inferni inferior deo, & inimicus dei
ſed illi inſeruiunt relicto creatore propter
mundi vanitates ad explendas illarum libi
dines d.c.epiſcopi in princ.& c.ſi quis epi-
ſcopus.eadem q.v.ſi enim ratio ipſa de qua
ſupra iſtis ſtrigimagis non conuenit verba

Source : BIU Cujas

legis et illius diſpoſitio minus cõuenire de-
bet per ea quę proxime dicta ſunt, eo maxi
34 me, † Quia ratio legis determinata reſtrin
git dictũ legis, vt illa duntaxat lex ipſa cõ-
prehẽdat ad quæ ratio illa naturaliter ada-
ptari poteſt, & non vltra. d. l. cum pater. §.
dulciſsimis. & l. hæc actio, & ibi Bart. ff. de
calumnia. & l. qui animo. ff. de acqui. poſ. &
j. diſt. conſuetudo, & not. gl. in cle. j. de elect.
& per Geminia. in c. vbi periculum in prin
ci. eo. ti. lib. vj. Cum autem iſte ſint excluſe
a ratione dicũtur eſſe excluſe a legis diſpo-
ſitione per ea quæ ſupra diximus, nec ob-
ſtant exempla & authoritates quas tex. in-
ferius deducit de Paulo & Ezechiele, quia
illa omnia referuntur ad ſectam illã, de qua
ibi. non aũt ad ſtrigas ſiue maleficas, de qui
bus hic. Fateor tñ quod ſtrige iſte & malefi
ce in quibuſdam conueniunt cum mulieri-
bus illis de quibus in d. c. epiſcopi. in ij. par
te in hoc conueniant quia vtraque ſecta in-
ſeruit diabolo, ẽt illius imperio gubernat̃,
ſed vna ſcienter altera ignoranter, vna deci
pit̃, altera decipit. Conueniunt & in alio,
quia quo ad effectum æternæ damnationis
ita ſunt damnate ille ſicut iſte, ita demones
habẽt imperium ſuper illis ſicut ſuper iſtis
& eodẽ modo ille ſunt eliminande & deij-
ciende extra parochias ſicut iſte ſtrigima-
ge, quia oẽs ſunt damnate, non tñ ſequitur
ſi in aliquibus conueniunt & equiparãtur,
ergo in omnibus debent eſſe equiparate ꝗa
data diuerſitate rationis datur ẽt diuerſitas
iuris, vt ſupra diximus, & dicemus ẽt infra
eo. ti. q. xij. dum declarabitur materia pocu
lorum ſiue venenorum, & vt dixi extra cõ
munionem fideliũ poſite ſunt ille ſicut iſte
& oẽs tanquam oues morboſe ſunt penitus
a Chriſti fidelibus euitande ne ſanas oues
morbo illo inficiant. l. ij. C. de ſum. tri. & l.
hi qui ſanctã. C. de apoſt. quia oẽs ſunt eius
diabolice religionis, ſed diuerſe profeſsio-
nis & habitus dico animi non corporis &
ordinis profeſſe ſicut monachi, & moniales
chriſtiane religionis diuerſos ordines pro-
feſsionis accipiunt ad vnum tñ diuinũ cul-
tum oẽs tendentes, ita iſti damnati diuerſos
ordines & ritus accipiũt & ſub diuerſis or-
dinibus & moribus diabolo inſeruiũt & di
uerſis quoq; nominibus nuncupantur qui-
dam ſunt hæretici quidam manichei alij ve
ro apoſtate, alij ſciſmatici donatiſte, & ſimi
les de quibus in l. manicheos. C. de hæretic.
& l. j. & l. hi qui ſanctam. C. de apoſta. & ha
betur per gl. Abb. & alios doct. in rub. & in
c. j. de apoſta, & de ſciſma, et hoc eſt quod in
effectu voluit dicere tex. in c. excõicamus
lo j. & lo ij. in princ. extra de hære. vbi di-
xit. faciens quidẽ habentes diuerſas caudas
autem adinuicem colligatas, quia de vani-
tate conueniunt in idipſum. per facies dico
diuerſas intellexit de diuerſis ordinibus hę
reticorũ ſiue ſortilegorum, per caudas adin
uicem colligatas intellexit de vnico cultu
eiuſdẽ diabolice religionis, quia omnia eo-
rum opera tendunt ad cultum Sathane ſiue
in mente & intellectu ſiue in corpore fiant.
ad hoc vide quæ dixi ſupra in primo euidẽ
35 tiali huius. q. † Ille igitur mulieres de qui-
bus in d. c. epi dicũtur proprie hæretice ex
quo perſiſtunt in illo errore, putantes aliqđ
numinis eſſe in illis deabus & illas eſſe ve-
ras deas relicto deo ſaluatore noſtro, vt in
c. j. de ſum. trini. & xxj. q. ij. qui ſine ſaluato
re. & c. firmiſsime. de hæret. Iſte vero ſtrigi
mage magi & ſortilegi qui ſcienter & ex
propria malitia peccant relinquentes diui-
num cultũ & Chriſti fidem & ſcienter adhe
rentes diabolo quem ſciunt & cognoſcunt
eſſe diabolum infernalem & inimicum dei
non dicuntur proprie ſtricte hæretice, quia
nullo dicunt̃ errore ſeducte, ſed potius apo
ſtate perfidie, quia ſcienter propria temeri-
tate receſſerunt a fide Chriſti quanuis iſta
earum apoſtaſia lõgo tempore indurata &
pertinaciter defenſata tranſit in hæreſim vt
diximus ſupra ti. j. q. ij. & dicunt. gl. & doct.
in rubr. extra de apoſta. & habetur per im-
peratorem in l. j. & hi qui ſanctam. C. eo. tit.
vbi apoſtate proprie dicuntur qui ſcientes
& propria authoritate ſiue potius temerita
te retrocedunt a fide chriſtiana vt habetur
in d. l. j. & in gl. rub. & in c. j. extra eo. tit. &
per S. Tho. in ij. ij. q. xcv. arti. v. & vj. in tit.
de ſuperſti. ad quæ faciunt quæ diximus ſu
pra in primo euidentiali, & ſupra etiã. q. ij.

Et not. vnum valde ſingulare ꝙ iſtorum
apoſtatarum due ſunt ſpecies, vna eſt ꝗ ſim
pliciter retrocedit a fide & ſequitur cultũ
& obedientiam demonis, & altera eſt quæ
poſtquam Chriſti fidem abnegando poſter-
gauit & deiecit ex corde ſuo iterũ ſe bapti-
zat expreſſe in nomine diaboli, & aliud no
men ſibi ſuperimponit licet vtraq; ſpecies
ſit damnata prior tñ ſi ſit peccatum ſuum re-
uocat admittitur ad pœnitentiam & euitat
pœnas corporales ſicut hæretici, vt l. mani-
cheos. C. de hære. ſecunda vero ſpecies nũ-
quam admittitur ad pœnitentiam in foro
iudiciali ex qua poſsit euitare pœnas cor-
porales ẽt ſi milies abiuraret profeſsionem
illam & vellet ad Chriſti fidem reuerti non

Source : BIU Cujas

uditur quo ad iſtum effectũ, & iſte eſt tex. valde not. ad hoc in d.l.hi qui ſanctam, & bi gl.C.de apoſta.eodem modo irremiſſibiliter puniuntur qui abnegato baptiſmate chriſtiano iudei effecti ſunt & inter iudeos cõmorantur, vt l.j.C.de apoſta.quo ad animam vero in foro conſcientie admittit pœnitentia iſtorum ab eccleſia & aliorũ quorumcunq;.vt no.in d.l.manicheos per doc. & habetur in c.ad abolendam.& c.firmiſſi. de hære.per glo.in c.excõicamus.el ij. eo.ti.& c.ſuper eo.tit.lib.vj.& diximus ſupra ii.j.q.v.circa fi.& iſta ſit prima differentia quæ reperitur inter iſtas quo ad nomen & ordinem profeſsionis. † Secũdo differunt in modo profitẽdi,quia ille de quibus d.c.epi.nõ faciunt profeſsionem expreſſam cum demone ſicut iſte nec credũt inſerre demoni,ſed deluduntur ſub ſpecie bo... & propterea dicit tex.ibi quod diabolus poſtquam illarum mẽtem captiuatam tenet transformat ſe in diuerſas ſpecies perſonarum. Tertio differunt,quia ille nulla cõficiunt ſortilegia nec maleficia in humanis aut brutorum corporibus et nemini nocent niſi ſibi ipſis & propterea non dicuntur maleficę,ſeu hęretice,iſte vero ſunt deterioris conditionis, quia nocent multis per diuerſa maleficia, vt latius ſupra vidiſtis in ij.& iij.qõ. Quarto diſconueniunt in hoc quia non reperitur quod ille aliquem maleficiatum curauerint,& ipſa maleficia contrarijs maleficijs abſtulerunt,iſte vero publice incumbunt cure & medelis maleficiorum & poſtquam aliquem dicto morbo curauerint ſepius indicãt maleficiantem ſaltim aliquibus indicijs,vt habetur per S.Augu.in lib. x.de ciui.dei.& in iij.de trini.& S.Tho.in d.q.v.primę partis,trac.q.in tit.de mira.& habetur xxvj.q.v.nec mirũ.§.necromanti. ver.ad hæc omnia. Quinto quia ille licet inſeruiant demoni virtualiter tamen inſeruiunt ſub forma dearũ bonorum numinũ, iſte vero proprie demoni ſedẽti in ſolio maieſtatis cui, vt vero & vnico Principi reddunt obedientiam vt ſupra latius diximus in ij.& iij.q. Sexto quia nõ apparet quod ille de quibus in d.c.epiſcopi accedãt ad ludos,& exerceant ibi choreas & ſaltationes & demum coitum carnalem habeant cum ſicut iſte per ea quę ſupra latius in hac quęſtio.concluſimus,& per S.Tho.d.quæſt.v.

Septimo diſcordant in hoc,quia ille nulla celebrãt ſacrificia, nullaſq; imagines offerunt,neq; baptizant,aut reſponſa petunt, iſte vero cuncta opera huiuſmodi faciunt, vt ſupra late vidiſtis in ij.& iij.q.& in hac etiã in primo & ij.fundamento. Et ꝙ ſint diuerſi ordinis ſpecie differẽtes apparet ex diuerſitate tractatuum & capitulorum et ẽt authorum.ea enim quę diſponuntur in d.c. epiſcopi.decreta fuerunt in concilio Aquiren.diſpoſitio autem.c.nec mirum ſumpta fuit ex doctrina textualium ſcilicet Aug.in lib.x.de ciui.dei.cum igitur ex diuerſis auctoribus temporibus & cauſis decreta ipſa ſtatuta fuerint ſuperflua fuiſſet alterius deciſio ſi vtrunq; eundem caſum comprehenderet vel deciderit cõtra no.in.§.quibus in prima conſti.C.& in c.ſi papa de priuileg. lib.vj.ne igitur iſtud incõueniens ſuperfluitatis ſuccedat dicamus quod c.epiſcopi loquatur de diuerſa ſpecie mulierum ab iſta & ab illa de qua in d.c.nec mirũ maxime cum in veritate plures reperiuntur ſpecies & diuerſe profeſſorũ ſub hac diabolica religione, vt ſupra dictum eſt in primo euidẽ
37 tiali. †Sed contra prędicta oppo.& dico quod immo d.c.epiſcopi loquitur de iſtis ſtrigi magis maſculis & fœminis & de omnibus ſortilegis vt apparet in princi.ipſius c.dum dicitur quod epiſcopi & eorum miniſtri curam habeant ſortilegam & magicã artem a zabulo inuentã extirpare & ſi aliquem uirum aut mulierem huiuſmodi ſceleris ſectatorem inuenerint ex parochijs ſuis omni ſtudio eliminare & deijcere curet.Solu.verum eſt quod oẽs illi qui ſunt diabolice religionis & ſub illius obedientia debent a limine eccleſiarum & a Chriſti fidelium communione rebelli ſiue ſint hęretici ſiue ſciſmatici,ſiue apoſtate,magi,necromãti,ſortilegi cuiuſcunque ſint ordinis & gradus aut quocunque nomine nuncupentur quo ad hoc vt a fidelium Chriſti conſortio ſeparẽtur omnes equiparantur ex quo omnes dãnati ſunt & dicũtur veluti oues morboſe & ab ouili Chriſti fideliũ penitus externe & merito ſunt igitur ab ipſorum conſortio ſeparande, vt l.ij.C.de ſum.trin.& l. hi qui ſanctum.C.de apoſta.c.firmiſsime.& c.ad abolendam extra de hęre.& in clemẽ. j.eo.tit.& d.c.epiſcopi in princi.licet enim quo ad hoc ſint equiparati nõ ſequit̃ ergo quod quo ad omnia cenſeantur eſſe equiparati, vt not.in c.excommunicamus in princip.el j.& lo ij.de hæreti.licet enim iuris lator in prin.d.c.fecerit mẽtionem de hac ſecta,nihilominus poſtea dum loquitur de illis mulieribus in ſpecie mutauit caſum in facto in verſi.ibi illud etiã nõ eſt ommittendum quod quædam ſcelerate mulieres re-

Source : BIU Cujas

tro poſt Sathanam conuerſe. &c. qui eſt diuerſus a præcedenti vt patet ex his quę tradit S. Tho. in d. q. v. j. partis tract. qq. titu. de
38 mira. † vbi dicit quod demones poſſunt mirabiliter in nobis operari dupliciter, vno modo per veram corporis trãſmutationem & per veros effectus corporeos. Alio modo per apparentiam & illuſionem ſenſuum ex aliqua immutatione imaginationis per quę verba voluit intelligere de vtraq; mulierũ ſecta ſubiungẽs ẽt ꝙ neutra tñ ipſarum operatio eſt miraculoſa, ſed ex rebus naturalibus, & per modum artis demonis ſubtilitate inuenta, & hæc ſufficiant quo ad ſolutionem oppoſitionis factę de d. c. epi. Ad illud ſecũdum dico dum adducitur illud incõueniens ꝙ demon portare poſſet &c. ſol. colligit ex his quæ dicit S. Tho. in d. v. verſi. reſpondeo in ti. de mirac. vbi dicit ꝙ demones multa poſſent facere quæ nobis viderentur eſſe miracula, tñ ea facerẽt eorum naturali virtute & ex rebus naturalibus ſi a deo facere permitterentur, ſed quia non permittũtur ideo ea facere non poſſunt quę quidem facultas fuit illis adempta per paſſionem dñi noſtri Ieſu Chriſti vide ibi, vt ſingulariter dixit S. Bonauen. in iij. ſen. diſt. xix. q. iij. & diximus ſupra q. pręcedẽti, nec eſt mirandum ſi demon ſtrigimagas et alios ſuos profeſſos defert corporaliter, quia id facere poteſt deo permittente, ex quos ſunt oues gregis diabolici, vt latius diximus ſupra ea. q. in iiij. fundamen. iſtius vlti. opi. & tetigi etiam ſupra in vltimo fundamen. eiuſdem poſt ſeptimam differentiam inter d. c. epiſcopi & ſectam ſtrigarum. Pro quo optime facit dictum illud S. Bonauen. in iij. ſen. diſt. xix. q. iij. nu. xxij. & xxiij. de quo diximus ſupra qõ. proxima contrario ſenſu. ſi enim diaboli potentia fuit depreſſa & debilitata per paſsionem dñi noſtri Ieſu Chriſti a quo fuit manus attrahens penitus abſciſſa, manus vero cõpellens debilitata & eius vires coanguſtate fuere illud eſt verum reſpectu chriſtianorũ pro quibus effuſus fuit ille ſanguis pretioſus, illi vero qui ſunt extra baptiſmum & abnegarunt fidẽ Chriſti ſicut pagani ſunt reputãdi & ſunt extra omnem gratiam & beneficium ſalutis, vt d. c. firmiſsime, de hæret. & l. hi qui ſanctã, C. de apoſta. ergo ſequitur ꝙ diaboli potẽtia quo ad iſtos remanet illeſa, & per conſequẽs ipſos deferre poteſt ad libitum accedente maxime ipſarum mulierum voluntate & con
39 ſenſu. † Ad tertium dico ꝙ demones nõ poſſunt extendere eorum vires contra iuſtitiam humanam & eripere captiuos de manibus publice iuſtitie, quia deus nõ permittit, vt dicit S. Auguſt. in lib. x. de ciui. dei. & S. Tho. d. q. v. in ti. de mira. alias ſequeretur ꝙ demonis potentia eſſet ſupra diuinã et ꝙ iuſtitia omnino periret & iura omnia ſubuerterentur ꝙ deus nullo modo, patitur vt dicit Tho. ibi vide quæ dixi ſupra eo. q. v.

Ad quartum non negatur immo conceditur ꝙ demones poſſunt mirabilia operari in imaginatiua & humano intellectu quæ veriſsimilia ſunt & vera vndiq; eſſe videãtur, ex hoc tñ nõ ſequitur ꝙ nõ poſſunt aliquas operationes naturales efficere & mouere corpora inferiora, vt late diximus ſupra in j. fundamento, & ẽt in ſecundo huius concluſionis S. Tho. in d. q. v. verſi. rñdeo, vbi dicit ꝙ omnes poſſunt mirabiliter in bonis operari dupliciter, vno modo per veram corporis tranſmutationem, alio modo per præſtigioſam mentis illuſionem & formas apparentes, vt habetur in d. c. epi in ij. parte. Ad quintum dum datur de illo exẽplo, reſpondeo ꝙ demones facile poſſunt homines decipere dum capiũt mulieres ad ludos prædictos & illorum ſacrificia celebranda neceſſe eſt quod habeant mulieres in corpore & earũ naturali forma ſi ea quæ cupiunt perfici volunt & propterea ne ſequatur ſcandalum aut periculum cõtra ipſas, Sathanas mittit alium demonem in forma ſuccubi qui iacet ad latus mariti loco vxoris, & quoties contingit omnia vxoris officia in thoro cõiugali ẽt coitus ſubire nõ denegat, ſed libenter appetit, & adeo ſe bene accomodat ꝙ quemcũq; ẽt ſapientiſsimum falleret. vide S. Tho. in d. q. v. & dixi ſupra late in primo fundamento concluſionis & in ij. euidẽtiali, dum dixi de operationibus incuborum & ſuccuborum. Nempe vellem quod hi qui tenent aliam opi. quod deferũtur ſolum in ſpiritu reducerent mihi intellectum illum ad practicam. Aut enim volunt ꝙ nemo capiat partem ſpiritus. ſ. animę qa ſpiritus hominis idẽ eſt quod anima, vt no. declarat Archi. in c. Moyſes. xxxij. q. ij. & hoc facere non poteſt, quia anima eſt vnica in ſubſtantia & indiuiſibilis & nullam recepit diuiſionem in q̃titate nec in qualitate vt dicit Philoſo. in primo de anima, & eſt gl. no. & ibi Abb. in c. j. de ſum. trini. in ver. ſimplex. & Bar. in l. ſtipulationes nõ diuidũtur. ff. de ver. obli in iij. opp. vbi dicit quod anima eſt indiuiſibilis, & eſt tota in toto & tota in qualibet parte corporis, aut volunt quod demon capiat totum ſpiritum, ſiue to,

Source : BIU Cujas

tam aīam, & neceſſe eſſet quod remaneret hoīs cadauer et ſic mortuū abſente anima, & ſequeretur maius incōueniēs, quia eſſet in ptāte demonis auferre vitā homini & illi defuncto reſtituere & ſic mortuū ſuſcitare quod ē impoſsibile, quia ſoles deus hoc facere pōt, † & nulla creatura neq; Angelica, neq; humana habet hanc facultatē ſuſcitandi mortuū, vt dicā infra in x.q.vii nō video qūo illorū opinio poſsit ſaluari intelligēdo de ſtrigis & magis, et ſi tu diceres nō dico qd demon auferat totā nec partē anime, ſed deludit dormiētē per illa ſigna pręſtigioſa formata in ītellectu, ſiue intellectui pręſentata p immutationē imaginationis ꝙ facere pōt demon, tunc rñdeo ꝙ eſt impoſſibile vt tot naturale operationes q̄ fiunt per iſtā ſectā ſtrigimagarū maleficorū & aliorū ſimiliū fieri poſſunt in ſpiritu ſolo qui interueniat corpus et membra naturalia, quo modo enim poſſent in congregationibus & ludis p̄dictis tot choreas reuerentias & retrogradas ſaltationes efficere niſi corpus adeſſet qūo poſſent coitū carnis īplere quē faciunt in ſinguli cōgregationibus ludis cōpletis, niſi corporaliter intereſſent, nec dicēdum eſt ꝙ ſit pollutio ſomnitatis, quia demones poſſunt vere & corporaliter cū mulieribus coitū perficere & illas qñq; reddere prægnātes in aſſumptis coporibus, ſecundum ea quę ſupra diximus in ij. euidentiali iſtius.q. ergo ſequitur neceſſario quod corporaliter pficiunt, nō nego tamen ꝙ ēt non poſsint in ſomnijs pollui diabolo operāte. Quomodo etiam poſſent illorū ſacrificia et cerimonias celebrare, & imagines illis imponere ſi in ſolo ſpiritu hęc fierent quarum imaginum olim vnam vidi Romę & manibus palpaui. & erat vera ſpecies materialis habens materiam & formā & formata erat ex quibuſdam mixturis mihi ignotis, qūo ēt poſſent tot maleficia, & ſortilega contra humana corpora fabricare, niſi corporaliter intereſſent, in ſpiritu enim et in ſomnijs nemini vnq̄ vidi iniuriam fieri nec occidi quemq̄. Cū igitur operationes iſte & alie hm̄oi q̄ ſunt naturales & corporee nō poſſunt fieri, niſi corpus & mēbra, ergo ſequić ꝙ ſtrigimage & alij ſimiles deferunt & iter ſunt corporaliter & nō in ſpiritu ſolo, & p iſta ſū expeditus de iſta ſeptima difficili.q.

## SVMMARIVM

1 *Demon maleficis ſiue ſortilegis* vtitur tan*quam inſtrumentis ad nocendum corporibus humanis.*

2 *Demon nō poteſt hominem in aliam trāſformare ſpeciem.*

3 *Maleficium quandoque abſque veneno, et ſola carminis et verborum potentia pficitur.*

OCTAVO quęro ſi demō
per † ſe nō poteſt nocere cor
1 poribus chriſtianorū qui nō
ſunt de ſua religione, quia
deus id non permittit, vnde
fit ꝙ ſepius īfantes ad latus
parentum & in proprijs gremijs matrum
reperiuntur quandoq; ſuppreſſi & eorum
corpuſcula conſciſa & mutilata aut aliqua
alia intrinſeca egritudine polluta ex qua ſe
pius moriuntur. ſol. dic ꝙ licet demon per
ſeipſum corporibus chriſtianorum nocere
nō poſſit ad illos maleficiādū vtitur inſtru
mēto malefice, ſiue magi q vel q̄ cūvnctioni
bus pulueribus cęteriſq; mixturis malefi-
cis et veniēs p̄dictis infantibus et alijs in oc
culto noctis ſilētio dū dormiunt parētes &
oēs quieſcūt ipſe demon aperit oſtia etiam
ſi fortiſsimis ſeris clauſa eſſent & illas ma-
leficas intromittit per oſtiū, dico aut qñq;
per feneſtras in domo maleficiādi quos ſic
intromiſſos inſtruit qūo facere debeant &
ne lux candele aut lucerne impediant ma-
leficum ne diſcooperiatur, aut cognoſcat a
maleficiādo ipſe demon in aſſumpta forma
felis ſiue gatte lucernam, lampadem ſine cā
delā, quā lucentē reperit illico extinguit vt
maleficus ipſe commodius poſsit maleficia
ſua perficere, quibus per actis maleficus
tutus abit. demō vero vt facilius illinc rece
dere poſsit aperit oſtia deide recludit ꝓut
ante illa reperierat, nec putes, vt quidam
ignari vulgares aſſerunt, ꝙ ipſe ſtringe ſeu
malefici transformēt ſe in ſpeciē gatte, aut
2 alterius aialis bruti, † quia hoc eſt impoſſi
bile demoni ꝙ poſſint hominē trāſformare
in alterū ſpeciē, vt diximus ſupra.q.p̄cedē.
& dicemus īfra eo.q.x. bene verū ē ꝙ ipſe-
met demō aſſumit illas varias formas, et fa
cit opationes illas de q̄bus. ſupra ſcdm ꝙ
declarat.ſ. Auguſ.ī li.x. de ciui.dei.& in iij.
de trini, &.ſ.Tho.d.q.v. primę partis.qq.di
ſpu.ī ti. de mira.&.ſ. Bonauē. ſup.iij.ſen.q.
iij. & in.c. epiſ. xxvj.q. v. & vt facilius
& ſine periculo ipſi malefici poſſit perfice-
ra dicta eorum maleficia demon eſt illi prę
uius & tanq̄ dux in tenebris illis quos
ducit ad lectum maleficiandi diſcoperit
pannos & oſtēdit omnia quę facienda ſunt

Source : BIU Cujas

dormientibus omnibus quibus ipſe demon imponere poteſt iuxta caput ſemine quædam aut pulueres ex quibus introducitur profundus ſomnus, quibus ſic dormiẽtibus introducit maleficum & omnia perficit, & hoc ego alias deferri audiui a duabus mulieribus maleficis quas pro maleficijs hmôi præ manibus examinãdus accepi & eſt veriſimile, ꝙ ita ſit, quia nunꝗ reperi nec audiui ꝙ aliquis maleficus ſiue malefica fuerit vnquam apprehenſus in flagranti crimine. & videt quodãmodo impoſsibile quod euntes in domos alienas, & per ſecreta domus nocturno tempore clauſis oſtijs atque feneſtris poſſent ita tute in obſcuris tenebris ingredi & euadere abſq; aliquo rumore vel ſcandalo niſi haberent ducem demonem qui alias in operibus ipſis ſaluas red-
3 deret. † Quandoq; nullo veneni hauſtu vel mixtura in corpore vel extra corpus adiecta, ſed ſola potẽtia carminis, & verborum perficitur maleficium, vt habetur in d. c. nec mirum. §. magi. xxvj. q. v. vbi tex. refert dictũ Lucani Mens hauſti nulla ſanie polluta veneni &c. Et ego alias vidi Romę quendam magum excellentiſsimum grecum tẽpore Adriani vj. anteꝗ perueniret ad vrbem Ponti. ipſe qui ſolis verbis compreſſerat vires cuiuſdam ferociſsimi tauri exiſtentis in armento in loco ſilueſtri quem ſic affixum, vt ita dixerim & humiliatũ apprehendidit per cornua & chordula quadã ſatis debili arte tñ magica fabricata taurũ ipſum ligatum quo voluit adduxit media nocte circiter quatuor aut quinq; miliaribus & hęc notoria ſunt quę viſa fuerũt per ducentos & vltra viros quem poſtea habui in carceribus capitolinis examinandum & omnia iſta & maiora quoq; ingenue fatebatur verborum potentia efficere poſſe, quod tamen poſtea euaſit imperfecto examine fauoribus populi Ro. & quorundã magnatũ.

## SVMMARIVM.

1 *Maleſice in manibus publice iuſtitie exiſtentes quare non faciant ſe deferri per demones ad mortem euitandam.*

2 *Diabolus eorum mortem quos habet ſubiectos optat, quo plene prædam eorũ habeat tutam.*

3 *Strige ſeu lamie qualiter cognoſcantur vere penitere.*

4 *Malefici in carcerati euadere non poſſunt, ex quod deus non permittit hoc caſu demones ſuam potentiam exercere.*

1 NONO quero quare eſt q † poſtꝗ iſti malefici & ſtrigimage ſunt in manibus publice iuſtitie incarcerati, nõ faciunt ſe corporaliter deferri a demonibus ex his carceribus, in quibus iacẽt, ut poſſint ſaluare vitam & euadere pœnas corporales, quod quidam iudices curioſi qñq; tentauerunt experientiam rei videre, & tñ nihil fecerunt, qa poſt multa viderunt ex eorum ſortilegijs nullum penitus effectũ ſortiri huiuſmodi corporalis delationis, & propterea multi tenuerũt ꝙ ipſi malefici & ſtrigimage corporaliter deferri non poſſunt a demone. pro ſolutione iſtius. q. due redduntur rationes per ſacros Theologos & canoniſtas in c. nec merum. xxvj. q. v. prima eſt quod demõ qui nil auidius cupit ꝗ animas multas lucrari, ad tenebras inferni multifariam fraudibus homines protrahere, ꝗ primum videt hominem ipſum apprehenſum & illius anima ſub ſua poteſtate ſubiectã nil aliud querit, niſi vt ſeparetur a corpore, vt quam adhuc ſub conditione retinet certam lucretur, quę poſſet per pręſentiã illius imperium ſubterfugere, & ſe reunire cum
2 chriſtifidelibus. † ad hoc igitur vt certã eius prædã poſsideat ſemper querit illius mortem & diſſolutionẽ animæ a corpore, quia nõnulli quãdoq; reperti ſunt qui reuocauerunt errorem ſuum & grauem ſuſceperunt ex commiſſo crimine pœnitentiam & reſiduũ vitæ ſuæ ſanctiſsime duxerunt & propterea dicunt quod tunc diabolus nil aliud ſatagit nec laborat in alio, niſi in perſuadẽdo ipſi malefico vt perſiſtat in eius opinionem ipſam nullatenus reuocet, ſed in ea perſeueret vſq; ad finem vite, quia licet adducatur ad furcas et ſuper imponatur igni demon ſtatim illum arripiet corporaliter & liberabit a laqueo & flãmis adeo quod nullum pœnitus dolorem patietur & caſu quo mori contingeret tranſibit ſine pœna ſupplicij, & liberabit ſe a tot periculis huius mundi & longe maioribus gaudijs in alio ſeculo fruetur cum eo, his igitur illuſionibus & falſis perſuaſionibus ab eo premunitus ſepius tenaciter perſeuerat in eius opinione nec curat quoquo modo errorem ſuũ reuocare, & pœnitentiam agere, ſed obſti-

natus

Source : BIU Cujas

natus omittit potius vltimo ſupplicio peri mi. Quædam vero ex ipſis maleficis mulieribus reperiuntur quæ erroris ſui mirabiliter pœnitere videntur, & maximis fletibus agere pœnitentiam quæ omnia ficte peragunt nullamq; gerũt in corde meſtitiã aut vere pœnitentie amaritudinem. †Ad cognoſcendum autẽ an vere vel ficte pœniteant maxime mulieres quæ habent faciles lachrimas aduertendum eſt ad oculos ipſarum an in fletu & gemitu huiuſmodi emittunt lachrimas, quas ſi non emittunt nulla adeſt cordis contritio, ſed omnia ſimulate fiunt,& alias audiui a quodam excellentiſſimo canoniſta qui erat etiam optimus theologus quod regula iſta eſt verifsima,maxime in mulieribus quæ non laborant multũ in lachrymis & dixit mihi quod lachryme ipſe ſunt ſigna manifeſta vere,& interne pęnitentie,& adduxit mihi text.de pœn.diſt. j.c.petrus.& cap.lachryme vbi dr̃ quod lachryme lauant delictum quod pudor eſt cõfiteri,& hr̃ Luc,iij.c.& ego illas habui in facto nõdum tertius eſt elapſus annus Rome, in agro Sabinẽſi,dum quandã vetulam maleficam examinarem quæ iam xx. anni in ipſa profeſsione cõpleuerat & infinita quodammodo & ſortilegia venefica ſuis mixturis fabricauerat et magnum chriſtianorũ numerum diuerſis ęgritudinibus pollutũ reddiderat,quoſdam vero occiderat, raros vel nullos ſanauerat, quæ poſtquã confeſſa fuit crimen dum ego proſequerer illius examinationẽ per horas duas & vltra quam maxime videbatur condolere de ſuis commiſsis exceſsibus & cõtinuos fletus & ſuſpiria cõficiebat aſſerens velle profeſsionem illam omnino relinquere & ad veram orthodoxe fidei religionẽ reuerti,veruntamen in iſta fletus & ſuſpiriorũ copia nullã vnquã ẽt minimam lachrymam emittere potuit, ad quod ego alias inſtructus plurimum aduerti & viſum fuit quid valde mirabile quod mulier fleret ſine lachrymis,& niſi vidiſſem fortaſſe non credidiſſem,licet in viro nõ ſit mirandum ex quo ipſi duriores ſunt in lachrymis.non tamẽ nego quin mulieres poſſint in multis configere lachrimas, vt alias dixit Cato.inſtruit inſidias lachrymis dum fœmina plorat. in actu tñ pœnitentie videtur quid mirandum,ſed dici poteſt quod diuina iuſtitia hoc agit fauore pœnitentie.

4 †Secunda ratio redditur quare nõ poſſunt euadere,quando ſunt incarcerati,quia diuina iuſtitia & tunc non permittit dæmonem poſſe ſuam naturalem potentiam exercere in illos ne aliqui iudices & officiales curioſi forſan videntes aliqua ſigna manifeſta liberationis eorum innitarentur ad proſequendum illorum profeſsionẽ. & hoc eſt quod dicit Augu.in lib.iij.de tri.in x.de ciui.dei.& S.Tho.in tract.q.j.partis.q.v.in ti. de mira.& canoniſte in c.nec mirum.xxvj. q.v.quod deus impedit potẽtiam dęmonis in quibuſdam pro conſeruatione chriſtiane fidei,vt late diximus ſupra eo.ti.vij.q. quia alias fides ipſa chriſtiana paulatim tota ſubuerteretur maioremq; poteſtatẽ videretur habere diabolus quã deus & iudex qui eſt miniſter dei.xj.q̃.iij.nemo cõtemnat.& c. ſeq.& ideo tũc deus reſiſtit dęmoni & illius vires comprimit per ea quę no.S.Aug.in li. x.de ciuit.dei.& refert & ſequitur S.Tho. in d.trac.qq.d.q.v.& dixi ſupra eo.q.vij.

## SVMMARIVM.

1 *Sortilegia & alia maleficorum opera quando hæreſim manifeſte dicantur ſapere.*

*Deo ſoli reſeruata quæ ſint, nec vlli permiſſa creature.*

2 *Secreta cordis humani ſolus deus poteſt rimari.*

3 *Dæmon quæ & qualia in cognitione habeat a naturali potentia.*

4 *Maleficorum ſeu ſortilegorum duplex profeſsio,tacita videlicet,& expreſſa.*

5 *Sortilegia quomodocunque facta per eũ qui eſt expreſſe profeſsionis diabolicæ hæreſim cenſetur ſapere.*

6 *Maleficia facta per eos qui ſunt de tacita pfeſsione diabolica quando hæreſim ſapiant & quando non.*

7 *Sortilegiũ factũ cũ hoſtia cõſecrata vel cũ ſanguine xp̃i an manifeſte ſapiat hæreſim.*

8 *Sortilegia facta ad calefaciendũ cor frigidũ,hæreſim ſapere non videntur.*

9 *Auxilium diuinum nõ poteſt implorari per ſortilegia per commixtionem ſacramentorum facta.*

*Imagines facere ad amorẽ mulieris prouocãdũ potius ſuperſtitioſum eſt quã hæreticũ.*

10 *Inuocatio dæmonis quando hæreſim ſapere dicatur.*



Source : BIU Cujas

*Imploratio auxilij dæmonum ad ſciendum futura ſapit hæreſim.*

11 *Inuocatio dæmonum per modum orationis eſt proprie hæreſis.*

*Aduocati debent in poſitionibus formandis eſſe cauti.*

12 *Sacerdotes pro viuis miſſam defunctorũ celebrãtes in odiũ ipſorum, an ſint hæretici.*

*Imagines calcare aut alias contennere, an ſit hæreticum.*

13 *Sacerdos in celebratione non conſecrans, an ſit hæreticus reputandus.*

14 *Sortilegia in quibus immiſcentur reliquie ſanctorum, an ſapiant hæreſim.*

15 *Sortilegia quæ fiunt cũ permixtione chriſmatis, aut aque baptiſmatis, an ſapiant hæreſim.*

16 *Sacramenta poſita in ſortilegijs amatorijs nullos producunt effectus.*

17 *Sortilegia quæ fiunt cum rebus in eccleſia benedictis, an & quando hæreſim ſapiant.*

18 *Hæreſis quibus caſibus committatur in ſortilegijs.*

*Sortilegium factum cũ rebaptizatione alicuius hæreſim ſapit.*

19 *Dæmonis ſuffragium inuocare ad ſciendum vel faciendum ea quæ ſoli deo competunt eſt hæreticum.*

DECIMO vidẽdum eſt an & quando huiuſmodi ſorti-
1 legia, †& opera maleficorũ ſapiunt hæreſim manifeſte, ita ꝙ ipſorum rei, & machinatores iudici eccleſiaſtici inquiſitoris hęretice prauitatis examini ſubijciantur & hæreticorũ pœnis puniantur. Reſpõdeo in hoc deueniendum eſſe ad diſtinctiones. Sed antequã ad vlteriora procedam pro euidentia. Præſuppono primo quod quædã ſunt quæ ad ſolũ deũ creatorem pertinent ex quo illa reſeruauit ſibi in priuilegium nulliq; creature ẽt angelicę illa conceſsit. Prout eſt hominẽ verũ naturalẽ creare, vt hr̃ Gene.ij.& S. Tho. in j. parte trac.qq.in ti.de poten, generan. & de creatio. q.ij.art.vj.& q.iij.art.j. & ij. & iiij. Vel iã creatũ in melius aut deterius reformare, aut ĩ alterã ſpeciẽ cõmutare, vt ibidẽ. Itẽ mortuũ ſuſcitare, ita vt vere & naturaliter viuat ſicut reſuſcitatus fuit Lazarus q iam quatriduanus erat, vt hr̃ Io.xj.& qñ ẽt filium illius vidue dũ deferretur ad ſepulturam ex feretro ſuſcitauit & ſurgere iuſſit, vt hr̃ Mat.xviij. Itẽ futura ſcire ex vera & perfecta ſcientia ad ſolũ deũ pertinet vt dr̃ Eſa.xlj.c. annuntiate nobis quæ futura erunt & dicemus, quia dij eſtis vos. Itẽ cœli motũ ſiſtere ab eius vnica volũtate dependet, vt inquit S.Tho.in trac.qq.in j.par
2 te.q.j.art.iij.& vj. †Itẽ ſecreta cordis humani quę in animo ſunt occulta nec dũ ad aliquem actum extrinſecũ deuenerũt ſolus deus eſt ſcrutator & verus cognitor, vt hr̃ Matth.xxij.c.vbi Chriſtus optime cognouit ſecreta cordis Phariſeorũ qui cupiebãt ipſum calũniari apud Cęſarẽ ex eo ꝙ vocabat ſe regẽ Iudęorũ, & propterea interrogarũt ipſum cui nã deberẽt offerre tributũ ipſi vel Cęſari, tunc Ieſus petijt ab eis vt oſtẽderẽt ſibi monetã aliq; ſi habebãt, & vnus ipſorũ exhibuit numiſma ꝙ Ieſus vidẽs interrogauit cuiuſnã eſſet illa imago in numiſmate ſculpta, at illi reſpõderunt, eſt Cæſaris imago, tunc Ieſus reſtituẽs illis numiſma dixit. Reddite ergo quę ſunt Cæſaris Cęſari, & quę ſunt Dei Deo, demonſtrans quod Deus nõ querit theſaurũ pecuniarũ ſed corda fideliũ & opera charitatis, de pœni.diſt. j.ecce.& c.ſeq.& diſt.ij.c.radicata.& c.ſeq. & not.in c.a nobis.de ſent.excõ.& in c.j.q cle.vel vouent. Et iſta ac his ſimilia nullus dęmonũ nec angelorũ facere aut cognoſcere põt, ſed ſolus deus, vt dixi.& hr̃.ij.q.iiij.
3 c.cõſuluiſti. †Quędã vero ſunt ſub cognitione & naturali potẽtia dęmonis, & q̃ demõ ipſe permiſſu diuine clemẽtie facere poteſt, quia ſibi nõ reprimit, & hęc multa ſunt inter quę eſt tentãdi facultas & flectẽdi pudicos animos ad libidinẽ & ad alia peccata, vt hr̃ in Apoca.ij.ecce miſſurus eſt diabolus aliquos ex vobis in carcerẽ vt tentemini, vt habeatis tribulationem diebus decem, nolite timere &c.S.Aug.lib.x.de ciui. dei, & S.Tho.in ij.ij.diſt.xcv.q.ij.in titu.de ſuperſtit.& hr̃ Gene.iij.& Matth.iiij.Mar. j.Luc.iiij.vbi diabolus auſus fuit tentare Chriſtum & diximus ſupra eo.q.vj. Item omnium naturaliũ & virtutum creatarum cognitio tam ſuperiorum q̃ inferiorũ ex quibus quidẽ rebus naturalibus inferioribus multa fiunt veneficia ex quibus diuerſe & quãplurime cauſantur infirmitates in humanis corporibus ſciuntq; dictas ęgritudines, ſic ex accidenti expoſitas contrarijs

remedijs curare ꝙ quidẽ ſcientiam natura-
liũ dęmones poſſunt homines docere & in-
ſtruere quõ facere debeãt ad ſauciandũ ſa-
nandũ ve corpora hmõi vt proxime dixi-
mus ſupra eo.ti.in vj.q. & alia hmõi quam
plura facere poſſunt eorũ natura & ꝑmiſſu
dei, vt dicit S. Tho. in tract. qq. prima parte
q. v. de mira. & eo. lib. q. x vj. arti. vij. de de-
mon. Quibus ſic præſuppoſitis nunc di-
ſtingue, aut†ſortilegus malefica ſiue ma-
gus ſunt de expreſſa profeſsione diaboli,
ca, ꝙ eſt qñ expreſſe abnegarũt Chriſti fi-
dem & iterũ ſe baptizarũt in nomine Beel
zebub, vt plene diximus ſupra eo. d. q. vj. &
q. iij. & habetur in l. hi qui ſanctã. C. de apo
ſta. & malefici hmõi ſunt tacite profeſsio-
nis quod eſt qñ nondum ſe remouerũt pœ-
nitus a diuino cultu & a fidei chriſtiane re-
ligione, nec celebrant expreſſum dæmonis
cultũ per ſacrificia diabolica, nihilominus
habent quandã tacitã & occultã amicitiam
ſeu familiaritatẽ cũ dæmone & alijs male-
ficis propter quam quædã conficiunt ſorti-
legia & operationes ſuperſtitioſas quæ nõ
poſſunt abſq; dæmonis ſuffragio & inſtru-
ctione compleri ſeu effectũ ſortiri, vt ſunt
ligature execrabiliũ remediorũ & incanta
tiones quas faciũt iſte muliercule, vt pluri-
mum cũ ſchedulis omnibus aut alijs mixtu
ris ſiue ligaturis ſuſpendendis aut ligandis
ad collum, maxime qñ ſtudet ſanare perſo
nã maleficiatã, & hoc eſt quod dicit text. in
c. nec mirum. in prin. in ver. ad hæc omnia.
xxxvj. q. v. & S. Aug. lib. x. de ciui. dei, vbi
dicit ꝙ in iſtis omnibus ars dæmonũ eſt ex
quadã peſtifera ſocietate hominũ & ange-
5 lorũ malorũ exorta. †Primo caſu dic ꝙ
qualitercũq; fiunt ipſa ſortilegia per illum
qui eſt expreſſe profeſsionis ſemper dicun
tur ſapere hæreſim manifeſte ſi non reſpe-
ctu operis ſaltẽ reſpectu operãtis qui eſt ve
re & proprie hæreticus ex quo relicto deo
proprio creatore adorat dæmonẽ tanquam
vnicũ Deum, & propterea dr̃ hęreticus, q̃a
cõtrauenit primo diuinorũ præcepto. Vnũ
cole deũ &c. Itẽ primo ex articulis chri-
ſtiane fidei, Credo in vnũ deum &c. Itẽ di-
cendũ eſt qui non eſt hæreticus, tñ in ipſis
ſortilegijs fabricandis aſſociat ſibi hæreti-
cũ vel puerum rebaptizat &c. vt dicit glo.
in d. ca. accuſatus. §. ſane. de hæreti. libr. vj.
Et licet quędã ex his quæ faciunt ſint de
his quę dęmõ facere poteſt naturaliter quę
regulariter non deberẽt ſapere hęreſim ma
nifeſte, tamen in iſto caſu dici poſſunt hęre
tica nõ reſpectu rei, ſed reſpectu operantis
& hoc eſt quod voluit dicere glo. in d. c. ac-
cuſatus. §. ſane qui exẽplificat plures caſus
in quibus ipſa ſortilegia ſapiunt hæreſim
manifeſte inter quos ponit iſtos. ſ. qñ ſortile
gi ad ipſa ſortilegia conficienda aſſociãt ſi-
bi hæreticũ aut puerũ rebaptizãt &c. quę-
6 dam alia his ſimilia faciunt. †Secũdo aũt
caſu quando hęc fiunt ab his qui ſunt tacite
profeſsionis, & tunc diſtingue ſecũdũ ꝙ fa-
cit Old. in cõſil. ccx. quod incipit, regularis
habet traditio &c. vbi dicit qđ aut implora
tur auxilium dæmonis ad ea faciendũ aut
cognoſcendum quæ ipſe demõ ſua natura-
li virtute & poteſtate facere poteſt diuina
virtute non reprimente ſicut eſt hominẽ tẽ
tare ad peccandũ aut flectere pudicos ani-
mos ad libidinem & ſimilia facere, vt dictũ
eſt ſupra late in iij. & vj. q. & iſto caſu non
ſapiunt hæreſim manifeſte, vt dicit gloſ. &
not. Archid. Gem i. & cęteri doct. in d. c. ac-
cuſatus. §. ſane. idem eſſet ſi eius virtus in-
uocetur ad reuelãdum furta vel alia occul-
ta præſentia vel præterita, ad præparandũ
docendumq; medelas ad ſanandum malefi-
ciatum. iſta licet fieri omnino prohibeantur
dæmonis auxilio de iure canonico, vt ha-
betur in c. ij. de ſortile. vbi copioſe per Pa-
nor. & xxvj. q. vltima. c. admoneant. tamen
non ſapiunt hęreſim manifeſte qđ patet ex
genere pœne, vt in d. ca. ij. de ſortile. & per
Old. in d. conſil. ccx. Aut imploratur auxi-
lium dęmonis ad cognoſcendũ vel facien-
dũ ea quę de ſui natura ſcire aut facere nõ
poteſt quia ſunt de his quæ pertinet ad ip-
ſum creatorẽ, vt ſupra late diximus, & tũc
ſi quis putat dęmonẽ poſſe facere per ſeip-
ſum illa quæ ad ſolũ deum pertinẽt eſt hæ-
reticus & pagano deterior. d. c. epiſcopi. §.
7 qſquis. in fi. & d. c. qui ſine ſaluatore. †Sed
quero quid ſi aliquis aſſumeret hoſtiam ſa
cratã in ſortilegijs ipſis quę fiũt maxime ad
amorẽ, in quibus ſępius iſta ſacra miſcẽtur,
vt diximus ſupra in ij. & iij. q. an iſta ſapiũt
hęreſim manifeſte qñ in eis nullus hæreti-
cus interuenit, diſtingue aut illa fiũt ad effe
ctũ cognoſcẽdi animum mulieris vel viri ſi
amat illũ aut illã qui vel quæ ſortilegia fa-
cit vt ſæpius faciũt iſti amãtes qui ſunt de-
mẽtes, aut fiunt ad effectũ inducendi amorẽ
erga ſortilegum aut ſortilegam in corde il-
lius amate perſone quæ nullũ vel minimũ
habet amorẽ. Primo caſu non videtur ꝙ ſa
piant hęreſim manifeſte ex quo in hoc ſor-
tilegio imploratur auxilium illius ſacramẽ
ti ad ea quæ ſunt ꝓpria diuine virtutis. ſ. ad
reuelãdũ ſecreta cordis hoium ſcd̃m quod



Source : BIU Cujas

concludit Old.in d.conſi.ccx,de quo ſupra
proxime diximus hæreticum potius eſſet ſi
pro notitia occultorū prędictorum quis in-
uocaret auxilium dæmonis,putās dæmonē
poſſe ipſa reuelare ex certa ſcientia ſecun-
dum ꝙ dicit idem Oldra.in d.conſi. & dixi
mus ſupra. Et ſecundū hoc not. quod multi
hodie incidunt in hanc ſpeciē hæreſis,quia
plures ſunt ex iſtis amantibus fatuis qui fa-
cere ſtudēt hæc eorum ſortilegia, cum alijs
diuerſis rebus,vt ſciant animum amaſie,ſi-
ue amaſij,an teneat dilectionē ſui. vt hi qui
in hac opinione perſiſtunt firmiter id credē
8 tes ſunt hæretici,alias non. †Secūdo ve-
ro caſu quando fiunt ad effectum calefaciē
di cor frigidum & iſta ſimiliter non viden-
tur quod ſapiant hęreſim manifeſte,quoniā
inuocatur ſuffragium illius ſacramenti ad
diligendum,ſed dilectio in ſe non eſt pecca
tum,immo videtur eſſe meritum apud deū,
vt habetur in diuinis p̄ceptis. Diliges pro-
ximum tuum ſicut teipſum.& nota.Matth.
xxij.c.& dixit Pau.Apoſto. ſi omnes virtu
tes habuero charitatem autē non habeā ni-
hil ſum,& not.in c.firmiſsime.de hęre. glo.
tamē in d.§.ſane.c.accuſatus de hæreti.lib.
vj.videtur tenetur cōtrariū ꝙ ſortilegia in
quibus interuenit hoſtia conſecrata ſapiūt
hæreſim manifeſte dum ponit plura exem-
pla in quibus ſortilegia ipſa ſapiūt hęreſim
manifeſte ponit etiam iſtud de per ſe quan-
do interuenit hoſtia conſecrata,nec ſpecifi
ce ponit ad quem effectum illa fierent, vn-
de intelligi pōt ad omnem turpem effectū,
maxime vbi vertitur materia peccati & ab
iſta opinione quę fauorabilis eſt pro fide nō
diſcederem,vt dicit tex.in d.cap.accuſatus,
maxima enim temeritas eſt illius chriſtiani
qui in rebus vanis & laſciuis tanti ſacramē
ti abuſum audet miniſtrare,& ad ea quæ ſu
pra in contrarium adducebantur. Reſpon-
deo,nec nego quod diuina virtus precibus
implorata ad reuelandum ea quæ ſacratiſ-
ſima ſunt in corde hominū hoc facere poſ-
ſet,quia hæc ſunt ſub eius arbitrio & pote-
ſtate,non autem dæmonis,qui eſt creatura,
hoc eſt verum quotieſcunq; conſultatio ip
ſa fieret debito modo iuxta ritū veri diuini
cultus & chriſtiane religionis & per modū
ſacrificiorū quę in eccleſia celebrantur per
bonos ſacerdotes,non autem iſto modo ſu-
perſtitioſo & retrogrado,iuxta not.in c.ni-
hil in ſacrificijs.de conſecra.diſt.j.& not.in
c.cum marthe. de celebra.miſ. vide domi.
Ioan.lec.in ſum.confeſ.in titu. de ſortile.q.
9 xix.& q.viti.†per iſta enim ſortilegia non
imploratur auxilium ſacramenti mixti in
factura aut ipſa diuina virtus ad reuelandū
iſta, ſed potius dæmonis ſuffragium vt illa
reuelet per abuſum iſtorum ſacramentorū
cui omnia huiuſmodi opera ſortilegia im-
molantur per illam amicitiam quā ibi male-
fici habent cum dæmone ſecundum pacta
inter eos inita.xxvj.q.v.c.nec mirum.ver.
ad hęc omnia.& Ioan.lec.in ſum.confeſ.eo.
ti.c.ij.& hoc faciunt in opprobrium diuine
maieſtatis & ſi qua reſpōſa reuelationis in-
de ſequātur illa profecto ſunt diabolica &
non diuina, ſed iſtum tam turpem abuſum
ſacramētorum diabolus inſtruit hominem
facere vt ſub eo ipſe facilius adoret ab ho-
mine i dedecus diuine bonitatis,& hoc mo
do hominem decipit,vt dicunt canoniſte &
ſacri Theologi in locis ſupra nota. in vj.&
vij.q.& habetur in d.c.epiſcopi.Ad ſecun-
dū dū dicebatur ꝙ diligere in ſe nō eſt pec-
catum eſt verū qn̄ dilectio eſt ipſa in chari-
tate fundata,tunc enim eſt opus meritoriū
deo,quia charitas eſt recta voluntas ab om-
nibus terrenis,ac præſentibus penitus ad-
uerſa iuncta vero deo inſeparabiliter vnita
igne quodam ſpiritus, omnis extranee cor-
ruptionis neſcia , nulli vitio mutabilitatis
obnoxia,ſupra omnia quæ carnaliter dili-
guntur excelſa,& in effectu conclude quod
illa eſt dilectio maxima circa diuina & ec-
cleſiam vel erga proximū propter deū quę
reſpicit anime beatitudinē nō hæc munda-
na fragilia.vide tex.præclarū de pœni. di.
ſtin.ij.c.charitas eſt vbi plura ſingularia de
charitate narrantur,hæc.n.eſt illa charitas
& dilectio quæ habet meritum regni cœle-
ſtis,hæc eſt illa de qua locutus fuit Paulus
Apoſtolus & Matth.xxij.c.& de qua loqui
tur diuinum præceptum.& tex.in d.cap.fir
miſsime. & ibi gloſ.cetere vero dilectiones
carnis quę terrene ſunt potius habēt anne-
xum peccatum ꝙ̄ meritum reſpectu vltimi
effectus qui eſt carnalis coitus,& propterea
ille qui putat ſacramentum euchariſtie ope
rari ea q̄ ſunt mediate vel immediate pec-
catum eſt in maximo errore,nec caret ma-
nifeſte hæreſis ſuſpitione, nihilominus in
iſtis ſemper me refero ad communē Theo-
logorum opi. & rectum iudiciū ſancte ma-
tris eccleſiæ. Oldradus autem in hac ma
teria in conſil.ſuo. ccx. ꝙ incipit regularis
habet traditio &c. ſic diſtinguit dicens ꝙ
ſortilegia ſimplicia, item pocula amatoria
vel aſſumere hoſtiam non ſacratam iſta nō
inducunt hæreſim.vt in cap.primo de ſor-
tile,& in rub,eo,titu,l,ſi quis aliquid.§.qui

Source : BIU Cujas

abortionis.ff.de pœni.& cap.de homine.de celebratio.miſſ. Imagines vero facere ad amorem mulieris prouocandum dicit ipſe quod magis videtur eſſe ſuperſtitioſum quã hæreticũ. Sed circa hoc duo ſunt cõſiderã da. Primum eſt modus inuocationis quomodo inuocatur dæmonis ſuffragium. Secũdũ eſt conſiderãdum circa rem quæ expetitur.
10 †Primo igitur caſu aut inuocatur auxiliũ dæmonis per modum imperij & ſuffragij, aut per modũ adorationis & cultus latrie, primo caſu aut imploratur ad tentandũ & flectẽdum pudicos animos mulierum ad libidinẽ vel his ſimilia quæ ſunt de propria dæmonis natura & non ſapiunt hęreſim, vt habetur in Apoca.ij.c.ecce miſſurus eſt diabolus aliquem ex vobis in carcerem vt tentemini &c. & habetur Matth.iiij. Mar.j.& Luc.iiij.hoc enim eſt proprium dęmonis tẽtare hominem ad peccandum, vt ibi dicitur & diximus ſupra ea. q.in princi. Aut imploratur eius auxilium ad ſciendum futura vel ad aliquid aliud faciendũ ꝙ ſoli deo creatori competit,& tunc ſapiunt hæreſim manifeſte, quia vult attribuere creaturę ꝙ eſt propriũ creatoris,vt c. accuſatus.§.ſane
11 de hæreti.lib.vj.& ibi not.doct. †Secundo vero caſu principali quando inuocatio illa fit per modum adorationis & cultus latrie adorando diabolum abſq; dubio illud ſapit hæreſim immo eſt proprie hęreſis adorare diabolum,ſi enim adorare hæreticum eſt hæreſis non propter perſonam, ſed propter vitium in quo eſt graue peccatum, vt dicit Old.ibi.& Gemi.in d.ca. accuſatus.§. ſane.ita & multo fortius adorare diabolum eſt opus hęreticum,quod enim maius & deteſtabilius vitium eſt quam adorare diabolum,& hic non ponderatur perſona,ſed vitium quod committitur in illa adoratione.

Et ideo diligenter eſt aduertendũ ad modum & formam,quibus dæmonis ſuffragiũ inuocatur,quia ſi per modũ imperij & gratificationis & petuntur ea quæ diabolus facere poteſt nõ ſapiunt hæreſim,ſi vero per modum certe adorationis,tũc ſapiunt hęreſim expreſſe per ea quæ proxime diximus quę fuit ſingularis doctrina Old.in d.conſi. ccx. Ex qua not.ſingularem cautelam in practica pro aduocatis vt ſint cauti in formando poſitiones & interrogationes ꝙ per modum imperij ſeu gratificationis quis inuocauit auxiliũ dæmonis & iſto modo euitabitur labes hæreſis,ſi vero ponat ꝙ ꝑ modũ adorationis & veri cultus latrie quis incidit proprie in hæreſim, per ea quæ ſupra
12 diximus. Poſt hæc vidẽdum eſt† quid de ſacerdotibus qui cauſa doloris ſpoliant altaria & celebrant miſſas veſte lugubri in liuorem & odium alicuius inimici, vel celebrant miſſas defunctorum pro ipſis viuentibus & ſumunt præces vt citius moriantur vel incurrant mortis periculũ,nunquid iſta ſapiunt hæreſim manifeſte?dic ꝙ non,ꝙ apparet reſpectu pœnæ q̃ imponitur pro iſto crimine.xxvj.q.v.quicunque, & clarius dicetur infra eo.quæſtio.ſeq. vbi tradetur de pœnis iſtorum. Deinde quero quid ſi clerici/vel laici crucem aut imaginem beatę Mariæ virginis,ſeu aliorum ſanctorum irreuerenti auſu proiecerunt in terram & ſpinis, vel vrticis ſuppoſuerũt,aut pedibus forſan calcauerint,an iſta ſapiant hæreſim manifeſte vel dicantur proprie opera hęretica, & ſimiliter dicas ꝙ non, licet grauiſsimum ſit peccatum in ſe.c.ſi canonici.§.fina.de offic.
13 ordi.lib.vj. Vlterius†quero quid ſi ſacerdos celebrat vnam aut plures miſſas ſuper hoſtia q̃ nunquam ſacrauit ſi poſtea cõmunicat ſe cum illa an incidat in hæreſim. vel dicatur hæreticus ex eo, ſimiliter ſi aliquis acceperit hoſtiam ſuper qua celebratæ fuiſſent vna aut plures miſſe,non tamẽ fuit ſacrata & illam immiſcuerit in ſortilegijs,maxime his quæ fiunt ad amorem , an incidat in hæreſim ſacerdos qui miſſas illas ſcienter celebrauit, & ille qui hoſtiam commiſcuit in ſortilegijs,dic ꝙ neuter committit hæreſim quamuis grauiter peccat vterque. c.de homine.de celeb.miſ.& per Old.in d. conſil.iij colum.& diximus vnum verbum ſupra ea.q.in princi.& habetur per d.Ioã. lect.in ſumma confeſ.eodẽ titu.q.xij.& vj. Nec omittam eos qui in ſortilegijs ſuis apponunt imagines illaſq; baptizant ſub nomine perſone maleficiãde vt affigant in eo vel ea illud accidens ꝙ ipſi vel ipſe deſiderant an iſta ſapiunt hæreſim manifeſte, dic ꝙ conſiderandum eſt ad quem effectũ imagines ille fuerunt fabricate,& ad quem effectum tendunt ſortilegia,& ad quid imploratur auxilium dæmonis, aut ad ea quæ facere põt virtute ſua naturali,aut ad ea quæ ſpectãt ad creatorẽ,itẽ ſub quo modo & forma imploratur dæmonis ſuffragiũ , aut per modũ imperij/& gratificationis, vel per modum adorationis & cultus latrie,de quibus omnibus diximus ſupra eadem.q.ideo non inſiſto vlterius in declaratione,vide do. Io.
14 lec.in ſum.confeſ.eo.ti.q.xij. †Quid de his q in ipſis ſortilegijs immiſcent reliquias ſanctorũ martyrũ.ſ. particulas oſſiũ carnis

aut neruorũ capillorũ vnguiũ & ſimiliũ vel
particulas aliquas veſtiũ eorundē vel dñi
noſtri Ieſu Chriſti beatæ virginis Mariæ
ſeu aliorũ ſanctorũ aut ſanctarum,an ſorti-
legia ipſa dicantur eſſe hęretica vel ſapere
hęreſim manifeſte ꝓſuppoſito ꝙ immixta
fuerint in ſortilegio amatorio,vt ſæpius fie
ri ſolet,dic qđ non ſunt hęretica nec ſapiũt
hereſim manifeſte quãuis negari nõ poteſt
quod ſunt valde ſuperſtitioſa damnãda qđ
eſt verũ qñ fierent ipſa ſortilegia ad flectē-
dum pudicos animos ad libidinem vel ad
alios effectus qui fieri poſſunt per dæmonē
& non interuenit cultus adorationis, ſi ve-
ro interueniret cultus adorationis,& fierēt
ad ſciendum illa quæ pertinēt ad Deũ ſem-
per ſapiunt hæreſim manifeſte, vt late dixi
mus ſupra proxime. vide S. Tho. in ſumma
ij.ij.diſt.xcv.arti.iij.ver. dicēdum.in tit. de
ſuperſti.vbi hoc idē tenet.idē etiam Io.lec.
15 in ſumma cõfeſ.eo.ti.q.xvj. Modo†que-
ro quid de his qui ſacramenta eccleſiarum
vt eſt oleũ ſanctũ baptiſmatis,criſmatis,vel
extreme vnctionis, aut aquã fontis baptiſ-
matis in dictis ſortilegijs cõmiſcuerint an
ſapiant hæreſim.vt ſupra & breuiter dicas
ꝙ nõ,quod patet ex diuerſitate pœnarum
indictarum pro hmõi maleficijs quę ſunt di
uerſe a pœnis hæreticorũ,de quibus in cap.
ad abolendã.& c.vergētis. extra de hęreti.
& late diximus ſupra ti.j.q.vj.Quod tamen
eſt verũ qñ per ipſa ſortilegia nõ implora-
tur auxiliũ dæmonis,niſi ad ea quæ de ſui
natura facere poteſt, de quibus alias dixi-
mus ſupra ead.q.& q.vj.& vij.ſi vero inuo
catur ad ea q̃ nõ ad ipſum,ſed ad deũ crea-
torē ſpectant ſine dubio tunc ſaperent hæ-
reſim manifeſte, vel ſi dæmonis ſuffragium
inuocatur per modũ adorationis & cultus
latrie,quia ipſi ſortilegi & eos conſulentes
adorarent cũ deuotione diabolũ, tunc illo-
rũ opera eſſent hęretica,alias ſi per modum
imperij vel gratificationis,dicas ꝙ non,vt
ſupra proxime diximus, & per Old. in d.
conſi.ccx. Et ideo dic quod ſi quis in ip-
ſis ſortilegijs quęreret auxilio dęmonis ſci-
re ſi mulier in corde ſuo amat ipſum aman
tē,vel econuerſo qñ mulier ſortilegat erga
virũ iſto caſu ſortilegia ſapiunt hęreſim ma
nifeſte,quia ſecreta cordis hominum nemo
ſcit,niſi ſolus deus,& cui ipſe voluit reuela
re,& hr̃.ij.q.iiij.ca. conſuluiſti,& late dixi-
16 mus ſupra ead.q.in princip. †Sed quæro
quando ipſa ſacramēta poſita in amatorijs
ſortilegijs ad flectendum,vt ſupra an operē
tur effectum vt ex potentia illius ſacramen
ti flectatur animus illius ad amandum &c.
dic ꝙ non quia illis non vtuntur debito mo
do nec ad honeſtũ, ſed ad turpē effectũ qđ
vt plurimũ tendit in peccatum ad quæ ope
ra diuina gratia vel ſacramēta eccleſiarum
ſe non extendũt,vt alias diximus ſupra eo.
q.vj.& ideo cõmuniter appellari ſolet iſte
abuſus quidam ſacramentorũ,& ſortilegiũ
xvij.q.iiij.ſacrilegiũ.& c. ſi quis cõtumax.
§.j. Nec dum eſt annus elapſus quod vi-
di Rome caſum iſtum euenire in facto, vbi
due mulieres impudice cum oleo ſancto ba-
ptiſmatis & criſmatis, quo inunxerunt ſibi
labia dicentes quędam turpia verba ad for
mandũ ſortilegium,deinde deoſculabantur
viros a quibus amari cupiebant aſſerentes
quod illud ſortilegium & obſeruantia ope-
rabatur maximũ effectum quo ad iniungē-
dã dilectionē in corde vacuo, nihilominus
vidi ambas fuſtigari per vrbem & mitra-
tas in loco quodam publico notiſsimo tur-
piter dehoneſtari ſecundum quod dicit Pa.
17 normi.in d.c.ij. de ſortileg. †Idē dicēdũ
eſt de his qui in hmõi ſortilegijs amatorijs
immiſcent aquam benedictam ſumptam ex
amphora cõi quæ patet in eccleſia, cande-
las benedictas,frondes palmarũ,ramos oli-
uarum benedictarũ,ſacros agnuſdeos,& ſi-
milia,iſte dicitur potius abuſus quidã ſacra
mentorum,vt ſupra proxime diximus,quã
hæreſis expreſſa,idem dicendum eſt de his
qui aliquas reliquias veſtium ſanctorũ apo
ſtolorum martyrum, aut aliorum ſanctorũ
vel qui particulam lapidis ſacrati purifica-
torij ſuper quo immolatur hoſtia.itē calicis
vel alterius rei benedicte ſiue ſacrate com-
miſcuerint in ipſis ſortilegijs amatorijs di-
cuntur abuti ſacramentis hmõi & grauiſsi-
me peccant citra tamen hæreſis labem, vt
notatur per Old.in d.conſil.ccx.& Panor.
in d.cap.ij.de ſortileg.vbi expreſſe dicit.qđ
quotieſcũq; non interueniunt ea,de quibus
per glo.in d.c.accuſatus.§.quamuis. inuocē
tur dęmones,vt promoueant animũ mulie-
ris ad impudicitiã,licet iſtud ſit grauiſsimũ
peccatũ in ſe,tamē nõ ſapit hæreſim qa pro
prium eſt dæmonis tentare creaturã, vt hr̃
in Apoc.ij.c.& xvj.q.ij. viſis. vide. S.Tho.
in ſum.ij.ij.diſt.xcv.arti.iij.dicendum.in ti.
de ſuperſti.& Io.lec.in ſumma in tit. de ſor
tileg.q.xxv.adulterã qui omnes tenēt quod
per iſta quis non incidit in hæreſim dum ta
18 men fiãt modo prædicto.†Quæ omnia prę
dicta limitanda ſunt pluribus modis,& pri-
mo vt non procedant quotieſcunq; in ipſis
ſortilegijs celebrarentur ſolennia ſacrificia

Source : BIU Cujas

interpoſitis aris, idolis, & alijs de quibus ſupra in iij. & vj. qq. & diabolus adoretur, quia iſto caſu committitur hærens, vt ſæpius ſupra proxime diximus, ita tenet expreſſe Oldra in d. conſi. & Gemi. & alij doct. in d. §. ſane dicentes quod peius eſt adorare diabolũ quam hæreticum. Secũdo limitantur vt non procedãt in ſacramento euchariſtie corporis vel ſanguinis dñi noſtri Ieſu Chriſti, quia tunc committitur hæreſis, ita dicit expreſſe glo. in d. §. ſane. Tertio limitantur quando interueniret rebaptizatio pueri in ipſis ſortilegijs, quia etiam ſaperent iſto caſu hæreſim manifeſtam, vt per d. gloſſ. in d. §. ſane. Quarto limitantur, niſi in ipſis ſortilegijs miniſtrandis hæreticus interuenerit, vt per d. glo. †Quinto & vltimo limitanda ſunt quotieſcunque dæmonis ſuffragiũ inuocatur ad habẽdũ notitiam eorũ vel faciendum ea quæ ſoli deo creatori competũt in preiudicium de quibus plenius diximus ſupra eadẽ q. in prin. & per iſta ſit expedita hęc decima vtilis quæſtio quæ omnia bene nota, quia iſtorũ ſcientia eſt maxime importantie, tam reſpectu examinis, quam pœnarum de quibus dicemus infra q. proxima.

SVMMARIVM.

*Sortilegi quibus pœnis ſint afficiendi.*

2 *Sortilegia quæ fiunt ad habendã notitiã occultorum aut diſtantium non ſapiunt hæreſim, & ideo non puniuntur.*

*Sortilegi qua pœna puniri debeant in foro conſcientiæ.*

3 *Pœna ſortilegorum in foro iudiciali canonico quæ ſit.*

4 *Laici & viles perſone ſortilegia exercentes qualiter puniantur.*

5 *Sortilegus & qui eum conſulit puniuntur pœna capitis.*

6 *Sortilegia amatoria qualiter in foro cõſciẽtie puniantur, & qualiter in foro iudiciali canonico.*

7 *Sortilegia amatoria in iure ciuili capite pleƈtuntur.*

*Pœna ſortilegijs imponenda eſt arbitraria.*

8 *Clericus ſortilegus poteſt officijs & beneficijs priuari.*

*Ignorãtia aut ſimplicitas in ſortilegijs non excuſat.*

9 *Sortilegi venefici qua ſint pœna afficiendi.*

10 *Clericus qui ſortilegiũ veneficum exercuit qualiter puniatur in foro iudiciali canonico, & qualiter laicus.*

11 *Malefici qua mulƈtetur pœna de iure ciuili.*

*Sortilegus ad domũ alterius accedẽs ad perpetrãda maleficia qua ſit afficiẽdus pœna.*

12 *Conſulens aut vocans maleficos ad maleficia facienda, punitur capitis pœna.*

13 *Torqueri poteſt quilibet cuiuſuis conditionis pro crimine ſortilegij.*

*Sortilegus quo caſu tradatur beſtijs vorãdus.*

*Artem ſortilegam ſeu magicã docens & diſcens pari pœna pleƈtuntur.*

14 *Sortilegi membri virilis languedinem inducentes, aut alias vim generatiuam impedientes, vltimo afficiuntur ſupplicio.*

*Sortilegia ad bonum finem exercens an ſit puniendus.*

15 *Maleficiatos curans per ſortilegia non punitur de iure ciuili, ſed de iure canonico ſic.*

16 *Aſtrologi & chiromantici ſecundum aſtrorum curſum aut ſigna manuum futura pronoſticantes an ſint puniendi.*

17 *Sacerdos cauſa doloris aras ſpolians aut luminaria conſueta extinguens qua afficiatur pœna.*

18 *Clericus vel etiam laicus imaginem crucis vel alicuius ſanƈtorum conculcans, qualiter puniri debeat.*

19 *Iudæus ſuper crucẽ immunditias proijciens qua pœna mulƈtandus.*

*Sacerdos qui ſciẽter miſſas celebrauit ſuper hoſtia non conſecrata pro ſortilegis faciendis, qualiter puniatur.*

20 *Prohibitum aliquid facere aut efficere aliquod antecedens neceſſarium ad illud, paria ſunt.*

21 *Imagines baptizantes ad ſortilegia facienda, qua ſint afficiendi pœna.*

*Reliquias ſãƈtorũ aut eccleſie ſacramẽta ſortilegijs immiſcẽtes pari pœna puniuntur.*

22 *Aſtrologi futura prædicentes qua ſint pœna mulƈtandi.*



Source : BIU Cujas

*Sortes in euangelijs quærentes librum aperiendo vel alias, debent puniri.*

23 *Sortilegus in opere ſanatiuo multas orationes dicẽs, ſed aliqua verba ſecrete adijciẽs nõ ſatis congruẽtia, aut ſit puniendus.*

14 *Breuia aut ligaturas ad collũ maleficiati ſuſpẽdendas faciẽtes, quæ continẽt aliquid extrinſecũ, an & qualiter ſint puniendi.*

*Deus Acherõ, in breuibus adijci ſolitum, an ſit verbum diabolicum.*

25 *Deo mammone ſacrificãtes vt fiant diuites qualiter puniri debeant.*

26 *Sacramenta aut alias res ſacras aut benedictas eccleſiæ ſortilegijs admiſcẽtes pari pœna puniuntur.*

27 *Sortilegia de iure ciuili vltimo puniuntur ſupplicio, his demptis quæ fiunt ad liberationem maleficiatorum.*

*Diuinatio quæ fit per ſomniorum interpretationem an ſit prohibita.*

28 *Incantationes quæ fiunt contra ſerpentes quando ſint punibiles.*

1 VNDECIMO poſt præmiſſa videndum eſt† quibus pœnis iſti ſortilegi puniuntur in qua ſimilis diſtinctio de qua ſupra repetenda eſt, aut ſapiunt hæreſim manifeſte, aut non primo caſu pœne ipſorum declarate fuerũt ſupra tit.j.q.iiij. vbi copioſe diximus, quibus pœnis puniuntur hæretici. ſecundo vero caſu qñ non ſapiunt hæreſim expreſſam diſtingue aut ſumus in prima ſpecie ſortilegiorũ diuinatiua aut in ſecũda quæ eſt amatoria, aut in tertia q̃ dicitur malefica de quibus alias diximus ſupra eo.ti.q.ij. Primo caſu aut fiunt ad habendum notitiam futurorum aut eorum quę in corde ſunt hominis & iſta quia ſapiunt hæreſim manifeſte vt ſupra proxime diximus puniuntur pœnis hæreticorũ de quibus ſupra. idem eſt ſi in illis commiſcerent hoſtiã ſacratam aut alia de quibus per glo. in d.c. accuſatus.§.ſane.de hære.lib. vj. quia tunc ſortilegia ipſa ſaperent hæreſim manifeſte & hæreticorum pœnis eſſent puniendi qui præmiſſa faciunt, ita dicit Oldra. in d.conſil.ccx. Panor. in c.ij. extra eo. titu, & dixi-
2 mus ſupra proxima, quæſtio, circa fin, † aut fiunt ad habendum notitiam præſentiũ occultorum, prout ſunt furta, rapine, incẽdia, tractatus, adulteria, homicidia occulta, & his ſimilia facinora, aut eorum quæ iã facta ſunt de præterito ſeu eorum quæ in longinquis partibus fiunt & ſimilium, quia tunc non ſapiunt hæreſim manifeſte alijs pœnis puniuntur, quia ſi eſt clericus de iure canonico ſiue diuino in foro conſciẽtie ſubijcitur pœnitentie. xl. dierũ extra collegium eccleſiæ ſiue communionem fidelium, quæ imponitur per ſacerdotem, qua ſubijciuntur etiam laici, vt eſt tex. in c.j. de ſortileg. & ibi Panor. & alij qui ita declarant tex. illum, licet glo. fi. videatur aliter ſentire, ſed ipſa loquitur de pœnis iudicialibus imponendis a iudice eccleſiaſtico in toto contentioſo ſecundum iura quę gloſ. ipſa alleg. vt infra proxi-
3 me dicam. † Aut ſumus in foro cõtentioſo iudiciali canonico poſtquam delictũ innotuit curie, & tunc pro eodẽ crimine imponunt grauiores pœne, quia clericus erit ſuſpenſus a diuinis & ab altaris miniſterio per annum & vltra ad arbitrium iudicis ſecundum facti qualitatem aut turpitudinem & perſonarum conditionem quo termino elapſo clericus ipſe ſtatim ipſo iure reuertitur ad priſtina ſua, ita dicit tex. in c.ij. eo. ti. & ibi per do. Abb. quem vide, & Felyn. & alios. laicus vero regulariter excommunicatur. xxvj.q.v. nõ oportet. Sed hoc eſt verũ quotieſcunque ex ſimplicitate & bono zelo clericus peccaſſet ſecundũ terminos, d.c.ij. alias grauius punietur, quia deponitur ab omni ordine ſacro & priuatur omnibus beneficijs & intruditur in monaſteriũ ad agendum perpetuam pœnitẽtiam, vt habetur. xxvj.q.v. ſi quis epiſcopus. & ibi gl. idem tenet Panor. in d.ca.ij. & not. ꝙ vltra pœnas prædictas poterit iudex eccleſiaſti-
4 cus exercere etiam alias pœnas † cõtra laicos huiuſmodi ſortilegia exercẽtes quia ſi ſerui ſunt & viles perſone poterunt mitriari, & fuſtigari & alijs ſimilibus modis dehoneſtari, digniores vero poterũt relegari vel ad perpetuos carceres condemnari, vt in c. contra idolorum. xxvj.q.v. quod eſt verũ, & procedunt ille vltime pœne quotieſcũq; alias moniti laici ab ipſis ſortilegijs noluerint ſe abſtinere, & ſic de his q̃ pluries inciderũt in crimẽ. vide Panor. in d.c.j. de ſortileg. in gl. fi. vbi ſubiungẽdo dicit. not. quod licet iſtud ſit crimen eccleſiaſticum, tamen non eſt mere eccleſiaſticũ, quia iudex ẽt ſecularis poteſt de hoc crimine cognoſcere pariterq; punire, licet reos ipſos pœnis gra

Source : BIU Cujas

5 uioribus proſequatur. † De iure autem ciuili punitur pena capitis, tam ille ſortilegus, & magus, q̃ ille qui conſulit ipſos & ſortilegia ipſa confici mandat. & iſte text. in lege. nemo. C. de malefic. & matthe. iſti enim diuinatores ſunt multum deo abhominabiles & exoſi, ratio eſt, quia volunt ſe facere equales deo dum diuinam poteſtatem quæ vertitur in cognitione futurorum ſibi vſurpare cõtendunt, & eſſe ſimiles deo, & dicit do. lo. de turre cre. in c. contra idolorum. xxvj. q. v. quod quemadmodum Lucifer & primi noſtri parentes voluerunt eſſe ſimiles deo in altitudine, & pulcritudine in cognitione & ſcientia boni, & mali, ideo oẽs de celo deiecti fuerunt quorũ qdã in profundum inferni, quidã ve ro in hoc variarũ calamitatũ mũdo peruenerunt, ita dicendum eſt de iſtis diuinatoribus qui in cognitione futurorum volunt eſſe equales deo, de eccleſia dei quæ pro celo figuratur omnino expellẽdi ſunt & a Chri
6 ſti fidelium gratijs repellendi. † Aut ſumus in ſecunda ſpecie quæ dicitur amatoria, & ſi in ea interueniunt ea quæ narrantur per glo. in d. c. accuſatus §. ſane. dicendum eſt ꝙ ſapiunt hereſim manifeſte & puniũtur penis hereticorum, vt ſupra proxime diximus. idem dicit Abb. in d. c. j. de ſortileg. aut illa nõ interueniunt & non ſapiũt hereſim, & dic aut ſumus in foro conſcientie & eadem. xl. dierum penitentia ſubijciũtur tam clerici q̃ laici ſicut alij de quibus ſupra d. c. j. de ſortil. qui text. loquitur indiſtincte, & generaliter de quibuſcunq; perſonis, & de hac etiam ſpecie ſortilegiorum in qua viget eadem ratio intelligi poteſt. arg. tex. in c. ſi quis epiſcopus. xxvj. q. v. vbi loquitur de omni ſpecie, ex quo etiam non datur diuerſa ratio inter caſum & caſum. arg. l. illud. ff. ad legem aquil. cum ſimi. & ita tenent doct. ibi. Si vero ſumus in foro iudiciali de iure canonico & eiſdem penis punitur clerici atq; laici tam prima q̃ ſecunda vice, prout ſupra proxime diximus in pręcedenti ſpecie. xxvj. q. v. c. non oportet. c. ſi quis epiſcopus. c. aliquãti. c. cõtra idolorum. & c. augurijs, quæ omnia iura maxime. c. non oportet. & c. aliquanti loquuntur de pluribus ſpeciebus ſortilegio-
7 rum, & de iſta quoque loquuntur. † De iure ciuili ſimiliter eadem pena capitis puniũtur. d. l. nemo. C. eo tit. quæ omnes ſortilegorum profeſſiones ac ſortilegiorum ſpecies complectitur: vide tex. ibi, & gl. & l. eorum, in princ. eo. ti. vbi tex. vř equiparare quo ad penas illos maleficos qui flectunt pudicos animos ad libidinem, & illos qui contra ſalutem hoĩum moliti ſunt, omnes enim ſeueriſsimis penis ſunt puniendi, quæ non denotant niſi vltimum ſupplicium, vt not. glo. in d. l. eorum. in princip. & l. multi.

Et circa premiſſa nota vnũ ſingulare, ꝙ dixit Abb. in d. c. ij. de ſortileg. quod pena imponenda iſtis ſortilegis vel eos conſulentibus eſt arbitraria poteſtq; iudex illam aggrauare ſeu grauiorem aut leniorem imponere ſecundum qualitatem facti conditionem perſonarum & animum delinquentis & ſecundum ipſas qualitates & accidentia penas ipſas moderari, arg. l. hodie. & l. aut facta. ff. de pen. & l. quid ergo. §. pena grauior. ff. de his qui not. infa. xxiiij. q. j. non afferamus. Hoc tamen procedit de iure canonico in foro eccleſiaſtico, de iure tamẽ ciui
8 li, ſecus eſt, vt ſupra proxime dixi. † Et nota etiam aliud quod dicit Abb. ibi. ꝙ clericus per huiuſmodi ſortilegia de quibus ibi potuiſſet officijs & beneficijs eccleſiaſticis priuari. argu. tex. xxvj. q. v. c. aliquanti, ſed ibi ideo clericus ille fuit dignus miſericordia, vt illa minori ſuſpenſionis pena puniretur, quia ex ſimplicitate peccauit & bono zelo pro inueniendis bonis eccleſie quæ fuerant furto ſubtracta, vt dicitur in d. c. ij. alias grauius fuiſſet punitus, quæ nota pro limitatione eorũ quæ ſupra dixi.

Et nota etiam hoc aliud quod in iſtis criminibus non parcitur ſimplicitati nec ignorantie, quia licet ſortilegia ipſa facta fuerint bono zelo & ad bonum effectum. ſ. reperiendi res eccleſie furto ſubtractas, nihilominus puniuntur qui illa conficiunt aut conſulunt facientes. d. c. ij. de ſortileg. & ibi Panor. vbi dicit ꝙ iſto caſu mitius puniuntur ex quo text. iuncta hac doctrina apparet deciſio illius caſus an licet hec ſortilegia fieri ad ſanandum corpora maleficiata, & ſi quis maleficis remedijs & arte prędicta aliquos ſanauerit an puniatur et qua pena de quibus habetur xxvj. q. vlt. admo-
9 neant & dicemus ea. q. loco ſuo, † Aut ſumus in tertia ſpecie principali quæ dicitur venefica, & ſi in ea interueniunt aliqua de his quę narrat glo. in d. c. accuſatus §. ſane. dicendum eſt quod ſapiunt hereſim manifeſte & penis hereticorum ſunt puniendi vt alias diximus ſupra. ſi vero ea non interueniunt vel alia his ſimilia, & tunc aliter puniuntur, quia aut ſumus in foro conſcientie & punitur fabricans & ille qui conſulit penitentia exilij. xl. dierum extra gremium

Source : BIU Cujas

eccleſiæ & fidelium cõmunionem.d.c.j.de
ſortilegi.iuncto c.ſi quis epſ.xxvj.q.v.& li
cet tex.in d.c.j.loqui videaẗ de alia ſpecie.ſ.
diuinatoria , tñ c.ſi quis epiſcopus. loqui-
tur generaliter de omnibus & in fine vna
& eadẽ pœna omnes punit qua pœna tam
clerici ꝗ laici ſubijciuntur, quia tex.in d.c.
j.loquiẗ generaliter & indiſtincte.l.de pre-
cio.ff.de public.& xxvj.q.v.aliquanti.&
cum hac ſolu.videntur tranſire doct.in d.c.
j.nullam facientes differentiam de aliqua
10 ſpecie ſortilegiorum aut perſonis. † Aut
ſumus in foro canonico contentioſo , & ſic
in foro fori, ſi laicus hoc crimine peccauit
prima uice erit excõicatus et ab eccleſia re
mouendus erit xxvj.q.v.ſi quis epiſcopus.
& c.aliquanti.ſi vero ſemel monitus adhuc
in eodem propoſito perſeuerando iterũ cõ-
miſit idem delictum, & tunc ſi eſt vilis per-
ſona debet fuſtibus cedi ſiue fuſtigari publi
ce per vrbem mitriari & publice tanquam
infamis dehoneſtari, digniores vero relegã
tur in carceribus ſiue ad perpetuos carce-
res condemnantur xxvj.q.v.contra idolo-
rum Clerici vero efficiuntur infames &
omnibus officijs atq; beneficijs eccleſiaſti-
cis priuantur.& nihilominus ipſi quoq; in-
truduntur in carceribus ;aut in monaſteriũ
ad agendum perpetuã pœnitentiam xxvj.
q.v.ſi quis epiſcopus.& c.aliquãti.& ſequẽ.
in hoc tñ non recederẽ ab opi.Abb.de qua.
in d.c.ij.de ſortileg.ꝙ ſit conſideranda con-
ditio perſonæ, qualitas facti, & animus de-
linquentis, & ſecũdum qualitates illas pœ-
nas ipſorũ,quandoq; augere,qñq; vero mi-
11 nuere,iuxta ſanum iudicis arbitriũ. † De
iure autem ciuili hæc ſortilegia grauius pu
niuntur , quia iura ipſa multum abhorrent
artem maleficam,vt in toto ti.C.de maleſi.
& mathema.& ideo omnes iſti malefici pu
niuntur vltimo ſupplicio.l.nemo.l.multi.l.
& ſi excepta.& l.eorum.in prin.C.eo.ti.&
ideo lex vocat illos humani generis inimi-
cos ex quo vtplurimum querunt innocen-
tum corpora illis veneficijs labefactare di-
dicta;l.multi.& l.& ſi excepta,ubi etiam ap
pellantur hoſtes communis ſalutis dicta l.
multi , & naturæ humanæ inimici.l.fin.eo.
titu. Regulariter igitur puniuntur pœna
captis tam ipſi magiſtri quam hi qui illos
conſulunt & hæc fieri mandant.d.l.nemo.
in fi.& l.multi.ſi quis vero magiſter ad alte
rius domum acceſſerit exercendi maleficij
cauſa igne concrematur , is vero qui illum
præmijs & ſuaſionibus euocauerit & aſſo-
ciauerit omnia eius bona publicantur & in
inſulam deportatur.Sed contra hoc eſt tex.
12 in l.nemo.C.eo.ti.vbi diciẗ † quod ille qui
conſulit & vocatj iſtos magiſtros punitur
pœna capitis.Solu.gloſ.in d.l.nemo.refert
vtranq; pœnam , ſed nõ ſoluit contrarium,
quidam dixerunt quod in d.l.nullus,licet il
le magiſter fuerit adductus ad domum alte
rius cauſa faciẽdi ſortilegia ipſa tñ nõ fue-
runt facta in d.l.nemo facta fuerant,hæc ſo-
luti.non placet,quia ſapit diuinationem,qa
ſi non apparet quod in d.l.nulla fuerint fa-
cta ſortilegia,minus ẽt apparet in d.l.nemo.
quod facta vel non facta fuerint , niſi dice-
res quod ille qui conſuluit interuenit in eis
& credit his quæ fiunt eſſe vera, propterea
grauius punitur, vt d.l.nemo.is vero q ad-
ducit maleficum ſiue ſortilegum ad domũ
alterius poteſt eſſe ꝙ ſit ignarus,puta famu
lus vel alius qui nõ interuenit vel non cre-
dit in eis,ideo mitius punitur, tñ in hoc co-
gita. Et nota quod iſtorum amicitiam &
conuerſationẽ quamuis vetus beniuolẽtia
fuerit,debemus relinquere , & eos omnino
euitari,qui vero cõtrafecerint omnibus eo-
rum bonis publicatis in inſulam deportan-
13 di ſunt d.l.nullus. † Et nota ꝙ pro iſto cri
mine omnes poterunt in diſtincte torqueri,
non obſtante quocunq; priuilegio digni-
tis,ꝙ eſt ſpeciale in iſto crimine , & ex hoc
nota limitationem ad l.miles.C.de quęſtio.
l.decuriones.& l.diuo marco.eod.titu. Si
quis autem de hoc crimine teſtibus cõuictus
fuerit,& nihilominus obſtinato corde inſi
teterit in negando, ẽt præſentibus teſtibus
qui illius detegerũt facinus, traditur viuus
beſtijs vorandus ac dentibus & vngulis la-
cerandus,ita dicit tex.in d.l.et ſi excepta.in
fine. Et nota ẽt quod eadẽ pœna capitis
punitur ille qui docet artem prædictam, &
ille qui ipſam addiſcit.l.culpa.& ibi glo.C.
eo.ti.quod vr̃ eſſe ſpeciale in iſto crimine,i
crimine hęreſis eſt cõtra.l.quicũq;.§.eos ve
ro.C.de hæreti.vbi minori pœna.ſ.pecunia
ria puniuntur ſcholares, magiſtri vero pœ-
14 na capitis. † Eadem pœna vltimi ſuppli-
cij puniuntur , qui eiſdem maleficijs indu-
cunt membri languedinem, & virtutem vi-
ri aut mulieris generatiuam impediunt,aut
lactẽ nutricis deſiccant,vel quouis alio mo-
do ipſa ſortilegia et maleficia conficiunt ſi-
ue in corpore per cibum vel potũ, ſiue ex-
tra corpus aliquo ex modis quibus dixi-
mus ſupra in ij.& iij.q. Sed quero nunc
quid ſi aliquis ſortilegus ſortilegia exercet
ad bonum finem,ſcilicet ad ſanandum egro
tos maleficiatos & ſoluendum aliorum fa-

Source : BIU Cujas

ſturas, an hoc liceat impune fieri, & videtur dicendum quod ſic, ex quo facto nemini nocent, ſed alicui proſunt, non ſunt ergo digni punitione aliqua, & de hoc eſt tex. in l. eorum. §. j. C. eo. ti. vbi ille qui fecit ſortilegia ad incantandum hymbres ne noceant ſegetibus vel plantis nulla pœna punitur, & ideo Bar. ibi, per illum tex. decidit hanc quæſtio. dicens, † quod non debet qui curat iſtos infirmos maleficiatos aliqua pœna puniri, hoc tamen eſt verum de iure ciuili, vt ibi, ſecus autẽ eſt de iure canonico, quia eccleſia ſummopere abhorret iſta remedia ſortilega etiam ſi fiant ad effectum recuperande ſanitatis non vult fieri poſſe hac ratione, quia non licet inuocare auxilium demonis etiam pro mille corporum ſanitatibus recuperandis, quia minus malum eſt ꝙ pereat corpus, quã anima cuius maius eſſet detrimentum, vide tex. in cap. admoneant. xxvj. q. vij. & ſi quis hæc facere prgſumpſerit, ſi clericus eſt degradetur, & omni officio ac beneficio eccleſiaſtico priuãdus erit, laicus autem excommunicandus, pro quo facit etiam tex. in c. nec mirum. §. ad hęc autem. xxvj. q. v. vbi omnes iſte ligature et ſuperſtitioſa incantationum remedia ſunt omnino damnata, quia hæc fieri non poſſunt abſque demonis opera & ſuffragio, & ideo dicit S. Auguſti. lib. x. de ciui. dei, cuius verba relata ſunt in d. c. nec mirum quod hæc ſunt talia remedia quę ars non commendat medicorum & ab eccleſia omnino reprobata merito ſunt a chriſtifidelibus euitãda, vide S. Thom. in ſum. ij. ij. diſt. xcv. arti. iij. in verſ. dicendum. ti. de ſuperſtitio. & Ioan. lec. in ſumma confe. eodem tit. q. ij. xj. xiij.

Vltra ea quæ diximus ſupra in prima
16 ſpecie diuinatiua addenda ſunt hæc. † quid dicendum ſit de aſtrologis et chiromanticis qui ſecundum curſum aſtrorum & ſigna cœleſtia futura pronoſticant, an liceat hoc facere, vel ſint puniendi ſicut augures & aruſpices aut alio modo, Reſpon. aut hæc futura prædicent ex certa ſcientia imponentes futuris contingentibus rebus neceſsitatem quãdam quam dicunt cauſari ex motu corporum cœleſtium, & iſto modo ſunt hæretici & puniuntur vt heretici, vt late diximus ſupra hac quæſtio. in princ. & quæſtio. præcedenti. Ratio eſt quia ſigna non ſunt cauſe rerum finales imponentes neceſsitatem humanis rebus agendis aut homini, ſed ſunt ſigna quædam inclinatiua, ſiue indicatiua rerum futurarum ſecundum communiter accidentia per regulas quaſdam, & naturas corporum cœleſtium quæ multoties fallunt quibus non ſubijcitur neceſſario natura humana, quin poſsit illa euitare & vti liberi arbitrij poteſtate, vide Abba. in dicto c. ſecundo eodem titu. & Ioan. lec. in ſumma confeſſ. eodem tit. quæſtio. v. aut illa prędicunt demonſtratiue, prgſumptiue, ſiue inclinatiue aſſerentes quod ex motu corporum cœleſtium tale quid inclinatiue demõſtratur ſiue figuratur in actibus hominum inferioribus, & hoc modo nõ eſt peccatum ex quo nullam imponunt neceſsitatem, ſed inclinationem quandam quam quis libere euitari poterit ſi velit vti prudentia & ſui liberi arbitrij poteſtate, vt latius dicemus infra & habetur per Abba. in dicto c. ſecundo, eodem titu. Pro faciliori intelligentia præmiſſorum ſubijciam infraſcriptas quęſtiones ſpeciales declarando pœnas criminis cuiuſque.

17 † Et primo quero quid de ſacerdotibus qui cauſa doloris ſpoliãt aras aut extingunt luminaria conſueta qua pœna puniuntur, dic quod clericus honore & dignitate priuatur, & ſic efficitur infamis, vt in c. quicunque, in primo reſpõſo. xxvj. q. v. & Ioan. lec. in ſumma confeſſ. eodem titu. qõ. xviij. & hoc niſi ſponte de præmiſsis coram epiſcopo vel metropolitano ſe culpabiles detulerint, & de ipſis condignam peregerint pœnitentiam d. cap. quicunque alij ſacerdotes reperiuntur qui ſumpta veſte lugubri miſſas defunctorum celebrant pro viuentibus cauſa inimicitie, vt is pro quo ſacrificium ipſum offerunt moriatur an incurrat mortis periculum qua pœna ſit puniendus, dic iſto caſu quod ſacerdos vel clericus qui ſcienter iſta fecerit a proprij ordinis gradu priuatur, & perpetui exilij ergaſtulo vna cum eo qui ipſum ſacerdotem conſulit aut prgmiſſa fieri ordinauit ſiue mandauit relegatur, vt eſt text. in dicto c. quicunque in ſin. xxvj. q. v. & Ioan. lec. in ſumma confeſſ. eod. ti. q. xx. Deinde quero

18 † quid de clericis vel laicis qui imaginẽ crucis aut beatæ Mariæ virginis ſeu aliorũ ſanctorum proiecerunt in terram illaſque vrticis ſpinis vel pedibus conculcarũt qua pœna puniendi ſunt, caſus iſte ponitur per text. in cap. ſi canonici. §. fina. de offic. ordina. libr. vj. vbi dicit quod vltrix ſic procedat dura ſententia contra eos per ꝙ alij id facinus patrare pertimeſcant glo. vero declarando tex. primo dicit quod erunt priuãdi loci ſui dignitate atq; honore niſi clerici ſatisfactione coram metropolitano ſe ſufficiẽter purgauerint demum deuenit ad aliã

Source : BIU Cujas

pœnam dicens quod ſtatur arbitrio iudicis
cōcludens in effectu quod ſit pœna arbitra-
ria,pro prima allegat text.in d.c.quicunq;.
xxvj.q.v.& l.j.ff.de iur.delib.cum qua gl.
tranſit Gemi.ibi.Archid.autem dicit quod
poterunt temporaliter puniri quod in vin-
culis publicis cōuinciantur, vt l.j.C.de his
qui ad ſtatu.cōfu.& ff.de pœ.l.capitaliū.§.
qui ad ſtatuas,vel quod moriantur,vt no.in
l.j.C.ne lice.ſign.ſaluat.&c.& ſi vltima pœ
na infertur de rigore iuris ciuilis, vt.d.l.j.
aliæ vero ſuperiores inferri poſſunt per iu-
dicem eccleſiaſticum, vt dicunt doct.in d.c.
19 ſi canonici.§.ſi. † Vidēdum eſſet ēt quid
de iudeo qui ſuper crucem dum deferretur
publice per vrbē proiecit immūditias qua
pœna puniatur, iſtū caſum decidit Pet.de
Ancha.in conſi.xv.quod incipit,ſpiritualis
iudex in prouincia romandiolæ, vbi dicit
quod iudeus ipſe poterit per vtrunq; iudi-
cem caſtigari eccleſiaſticum, & laicum, &
ſeueris pœnis puniri. Quero quid dicen-
dum ſit de his qui in ſortilegijs commiſcue
runt hoſtiam non ſacratam ſuper qua tñ ce
lebrata fuit vna aut plures miſſe qua pœna
puniatur ſacerdos qui ſcienter ſuper hoſtia
illa celebrauit miſſas vel qui celebrādo nō
conſecrat aliquid,ſed capit panem & vinū
apud altare ſine ſacramēto & omnes ac ſin-
gulas cerimonias & ſolēnitates fecit apud
altare excepta conſecratione qua pœna pu
niatur caſus iſte ponitur in c.homine.de ce
lebra.miſ.vbi tex.nullam ponit pœnam tē-
poralem, ſed credo quod ſit pœna arbitra-
ria in eo qui celebrat miſſam & ſine conſe-
cratione accipit hoſtiam & vinum quā iu-
dex eccleſiaſticus ſibi iniunget loco pœni-
tentiæ,is vero qui ſcienter celebrat ſuper
hoſtia aut alia re cum qua fieri debent ſor-
tilegia grauius punīedus eſt, ſicut is qui ſor
20 tilegia ipſa conficeret,†quia paria ſunt,ali
quid prohibitū facere vel efficere aliquod
neceſſarium antecedens per quod peruenit
ad illud, vt l.oratio.ff.de ſponſa.vide text.
in d.c.ſi quis epiſcopus,xxvj.q.v.qui loqui
tur generaliter de omnibus ſortilegijs, ille
enim qui habuit animum delinquēdi & de-
uenit ad actum proximum delicto,habetur
ac ſi feciſſet & conſummaſſet delictum non
ſolum de iure canonico, vt in c.ſicut dignū,
de homicid.cum multis ſimilibus, ſed ēt de
iure ciuili,vt l.is qui cum telo C.ad l.corn.
de ſica.& l.j.§.diuus,& ibi Bar.ff.eod.ti.&
habetur per Panor.in d.c.ij.de ſortileg.&
Ioan.lec.in ſum.conf.eo.tit.q.xxiiij.& Ol-
dra.in d.conſi.ccx.in iij.colum laicus vero
excommunicatur & relegatur de iure ca-
nonico in foro iudiciali.c. aliquanti.xxvj.
q.v.ſed ſi ſemel monitus iterū ſe immiſceat
in prædictis, ſi eſt nobilis intruditur in car-
cerem,ignobilis fuſtigatur, mitriatur,& pu
bice dehoneſtatur dicto.c.ſi quis eps̃.c.ali-
21 quanti.& c.ſortes.cum alijs ſeq. † Quid
dicendum de his qui imagines conficiunt
atq; baptizant,& cum illis conficiunt ſorti-
legia,dic aut ſortilegia ipſa fiunt ad aliquē
effectum qui demoni non conuenit,ſed ſoli
deo & ſapiunt hæreſim manifeſte, vt ſupra
diximus.q.precedēti, et ideo puniendi ſunt
vt hæretici, vt ſupra diximus tit.j.q.iij.ſal-
ua tñ doctrina gl.de qua in dicto.c.accuſa-
tus.§.ſane.de hæreti.li.vj.& ſaluis ēt limita
tionibus de quibus infra ī fi.dico illos eſſe
puniendos eiſdem pœnis quibus alij in ſu-
perioribus caſibus,vide Oldra.in d.conſi.
ccx.vbi de hoc facit mētionem expreſſam,
& Ioan.lec.in ſum.conf.eo.ti.q.xij. Idem
dicendum eſt de his qui in ipſis ſortilegijs
immiſcent ſacras reliquias ſanctorum mar-
tyrum,ſ.ex membris vel oſsibus, aut de ve
ſtibus eorundem d.c.ſi quis epiſcopus & c.
aliquanti.& Panor.in d.c.ij.& Ioā.lec.in d.
ti.in ſumma.q.xvj. Idem ēt iudicandum
eſt de his qui ſacramenta eccleſiarū.ſ.oleū
ſanctum baptiſmatis,criſmatis,aut extreme
vnctionis,ſeu aquam fontis baptiſmatis, &
ſimilia.d.c.ij.& ibi.Abb.& d.c.ſi quis epi-
ſcopus cum alijs ſequen. Idem quoq; cē-
ſendum eſt de his qui in eiſdem ſortilegijs
admiſcent aquam benedictam, cādelas be-
nedictas,ſacros agnuſdeos, ramos oliuarū,
aut frondes palmarum,& ſimilia de quibus
habetur per Ioan.lec.in dicta ſumma eo.ti.
22 q.vlti. † Iuxta prædicta vidēdū eſt quid
de aſtrologis qui futura prædicunt an pu-
niant & qua pœna,dic aut illa prædicūt ex
certa ſcientia quaſi ſigna illa per quæ futu-
ra coniecturantur ſint cauſe rerum imponē
tes futuris rebus neceſsitatem ineſſe quod
ſic erunt vel ſic omnino,et iſtud eſt hęreticū
& puniri debent vt hæretici,quia futurorū
notitia certa,ꝓut eſt ineſſe rei eſt ſolius dei
vt habet Matth.xxij.c.& ij.quæſtione.iij.
conſuluiſti.& xxvj.quęſtio.iij.ſciendum,et
late diximus ſupra quęſtione precedēti,aut
illa prędicunt coniecturaliter demonſtrati-
ue ſiue inclinatiue,& iſto modo non errant
nec puniuntur aliqua pœna,quia verum eſt
quod corpora cœleſtia habent quędā moti
ua,& inclinationes ad corpora inferiora,&
operationes humanas, ſecundum quas mul
toties ſic fieri contingunt, quamuis euitari

Source : BIU Cujas

poſſunt, & propterea dicitur quod illa ſunt
ſigna rerum, non autem cauſe rerũ, de qui-
bus vide Panor. in dicto. c. ſecundo extra
eo. ti. tertia colum. Quid enim dicendum
ſit de his qui ſortes quærunt in euangelijs
apertendo librum & ſortificãdo in illis, dic
quod prohibitum eſt & puniuntur qui præ-
miſſa faciunt modo quo ſupra xxvj. quæſt.
ij. hi qui. Et quia diximus ſupra quod ſunt
prohibita remedia ſortilegiorum quæ fiunt
ad ſanandum corpus maleficiatũ de iure ca
nonico, licet de iure ciuili permiſſa ſint vt
23 ſupra diximus eadem quæſtione. †Que-
ro nunc quid ſi aliquis in opere ſanatiuo di
xit plura verba honeſta, & ſanctas, ac deuo
tas orationes Dei beateq; virginis Mariæ,
& aliorum ſanctorum, & illa eadem fecerit
dicere per ipſum maleficiatum ad deuotio-
nem beate virginis Mariæ, aut alicuius ſan-
cti martyris, nihilominus poſtea magiſter
ſiue magiſtra ſortilegiorũ aliqua verba ex-
traneas dixerit publice vel ſecrete, quæ nõ
videntur congruere illi operi religioſo &
ſanitatis, an iſta dicantur eſſe ſuperſtitioſa
& punienda, dic quod ſic, quia quotieſcũq;
cum rebus aut verbis religioſis ſiue eccleſia
ſticis miſcentur aliqua verba extranea, &
quæ naturaliter non tendunt ad opus illud
ſanitatis nec poſſunt naturaliter talem effe-
ctum operari neceſſario, tunc dicuntur eſſe
ſuperſtitioſa & faciũt totũ opus ſuperſtitio-
ſum & damnabile, quod eſt maxime quo-
tieſcunq; adiunguntur nominá quædã igno
ta, aut characteres, ſeu alie diuerſe obſerua
tiones quas manifeſtum eſt naturaliter effi-
catiam ad ſanitatem habere non poſſe, illa
non fiunt ſine ſuperſtitione & demonis mi-
niſterio, vt dicit ſanctus Tho. in ſumma ij.
ij. q. xcv, arti. ij. verſi. dicendum. in ti. de ſu-
perſtitio. & Ioan. lec. in ſumma confe. eo. ti.
q. xj. Et propterea ſunt puniẽda de iure ca-
nonico, quia ſi clericus eſt q talia fecit depo
nitur, laicus vero excõicatur propria vice.
xxvj. q. vij. admoneant, ſed ſi monitus ſpre-
ta monitione iterum ſe ingeſſerit in eiſdẽ, ſi
eſt nobilis vir & honeſte familie incarcera
tur, aut relegatur, ignobilis vero cum vitu-
perio fuſtibus ceditur. xxvj. q. v. c. ſi quis
epiſcopus. c. aliquanti. c. ſortes. & c. ſeq. per
Abb. in d. c. ij. de ſortileg. ubi dicit quod pœ
na iſtorũ eſt arbitraria, & hoc puto verius
ſecundum qualitatem facti conditionẽ per-
ſonarum & animum delinquentis, arg. l. aut
facta. & l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de
pœ. et l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his
qui no. infami. c. ſicut dignum. in princip. de
homi. De iure autem ciuili remedia iſta nõ
puniũtur dummodo fiant ad finẽ. d. l. eorũ.
§. fi. & ibi Bar. C. de male. & alias diximus
24 ſupra eo. q. vj. †Idem dicẽdum eſt de his
qui faciunt ſchedulas, aut breuia, & ligatu-
ras ſuſpendendas, & deferendas ad collum
maleficiati, cum continent aliquid extrinſe
cum ſiue extraneum ſignum character aut
nomen quod naturaliter non tendit ad con
cluſionem & intellectum aliorum verbo-
rum, vel ad opus ſanitatis, tũc iudicat illud
eſſe ſuperſtitioſum & punibile, quia fieri
non poteſt abſque ſuffragio & inſtructione
diaboli, vt dicunt ſupradicti docto. in locis
prædictis, & habetur in c. nec mirum. §. ad
hæc omnia &c. xxvj. q. v. & per S. Auguſt.
in lib. xxj. de ciui. dei, & ideo puniunt his
pœnis quas ſupra diximus hac eadem q. in
membris proxime relatis. Quid ſi inter
alia verba vel nomina Dei quæ iſte malefi-
ce ſepius deſcribere faciunt in earũ ſchedu
lis vel breuibus appoſuerint hoc verbum,
Deus acharon. an ſit verbũ ſuperſtitioſum
& diabolicũ, dic quod ſic, quia illud eſt no-
men Beelzebub principe demoniorũ, ut ha
betur iiij. Regum j. cap. dum Elias monitus
ab Angelo reprehendit Ochoſiam regem
ſub his verbis, nunquid non eſt vobis deus
in iſrael vt eatis ad conſulendum Beelze-
bub Deum acharon, ideo de lectulo ſuper
quem aſcendiſti non deſcendes ſed morte
morieris, quod bene nota, quia ſepius iſtis
ſchedulis & breuibus hoc nomen. ſ. Deus
acharon reperies expreſſum, vide do. Ioan.
de Tur. crema. in c. contra idolorum. xxvj.
q. v. & d. Ioan. lec. in ſum. conf. eo. ti. q. xj. &
25 xiij. †Quid dicendum de his qui ſacrifi
cant Mamone deo nummorũ vt diuites effi
ciantur, qua pœna ſunt puniendi, dic quod
ſi eſt priuatus ipſo iure omni officio benefi-
cio honore & dignitate ſiue occultũ ſit cri-
men ſiue publicum, & ideo neceſſario indi-
get diſpenſatione ſi vult amplius celebrare,
quidam alij dixerũt quod qñ crimẽ eſt oc-
cultum poſſunt agere pœnitentiam cõfiten
do peccatum ſuum & non incurrunt pœnã
illam priuationis, & ideo non indigent ne-
ceſſario diſpenſatione, ſi vero crimen eſſet
publicum aut notorium, tunc incurrit irre-
gularitatem, & priuationẽ ipſo iure & indi
get diſpenſatione, nihilominus præcedens
opinio vr̃ eſſe magis tuta in foro cõſcientie
vt quis petat diſpenſationem etiam qñ cri-
men eſſet occultum, vide d. Ioan. lec. in ſum
26 ma confe. eo. ti. q. vlti. †Vbi iſtis equipa-
rat ẽt ſacerdotes qui in ſortilegijs immiſcẽt

Source : BIU Cujas

ſacramēta eccleſiaſtica.ſ.oleum ſanctū criſmatis,baptiſmi, vel extreme vnctionis, aut aquam fontis baptiſmatis eiſdem pœnis puniuntur de quibus alias diximus ſupra ea. qō.laici vero de iure cano.prima vice ſunt excōicati,& ſunt a limine eccleſiæ repellēdi, ſed ſi poſt primam monitionem iterū ſe ingreſſerint in eiſdem ſi nobilis eſt condemnatur ad perpetuas carceres,ignobilis vero fuſtigatur publice cum maximo dedecore, deinde in exilium condemnatur,ſecundum quod habeť xxvj.q.v.ſi quis eps.c.aliquanti.cū alijs ſeq.Abb.tñ dixit in d. c.ij.de ſortileg. quod iſtorum pœnæ erunt arbitrarie mitigande alterande neque leuiande ſecundum facti qualitatem aut turpitudinem ſeu ſcandalum quod inde poſſet oriri,aut exortum iam eſſet, item perſonarum cōditionē, & animum delinquentis,aut ex ſimplicitate dr lapſus in illud, & ad aliquem bonum effectum,vt habetur in d.c.ij.extra eo.titu. vel ſi ex propria malitia animo aliquē decipiendi & ſimilia,vt ibi per Abb.latius dicitur & diximus ſupra proxime, vide tex.in
27 c.ſicut dignum.in prin.de homi. †De iure vero ciuili pro omnibus ſortilegijs huiuſmodi eſt pœna vltimi ſupplicij.l.eorū in princi.l.nemo.l.multi.& l.& ſi excepta.C. eo.ti. Exceptis ſortilegijs quæ fiunt ad ſanandum maleficiatū uel liberandū aliquem ab alia infirmitate aut incantandum hymbres grandines & fulgura ne noceant ſegetibus arboribus & plantis, aut animalibus & fetibus eorum omnia iſta quę proſunt et non nocent rebus temporalibus,aut perſonis permiſſa ſunt de iure ciuili,& nullā pœnam merentur,vt d.l.eorum.§.fi.& ibi Barto.C.eo.ti.& alias diximus ſupra. Videndū quoq; eſſet quid de diuinationibus quæ fiunt per ſomnia ſecūdum illorum interpretationem,prout habetur in ſomnijs Danielis, & per do.Albumaſar in lib.quem fecit de interpretatio.ſomnio.de quibus late vide do.Ioan.lec.in ſum.confe.eod.ti.q.vj.& quid dicendū ſit de incantationibus ſerpentum illas videlicet quæ fiunt contra ſerpen
28 tes.† vbi dicas quod aut in illis præcantationibus imploratur duntaxat auxiliū Dei ſimpliciter cum deuotione abſq; aliqua machinatione intrinſeca vel extrinſeca, & nō erunt reprobande,immo commendāde,aut in illis imploratur diaboli ſuffragium vt ſociantur effectum ſiue tacite ſiue expreſſe,et erunt illicite pœnitus & dānabiles, ſed qualiter cognoſci poterit an ſint licite vel illicite,& an, & quando in eis imploratur auxilium demonis tacite,vel expreſſe,vel ſolius Dei,dic quod eſt diligenter aduertendū ad verba ipſa , item ad modum ritum & ordinem ipſius incātationis,quia ſi in eis inſunt aliqua verba extranea vel ignota nomina aut characteres,ſiue verba quædam extranea quæ nō cōgruunt concluſioni, nec nature verborum ſupradictorum nec poſſunt ſecundum eorum naturam aliquid operari circa effectū de quo agitur, tunc opera ipſa dici non poſſunt,niſi ſuperſtitioſa & diabolica in quibus diabolus plurimum operať, & illius ſuffragium , faltē tacite inuocatur ſecundū quod cōcludit.Io.lec.in ſum.cōfeſ. eo.ti.q.xv.& diximus ſupra ea.q.i illo arti. de remedijs quę fiunt contra maleficiatum, & ideo iſto caſu puniendi erunt de iure canonico pœnis ſupra proxime dictis.De iure uero ciuili nulla pœna erūt puniendi ex quo dicte incātationes fiunt,vt proſint.ſ.ne hominibus noceant ſerpentes.Verum quia in iſtis ſortilegijs amatorijs,maxime & veneficijs quæ dicunť fieri in corpore ſepius interueniunt pocula quædam quæ tradunt potanda perſone maleficiande quæ cōiter appellari ſolent pocula amatoria aut venefica,ex quorū potu qñq; præter ſpem et intentionem tradentis mors abſorbentis ſuccedit,qñq; vero nō,ideo aliqua de ipſis poculis ſpecialiter videamus.

## SVMMARIVM

1 *Poculum amatorium miniſtrans qua ſit pœna afficiendus.*

2 *Poculum amatoriū qui miniſtrat punitur, ſi inde mors ſequatur.*

3 *Pœna vltimi ſupplicij punitur quis quandoque pro homicidio ſine dolo commiſſo.*

4 *Venenorum plures ſunt ſpecies, quædā enim bona ſunt & quædam mala.*

*Venenum dictio medica eſt ſiue promiſcua.*

5 *Venena non ſemper hominis necandi cauſa fiunt.*

*Pœna legis cornelie, de ſicarijs , eſt hodie de pœna capitis.*

6 *Fato non noxe imputantur,quæ abſque frau de caſu improuiſo accidunt.*

*Percutiens non occidendi animo mitius punitur .*

7 *Venenum amatorium vel ſanatiuum ſeu cō*

*ceptionis non animo occidendi propinans nō punitur lege cornelia de ſicarijs, ſi mors ſequuta fuerit.*

*Venenum conceptionis bono animo propinās relegatur, ſi ea quæ illud aſſumpſit moriatur.*

*Venenum amatorium, ſanatiuum, & conceptionis an & quo ad quid equiparentur.*

*Determinans ad plura determinabilia relatum pariformiter illa determinare debet. & nume. 16.*

*Poculum amatorium miniſtrans cauſa occidendi infantem in vtero & cauſa fornicandi, homicida eſt.*

*Poculum amatorium ſi ab aliquo propinetur quæ in illo conſiderentur.*

12 *Pœna poculi amatorij quæ ſit, ſi mors ſequatur abſorbentis.*

13 *Venenum amatorium arte malefica confectum propinans, morte punitur, ſi mors ſorbentis ſequatur.*

14 *Venena amatoria, & ſanatiua non facta arte maleſica, nec ad malum finem propinans non punitur morte.*

15 *Pocula amatoria propinans quando puniatur & quando non.*

17 *Opera facta arte maleſica valde ſunt deteſtanda.*

18 *Medicus dans venenum ſanatiuum egroto, an puniatur ſi egrotus ex illo moriatur.*

*Poculum abortionis ſeu amatorium miniſtrans punitur ſi ſumens inde moriatur.*

19 *Venenum conceptionis propinans relegatur ſi ea quæ ſumpſit ex hoc moriatur.*

20 *Venenum ſanatiuum cauſa ſanitatis immixtum medelis propinans non punitur, etiam ſi mors ſorbentis ſequatur.*

21 *Venenum miniſtrans ſterilitatis, tanquam homicida puniendus erit.*

1 QVODECIMO igitur nunc quero † ſi quis miniſtrauerit vel dederit poculum amatoriū mulieri ad flectendum eius pudicum animum ad libidinem & calefaciendum eius cor ad amandum, virum prędictū vel ecōtra, quid ſi mulier dederit poculum viro, vt amet ipſam licet hoc rarius contingat qua pœna puniatur, qui poculum ipſum dederit. Reſpondeo quod de iure ciuili humiliores in metallum damnantur, honeſtiores vero in inſulam, dimidia parte bonorū ſuorum confiſcata, relegantur, ita dicit tex. in l. ſi quis aliquid. §. q abortionis. ff. de pœ.

Clerici vero de iure canonico ſunt priuandi. xxvj. q. v. c. ſi quis epiſcopus. & per
2 Abb. in d. c. ſecundo, de ſortilegijs. † Sed quid ſi ex poculi huiuſmodi aſſumptione mors abſorbentis ſuccedat, eo quod forſan male compoſitum fuerat, & non erat bene temperatum, vel in mala ſorbentis diſpoſitione ſumptum fuerit qua pœna punietur qui dederat, & videtur dicendum quod aliqua pœna extraordinaria relegationis vel ſimili, ex quo homicidiū illud non fuit commiſſum cum dolo, nec cum propoſito occidendi, ideo non debet puniri pœna vltimi ſupplicij. l. j. §. diuus. l. diuus. ff. ad l. corne. de ſica. tn̄ cōtrarium dicit tex. in d. l. ſi quis aliquid. d. §. qui abortionis, quod ſi caſu moriatur qui vel quæ poculum prædictum abſorbuit qui tradidit vltimo ſupplicio puniēdus eſt, licet dolo non dederit, ſed bono zelo, & hoc eſt, quia res ipſa eſt mali exēpli.

3 Ex quo † nota caſum ſingularem in quo quis punitur pœna vltimi ſupplicij pro homicidio commiſſo ſine dolo & intentione aliqua occidendi cuius cōtrarium diſponit regula iuris cōmunis de qua in d. l. in l. cor. & l. diuus. & l. j. §. diuus. ff. ad l. cor. de ſica. & l. is qui cum telo C. eo. ti. quę habet quod nunquam infertur pœna mortis pro homicidio commiſſo ſine dolo & propoſito occidendi, immo in caſu prædicto lata culpa nō equiparatur dolo. vt no. dicit Bart. in d. l. in lege cornelia. ff. de ſica. hic enim nulla ratio neq; pręſumptio viget cōtra ipſum qui dedit poculum amatorium ex qua cōiecturari poſsit ꝙ habuerit animum occidēdi, immo in parte nulla offendēdi. d. l. in lege. & §. diuus. ff. eo. tit. Contra prædicta oppono. de l. iij. §. hæc adiectio. ff. ad leg. cornel. de ſicar. vbi videtur eſſe text. valde contrarius dicto. §. qui abortionis, ibi enim dicitur quod venenorum † plura ſunt genera ſiue plures ſpecies quorum quædam dicuntur mala venena ea ſcilicet quæ facta ſunt hominis necandi cauſa, quædam ſunt alia quæ dicuntur bona ſiue non mala et ea ſunt quæ facta fuerunt ad ſanandum corpus egrotum, item ea quæ fiunt ad concipien-

4 (margin, beside "tur quod venenorum")

Source : BIU Cujas

dum, & illud quod amatorium appellatur.
vel aliud quodcunq; factum ad alium effe-
ctum dummodo non ad occidendũ, & pro-
pterea ſubiungit tex. in verſ. adiectio quod
illa mali venent oportune poſita fuit in illa
lege, qm̃ ex illa qualitate mala adiuncta de-
monſtratur quædam eſſe venena non ma-
la. Ergo nomen hoc venenum medium eſt
ſiue promiſcuum & adaptatur ad vtranq;
partẽ reſpectu uero adiunctæ qualitatis tam
illud quod ad ſanandum, quam illud quod
ad occidendum paratum eſt cõtinet, ſed &
id quod amatoriũ appellatur vel quod ad
conceptionem traditur continet, omnia iſta
comprehendi poſſunt ſub nomine iſto ve-
5 neni. ſolũ enim in ea lege notatur quod ho-
minis necandi cauſa ſit. † Ergo cætera ve
nena quæ non ſunt facta hominis necandi
cauſa prouti ſunt venena ſanatiua, amato-
ria, & ea quæ fiunt ad concipiendum non
continentur ſub lege illa nec pœna illius le
gis plectuntur qui illa tradunt, et propterea
tex. ibi in fine exemplificat regulam iſtam
ponendo caſum cum ſua deciſione, videli-
cet quod ex ſenatuſconſulto iuſſa eſt relega
ri mulier illa quæ nõ malo quidem animo,
ſed malo exemplo medicamentum ad con-
ceptionem dedit ex quo ea mulier quæ il-
lud acceperat deceſſerit ex qua deciſione
probatur quod omnia venena quæ nõ ſunt
facta hominis necandi cauſa dicuntur non
mala venena, & ideo ſi ex illorũ potu quiſ-
quam perierit, qui tradidit non tenet́ pœna
illius legis cornelie de ſicarijs, quæ hodie
eſt pœna capitis, licet olim eſſet perpetua
deportatio & omnium bonorũ publicatio.
l. iij. §. legis. ff. ad l. corne. de ſicar. & in. §. itẽ
lex cornelia. inſti. de publi. iudi. ſed alia mi-
nori pœna punieť. ſ. relegationis, vt d. l. iij.
adiectio. in fi. ratione prædicta, quia defuit
animus occidẽdi tam in compoſitione quã
in traditione, pro quo facit tex. not. in l. j. §.
6 fi. C. eo. ti. de ſica. † vbi dicitur quod ea quę
ex improuiſo caſu potius quam fraude ac-
cidunt, fato plerunque noxie ſiue culpe im-
putantur, & per conſequens mitius puniun
tur, vt d. l. j. §. fi. & l. j. §. diuus. ff. eo. ti. vbi ſi
quis in rixa aliũ cucuma vel claua percuſſe
rit ex quo non occidendi animo illum per-
cuſſit leuiandam eſſe pœnam huic percuſſo
ri iuriſconſultus conſtituit, idem ſit in caſu
noſtro, & licet tex. in d. l. iij. §. j. in deciſione
loquatur de veneno conceptionis non aũt
amatorio, ratio tñ præcedẽs quam dedit iu-
riſconſultus eſt generalis cõprehendẽs om-
nia illa venena quę facta non fuerũt homi-
nis necãdi cauſa, ſed ad alium effectũ, prout
eſt iſte xij. Quotieſcunq; aũt ratio eſt gene-
ralis & indeterminate poſita in lege, cõpre
hendit oẽm determinationem quæ ad illam
poteſt adaptari, & vbicunq; ſe extendit ra
tio extẽditur ẽt ipſa lex, & illius diſpoſitio
l. metum autẽ. §. animaduertendum. ff. quod
met. cau. & ibi Bar. in j. not. l. nomen. §. fi. ff.
de leg. iij. illa igitur ratio quæ multum in ea
lege notatur. ſ. quod venena facta nõ ſit ho-
minis necandi &c. comprehendit generali-
ter omnia venena quæ facta ſunt abſq; illa
qualitate. tria enim uenena de quibus iuriſ-
conſultus fecit mentionem in d. l. iij. illa ex-
preſsit tanquam exempla regule, vt ſit ſen-
7 ſus. † quicunq; venenum amatorium, ſana-
tiuum vel conceptionis ſeu quodcũq; aliud
venenum non factum hominis necandi cau
ſa cuiquam tradiderit non animo occidẽdi
ex cuius potu ille q aſſumpſit perijt, q de-
dit poculum puniri non debet pœna illius
legis cornelie. cuius deciſionis rationem du
plicem conſideraui, prima eſt, quia lex cor-
nelia. de ſica. vt proxime dixi capite quin-
to nõ comprehendit iſta venena de quibus
ſupra in d. l. iij. in prin. & ibi Bar. ſecũda eſt
quia quotieſcunq; mors prouenit facto ali-
cuius abſq; animo & propoſito occidendi
nunquam ille punitur pœna illius legis cor
nelie, et ſic pœna mortis, ſed alia mitiori pę
na, iuxta modum culpe. d. l. j. §. fi. C. ad l. cor
ne. de ſica. vbi dicitur quod, ea quæ ex im-
prouiſo caſu abſq; fraude accidunt fato po
tius q̃ noxe imputantur, ideo excuſantur a
pœna ipſius legis, idem diſponitur in d. l. j.
§. diuus. & l. diuus. & l. in lege cornelia. &
ibi Bar. ff. eo. tit. Idem Bar. in l. abſentem. &
in l. aut facta. ff. de pœ. & in c. ſicut dignum.
in princ. & ibi per Canoniſtas de homicid.
8 † Cum itaq; in poculo ſiue veneno cõce-
ptionis dolus & animus occidendi omnino
defuerit tam in compoſitione quam in tra-
ditione, videbatur dicẽdum quod nulla pœ
na puniri deberet tñ iuriſlator dicit quod
propter malum exemplum iuſſa eſt relega-
ri ea quæ non quidem malo animo, ſed ma-
lo exemplo medicamenta ad cõceptionem
dedit, ex quibus illa quæ biberat perijt.

Hæc autem tria venena ſunt equiparata,
primo quo ad compoſitionem, quia ſunt fa-
cta abſque cauſa hominis necandi, ſecundo
quo ad traditionem quia omnia traduntur
abſq; animo & propoſito occidendi, quare
non eſt dicendum quod etiam in deciſione
& pœnæ impoſitione ſint ſimiliter equipa-
rata, cum factum idem eſſe videtur, & eadẽ
ratio

Source : BIU Cujas

ratio in omnibus militat, vt ſupra dixi, ergo deberet in omnibus eſſe eadē iuris diſpoſitio.l.illud.ff.ad leg.aquil.l.adigere.§.quāuis.ff.de iure patro.l.cum pater.§. dulciſsimis.ff.de leg.ij.l.hæc actio.& ibi Bart.ff. de calum.& eſt glo.in cle.auditor.in verſi.romana.de reſcrip.& in clemen.j.in verſi.eligatur.de electio.maxime, qa alia ratio mali exempli,quæ eſt poſita pro ratione decidēdi in dicto.§.adiectio.& d.§.qui abortionis,ita militat in vno ſicut in alio caſu, ergo deberet eſſe eadem pœna in vtroq; caſu ſtatuta de qua in dicto.§.adiectio.attēta caſuum conformitate & æqualitate in facto deberet etiam eſſe conformitas iuris per ea quæ not.voluit Bart.in l. omnes populi. in iiij.q. principali.ff.de iuſti.& iur. & domi. Alex.in l.peregre.§.quibus. in ij.col.ff. de acquirend.poſſeſ. Pro quo facit etiam re-
9 gula illa† quod vnū determinabile relatū ad plura determinabilia debet illa pariformiter determinare.l.nā hoc iure.ff. de vulga.& pupilla.& Bar.in l.cēturio.in viij.colum.in ver.pro alia.eo.titu.ſed ratio cōpoſitionis traditionis atq; deciſionis vnica videtur eſſe in omnibus.hoc eſt quod ea quæ ponitur in vno caſu militat etiam in alio caſu,ergo deberet eſſe vtriuſque pariformis pœne deciſio.d.l.iam hoc iure.cum alijs prędictis. Quid dicendum in hac ambiguitate,contrarium profecto eſt valde vrgēs.iſta enim opinio poteſt ſuſtineri per regulas & rationes prædictas & magis æqua videtur qnam illa de qua in d.§.qui abortionis. quę eſt nimis rigida & contra omnes regulas iuris communis Barto,n.in dicto §.qui abortionis.nihil dicit ſed remittit ſe ad dictū.§. adiectio.vbi mouet iſtud contrarium ad dictum.§.qui abortionis tamen ſoluit multū ſimpliciter nec tangit difficultatem poculi amatorij. dicit enim quod in d.§.adiectio. text.loquitur in poculo conceptionis,& ſic in re licita ibi vero in.§.q abortionis. tex. loquitur in poculo ipſius abortionis, & ſic de eo qui incūbebat te illicite & prohibite,ideo traditur diuerſa pœna in vno quam in alio,de poculo autē amatorio de quo in vtraq; lege mentio fit nullum verbum fecit
10 Bar. †Ego enim poſt aliquas meditationes conſideraui contrarium iſtud ita ſolui poſſe quod in,d.§.qui abortionis. vterque habebat animum occidendi.vnus occidendi infantem in vtero matris,& ſic eſt homicida corporalis.vt l.prægnantem & l.cicero.de pœnis. Alter autē qui dedit poculum amatoriū,ex quo illud dedit cauſa fornicādi & peccādi cum ea,dicitur homicida ſpiritualis, quia illo peccato mortali occidit animam.de conſecra.diſt.iiij.quæris.de pœniten.diſt.j.noli.& xxij.q.v. ille.& c. ſi aliquis.extra de homicid. Ex quo igitur vterque eſt homicida, tā in ipſa traditione quā in propoſito,ergo pari pœna puniēdi ſunt, ſed iſta ſolutio parū valet,quia non reperio cautum de iure ciuili ꝙ pro vno peccato mortali quis incurret pœnā mortis ſicut ꝓ homicidio doloſe commiſsio,niſi in caſibus a iure expreſsis. Ideo deueniendum eſt ad aliā ſolutionē, & antequam ad vlteriora procedā,ſciendū eſt ꝙ in hac materia poculorū duo ſunt principaliter cōſiderāda quæ
11 præcedunt caſum mortis.†Primū eſt ꝙ cōſiderari debet compoſitio, ſecundum vero traditio,in compoſitione vero conſiderāda eſt cauſa propter q̄ venenum ipſum cōponitur & fit.aut enim fit cauſa occidendi hominē aut non.primo caſu ſit locus pœne d.legis corn.de ſicca.ſecundo vero non, vt d.l.iij.in prin.& §.adiectio.in traditione vero duo alia ſunt conſideranda.ſ.cauſa ꝓxima & immediata q̄ reſpicit principiū.i.principalis intentio ipſius tradentis,Item cauſa mediata & finalis quæ reſpicit finem actus ad quem tendit animus illius qui tradidit, ſi enim proxima cauſa & principalis intentio tradentis tendebat ad occidendū nulli dubium eſt ꝙ tradens tenetur pœna illius legis corne.de ſicarijs,vt l.j.§.diuus.& l.iij. in prin.& l.in lege corne.ff.eo.ti.etiā quod mors ſecuta non fuerit l.j.in prin.& l.is qui cum telo.C.eo.tit. Si vero nō habuit animum occidendi, tunc cōſiderāda eſt illa cā remota & finalis intentio ſiue vltimus effectus rei ad quē tradūtur ipſa pocula, aut.n. traduntur ad bonū & honeſtū finē.ſ.conceptionis vel ſanitatis & iudicantur bona & honeſta, & tunc quis excuſatur a pœna capitali morte ſecuta, ſed alia mitiori pœna punitur, vt d.l.iij.§.adiectio.in fi.& ſupra di
12 ximus. †Aut finalis intentio & vltimus eius effectus tendebat ad turpe & illicitū, ſicut eſt in poculo amatorio, cuius effectus eſt libidinis apprehenſio,& illicitus mulieris concubitus,vt alias diximus ſupra.& hr̄ l.eorū in prin.C.de malefi.& matth. & iſto caſu non excuſatur propter principalē eius intentionē ſiue cauſam proximam.ſ. ꝙ nō habuerit animum occidendi,ſed attenditur magis illa cauſa finalis & vltimus effectus ad quem venena tendebāt & ideo indubitā ter punitur pœna vltimi ſupplicij. d.l. ſi qs aliq̄d.§.abortionis, vbi eſt caſus. ff. de pen.



Source : BIU Cujas

& ratio deciſionis eſt,quia dabat operã rei illicite,ideo non videtur excuſandus , quia dicitur eſſe in culpa,& ideo tenetur etiã in caſu fortuito qui prçter ſpem & intentionẽ inopinate prouenit,vt eſt caſus in cap.fi.de homi.lib.vj.& facit tex.in arg.in c.ſicut dignum eo.tit.in anti.l.ſi mulier.ff.ꝙ me.cau. l.qui occidit.§.in hac.ff.ad leg.aqui.Ex quibus patet quod illorũ venenorum de quibus in d.l.iij.§.adiectio.non eſt omnimodo ſimilitudo quo ad omnia,ſed ſolum quo ad primas cauſas reſpectu cõpoſitionis & traditionis in eo quod in vtroque deficit animus occidẽdi quo ad iſta ſunt ſimilia & çqparata,ſed quo ad vltimum effectũ & cauſam finalẽ ipſius traditionis ſunt diſsimilia, vt ſupra diximus.quia ea quç fiunt ad ſanãdum & concipiẽdum habent honeſtum & laudabilẽ finẽ l.eorũ.§.ſi.C.de mal.& matt. & d.l.iij.in princip.& hr Gene.ij.c.ea vero quæ fiunt ad amandum & flectendum &c. habent turpem & illicitum finem d.l.eorũ. in prin.& diximus ſupra. In iſtis igitur diſconueniunt & ſunt diſsimilia, ideo faciunt diuerſificare pœnas, quia licet a principio neuter haberet animum occidendi,tñ vnus dabat operam rei licite & honeſte, alter vero dabat operam rei illicite,turpi, & repro
13 be, vt proxime diximus. †Poſt hæc alio modo conſideraui reſpõderi poſſe ad iſtud cõtrarium ꝙ in d.§.qui abortionis,ideo punitur pœna mortis ille qui dedit,ꝙ venenũ illud fuerat compoſitum arte malefica per ſortilegum ſiue maleficũ qui illud dçmonis inſtructione & ſuffragio interueniente cõpoſuerat ſecũdum ea quæ diximus ſupra in iij.& vj.qq.in.§.autẽ adiectio.cõpoſitũ fuit arte & ſcientia naturali.ſ.medicorũ peritia nulla interueniẽte ſuperſtitione. Ars.n.ipſa malefica & mathematica eſt valde reproba ta & vndiq; damnata & per cõſequẽs omnia opera quæ ipſi malefici faciunt ſiue ad amorem,ſiue ad occiſionem, vel egritudinẽ ſunt damnata nec minori pœna puniuntur quam pœna mortis.d.l.eorum.in princi.vbi ponitur vterq; caſus & vnica eſt vtriuſque deciſio & pœna,ea enim quæ dicũtur in d. §.qui abortionis,debent intelligi & interpretari,ſecũdum terminos.d.l.eorũ.in princip.ideo atrocius puniuntur ibi quã in d §. adiectio propter ſuperſtitionem illius damnatiſsime artis,& ſecundum iſtam declarationem ille text. in d.§.qui abortionis non videtur eſſe ita exorbitans a iure communi,immo ſecundum ius commune regulatur. Ad text.autem in dicto.§.adiectio põt dupliciter reſponderi, primo. quia deciſio illius tex.& pœna de qua,ibi non adiungitur pro poculo amatorio, ſed conceptionis quæ ſunt diuerſa.quo ad vltimum effectũ, vt ſupra diximus,ergo debent diuerſo iure cenſeri.l.papinianus exuli.ff. de mino. ſi aliter enim euenit caſus ꝙ ipſe opinabatur ſibi imputetur qui dedit poculũ amatoriũ per modum ſuperſtitioſum, quia ex quo a principio dabat operã rei illicite.ex hoc.n. non caret culpa.ideo tenetur etiam de caſu fortuito,vt in d.c.fin.de homi.lib.vj. vbi ſi dominus mandauit ſeruo ꝙ acciperet baculum & percuteret Titium citra mortẽ tñ, & ꝙ diligẽter caueret ne ipſum occideret, quia nolebat eum interficere, ſi tamẽ famulus tam grauiter Titium percuſſerit quod ipſum occiderit,ille dominus mandans nõ excuſatur propterea a pœna homicidij, licet nunquã habuerit animum occidendi illum,& ratio eſt illa de qua ſupra proxime, pro quo facit tex.in c.ſicut dignum in principio.extra eo.titu.in antiqui.l.ſi mulier.ff.ꝙ met.cau.& l.qui occidit.§.in hac.ff. ad leg.
14 aquil.† venena igitur de quibus loquitur tex.in d.§.adiectio.non fuerũt facta per ſortilegum ſiue maleficum per modũ ſuperſtitioſum, ſed arte naturali hominis& peritia medicorum ſicut fiunt & componuntur venena ſanatiua medicinarũ quod patet,quia in vtroque titulo fit mentio de venenis.ſ.in titu.legis cor.de ſicarijs.ff.& C.& in tit. de malefi.& matth.C.ſed in titu.legis corn. fit mentio & tractatur de venenis naturalibus quæ hominis ingenio & peritia medicorũ fiunt abſq; aliqua ſuperſtitione ſiue dæmonis inuocatione tacita vel expreſſa, vt eſt venenum ſanatiuum quod miſcetur in medelis ad ſanandum corpora ægrotantiũ d. l.j.& l.iij.in princ.ff.ad leg.cor.de ſica.Venena vero de quibus loquitur titulus & iura.C.de malefi.& matth.ſunt illa quæ fiunt per ſortilegos,magos,maleficos,aut negromanticos & ſimiles ope & ſuffragio dçmonis ad quæ illius inuocatio diuerſis præcibus tacite vel expreſſe ſemper interuenit, & habetur,& dicit Ioã.lec.in ſum.conf.eo. titu.q.xj.& xiij.& l. multi. l. & ſi excepta.
15 C.eo.ti. †Ex hac igitur declaratione colligitur iſta diſtinctio quod aut venena ſiue pocula amatoria fuerũt compoſita per ſortilegum ſiue maleficum modo ſuperſtitioſo & per inuocatiouem dæmonis tacitam vel expreſſam,& tunc ſi ex illorum potu cauſatur mors potantis tradens ille punitur pœna vltimi ſupplicij de qua in d.§.qui abor-

Source : BIU Cujas

tionis,aut non fuerunt facta per ſortilegū, nec eo modo ſuperſtitioſo,ſed humana induſtria aut medicorum peritia, & iſto caſu morte ſecuta non punietur pœna mortis ille qui tradidit,ſed alia mitiori pœna de qua in d.l.iij.§.adiectio.an aūt & qñ remedia & pocula ipſa dicunt eſſe ſuperſtitioſa & qualiter cognoſcatur vide quæ diximus ſupra eod.q præcedenti.in materia remediorum quæ fiunt ad ſanandum. Cogita tamen ſuper præmiſsis,quia doct. non declarant. & ego haſtenus non reperij magis congruam reſponſionem. Et tenendo iſtam opinionē pro ſolutione dictæ oppo.non obſtante ea q̄ ſuperius in contrarium adducebantur, & primo quod illa vnica ratio de qua in d.l.iij.in princ.&.§.j.viget pariter in omnibus venenis quæ non ſunt facta hominis necandi &c.quia fateor quod quo ad compoſitionem reſpectu prime cauſe, & quo ad traditionem reſpectu vnius qualitatis.ſ.carentiæ animi occidendi æquiparantur omnia iſta, non tamē ſequitur quod ad alia quæ ſequūtur,& ſic in omnibus dicantur eſſe æquiparata,quia quo ad vltimum effectū ſiue finalē intentionem ſunt longe diuerſa,vt latius ſupra diximus,nō mirum igitur ſi ſit diuerſa deciſio in vno q̄ in alio,& diuerſe pœne
16 ſtatute ſunt. †& ex hoc pōt ēt ſolui aliud quod vnum determinabile relatū &c. quia illud eſt verum & procedit quando illa determinabilia ſunt in omnibus æquiparata & vnica ratio in omnibus viget æqualiter, ſed quando inter ipſa militat diuerſa ratio, tunc non poſſunt pariformiter determinari ſed difformiter,ſecūdū quod militat diuerſitas rationis.l.lucius.& ibi doc.ff.de vulg.& pup.& Bar.in l.titia.ff.de leg.ij.Socin.in l.cum auus.in xxvij.colum.ff.de condi. & demon. Non obſtat etiam illud quod dicebatur de malo exemplo quod exprimitur in vtraque lege,quia tenendo ſecundā ſolutionem dico quod in caſu d,l,iij.§.adiectio,viget duntaxat illud malum exemplū de quo ibi intentio tamen tradentis & effectus ad quem tendebāt pocula erat iniuſtus & honeſtus,ſed in caſu dicto.§.qui abortionis,nedum viget malum exemplum verū etiam mala intentio & turpis effectus,propter quem pocula prædicta facta & tradita fuerunt ſcilicet explende libidinis per ſtuprum vel adulterium, vt alias ſupra diximus.cum igitur tendant ad diuerſum effectum,merito vt diuerſa inter ſe debeant diuerſo iure cenſeri dicta l.papinianus exuli, & quod ſimiliter diximus ſupra, Idem videtur ſentire Bartolus in dicta l. tertia.§.adiectio. in ſolutione oppo. quam fecit de dicto.§.qui abortionis,ſed ſecundum vltimam ſolutionem dico quod non ſolum dicuntur eſſe diuerſa quo ad iſtum vltimum effectum de quo ſupra. verum etiam quod ad primas cauſas, & ſic quo ad ipſam compoſitionem quia illa de quibus in dicto.§.adiectio fiunt induſtria hominis naturali, & ſecundum naturalem peritiam medicorum, ſicut alia venena ſanatiua medelarū,vt alias ſupradiximus, illa vero de quibus in dicto.§.qui abortionis fiunt per modum ſuperſtitioſum arte diabolica & per inuocationem dæmonum tacitam vel expreſſam,vt alias diximus & habetur in ſumma confeſsio.per Ioan.lec.eodem titu.quęſtione ſecunda.& xj.& xiij. per totum. ni-
17 mirum igitur ſi grauius puniūtur†quia omnia opera quæ fiunt arte malefica ſunt plurimum deteſtanda & grauius punienda, vt dicta l.nullus.& l.nemo.C.de malefi.& mathema.Et licet iſta vltima ſolut. prima facie videatur ſubtilis,& concludenter ſoluere nodum inter ipſas duas leges, præcedēs tamen ſolutio mihi magis placet, & eſt magis iuridicta,& hanc videtur tenere Barto. in dicto.§.adiectio,vt ſupra dixi hæc enim vltima in veritate ſapit diuinationem,quia dicere quod pocula illa de quibus in dicto §.qui abortionis.fuerunt facta per ſortilegum ſiue maleficum diaboli inſtructione, de hoc nullum verbum fit in dicta l.nec ex aliquo iudicio vel coniectura hoc deduci poteſt. Præterea video quod pocula quæ fiunt arte magica & traduntur mulieri ad flectendum publicum animum ad libidinē, licet mulier ipſa moriatur ex poculi aſſumptionem,tamen maleficus & ille qui ipſum conſulit,vel qui ſcienter dedit poculum puniuntur omnes vltimo ſupplicio, vt l. eorū in princi.l.nemo.& l.multi.C.de malefi. & mathe.vbi hæc expreſſe probantur, & tamen in d.§.qui abortionis.& ex traditione illius poculi amatorij quando mulier quæ aſſumpſit non moritur, non infertur pœna vltimi ſupplicij, ſed humiliores in metallū damnantur,honeſtiores vero in inſulam relegantur confiſcata dimidia parte omnium bonorum ſuorum, vt ibi dicitur, ergo non eſt dicendum quod illa ſint pocula facta arte magica,ſed naturali,prout ſunt ea de quibus in dicto.§.adiectio.ſed ideo diuerſis pœnis puniuntur, quia tendunt ad diuerſum effectum, vt alias ſupra diximus,& hoc eſt
18 de mente Bartol,in d.§.adiectio†ponamus



Source : BIU Cujas

enim qđ quis dedit venenũ ſanatiuũ ęgro-
to vt recuperet ſanitatē & liberetur ab illa
infirmitate.ex cuius tñ aſſumptione fuit li-
beratus a vita quia mortuus eſt erit ne di-
cendũ quod talis medicus vel alius qui de-
dit venenũ in medela ſit puniendus pœna
mortis vel relegationis aut alia ſimili,certe
non,immo erit immunis ab omni pœna dũ
modo non interuenerit dolus aut lata cul-
pa,vt d.l.iij.§.alio ſenatuſconſulto.ff. de ſi-
ca.quia in iſto veneno defuit dolus & ani-
mus occidendi,deficit etiam malum exem-
plum & turpitudo finalis intentionis,quia
omnia ſunt bona & cum bona intētione fa-
cta, ideo euadit impunis,ergo ſunt omnino
diuerſa quo ad effectum. Poſtremo vt me
expediā de iſta qõ.ſic diſtingue,aut nos lo-
quimur de poculo abortionis ſeu amatorio
& tũc aut ex illius aſſumptione ille qui aſ-
ſumpſit perijt,aut nõ,priori caſu ille qui de
dit, & ſi dolo non dederit punitur vltimo
ſupplicio propter malũ exemplũ,Suppleas
tu & turpitudinem finalis intētionis, & ita
intelligitur text,in d.§.qui abortionis, vbi
eſt caſus. Aut non fuit mors ſecuta & iſto
caſu humiliores in metallum perpetuo dā-
nantur,honeſtiores vero propter malũ exē
plũ confiſcata dimidia parte bonorũ ſuorũ
in inſulam perpetuo relegantur ſcđm ꝙ di-
19 cit tex.cũ glo.in d.§.qui abortionis. †Aut
nos loquimur in veneno cõceptionis,& tũc
aut ex illius aſſumptione quis perijt & ille
qui tradidit punitur pœna relegationis dũ-
taxat propter malũ exēplũ ex quo in ipſo
tradēte erat bona & iuſta intentio ſua fina-
lis quæ tendebat ad ſuſcipiendā prolem qđ
eſt fauorabile, vt ſupra diximus. Si.n.iſta
eſt fauorabilis in quo igitur conſiſtit iſtud
m a'ũ exēplum de quo loquitur tex. in d.§.
adiectio.in fi.Re'pon.quia mulier illa vide
tur quodammodo voluiſſe violētare natu-
ram & voluiſſe imponere fecunditatem in
vtero in quo deus & natura impoſuerũt ſte
rilitatem. propter hoc videtur eſſe malum
exemplum,quia fuit nimiũ audax.nam pro
hibitum eſt velle ſubuertere ordinem natu
re c.ſi aliquis.de homi.in antiq. Aut non
fuit ſecuta mors illius abſorbentis, & nulla
pœna punitur ex quo caret dolus & culpa
dũmodo aliquod ſcandalũ ſubſecutũ nõ fue
rit & ita videtur ſentire gl. in d.§.adiectio.
20 †Aut nos loquimur de veneno ſanatiuo
quod fit cauſa ſanitatis & miſcetur in me-
delis,& iſto caſu ſiue ſequatur mors abſor-
bentis ſiue liberatio ab illa egritudine ſiue
non,in omnem euētum qui tradidit vel cõ-
poſuit erit immunis ab omni pœna dummo
do non adſit dolus vel culpa d.l.iij.§.alio a
contrario ſenſu,& ſupra proxi.diximus,&
per hęc ſum expeditus de iſta ardua & no-
bili.q. Sed antequā ad vlteriora procedā
quęro in hac materia,quid ſi aliquis cauſa
libidinis aut odij aliquid potandum dede-
rit mulieri,vt parere vel cõcipere nõ poſ-
ſit.quod dicitur venenum ſiue potum ſteri
litatis quod eſt contrarium veneno conce-
ptionis de quo ſupra proxime dixi qua pœ
21 na ille qui tradidit puniatur. †Reſpond.
quod de iure canonico quaſi homicida pu-
niendus erit ,ita dicit tex.vbi eſt caſus iſte
in c.ſi aliquis.de homicid.ſed glo. ibi dicit
quod debet intelligi de pœna ſpirituali.ſ.
excommunicationis quæ infertur tā in cle-
ricum quam in laicũ,non tamē clericus pro
pter hoc efficitur irregularis ac ſi verũ ho-
minē viuentē occidiſſet niſi probaretur in-
fantem animatum & viuentem occidiſſe,vi
de glo.in d.c.ſi aliquis.& ibi Abb. Si vero
loquimur de iure ciuili fit eadem diſtinctio,
aut infans ī vtero matris adhuc nullus erat
homo,quia adhuc formatus non fuerat nec
animatus & tradens poculum punitur pœ-
na extraordinaria ſiue relegationis d.§.qui
abortionis l.diuus.ff.de extraor.crimi.& l.
cicero.§.fi.ff.de pen.aut erat iam animatus
& viuens & punitur de homicidio,quia ho
minem dicitur occidiſſe,vt l.j.ff.ad leg.põ-
po.de parici.& melius in l.penul.C.ad leg.
cor.de ſica.& l.j.in prin.ff.eo.ti.& per glo.
in d.l.diuus.ff. de extraordi. crimi.& infra
latius dicam.in ſeq.q.

## SVMMARIVM.

1 *Poculum tradens abortionis, vt fœtum edat immaturum,qualiter puniatur.*

2 *Mulier pregnans poculum abortionis ſcienter ſumens qualiter puniri debeat et nu.6.*

*Mulier pregnans pecunia accepta partũ ſuũ abigens,pœna capitis plectitur.*

3 *Anima in ſanguine dicitur habitare, hinc eſt quòd pleriq; vltramon.fortiter bibũt, ne anima in ſicco morari contingat.*

*Fœtus in vtero matris intra quantum tēpus formari cenſeatur.*

*Planete ſinguli menſe ſingulo operari dicũtur in formatione infantis in vtero.*

4 *Saturnus vite humane inimicus menſe pri-*

Source : BIU Cujas

*mo fœtus formandi regnare putatur.*
*Iupiter humanis amicus, ſecundo mẽſe for-*
*mando fœtui cenſetur preeſſe, tertio Mars,*
*Venus quarto ſexto Sol. Luna ſeptimo.*
5 *Infans natus menſe ſeptimo ideo viuere poſ-*
*ſe dicitur quod ſub Luna naſcatur.*
7 *Mulier de iure canonico excommunicatur*
*que poculum ſumit vt fœtus immaturus*
*edatur.*
8 *Poculum amatorium dans mulieri pregnã-*
*ti ex quo moritur an puniatur.*
9 *Clericus miniſtrans poculum amatorium*
*non efficitur irregularis niſi effectualiter*
*viuentem hominem occiderit.*
*Excommunicatus efficitur qui amatorium*
*poculũ propinat ex quo ſequitur abortiuũ.*
10 *Poculum miniſtrans cum ſortilegijs factũ*
*nedum punitur, ſed & qui illud cõfecit pu*
*niri debet.*

DECIMO tertio proſequẽ
do materiam poculorũ que-
1 ro †quid ſi aliquis miniſtra-
uerit poculum mulieri prę-
gnanti ad effectum vt face-
ret abortiuum, quod poſtea
effectualiter ſubſecutũ fuerit, qua pœna pu
niatur, nec putes, q. iſtã eſſe eandẽ de qua in
d. §. qui abortionis, quia ibi nõ fit mẽtio de
abortu ſecuto vel de infante occiſo, ſed di-
ſponitur ibi quãdo poculum ipſum nocuit
matri. Ad propoſitum igitur Reſpon. quod
in hac quæſtio. repetenda eſt diſtinctio illa
quam ſupra proxime. in fin. pręcedẽtis qõ.
dedimus quod aut infans in vtero matris
erat iam animatus, & viuens aut nõ primo
caſu qui dedit poculum nulli dubium eſt ꝙ
ſecuto abortu tenetur ab homicidio. l. pen.
C. ad leg. corn. de ſica. l. j. in prin. ff. eo. titu. l.
cicero. in prin. ff. de pen. & not. per glo. in l.
diuus. ff. de extraordi. crimi. glo. eſt in cap. ſi
aliquis. de homi. & ij. q. iiij. conſuluiſti, quia
iſto caſu dicitur occidiſſe hominẽ & ſumus
proprie in terminis legis cornelie de ſica-
rijs, capite quinto, vt l. iij. in princip. ff. eod.
titu. & iſta dicuntur eſſe mala venena quæ
facta ſunt hominis necãdi cauſa, dicta l. iij.
in princip. Secundo vero caſu quando par-
tus ſiue infans nondum erat animatus neq;
formatus ſecuto aborſu non tenetur de ſica
rijs, ſed alia pœna extraordinaria relega-
tionis vel ſimili ad arbitrium iudicis ſecũ-
dum qualitatem facti, & perſonarum condi
tionem d. l. diuus. & l. cicero. §. fin. & l. præ-
gnantẽ. ff. de pen. & l. ſi mulierẽ viſceribus.
2 ff. ad leg. cor. de ſica. †Mulier autem quę
ſcienter poculum ipſum aſſumpſit vt face-
ret abortiuum, ſi inde ſit ſecutus aborſus &
infans iam animatus, & completus erat te-
netur pœna legis pompeie de paricidis, q̃a
eſt matricida, vt l. j. in verſicu. mater. ff. ad
leg. pomp. de paricid. & ibi Barto. & Bald.
in d. l. diuus. idem tenet quod ſi mulier in ip
ſa adhuc prægnans recepta pœcunia partũ
ſuũ abegerit tenetur pœna capitis indiſtin-
cte, ſiue partus erat iam animatus ſiue non,
& hoc propter turpitudinem illã receptio-
nis pecuniarum, quia dicitur aſſaſsiniũ, vt
l. cicero. in princip. ff. de pœn. vide Bart. in
d. l. diuus. Sed q̃a fit illa diſtinctio quod aut
partus erat animatus aut non in materia
abortionis quero quanto tempore partus ſi
ue infans in vtero matris dicitur eſſe anima
tus a die conceptionis. Reſpond. cum pri-
mum formatus fuerit infans, & completus
corpore tunc anima ingreditur in ipſo cor
pore quæ infunditur a Deo, illo tunc cor-
pus reperitur formatus, xxxij. q. ij. quod ve
ro. & c. moyſes. non enim cõuenit quod ani
ma prius infundatur in corpore illo anteq̃
habeat perfectam formam omnibus parti-
bus & membris ſuis, quia non eſt cõueniẽs
ꝙ habitare debeat in corpore ſicco hoc eſt
rudi & informi, debet enim habere ſedem
ſiue domum ſuã perfectam in qua habitare
poſsit, vt dicit glo. in d. c. quod vero. & cap.
moyſes. quæ glo. in ver. ſicco. dicit ꝙ ſecun
3 dum quorundam opinionem †anima dici-
tur habitare in ſanguine. & propterea dicit
ꝙ Normanni, Anglici, & Poloni fortiter bi
bunt ne contingat animam habitare in ſic-
co. Rurſus queritur quo tempore vel infra
quantum tempus infans dicitur eſſe forma-
tus in vtero matris. glo. in d. l. diuus vr̃ tene
re quod in quadraginta diebus. Bar. ibi di-
cit eſſe verum in maſculo, in fœmina vero
poſt. lx. dies demum hoc declarandum reli-
quit naturalibus. dominus autem Cõciliat.
in ſuis differẽtijs Phyſi. differ. xlix. dicit ꝙ
xxx. aut xxxv. die ad plus partus ſiue in-
fans in vtero matris dicitur eſſe formatus.
Deinde ponit notabilem & pulchrã do-
ctrinam circa partus genituram formatio-
nem & augmentum, & de illius ortu, dicit
enim quod vnuſquiſque infans a principio
ſue creationis, dum primo incipit genera-
ri, vſque ad diem ſui ortus, recipit formen-



Source : BIU Cujas

tum & influentiam ab omnibus ſeptẽ pla-
netis,quorum vnuſquiſq; ſingulo mẽſe ſui
ſyderis gratiam naturaliter operatur in ip-
ſo infante in vtero matris iacente, ſecundũ
quam paulatim infans recipit augmentũ,
ita quod deuenit ad perfectionem ſuam &
4 venit in lucem. †Primo enim menſe re-
gnat Saturnus qui eſt frigidus,& ſiccus,ini
micus vite humane quæ conſiſtit in calido
& humido,vt per glo.prædictam in d.c.qđ
vero,& d.c.moyſes iſtius planete ſeu ſyde-
ris natura eſt ſperma viri de recenti efluxũ
in ventre matris quod adhuc liquidum eſt
vna cum ſpermate mulieris inſimul coagu-
lare, & inſpiſſare, ita quod poſsit recipere
formam & adeo fortiter illud perſtringit
coagulando quod reducit illud tanquam in
maſſam paſte, quo ſic in vnũ coagulato fit
paulatim extẽſio,& formatur primo caput
deinde alia mẽbra adeo quod xxx. die cõ-
pleto communiter,infans ſolet habere for-
mam ſuam perfectam. Secũdo menſe ve-
nit Iupiter qui eſt calidus,& humidus ami-
cus vite humanæ,& inimicus mortis,& in-
fantem ipſum quem formatum reperijt ex-
tendit,& auget,quos vero inuenit nondum
eſſe bene formatos illorum formas cõplet
mirabili gratia,& fortuna quod euenire ſo
let, quãdoque propter debilitatem matris,
& hinc eſt quod mulieris iſte cõiter ſolent
ſecundo menſe ſentire infantẽ in vtero cõ-
moueri. Tertio menſe Mars ſuccedit,qui
eſt,calidus & ſiccus vt ignis,& iſte ſimiliter
fert opem augumento partus illas humidi-
tates quas reperit ex reſiduis ſideris Iouis
deſiccat & incumbit augumento pueri.

Quarto deinde menſe venit Venus quæ
eſt,frigida & humida vt aqua & ipſa ſimili
ter temperat ſuperfluas caliditates ignitas
pręcedẽtis ſyderis. Quinto ſuccedit Mer
curius. Sexto Sol. Septimo Luna,&
vnumquodq; ſydus procedit proportiona-
biliter,ſecundum eius naturam in augumẽ
tum ipſius infantis. cõpleto igitur ſeptimo
menſe curſus iſte ſydereus reuertitur iterũ
ad primum quod eſt Saturnus qui regnat
& operatur octauo menſe.Deinde ad Iouẽ
qui venit nouo menſe,poſtea ad Martẽ qui
5 decimo, & ſic de ſingulis ſucceſsiue. † Et
hinc eſt quod infans qui naſcitur ſeptimo
menſe viuit,eo quia naſcitur ſub ſydere lu
ne vitæ humanæ cõpatibili, & quia tũc in-
fans dicitur eſſe perfectus,ex quo participa
uit de natura & qualitatibus omniũ ſeptẽ
ſyderum ſiue planetarum,ſi naſcitur illo ſe
ptimo menſe dum Luna dominatur,viuit,
& quamplures reperiuntur qui nati ſunt ſe
ptimo menſe & viuunt.Si vero octauo mẽ
ſe veniret in lucem perraro vel nunquã vi
uit, ratio eſt quia venit ſub ſydere Saturni
maligno & multũ contrario vitæ hominis,
ex quo vt dixi eſt frigidus & ſiccus habet
conformitatem cũ morte,illi igitur qui ſub
iſto ſydere veniunt in lucem adeo grauiter
vulnerantur & pręmũtur iſtius ſyderis ma
lignitate, & frigiditate quod neceſſe eſt vt
pereant. Hi vero qui nono menſe veniunt
in lucem,prout maior pars venit,oẽs com-
muniter viuunt,& creſcunt ex quo ſub Io-
ue cæteris benigniore ſydere, & humanæ
vite conſeruatore oriuntur de quo magis
q̃ de alijs natura letatur,hæc licet ſint ali-
quantulum extra materiã noſtram, tamen
quia ſunt delectabilis intelligentie, ſaltem
pro iunioribus hic inſerere placuit. Re-
deamus nunc ad materiam noſtrã qua quę-
rebamus quanto tempore infans in vtero
matris dicitur eſſe formatus,& concluden-
dũ eſt ſecundum opinio.dicti doc.q; cõiter,
xxx. & quandoq;.xxxv. die ad plus a die
ipſius conceptionis. quidam alij dixerũt q;
maſculus poſt.xl.fœmina vero poſt.lxxx.
dies habet perfectam formam.ita dicit glo.
v.diſt.in princi.in verſi.xl. quam refert &
ſequitur Abb.in c.ſi aliquis.in fin.de homi.
tamen de iure ciuili non eſt diſcedendũ ab
opi.glo.in d.l.diuus.quę eſt communiter ap
6 probata.†Si igitur poſt dictum tempus mu
lier acceperit poculum abortionis ſcienter
tenetur vt matricida, & legis pompeie de
parricidis pœna puniẽda eſt vt d.l.j.§.ma-
ter.ff.ad leg.pompe.de parricid.ſi aũt alius
ſcienter dederit poculũ prędictũ quod ipſa
mulier ignoranter accepit,ille qui tradidit
punitur pœna legis corne.de ſicarijs,vt l.j.
in prin.& l.iij.ff.eo.titu.de ſica. Si vero po
culum prædictum aſſumptũ fuerit ante tem
pus prædictũ.ſ.anteq; puerperium eſſet for
matum in vtero,& tunc aut mulier accepit
pecuniã pro bibẽdo poculũ vt faceret abor
tiuum, & iſto caſu ſemper mulier punitur
pœna capitis,ſiue infans erat iam formatus
ſiue non d.l.cicero.in princ.& ibi Barto.&
idẽ Bar.in d.l.diuus.ff.de extra.crimi.ſi ve-
ro mulier pecuniam non accepit non puni-
tur pœna mortis quando ante tempus for-
mationis & vite ipſius infantis aſſumpſit
poculum,ſed alia pœna extraordinaria re-
legationis d.l.diuus.& ibi glo.& Bartol.in
l.prægnantem.& l.cicero.§.fina.ff.de pen.
& l.ſi mulierem viſceribus.ff.ad leg.cor.de
ſica,quod verum eſt de iure ciuili per iura

Source : BIU Cujas

prędicta. †De iure autem canonico infer
tur pœna ſpiritualis.ſ. excommunicationis
quocunque tempore fuerint data dicta po-
cula etiã ſi eſſent data mulieri nihil adhuc
habenti in vtero ad effectum ne concipiat
eadem pœna puniuntur velut homicide.c.
ſi aliquis,de homic.in antiquis,& diximus
ſupra proxima.q in fin.Prædicta omnia ta-
men procedũt quando fuit ſecutus effectus
quod mulier fecit abortiuum partum, ſed
quid ſi non obſtante poculo mulier pepe-
rit filium viuentem & qui durauit in vita,
an qui dedit poculum vel ipſa mulier pu-
niatur,& qua pœna,vide do.And.Barba.in
conſi.xxiij.in ij.volu.vbi dicit quod nõ de
bet puniri pœna mortis ex quo non fuit ſe-
cutus effectus, quia hodie in maleficijs po-
tius ſpectatur euentus quam ſolus animus
delinquentis ſine effectu, nihilominus non
euadet impunis ille qui ſciẽter tradidit vel
qui ſcienter aſſumpſit,quia poterit relega-
ri per ea quę habentur in d.l.ſi quis aliquid
.§.qui abortionis.ff.de pen.Quandoque ve
ro ex poculo huiuſmodi ſumpto mulier ip-
ſa perijt, & tunc ille qui tradidit punitur
pœna vltimi ſupplicij, licet non dederit do
loſe cõtra ipſam,quia res mali exempli eſt.
& iſte proprie caſus in dicto.§.qui abortio
8 nis,in fin.†Quid ſi aliquis dederit poculum
amatorium mulieri prægnanti,vt flecteret
eius animum ad amandum ipſum tradentẽ,
ex quo poculo mulier ipſa perijt qua pœ-
na puniatur tradens.dic quod eadem pœna
vltimi ſupplicij quamuis animum occiden-
di non habuerit & dolum non fecerit,vt di
cto.§.qui abortionis, qui decidit vtrunque
caſum in terminis,hæc tamen quæ ſupra di
ximus procedunt de iure ciuili & inter lai-
cos,De iure autem canonico vltra ea quæ
diximus ſupra clarius hic diſtingue ꝙ aut
loquimur de iure antiquo ſecundum legem
Moyſi,aut de iure nouo ſecundum conſtitu
tiones pontificũ.Primo caſu ſi infans iã for-
matus & animatus erat ꝙ qualiter & quan
to tẽpore dicatur eſſe formatus, & anima-
tus diximus ſupra ea.q.quia tũc det animã
pro anima,Et ſic punitur pœna mortis qui
dedit poculum abortionis,quo necauit in-
fantem viuentem,vt in cap.moyſes.xxxij.
quæſtione ſecunda in princi.aut partus non
dum erat completus in forma nec anima-
tus,& tradens poculum huiuſmodi mulcta-
tur pœcunia arbitrio iudicis dicto ca.moy-
ſes.Ratio eſt,quia non poteſt dici exanima
tum illud ꝙ caret anima quã non habet ad-
9 huc. †Secundo vero caſu quando loqui-
mur de iure põtificio, aut loquimur de pœ
na irregularitatis vel degradationis,& iſta
non infertur niſi clericus effectualiter ho-
minem viuentem occiderit, vel ꝙſit natus,
vel adhuc in vtero matris non refert. & in
cap.primo & c.ſicut dignum.§.j. de homic.
& per glo.in d.c.moyſes.c. ſi aliquis.in gl.
eo.tit.& glo.in c.cõſuluiſti.ij.q.iiij. idem ſe
quitur Panor.in d.c.ſi aliquis,aut loquimur
de pœna excommunicationis, & iſta infer-
tur pro quocũq; abortiuo ſecuto ſiue puer-
perium erat animatum ſiue non,& iura ip-
ſa appellant iſtud homicidium,ſed antequã
infans ſit plene formatus, & animatus non
poteſt dici proprie homicidium, quia non
poteſt corpus examinari quod adhuc caret
anima,vt ſupra proxi.diximus,iſto caſu igi
tur improprie dicitur homicidiũ, vide tex.
in d.c, ſi aliquis.& ibi do.Abba. immo hac
pœna punitur etiam ſi aliquis libidine aut
odio daret mulieri quæ nondum concepit
venena ſiue pocula ſterilitatis adhoc ne coe
undo concipere poſſit,vt d.c.ſi aliquis.vbi
eſt caſus valde not.quod non ſolum quis te
netur de homicidio pro abortiuo iã facto,
ſed pro fiendo vel pro impedimento præ-
10 ſtito ad concipiendum. †Et not.etiã hoc
vnum in tota materia poculorum,quod nõ
ſolum punitur qui ſcienter tradidit poculũ,
verumetiam ille qui ſcienter fecit & cõpo
ſuit,ita expreſſe not. Panor.in d.capi.ſi ali-
quis.in princ.& no.in l.j.in princ.& in l.iij.
in princi.ff.ad leg.cor.de ſica. & hoc idem
ſeruatur in quibuſcunq; alijs ſortilegijs, vt
not.Archid.xxvj.q.v.quicunque. & j. diſt.
ſi quis viduam.xxiij.q.vlti.peſſimam.ff.ad
leg. iul. maieſta.l.j.& ff.de iniur.l.itẽ apud
labeonem.§.adduxiſſe.

## SVMMARIVM.

1 *Sacerdotes ſuper rebus ꝓphanis ad ſortilegia aptis celebrantes,qualiter debeant puniri.*

2 *Sacerdos miſſam defunctorum pro viuentibus celebrãs vt citius moriantur, aut periculum incurrant, qualiter puniatur.*

3 *Clericus qui ſacramento abutitur pœna arbitraria punitur.*

1 DECIMO quarto quero vl-
tra†ea q̃ diximus ſupra i xj.
q.videndũ eſt q̃d de ſacerdo
tibus q̃ ſup rebus ꝓphanis,
& aptis ad faciẽdũ ſortilegia
& ad illud dũtaxat effectum

oblatis, vnam aut plures miſſas ſcienter celebrant adhibitis nepharijs, & inhoneſtis precibus, & verbis ſuperſtitioſis, q̄bus pœnis puniuntur. Res vero ſuper quibus ſolēt miſſas ipſas celebrare ſunt vt plurimū iſte panis crudus ſiue paſta, aut coctus, vt placenta, item calamita quandoq; cutim indumenti pueri naſcentis, quam appellant pelliculā virginē, & alia his ſimilia ſimplicia, aut mixta impoſita ſuper altari illis modis de quibus ſupra diximus in tertia q̄one, ꝓ iſto facinore, dic quod de iure canonum clericus omnino deponitur, vt in c. ſi quis epi
2 ſcopus. xxvj. q. v. † ſi enim pro ſola celebratione miſſe defunctorum dicta pro viuentibus, vt citius moriantur aut periculū mortis incurrant, ſacerdos perpetuo priuatur officio, beneficio, ordine, gradu atque dignitate & in perpetui exilij ergaſtulo, vna cū conſulente vel id fieri procurante relegatur, vt in cap. quicunque. xxvj. quæſtio. v. & diximus ſupra xj. q. verſic. pro faciliori. quantomagis deberet iſte ſacerdos deponi, & relegari qui in miſſarum ſuarū celebratione illa prophana & immūda turpiter cōmiſcuit illaque vel deo aut potius dæmoni vouere turpibus, & ſuperſtitioſis precibus non veretur. certe nō video cur minori pœna puniri poſsit, maxime quando ſcienter iſta patrauit d. c. quicunque in ij. parte circa finem. pro quo facit in argu. tex. de conſecra. diſtinctio. ij. cum omne crimen. in fin. vbi grauiter punitur clericus depoſitione, qui abutitur ordine ſacramenti, licet id non faciat ad effectum ſortilegiandi, aut per modum ſuperſtitioſum, vt latius infra dicam.

3 † Quidam vero dixerūt quod pro huiuſmodi facinore ſit pœna arbitraria, iuxta doctrinam do. Abb. in d. c. ij. extra eo. ti. hoc tamen tolerari poſſet quotieſcunque factum non eſſet valde turpe vel perſona ſacerdotis eſſet adeo ſimplex, & debilis ingenij q̄d de facili quis cognoſcere poſſet quod bona fide ductus fuerit circunuētus putans bene facere & nō peccare, vt in d. c. ij. & eſt tex. & ibi Bar. in l. ſi adulteriū cū inceſtu. §. i. ver. idem pollioni. ff. ad leg. iul. de adulte.

## SVMMARIVM.

1 *Sacerdotes debito modo & ordine ſacrificādi abeuntes, quam pœnam dare debeant.*

2 *Sacerdos qui forma debita, aut etiam materia ſacramenti non ſeruata celebrat, omni ordine et gradu ad tempus priuari debet.*

1 DECIMOquinto quero † de ſacerdotibus qui abutuntur debito modo & ordine ſacrificandi, vt quia nō ponunt vinū cū aqua ſimul in calice, ſed vinū tm̄, aut aquā ſolā vel botrū vuarū cōprimūt in calice aut panniculū muſto intinctū, & diu cōſeruatū aqua ablauāt & illā lauaturā ponunt in calice loco vini aqua commixti, aut panē ſacramēti intinctū in vino calicis ſacrato tradūt laicis pro cōione ſiue euchariſtie ſacramento quibus pœnis puniūtur. omnia iſta narrantur in tex. in c. cū omne crimen. de cōſecra.
2 diſt. ij. & cōcluditur in fine † quod ſacerdos pro iſto facinore debet priuari ad tēpus omni ordine & gradu arbitrio iudicis, & tandiu ſic priuatus exiſtere donec iudici viſum fuerit illum congruam pœnitentiam peregiſſe vt poſtea purgatus ad omnia ſua priſtina reſtituatur, vt vbi dicitur.

## SVMMARIVM.

1 *Sacerdos vel quiuis alius res ſacras aut ſacratas ad vſus prophanos conuertens, qualiter puniri debeat.*

2 *Baldaſſar rex Babylonis interfectus quod vaſa ſacra tēpli in prophanos conuerterit vſus.*

3 *Diaconus rebus ſacris abutens et in vſus prophanos eas cōuertēs, quāto tēpore excōicatus ab altaris miniſterio ſit ſuſpenſus.*

4 *Abutens rebus ſacris in ſortilegijs ſacrilegij reus eſt.*

1 DECIMOſexto q̄ro qua † pœna puniuntur ſacerdos vel laicus qui vaſa eccleſiaſtica ſacrata vel veſtes ſacras aut benedictas vt eſt altaris palla, calix, patena, purificatorium, tabernaculū ſacramenti euchariſtie, aut aliquarū reliquiarū, itē lapidē ſacratū totū aut partē ſiue corporale, manipulū, ſtolam, camiſum, planetā, itē vela quæ ſunt in ſanctuario aut iuxta imaginē crucis aut beatę Marię virg. & alia his ſimilia acceperit & ad ꝓphanos vſus irreuerēter cōuerterit aut dānabilius ī ſortilegijs commiſcuerit. Dic ꝙ primo caſu q̄n q̄s abutitur illis in ꝓphanis domeſticis

Source : BIU Cujas

vſibus circa ſortilegia de iure antiquo ſecundum legem Moyſi vltione diuina percutiebantur, & ſepius morte, et totius ſtatus ſubuerſione, ſi erãt reges uel alij principes, vt habetur Daniel. v. † Vbi rex Baldaſſar filius Nabuchodonoſor poſtquam cepit erga deum, & res factas irreuerenter ſe habere, & ꝙ ſacrata vel benedicta vaſa aurea, & argentea ex ſacro templo dñi in Hieruſalem abſtulerat, & cum illis ipſe rex Baldaſſar vna cum principibus & primatibus ſuis vxoribus atq; concubinis in conuiuijs ſuis vinum biberant, iratus eſt valde deus de tanta eorum inſolentia et primo monuit regem Baldaſſarem quodam præconio literarũ miraculoſe ſcriptarum in albo pariete aule regie quas nemo ſapientum ipſius regis Baldaſſaris, ſed ſolus Daniel interpretatus eſt & comminatus fuit futurum malum iudicium cõtra ipſum, adeo vt illa nocte ipſe rex Baldaſſar ab inimicis ſuis interfectus eſt & regnũ ſuum ad extraneas manus deuenit vide in d. v. c. Daniel. de quo fit mentio de conſe. diſt. j. c. veſtimenta. & c. in ſancta. vnde concludi poteſt ꝙ de iure antiquo pro hmõi rapina & abuſu ſit pœna mortis, & bonorum ſuorum publicatio aut mala
3 ſucceſsio. † De iure vero pontificio Diaconus pro iſto crimine tribus annis & ſex mẽſibus excõicatus exiſtit & ab altaris miniſterio omnino ſuſpenſus habetur. Presbyter vero decem annis, & ſex mẽſibus remanet excõicatus, vt habetur de conſe. diſtin. j. nemo per ignorantiã. Si vero bona prædicta ipſi immiſcuerũt ĩ ſortilegijs aut alijs tradiderunt vt immiſcerẽt grauius puniuntur, quia clericus debet deponi et omnibus ſuis officijs atq; beneficijs ordine gradu & dignitate priuari & in perpetuum carcerẽ intrudi, aut in exilium perpetuum mitti. vt d. c. ſi quis epiſcopus. & c. quicunque in fin. xxvj. q. v. vel dic ſecundum Abb. in d. c. ij. extra eo. ti. quod erit pœna arbitraria ſecũdum arbitrium iudicis moderanda attenta qualitate facti, & perſonarum cõditione vt alias diximus ſupra eod. per dicta iura quæ amplius non refero vt capiam breuitatem.
4 † Et no. vnum in tota materia ſortilegiorum quod ille qui abutitur rebus ſacris vel benedictis, & eccleſiaſticis ſemel dedicatis, non ſolum tenetur pœnis de quibus ſupra verumetiam tenetur pœna ſacrilegij, quia in veritate per ſimilem contrectationem rerum ſacrarum committitur ſacrilegium vt habetur xvij. q. iiij. ſacrilegium. & c. ſi quis contumax. §. j. & d. Ioan. lec. in ſum. in ti. de ſacrile. q. iij. & S. Tho. in ſum. ij. ij. q. xcix. arti. iij. verſi. dicendum, & de pœna ipſorũ, vide in d. c. ſi quis contumax. Immo dicit Archi. in c. fœlicis de pœ. lib. vj. in princi. ꝙ ſacrilegium committit quilibet de ordinibus clericorum qui ariolos incãtatores auruſpices & ſimiles conſuluit vel ſimilia facit intelligens in effectu ꝙ omnis ſortilegus poteſt dici ſacrilegus & de ſacrilegio puniri, vide tamen quæ latius dicam infra titu. ſeq. q. j. & no. etiam ꝙ pro iſto crimine ſubtractionis vaſorum ſacrorũ de eccleſia imponuntur grauiores pœnæ de quibus habetur. xij. q. ij. de viro. vide ibi.

## SVMMARIVM.

1 *Sacerdos in miſſarum celebrationibus preces nepharias, & turpes admiſcens & ad malum finem, qualiter ſit puniendus.*

2 *Sacerdos Hiſpanus decretorum doctor etiã quadrageſimumquintum egreſſum annũ in inſaniam & furorem vertitur ob nephandum amorem monialium.*

3 *Sacerdos preces aut oblationes nepharias in miſſarum ſolemnijs offerens officio & beneficio, gradu, & ordine eſt priuandus.*

4 *Pœnæ ſecundum facti qualitatem, turpitudinem, aut ſcandalum ſunt aggrauande aut molliende.*

5 *Animus maxime in omnibus criminibus eſt attendendus.*

1 DECIMO ſeptimo quero † quid de his ſacerdotibus qui in miſſarum ſuarum celebrationibus hmõi aliquas preces nefandas, & turpes abſq; alicuius rei immixtione protulerint illa aut Deo aut demoni vouendo non abſq; magna ſuperſtitione dicauerint, quero qua pœna puniantur, & vt faciſius res iſta apprehendi poſsit ſubdam exemplo prout habui ſemel
2 in facto Romæ. † Quidam vir Hiſpanus clericus in ſacris beneficiatus, & decretorũ docto. etatis anno. xlv. vel circa captus erat amore quarundam monialium iuuenũ quæ erant plurimum forma venuſte, quas iſte ſepius ad monaſteriũ viſitabat, & blãdis verbis atq; muneribus multoties blandiebatur eis, adeo quod propter illarum pulchritu-

dinem,& venerabilem venuſtatem ille Hiſpanus paulatim cepit ardeſcere,& frequẽtius illarum monaſterij limina viſitare et in tam magnam deuenit inſaniam & cecitatẽ ꝙ die nocteq; tam in ſomnis quam in vigilia nil aliud niſi illarum amplexus, & concubitus meditabaẗ corde, verbo,geſtis,aut ſignis.Et ĩ tam graui demẽtia adductus fuit ꝙ aſſerebat expreſſe, ex quo ipſe erat clericus, eſſe ſponſum eccleſię,& moniales illas ſimiliter eſſe ſponſas eccleſiæ,nam quia dicebantur eſſe ſponſe Chriſti qui repreſentatur per eccleſiam concludebat ꝙ ſponſi & ſpõſe ſpirituales,hoc eſt,ſacerdotes,et moniales poterant adinuicem carnaliter copulari ſine peccato,& quod ita deus preordinauerat, putans ſummũ bonũ in ſolo coitu conſiſtere. & ꝙ turpius eſt ipſe ſepius hoc prædicabat illis iuuenculis adeo quod ipſe ceperunt illum euitare, vnde ipſe clericus poſtea deuenit in maiorem inſaniam, quia quotidie cum eſſet literatus cõponebat aliquas orationes & preces nefarias ꝗbus orabat deum et alios ſanctos vt prę̃starent ſibi robur maximum in renibus, in lumbis vero calorem talẽ quo poſſet facillime in magna abundantia luxuriari & coitum carnis ſepiſsime complere, & quia illarum monialium quędã vocabatur Cecilia,altera Vrſula,alia vero Magdalena, & Clara, in ipſis ſuis orationibus,quas quotidie de nouo formabat ſummis precibus deprecabatur virgines illas ſanctas, & beatas poſt dei inuocationẽ,vt ex dono gratię ſpecialis in mentibus,& cordibus ipſarum monialium hanc meditationem & firmam opinionẽ infunderent, ita ꝙ ipſe moniales firmiter putarent & crederent nullum aliud magis meritoriũ opus deo fieri poſſe quam coire,& carnaliter cõmiſceri,creſcere & multiplicare,nulla adhibita perſonarum diſtinctione, ſit ſacra vel prophana,ſit coniugata vel ſoluta, ſit conſanguinea vel extranea,& ſimilia,& quod ex coitu hmõi putarẽt votum caſtitatis nullatenus infringi poſſe, ſed magis hoc deo placere quam holocauſtum ſiue ſacrificium,& vltra hoc ꝙ ardentius illarum corda incaleſceret ad amandum & vehementer diligendum virum ipſum ſacerdotẽ qui erat ſponſus eccleſiæ & eius vota carnalia firmiter maxima cum humilitate adimplere eiuſq; mandatis vt veri patris parere aſſerens ꝙ illo modo conſumandum erat matrimonium ſpirituale inter religioſos viros & mulieres quemadmodum matrimonium carnale conſumatur per veram vtriuſq; coniugum carnalem copulam, vt in c. continebatur, primo reſponſo.de deſpon. impub.& in c.tua nos.de ſponſa.Quas quidem ſchedulas ipſe clericus portabat quotidie ad quoddam monaſterium vbi morabatur quidã boni & puriſsimi ſacerdotes mẽdicantes,qui potius ſimplicitate & bonitate q̃ doctrina religionem ſuam profitebantur, & die qualibet ad eccleſiam illius monaſterij accedebat ad miſſam & ſingulis diebus vnam ex ipſis ſchedulis dabat ſacerdoti,& dabat ẽt iulium vnũ pro eleemoſina ad hoc vt in celebratione miſſe.ſ. in memento preces illas Deo, & ſanctis virginibus prædictis offerret cum deuotione orando deũ & ſanctas virgines prædictas vt pia vota ipſius orantis exaudirent.& hoc modo decepit vnum vel duos ex ſimplicioribus & rudioribus illorum monachorum. & interim ipſe quoq; intererat miſſe, & totidem eaſdemq; pręces ipſe cũ deuotione recitabat, & proſequendo vlterius in hac ſua ſuperſtitione quotidie nouas orationes componens deuenit tandem ad manus cuiuſdã monachi q erat cæteris magis doctus atq; expertus qui ſumpta ſchedula duplicata vna cum eleemoſina acceſsit ad altare & perlegens quę intus erãt verba valde obſtupuit, & ne miſſe ſacrificium perturbaret dimiſit ſchedulam illã in angulo altaris,et proſecutus fuit miſſam.demũ ea completa ipſe monachus multum reprehendit ipſum clericũ Hiſpanum dicens ꝙ verba illa erant valde turpia,& ſuperſtitioſa,nec merebantur per aliquem ſacerdotem in tãto miſſe myſterio memorari,at ille ſubriſit deridens monachi illius ſimplicitatem & ignorantiam,cepitq; ſecũ velle diſputare,qa argutus erat quaſdã interpretationes diuine ſcripture longe erroneas attribuens,adeo quod non tranſibat abſq; ſcrupulo & labe hæretice prauitatis, vt alias diximus ſupra ti.j.q.j.& ij.Videns itaq; monachus ille ipſum clericũ tam graui errore apprehẽſum ſumptis pluribus ex illis ſuis ſchedulis quas adinuenit de præmiſsis omnibus conſuluit quã primũ Reuer. D.Vicarium papæ cuius tunc ego auditor aderam mihiq; mandauit vt rem hanc cognoſcerem & ipſum clericũ pro modo culpe corriperem, qui ſtatim incarceratus,& examinatus omnia ad vnguẽ confeſſus eſt, immo a principio inſtabat pertinax in illa ſua erronea opinione,volens defendere falſas quaſdã & nouas interpretationes quas diuine ſcripture attribuerat,qui q̃ primum vidit me præparari ad declarandum illum

ereticum & pœnis hæreticorum ſubijciẽ-
um,niſi errorem ipſum reuocaret, inconti
nti omnia reuocauit et errorem ſuum ſo-
mniter abiurauit,adeo quod pro hæreſis
ſpitione meruit veniã & reuocauit om-
es illas ſuas interpretationes quas dederat
iuine ſcripture & reliquas omnes inſanias
uas quas ſupra narrauimus,nihilominus ut
autius in futurum procederet de mãdato.
S.D.N.papæ fuit relegatus ab vrbe ad cer-
tum tempus. †Ad propoſitum nunc quæ-
ſtionis noſtre redeundo quero ſi reperitur
aliquis ſacerdos q ſciẽter præces huiuſmo-
di aut ſimiles quæ non tendunt ad verum
diuinum cultum & ſalutẽ anime,ſed potius
vertuntur in peccatum & rem damnabilẽ
in miſſe ſolemni ſacrificio celebrauerit ſeu
alio quouis mõ vouerit aut obtulerit, qua
pœna puniatur, dic ꝙ iſto caſu putarẽ eſſe
priuãdũ omni ordine & gradu officijs atq;
beneficijs eccleſiaſticis,& ẽt relegandũ eſſe
tam ipſum ſacerdotem ꝙ̃ illũ qui ipſum cõ
ſuluit & pręmiſſa fieri mandat.arg.eorum,q
habentur in d.c quicũq; in fi.xxvj.q.v.vbi
ſi ſacerdos pro viuentibus celebrat miſſam
defunctorum vt illi pro quibus miſſa cele-
bratur citius moriantur aut mortis pericu-
lum incurrant ſacerdos ipſe punitur pœnis
prædictis,& nihilominus ibi nõ apparet de
aliqua ſuperſtitioſa oratione aut cerimo-
nijs,ſed ſolum de turpi celebrantis intentio
ne,quanto magis in caſu noſtro ille deberet
hac pœna puniri qui præces iſtas obſcenas
diuino cultui admodum contrarias & quæ
omnes tendunt ad peccatum & totius chri-
ſtiane fidei leſionem dum querit per ſacrifi
cium miſſe præbere materiam peccandi &
malefaciendi per quam & eius holocauſtũ
ſolent peccata dimitti de conſe.di.ij.cũ om
ne crimen, & eadem diſ.nihil in ſacrificijs
& diximus ſupra ti.j.q.ij.in prin.nihilomi-
nus iſto caſu non diſcederem ab opinione
Abb.de qua in d.c.ij.extra eo.titu.ſcilicet
4 †ꝙ pœnę hmõi ſint aggrauãde vel minuen
de iuxta qualitatem facti aut turpitudinem
ſiue ſcandalum ꝙ inde exoritur & perſona
rum cõditionem in quibus omnibus pluri-
mum vertitur arbitrium iudicis,ponamus
enim quod eſſet aliquis ſimplex humilis ſa-
cerdos idiota qui ſit alias bone conditionis
& fame pure conſcientie qui ad præces,&
mandata alicuius magni principis baronis
aut viri magne conditionis ſimiles præces
emiſerit,erit ne dicendum quod ſit punien-
dus ille ſicut alius verſutus malitioſus, &
qui in iſtis turpitudinibus delectatur certe
non. & propterea bene & ſancte diſpoſuit
tex.in c.ſicut dignum in princi.de homici.
& in l.reſpiciendum.& l.aut facta.ff.de pœ.
& l.quid ergo, & ibi Bart.ff.de his qui no.
infami.& Bar.Bal.& alij in l j.§.diuus.et in
l.diuus.& l.in lege cor.ff.ad leg.cor.de ſica.
5 vbi dicũt† quod in omnibus criminibus at-
tẽditur principaliter animus & intẽtio de-
liquentis an ex ſimplicitate quadã vel igno
rantia, aut dolo & malitia inductus fuerit
ad peccandum vt his attentis fiat variatio
pœnæ.pro quo bene facit textus & quod
ibi no.glo.& Panor.in d.c.ij.extra eod.tit.
Præterea ponamus ꝙ aliquis perſuadet ſa-
cerdoti quod voueat & offerat pro eo pre-
ces quaſdam in miſſa quæ expreſſe non ap-
parebant nec cognoſcebãtur ſaltim per vi-
rum rudem & inexpertum quod eſſent ſu-
perſtitioſa vt quia in ipſis apparebãt a prin
cipio verba quædã honeſta & religioſa,de-
inde vero ſuperſtitioſa et diabolica ſed erãt
per nomina quædam adeo ignota ipſi ſacer
doti quod putabat omnia eſſe bona & nul-
lam in ſe habere ſuperſtitionem iſto caſu ſi-
militer putarem dictũ ſacerdotem eſſe lon-
ge mitius puniendum per ea quæ ſupra di-
ximus,& d.c.ij.& ibi gl.extra eo.tit.

FINIS.

Source : BIU Cujas

# DO. IOANNIS NICOLAI AREI ATANI IVR. VTRIVSQVE DOC.

TRACTATVS DE HAERETICIS, QVINquaginta notabilia in hac hæreticorum materia, præterea, quæ in tractatu ſuperiore ſcripta ſunt, e varijs ſcribentium locis decerpta continens.




## SVMMARIVM.

1 *Spoliatus ante omnia reſtituendus eſt.*

2 *Hæreticus ſpoliatus non reſtituitur, & quare.*

3 *Excommunicato obſtat exceptio excommunicationis ne ſpoliatus reſtituatur.*

4 *Excommunicatus agit ad vxoris reſtitutionem, hæreticus nequaquam.*

5 *Proprietatis exceptio quoties concludit agẽtem non poſsidere, tunc obſtat agenti poſſeſſorio recuperande.*

## NOTABILE I.

1 VNVM in primis mẽti mandandum ſuadeo, vulgata apud vtriuſq; cẽſure profeſſores extat regula, † ſpoliatum eſſe ante oia reſtituendum, vſq; adeo vt aduerſus eum nulla poſſit obijci, ꝓprietatis exceptio. l. ſi qs ad ſe fundum, C. ad l. iul. de vi publi. c. j. & c. literis, vbiq; ſcriben. extra de reſtit ſpol. Latiſsime Bar. & cæteri poſt eum in l. naturaliter, §. nihil cõe. ff. de acq. poſ. Hanc tñ regulam
2 reſtringe† vt non procedat in ſpoliato, cui agenti poſſeſſorio recuperãde ob. exceptio hæreſis, ita vult glo. not. in c. quo iure. vbi Prepoſi. Alexã. viij. diſt. Ratio tradit a quibuſdam recẽtioribus. in d. §. nihil cõe. quia hæreticus ipſo facto excõicatus eſt c. excõ-
3 municamus. de hæreti. excõicato † autem obſtat excõicationis exceptio, ita vt ſpoliatus non reſtituatur. gl. in c. j. xxiiij. diſtin. in verbo, audientia. & in c. ex inſinuatione. in verbo, aliud canonicum. extra de procura. Pan. in c. a nobis de excep. & in c. fi. col. pe. de ordine cogni. Ergo hæretico vtpote excommunicato obſtare debet except. hæreſis, ne reſtituatur. Sed hæc ratio nequaquã
4 ſatisfacit † qm̃ eadem quoque ratione dicẽdum foret hæreticum ad vxoris reſtitutionem agere poſſe, cum excõicatus poſsit ſecundum glo. in c. qm̃ multos. in verbo vxores. xj. q. iij. & Panor. in d. c. fina. qui refert Hoſti. in ſum. tit. de reſtitu. ſpol. §. facienda. verſi. quid ſi vir petat, ſed falſum eſt hære-

Source : BIU Cujas

ſico licere vxorem petitam cõſequi.c.iiij.
de diuor.c.inter. de purga.cano.& abunde
ſcriptum eſt ſupra in tracta.q.xv.nu.10.igi
tur &c.Alia ergo querenda eſt ratio.verior
igitur erit ratio hoc ideo eſſe,quia exceptio
hæreſis ẽt concludit in poſſeſſorio,qm̃ hęre
ticus nihil poſsidere poteſt.c.j.& ij.xxiij.
q.vij.dictum fuit ſupra in tracta.q.xv.nu.3.
cum igitur exceptio hæreſis ẽt cõcludat in
poſſeſſorio hæretico remedijs poſſeſſorijs
agenti obſtare debet. Nam † quoties pro-
prietatis exceptio oppoſita concludit agen
tem non poſsidere,tunc talis exceptio ob-
ſtat agenti recuperande poſſeſsionis auxi-
lio,ita Alex.in d.§.nihil cõe.colla.vj.& ſe-
quen.maxime in vij.fallen.ad regulam d.l.
ſi quis ad ſe fundum,et Bal.in ti.de pace cõ
ſtan.in verbo,reſtituitur.alias eſt verſi.ſub
§.omnes. idem Bal.in l.j.C.ſi.de momẽta.
poſſeſsio.& in l.ij.vbi etiã Ang.C.de edic.
diui adri.toll.Ang.in l.dolo.ff.de doli exce.

SVMMARIVM.

1 *Condemnandus nemo eſt ex ſola confeßione quando aliter de delicto non conſtat.*

2 *Confeßio ſola ſufficit ad condemnationem in crimine hæreſis, & quare.*

3 *Confeßio facta in foro pœnitentiæ nõ ꝓbat.*

NOTABILE II.

1 COMMENDA †memo
riæ quod quanuis ex cõfeſ-
ſione ſola nemo dãnari de-
beat,qñ aliter nõ conſtat de
delicto l.j.§.item illud vbi
Bar.ff.ad ſenatuſcon. ſilleia.
Bald.in auth.ſed nouo iure.
C.de ſer.fugi.Ang.in l.j.C.de confeſ.Areti.
in trac.malefic.in verbo,& veſtem cœleſtẽ
abſtulit.verſi.quid ſi aliquis confitet̃ ſe plu
ra furta.col.xij.Iaſ. melius ꝙ̃ alibi. in l.er-
ror.col.iij.C.de iur.& fac.ignorã.Pau.in l.
quoties.§.ſi quis nomen.ff.de hæred.inſtit.
cum alijs ample traditis per Hippoly.Mar-
ſilium in practica criminali in prin. & Fel.
latiſsime in c.auditis. colũ.xv.& ſeq.extra
2 de præſcrip.†In crimine tñ hæreſis ſola cõ
feſsio ſufficit ad condemnationem, qm̃ ali-
ter de delicto conſtare non poteſt quam per
ſolam cõfeſsionem,ſolus etenim deus ſcru-
tator eſt cordium,ita no.Bal.in l.ſi quis non
dicam rapere.C.de epiſ.& cler.ſequunt̃ Fe-
3 ly.in d.c.auditis.Intellige † ſane, modo ta-
lis confeſsio ſit iudicialis & non facta in fo-
ro pœnitentiæ,quia tũc nihil probaret.tex.
in c.ſacerdos. vbi Pan.extra de offic.ordi.
no.Bal.in d.l.archigerontes.C.de epiſc.au-
dien.faciunt no.ꝑ Arch.in c.vtilẽ.xxij.q.ij.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in caſu dubio cognoſcit an ſua ſit iuriſditio.*

2 *Inquiſitores non cognoſcunt an ſua ſit iuriſdictio quia non intromittunt ſe niſi in his quæ ſapiunt hæreſim manifeſtam.*

3 *Iudici vbi non datur poteſtas cognoſcendi niſi de manifeſtis,ſi reuocatur in dubium in illo caſu,non poteſt cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio.* Limitatur *&* reſtringitur. *nume. 4.*

NOTABILE III.

1 HOC quoq; infige pectori
non te fugit vt arbitror†iu
dicem in caſu dubio cogno
ſcere an ſua ſit iuriſdictio.et
an conuentus declinans fo-
rum ſit ſue iuriſdicti.l.ij.cũ
ample traditis ibi per ſcriben.ſi quis in ius
voc. non ierit.l.ſi quis ex aliena.ff.de iudi.
2 Nota † tñ ꝙ inquiſitores quia ſe non in-
tromittunt niſi his quę ſapiunt hæreſim ma
niſeſtam.c.accuſatus.§.ſane,de hæret.in vj.
non poſſunt cognoſcere an ſua ſit iuriſdi-
ctio.ita vult notabi.gl.in d.§.ſane. Archid.
& Ioan.And. Vnde not.ibi Domi.de ſancto
3 Gemi.regulam memorie mandandam † qđ
vbi iudici non datur poteſtas cognoſcendi
niſi de manifeſtis,ſi reuocatur in dubium in
illo caſu nõ poteſt cognoſcere an ſua ſit iu-
riſdictio.ſequitur illam gl.Fely.in c.ſi cleri-
cus laicum.de fo.competẽ.ſubijciens quod
iudex nõ habens iuriſdictionem niſi ſuper
cauſa notoria,occurrente caſu, de cuius no
torietate ſit dubium, nõ poteſt cognoſcere
an ſit caſus notorius. alleg.prædictam gl.§.
ſane.& aſsignat rationem ſubtilem, quia ſi
nullo modo eſt iudex niſi caſu exiſtente no
torio, quõ cognoſcet de notorietate? nam
cognoſcẽdo vt iudex non eſt iudex nõ exi-
ſtente fundamento iuriſdictionis. Adijcit
4 †tñ hoc habere verum qñ vellet cognoſce
re & pronũtiare tanꝙ̃ iudex, ſecus ſi extra
iudicialiter nõ vt iudex vellet ſe informa-

Source : BIU Cujas

re an caſus ſit notorius vel manifeſtus, & inuenta notorietate cauſam aggredi velit. Et ita intelligatur glo.in c.j.de offi.delega. in vj.quæ videtur contraria gl.in d.§.ſane.

## SVMMARIVM.

1 *Mandantis morte re integra finitur mandatum.*

2 *Inquiſitoris officium etiam re integra non expirat more mandantis.*

3 *Limita niſi fuiſſet inquiſitores datus cum clauſula ad beneplacitum.*

4 *Clauſula ad beneplacitum appoſita in conceßione officij quid operatur.*

## NOTABILE IIII.

1 ADVERTE queſo ad hæc quæ pulchra tibi videbuntur, habes tritiſsimam in iure regulam quod† morte mandantis finitur mãdatũ re integra, & morte delegantis re integra expirat delegati officium. l.& quia.vbi Bart.& doct.ff.de iuriſdi.om. iudi. not.tamen quod fauore fidei introdu-
2 ctum eſt† vt inquiſitoris officium alicui mãdatũ non extinguatur morte illius qui mandauit etiam re adhuc integra ita Pau.Alex. in d.l.& quia.allegantes expreſſum text.in c.ne aliqui.de hære.in vj. vbi Philip. Fran. ampliat illum text.loquentem in inquiſitore deputato a papa vt etiã procedat in inquiſitore deputato a quocunq; alio q̃ a papa,& comprobat plurib.vt per eum, quic-
3 quid teneat Domi.ibi. † Limita nunc ſingulariter & declara prædicta vt procedãt in officio ſimpliciter dato, ſecus ſi eſſet datum cum clauſula ad beneplacitum, tunc enim ſeruaretur quod habetur in c.ſi gra-
4 tioſe.de reſcrip.in vj.vbi dicitur†quod officium conceſſum cum clauſula ad beneplacitum noſtrum, expirat morte concedẽtis, ſecus ſi dicatur ad beneplacitum ſedis apo. ita not.limitat Ioan.Andr.in c.ne aliqui.de hære.in vj.in nouel.

## SVMMARIVM.

1 *In hæreſim incidit quis nedum verbo, ſed facto.*

2 *Credentes hæreticorum facto qui dicantur.*

3 *Animus declaratur ex factis, quinimo plus eſt factis aliquid declarare quam verbis.*

4 *Vſurarius ſi inhumaniter tractat eos quibus mutuat, & grauiter diffamatus ſit, poterit contra eum procedi de hæreſi.*

## NOTABILE V.

1 NOTA perpetuo ꝙ† in hæreſim quis dicitur incidere non ſolum verbo, ſed etiam facto.ita Lapus, But.& Ioã. de Imo.in cle.vnica.§.ſane. de uſu.facit tex.in c.eſtimãt. & c.non ſolum.xj.q.iij.& c.violatores.vbi bo.tex.xxv.q.j.faciunt quę expreſſe volũt Archi.& Ioan.And.in c.ij.de hæret.lib.vj.
2 varijs iuribus comprobantes ꝙ† factis ſicut dictis aliqui poſſunt dici credentes hæreticorum,vtputa ſi eos adorauerunt,reuerentiam ſuo more exhibuerunt,conſolationem,vel cõionem ab hęreticis receperunt, vel conſimilia pertractarũt,quæ ad eorum
3 ritum pertinent.Comprobatur,†nam ex factis declaratur animus.l. dolũ.ff.de dolo.c. ſicut enim.& c.qui viderit mulierẽ.xxxij. q.v.quinimmo plus eſt factis aliquid demõſtrare q̃ verbis,vt no.in c.dilecti.de appel. Ideo inferunt Lapus,But.et Imo.vbi ſupra
4 †quod ſi aliquis verbis non aſſerat exercere vſuras non eſſe peccatum, ſed factis hoc aſſerat,puta inhumaniter tractando eos quibus mutuauit,vel ſimile quid agendo, tunc ſi ex hoc ita grauata ſit eius opi.quod poſſit dici diffamatus, poterit procedi contra eum de hæreſi.& illud refert ibi Card.Zabar.q.vj.quanuis tandem videatur ab hoc dicto diſſentire.

## SVMMARIVM

1 *Hæreticus poſt pœnitentiam traditus carceri perpetuo,ſi inde fugiat,dicitur relapſus.*

## NOTABILE VI.

1 NON recedant a memoria quæ nunc ſubijciam,†ꝙ hæreticus qui poſt abiurationẽ & pœnitẽtiam fuit traditus perpetuo carceri iuxta tex. in c.excõicamus.ij.de here. & late ſupra in tracta.q.xx.& xxj.ſi poſtea aufugiat a carceri. ex hoc ſolo dr̃ relapſus & conuictus,ita ꝙ ei tanq̃ relapſo eſt dene

Source : BIU Cujas

ganda audientia,& iudici ſeculari ut punia
tur tradendus eſt,iuxta c,ad abolendam,de
hære,ita Fely.in d.c.excõicamus. poſt ioã.
And.in c.vt cõmiſsi.§.pe.eo,ti.in vj.

SVMMARIVM.

*Iudeorum collegio quanuis legari nõ poßit, poteſt tamẽ vni de iudeorũ collegio legari.*

*Hæreticorum collegio nec cuiquam de collegio legari poteſt.*

*Cur diuerſum inter iudeos & hæreticos.*

*Collegio vniuerſali & cuilibet de collegio quãdo dicatur prohibitũ relinquere, quãdo vero collegio vniuerſo relinqui prohibeatur, non etiam vni de collegio.*

4 *Iudeorum collegiũ hodie reprobatur ratione ſectæ.*

NOTABILE VII.

1 QVAM ſit nephandũ crimẽ hęreſis ex eo apparet† ꝙ q̃uis collegio iudeorũ prohibitũ ſit relinquere.l.j.C. de iude.non tñ prohibitũ eſt relinquere vni de collegio iudeorũ.gl.eſt nota,in l.j.vbi Bart.C.de iude. Cy.Bar.& Sal.in l.j.C.de ſa.ſan.ec.et ſentit gl.ibi.Idẽ expreſsius voluit Bar.in l.cũ ſe-
2 natus per illũ tex.ff.de reb.dub.† Collegio aũt hęreticorꝫ nihil relinqui pt nec cui quã de collegio eorꝫ l.manicheos.C.de hære.c. ſi epſ.c.in eos.c.vergẽtis.de hęre.extra bo. tex.in c.ſane.xxiiij.q.ij.ita not.Cy.Bart.& Sal.in locis pręal.& Soci.poſt Bar.in d.l.cũ ſenatus.Rõ diuerſitatis eſt ſcđm p̃dictos,q̃a
3 †tunc eſt prohibitũ collegio vl'i vel cuipiã de collegio i particulari relinquere, qñ collegium reprobatũ eſt rõne ſectæ,vt eſt collegiũ hæreticorũ ita procedat tex.in l.collegium.C.de hære.inſti.ſi aũt collegiũ non ſit reprobatũ rõne ſectæ, ſed ideo reprobatum ſit, quia non reperiť expreſſe approbatum, iuxta l.j.C.de colle.illic.tũc licet non poſſit relinqui vniuerſo collegio,poterit tñ relinqui vni de collegio d.l.ſenatus.gl.in d.l.j.C. de ſa.ſan.ec.ſed ſcđm Cy.Bar.Sal.& alios ĩ locis pręal.Collegiũ iudeorꝫ non eſt reprobatũ rõne ſectæ,ſed ſuſtineť.vt toto ti.de iude.& patet in l.ſpadonẽ.§.iam aũt.ff.de ex cuſ.tu.et in l.circũcidere.ff.ad l.cor.de ſica.
4 ergo &c.†Et ſi dicať qđ collegium iudeorũ videať hodie reprobatũ ratione ſectæ,arg.l. fi.C.de iude.vbi ab omni officio & adminiſtratione remouendi ſunt iudeij. Itẽ patet ex toto ti.de iude. maxime iure Canonum. quo iure ſecta Iudeorum eſt hodie improbata.Reſpondeť ſcđm Salyc.in d.l.j.quod aut collegiũ eſt reprobatũ perpetuo & ſecundũ oẽs.et procedat quod dictum eſt nihil poſſe relinqui collegio, nec cuipiam de collegio. aut collegiũ non eſt reprobatum perpetuo nec ſecundum oẽs, & tunc vni de collegio relinqui põt ẽt ſi hodie ſecta collegij iprobetur. Sed clarũ eſt collegiũ iudeorũ olim habuiſſe legẽ & ortum a deo. & fuiſſe gentem electã,& ſic non fuiſſe perpetuo, & ſecundũ oẽs improbatum, ergo &c. Vide tñ Fely.in c.iude'.el ij.extra de iude.qui tenet aliquibus medijs contra prædicta & cõcludentẽ iudeo nihil relinqui poſſe. Soci.tñ in d.l.ſenatus.ſuſtinẽdo Bar.& ſequaces rñdet fundamentis quæ pro contrario adducunť.

SVMMARIVM.

1 *Tranſigere licet ſuper capitali crimine pœnam ſanguinis irrogante.*

*Fallit ſuper crimine hæreſis, & quare.*

2 *Epiſcopus remittere nõ poteſt offenſam illatam maieſtati dei, ideo cum hæretico trãſigere non poteſt.*

*Diſpoſitio l.trãſigere.C. de trãſa.nõ procedit in delictis cõmißis aduerſus dei maieſtatẽ.*

NOTABILE VIII.

1 OPINOR neminem latere† licitã eſſe tranſactionem ſuper crimine capitali pœnam ſanguinis irrogante.l. tranſigere vel paciſci. cum materia.C.de tranſac.aduerte tñ quod ſuper crimine hæreſeos (quãuis capitale ſit, & ſanguinis pœnã irroget.l.arriani.C.de hęret.c.ad abolendam.extra eo. ti.)nequaquã tranſigere vel paciſci licebit, Quoniã talẽ offenſam nemo niſi ſolus deus
2 remittere poſsit, vſq; adeo', vt † nec ẽt epſ talem iniuriam remittendi poteſtatem habeat,ita Bal.no.in l.accuſationem.collat.ij. in fi.C.qui accu.non poſ.motus iuribus vt per eũ refert & ſequiť magnificus d.Purpu. in d.l.trãſigere.vbi per ſupradicta limitat regulam d.l.tranſigere,vt.ſ.procedat in delictis aduerſus proximum commiſsis,ſecus in commiſsis aduerſus maieſtatem Dei.

Source : BIU Cujas

## SVMMARIVM.

1 *Cogitationis pœna nulla eſt.*
*Fallit in crimine hæreſis.*
2 *Hæreſis ſola voluntate committitur.*

## NOTABILE IX.

1 NOTISSIMA apud iureconſultos extat ſententia † cogitationis pœnam nullam eſſe ſi cogitatio ſtat in eius meris terminis nec vltra progrediatur.l.cogitationis.ff.de pœ.& ibi Bar.gl.& doc.in l.ſi quis non dicam.C.de epiſ.& cler.Aret. in.§.ſed ſi credat.inſti.de obli.ex delic.Bal.in l.non ideo minus.C.de accu.verſi.vj.querit.Hæc tamen vulgata regula non procedit in cri-
2 mine hęreſis quia † tale crimen ſola voluntate committitur,merito igitur ſola voluntas & cogitatio punitur.gl.eſt multum not. in cle.j.§.verum.in verbo (eoipſo.)de hæreti.& Bal.pulchre in d.l.ſi quis nō dicam. Ioan.de Ana.in c.ſi eps,col.iij.de hæret. & in c.conſuluit.de vſuris.Fely.in tract.de conatu.col.ij.verſi.quartus caſus eſt,& ibi allegat concordantes, quem tractatum reperies immediate poſt lect.ſuas in calce tit.de ſenten.excommu. ita etiam dicit Zaba. in cle.j.§.ſane.de vſur.,& in d.clemen.j.§.verum.q.vj.& vij.

## SVMMARIVM.

1 *Inimicus capitalis remouetur ab accuſatione iure canonico.*
2 *Inimicus inimicum hæreticū accuſare poteſt, & quare.*
*Hæreticū accuſans dicitur ſuam ſuorumq; iniuriam proſequi.*

## NOTABILE X.

1 NON ignoras † inimicū capitalem repelli ab accuſatione,maxime iure canonū etiā ſi crimen notorium ſit.c.repellantur.& c.cum P.de accuſatio.l.qui accuſare.ff.eo. tit.& late Fely.in d.c.repellantur.Angel.& Imo.in l.is qui reus.ff.de publi.iudic. Hoc
2 † verū niſi in crimine hæreſeos in quo inimicus inimicum accuſare poteſt. Ratio eſt. Nam tūc inimicus dicitur accuſare vt perſequatur ſuam vel ſuorū iniuriam, quo caſu apertiſsimi iuris eſt inimicū admitti ad accuſandū,vt iurib.& locis pręalleg.Quod autem dicatur ſuam vel ſuorum iniuriam proſequi probatur nam quę committuntur in religionem diuinam omnium iniuriā reſpiciunt l.manicheos.C.de hæret.iſta notabiliter tradit And.de Iſer.ſummus.feudiſta in auth.gazaros de ſtatu cōtra lib.ecc.collatio.x.in verbo,diuina quam humana, quamuis contrarium attentet Viladiego ſupra quæſtio.xiij.nu.xiij.

## SVMMARIVM.

1 *Mutuans in refectionem domus habet priuilegium tacite hypothece, & in ea preferatur creditoribus cæteris.*
*Fallit in mutuante hæretico.*
2 *Hæretica mulier perdit priuilegium hypothece & prælationis.*

## NOTABILE XI.

1 LIGA digito quæ ſequunt quod quanuis † mutuans in refectionem domus habeat priuilegium tacite hypothece,& in ea præferatur cæteris creditoribus.l.creditor.j.& ibi doct.ff.ſi certum petatur.l.interdum, vbi glo.& Barto.declarant.ff.qui potio.in pigno.Fallit hoc tamen in mutuante pecuniam hęretico in refectionem domus,ita tradit notabiliter,do.Iaſ.in dicta l.creditor.qui alleg.text.in authenti.
2 item priuilegium.C.de hære. † vbi mulier hęretica perdit priuilegium tacite hypothece, & prælationis, de quo in l.aſsiduis.C. qui potio.in pigno.

## SVMMARIVM.

1 *Papa exiſtens in notorio crimine, ſi incorrigibilis ſit, ita quod ſcandalizet eccleſiam an accuſari, & deponi poßit intellige.numero 3.*
2 *Papa notorie incorrigibilis vbi ſcandalizatur eccleſia,habetur pro hæretico.*
3 *Papa deponi poteſt pro hæreſi.*

Notabile

Source : BIU Cujas

## NOTABILE XII.

SI Papa†eſt in crimine noto
rio vel per facti euidentiã,
vel per cõfeſsionẽ ſuam, &
admonitus eſt incorrigibi-
lis,ita vt ſcandalizet eccle-
ſiã,põt Papa tali crimine ac
cuſari, quia tũc pro hęreti-
co hr̃.ita vult notãda gl.in c.ſi papa.xl.diſt.
ſequitur Pan.latiſsime in aureo trac.de cõ-
cilio Baſilię.in ſecũdo princi.ver.iij.dixi ꝙ
põt cõprobari.col.x.qui tractatus ſtatim ſu
bijcił poſt cõſilia vbi cõprobat hãc ſnĩam
pluribus fundamẽtis.idẽ Pan.ĩ ſua diſpu.in
ci.eꝑs,col.xiiij.ver.tertius caſus, vbi dicit
qđ totus mũdus approbat d.gl.idẽ tenet do.
Frã.Zaba.in trac.de ſciſmate.ver. quintus
modus.in ſi.idẽ ẽt tenet per multa Lud. ro.
conſi.523.q.diſcutienda,quẽ oĩo videndum
ſuadeo,quia multa ęgregia ꝓ hac ſnĩa accu
2 mulat†cũ igitur Papa ob notoriã incorrigi
bilitatẽ & inobediẽtiã vbi ſcãdalizatur ec-
cleſia ꝓ hæretico habeatur, bene ſequił ꝙ
& accuſari & papã denudari poterit,cũ ꝓ
hæreſi & accuſari,& deponi poſsit d.c.ſi pa
pa,cũ vulgatis.& hr̃ in c.fidei de hęre.in vj.
iſta ſequitur Bellame.in d.c. ſi papa,prout
3 eũ refert præpoſi.ibi,Reſtringẽs†tñ p̃miſſa
vt ſane ꝓcedãt ſi crimẽ illud de quo accuſa
tur Papa attingat fidẽ,quia cauſat ſcandalũ
circa fidẽ,puta quia papa notorie cõmitten
te ſimoniã in ordinibus & vẽdẽte beneficia
inualeſcit ſcandalũ in eccleſia, qa alij infe-
riores credũt hoc eſſe licitũ,& ideo ipſi ta-
lia cõmittunt,tunc.n.poterit papa accuſari
& deponi,alias ſecus. Cõtrariã vero ſen-
tentiam qđ papa ẽt pro notorio quouis cri
mine,quãtũcunq; incorrigibilis ſit,accuſari
& deponi non poſsit niſi pro ſolo hęreſeos
crimine,tenẽt aliqui relati per Prępoſi.vbi
ſupra moti pluribus fundamẽtis vt p Præ-
po.qui tãdẽ vr̃ cũ eis reſidere,aſſerẽs ita eſ-
ſe cõem Theologorũ ſentẽtiã, vide tamen
Lud.Ro.& Pan.in locis præalleg. & pate-
bit reſponſio ad ea quæ in contrariũ addu-
ci poſſunt,non tamen diffiteor quin qõ ſit
dubitabilis,& anceps propter opinionum
varietatem,& ſtringentia fundamenta quæ
pro vtraque adducuntur.

## SVMMARIVM.

1 *Teſtis ſi vnum in iudicio dixerit, & poſtea alio in eodẽ iudicio ſtatur primo dicto.*

2 *Fallit in crimine hæreſis ſtatur enim vltimo dicto. nu. 2.*

## NOTABILE XIII.

VOLO aduertas ad vtile
1 verbũ,noſti qđ†ſi teſtis dixe
rit vnũ in iudicio, & poſtea
ex interuallo dixerit aliud
in eodẽ iudicio,ſtatur primo
dicto,& nõ ſecũdo.gl. Anto.
Imo.Abb.& latiſsi.Fely.in c.cum in tua,de
teſti.tex.& ibi omnes ſcrib.in c.præter ea.
de teſti.cogẽ.vbi Felyn. multas allegat au-
2 thoritates.†In crimine tñ hæreſis ſpeciale
eſt fidei fauore vt ſtetur vltimo dicto.vnde
quamuis teſtis primo dixerit aliquẽ eſſe in-
nocentẽ,ſi poſtea dicat eũ hæreticũ, ſtatur
vltimo dicto,quamuis vtrunq; fuerit iudi-
ciale.tex.eſt notabilis in cap.accuſatus.§.li
cet iuncta glo.in verbo,poſtmodum,de hę-
reti.in vj.

## SVMMARIVM.

1 *Filij hæreticorũ liberãtur a patria poteſtate.*

2 *Hæreticus nõ poteſt ſubſtituere pupillariter impuberi filio.*

3 *Hæreticus inteſtabilis eſt.*

## NOTABILE XIIII.

1 HEreticorũ†filij eximuntur a
patria pt̃ãte,& efficiũtur ſui
iuris,adeo ꝙ emãcipatio fi-
liorũ facta poſtꝗ qs incidit ĩ
hęreſim nõ valet,tanꝗ facta
de his q iã erãt ſui iuris,tex.
eſt & ibi omnes ſcribẽ.in c.quicũq;. de hæ-
2 re.lib.vj.†ex hoc infero ꝙ hęreticus nõ po
teſt filio impuberi pupillariter ſubſtituere.
nã inter cætera requiſita in pupillari ſubſti
tutione illud quoq; pręcipuũ eſt,vt.ſ. teſta-
tor impuberẽ in pt̃ãte habeat l.ij.ff.de vul.
& pupil.Quod ex eo maxime ꝓcedit quod
nemo pupillariter ſubſtituere põt niſi prius
ſibi teſtamentũ fecerit d.l.ij.§.j. ſed notiſsi-
3 mi iuris eſt†hęreticũ inteſtabilẽ eſſe ꝓtinus
vbi in hæreſim incidit,cũ omnia bona ipſo
facto applicẽtur fiſco.c. cum ſecundum; cũ
vulgatis. de hęre.in vj.l.iiij.C.eo.tit. & ſu-
pra traditum extitit per Viladiego.ergo li-
quido patet eum nõ poſſe pupillariter ſub-
ſtituere.



Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus non dicitur qui in dubijs vnam opinionem quamuis falſam eligit.*

## NOTABILE XV.

1 ADNOTATIO † φ in dubijs articulis ſuper quibus eſt diſceptatio inter maiores, eligens vnã viam ſeu opinionem quamuis falſam, nõ debet dic hęreticus, ita notabiliter Innoc. in cap. ne innitaris. de cõſtitutionibus, quem ſequitur Bal. in l. captatorias. ver. vnum ſcias quod tabellio. C. de teſta. milit. ſequitur Felyn. in c. j. de hære.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus non eſt, qui ſemel tantum audiuit conciones hæreticorum.*

## NOTABILE XVI.

1 ADDICE prædictis aliud notabile dictũ. φ † audientes ſermones ſiue conciones hęreticorum non dicuntur hęretici, ſi ſemel tantũ audierint, & poſt ea reuerſi non ſint, cum non videantur approbare quod poſtmodũ euitarunt. argu. l. qui contra. C. de inceſt. nup. & ca. conſtat. j. q. j. & cap. ex ſtudijs. de pręſum. Ita notabiliter Ioan. And. in c. ij. de hære. in vj. vbi ẽt Archi. & domin. de S. Gemi.

## NOTABILE XVII.

ADde ſimile & proximo vicinum notabile, quod ille qui acceſſit ad hæreticum cauſa diſcẽdi eius doctrinã, ſi tamẽ a fide catholica nõ receſſerit non debet puniri vt hæreticus, & ſic pœna vltimi ſupplicij, punietur tñ propter ſuã curioſitatẽ pœna decem librarum auri, vt inquit tex. in l. quicũq; §. eos vero qui diſcendi. C. de hære. quẽ allegat glo. & Bar. in l. j. C. de ſumma trini. & ibi magnificus dom. Purpu. col. xiij. nu. xcvj.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium velleiani denegantur mulieri hæretici.*

2 *Beneficium ſenatuſconſulti macedoniani nõ denegatur hæretico.*

## NOTABILE XVIII.

1 ATTENDE ad ſingulare dictũ Vincentij in c. ſi aduerſus, de hære. † quod mulieri hæretice denegatur velleiani beneficiũ cũ fuerit mulierũ fauore introductũ & hæretici perdunt omnia priuilegia fauore alicuius perſone introducta. l. j. & auth. ſeq. C.
2 de hęre. Sed † beneficium ſenatuſcon. macedoniani nõ denegatur hęretico, quia illud beneficium non fuit introductum in fauorẽ debitoris, ſed principaliter in odium creditoris. l. qui exceptionẽ. ff. de condi. inde. Iſta refert & ſequitur do. Io. Lupi. vulgo dictus Palatios ruuios, in repeti. rub. de don. inter vir. & vxo. extra fol. xix. col. j.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus dici poteſt cuius errorẽ inquiſitores correxerũt, ipſe autem obedire noluit.*

2 *Inquiſitori aliquid aſſerenti non credens, poteſt vt hæreticus damnari.*

## NOTABILE XIX.

1 NON obliuiſcaris quæ immediate ſubijciã qđ † ſi inquiſitores hęretice prauitatis alicuius errorẽ declarẽt & corrigãt, ille aũt nolit obedire, vel obtemperare, certe is dici põt hæreticus pertinax, & pertinaciter reſiſtere, & tanq̃ pertinax condemnari poterit, iſte eſt ſingu. tex. ibi per Bart. ad hoc ponderatus in l. tutor. §. tutores. ff. de ſuſp.
2 tuto. vbi debet Bar. per illũ tex. quod † qui inquiſitori aliquid aſſerenti non credit, põt tanquã hęreticus pertinax damnari. Sequitur Fely. in rub. de hęreticis, extra, & ſeptẽ modos quibus quis dicatur pertinaciter reſiſtere, vide per glo. notab. in extrauaganti Ioan. xxij. incipiente, quum inter nõnullos. de verb. ſig. in gloſ. ſuper verbo pertinaciter, le premier.

SVMMARIVM.

1 *Pertinacia in dubio non præſumitur niſi de illa appareat.*

Source : BIU Cujas

## NOTABILE XX.

ANimaduerte tamen† ꝙ per-
1 tinacia in dubio non prçſu-
mitur niſi de illa appareat,
ita Ioan. And. in c. cum con-
tumacia. de hæret. in vj. vbi
etiã domin. de ſanct. Gemi.
allegantes text. in cle. j §. porro. de ſumma
tri. & in cle. ex graui. §. ſane. de vſuris. Ita
etiam tradit Io. de Ana. in cap. excommuni
camus §. qui autem colum. ſecunda in fin.
extra eod. titu. & Calde. conſi. iij. in titu. de
hæreticis.

### SVMMARIVM.

1 *Reus non tenetur ædere actori ad fundandã intentionem.*

2 *Hæreticus tenetur ædere ad fundandam accuſatoris intentionem.*

3 *Vſurarij tenentur ædere actori quãcunque ſcripturam ad fundandam ipſius actoris petitionem.*

## NOTABILE XXI.

MAgnificus purpuratus in l.
fi. C. de edẽ. colũ. iij. nu. xx.
1 notabiliter voluit, qđ† quã-
uis reus non teneatur ędere
contra ſe ad fundandam in-
tẽtionem actoris. l. j. l. qui ac
cuſare. l. fin. cũ ibi no. per glo. & doct. C. de
2 eden. Fallit hoc tamen† in hæretico, qui ſi
quid habeat ad fundandã intentionẽ accu-
ſatoris, illud tenetur ędere, allegat notata p
Ang. in l. per hãc. C. de tẽpo. app. comproba
tur vt per eum, poterat allegare glo. quam
ad hoc ibi notat Philip. Fran. in c. vt cõmiſ-
ſi. in verbo quibuslibet. de hęreti. in vj. de
quo valde miror quod non allegarit. Bene
3 facit, nã† feneratores ſiue vſurarij ten ẽtur
ędere quamlibet ſcripturam ad fundãdum
actoris petitionem, tex. vbi doctores in cle-
men. j. §. cæterum. de vſur. Bart. & doct. in l.
prætor. §. is etiam, ff. de ęden, & docto. in di
cta l. fina.

### SVMMARIVM.

1 *Fratri carnali hæretico an potius ſubueniendum ſit quã extraneo catholico.*

## NOTABILE XXII.

SI fortaſsis quiſpiam a te ſci
1 ſcitaretur† cui potius ſubue
niendum ſit an fratri carnali
hęretico an extraneo catho
lico. Breuiter reſpõdeto cõ
munem ſententiã eſſe vt fra
tri carnali hæretico ſubueniendum potius
ſit, ita dicit Pan. in cap. ſi quis, de hęreti. qui
allegat glo. no. quæ hoc vult per groſſas li-
teras in c. j. xxx. diſt. vbi Præpo. Alexã. co-
pioſe confirmat hanc ſententiam authorita
tibus, & fundamentis, ad quem te remitto
ne chartas ocupem.

### SVMMARIVM.

1 *Hæreticus vſucapere non poteſt titulo pro hærede.*

2 *Hæreticus incapax eſt poſſeſsionis.*

## NOTABILE XXIII.

COmmenda memorie quod
1 †hęreticus non põt vſucape
re titu. pro hærede, ita vult
Bar. in l. conſtat. ff. pro hęre-
de. Ratio eſſe poteſt, ꝗa hæ-
reticus incapax eſt poſſeſ-
ſionis, c. j. & ij. xxiij. q. vij. & dixi ſupra in
primo notabi. at ſine poſſeſsione nõ proce
dit præſcriptio. regula ſine poſſeſsione, de
reg. iur. ergo &c.

## NOTABILE XXIIII.

HÆreticorum ſcripta vſq; adeo reij
cienda ſunt, vt etiam ſi quid boni
in eis reperiatur nihilomagis reci-
pi debeant, tex. habes vbi Præpo-
ſi. in c. canones. xvj. diſt. Ratio poteſt eſſe
duplex. Prima, ne videantur approbari. Se
cunda ne quum ſana eorũ doctrina ij. qui ne
ſciunt inter verum & falſum cognoſcere,
pro veris falſa recipiant.

### SVMMARIVM.

1 *Iudæis ſynagogas vbi eorũ ceremonias exerceãt habere licet, hæreticis nequaquam.*

2 *Iudæi nituntur veritatis primordio.*

3 *Iudæi cur hodie a Chriſtianorum eccleſia ſuſtineantur.*

*Reliquiæ alicuius antiqui iuris multum operantur in iure.*



Source : BIU Cujas

## NOTABILE XXV.

HÆRETICI deterioris cõditionis ſunt quã iudæi quod ex eo patet,
1 †nã iudæis licitũ eſt habere ſynagogas, & ibi conuenire & eorũ religionem, & cęremonias iudaicas exercere. l. iij. & l. die ſabbati. C. de iudæis. capitu. iij. extra eodem titu. Hæretici autẽ non poſſunt ſynagogas nec habere loca in quibus conuenire poſsint vt ibi improbato illorũ more ſacra celebrent, text. eſt in l. iij. C. de hęre. elegantior text. in l. ij. C. de ſum. tri. vbi glo. aſsignat rationẽ diuerſitatis inter hęreticos & iudęos, quia iudæi habuerũt legẽ a Domino, nõ aũt Hæreti. &
2 dicit Cyn. ibi & Bal. poſt eũ ꝙ†iudęi nituntur primordio veritatis, habuit. n. lex iudęorũ principiũ veritatis, vnde in totũ falſum non dr̃ quod nititur veritatis primordio, allegatur tex. in l. cum filius. §. hr̃s. ff. de
3 leg. ij. nec ob. †quod hodie iudęi lege noua ſunt reprobati, nam propter legis antique olim approbate reliquias, ſuſtinẽtur etiã ab eccleſia Chriſtianorũ, hoc. n. operantur reliquie antique legis, multũ. n. iure operantur reliquie, vt patet ĩ l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni. iur. & l. vero. ff. de ſolu. cum alijs allegatis, per Cyn. vbi ſupra.

### SVMMARIVM.

1 *Probationes clariſſime requiruntur in criminalibus.*

*Suſpitio ſola de hæreſi ſufficit ad indicendã purgationem ſuſpecto.*

2 *Suſpicio vrgens non ſufficit ad condemnandum quem de hæreſi.*

3 *Inquiritur cõtra eum qui diſcedit a communi vſu fidelium, tanquam contra hæreticum, etiam ſi non præcedat diffamatio.*

## NOTABILE XXVI.

1 ET ſi†in criminibus requirãtur ꝓbationes luce meridiana clariores, l. fin. C. de probat. nec cõſuetũ ſit procedere ad inquiſitionem niſi pręcedat diffamatio, vt per doc. in c. cũ oporteat, de accuſ. tñ in crimine hęreſis ſola ſuſpicio ſufficit ad indicendã ꝓurgationẽ ſuſpecto ẽt qd̃ nulla præcedat infa-
2 mia, quãuis†ad condemnandũ de hęreſi nõ ſufficiat ẽt vrgens ſuſpicio c. literas, de preſum. ita notabiliter vult Innoc. & Ana. in c. ſicut le primier. de ſimonia. Idẽ Innoc. in c. ex parte, de off. ord. Ant. in c. per tuas, de coha. cleri. & mulie. Inno. in c. pe. de purg. cano. Arc. in c. omnibus. iij. q. v. & eſt text. in c. inter ſollicitudines, ibi vehementẽ ſuſpicionẽ, de purg. can. Ana. poſt Card. in c. excõicamus. §. adijcimus, de hęre. vbi dicunt
3 per illũ tex. quod†ex hoc qd̃ quis diſcedit a cõi vſu & conuerſatione fideliũ, inquiritur contra ipſum tanquam hæreticum, etiã non præcedente infamia.

## NOTABILE XXVII.

SVSPITIO autẽ de hęreſi oriri põt etiã ex leuibus ſignis, & indicijs, illa tñ ſigna plene probari debent ſecundum Innoc. in c. ſicut, le premier, de ſimonia. Io. An. in c. vt officiũ. §. j. de hęre. in vj. notabiliter Ol. dra. conſi. ccx. regularis habet traditio &c.

### SVMMARIVM.

1 *Hæreſis in quam quis lubrico ignorantie incidit eſt grauius delictum quã homicidiũ doloſe commiſſum.*

## NOTABILE XXVIII.

AVDI elegãs verbũ Bald. in
1 l. j. col. x. nu. xlv. C. qui accuſa. non poſ. †ꝙ hęreſis in quã quis incidit lubrico ignorantie, eſt grauius delictũ ꝙ̃ homicidium doloſe cõmiſſum. Quãuis enim maius ſit maleficiũ dolo patratũ, quã culpa aut ignorantia l. in lege. ff. ad l. cor. de ſic. l. ſi mora. ff. ſolu. mat. tñ ratione ſubiecti valde aggrauat delictũ vſq; adeo vt faciat qd̃ culpa ſit maior dolo. Igitur cũ hæreticus ponat os in cœlũ, & deũ Blaſphemat, ꝑp nobilitatẽ ſubiecti qd̃ offenditur, grauius delinquit ꝙ̃ occidẽs hoĩem etiam doloſe. Bal. alleg. Auguſt. non tamen citat locum, dic vt per eum.

### SVMMARIVM.

1 *Hæreticũ amicũ ſi quis admoneat vt fugiat aut non veniat an debeat puniri.*

Source : BIU Cujas

NOTABILE XXIX.

SI quis† amore proſequebatur hæreticũ,nõ quia hęreticus, ſed qa amicus & familiaris, & ſciẽs ꝙ iudex volebat facere capere hæreticũ, vt carceri traderetur, vnde eũ ad monuit vt nõ veniret, vel vt aufugeret,certe talis admonẽs tenetur de tali admonitione & cõſi.arg.tex.in l.iiij.ff.ad l.iul.maieſt. qui loquitur in lęſa maieſtate principis, fortius ergo procedet in lęſa maieſtate Dei,& ſic in crimine hęreſis.Ita nota.And.de Iſer. ſummus feudiſta in auth.gazaros,in verbo, diffidamus,col.iiij.de ſtatut.contra libe.eccle.collat.x.Quod maxime procedit(ſcdm eũ)ſi ex tali admonitione hæreticus monefactus aufugerit,vel non venerit,& ſic fuerit ſecutus conſilium admonentis.Si autem non fuerit ſecutus conſilium,& ſic admonitio non ſortita fuerit effectũ, an veniat puniendus admonens,diſputat Iſernia vbi ſupra dic vt per eum.

SVMMARIVM

1 *Hæreſim abiurans ſi non impleuerit iniũctã pœnitentiã,habetur pro relapſo.*

2 *Occultans hæreticũ ex certa ſcientia punitur de hæreſi.*

3 *Bene agere ex certa obſtinatione recuſans habetur pro hæretico.*

4 *Hæreticus & erraticus quid differant.*

NOTABILE XXX.

1 INTER cæteras quæ ſuperius tradita ſunt hoc quoque adijciendum duxi, videlicet ꝙ†abiurãs hęreſim, cui fuit adiũcta pœnitẽtia per inquiſitorẽ,(vt ſupra dcm̃ eſt i tra cta.de hęre.q.xx.)ſi nõ impleuerit pœnitẽtiã ei iniũctã,hr̃ ꝓ relapſo in hęreſim,& pœna relapſi puniri põt,ita Zenzel. Matheſi. & Io.de imo.in cle.iij.in gl.ſuper verb.pro pagine,de hære. Ioan. Cald. in c.literas,de prẹſump.& Fede. de ſen. conſil. clvj. Alexan.epiſcopus.

NOTABILE XXXI.

2 ADnotato ꝙ†occultans hęreticum ex certa ſciẽtia,põt puniri de hęreſi tanquam ſi eſſet hęreticus,ita notabiliter Bal.in l,j.C.de his qui latro. vel ali, crimi, reos occul. Occultãs enim alienum delictum facit ſuũ glo.in rub.præallegata.

NOTABILE XXXII.

3 VOLO†notes bonũ text. in c.nullus epiſcopus, & ibi ꝑpoſi.Alex.expreſſe no.xxxviij.diſt. quod ẽt ille põt dici hæreticus qui ex quadam animi obſtinatione recuſat bene agere.

NOTABILE XXXIII.

4 PRO declaratione terminorũ nota differẽtiã† inter hæreticũ & erraticũ. Erraticus enim his dr̃ qui in fide errat, ignorantia quadã potius ꝙ̃ pertinacia,ſeu animo diſcendi a vera fide catholica, vt ſunt ruſtici,& ſimplices idiote.Hæretici aut dicuntur qui animo diſcedendi a fide catholica, potius quã ignorantia aliquid aſſeuerant fidei catholice contrarium.Ita Bal.in c.firmiter,de ſumma trinitate & fide catho.

SVMMARIVM.

1 *Sacramẽta eccleſiæ non ſunt conferenda ab hæretico,nec coll ata imprimunt virtutis effectum.*

*Fallit in ſacramẽto baptiſmi,et cur diverſũ.*

2 *Sacramentũ baptiſmi eſt omnium ſacramentorum ianua.*

3 *Morituro prius ſuccurritur in baptiſmate quã in communione dominici corporis.*

NOTABILE XXXIIII.

1 NOTA quæſo†quod ꝙ̃uis ſacramẽta eccleſię non ſint recipienda ab hæreticis,vtpote præſciſis ab eccleſia, nec collata a talibus virtutis effectum imprimant, vt eſt text. not.in.§.verum.xxxij.diſt. hoc verũ regulariter in omnibus ſacramentis excepto ſacramento baptiſmi,quod ſi fuerit collatum ab hęretico imprimit effectum verum duntamen fiat in forma eccleſiæ. iſte eſt text.in d.§.verum.ver.hęc de malis.Ratio diverſitatis inter ſacramentum baptiſmi &c.ſacramenta traditur ibi in fi,tex,quia homo ſal-



Source : BIU Cujas

nari poteſt ſine alijs ſacramentis & nō ſine ſacramēto baptiſmi. quod ex eo patet. nam
2 †ſacramentum baptiſmi cęteris ſacramentis prius eſt, omnium ſacramentorū ianua, c.ſi quis confugit j.q.j.cum reliquis iuribus allegatis per glo.in d.§.verum,ver. hęc de malis,& faciunt quę abunde tradit Prępo. ibi.col.ij.nu.viij. Item dicit egregie tex.ibi
3 dē quod†morituro prius in baptiſmate quā dñi corporis cōione conſulitur vnde ſanctius eſt ab hæretico baptiſmi ſacramentū ſumere quam in eternū perire. an aūt ꝙ dictum eſt ſacramenta non eſſe recipienda ab hæretico procedat in quocūque hæretico, vide per præpoſitum Alex.ibi.

## SVMMARIVM.

1 *Teſtium examinatio in criminalibus committi non poteſt.*

2 *Fallit in crimine hæreſis,nu. 2.*

## NOTABILE XXXV.

1 REceptiſsima eſt ſentētia†doctorum examinationem teſtium in cauſa criminali alteri committi non poſſe. Cyn. Bal.& Saly.in authen. apud eloquentiſsimū,per illū tex. C.de fid.inſtru.& glo.in cle.j. in verbo ciuili,vbi bo.tex.de offi.deleg.tex.cū glo. in c.ij.in verbo prohibēte.de iud.in vj.& bo. tex.in l.iij.§.diuus ibi, nam ipſos interrogare ſoleo.ff.de teſt.glo.in c.j.in gloſ.fi. extra de teſtib.cogen.& in c.conſtitutus.j.gl. pe.de fideiuſſ.& gl. in c.at ſi clerici. de iud. Inno.in c.ſi qui teſtium,de teſtib.& Panor. ample in c.cum cauſam.col. pen.& fin.eo.
2 titu. Fallit† hoc in crimine hæreſis, in quo teſtium examinatio committi poteſt per iudicē tex.eſt in c.vt officium.§.verū. de heretī.in vj.& hanc fallentiam tradidit notabiliter Fely. in d.c.cum cauſam. colum.antepen.ver.fallit tertio.

## SVMMARIVM.

1 *Notarium ſufficit in principio officij iurare fideliter exercere officium.*

2 *Notarius inquiſitoris tenetur iterum iurare dum aſſumitur in cauſa inquiſitionis.*

## NOTABILE XXXVI.

1 NOTA quod†quiuis ſufficiat notorium in princ.ſui officij iurare officiū ſuum fideliter exercere.c.ad audientiā, de præſcri.glo.ſolēnis in l.quędam.§. nummularios. ff. de eden. nec teneatur vlterius iurare conſtante officio,cum ſat ſit ſemel iuratū fuiſſe,vt cōprobat Bal.poſt glo.in cap. præterea,vbi ēt Fely.expreſſe colū.j.extra de teſtib.cogen.& per Spe.in tit. de inſtru. ędi.§.reſtat.ver.ſed quæro. Aduerte tamen
2 quod†notarius inquiſitoris tenetur iterum iurare, dum aſſumitur in cā inquiſitionis. tex.eſt in cle.j.§.porro coram, ver.& quia vbi glo.in verbo iurabunt,expreſſe not.& ibi Pau. Ancha.& Ioan.de Imo.de hæreti. Quod ſpeciale eſt) ſecundum gl. & prædictos) pp delicti magnitudinē & atrocitatē.

## SVMMARIVM.

1 *Religioſi non poſſunt tabellionatus officium exercere.*

*Fallit in crimine hæreſis.*

## NOTABILE XXXVII.

1 NON te latet† religioſos & clericos in ſacris exiſtentes non poſſe exercere officium tabellionatus quamuis antea exercuerint etiam in cauſis vertentibus coram iudicibus eccleſiaſticis.c.ſicut, vbi ſcribentes extra.ne clerici vel monachi, fallit hoc tamē in crimine hæreſis,in quo prędictę perſonę poſſunt tale officium exercere,tex. eſt expreſſus in c.vt officium.§.ad cōſcribendas, vbi glo.Io.And.Domi.& cæteri. de hære. in vj.Pet.de Ancha.& Iō.de Imo.Poſt glo. in c.j.§.ſane,ver.& quia in glo.notarij.eo. tit.in cle.Hoſt.in c.ſicut, præallegato.

## NOTABILE XXXVIII.

HÆRETICVS præciſus eſt ab eccleſia,& eſt ſicut ramus præciſus ab arbore ſine ſtipite qui ſtatim areſcit.xxiiij.queſtio.prima cap.loquitur,& eſt ille de quo Ioānis decimo quinto.ſi quis non manſerit in me, mittetur foras & areſcet.

Source : BIU Cujas

## SVMMARIVM.

1 *Hæreticus reuerſus ad fidem non eſt iterum baptiʒandus.*

*Baptiſmatis ſacramentũ non eſt reiterabile.*

*Ordinatus ab hæretico ſi ipſe quoq; hæreticus ſit iterum eſt ordinandus ſi ad fidem reuertatur.*

## NOTABILE XXXIX.

1 NOTA quod† hæreticus ad fidem reuerſus non eſt iterũ baptizandus, ita Bal. in l. nihil. C. de vindic. liber aſsignans rationẽ quia ſacramẽtũ baptiſmatis non eſt reiterabile vt dicit glo. in d. l. nihil. quę allegat plura iura. ordinatus tamẽ, vel conſecratus ab hęretico ſi ipſe quoque hęreticus ſit, & ad fidẽ reuertatur, iterũ conſecrandus eſt c. daibertũ. j. q. vij. ∫ hæc tradit Bertachi. in tracta. de epiſ. in ij. parte tertię partis princip.

## SVMMARIVM.

1 *Tyrannus ſi quid dignitatis nomine faciat illud non valet.*

2 *Tyrannus legitime exercere poteſt iuriſdictionem in crimine hæreſis.*

## NOTABILE XL.

1 QVAMVIS† tyrannus (id eſt qui iuriſditionẽ de facto & nõ de iure occupat) ſi q̃d nomine dignitatis faciat illud non valeat vt not. in c. fundamenta. §. quod ſi ſecus iuxta medium, per illum tex. de elec. in vi. & in l. decernimus. C. de ſac. ſan. eccle. hoc tamen fallit in crimine hæreſis, in quo poteſt tyrannus legitime iuriſdictionem exercere. tex. eſt expreſſus vbi Philip. Fran. expreſſe not. de hęre. in vj.

## SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus ex quacunque cauſa etiã ciuili perſiſtens per annum in excommunicatione, habetur ſuſpectus de hæreſi.*

2 *Excommunicatus per annum præſumitur male ſentire de articulis fidei.*

## NOTABILE XLI.

1 NOTA † perpetuo q̃d excõicatus pro quacũq; cauſa etiam ciuili perſiſtẽs per annũ in excõicatione habetur ſuſpectus de hæreſi. ita no. Io. And. & Panor. poſt alios cõmuniter in c. fina. de pen. quæ ſuſpicio licet non ſufficiat ad condemnationẽ vt per Innocẽ. & Panor. vbi ſupra ſufficit tamen vt poſsit inquiri contra excommunicatum de hæreſi & ſibi indici purgatio, in qua ſi defecerit habetur pro conuicto. c. inter. in fin. de purga. cano. Ratio aũt prædictorum eſt ſecundũ Pan. vbi ſupra. & Phi. Frã. in cap. 
2 cum contumacia, de hæreti. in vj. † quia talis præſumitur male ſentire de ſacramẽtis eccleſię, & de poteſtate clauiũ ex quo tanto tẽpore in excommunicatione remanſit, videtur. n. non curare immo contemnere excõicationem, quod vtpote notandum & ſingulare menti tenendum hortantur præfati, & hæc adijcias ad ſcripta per Viladiego. q. ix. nume. ij.

## SVMMARIVM.

1 *Suſpectus de hæreſi ſi poſt canonicam purgationem, deprehenſus fuerit in expreſſa hæreſi, an habeatur pro relapſo, an vero admittendus ſit ad pœnitentiam.*

2 *Probatio non admittitur contra præſumptionem iuris & de iure.*

## NOTABILE XLII.

REVOCABIS forſaſſe in dubium finge† Titiũ habitũ 
1 ſuſpectum de hæreſi, & facta canonica purgatione iudicis arbitrio hereſim abiuraſſe, deinde poſt aliquod tẽpus in expreſſa hæreſi deprehẽſum fuiſſe, an habeatur Titius pro relapſo & vt relapſus puniẽdus ſit iuxta no. in c. ad abolendã, de hęre. extra. an vero ſit admittendos ad pœnitentiã & defenſiones ac ſi nunq̃ habitus fuiſſet pro ſuſpecto, vt d. c. ad abolendam. in princi. Reſponde vt per tex. in c. accuſatus. de hęre. in vj. diſtinguendo, aut ſuſpitio propter quam Titius abiurauit hæreſim erat grauis & vrgens, vt quia inſurrexerat ex grauioribus & vrgentiſsimis indicijs, & hoc caſu vt relapſus puniendus eſt dicto c. accuſatus. Ratio eſſe põt, quia per hanc ſecundum deprehẽſionẽ



Source : BIU Cujas

expreſſam declaratur animus illius, quod prius fuerit in mala opinione cõtra fidē, in qua ſemper p̄ſumitur cõtinuaſſe vſq; ad ſecundā deprehenſionē.d.c.accuſatus,ibi qua
2 dā iuris fictione cenſetur relapſus,quę† quidem præſumptio eſt iuris & de iure cõtra quam nulla admittitur probatio in contrarium l.fin.C.arbit.tutel.l.antique.C. ad vel le.no.in c.affectę,de præſump.& in l.nõ eſt veriſimile,ff.quod met.ca.& in l.filiū.ff. de his qui ſunt ſui vel alie. Si vero ſuſpicio ꝑ qua prius abiurauit & ſe canonice purgauit erat leuis & parua,tunc non hr̄ vt relapſus,ſed eſt ac ſi nūc tantū peccaſſet ideo ſibi eſt danda defenſio & audientia,& abiurationis beneficium d.c.accuſatus.

## SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio l.is cui bonis.ff.de verb.ob.nõ procedit in hæretico, qui ēt cõtrahēdo non poteſt ſuam conditionem meliorem facere.*

2 *Hæretico interdictum eſt bonis.*

3 *Hæreticus obligatur in ſui odium, licet non in fiſci præiudicium.*

## NOTABILE XLIII.

1 Singulariter† nota qđ diſpõ.l.is cui bonis.ff.de verb. obli. volētis eū cui bonis interdictum eſt poſſe ſuā conditionē meliorē facere non deteriorē in tantū qđ etiā naturaliter non obligetur,alios tñ ſibi obliget,nõ
2 procedit in hęretico,†cui ēt bonis interdictū eſt.l.manicheos,& l.fi.C.de hęre.c. cum ſecundū,eo.ti.in vj.ita notabiliter limitant illū tex.in d.l.is cui,Pau.& doc.ibi dicētes illū tex.ꝓcedere in eo cui interdictū eſt bonis in ſui fauorē,(vtputa in prodigo)nõ autem in odiū,& in pœnam, patet iſtud ex illo tex.qui vult eū cui bonis interdictum eſt nõ obligari naturaliter,& tñ exploratū eſt
3 †hæreticos obligari in ſui odiū,licet obligatio nõ teneat in pręiudiciū fiſci,auth.credētes,ver.nullus,ibi alijs reſpõdere cogantur C.de hære.patet igitur ſatis dictam l.is cui, non procedere in hæretico.

## SVMMARIVM.

1 *Apoſtate peiores ſunt hæreticis.*

2 *Hæretico pœnitenti parcitur, apoſtate nequaquam.*

3 *L.hi qui ſancta.C.de apoſtatis,an ſit correcta iure canoni.*

4 *Legum correctio fugienda.*
*Differētia inducēda non eſt inter ius canonicū & ciuile niſi expreſſo tex. reperiatur.*

5 *Iuri ciuili ſtandum eſt, vbi eo iure aliquid deciſum reperitur,cuius contrariū nõ reperitur deciſum iure canonico, modo deciſio ciuilis non ſit peccati inductiua.*

6 *Defenſor & fautor hæretici quis dicatur.*

## NOTABILE XLIIII.

VOLO mandes memoriæ. Traditū fuit ſupra in tractu
1 Villadiego.q.v.†apoſtatas(id eſt qui deſerta religione Chriſtiana ad iudaiſmū confugerunt)peiores eſſe & deterioris cõditionis quā hærerici loquendo de his qui ſunt proprie hæretici,de quibus in j.q. & duabus ſequē.
2 Corroboratur vltra ibi dicta†nā hæretico pœnitenti parcitur.l.manicheos.C.de hære.c.accuſatus.eo.ti.in vj.cum vulgaribus. Apoſtatis autem nequaquam etiam ſi pœniteant parcendū eſt, ſed irremiſsibiler vltimo ſupplicio damnantur.l.hi qui ſancta.C. de apoſtatis,quāuis Villadiego ſupra in tracta.q.xx.expreſſe dicat contrarium dicens
3 †quod d.l.hi qui, non procedit iure Canonum, nec admittenda eſt illo pacto, immo abolenda,cū diſponat de materia mere ſpirituali,ſcilicet hæreſis ſeu apoſtaſię,quę eſt mere eccleſiaſtica,ideo Imperator non potuit illam legem condere,& ſic vult illā legem correctam de iure cano. cui ſtandū eſt in materia conſcientię,vt per Bar.in l.priuilegia.C.de ſac.ſan.eccl.cum concor.traditis ibi per Alex.& cæteros addi.& doct.in
4 c.j.de noui.ope.nunc.†Sed fugiendum puto legū correctionē.l.precipimus.C.de ap. pel.l.j.C.de inoffic.dot.c.cum expediat.de elec.in vj.ideo non eſt inducenda differentia ſeu diſcrepantia inter ius canonicum & ciuile,niſi reperiatur expreſſa diſcordantia & ſic niſi reperiatur text. de iure cano.expreſſe contrarius iuri ciuili.Sed nec vbi in põtificio iure ſcriptū expreſſe reperit̃ apoſtatis pœnitentibus parcendū eſſe vt mortem corporalem euitent. Ergo ſtandum eſt deciſioni iuris ciuilis expreſſe diſponentis non eſſe parcendum apoſtatis etiā in fo-
5 ro ſpirituali per regulam † quod vbi ali-

Source : BIU Cujas

quid reperitur expreſſe deciſum iure ciui-
li,nec reperitur cõtrarium deciſum iure ca
no.ſtandum eſt iure ciuili et in foro eccle-
ſiaſtico,modo deciſio iuris ciuilis nõ ſit pec
cati inductiua vt traditur per glo.& doc.in
c.j. de no.ope.nun.& doct.in varijs locis re
miſsiue p Alex.And.de Pomate et cæteros
addi.ad Bart.in d.l.priuilegia.Nec obſtant
aliqua iura adducta per Villadiego ( q̃a vt
in ciuilib.vel mediocriter docto patere po-
teſt) nõ probant id ad quod allegantur mi-
nus obſtant fundamenta, quibus vtpote nõ
cõcludẽtibus facilis vltro ſe offert ſolutio.

## NOTABILE XLV.

DEFENDENS hæreticum† ne lædatur a priuato, vel qui patrocinatur illi in iudicio credens illum habere iuſtam cauſam non dicitur defenſor nec fautor,etiã ſi poſtea appareat ꝙ nõ erat iuſta cauſa,ratio,quia hæc eſt iuſta defenſio quæ talib.reſeruatur, ſecus dicendum eſt ſi contra conſcientiam ei patrocinatur ,!quia tunc dicitur defenſor ſecundum Car.in clemen.j.de pœn.& d.Syluestr.in ſua ſumma in verbo hæreſis.j.in vij.q.

### SVMMARIVM.

1 *Reuocatio hæreſis eſt duplex.*
*Reuocatio hæreſis quæ fit ſolum ad ſalutem animæ poteſt indiſtincte quandocunq; fieri vſque ad vite exitum.*
2 *Sacramenta eccleſiæ nõ ſunt deneganda hæretico oſtendẽti manifeſta ſigna pœnitẽtie.*
3 *Reuocatio hæreſis quæ fit tam ad ſalutẽ animæ quam corporis debet fieri congruo loco & tempore.*

## NOTABILE XLVI.

ADNOTATO in materia reuocationis hæreſis, q̃d † duplex eſt reuocatio ſeu pœnitentia,altera quę fit ad ſalutem animæ duntaxat in foro conſcientie,altera vero quæ fit ad vtriuſque ſalutẽ, ſcilicet animæ & corporis. Prima indiſtincte fieri poteſt quandocunq; a quocunq;,& in quouis crimine, & loco quolibet,vſque
ad vite exitum vt habetur in c.firmiſsime,
extra de hære.dummodo facta ſit puro cor
de & ſpontanea voluntate, vt de pœniten.
diſtin.iij.perfecta, & c.j.& ij.qui cleri. vel
vouen.& c.ſuper eo.de hæret.in vj. vbi no
2 ta tex.†quod hæretico etiam relapſo in hę
reſim(qui abſq; vlla ſpe veniæ debet morti
tradi)ſi emiſerit manifeſta pœnitẽtiæ ſigna
non denegantur eccleſiaſtica ſacramenta,
vtputa cõfeſsio,pœnitentia, & eucharistia,
quibus humiliter ab eo petitis non erũt de-
3 neganda.Secunda† vero reuocatio,ſeu pœ
nitentia quæ fit gratia vtriuſq; ſcilicet tam
animæ quam corporis non eſt tam grnera-
lis ſicut prima,ſed ſpecialis, & reſtringitur
vt congruo tempore & loco fiat, vt abun-
de ſupra in trac.q.xx.& hæc nec nunquam
competit relapſo.c.ad abolendam.de hære
tic.extra,& c.accuſatus.eo.ti.in vj.

### SVMMARIVM.

1 *Correlatiuorum idem ius eſt.*
*Correlatiuorum regula non procedit in hæretico in caſu ibi tradito.*
2 *Hæretico ſemiplene probanti contra chriſtianum non defertur iuramentum in ſupplementum probationis, econtra autem chriſtiano ſemiplene probanti contra hæreticum ſic.*
*Ratio diuerſitatis ibidem traditur.*

## NOTABILE XLVII.

MEMORIÆ commenda.
habes vulgatã regulã quod
1 †diſpoſita in vno de correla
tiuis cenſentur diſpoſita in
alio.l.fi.vbi doc.C.de indic.
vidui.toll.l.fin.vbi Bart. de
accepti.ff.l.j.cum vulgatis,de cupre.lib.xj.
C.fallit hæc regula in hæretico vel infideli
in caſu notabili. Tu ſcis quod ſemiplene
probanti defertur iuramentum neceſſariũ
in ſupplementum probationis.l.admonen-
di.ff.de iureiuran.l.in bonefidei.C.de reb.
2 credi.nota† tamen quod hæretico vel infi-
deli ſemiplene probanti contra catholicũ,
& chriſtianum nõ defertur iuramentum in
ſupplementum ſemiplene probationis, &
tamen econtra chriſtiano catholico contra
iudeum hæreticum vel infidelem defertur
tale iuramentum,arg.notatorum per Bald.

Source : BIU Cujas

in l.qui accuſare.C.de eden.& per Ludo. Ro.in d.l.admonendi,'& Canoni.in c.fina. de iureiuran.Ratio autem ex prædictorum doctrina colligitur. nam tale iuramentum non cuiuis indiſtincte dandum eſt, ſed perſonæ legalitas,equitas,et fidelitas inſpicienda eſt,quæ a præfatis hæreticis, abeſſe exploratum eſt, ita etiam expreſſe do.Bapti. de ſancto Bla.in tract.correlatiuorum,in.§. venio ad quintum,verſi.xx viij.fallit.

## SVMMARIVM.

1 *Moderator rei ſiue quilibet eſt vt de ea ad libitum diſponat.*

2 *Renūciare iuri ſibi cōpetenti quilibet poteſt. Fallit in hæretico in caſu tradito nu.2.*

3 *Iuri introducto in fauorem partis licet contrahentibus renuntiare,iuri vero introducto in odium alicuius, nequaquam.*

## NOTABILE XLVIII.

1 NOVIT vel mediocriter in iure † doctus,quēlibet de re ſua ad libitū diſponere poſſe, & ſibi debitum debitori remittere,& alio modo quolibet ſuper ſuo ī alterius vtilitatem,& sui præiudicium paciſci, & iuri ſibi competenti renunciare, modo etatis ſit legitime, nec aliam patiatur inhabilitatem ratione cuius ei bonis interdictū ſit,l.in re mandata.C.manda.l.j.& l.ſi quis in conſcribēdo.C.de pac.cū ibi notatis latiſ.per Doc. & per Bart.in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſ.
2 nota tn̄ caſum in†quo pactum vel remiſsio ſuper ſibi debito nullo modo valet,tex.habes notabilem in cle.ij.ibi nullis pactis,vel remiſsionibus ſuper hoc valituris, de hæreti.vbi ſi inquiſitores prætextu officij aliquid indebite extorſerint ab inculpatis de hæreſi, illud reſtituere tenentur,& ſi inculpati illis inquiſitoribus extorta remiſerint & quietauerint,non valet talis remiſsio, & ſic contra diſpoſitionē d.l.ſi quis in conſcribendo & l.j.§.& poſt operis.ff.de no.oper.
3 nuncia.Ratio ſiquidem eſt† quoniam omnia illa iura procedunt quando fauore partium aliquid introductum eſt tunc enim cōtrahentium pacto remitti poteſt.Sed quādo in odium alicuius (puta indebite extorquētis) aliquid inſtitutum fuit,nequaquam poteſt illud contrahentium pacto tolli, vt patet in macedoniano.l.j.ff.ad macedo.& in l. fi.C.de pac.pign.cum ſimi.traditis per glo. & docto.in dicta l.ſi quis in conſcribendo, & Bar.melius quam alibi in dicta l.ſi quis pro eo,& gl.in c.ſi diligenti de foro cōpe.

## SVMMARIVM.

1 *Hæreticus eſt qui credit eccleſiam habere duo capita.*

2 *Sortilegum an liceat cōſulere vt liberet egrotum a maleficio & an liceat adiurare imbres,fulgura, & tempeſtates, ne noceant fructibus.*

3 *Matrimonij fracturam eccleſia citius patitur,quam quod maleficiatus cōtrarijs maleficij liberetur.*

4 *Corporis iactura minor eſt quā animæ, ideo potius in corpore quam in anima pati expediat.*

## NOTABILE XLIX.

1 ADNOTATO † eum qui crederet vniuerſalē eccleſiam poſſe habere duo capita, hæreticū eſſe, eſt enim tantum vnū caput, vnus paſtor, & ouile vnum, ita dicit notabilis glo.in c.non aūt, in fi.glo.magne. vij.q.j.gl.plenior in cle.ad noſtram,in verbo,eccleſiæ.de hæreti.ſequitur Abb.in c.at ſi clerici.col.xix.verſ.aut enim quis credit eccleſiam,extra de iudic.& in c.j.de parochijs,Card.in cle.j.§.porro. in ij.q.de iureiur. Ideo Archi.in d.c.non aūt refert Augusti.dicentē quod neſciebat iure prohibitum quod duo habere poſſent epiſcopatū, quia ſi ſciuiſſet,non acceptaſſet ſuū,& vult Fely.in c.iij.de hereti.vbi aſsignat rationē, quia hoc repugnat articulo fidei, ſcilicet vnam ſanctam catholicam eccleſiam.

## Quinquageſimum,& vltimum notabile.

1 REVOCABIT †in dubium quiſpiam, num impune liceat conſulere ſortilegum ſiue maleficum, vt diſſoluat facturas maleficij,aut ſi mauis, liberet egrotū maleficiatum a'maleficio?& ſimiliter an liceat adiurare imbres, fulgura, & grandines ne

Source : BIU Cujas

noceant fructibus, arboribus, & plantis.

Reſpõde diſtinguendo, aut loquimur de iure ciuili, aut de iure cano. Primo caſu licet impune conſulere & adhibere ſortilegum ad faciendum ea opera quæ vertũtur in bonum, & proſunt, quoniam pro bono opere quis cruciari non debet l. eorum. §. ſi. vbi expreſſe no. Bar. C. de malefic. & mathe. Secundo caſu ſcilicet de iure canonico non licet aliquo modo (etiam pro recuperãda corporis ſanitate) quærere remedia diabolica, & ſuperſtitioſa, licet aliter ſanitas ipſa recuperari non poſsit, text. ad literam in c. admoneant. xxvj. q. vij. Bart. vbi ſupra Panor. in c. per illum tex. extra de ſortileg. vbi Romanus pontifex potius patitur bona eccleſiarum furto ablata perdi, quam quod quærantur per remedia huiuſmodi.
3 † Hinc eſt quod eccleſia potius tollerat diſſolutionem matrimonij, & tanti vinculi ſacramentalis fracturam, quam permittat maleficiatum contrarijs maleficijs liberari. c. ſi per ſortiarias. xxxiij. q. j. & c. j. de frigi. et
4 male. Ratio horum eſt, † quia magis expedit pati in corpore quam in anima, minor enim eſt corporis iactura quam animæ. d. c. admoneant. & c. fi. de ſortileg. argu. c. ſolitæ. de maiori. & obedi. vbi Panor. & doct. ad quod non conſiderauit ius ciuile, quod quidem principaliter ad temporalium conſeruationem tendit d. c. ſolitæ. notatur in c. nec mirum §. ad hoc. xxxvj. q. vj. Quę omnia notato.

Habes tandem lector candide, abſolutũ de hæreticis librum, quem non aure quidẽ popularis captandæ cauſa edidimus, nec intus nobis cauentes, ſed vt communi orthodoxorum vtilitati cõſuleremus, quare hoc noſtro labore lector fruere, interea tamen mordaci linguæ frenum adhibeto.

FINIS.




# TRACTATVS

## de hæreticis, & eorum pœnis Pauli Ghirlandi Caſtellionis Iuriſconſulti Florentini.

## SVMMARIVM.

1 *Hæreſis eſt crimen grauius cæteris, & deteſtabilius, eo quod creatorem committatur.*

*Hæreſis eſt crimen læſæ maieſtatis diuinæ.*

2 *Maieſtatem eternam lędere grauius eſt quã temporalem.*

INTER crimina q̃ animaduerſione digna ſunt
1 hæreſis † eſt grauius, & cæteris deteſtabilius eo q͏̃ directo contra ipſum creatorem Deum omnipotentem patratur, eius omnipotentiæ detrahendo negandoq; illius diuinitatem, ut habetur in c. j. de ſum. tri. & fide catho. & l. j. C. eod. ti. & c. ad abolendam de hęre. non immerito igitur appellari poteſt crimen læſæ diuinę maieſtatis, ex quo directo tendit in leſionẽ, & præiudicium diuinę poteſtatis, vt proxime diximus d. c. ad abolendam. & c. vergentis.
2 eo. ti. † Longe enim grauius eſt eternam q̃ temporalem lędere maieſtatẽ xxiiij. q.

non afferamus. Et habetur in d.c.vergētis.
Ideo tractaturus de criminib. de eo prius
tanquam grauiori equum viſum fuit eſſe di
cendum iuxta notata in rubr.& in l.j.C.ad
l.iul.maieſta.& in l.j.ff.eod.titu.& d.c.non
afferamus,no.etiam in c.excōmunicamus.
el j.§.credentes,de hære.

## SVMMARIVM.

1 *Declaratio bona a diffinitione pficiſci debet.*
2 *Hæreſis quid ſit in ſuo genere ſumpta.*
3 *Hæreſis proprie ſumpta non cadit in iudeo aut ſarraceno.*
4 *Hæreſis ab electione dicitur.*
5 *Heremita quis & vnde dicatur.*
6 *Hæreſis duo habet extrema ſubſtantialia.*
7 *Hæreſis differt ab apoſtaſia & ſchiſmate.*

1 QVERO nūc primo quid
eſt hæreſis. † Nam queli
bet bona declaratio ab ipſa
diffinitione proficiſcitur, vt
inquit Cicero in j.Offic. &
dicit glo.referens Boetium
in l.omnis diffinitio.ff.de regul. iur.ꝙ ipſa
diffinitio ſubſtantiam cuiuſq; rei prout eſt
ſignificat, & habetur per Bart.in l.ſi is qui
pro emptore in j.q.ff.de vſuc.& in l.j.§.do-
lum.ff.de dolo.& idem Bart.in l.j.§.mutui.
ff.ſi cert.peta.& in l.j.ff.de teſta. Vbi dī-
cit ꝙ omnis diffinitio debet ponere ſubſtā-
tialia rei diffinite ſaltē in genere illius diffe
2 rentias continentia.vnde dico ꝙ. †Hęre-
ſis in genere ſumpta eſt error quidam perti
nax corrumpens Chriſti fidē, vt colligitur
ex doctrinaſancti Thome in ij.ij.q.xj.arti.
ij.verſi.ſed peſtifera.xxiiij.q.iij.hæreticus.
vbi introducitur ſentētia ſancti Augu.Qui
Thomas ſubiūgit ꝙ hęreſis eſſe nō poteſt,
niſi ſit error circa ea quæ ſunt fidei,ſicut cir
ca propriam materiam.& propterea nō di-
citur hæreſis ſi quis erraret in falſa opinio-
ne circa alia quæ non ſunt fidei ſicut eſt in
geometralibus vel alijs huiuſmodi.ita dicit
ipſe quæ appellatur ēt labes & prauitas vt
in cle.j.§.verum eod.ti.alibi quoq; appella
tur peſtis vt habetur in c.accuſatus.§.ſane,
eo.ti.lib.vj.& qui crimine illo pollutus exi
ſtit peſtilentioſus dicitur vt in c.excōmuni
camus.el.j.§.credētes ver.ſane.extra eo ti.
3 †Iſta enim eſt ſpecies infidelitatis quę p-
tinet ſolum ad eos qui Chriſti fidem profi-
tentur,& illius dogmata corrūpunt,et pro-
pterea iſtud crimen nō cadit proprie in iu-
deo & ſaraceno,mahumetano,& alijs hui
modi extranei iuris hominibus ſecund
ꝙ no.concludit ſan.Tho.in ij.ij.q.xi.arti
Quod peccatum vt plurimum oritur e
ſuperbia, vel concupiſcentia commodi t
poralis vt no.ſanctus Aug.in lib.de vtili
creden.& idē Tho.in ij.ij.q.ij.art.ij.&
ſed quidam arguentes tenebant cōtra
dictum ꝙ ſi hæreſis oritur ex ſuperbia
propter concupiſcentiam &c.ergo non
ſpecies infidelitatis,quia fides & infideli
conſiſtit in credere,& in mente, non aute
in actu extrinſeco, & hoc idē commun
tenent Theologi. Et propterea idē Th
in d.q.xi.& xij.arti.j.declarando illud
ctum dicit ꝙ finis proximus ſiue cauſa p
xima hæreſis eſt adhærere falſe ſenten
ſeu opinioni animo pertinaci,& ex hoc
cit eſſe ſpecies infidelitatis, ſed cauſa e
remota,& finalis eſt cōcupiſcentia comm
di tēporalis,ex quo ſequitur ꝙ dicitur or
ex ſuperbia et cupiditate.& no.xxiiij.q
4 c.hæreſis.& ſeq. † Et appellatur hæreſ
vt quidam dixerunt ab electione.xxiiij.
iij.hæreſis.quæ ſunt verba ſancti Hierony
ad Gala.quia omnis hęreticus eligit ſibi n
uas & extraneas opiniones cōtra fidē Chri
ſti & eccleſiæ inſtituta vt dicit Hoſt.in ſum
eo.ti.& Azo.ſimiliter.eo.ti.in ſum.§.j.ver
vlti.& per Fely.in rub.extra eo ti. Arch
autem in d.cano.hæreſis,xxiiij.q.iij.pon
plures expoſitiones.dicit enim ꝙ hęreſis d
citur ab electione,vel ab errando,quia no
eſt hæreticus niſi ille qui errat. Quidā d
xerunt ꝙ hoc nomē hæreſis deſcēdit a ver
bo greco.hęre.ꝙ latine dr̄ virtus.i.& theſi
loquutio,vnde hæreſis quaſi virtus locutio
nis, & hæreticus.i.virtuoſus in locutione
& ſermone, quia cōiter iſti hæretici in ſer
monibus & diſputationibus ſuis confidun
& nō in virtute ſpirituſſancti, vel dicas d
cit ipſe ꝙ hæreſis diuiſio interpretatur.Ex
quo ergo per fidē catholicam prima ſit fi
deliū adunatio.Diuiſio igitur quæ ſpeciali
ter fit a communione prædicta ſiue a com
muni fide hæreſis appellatur,vel dicitur à
iſto verbo herciſcor,ris, quod idē eſt ꝙ di
uido,ſecundū quod dicit glo.in rub.ff.fam
herci. Inde dicitur iudicium ſiue actio fa
milie herciſcunde hoc eſt diuidende hære
ditatis,qm̄ ipſi hæretici per illas eorum er
roneas opiniones diuidūt ſe ab vnione ec
5 cleſię, & Chriſti fidelium. † Inde dicitur
ēt heremita quaſi ſeparatus ab hominū co
ſortio,vt per Hoſti,in d,ſum,& Arch.in c.

Source : BIU Cujas

no.hæreticus.xxiiij.q.iij.& dicuntur etiã. Hęreſes leges,i,leges diuidentes ciuitatẽ a ciuitate,vt l.ſi duas.§.eſt autẽ.ff. de excu. tu.& ibi no.gl,j,igitur interpretatio recidit in ſecundam, quia quicũq; eligit nouas opiniones extra fidem communem recidit ab illa communione & congregatione fideliũ per quẽ receſſum ſit diuiſio inter ipſum hæreticum & communionem prædictã ſecundum Archi.in d.c.hæreſis.vide Azo Hoſt. & Gof.in ſum.eo.tit.& Archi.in c.ad apoſtolice.§.ij.de ſen.& re iudi.lib.vj.Cardi.in rub.& in cle.j.eo.tit.do.Fely.in rub. extra eod.titu.& S.Tho.in ij.ij.q.xj.artic.j.& ij.

6 †Quod quidem crimen habet duo extrema ſubſtantialia ſine quibus id eſſe nõ poteſt primum eſt quod reſpicit hæreſis initiũ & hoc eſt error in ratione,ſuppleas tu ꝙ ſit error circa quæ ſunt fidei non circa alia vt cõcluſum fuit ſupra ex doctrina S.Tho.Secundum vero extremũ eſt quod reſpicit cõplementum quod eſt pertinacia in voluntate,vt habetur.xxxiiij.q.iij.c.dixit.& Arch. in d.c.hæreſis,quotieſcũq; igitur aliquis errat circa fidem prædictam & in eius errore non inſtas pertinaciter,ſed variat vel reuocat nõ dicitur hæreticus nec ſubijcitur pœnis hęreticorum de quibus infra maxime ſi ſit paratus ſuſcipere correctionem ſui erroris d.cap.dixit Apoſtolus,& c.accuſatus,in prin.eo.tit.lib.vj.c.ad abolendam.c.firmiſſime,in prin.& c.vergentis,extra eo.titu.et no.Abb.& doc.in c.j.extra eo.et propterea cõgrue dictũ fuit in diffinitione error pertinax ad differentiam illorum qui reuocant
7 & non perſiſtunt in dicto errore. †Et nota ꝙ hæreſis,Apoſtaſis,& Schiſma ſunt diuerſa crimina ſicut diuerſa ſunt nomina & quid contineat in ſe vnumquodq; iſtorum. & an quodlibet ſit ſpecies infidelitatis de iſtorum natura & differentijs dicetur infra proxima q.vbi declarabitur quis proprie ſit hæreticus, quis apoſtata, & quis ſchiſmaticus.

## SVMMARIVM.

1 *Hæreticus quis proprie dicatur.*

2 *Errans in ſacramento euchariſtie hæreticus eſt.*

3 *Dogma falſum & a fide extraneum defendens,hæreticus eſt.*

*Potentiam dei atribuens creature hæreticus eſt cenſendus.*

4 *Secreta cordis rimari non eſt hominis.*

5 *Hæreticus quis dici põt tribus cõcurrẽtibus.*

*Scripturam ſacram ad ſenſum incongruum interpretans eſt hæreticus.*

*Hæreticus eſt qui ſedis apoſtolice præcepta contemnit.*

6 *Apoſtata & ſchiſmaticus an ſint proprie hæretici.*

*Schiſmaticus quis proprie dicatur, & vnde ſchiſma.*

7 *Hæreticus eſt ſemper ſchiſmaticus, ſed non econtrario.*

8 *Apoſtaſia quid proprie dicatur et quotuplex.*

9 *Apoſtate hæreticus ſunt deteriores.*

*Hæretici omnes apoſtate ſunt.*

10 *Opera bona facta per hæreticum, & ſchiſmaticum aut apoſtatam,an ſint eis vtilia.*

11 *Opera bona prius facta an proſint peccatori conuerſo.*

1 SECVNDO quero†quis ſit hæreticus.Reſpon. Hæreticus duobus modis dicitur, proprie & improprie, ſiue large & ſtricte. Proprie enim & ſtricte hæreticus dicitur ille qui cõtra fidem Chriſti, vel aliquem eius articulũ ſeu aliquod ex ſeptem eccleſiæ ſacramẽtis aberrat, vt eſt baptiſmum quod eſt prima porta ſalutis, qua profitemur chriſtianam fidẽ ideo dicit S.Auguſt.ꝙ niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpirituſancto,& qui non baptizatus fuerit, erit extra eccleſiam & ſalutis eterne particeps eſſe non poterit, quod firmiſsime teneas, & nullatenus dubites.j. q.j.detrahe.& c.firmiſsime. & de conſecra. diſt.iiij.in prin.vbi dicitur per quam neceſſariam eſſe aque viſibilis in corpore ablutionem per quam ſpiritus intellectus,& anima quæ eſt inuiſibilis ex inuiſibili fidei ſacramento & doctrina purificatur ad ſalutẽ.

Item qui aberrat in chriſmate ꝙ dicitur fidei comprobatio de conſecrat.diſtin.iiij. presbyterij. & c.nullus miniſtrorum vel in confeſsione quæ eſt peccatorum remiſsio, dumtamen fiat debito modo & cum contritione de pœ.diſt.iij.nihil &c.perfecta pœnitentia.& de conſecr.diſt.v.nihil.& diſt.iiij.
2 omnis,& in c.j.qui cle.vel vouen. †Item qui errat in ipſius euchariſtie pretioſiſsimo

Source : BIU Cujas

ſacramẽto.ſ.in tranſubſtantiatione ſeu alia quauis eius particula ſubſtantiali per ꝙ anima chriſtiani vnitur Deo.de conſe.di.ij.cũ omne &c.nihil in ſacrificijs.& in cle.j.de reliq.& vener.ſan.& ibi per do.Cardin.& ſic de alijs huiuſmodi ſacramentis qui contra illa ſeu aliquod ipſorum totum , vel aliquod eius membrũ ſubſtantiale nouã opinionem, vel adinuenit & ſequitur.vel iam inuentam tenaciter proſequitur proculdubio hæreticus eſt,vt habetur in c.ad abolẽdam.extra eo.ti.& l.manicheos.C.eo.& c. j.de ſum.tri.in antiq.& in vj.& in cle.j.eo. ti.& ibi per ſcribentes antiquos & mod.& in l.j.& ibi Bald.C.de ſum.tri. Itẽ dubius videtur is videlicet qui in illa dubietate pֿtinaciter inſiſtit.c.j.& ibi Abb.et doc.extra
3 eo.ti.& d.c.dicat aliquis.xxiiij.q.iij. †Itẽ qui falſum dogma, vel extraneum ſenſum circa ſubſtantialia fidei diuine ſcripture attribuit,& ſic tributum ſenſum pertinaciter defendit,vel qui nouas,& falſas opiniones gignit, vel ſequitur.xxiiij.qõ.iij.hæreticus

Item qui firmiter credit licere chriſtiano poſſe exercere vſuras ſine peccato vt ĩ cle. j.de vſur.& ibi do.Car. Item qui potentiam diuine maieſtatis quę ſoli deo,competit in priuilegium ſue vnice potẽtie omnia creãtis vult attribuere angelice vtriꝗ, vel humane creature hoc eſt quod credat & firmiter teneat per angelum lucis , demonem vel hominem poſſe fieri ea quæ ſoli deo cõpetunt in priuilegium ſicut eſt infundere animam in infante poſtquã in vtero matris formatus eſt , vt habeť in c.moyſes.xxxij. qõ.ij.aut mortuum ſuſcitare ſeu humanam creaturam in melius vel deterius reformare,aut in alteram ſpeciem commutare futura per veram ſcientiã reuelare vt no.Eſaie xlj.c.dicite mihi quæ futura ſunt & dicam
4 ꝙ dij eſtis. † Item hominis ſecreta cordis indicare dicitur Math.xxij.c.vbi Chriſtus cognouit mentes Phariſeorũ aduerſus ipſum deprauatas,& ꝙ dum ipſum interrogabant querebant eum capere in verbis quãdo ipſum interrogauerunt cui deberẽt reddere cenſum ex quo ipſe Chriſtus vocabat ſe regem iudeorum an deberent ſibi dare cenſum,vel Cæſari, at ille viſo numiſmate & Cęſaris imagine reſpondit,Reddite quæ ſunt cęſaris cęſari & quæ ſunt Dei Deo.De his enim & quibuſdam alij quę competunt ſiue pertinent ad ſolũ deum vide latius infra ti.ſeq.in x.q.vbi plene tradiť an & quãdo ſortilegia ſapiunt hęreſim manifeſte,vel non, & habetur etiã xxvj.q.ij.qui ſine ſaluatore,& xxvj.q.v.epiſcopi.et c.ſeq.et C dra.in cõſil.ccx.quod incipit,regularis bet traditio.& S.Tho.in ij.ij.ĩ ſepe.d.q ar.v.Hoſt.in ſum.Goffre.et Azo.in ſum ti. Et dicit ſanctus Aug.in lib.de vtili den.c.j.ꝙ hæreticus eſt qui alicuius tempo ralis commodi , & maxime glorie princi patuſq; ſui gratia falſas ac nouas opinion cõtra Chriſti fidem vel gignit vel ſequit & iſte proprie dicitur hæreticus.cuius ctum translatum fuit.xxiiij.q.iij.in c.hæ
5 ticus. † Dñs Alex.de Alex.in ij.ij.tit. hæreſi.dicit ꝙ ad hoc vt quis proprie d hęreticus et ſubiaceat excõicationi,& a pœnis cõtra hęreticos ſtatutis tria requ

Primum.ſ.falſa credulitas in rationa no.gl.xxiiij.q.iij.c.qui aliorꝫ. Secund ꝙ requiriť eſt peruerſa voluntas in conc piſcibili. Tertium impugnationis pert nacitas ex parte iraſcibili vt poſtquã ſe im plicuit in errorem in eo pertinaciter inſi alias ſi non inſtaret ſed reuocaret,non di reť hæreticus.xxiiij.q.iij.dixit Apoſto

Improprie vero et largo modo hęretic dicitur is qui ſacram ſcripturam male & e ronee intelligit ſeu interpretať.ſ.aliter q ſenſus ſpirituſſancti flagitat.xxiiij.q.iij.ha reſes. Item is qui conať velle auferre pri uilegia eccleſiæ a Deo vel Romanis pont conceſſa.xxij.diſt.omnes. Item qui præ cepta apoſtolice ſedis tranſgredit.xix.di nulli.& quibuſdã alijs modis de quibus tius vide per gl.in c.firmiſsime.extra eo. & gl.in c.inter.hæreſim.xxiiij.q.iij.Fely.in rub.extra.eo.ti.per Card.in cle.j.eo.ti.Bal. in rub.C.eod.ti.& per ſupradictos ſumm ſtas in locis pręallegatis,& iſti diuerſis p nis puniuntur ab illis qui ſunt proprie h
6 retici.de quibus infra tit.ſeq.xj.q. † Sed quero an Apoſtata , & Schiſmaticus cont nentur ſub iſta ſpecie hæreſis, vel ſub eiu genere.Reſpon.ꝙ proprie & ſtricte loqu do aliud eſt eſſe apoſtata aliud eſſe hæ ticus,& aliud ſchiſmaticus.de hæretico diſtis ſupra. Sciſmaticus enim a prin.ma xime non eſt hæreticus, quia ſchiſmatic proprie eſt ille qui nõ vult obedire ver antique eccleſię ſuę,ſed facit aliã eccleſia prælatum, vel clericos,qui faciont aliũ pa pã relicta prioris papæ obediẽtia. Schiſma vero dicitur a ſciſſura quia ſchiſmaticus per denegationẽ obedientie ſcindit ſe ab eccleſia eo maxime dum querit facere eccleſiam, vel alios clericos modo ſuo conſtituere reiectis proprijs & venit a ſcindendis,xxiiij.q.j.ſciſſura. & xxiiij.qõ.iij.inter

Source : BIU Cujas

hereſim.& c.ſchiſma.ſed quotieſcu̅q; ſchiſ-
maticus perſeuerat pertinaciter in illa ſua
opinione diuiſa efficitur hæreticus diuide̅-
do eccleſiam quia venit contra illum arti-
culum fidei & vnam ſanctam eccleſiã &c.
Et propterea dicunt doc.† ꝙ oı̄s hæreti-
cus eſt ſchiſmaticus, quia oīs hęreticus ſcin
dit vnionem eccleſiæ diuidendo ſe ab illius
vnione ſed non econuerſo omnis ſchiſmati
cus eſt hæreticus ſalte̅ ſtricto modo, qa tunc
dico incipit eſſe hæreticus quotieſcunq; ꝑ-
ſeuerat in illa eius diuiſione, & ı̄ ea pertina
citer inſiſtit ſeque̅do ſciſſurã rei indiuidue.ſ.
eccleſię. Et iſti quoqꝫ ſunt duplices ſpeciei
proprij & improprij. Proprie & ſtricte lo
que̅do ſchiſmatici ſunt hi de quibus ſupra.
Improprie uero et largo modo ſchiſmati
ci dicunt oẽs qui recuſant obedire mãdatis
eccleſię vt ſunt excõicati & ſimiles pertina
ces q largo modo dicunt ſchiſmatici. vide
no. doctrinã Abb. in rub. et in c.j.d.ſchiſma.
& xxiij.q.iij.ſchiſmaticus.& c.inter hęre
ſim. Hoſt. Azo.& Goſ.in ſum.eo.ti.de ſchiſ.
& p S.Tho.in ij.ij.q.xj.art.j.& ij. Apoſta
ta uero differt ab hęretico et ſchiſma.in ſpe
cie licet in genere quodãmodo idem ſunt i
hoc videlicet ꝙ ſunt extra eccleſiã et cõio-
8 nem fideliũ. † Apoſtaſia enim proprie eſt
que̅dã retroceſſio a ſua debita ordinatione
& iſta eſt triplex ſecundũ gl.in c.j.de apoſt.
Prima eſt apoſtaſia perfidie per quã quis
recedit a fide.xj.q.vij.nõ poteſt. Secunda
eſt inobedie̅tie ꝙ eſt qñ quis tranſgreditur
præceptũ vt in c.ſi qs venerit.& c.illud.de
maio.& obe. Tertia eſt apoſtaſia irregula
ritatis vt cũ quis recedit a regula & habitu
ſue aſſumpte religionis vt d.c.j.de apoſta.
& l.di.c.ſi.& dr̄ apoſtata.i.retro ſtãs ſiue re
trocedens aut retro adiens.xxvj.q.vlt.nõ
obſeruetis. Et iſti qñq; ſe rebaptizant, &
retrocedentes a veteri noı̄e, & ordinatione
ſue vite aliam nouã ſuſpiciunt, ſed qñ rece-
dunt a fide chriſti, & nouã ſuſpiciũt ſunt hę
retici maxime qñ perſiſtũt in dicta noua ꝓ-
feſſione & illam credunt eſſe veram. et hoc
modo etiam apoſtate dicuntur eſſe hæreti-
9 ci. † Sed nota ꝙ iſti apoſtate ſic rebapti-
zati de iure ciuili ſunt deterioris conditio-
nis q̃ hæretici loquendo de his qui ſunt ꝓ-
prie hæretici, vt ſupra quia hæretico pœni
tenti parcitur.l.manicheos.C.eo.ti.iſtis ve-
ro nunq̃ parcitur, ſed irremiſſibiliter vlti-
mo ſupplicio puniunt l.hi qui ſanctã.C.de
apoſta. & propterea dice̅do ꝙ oẽs hæretici
ſunt apoſtate, conſeque̅tia eſt vera, ſed non
e̅cõuerſo niſi data pertinacia & ꝯmoda re
ceſſione a fide catholica vt dicu̅t Cano.ı̄ d.
c.j.de apoſt.& Hoſt.in ſum.eo.ti.& S.Tho.
in ij.ij.q.xj.ar.j.& ij.et eſt gl.no.& ibi Abb.
in c.firmiſsime.de hęre. Sed q̃ro nunc de
hac no.q.ſatis proficua in foro conſcientie,
dicit tex.in c.firmiſsime ı̄ fi.extra de hęr.ꝙ
homini q non tenet vnitate̅ eccleſię catho.
neq; baptiſmus, neq; eleemoſina, nec alia q̃-
libet maxima opa charitatis, imo nec mors
nomine chriſti ſuſcepta proficit ad ſalute̅.
10 †Modo q̃ro quidã exiſtens laqueo hęreſis
ſchiſmatis vel apoſtaſis perfidie innodatus
fecit q̃ plurima charitatis opera videlicet
eleemoſinas, diſciplinas, ieiunia, pęnite̅tias,
peregrinationes, orationes, & multa alia di
uina officia, miſſas, & ſimilia pro anime ſue
ſalute, certũ eſt ꝙ dum ille eſt in peccato ı̄-
credulitatis illa nihil ſibi proſunt ad ſalute̅.
d.c.firmiſsime.in fi.dice̅dũ ne erit ꝙ tot bo
na opera oı̄no perdant, adeo ꝙ nullũ fructũ
afferant benefactori, dic ſcd̄m gl.in d.c.fir-
miſsime. ꝙ dicta pia opa nõ perdunt aliquo
modo & licet illi nõ proſint ad ſalutem pp
peccatũ infidelitatis, tñ prodeſſe illi poterũt
ad tria. Hoſti.in ſum.in ti.de pœ.& remiſ.
in.§.& an ficte.diſtinguit melius aut q̃ritur
11 †an pia opera facta ante peccatũ reuiuiſcãt
ad ſalute̅ poſt conuerſione̅ peccatoris, & di
cendũ eſt qđ ſic quia opera illa per peccatũ
erant mortificata ideo reſurgũt vna cũ ſuo
authore, aut fuerunt facta in peccato, tunc
aũt peccator habebat contritione̅ in corde
& animũ confitendi & reduce̅di ſe ad pœni
tentiã dum daret occaſio. & eode̅ modo iſta
reuiuiſcũt & proſunt ad ſalute̅ ſicut priora,
vt eſt glo.no.in clc.j.de reliq.& ven.ſanc.in
prin.& glo.in c.j.& c.magna pietas.de pœ.
diſ.j.& tenet Fel.in d.c.firmiſsime.in fi.aut
fuerunt facta in ipſo peccato nulla exiſte̅te
contritione ſeu animo conuertendi, & iſta
nunq̃ reſurgũt, neq; proſunt ad ſalutem &
ſunt mortua penitus quia nunq̃ ſpiritũ vite
gratie dei habuerunt reſuſcitare nõ poſſunt
ad ſalute̅. Sed alia proſunt.ſ.ad quinq; ſecũ-
dum Hoſt.ibi primo qa diabolus in tali ho
mine non vtit tanta pote̅tia ſicut prius. Se-
cundo quia valent ad aſſuefactionem bono
rum operũ. Tertio ad minus ſuppliciũ ſuſti
nendũ. Quarto ad corporale̅ proſperitate̅,
& ad augmentum bonorum temporalium.
Quinto & vltimo ad illuminatione̅ intelle-
ctus vt citius diuina gratia illuſtret ad con
uerſione̅ et pniam, & p conſeque̅s ad ſalute̅,
vt hr̄.de pœ.diſ.iij.qđ ergo turbant.q̃uis S.
Augu.dicit ꝙ pium eſt credere, & fides no-
ſtra hoc expoſtulat, vt cum gratia Chriſti

Source : BIU Cujas

in homine deſtruxit mala priora per pœnitentiam & remuneret bona, nã cũ deſtruxit ꝙ ſuum non inuenit, amet & diligat ꝙ in peccante plantauit vt habetur de pœ.diſt. iij.pium cum tribus.cc.ſeq.& Hoſtien.vbi ſupra. Et hæc ſufficiant pro aliquali notitia iſtius criminis hereſis vt facilius cognoſcamus, qui ſunt puniendi pœnis hæreticorum & qui alijs pœnis. Qui vero querit habere ſubtiliorem notitiam iſtius criminis videat ſacros Theolgos.& maxime S. Tho.in ij.ij.q.xj.arti.j.& ij.& iij.& per totam illam.q.& in ij.ij.q.ij.& ſanctũ Auguſt. in lib.quem edidit de vtili,creden.per totũ, & ſanctum Bonauẽ.in iiij.ſen.di.xiij.ar.iiij. qui incipit, determinat incidenter quæ faciunt &c.Alex.de Alex.in ij.par,q.clxxxj. in primo membro. Vbi ipſe.& alijs omnes in effectu concludunt idem ꝙ S.Augu.vbi ſupra ad quorum dicta & rectam doctrinã latius me remitto & dicta mea limitanda ac corrigenda ſi opus fuerit ſubijcio, ꝓſequar nunc materiam noſtram.

## SVMMARIVM.

1 *Hæretici quibus pœnis plectendi.*

2 *Hæretico confitenti quæ debeat pœna imponi, in foro ſcilicet conſcientie.*

3 *Mors vltimum terribilium a iure ciuili appellatur vltimum ſupplicium.*

4 *Filij hæreticorum puniuntur ob delicta parentum.*

5 *Flij ex coitu damnato nati omnis ſucceßionis ſunt incapaces.*

1 TERTIO quero † in quibus pœnis puniuntur hæretici, intelligẽdo de illis q ſunt proprie hæretici, dic ꝙ quatuor pœnis puniuntur de iure canonico ſecundum Archi.xxvj.q.v.hereticus in fi.vbi dicit ꝙ puniuntur excõmunicatione, depoſitione, rerum omnium ablatione, militari percuſsione. frater Ange.vero de clau.in ſum.ſua in ver.hæreticus.dicit ꝙ xiiij.pœnis puniuntur.ſed illas non connumerat nec declarat, declaratio quã facit Archi. fuit prius Gof. in ſum.ſua in tit.de here.§.punitur hæreticus &c.vt refert idem Archi. tñ declaratio illa ſolum videt concernere clericos, & nõ laicos dũ loquitur de depoſitione, quia laici non patiuntur depoſitionem, ſed ſtatim comperto crimine ſi nolunt penitere facta declaratione per iudicem eccleſiaſticũ traduntur in manibus curie ſecularis puniendi &c. clerici vero non, niſi ſecuta actuali degradatione, vt in c.ad abolendam.§.j.&
2 ſequitur extra eo.ti. †Et ideo putaui aliter diſtinguendum pro faciliori intelligentia ꝙ, Aut ſumus in foro conſcientia coram ſacerdote dum adhuc crimen eſt occultum & eſt pœna excõicationis vt in d.c.ad abolendam, in princ.ibi vinculo perpetui anathematis innodamus.& facit tex.i c.firmiſſime.eod.ti.& xxiij.q.v.non vos xxiij.q. quæ dignior domus, vbi referuntur verba Apoſtoli dicẽtis hæreticum hominem poſt primam monitionem deuita. ꝙ eſt quando eſt excõicatus. & hac pœna tam clerici ꝙ laici puniunt vt ibi dicitur. & facit in arg. tex.in c.ſi quis eps.xxvj.q.v. Aut ſumus in foro contentioſo canonico poſtquã ſunt deprehenſi in hæreſi & delictum iam innotuit curie, & ſi clericus eſt primo priuãdus eſt & deponendus ab omni ordine ac officijs,& beneficijs eccleſiaſticis quibuſcunque ac omnibus quoq; bonis patrimonialibus & alijs ſi quæ ſunt confiſcatis perpetua notatur infamia, deinde degradatus tradiſ curie ſeculari ſeuerißimis penis corporalibus puniendus, laicus vero breui manu cõperto crimine condemnetur ad perpetuam infamiam & bonorum omnium confiſcationem, deinde traditur in manibus curie ſecularis ſeuerißimis pœnis puniendus, vt not. in d.c.ad abolendam.§.j.& ij.& in c.vergẽtis.& c.excõicamus.el j.in prin.extra eod. ti.& c.cum ſecundum leges.eo.ti.lib.vj.& ibi Archid.& cæteri Mod. Sed quæ ſunt iſte ſeuerißime pœnæ quæ imponuntur de iure ciuili, reſpon.ꝙ ſi qua pœna atrocior morte reperiretur illa proculdubio puniretur propter criminis atrocitatem & horreſcentiã quia. Vbi maior eſt culpa ibi grauior debet eſſe vindicta c.excõicamus.§.
3 credentes,ver.ſane.extra eo.tit. †Sed quia mors eſt ultimum terribilium,ut inquit Ariſti,in iiij.Ethi. & eſt extrema pœnarũ xiij. q.ij.quæſitum.quam ius ciuile appellat vltimum ſupplicium.l. ſi quis aliquid.§.qui abortionis.ff.de pœ.& l.vltimum,& l.capitalium.in prin.& l.qui vltimo.ff.eo.tit.hac mortis pœna puniuntur et ſolent communiter igne comburi l.arriani.in prin.C.de hære.& perpetua notantur infamia & omnia eorũ bona publicantur elementis proprijs fieret iniuria ſi aliqd ex bonis ſibi vel eius

poſteris

poſteris relinqueretur, dicit tex. in d.l. arriani. in prin. & §. j. C. eo. ti. quibus pœnis tam clerici quam laici ſubijciuntur facta prius tamẽ degradatione clericorũ apud propriũ iudicẽ eccleſiaſticũ. d.c. ad abolendã. in fin. extra eo. tit. c. accuſatus. §. ſi eo. ti. lib. vj. & d.l. arriani. & l. manicheos. C. eo. ti. & c. vergẽtis. extra eo. nec poterũt eius filij ſeu alij deſcendẽtes vſq; in ſecundã generationem obtinere aliqua officia aut beneficia eccleſiaſtica tanquam illorum incapaces. c. ij. §. hæreti. eo. ti. lib. vj. †Ex quo nota iſtum caſum ſpecialẽ in quo filij ẽt innoxi puniũtur ex delicto patris & ſic alterius crimine puniuntur, vt ibi, & in d.c. vergentis. extra eo. tit. cuius contrarium diſponit regula iuris cõis. l. ſancimus. C. de pe. & ff. eod. ti. l. ſi pœna. & l. crimen & ff. ad ſil. l. fin. vbi dr̃ ꝙ pœna debet proſequi criminis authores, & nõ ſe extẽdere vlterius ad filios familiares, agnatos, vel amicos, ſed ratio ſpecialitatis eſt odium delinquentis propter turpitudinem, & abominationẽ tanti criminis, vt dicit tex. in d.c. vergentis. ſicut alias videmus in crimine læſæ maieſt. ꝙ filij puniuntur ex delicto patris in ſucceſsione bonorũ l. quiſquis. C. ad leg. iul. maie. multomagis dicendũ erit iſto caſu filios puniri ex delicto patris ex quo grauius deliquit pater quia longe grauius eſt eternã quã temporalem lede
5 re maieſtatẽ d.c. vergentis. †Secũdo habes aliũ caſum in quo filij puniuntur ex delicto patris in authẽ. qui. mo. na. effi. ſui. §. ſi quis aũt. ſumpta in auth. ex cõplexu. C. de inceſt. nup. vbi filij nati ex nephario, & dãnato coitu ſunt incapaces omnis ſucceſsionis paterne nec a patre alendi ſunt, nec filij dici poſſunt. hoc. n. non accidit culpa filiorũ, quia ipſi non peccarũt ſed in odiũ ſceleris paterni & illius turpitudinis d. authen. ex complexu. Eſt & tertius caſus in quo pœna primi authoris extẽditur ad filios, & agnatos illius ſucceſſores vſq; ad quartã generationẽ c. in quibuſdam. de pen. Quartus reperitur caſus in c. cũ multe. xv. q. viij.
6 & j. q. iiij. ſtẽ peccato Iſraelitarũ. †Quintum reperio caſum in c. j. & ij. de fil. presb. vide gl. in d.c. vergẽtis. eo. tit. de hære. alias quoq; pœnas & ſupplicia patiuntur iſti hęretici non tñ corporalia de quibus latius per Hoſt. in ſumma de hæreti. & Archidia. in cap. hæreticus. xxiiij. q. iij.

SVMMARIVM.

*Filij hæreticorum catholici, et orthodoxi au poßint parentibus ſuccedere.*

*Ius ciuile nõ tollit ea quæ ſunt iuris naturæ.*

2 *Filij hæreticorum ne in denario quidem ſuccedere poſſunt.*

1 QVARTO quero† quid ſi filij ipſius hęretici ſint boni & fideles chriſtiani & delicti paterni pœnitus ignari, an poterũt ſuccedere in bonis paternis ſaltem in legitima eis debita iure nature vt ex illa poſsint habere alimenta & videbatur dicendũ qđ ſic, quia ius ciuile non tollit ea quę ſunt de iure nature ex quo ſunt immutabilia. l. ex hoc iuregentium. & ibi not. gloſ. ff. de iuſti. & iure. & inſtitu. de iur. natu. gen. & ciui. §. ſed naturalia. ſucceſsio autẽ filiorum in bonis parentum eſt de iure nature, & l. cum ratio. ff. de bon. dam. in auth. vt cum de ap. cog. §. aliud quoq; capitulũ. l. fi. C. de inſtit. & ſubſti. l. præcibus. C. de impub. & l. nam & ſi parẽtibus. ff. de inoffi. teſta. cũ ſi. Sed in
2 cõtrariũ eſt veritas ꝙ† ipſi filij effecti ſunt a iure adeo inhabiles & incapaces paterne ſucceſsionis ꝙ illi ẽt in vno denario ſuccedere non poſſunt immo debẽt ſemp in miſeria & egeſtate ſordeſcere ſicut filij reorum criminis læſæ maieſt. adeo quod nihil aliud eis relinquendũ eſt niſi ſola vita quę ex miſericordia elargitur. Et tales eſſe debent in hoc mundo quibus vita ſit ſupplicium & mors ſolatium. vide tex. in d.c. vergentis & in l. quiſquis. C. ad leg. iul. maie.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus errorem ſuum corrigere paratur an poßit veniam obtinere.*

2 *Pœnitentiam locum nõ habet in criminibus atrocioribus.*

*Reuocatio hæreſis an debeat fieri ſtatim poſt deprehenſionem.*

3 *Aduerbia temporalia cõtinuo, illico incontinenti, & ſimilia celeritatem poſtulam de ſui natura.*

4 *Reuocatio erroris quando ſponte & vero corde fieri dicatur.*

5 *Reus in quacunque iudicij parte poteſt errorem reuocare.*

6 *Conceſſum vni plurium cæteris cenſetur de*



Source : BIU Cujas

*negatum.*

7 *Bona hæreticorũ nõ ſunt ipſo iure publicãda.*

8 *Donatio facta per hæreticum ante damnationẽ an valeat & an poſſit reuocari.*

9 *Reuocatione erroris facta hæreſis caret altero ex ſubſtantialibus extremis.*

10 *Hæretici per iudicẽ eccleſiaſticũ condemnati nedũ curie ſeculari traditi poſſunt ad pœnitentiam admitti.*

11 *Continuo verbum de ſui natura actum immediatum denotat.*

12 *Reuocatio erroris non admittitur niſi ſecundum iudicis arbitrium.*

13 *Peccatoris mortẽ non optat deus, ſed quod viuat & conuertatur potius.*

14 *Pœnitentibus veniam damus, eſt propoſitio indefinita vniuerſali equipollens.*

15 *Reuocatio erroris poſt latam ſententiam.*

16 *Dictiones continuo, mox, & ſimiles quãdoque ſpatium tẽporis admittunt.*

17 *Iura generaliter loquẽtia generaliter ſunt intelligenda.*

*Nunquã dictio eſt excluſiua loci & tẽporis, & cuiuſuis alterius ſubiecti.*

18 *Probõnes ĩ crimina. luce clariores eſſe debẽt.*

19 *Contractus ſtipulationis vnico debet fieri contextu.*

20 *Redeuntes ad gratiã ſponte qui dicantur.*

21 *Reuocatio & pœnitẽtia duplex eſſe poteſt.*

22 *Hæretico relapſo nõ datur venia, conferri tamen poſſunt ſacramenta, ſi pœnitentie appareant ſigna.*

1 QVINTO quero † quid ſi aliquis deprehenſus fuerit in hæreſi, ſit paratus tamen errorẽ ſuũ reuocare & abiurare hæreſim an poterit veniã obtinere & euitare pœnas corporales de quibus ſupra & videretur dicendum ꝙ non. Quia in criminibus regulariter maxime in atrocioribus non eſt locus pœnitentie etiam ꝙ fur vltra pœnitentiam ipſam reſtituiſſet bona furto ſubtracta proprijs dominis non tamen parcitur ſibi l. qui ea mente. & ibi Bartol. ff. de furt. tu dic ꝙ iſto caſu admittitur pœnitẽtia per quã euitantur pœnæ corporales, vt in d. c. ad abolendã in prin. in ver. ibi niſi continuo &c. de hæreti. & l. manicheos. C. eo. titu. Ex quo nota caſum ſpecialẽ in quo in grauioribus criminibus admittitur pœnitentia ex parte rei qua euitãtur pœne corporales & maxime pœna vltimi ſupplicij. d. c. ad abolendam. Nam in cõtrariũ eſt regula iuris communis. d. l. qui ea mente.

2 Sed nunc inſurgit dubium † nunquid iſta pœnitentia & reuocatio hæreſis fieri debeat incontinẽti quam primum fuit deprehenſus in hæreſi, vel ex poſtfacto in quacunque parte iudicij vſque ad ſententiam, vel eius executionẽ. quidã dixerunt ꝙ incontinenti fienda ſit abſque vlla mora & ſponte alias ſi fieret poſtea non admitteretur pro qua opi. allegant text. in d. ca. ad abolendam. §. j. in ver. ibi niſi cõtinuo &c. vbi text. duo principaliter ponderare vr ad hoc vt iſta reuocatio admittatur, primũ eſt ꝙ fiat incontinẽti poſt deprehenſionem erroris. Itẽ ꝙ fiat ſponte & non coacte, hoc aperit tex. in d. c. ad abolendã. verſi. niſi cõtinuo patefacto crimine ad vnionẽ fidei chriſtiane ſponte redierit &c. Ex quibus verbis manifeſte apparet dictã reuocationẽ fieri debere ſponte & incontinenti ſine tẽporis interuallo ſecundũ ꝙ declarat

3 ibi Panor. quia dictio iſta † continuo, incontinenti, illico & ſimiles ſunt aduerbia temporalia quæ de ſui natura deſiderant celeritatẽ abſque tẽporis interuallo. l. pe. C. depoſi. & ibi Bart. & Bal. & Mod. in l. lecta. ver. dicebã. ff. ſi cer. pet. l. hęredes palam. §. fi. ff. de teſta. l. j. §. fi. ff. de pe. leg. l. ꝙ ait lex. §. fi. ff. de adulte. & per do. Alex. in l. fructus. ff. ſol. mat. & xxxij. q. vlt. apud miſericordiã. vide tex. optimũ in l. continuus. in prin. ff. de verb. ob. & hãc opi. vr̃ tenere Pan. Ant. de But. & Fely. in d. c. ad abolendam. vide Abb. ibi ĩ v. no. & in gl. ĩ ver. ſpõte. Pro quo facit iſta ratio euitande abſurditatis. nam ſi aliter diceremus, ſ. qđ iſta reuocatio qñcunque admitteretur, ſequeretur hoc ꝙ nulli, vel rariſsimi hęretici punirẽtur pœnis corporalibus, quia quotieſcũque viderẽt iudicẽ paratũ ad exequendũ vltionẽ pœnæ corporalis ſemper dicerẽt vt euitarent vltimũ ſuppliciũ ſe velle corrigere & reuocare errorẽ ſuũ & ſic eluderẽt iudiciũ, iudicẽ atq; iuſtitiã cõtra ea quæ hñr in l. j. & l. diuus. & ibi Bar. ff. de cuſto. reo. eo maxime qa non eſt præſumendũ quod tũc libera voluntate & ſponte dictũ errorẽ reuocẽt ſed potius timore pœnę inſtãtis ſeu imminentis ſupplicij. ita vr̃ ſentire d. Fely. in d. c. ad abolẽdã. & idẽ ẽt Abb. ibi in v. no, faciũt notata per

4 Bar.in l.j.ff.ꝙ met.cau.†illa enim reuoca-
tio fieri dicitur ſponte & vero corde quæ
fit a principio quando non adeſt & adhuc
metus vrgens inſtãtis periculi & quę fit ani
mo & intentione amplius nõ reuertẽdi ad
errorẽ prædictũ de peni.diſt.iij.in princi.c.
pœnitẽtia.illa eſt quæ fit corde cõtrito oris
cõfeſſione & operis ſatisfactione, alias nul
la eſt pœnitẽtia.de pœniten.diſt.iij.nihil.de
conſec.diſt.v.nihil.ij.q.iij. c.fin.§.deſtitiſſe,
vbi dr̃ deſtitiſſe eũ accipimus qui totũ ani-
mũ agendi depoſuit. Lex.n.veniã indul-
get his qui ſponte & cito ad pœnitentiã re-
currũt.l.manicheos.C.de hære.l.hi qui ſan
ctam.C.de apoſt.& cum iſta opi. videntur
tranſire cõiter doct.cano.in d.l. ad abolen-
dam.quam Abb.in d.c.excõicamus.el.j. in
glo.fi.dicit comprobari ex doctrina domi-
ni Archi.in c.vt commiſſi.eo.ti.lib.vj. vbi
dicit ꝙ tunc reus dr̃ ſponte & incontinen-
ti redire ad fidẽ,ſcilicet antequam neget &
anteꝗ̃ recipiãtur teſtes & crimen probatũ
fuerit,& iudicium ad vlteriora proſequa-
tur.Idẽ ẽt ſentit Ioan.de ligna in cle.ad no-
ſtrã.eo.ti.Contrariã tñ opinionẽ quam plu
res non leuis authoritatis doc.tenuerũt qđ
5 †immo reus admittitur ad pœnitentiam ip
ſam & erroris reuocationem in quacunque
parte iudicij ẽt poſt ſententiã vſq; ad exe-
cutionẽ excluſiue in qua opi.fuit Abb.prę-
dictus in d.c.excõicamus.el j. extra eo. tit.
vbi poſt lecturam illius.c.extra glo.format
hanc quæſtionẽ in ſpecie & demũ conclu-
dit quod reus admittitur ad pœnitẽtiã iſtã,
& poteſt errorẽ ſuũ reuocare in quacunꝗ
parte iudicij ẽt poſt ſententiam iudicis ec-
cleſiaſtici ante tñ illius executionem vt la-
tius infra dicam,dummodo non ſit traditus
curie ſeculari quia poſtꝗ̃ illi traditus repe
riretur non eſt amplius ſub poteſtate iudi-
cis eccleſiaſtici.& iſtam opi. dicit ipſe eſſe
mitiorẽ & ideo tenendam pro cuius cõpro
batione adducit doctrinã Io.And.in d.cap.
excommunicamus.el.j.in quadã apoſtilla
vbi dicit ꝙ illi tradẽdi ſunt curie ſeculari
qui conuicti & condẽnati ſunt & nolunt ad
fidẽ reuerti.illi ergo qui volunt ad fidẽ re-
uerti licet in eo ſtatu ſint in quo tradendi
ſunt curie ſeculari,ꝙ eſt poſt ſententiã iudi
cis eccleſiaſtici admittendi ſunt omnino ad
pœnitentiã.quod tenet & ſequitur ẽt gl. in
c.pe.in glo.fi.extra eo.ti.quę expreſſe vult
ꝙ volẽtibus ẽt poſt latam ſententiã ad fidẽ
Chriſti reuerti & agere pœnitentiã corpo-
ralis pœna remittitur, pro quo facit etiam
tex,in l,manicheos,C,eo,tit,vbi Imperator
dicit pœnitentibus veniã damus,& non li-
mitat necꝫ reſtringit tẽpus ipſius pœnitẽtie,
pro qua ẽt opin.Abb.adducit doctrinã Ar-
chi,in c.vt commiſſi,de hære.lib.vj.vbi di
cit ꝙ relapſis duntaxat non parcitur dene
gatur audiẽtia,ergo alijs qui nondũ relapſi
ſunt non denegabitur audiẽtia nec eorum
6 ſpernetur pœnitẽtia. †Quia regula eſt ꝙ
vni denegatur cæteris conceſſum eſſe vide
tur l.cũ prætor.ff.de iud.l.qui teſtamẽto.§.
eum qui.ver.mulier.ff.de teſta.c.cum ſit ge
nerale.& ibi glo.de foro compe.no.Bal.&
doc.in authẽ.diaconiſſam.C.de epiſ. & cle.
quamuis Abb.in fin.fatetur quod hæc eius
opi.expreſſo iure non probatur,immo po-
tius poſſet defendi contrariũ in via iuris,qa
illud.c.excõicatus in damnatis nullam dat
indulgentiã.& tex.in d.c.ad abolendam lo
quitur de redeuntibus ſtatim.Ego aũt vltra
ea quæ adducta fuerunt per Abb. pro iſta
ſua opi.ſuperaddo tex.in c. firmiſſime. ex-
tra eo.tit.vbi dr̃ quod omnis hæreticus &
ſchiſmaticus cum diabolo & angelis eius
eterni ignis incendio Participabit niſi ante
finẽ vite catholice fuerit incorporatus, &
reintegratus eccleſiæ ex quo tex.probatur
ꝙ pœnitẽtia ipſa admittitur & exauditur
vſq; ad extremum vite. Secundo pro ea-
dem opi.adduco tex.in d.cap. vergentis.in
ver.niſi iuncta glo.vbi reperio quod hære-
tico reuerſo reſtituũtur bona ex miſericor-
7 dia & pietate canonica.ſed clarũ eſt†ꝙ bo
na hęreticorũ effectualiter non publican-
tur niſi per ſententiam iudicis eccleſiaſtici
ſicut fit in crimine læſæ maieſta. vbi prius
fertur ſententia & declaratur pœna deinde
capiuntur bona l.quiſque & l.fin.in princ.
C.ad leg.iul.maieſt.& in auth.vt nulli iud.
§.fina.facit l.j.& ij.& l.fi.C.de ſent.paſſ.&
reſt.& l.arriani.C.de hære. Quibus ſuper-
addo bonum tex.qui mihi nuper occurrit
in c.cum ſecundum leges.in fi.eo.ti.lib. vj.
vbi in effectu concluditur quod licet bona
hæreticorum a die commiſſi criminis cen-
ſeantur ipſo iure confiſcata ſicut bona reo
rum criminis læſæ maieſtatis, vt l. fina.C.
eod.titu.tamen vere & effectualiter non di
cuntur eſſe publicata nec actualiter appre-
hendi poſſunt niſi demum ſecuta ſententia
iudicis eccleſiaſtici,vt dicit ibi tex.in fi.ſu-
per quo Archi.dicit ꝙ licet omnes contra-
ctus alienationum facti per hæreticũ poſt
diem commiſſi criminis retractari poſſint
eſt verum poſt latam ſententiã quæ retro
trahit effectũ ſuũ ad diẽ commiſſi criminis,
ex illa die videt̃ ſibi interdicta alienatio ad



Source : BIU Cujas

inſtar minoris vel furioſi.vide ipſum.in d.
c.cum ſecūdū in fi.in ver.& eſt ratio, quia
non habuit ius vendendi, vbi expreſſe di
8 cit† ꝙ licet donatio facta per hæreticū an-
te damnationē ea demum ſecuta reuocari
poſsit,tamen dominia bonorum hæretico-
rum non pertinent ad fiſcū nec ad eccleſiā
niſi ea demum damnatione ſecuta ſuper cri
mine qua fert iudex eccleſiaſticus cuius cō
demnationis effectus trahitur retro ad diē
commiſsi criminis, vt proxime dixi alias
ſequeretur quod fiſcus ſine inquiſitore vel
epiſcopo poſſet ad libitum ſuum bona ipſa
vendicare & alienare poſt diem commiſsi
criminis ante ſententiā quod fieri non pōt
vt dicit ipſe d.c.cū ſecundū.in fi.ergo ſequi
tur ꝙ illa confiſcatio quę fit ipſo iure nullū
vr̄ habere effectū,niſi demū ſecuta ſenten
tia & vr̄ ꝙ ante ſententiam potius habeat
vim prohibitionis alienādi ꝙ̄ dn̄ium tranſ-
ferendi in fiſcum vt ſonant verba tex. in l.
fi.C.ad leg.iul.maie.ſuper qua & quibuſdā
alijs legibus vr̄ eſſe fundata deciſio d.c. cū
ſcdm.& hoc ēt ex mēte Archi.ibi dum alle
gat tex.in l.in cauſe.la.j.§.fi.ff.de mino. qd̄
patet ratione,quia ſi totum dominiū tranſ-
latum fuiſſet in fiſcū a die commiſsi crimi-
nis ipſe hęreticus vel eius hæredes tenerē-
tur fiſco ad reſtitutionē fructuū omniū bo-
norū prædictorum a die commiſsi criminis
vſqꝫ ad diē ſentētie, ꝙ nullibi cautum repe
rio,ſed potius cōtrariū.ſ.quod habent vim
prohibitionis alienandi, & ꝙ ipſe hæreti-
cus in hoc ęquiparetur minori prodigo vel
furioſo quibus eſt interdicta adminiſtratio
& alienatio bonorū ſuorū d.l. in cauſę.§.fi.
& l.conſil.ff.de cura.furio.& ibi Bar.Con-
cludo igitur in hoc puncto ꝙ vera & effe-
ctualis confiſcatio per quā dominiū tranſ-
fertur in fiſcum fit ſtatim poſt latam ſenten
tiam & non ante.Vnde ſequitur ꝙ reſtitu-
tio bonorū quæ petitur per ipſum hæreti-
cū reuerſum præſupponit ſentētiā fuiſſe la-
tam per ea quæ ſupra dicta ſunt quæ quidē
ſententia fingitur fuiſſe lata die commiſsi
9 criminis. † Tertio pro eadē opi.facit iſta
ratio,quia ſtatim ꝙ fit reuocatio deficit al-
terum ex duobus extremis ſubſtantialibus
ipſius hæreſis.ꝙ eſt pertinacia in ꝓvolunta-
te,vt not. xxiiij.q.iij.dixit Apoſtolus. pōt
dici ꝙ ēt aliud extremū deficit ꝙ eſt error
in ratione,quia reuocando errorē deuenit
in lucē veritatis.& lucis ingreſſus eſt erro-
ris excluſio.c.cum ex iniūcto.§.j.extra.eo.
ti.& not.in d.c.ad abolendam.§.j.deficien-
tibus igitur & ſublatis pertinacia & errore
quæ tolluntur per ipſam reuocationem de
ſtruitur hæreſis ſubſtantialiter vt late dixi-
mus ſupra eod. titu.in j.q.iuxta diffinitionē
hęreſis,& probatur hoc per text. in d.c.ad
abolendam.& c.vergentis. vbi expoſita re
gula ſreorum iſtius criminis & pœnarū qui-
bus ipſi cruciantur ſubiungitur immediate
exceptio niſi hæreſim ipſam reuocauerint
ex quibus manifeſte conſtat ꝙ per reuoca-
tionē ipſam tollitur hæreſis omnino ꝙ ta-
men eſt verū in eo qui ſemel tantum inci-
dit in crimē non aūt in relapſo qui abſque
vlla ſpe venie ſublata ſibi omni audientia
poſtq̄ꝫ fuerit ſecunda vice deprehenſus tra
ditur ſtatim curie ſeculari vltimo ſupplicio
puniendus.d.c.ad abolendam, in fin. & ra-
tio poteſt eſſe quod iſtius reuocatio recuſa-
tur, & nullatenus admittitur,quia præſumi
tur ficta & falſa ad effectum duntaxat eui-
tandi pœnas corporales animo potius deci
piendi iudicem & iterum reuertendi ad vo
mitum vt canis ꝙ̄ vere pœnitendi c. excō-
municamus.el.j.§.qui aut inuenti extra eo.
tit.& dicemus infra eod.titu.& in viij.q.ex
quo tex.probatur illa prçſumptio quod ex
quo alias quis fuit habitus ſuſpectus de hę-
reſi vehementi ſuſpitione, ſi iterum poſtea
deprehendatur in ea præſumitur ꝙ ſemper
fuerit in ea & perſeuerauerit in eius per-
uerſa intentione hæretica, vt d.c.excōmu-
nicamus.§.qui aūt & c.ad abolendam.in fi.
licet in foro conſcien. ſi vero corde pœni-
teat quoad Deum pœnitentia illa eſt ſibi ſa-
tis proficua ad ſalutem anime non autē cor
poris,vt not.in c. ſuper eo.§.fina.eodē lib.
vj.& infra hac ead. quæſt.tangam verbum
in fi. Demū Abb.in d.c. excōicamus.re-
ſpondendo eo modo quo potuit ad tex.in
10 d.c.ad abolendam.†dicit quod aut iſti hę-
retici fuerūt cōdemnati per iudicem eccle-
ſiaſticum nondum tamen traditi fuerunt cu
rie ſeculari, & iſto caſu poterūt admitti ad
pœnitentiā reuocando, quia ſatis dicuntur
incontinenti dictum errorē reuocaſſe ſi illū
reuocauerunt antequam tradantur in mani
bus iudicis ſecularis,& ita procedit diſpo
ſitio illius c.aut volunt reuocare poſtquam
traditi fuerunt curie ſeculari, & non pote-
runt amplius audiri,quia tūc dicuntur eſſe
priuati omni priuilegio eccleſiaſtico pro-
pter degradationem, & ideo non erit am-
plius locus pœnitentie. Aduerte q̄a iſta
ſolutio Abb.non videtur eſſe multum tuta
de iure nec ſuſtentabilis,& licet æqua ſit in
veritate.Tamē caret iuris fundamēto.quia
nulla lege neqꝫ ratione roboratur contra l.

Source : BIU Cujas

illã.C.de colla.& in authen.de trien. & ſe-
miſ.§.conſideremus.Item quia non eſt ge-
neralis hæc ſua diſtinctio,quia non cõpre-
hendit niſi clericos,dum dicit ꝙ poſtquam
ſunt traditi curie ſeculari amiſerunt omne
priuilegium per degradationẽ ſed laici nõ
degradantur merito &c.& ideo melior ſo-
lutio mihi videtur iſta,tenendo illius opi-
nionem ꝙ ex quo iudex eccleſiaſticus per
ſententiam ſuam qua declarauit reum eſſe
verum hæreticũ & tradẽdum eſſe curie ſe-
culari vt puniatur pœnis corporalibus illa
fuit ſentẽtia diffinitiua,vt in c.excõicamus
el j.§.j.extra eo.ti.& c. cũ ſecundum.§.fin.
eo.tit.lib.vj.ſiue igitur bene pronuntiaue-
rit ſiue male ſemel functus eſt officio ſuo.c.
in literis.& c.venerabilis.de offic.deleg.&
l.iudex poſtq̃.ff.de re iudi.& ideo non po-
terit amplius ipſam ſentẽtiam reuocare &
reũ ipſum ad eius manus retrahere per no-
tata per inno.in d.c.in literis. de offic. de-
leg.& multominus hoc reuocatio fieri po-
teſt poſtquã ſententia ſortita fuit executio
nẽ ſuam per illam actualẽ traditionem quę
proprie executio eſt.l.a diuo pio.in princi.
ff.de re iudic.& d.c.in literis. Res igitur
adhuc apparet dubia, quia ex dictis Abb.
non datur congrua & concludẽs reſponſio
ad tex.in d.c.ad abolendam.in d.verſi.con
11 tinuo † ꝙ verbum continuo ſiue continuus
de ſui natura denotat actum immediatum
abſq; aliquo tẽporis interuallo ſicut cũ dici
tur quid fieri vnico contextu. Vnico con-
textu intelligitur.ſ.antequã quis diuertat ad
extraneos actus l.heredes palam.& ibi Bar
tol.ff.de teſta.& hoc probat tex. in l.conti-
nuus.in prin.ff.de verbo.oblig.vbi dicitur
ꝙ continuus actus dicitur ille qui continua
tim perficitur,vt poſt interrogationem ſe-
quatur reſponſio antequã reſpõdens diuer-
tat ad alia negotia ad quæ ſi diuerterit li-
cet reſpondeat eadem die vitiatur actus,ex
quo tex.probatur ꝙ illa dictio, non admit-
tit dilationem vnius diei. Quid dicendum.
caſus profecto vr̃ eſſe ſatis dubius, ex vna
parte vertitur rigor iuris ex altera vero
ſuadet ęquitas,quã ius canonicum re.uſare
non ſolet.c.j.qui cle.vel mona.de pen. diſt.
iij.pœnitentia.c.perfecta,& eſt magni effe-
ctus iſta reſolutio ex quo hic agitur de vita
hominis. Ego vero ſum iſtius opinionis
12 ſaluo tñ meliori iudicio,† ꝙ hæc pœniten-
tia & reuocationis admiſſio ſit arbitraria,
& in mero iudicis arbitrio conſiſtat, donec
reus reperitur in manibus ipſius iudicis ec
cleſiaſtici,licet neminẽ adhuc inuenerim q
illã ponat,iudex igitur eccleſiaſticus pote-
rit illam admittere,aut in principio iudicij
ideſt incontinẽti,poſtq̃ quis fuit deprehen-
ſus in hæreſi,aut in medio vel in fine iudi-
cij antequã tamẽ tradatur curie ſeculari ci-
tius,vel traditus,breuius,aut longius ſecun
dum perſonarũ conditionẽ,& qualitatẽ fa-
cti,vt l.reſpiciẽdũ in ſi.principii.ff. de pen.
ibi in grauioribus pœnis legũ ſeueritatem
cũ aliquo tẽperamẽto benignitatis ſuſcipiãt
dicit iureconſultus loquẽdo iudicibus & in
leuioribus proniores ad lenitatẽ, vide text.
in l.aut facta.in prin.& .§.j.eo.tit. vbi dicit
plura eſſe cõſideranda in pœnis iniũgẽdis,
& maxime perſonarũ cõditiones. pro quo
facit tex.in l.non omnes.§.a barbaris.ff. de
re mili. Pro cuius euidentia ſciendũ eſt qđ
hęreſis eſt crimen mere eccleſiaſticum d.c.
ad abolendã.§.pe.extra eo.ti.& in c. vt in
quiſitionis.§.pe.eo.ti.lib.vj.ita quod illius
cognitio atque deciſio ad ſolũ iudicẽ eccle
ſiaſticũ pertinet de quo iura plurimũ confi-
dunt,& maxime in hac materia in qua mul
ta contulerunt eius arbitrio terminando,
prout eſt modus & forma abiurandi hære
ſim.d.c.ad abolendã ver. niſi ab arbitrium
epiſcopi &c.itẽ bonorũ confiſcatorũ reſti-
tutio d.c.vrgẽtis.& quædã alia ſicut eſt tra-
ditio in manibus iudicis ſecularis.iuxta no
ta.in c.ſuper eo.de hęre.lib.vj. quare ẽt nõ
eſt dicendum ꝙ tempus admittẽdi iſtam re
uocationẽ ſit arbitrariũ & in ipſius iudicis
arbitrio mere cõſiſtat attẽto maxime ꝙ iſta
reuocatio habet inſtar & ſimilitudinẽ quã
dã pœnitẽtię ſpiritualis fauore fidei.qui eſt
vt error iſtius hęreſis pœnitus extinguatur
& ꝙ chriſtiani oẽs ſub vna fide catholica
13 religioſe viuãt. † Quia Deus nõ vul mor
tẽ peccatoris,ſed vt cõuertatur,& viuat,vt
hr̃ Ezec.xviij.c.& l.diſtin.ponderet.xxiij.
q.j.ſi Petrus.& no.in c.accuſatus.§.licet eo
dẽ ti.lib.vj.& in c.j.& ij qui cle.vel vouen.
vbi admiſſio pœnitentie & reuocationis a
malo poſt perpetratũ ſcelus tota mãdatur
arbitrio iudicis in d.c.j.diſponitur ꝙ qui-
dã diaconus aliũ vulnerauerat in ſabbato,
& poſtea quandã mulierẽ duxit in vxorẽ
& matrimonium de facto cõtraxerat dicit
ibi Pontifex ꝙ ſi ille diaconus vxore reli-
cta humiliato corde ad pœnitẽtiã deueniẽs
veniã poſtulauerit ſibi parcendũ erit, & ſi
iudici videbitur reſtituẽdus erit ad officiũ
ſuum in eccleſia & vlterius quoq; ad pre-
sbyteratus ordinem iudice arbitrante po-
terit ꝓmoueri,cum ibi ſint duo grauia cri-
mina,nihilominus ſi interuenit pœnitentia



Source : BIU Cujas

& iudici æquũ videbitur non ſolũ parcitur
delinquẽti,& ad priſtina officia reſtituere,
verumetiam ad maiora extollitur eo maxi
me qñ iudex cognoſcit ipſum reum fuiſſe
alias hominẽ honeſte conditionis & bone
conuerſationis,vt dicit gl.in d.c.de quo ſve
riſimile ſit ꝙ debeat ſe corrigere, ita dica-
mus in caſu noſtro quotieſcunq; iudex vi-
derit aliquẽ hoc crimine notatũ iuuenẽ ſim
plicẽ aut mulierẽ,vel qui alias erat vir bo-
ne conditionis & fame,& honeſtis conuer-
ſationibus ſolitus participare non eſt dicẽ-
dum quod non debeat admitti ad reuoca-
tionẽ vſque ad ſententiam,maxime quãdo
ſpes adeſt ꝙ in futurũ erit melioris vite.d.
c.j.& ij.qui cle.vel vo.& arg.l.non omnes.
§.a barbaris.ff.de re mi.l.quis ſit fugitiuus.
ff.de edi.edi.ſed ſi eſſet vir male conditio-
nis,& alias criminoſus in alijs vel in hmõi
crimine multũ longeuus, aut alias habitus
ſuſpectus de hæreſi nõ dico graui, ſed leui
ſuſpitione notatus fuerit,vt in c.accuſatus.
in prin.eo.tit.lib.vj. de quo ſpes non ſit ꝙ
in futurũ debeat ſe corrigere, iſto caſu non
admittatur pœnitentia ſero, niſi incontinẽ-
ti &c.& ex hmõi circũſtantijs & qualitati-
bus iudex poterit quãdoque citius qñq; tar
dius admittere illos ad reuocationẽ, argu.
d.l.aut facta & l.reſpiciendum in prin.ff.de
pen.& l.j.ff.de cuſt.reo.& ibi Bart.quod &
probari vr̃ tex.in l.manicheos.C.eo.ti. vbi
14 imperator ſimpliciter dicit†pœnitentibus
veniam damus,& non reſtringit ſe ad tem-
pora vel momenta, ergo debet intelligi in
quacunq; parte iudicij, quia illa indefinita
æquipollet vniuerſali.l. ſi plures.ff. de leg.
iij.& per do.Alexã.in rub.ff.ſol.matri.ergo
ius ciuile quod eſt rigoroſius admittit ſim-
pliciter hanc reuocationem & pœnitentiã
quare volumus dicere quod ius canoni. ad
quod magis ſpectat proſequi ęquitatem de
beat tam duro modo & arcte procedere cõ
tra ipſos reos & maxime illos qui publice
pœnitẽtes volunt reuerti ad fidẽ catholicã
hoc eſſe nimis crudele,impium, & damna-
bile potius quã religioſum & contra morẽ
eccleſię quę nemini pœnitenti & redeunti
gremium ſuũ claudit.d.l.fi.§.æquum.C. de
ſum.trini.l.diſtin.ponderetur. xxiiij.q.j. ſi
petrus.& not.in c.ſuper eo.eo.tit.lib.vj. &
not.in c.firmiſsime extra.eo.tit.& de cõſe.
diſt.iiij.omnis. quod potiſsime probari vi-
detur per iura & rationes illas quas ſupra
adduximus pro corroboratione opi. Abb.
videlicet de reſtitutione bonorum quæ fit
hæretico conuerſo de qua in dicto cap.ver
gentis. quæ reſtitutio fieri non poſſet niſi
bona prædicta fuiſſent prius effectualiter
publicata & per fiſcum apprehenſa, quæ
quidem apprehẽſio fieri non poteſt per fi-
ſcum niſi demum lata ſententia per iudicẽ
eccleſiaſticum d.c. cum ſecundum.§.fin.in
fi.eod.tit.lib.vj. nec minus vrgere videtur
aliud fundamentum quod in pœnitente tol
luntur illa duo extrema ſubſtantialia hære
ſis.ſ.error rationis & pertinacia volunta-
tis quibus deficiẽtibus deſtruitur omnis hę
reſis in ſubſtantia ſua.xxiiij.q.iij.dixit apo
ſtolus.c.hæreſis.& c.hæreticus.eadẽ cauſa,
& q.j.cum igitur deficiat crimẽ fruſtra tra
ctatur de pœna.l.abſentẽ.ff.de pen.& l.ſan
15 cimus.C.eo.ti. †Pro quo facit etiam glo.
in c.excommunicamus.el ij.extra eo.titu.
in verſic.deprehenſi, quæ vult expreſſe ꝙ
poſt latam ſentẽtiam admittitur reuocatio.
tex.enim ibi admittit reuocationem poſtꝙ
hæretici prædicti in errore fuerint depre-
henſi.glo.ſuper illo verſic.dicit publice ita
quod ſit notorium vel ſint condemnati pro
quo facit in argu.& tex.in c. accuſatus.eo.
titu.lib.vj.ſecundum Panormi.vbi relapſis
duntaxat non parcitur. ergo alijs qui non
ſunt relapſi parcendum erit. Et tenendo
iſtam opinio.quam veriſsimã eſſe puto,nõ
obſt.tex.in d.c.ad abolendam.in illo verbo
cõtinuo &c.quia dictio iſta ciuili modo de-
bet intelligi cum facultate alicuius honeſte
& competentis dilationis,non tam repenti
no modo ꝙ non poſsit animam aſpirare.nã
iſtud verbum cõtinuo & alia ſimilia aduer
bia temporalia ſicut eſt continuo,illico,in-
continenti mox,& ſimilia aliquam dilatio-
nem de ſui propria natura recipiunt quan-
doque vnius,quandoq; duorum,triũ quin-
que,decem,vel vltra dierum terminum, &
plus vel minus arbitrio iudicis,& ſecundã
ſubiectam materiam ſecundum quod elegã
ter concludit Baldus in l.ij.C. de edic. diui
adri.tol.nec minus propterea dicitur incon
tinenti, vel continuo aut illico dictũ id qđ
factum eſt poſt modicum interuallum vt ſu
pra dictum eſt,vt habetur per Bart.in l.pe.
C.depoſi.& per domi.Alexã.in l. & ſi poſt
tres.ff.ſi quis cau.& l.ſi debitori.& ibi Bar
tol.ff.de iudi.& l.cum ſpeciali.C.eod. titu.
cap.fin.de verbo.ſignifi.lib.vj. & ibi Ioan.
And.& Archid.& l. vnica.C. de his qui ſe
deferunt &c.lib.x.& de conſec.diſtinctio.
v.nunquam.vbi continue quid dicitur eſſe
factum licet factum ſi poſt temporis inter-
16 uallum vide Bald.in d.l.ij.†vbi plus dicit
quod dictiones iſte recipiũt quandoq; ſpa-

Source : BIU Cujas

tium temporis duorum, vel trium menſiũ, & propterea ille tex. in d. c. ad abolendam, non probat neceſſario & concludenter q̃d per illam dictionem, cõtinuo, cenſeatur exclusa omnis mora ſiue temporis interuallũ ex quo de ſui natura patitur moram alicuius temporis, arg. l. non hoc. C. vnde cogna. faciunt notata per Bald. in l. neque natales. C. de proba. & ideo opportune ſuccedit regula illa de qua in l. j. in fi. ff. de iure delib. videlicet ꝙ vbicunque ſumus in materia quæ deſignat tempus incertum, illa incertitudo remittitur arbitrio iudicis declaranda, ita dicit tex. ibi, ſed hic ſumus in eiſdem terminis ex quo dictio iſta continuo eſt incerta ratione temporis, quia quãdoque nullam recipit dilationẽ, quandoq; aliquã recipit, ſed paruã quandoque longã, vt ex ſuperius dictis apparet merito dicamus ꝙ ſuccedit arbitrium iudicis per quod declarabitur illa incertitudo. d. l. j. §. fin. Pro qua opi. facit & iſta ratio, quia de iſta pœnitentia, & reuocatione fit mentio in pluribus locis in iure canonico, & ẽt in iure ciuili. & in d. c. ad abolendam. in c. vrgẽtis. extra eo. titu. & c. accuſatus §. licet & §. porro. eo. ti. lib. vj. & l. manicheos. C. de hæreti. l. hi qui ſanctam. C. de apoſta. & tamen nullibi reperio quod iura velint ſic ſtatim poſt apprehenſionem erroris dictam reuocationẽ fieri debere niſi in d. c. ad abolendam qui tex. vt proxime dixi, loquitur per verba dubia apta ſui natura cumprehendere dilationẽ, vt ſupra vidiſtis. cętera vero iura de hac reuocatione mentionem facientia, videlicet tex. in c. vrgentis. extra eo. tit, in c. accuſatus. eo. titu. lib. vj. l. manicheos. C. eo. titu. & l. fin. §. ęquum. C. de ſum. trini. omnia loquũtur indefinite, & indiſtincte, clarũ enim eſt quod ſi reuocatio ipſa fienda eſſet tam cito de celeritate huiuſmodi in aliqua alia. l. ſi-
17 ue. c. expreſsior mentio facta fuiſſet† cum igitur generaliter & indiſtincte loquantur iura prędicta generaliter & indiſtincte ſunt intelligenda l. de pretio. ff. de pub. & glo. in cle. j. de iudi. & gloſſ. in clemen. j. de re iudi. & alia glo. in capit. ne romani de elec. & hoc videtur clare expreſſum in d. l. fina. §. æquum, C. de ſum. trinit. vbi dicitur ꝙ redeuntibus nunquam gremium ſuum claudit eccleſia, quæ dictio nunquam eſt excluſiua vniuerſaliter loci & temporis & cuiuſcunque alterius ſubiecti iuxta quem apponitur maxime quando ſimpliciter profertur ſine limitatione l. nunquam actiones. ff. de actio, & obli. & ea. l. nunquã actiones. ff. de regu. iuris cuius legis ſentẽtia ſumpta in ſenſu affirmatiuo nil aliud ſignificat niſi quod eccleſia redeuntibus ex bono propoſito puro corde & fide non ficta ſemper tenet gremium apertum & ſalutiferos oſtẽdit amplexus, pro quo facit tex. in c. põderet. l. diſtin. & xxiiij. quæſtio. prima ſi petrus. Pro qua opi. facit etiam text in d. c. accuſatus. §. licet. eod. titu. lib. vj. hoc modo inductus. ſi enim fauore fidei catholice diſponitur ibi quod ſtandum ſit aſſertioni & dicto periuri non ſolũ contra ſeipſum deponentis, verũ etiam contra alios criminis ſocios, & faciat fidẽ contra oẽs dummodo nõ liuore nec odio ſed zelo orthodoxe fidei proceſſerit cuius cõtrarium regulariter in iure diſponitur quod confeſsio ſocij criminis non facit fidem regulariter contra criminis ſocium, immo nec indicium, vt l. j. §. diuus Anto. & §. cum quis latrones. ff. de quæſtio. & l. quoniam liberi. & ibi Bartol. & Salyce. C. de teſtib. & iiij. quæſtio. iij. ſi teſtes. in fin. verſicu. item liberi. & Specula. in titu. de teſti. §. primo verſicu. item quod eſt ſocius. quod eſt verum maxime quan-
18 do agitur ad pœnam criminis, † quia in criminalibus debent eſſe probationes luce clariores ad condemnandum l. ſciant cuncti. C. de proba. ij q. viij. quiſquis & c. ſciant licet enim reuocatio prioris dicti facta fuerit ex interuallo, vt dicit gloſ. in d. §. licet multo magis dicendum eſt quod eadem reuocatio debeat ex interuallo admitti in eodem crimine quando agitur de abſolutione & conuerſione peccatoris dummodo facta ſit bono zelo &c. maxime, quia per iſtam interpretationem reuertimur ad regulam iuris communis qua cauetur quod materia abſolutionis eſt fauorabilis, vt nota. docto. in dicta l. ſciant. & in l. abſentem. ff. de pœnis. Et tenendo iſtam opinio. ceſſat illud abſurdum de quo ſupra diximus, in principio prime concluſionis, videlicet quod ſi reuocatio iſta indiſtincte admitteretur rari vel nulli reperirentur hæretici qui pœnis corporalibus vltimi ſupplicij punirentur, quia quotieſcunque reus videret iudicem paratum &c. nam ſecundum iſtam opinio. hæc facultas reuocandi eſt pœnitus ſublata reo poſtquam eſt traditus in manibus iudicis ſæcularis, vt ſupra latius dictum fuit. ideo ceſſat ratio illa, quia tunc non eſt amplius in facultate rei velle reuocare, vt diximus ſupra, nec etiam eſt in facultate ſua quando velit reuocare dum remanet apud iudicem eccleſiaſticum. niſi



Source : BIU Cujas

reuocet incontinẽti,ſed eſt in facultate iudicis eccleſiaſtici,quando velit admittere ſuã reuocationẽ,& pœnitentiã,arg. eorum quę habẽtur in d.cap. vergentis. ibi niſi illis ad cor reuertẽtibus miſereri qui voluerit &c. & c.j.& ij.qui cle. vel vouen. Nõ obſtat
19 ẽt in d.l.continuus.in prin.† quia ſumus in cõtractu ſtipulationis qui perfici debet vnico contextu & de ſui natura non recipit dilationẽ,alias non diceretur factus vnico cõtextu ſi partes anteꝗ̃ perficerent recederẽt ad extraneos actus d.l. hęredes palam.§.fi. ff.de teſt.l.lecta.§.dicebã.& quę no. ibi docto.ff.ſi cer.peta.& hoc eſt de ſubſtantia ipſius cõtractus qđ reſponſio fiat incõtinenti a pręſente p̃ſenti.l.j.§.qui pręſens.ff.de verbo.obli. Et ideo dico quod aut aduerbia iſta temporalia ſicut eſt continuo,incõtinẽti,mox,illico, & ſimilia apponuntur ſuper actu momentaneo qui fieri debet vnico cõtextu nulla interueniente dilatione neque actus extranei interceſsione,& ſignificat tẽpus immediatum & nullam recipit dilationẽ,ſaltem quæ præoccupet extraneũ actũ, & hoc modo intelligitur.d.l. continuus. in prin.& l.hæredes palam.§.fina.ff. de teſta. Aut opponuntur ſuper actu ſucceſsiuo vel termino reiterabili qui requirit quãdoque terminũ ad deliberãdũ vt eſt aditio hęreditatis,vt l. cũ antiquioribus.C.de iur. deliber.& tũc recipiunt ſemper aliquã dilationem & interuallũ tẽporis,quandoque plus, quandoq; minus, ſecũdũ ſubiectã materiã. d.l.penul.C.depoſi.& l. cum ſpeciali.C. de iudi.& l.ſi debitori.ff.eo.tit.& l.ſi poſt tres. ff.ſi quis caut.& ibi per doc.Alexan.& per Bald. in d.l.ij.C.de ędi. diui.adri. tollen.& quotieſcũꝗ̃ eſſet incertitudo tẽporis, quia non eſſet limitatũ nec ſpecifice declaratũ in iure ſtatur arbitrio iudicis & illius declarationi.d.l.j.§.fi.ff.de iur. delibe. Quibus non obſtat ẽt illud quod dicit Archi. in ca. vt cõmiſsio.eo.tit.lib.vj.dum declarat qui dicuntur ſponte ad gratiã redire, vbi con-
20 cludit† ꝙ illi dicuntur ſpõte redire qui veniunt intra tẽpus gratie.ſ. anteꝗ̃ perſonaliter fuerint requiſiti, & probationes contra eos nundum,recepte fuerint.ſi enim poſtea cõpareat inquiſitus dicitur venire poſt tempus gratiæ auditur in ſuis defenſionibus, ſed volens errorem ſuum reuocare & veniam obtinere non admittitur ad gratiã,tamen idem Archi.in fi.declarat dictum ſuũ, quod tex.ibi non loquitur de talibus obedientibus,quia ſi eſſent tales non deberent poſt reuocationem incarcerari,& ſic videtur eſſe intentionis ꝙ poſtquam iſti incarcerantur poſt reuocationem quod reuocatio illa admittenda ſit etiam poſt negationem, & receptionẽ atteſtationũ ex quo incarcerantur poſt reuocationẽ loco pœnitẽtię, & ſic non videntur habere liberam indulgentiam in omnibus,vide Hoſtien.in ſum.eod. titu.§.qualiter.ver.aduerte tamen. ex qui-
21 bus remanet firma concluſio. † Vltimo pro cõplemento iſtius materię reuocationis hęreſis dicas quod duplex eſt reuocatio & pœnitẽtia,altera,quæ fit ad ſalutẽ animę duntaxat in foro conſcientię,altera vero ꝙ fit ad vtriuſque ſalutem.ſ. animę & corporis. Prima indiſtincte fieri põt per quãcũque perſonam ſuper quocunq; crimine & quocunque loco & tempore vſque ad finẽ vite hominis viuentis vt l.habetur in c.firmiſsime.extra eo.tit.dummodo facta ſit puro corde,& ſpontanea voluntate. de pœni. diſt.iij.perfecta pœnitẽtia.& j.& ij. qui cle. vel vo.capi.ſuper eo.de hæreti.libr.vj. ex quo infero ꝙ iſta pœnitentia & reuocatio eſt generalis non ſolum ratione perſonarũ & criminis,ſed ẽt ratione loci & temporis
22 d.c.ſuper eo.in fi.† vbi nota caſum mirabilẽ quod hæretico ẽt relapſo in hæreſim qui debet igne vitam ſuam abſque vlla ſpe veniæ finire,ſi emiſerit pœnitentię ſigna manifeſta non denegantur ſibi eccleſiaſtica ſacramenta ſicut confeſsio & euchariſtia quibus humiliter ab ipſo reo petitis nullatenus erunt ſibi denegãda,licet corpus ſit omnino periturus.ita eſt tex.expreſſus.in d.c. ſuper eo.in fi. Secũdo vero caſu quãdo eſt pœnitentia & reuocatio quæ fit gratia vtriuſque.ſ.animę & corporis & ꝓ vtriuſque ſalute & iſta nõ eſt adeo generalis ſed ſpecialis & reſtringitur ad loca & tempora de quibus ſupra & iſta nunꝗ̃ competit relapſo.d.c.ad abolendam. & c. accuſatus. extra eo.ti.in antiq. & in vj.

## SVMMARIVM.

1 *Hæreticus qui pœnitens bonorum ſuorum reſtitutionem obtinuit,an poſsit recuperare illa a ſiſco occupata.*

2 *Sententia reſtitutionis tantum reſtituit quãtum ſententia condemnationis ademit.*

3 *Ius canonicum de ſalute anime curans de bonis temporalibus raro diſponit.*

4 *Reſtitutus cõtra quem recurſum habebit,ſi*

Source : BIU Cujas

*bona ſua per fiſcum alienata ſint.*
*Poſsidēs in pari cauſa potioris eſt cōditionis.*
*Peccatori conuerſo pro bonis recuperandis, quo ſubueniatur remedio.*

SEXTO videndum eſt ex quo diximus ſupra ꝙ bona hæreticoꝝ cōfiſcantur quę-
1 ro †quid ſi hęreticus qui abiurauit hæreſim & obtinuit reſtitutionē bonorum ſuoꝝ, tñ reperijt bona ſua fuiſſe per fiſcū occupata an illa poterit a fiſco recuperare, dic ꝙ ſic ſi iudici videbitur, vt in d.c.vergentis.in ver.his,tñ &c,extra eo.ti.ex quo no.ꝙ reſtitutio bonorum quę fit reo poſtquam habuit gratiam criminis & pœnæ eſt arbitraria de iure cano.ꝙ ſecus eſt de iure ciuili, vt infra proxime dicam. Contra hoc oppo.de l.j.& ij.C.de ſen.paſ. & reſti.nam in reſtitutione bonorum quæ fit reo qui habuit gratiam criminis & pœnæ ſunt multū attēdēda verba reſcripti gratioſi, aut enim gratia fuit elargita a principe per modum indulgentie, & ſic per verbum indulgeo, aut per modum reſtitutionis, & per verbū reſtitutio. Primo caſu reus nō dicitur reſtitutus niſi ad vitam duntaxat bonis & fama apud fiſcum remanentibus.d.l.ij.C.de ſen.paſ. Secundo vero quando per modū reſtitutionis ad omnia cenſetur reſtitutus.ſ. ad vitam et bona fama.d.l.j.& l.fi.C.de ſen.
2 paſ.† quia quantum condemnationis ſententia ademit tantundem reſtitutionis ſententia tribuit & reſtituit d.l.fin.§.fin.& ibi Bar.& ij.q.iij.ſi quem. Solu.dixerūt quidam ꝙ in d.c.vergentis reſtitutio fit a lege, ſed in dicta l.j.& ij.reſtitutio fit a principe viuente & ſic ab homine,& mitius agit cū lege quam cum homine.l.celſus.ff.de arbi. iſta ſol.parū valet, quia reſtitutio de qua in d.c.vergentis.fit ab homine qui ab ipſa lege habet arbitrium non autem ab ipſa lege principaliter & immediate, & ideo aliter dicas ꝙ in reſtitutione illa quæ fit de iure cano.vt d.c.vergentis.conſideratur principaliter fauor anime, & fidei & in ea plurimum attenditur mentis ſinceritas, & conſtantia in obſeruatione & perſeuerantia fidei catholice d.c.vergentis.in ver.ibi niſi illis ad cor reuertentibus & abiurantibus hæreticorum conſortium &c.& d.c.j.& ij. qui cle.vel vo.In alia vero quę fit de iur.ciui.vigore d.l.j.& ij.nō attenditur fauor anime vel fidei,ſed fauor,largitas,et gratia ip-
3 ſius principis & cōmodum temporale,†Et ideo ius canonicum ꝙ principaliter attenditur ad ſalutem anime parum curauit de bonis temporalibus,ſed diligenter attendit ad id quod erat maius periculū.c.vbi periculum.de elec.lib.vj.et propterea nō curauit quicquam certum diſponere de ipſorū bonorum reſtitutione,ſed illam totam iudicis arbitrio demandauit, nec in ea curauit vel attendit ſubtilitates verborum iuris ciuilis, an reſtitutio iſtorum bonorum fuerit facta vel conceſſa,per verbum cōſtituo,aut per verbum indulgeo, ſed qualitercūq; ſacta fuerit gratia ipſorum bonorum reſtitutio ſemper ſtatim arbitrio iudicis d.c.vergentis,c.ſi pater.de teſtam.& c.licet mulieres.de iureiu.lib.vj.Ponamus enim ꝙ ipſe reus omnia bona ſua,vel ſaltem maiorem partem ipſorum lucratus fuerat ex fenore, quia dum erat ſub praua hæretica profeſſione exercebat magnas vſuras ex quibus maiorem partem ſue ſubſtantie compoſuerat, dicendum ne erit iſto caſu ꝙ iudex eccleſiaſticus debeat reſtituere bona.d.conuerſo.dico ꝙ non, vt no.Card.in d.cle.j.de vſur.& per Dy.in regu.peccatum de regu.iur lib.vj.Cū ergo iſte due rationes ſint diuerſe & ex diuerſis cauſis fiant merito debēt diuerſo iure cēſeri.l.papinianus exuli. ff.de mino.l.pen.ff.de calum.cum ſi. Sed
4 quero retentis eiſdem terminis † quid ſi fiſcus bona iſta iam alienauerat & in priuatos vſus conuerterat in totum vel in partē contra quem habebit recurſum iſte reſtitutus et an poterit dicta bona ab ipſis poſſeſſoribus vēdicare.Reſpō.diſtingue aut fiſcus bona prædicta alienauerat titulo lucratiuo, ſcilicet donationis, aut legati, vel titulo oneroſo.ſ.venditionis, locationis, emphytheoſis,et ſimilibus. Primo caſu aut bona illa fuerant acquiſita ex fenore,vel alio iniuſto titulo, & non datur repetitio dicto reuerſo ad fidem per not.doct.Car.in d.cle.j. de vſur.& Dy.in reg.peccatū.de regu.iur. lib.vj. Aut fuerunt iuſto titulo acquiſita, & proculdubio poterit illa vendicare.d.l. ij.& quę ne.ibi Bar.in iiij.col.C.de ſen.paſ. & reſti.ratio eſt,quia iſte tractat de damno euitando.illi vero poſſeſſores de lucro captando merito iſte pręferendus eſt illis.l.fi. C.de codi,& in auth. de imponē.lucra.deſcrip.in prin. Secundo vero caſu quando ex ti.oneroſo illa vendicare nō poterit ratio eſt,vna qa iſto caſu vterq; tractat de dāno euitando & poſſunt pares in cauſa et re-
5 gula eſt ꝙ † in pari cauſa potior eſt cōditio

Source : BIU Cujas

poſsidentis.c.in pari.de reg.iuris li.vj.alia
ratio viget & melior, quia cum iſti poſſeſſo
res emerint a fiſco,qui erat verus dominus
dictorum bonorum.l.quiſquis.& l.fi.C.ad
l.iul.mate.& l.ariani.C.de hæred.c.ad abo-
lendam in fi.& c.vergentis.extra eo.tit.&
c.cum ſecundum.ll.eo.ti.lib.vj.merito fuit
in eiſdem emptoribus translatum verũ do-
minium ipſorum bonorum & poſſeſ. adeo
ꝙ iudex eccleſiaſticus, aut ſuperior reſtituẽ
do bona iſti conuerſo non poteſt reſtituere,
niſi illa quæ ſunt apud fiſcum quorum ad-
huc eſt dominus,alia vero quę fuerunt alie
nata nõ poteſt amplius reſtituere abſq; cõ-
ſenſu dominorum et poſſeſſorum.l.id quod
noſtrum eſt.ff.de reg.iur.fiſcus enim ſucce-
dit in bonis ipſius rei tanquam hæres, vt l.
tutor.C.ad l.iul.de vi pub.& propterea po
tuit in eos verum transferre dominio.l.ſed
& ſi lege.§.item ſi rem.ff.de peti. hæredi.
& Barto.in d.l.ij.in iij.colum.verſicu.pro
declaratione.& propterea rei vendica.non
datur iſti conuerſo,quia illa nõ datur cõtra
dominũ qui poſsidet.l.mater.l.cũ a matre.
& l.a poſsidentibus.C.de rei vendi.† quo-
6 modo igitur poterit ſubueniri calamitati
iſtius peccatoris conuerſi,erit ne dicendum
quod omnino perdat ſuum,dic ꝙ nõ ſed ſi-
bi ſubuenitur hoc modo,quia datur ſibi cõ
dictio ex lege contra fiſcum ad recuperan-
dum pecunias illas quas ex venditione di-
ctorum bonorum acceperat,ſi extant,ſi ve-
ro non extant nulla datur repetitio,& ideo
diſtingue ſic, ſecundum Bart.in d.l.ij.ꝙ aut
fiſcus ex pecunijs quas accepit ex venditio
nibus ſeu alienationibus dictorum bonorũ
fuit effectus locupletior, quia verſe fuerũt
in vtilitatem fiſci, aut non,quia forſan fue-
runt furto ſubtracte,aut alio caſu deperdi-
te.primo caſu fiſcus tenetur ad illarum re-
ſtitutionem,ſecundo vero non tenetur, ſe-
cundum ꝙ decidit Bart.in d.l.ij.quẽ vide,
qui latius exponit & declarat ibi hanc ma
teriam per plures.q.

## SVMMARIVM.

1 *Hæretico conuerſo & veniam obtinenti an
ſit pœna loco pœnitentiæ iniungenda.*
*Clericus in carcerem perpetuum detruden-
dus debet degradari prius.*
2 *Pœna perpetui carceris ex diſpenſatione po-
teſt commutari hodie.*

1 SEPTIMO quero an he-
retico † prædicto poſt reuo-
cationẽ hæreſis ſit iniungẽ-
da aliqua pœna loco pœni-
tentiæ poſtquam habuerit
indulgentiã vite , dic ꝙ ſic,
quia intruditur in perpetuum carcerem ad
agendum perpetuam pœnitentiam.c.excõi
camus.el ij.& ibi gl.extra eo.ti.& c.j.eo.ti.
lib.vj. Et no.ꝙ clericus qui intruditur in
iſtum carcerem debebit prius degradari,&
deinde in ipſo carcere murari.ita dicit tex.
in d.c.j.ibi perpetuo murãdus &c. ꝙ vide-
tur quid mirabile vt poſtquam eccleſia ad-
miſit illum ad pœnitentiam & reuocauit
hęreſim publice medio iureiurã.debeat po-
ſtea degradari, vel ſi degradatus erat rema-
nere in eodem ſtatu priuatus dignitate ec-
cleſiaſtica ſacris ordinibus,ac officijs & be
neficijs eccleſiaſticis, & degradatur dicitur
inhabilis & incapax ad obtinendum offi-
cia,& beneficia eccleſiaſtica.c.degradatio,
in fi.de pœn.lib.vj.no.per d.Fely.in c.non
poteſt,de re iudi.& hoc modo videtur eſſe
melioris conditionis laicus quam clericus,
quia laico reſtituuntur bona quandoq;, vt
d.c.vergentis.eo.ti.& ſupra late dixi pro-
xima q.cogita tñ,quia videtur ſatis durum
ꝙ clericus per inſignem pœnitentiam non
conſequitur aliud quam ſolius vite benefi-
cium quam vitam miſeram ducet in perpe
tuis carceribus licet per quam durum ſit,in
lex ita ſcripta eſt.d.c.penul.& c.j.eod.ti.in
anti.& n vj.ideo ſeruanda eſt.l.proſpexit,
ff.qui & a quib.ideo dicit Abb.in d.c.pen,
quod ſatis eſt ſibi ſi euadunt pœnam mortis
per ipſam reuocationem cũ regulariter nõ
ſoleat tolli pœna corporalis per pœnitẽtiã,
d.l.qui ea mẽte,& ſupra dictũ fuit in princ,
præcedentis queſt.nihilominus dicit Abb,
2 in d.c.pen.† ꝙ pœna iſtius perpetui carce-
ris poterit hodie permutari ex diſpenſatio
ne,& in alteram ſpeciem conuerti arbitrio
ſuperioris, vt eſt tex.in c.vt cõmiſsi.§.nec-
non.eo.lib.vj.quia ex eo datur facultas iu-
dici permutandi pœnã ipſius perpetui car-
ceris,& not,quod eſt ius nouum Bonifacij
octaui qui mitigauit rigorem iuris antiqui,
Archi.tñ in d.c.vt cõmiſsi. in fi.dicit quod
clericus beneficiatus qui eſt paratus corri-
gi & corde nõ ficto reuerti ad vnitatẽ chri-
ſtiane fidei deponi non debet,& per conſe
quens retinebit omnia beneficia, & allegat
gl.quę videtur bene hoc probare in c.nunc
autem.xxj.diſtinctio.in verſi.marcellus.in
fi.tñ credo quod dictum Archi.& glo.pro-

Source : BIU Cujas

cedat quando ſponte & a principio quis re vocauit errorem prædictum, non autē quādo poſt negationem aut ſententiam, quia diceret contra tex. in d.c.j.eo.ti.lib.vj. & glo. in d.c.excommunicamus.el ij.§.ff.quæ iura volunt clericum poſt reuocationem debere immutari, & ideo limitatur vt ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Deprehēſus in aliqua hæreſis ſuſpitione qua ſit pœna plectendus.*

2 *Damnari poteſt quis ex ſuſpitione ſola in criminibus atrociſsimis.*

3 *Bona rei per annum contumacis in nō comparendo annotata fiſco applicantur.*

4 *Excommunicationem per annum ſuſtinens an poßit vt hæreticus condemnari.*

OCTAVO quæro quid ſi aliquis fuit † deprehēſus nō in hæreſi expreſſa, ſed in aliqua ſuſpitione hæreſis an ſit puniendus & qua pœna. Reſpon. ꝙ iura nō imprimunt contra iuitum aliquam pœnam ſaltē a prin. ſed mandant illum debere ſe ſufficiēter purgare aduerſus notam illam & cōgrue docere de innocentia ſua & bona fama quæ habetur inter fideles chriſtianos & viros catholicos, & eccleſiaſticos, ex qbus indicijs & probationibus purgatur omnis macula iſtius peccati, quæ contra ipſum fuerat obiecta, quę quidem purgatio quandoq; maior, quādoq; minor, ſiue leuior requiritur ſecundū grauitatem, vel leuitatem ſuſpitionis & cōditionem perſone, quam purgationem ſi ipſe ſuſpectus facere neglexerit poſtquā monitus fuerit ad illam faciendam erit excōmunicandus, a qua quidem excommunicatione niſi ſe legitime purgando intra annū exemerit, anno elapſo vt verus hæreticus condemnandus erit, & eiſdem pœnis hæreticorum puniendus, ita ad literā dicit text. in d.c.excommunicamus. el j.§.qui autem

2 inuenti.extra eo.ti. † Ex quo not. caſum iſtum valde ſpecialem ꝙ quis ex ſola ſuſpitione damnatur in atrociſsimis criminibus contra regulam ordinariam iuris communis quæ habet ꝙ in cauſis criminalibus debēt eſſe probationes luce clariores, l.ſciāt cuncti.C.de proba.c.pia.de excep.lib.vj.et ij.q.viij.quiſquis, & c.ſciant. ſed tu dic ꝙ ſuſpitio iſta continuata in contumatia et in excōicatione per annū eſt effecta adeo vehemens & velociſsima ex qua dici poteſt ꝙ ſit orta pręſumptio iuris indubitata & ꝑ conſequens euidens probatio, vt no. Bart. & doc. in l.ſi adulterium cū inceſt. in princ. & in l.quod ait lex.ff.de adul. & Bal. in l. neq; natales.C.de prob. per Albe.Gandi. in ſuo tracta.malefic. in ti.de pręſum. & indicijs indubi. & Ange.de Are. & quamplures alios modernos quos breuitatis cauſa non refero hic. dicam aliqua infra gloſ. igitur in d.c.excōicamus.§.qui autem. quam Abb. ibi multum commendat & ſequitur, dicit ꝙ iſte nō dicitur ex leui pręſumptione dānari, ſed ex violentiſsima quę facit indiciū, indubitatum, & præſumptionem iuris expreſſam quæ vt dixi recipit incremētū ex pertinacia illius qui ſtetit in excōicatione per annum & illius contumacia, ꝙ tū con-

3 trarium apparet de iure ciuili † vbi ſi reus ſteterit per annum contumax in non comparendo, eius bona annotantur, & fiſco applicantur, qui reus ſi intra annum prædictū redierit comparens recuperat bona ſua & admittitur ad ſe defendendū. l.j. & l.annus. ff.de requi.re. poſt annum vero rediens nō recuperat amplius bona ſed ſi vult ſe defendere admittitur ad eius defenſiones & non condemnatur abſens d.l.j.l.annus. & l. ſi.ff.de requi.reis. & l.abſentem.ff.de pœn. vide gl. in d.c.excōicamus.§.qui autē. quæ eſt valde notabiles quę in fi. ponit alium ca

4 ſum nō minus ſuperiore notabilē. † Quid ſi aliquis ex alio crimine quā hæreſis propter eius contumaciam fuerit excōicatus in qua excōicatione per annum induratus inſteterit an poterit vt hæreticus condemnari, eo quia ſuſtinuit excōicationē per annum, & concludit quod de hæreſi condemnari non poterit, ſed bene poterit condemnari de illo crimine pro quo fuerant excōicatus, quia illa excōmunicatio retenta per annum indurato corde in illa contumacia facit illum haberi pro confeſſo. vide Abb. qui hoc idem tenet in dicto c.excommunicamus. in ij.colum.

SVMMARIVM.

1 *Receptatores & fautores hæreticorum quibus ſint pœnis afficiendi.*

2 *Receptatio hereticorū eſt omnino interdicta.*
*Hæreticis nec inter viuos nec in vltima voluntate relinqui poteſt.*

3 *Credētes hæreticis pari ſunt pœna plectēdi.*

Source : BIU Cujas

1 NONO videndũ eſt de receptatoribus † credentibus
& fautoribus hæreticorum
quibus pœnis puniẽdi ſunt,
& breuiter dicas ꝙ quamprimum de ipſorum crimine conſtat declarãdi ſunt excõicati, in qua
quidem excõicatione ſi per annum indurato corde inſteterint, nec ſe corrigere curauerint poſt annũ efficiũtur infames vtraq; infamia ipſo iure notãtur ita ꝙ ſi laici ſunt erunt omnibus actis iuridicis incapaces & vt mortui reputantur, clerici vero hiſdem criminibus notati ſi per annũ, vt ſupra in excõicatione inſteterint. poſt annum omni officio & beneficio eccleſiaſtico ſunt priuandi, nec mirãdum eſt ſi grauioribus pœnis clerici puniuntur ꝙ̃ laici, quia vbi maior eſt culpa ibi grauior debet eſſe vindicta, ita dicit tex. ad literam in d.c. excõicamus. el j. §. credentes. extra eo. ti. Ex quo tex. no. ꝙ pro eodẽ crimine grauius puniuntur clerici ꝙ̃ laici de iure cano. ratione prędicta.
2 † Nota etiam ꝙ eſt omnino interdicta receptatio hæreticorum, etiam ſi eſſent parẽtes, filij, fratres, & ſimiles, nec quis excuſari poteſt ratione ſanguinis, vt dicit gl. in d.c. excõicamus. §. credentes. Quinimmo nemini licet etiã inter viuos, aut in vltima voluntate quicꝙ̃ relinquere de bonis ſuis proprijs, & in euentũ in quę poſt mortem alicuius inuentũ fuerit ꝙ is in vita ſua vel cauſa mortis aliquid ex bonis ſuis prædictis hæreticis reliquerit vel donauerit, vt hæreticus damnandus, & declarandus erit etiam poſt mortem cuius cadauer & oſſa ſi in loco ſacro ſepulta reperiũtur exhumãda ſunt & in prophanis locis proijcienda, nec cuiq; parcitur licet eſſet ep̃s, vt in c. ij. ꝙ incipit, ſi quis epiſcopus. extra eod. ti. Contra prædicta oppo. dum dicitur credentem debere excõicari d. §. credentes, nam text.
3 in c. pe. §. fi. eo. tit. dicit † ꝙ credentes debẽt eiſdem pœnis ſicut hæretici puniri, gl. in c. accuſatus. §. ſi vero. eo. tit. lib. vj. mouet iſtã q. & tangit difficultatem quam Abb. in d.c. excommunicamus ei j. §. credẽtes. extra gl. reaſſumit, & tandem reddunt hanc ſolutionem quod in. §. credentes. el primo. illi receptantes erant ignari de illorum praua & damnabile intẽtione, ſed putabãt illos eſſe bonos & catholicos viros, nec credebãt illorum erroribus, in d. authen. §. credẽtes. c. excõicamus. el ij. eo. ti. quod eſt penul. ſciebant illos eſſe hęreticos, et credebãt ad vnguem illorum erroneis opinionibus, & ꝓpterea cum eſſent eadem labe polluti, id[eo] vt hæretici proprie ſunt iudicandi. V[el] dicas quod dictio illa credentes in d.c. ex[-]communicamus. el j. improprie ponit[ur] hoc eſt ſcientes, quia illi ſcienter recept[a]bant hæreticos, non tñ credebant eorũ e[r]roribus, & ideo puniuntur leuioribus p[œ]nis ꝙ̃ hæretici in d. vero. §. credentes. el [ij.] ponitur proprie de credentibus. i. illis q[ui] ſciunt receptatos eſſe hæreticos, & ẽt qu[i] eorum falſis opinionibus firmiter credu[nt] ideo puniuntur vt hæretici. vide apoſt. d[e] Zacha. ſup Abb. in d. §. credẽtes, qui alit[er] exponit illud verbũ, ſed mihi non placet.

## SVMMARIVM.

1 *Suſpectus de hæreſi poſt factam abiuratio-*
*nem in hæreſi expreſſa deprehẽſus an poſ-*
*ſit damnari tanquam relapſus.*
2 *Supplicium vltimũ inſligitur ex fictis pro-*
*bationibus in atrocioribus criminibus.*
3 *Reuocatio erroris nõ admittitur niſi ſtatim*
*fiat poſt deprehenſionem.*
*Relapſus in hæreſim quando quis dicatur.*

1 DECIMO & vltimo quæro, quidam † fuit habitus ſuſpectus de hæreſi & facta canonica purgatione arbitrio epiſcopi hæreſim abiurauit, deinde poſt tempus aliquod deprehenſus fuit in expreſſa hæreſi, queritur an iſte habeatur pro relapſo & puniendus ſit vt relapſus. iuxta not. in d.c. ad abolendam. in fi. vel ſit admittendus ad defenſiones, & pœnitentiam, ac ſi nunquã fuiſſet habitus pro ſuſpecto, vt d.c. ad abolendam, in principio. Reſpon. tex. in d.c. ad abolendam. in fi. videtur velle ꝙ indiſtincte puniatur, vt relapſus. tex. autem in c. accuſatus. in prin. eo. ti. lib. vj. aliter dicit diſtinguendo, et melius quod, aut ſuſpitio propter quã ille abiurauerat hæreſim erat grauis & vrgens, vt quia inſurrexerat ex grauioribus, & vrgentibus indicijs & veriſimilibus, & iſto caſu iudicatur vt relapſus, & eiſdẽ pœnis punitur abſq; vlla defenſione. ita dicit tex. in d.c. accuſatus. in prin. & ratio eſt, quia hanc ſecundam deprehenſionẽ expreſſam declarat animus illius ꝙ prima vice fuerit in mala opinione contra fidẽ Chriſti, in qua ſemper præſumitur continuaſſe vſq; ad ſecundam deprehenſionem, ita dicit text. in

Source : BIU Cujas

d.c.accuſatus.in prin.ibi quãdã iuris fictione cenſetur eſſe relapſus quæ quidẽ fictio ſiue præſumptio eſt iuris & de iure contra quam nõ admittitur probatio in cõtrariũ, vt no.doc.in c.afferte.de pręſum.& l.quod ait lex.& l.ſi adulterium cum inceſtu.& ibi Bart.ff.de adul.& l.filium diffinimu s.ff.de his qui ſunt ſui vel alie. iu. l.non eſt veriſimile.ff.q met.cau.& per Bal.in l. neq; natales.C.de probatio. † Ex quo nota caſum valde ſingularem quod in criminibus atrocioribus quis punitur vltimo ſupplicio ꝓpter fictas probationes cõtra regulã.l.ſciãt cuncti.C.de probati.& ij.q.viij.quiſquis.& c.ſciant, & vide quæ ſupra dixi.q.viij,ita colligitur ex text.& gl.in d.c.accuſatus.in prin.idem ſentit Abb.in c.excõicamus el j. in gl.in verſ.cõdemnentur extra eo.ti.quia alias potuiſſet per pœnitentiã euitare pœnam, ſed tu dic quod non punitur ibi propter fictas probationes, immo propter veras & expreſſas ex quo fuit deprehenſus in hæreſi, & propterea punitur vltimo ſupplicio, ſed illa prior ſuſpitio hoc operatᵉ quod præſumitur ſiue fingitᵉ eſſe relapſus ex qua fictione ſiue præſumptione denegatur ſibi facultas reuocandi & abiurandi hæreſim, & hoc eſt quod in effectu operatur illa ſuſpitio. Si vero ſuſpitio pro qua prius abiurauerat hæreſim erat leuis, & parua, tunc non habetur vt relapſus, ſed eſt, ac ſi nunc prima vice peccaſſet, nec denegatur ſibi reuocatio et abiurationis beneficium, vt poſſit pœnas mortis euitare vt d.c.accuſatus.
5 §.j. †Et no.quod iſto caſu teneo qđ.iſtius reuocatio non ſit admittenda niſi incontinẽti fiat poſtquam fuit deprehenſus in hæreſi propter illam priorem ſuſpitionẽ, quia caret ſuſpitione relapſi.& in hoc vertitᵉ ſatis arbitrium iudicis qñ velit reuocationẽ ipſum admittere de quo dixi ſupra eo.q.v.in fi.vbi etiam tetigi verbũ de hoc, quod not. pro declaratione eorum quæ dixi.ibi pro quo facit quod habetur in l.non omnes.§.a barbaris.ff.de re mil.& l.quis ſit fugitiuus. ff.de edil.edi.& hoc eſt qđ dicit tex.in d.c. accuſatus.§.j. Et no.vnum in hac materia relapſionis quod nõ ſolum quis dicitur ralapſus in hæreſim ſi in eadẽ ſpecie hæreſis bis peccauerit, verũ ẽt ſi in diuerſis ſpeciebus inciderit, quia in hac materia nõ attenditur modus ſiue ſpecies peccandi, ſed conſiderat effectus violationis fidei ad quã oẽs ſpecies hæreſis tendunt.vide tex.in c. pe.in prin,extra.eo.ti.& ibi Abb.

FINIS.




# TRACTATVS

contra Hæreticam prauitatem per Gundiſſaluum de Villadiego Sacri Palatij Apoſtolici auditorem, editus, incipit fœliciter.

IVRECONSVLTORVM *conſultiſſimo d. Bartholomeo Chaſſaneo, regij ſenatus apud prouinciarum Prouinciam ſupremo præſidi integerrmo,* Ioannes Nicolaus Arelatanus S.

CVM doctorum virorũ conſuetudine, et frequẽtia Lugduni nonnunquã fruar (ampliſsime pſes) fortuito oblatus eſt elegans de hæreticis Tractatus, antiquus quidem ſucciq; plenus, ordinato ſtilo tm̃ ad eius rei enucleationem faciens quantũ obſcuris prolixiſq; voluminibus cęteri Iurecõſulti. verum is vſq; adeo veterum in curia corruptiſsime editus extitit, vt facile dixiſſes authorem nõ penituiſſe, ſi opus ſuũ iterum & ex interuallo reguſtaſſe proprius, atq; recognouiſſe fata ſiuiſſent. Dolui profecto, dolui multijuge eruditionis monumẽta orthodoxis admodũ profuctura tineis corrodi, & inter antiquitatis rudera cariem ſitumq;

Source : BIU Cujas

ab omnibus pœnæ negligi, ac tam ſpectabi-
lis viri ſudores nunquam nō latere, quo ſit
vt non intus mihi canens, ſed communi ſtu
dioſorum vtilitati conſulens, huiuſce libel-
li recognoſcendi curam ſubire minime ſim
veritus. Opus igitur qua valui ſolertia re-
purgaui, compendiarijs ſummarijs præno-
taui, ac deniq; elementario indice exorna-
ui, vt hic poſsint ſtudioſi depromere quod
in rem ſuam futurum putant, idq; citra la-
borem aſſequantur. Ad hæc ſecundum de
hæreticis confeci tractatum, quinquaginta
pronuntiatis ex immenſo iuris pelago de-
cerptis (pręter ea quę in Gundiſſalui tracta
tu ſcripta ſunt) refertum, ac tandem emun-
ctis nitidiſq; caracteribus omnia in lucem
prodire curauimus, quibus ſane peragēdis
eo equius atq; intentius operam meam ex-
hibui, quo huic noſtre etati in tanta hæreti
corum audacia non parū adiumenti ſint al-
latura, vt qui alio telo Lutherane factionis
conſcios confodere nequeo, hoc ſaltem di-
micandi genere ſupprimendos, ac funditus
euellendos doctrinis comprobē. Verū dum
huic feture mee patronum de more diſqui-
rerem, qui eius tutelam ſuſciperet, & a zoi-
lorum obtrectationibus caninaq; facundia
protegeret, nullum mediusfidius te præſtā-
tiorem concipere valui, cui primitias meas
tutendas reponerem, quādo quidē quantis
pelluceas virtutibus, cum eminens dignita
tis culmen, ad quod animi tui egregijs do-
tibus euectus es, tum omni euo celebranda
commentaria in cōſuetudines Burgundie,
reſponſa, vel Affricano Iurecōſulto digna,
glorie mundi catalogus, alia deniq; innume
ra tui ingenij monumēta aperto ſunt in do-
cumēto. Subuerebar, ita me dij bene amēt,
tibi viro omni ex parte abſolutiſsimo tam
leuiuſcula nuncupare, ni tua clementia, in-
tegritas, atque religio mihi calcaria adhi-
buiſſent. Commodum ſi quidem fuit & 
rationi conſonum, vt integerrimo, ac chri-
ſtiano præſidi hæreticorumq; expugnato-
ri imperterito hæc de hæreticis ſcripta di-
carentur. Quare præſes Illuſtriſsime hāc
ingenioli mei feturam equo animo ſuſcipe.
in quibus ſane ſi quippiam auribus tuis re-
purgatiſsimis frigidum, atque ieiunum oc-
currerit, id tue ſubmitto cēſure. noſti, enim
ꝙ arduum ſit vetuſtis nouitatem dare, no-
uis authoritatem abſoletis nitorem, faſtidi-
tis gratiam, & obſcuris lucē. ad hæc in om-
nibus bene dicere & in nullo peccare, te-
ſte Iuſtiniano, potius diuinum ꝙ huma-
num eſt, Vale felix.

DOMINVS noſter
olim in Euangelio pr
dixerat, Circa finem
ſeculi pſeudo Chriſtos
& pſeudo Propheta
ſurgere, & multos ſe
ducere, & fideles ſu
multas in mundo hab
turos preſſuras, Sed ta
men portas inferi no
præualituras. Proinde vt dicit Apoſtolus,
Oportet hæreſes eſſe vt qui probati ſunt
manifeſti fiant. Quapropter oportet nos
cum propheta ex aduerſo cōſurgere & m
rum opponere pro domo Iſrael, & Euang
lici meminiſſe mandati, quo ab ipſa veri
te præcipit, quod ſi nos oculus, aut pes, au
dextera ſcandalizauerit manus a compag
corporis auferatur, cum melius ſit his care
re membris. Nam ſuperfluo extra eccle
ſiā poſitis reſiſtimus, ſi ab his qui intus ſun
in eis quos decipiunt vulneramur. Hi enim
nec vt infideles, diſcedunt, neq; permane
vt fideles, ſed myſteriorum præcepta no
tia et fidei noſtre ſecretioribus perſcru
tis, conuerſi poſtmodum impugnant noſ
contradictionibus ſuis corda noſtra diſſi
punt conculcantes verbi dominici marga
tas et ornamenta fidei maculantes. Ex qu
bus nouiſsime diebus iſtis multi in prouin
cijs, & regnis tue dictioni ſuppoſitis in luc
prodierunt qui ante in antris latebant leg
veterem ſuſcitātes quæ ab olim ſepulta ia
cet, ac in paſsione Chriſti conſumata eſt, iu
xta ipſius vocē inter crucefixores emiſſa
qm̄ etiam velum quod ipſius ſecreta tege
bat ſciſſum eſt in duas partes a ſummo vſq;
deorſum, vt releuata facie myſteria Iſu cō
ſpiceremus, quiq; emulatores Moyſi ſe ia
ctant, cum reuera ipſius capitales exiſtan
inimici vt pote doctrinā eius vt falſam re
ſpuentes. Si enim, vt veritas inquit, Moyſi
crederent vtiq; & Chriſto crederent. De i
lo enim ipſe ſcripſit. Vnde & illud Hiero
nimi, Prohdolor prouincie tue compete
ſatis video, ibi enim ceſpite terra fecunda
dominici ſeminis puritatem centeno fruct
olim referebat. Nunc autem ſulfis obrupa
frumenta in olium auenaſq; degenerat, ib
quondā ſol iuſtitie Chriſtus oriebatur. Nu
autem Lucifer ille qui ceciderat ſupra ſide
ra poſuit thronum ſuum. Cum itaq; ſce
ptrum regni de manu altiſsimi ſuſceper
& pro tanti honoris faſtigio talionem eiu
xta vires tua celſitudo impēdere teneam
Aſſurge obſecro viriliter & veſtigia rect

Source : BIU Cujas

ptoris amplectere & vbi mulieres Hieruſalem eum plangebant & lamẽtabantur, cum baiulans ſibi crucem exiret in caluariũ, tu qui iam examinatum in cruce & poſtea reſurgentem adoras fontem aperti lachrymarum ubi rurſus manibus huiuſmodi ſceleratorum hominum illum expui, blaſphemari, crucifigi, & lancea perforari dietim vides. Nã iuxta illud heſter, Quis nouit vtrũ idcirco veneris? vt in tali tempore parareris? ꝙ vbi tua maieſtas vt dignum eſt peregerit vniuerſi ditioni tue ſubiecti clamabunt, teq; benedicent dicentes, Tu gloria Hieruſalem, tu letitia Iſrael, tu honorificentia populi noſtri quia feciſti viriliter, & poſtremo poſt temporale regnum quod obtinens eterni regni gloriam conſequeris. Et quo magis iuridice iſta peragi queant præſentem tractatum agere inſtitui, & materiã proſequi ordine ſubſequenti.

## SVMMARIVM.

1 *Hæreticus quis dicatur, & ex quibus cenſendus ſit hæreticus.*

2 *Directe & principaliter quæ dicantur ad fidem pertinere & quæ indirecte ſeu ſecundario.*

3 *Simonia large dicitur hæreſis.*

*Excommunicatus improprie & largo ſumpto vocabulo hæreticus dici poteſt.*

4 *Adhæc contumax, & infidelis.*

5 *Fides principaliter in corde, & ſecundario in ore conſiſtit. idem dicito in hæreſi. numero 6.*

7 *Puniri an debeat qui aliqua contra fidem protulit quæ iocoſe non ſerio protuliſſe aſſeuerat.*

8 *Verba iniurioſa & improba ſerio non loco prolata extitiſſe, in dubio præſumuntur.*

## QVÆSTIO I.

1 PRIMO quero † quid faciat hæreticum, & quis ſit hæreticus. Ad hoc reſpondet magiſter quarto ſententiarum diſtinctione xiij. inducendo varias ſanctorum ſententias. Ait enim Hilarius, Extiterunt plures qui cœleſtium verborum ſimplicitatem non veritatis ipſius abſolutionem ſuſciperent aliter interpretantes quod dictorum virtus poſtularet. De intelligentia enim hæreſis non de ſcriptura eſt, & ſenſus non ſermo fit crimen. Idem intelligentie ſenſus in crimine eſt. Hieronymus dicit quod ex verbis inordinate prolatis incurritur hæreſis. Auguſtinus diffiniens quid ſit hæreticus ait, hæreticus eſt qui pro alicuius temporalis commodi & maxime glorie principatuſque ſui gratia falſas, ac nouas opiniones, vel gignit, vel ſequitur. Gregorius ſuper Ezechielem, qui in expoſitione ſacri eloquij, vt auditoribus placeat aliquid fingit ſua verba loquitur non dei. Qui autem in verbis dominicis aliter quàm is qui protulit ſenſerit, & ſi ſub alio intellectu tamen ad edificationem charitatis tendit domini ſunt verba quæ dicit, hæc ille. Inter iſtas autem diffinitiones illa Auguſtini videtur eſſe præſtantior, & hanc ſequutus eſt Gratianus. vigeſimaquarta quæſtione tertia. capitulo hæreticus. & gloſſ. in clementina vnica. de vſuris, Sanctus Thomas quarto ſententia. diſtinctione decimatertia. articulo tertio. dicit quod hæreticus dicitur qui a fide diuiſus eſt. & hoc facit ex quadam electione. ad cuius euidentiam conſiderandum eſt ſecundum eũ quod in fide ſunt aliqua ad quæ explicite cognoſcenda omnis homo tenetur, vt ſunt articuli fidei. Vnde ſi in his aliquis errat infidelis reputatur & hæreticus ſi pertinaciam adiungat. Si autem circa illa ad quæ explicite credenda homo non tenetur errat non iudicatur hæreticus, vt ſi aliquis ſimplex credat Iacob patrem fuiſſe Abrahe quod eſt contra veritatem ſcripture, quam fides profitetur, quouſque ſibi innoteſcat quod fides eccleſiæ contrarium habet, quia non diſcedit per ſe loquendo a fide eccleſiæ, niſi ille qui ſcit hoc a quo recedit de fide eccleſiæ eſſe. Et quia quædam ſunt quæ in fide eccleſiæ implicite continentur, vt concluſiones in principijs, ideo in his diuerſe opiniones quouſque per eccleſiam determinetur quod aliquid eorum eſt contra fidem eccleſiæ, quia ex eo ſequitur aliquid contrarium fidei directe. Idem ſequitur præfatus doctor ſecunda ſecundæ quæſtione xj.
2 articu. ij. vbi ſubiungit quod† aliqua dicuntur pertinere ad fidem dupliciter. Vno modo directe & principaliter ſicut articuli fidei, alio modo indirecte & ſecundario ſicut ea ex quibus ſequitur corruptio alicuius articuli, & circa vtraq; poteſt eſſe hære-

Source : BIU Cujas

ſis eo modo quo & fides. Idem tenet prima
parte q.xxxij.articulo iij.& inde eſt quod
nedum eſt hæreticus qui male ſentit de ar-
ticulis fidei,ſed etiam ille qui non tenet re-
ctam fidem erga ſacramēta eccleſię, de hæ-
reti.ad abolendam in prin.Ex quibus ſe-
quitur quod ſi extra prædictos caſus repe-
riatur alius in quo quis dicatur hæreticus
3 illud erit large & impropriè† per quē mo-
dū debet intelligi id quod dicitur quod ſi-
monia eſt hæreſis.j.q.j.eos.de ſimon.c.quo-
ties.Item & quilibet excōicatus,& qui pri
uilegium Romane eccleſię infringit & qui
4 eius præcepta tranſgreditur.† Itē cōtumax
& quilibet infidelis & plures alij modi qui
no.per gl xxiiij.q.iij.illi qui.& per Innocē.
de hære.firmiſsime.per Hoſtien.in ſum.de
hære.§.j.& c.ſi papa.xl.diſtinctin.ita tenet
Cald.conſi.iiij.ti.de hęre.Confirmatur etiā
iſtud per id quod dicit S.Thom.iij.ſenten.
vbi ſupra dicit quod ſimoniaci dicūtur hę-
retici per ſimilitudinē,quia ſicut hæreticus
contra fidē ſentit,ita ſimoniacus operatur,
ac ſi contra fidem ſentiret dum prætio ſa-
cra vult adipiſci, & per eundem modū in-
telliges alios modos impropriè hæreſis de
5 quibus prædictum eſt,& quia fides† princi-
paliter conſiſtit in corde,& etiā ſecundario
6 in ore autem confeſsio fit ad ſalutem.† Si-
militer hæreſis principaliter cōſiſtit in cor
de ſecundum quod Hilarius dicit.Intelligē-
tie ſenſus in crimine eſt, ſed ſecundario in
ore.Vnde Hieronymus dicit,quod ex ver-
bis inordinare prolatis incurrit hęreſis, nō
quia hæreſis per ſe in his conſiſtat,ſed quia
ſunt occaſio & cauſa erroris vt Thomas di
cit ibi. Adde etiam quod verba ſunt ſigna
earum quę in anima ſunt paſsionum vt phi
loſophus dicit. Non enim præſumitur quis
dicere quæ ante animo non cogitauit de li-
7 be,lega.labeo. †Sed quero iuxta hoc,Po
ne quod ille qui dixit aliquid contra fidem
dicit ſe nō ſerioſe nec ex animo, ſed potius
per lubricum lingue, aut ioco illud dixiſſe
an ſit puniendus.Lappus & do.Card.in d.
cle.vnica.§.ſane,de,vſur.Dicunt quod ex-
traordinarie punietur arbitrio iudicis, &
imponetur ei aliqua leuis pœnitentia ſalu-
taris xvij.diſt.nec licuit.xxiiij.qō.j.hæc eſt
fides.Augerem tū ego pœnam ex qualitate
perſone,& ex qualitate loci et perſonarum
aſtantium et ſcandali exinde inſurgētis quę
omnia & etiā alia in puniendis delictis ſunt
attendenda,de homi.ſicut dignum. in prin.
ff.de pœn.aut facta.talis enim iocus non eſt
permittendus, per quem venitur ad crimi-
na.ff.ad l.Aquiliam nam ludus.de homi.cō
tinebatur,& ibi in gl. Item qn̄ per lubri-
cum lingue,ſi fuit in culpa, vt hæc lubrici-
8 tas in eo cauſaretur puniet,alias non.†Præ-
ſumerem tū ego verba ſerioſe fuiſſe dicta
& ex malo animo proceſsiſſe per iura præ
dicta,& etiam quia omne male factum pra-
ue pręſumitur actum,vt in l.ſi non conuitij.
C.de iniur.& de præſum.c.j.niſi ex alijs cō
iecturis cōtrarium appareret.Eo tamen ca-
ſu quo huiuſmodi verba non ſaperent hæ-
reſim,ſed excuſarentur ioco uel lubrico lin
gue non poſſet pœnam infigere inquiſito,
argu.c.accuſatus.§.ſane.de hære.lib.vj.ſed
ordinarius illud faceret.

## SVMMARIVM.

1 *Hæreſis vnde dicatur.*
2 *Iudeus & Sarracenus hæretici nequaquā dici queunt.*
3 *Hæreticus vocitandus non eſt qui errans ali quid fieri contrarium aſſerit modo corrigi & emendari paratus ſit vbi ſeſe cognoſce ret errore lapſum.*
*Hæreticus dicitur qui falſam ſententiam et fidei contrariam pertinaciter defendit.*
4 *Hæreſis pertinaciam requirit.*

## QVÆSTIO II.

SECVNDO quero vn-
1 de dicatur hæreſis.† Ad qd
dicendum ſecundum Iſido-
rum quod hæreſis eſt nomē
grecum & idem quod diui-
ſionem importat. Vnde &
hæretica diuiſiua dicuntur.
Hieronymus tamen in epiſtola ad Galatas,
& habetur tranſumptiue.xxiiij.q.iij.hære-
ſis.dicit quod hæreſis grece ab electione di
citur quod.ſ.eam ſibi quiſq; eligat diſcipli-
nam quam putat eſſe meliorem, & vtrunq;
iſtorum dicitur cōuenienter. Ex hoc enim
quis efficitur hæreticus quod eligit ſingula
rem opinionem tenere diuiſam & diſtinctā
a cōi eccleſiæ catholice dogmate & deter-
2 minatione.† Vnde ſi quis nunquam fuiſſet
in vnitate eccleſiæ vtpote iudeus vel Sar-
racenus etiā ſi teneat contraria fidei noſtre
non eſt iudicandus hæreticus.non enim po
teſt dici diuiſus ab vnitate eccleſiæ qui nū-
quam in ea fuit,vt dicit glo.in cle.vnica.de
vſur.

Source : BIU Cujas

3 vſur. †Similiter ẽt ſi quis catholicus te-
neret contrariũ aliquid fidei.non tamẽ eli-
gens,ſed per errorẽ credẽs illud ẽt per ca-
tholicã eccleſiã teneri paratus corrigi vbi
in errorem ſe lapſum cognoſceret nõ eſſet
hæreticus.Pro quo eſt optimus tex. xxiiij.
q.iij.dicit Apoſtolus,vbi cum dicit.Sed qui
ſententiam ſuam quamuis falſam atq; per-
uerſam pertinaci obſtinatione defendunt,
præſertim quam non audacia ſuę præſum-
ptionis peperint,ſed a ſeductis,atq; in erro
rem lapſis parentibus a:ceperunt querunt,
autem cauta ſolicitudinem veritatẽ corri-
gi parati cum inuenerunt,nequaquam ſunt
inter hæreticos deputandi. Competit autẽ
& latine hoc nomen eidem.Nam poteſt di
ci hæreſis abhærendo quia ſuę opinioni ve
hementer inhæret per electionem, vt præ-
diximus, & ex prædictis iuſtificari poteſt
quod not.Innocen.de ſumma trinita. capit.
firmiter dicens quod ſi aliquis habet fidem
catholicam implicite,quia credit quicquid
eccleſia credit ſed falſo opinatur naturali
ratione motus quod pater maior vel prior
ſit filio,qđ tres perſone ſunt tres res a ſe in-
uicẽ diſtincte & ſeparate & diſtantes,quod
non eſt hæreticus.dummodo hunc errorẽ
ſuum non defendat,& hoc ipſum credit,qa
credit ſic eccleſiã credere & ſuam opinio-
nem fidei eccleſie ſupponi paratus ſe ſub-
mittere iudicio eccleſiæ, vbi eccleſiam ſci-
4 ret contrarium ſentire. hæreſis † enim re-
qu:rit pertinaciam,vt de ſum.trini.clemen.
vnica.§.porro.& dicta clemen. vnica.§.pe
nulti.de vſuris.Licet tamẽ ego excuſarem
huiuſmodi hominem ab hæreſi. Non tamẽ
excuſarem illum a peccato ſi errauit in his
quæ ſcire tenebatur de pertinentibus ad fi-
dem. De quibus per ſanctum Thom. ij.
ij.q.ij.articu.v. quia & ipſa ignorantia eſt
peccatũ in his quæ ſcire quis tenetur.xxx-
viij.diſtinctio.qui ea.& per Philoſophum
tertio Ethico.& per magiſtrũ ſecundo ſen-
ten.diſtinctione xxij.

## SVMMARIVM.

1 *Schiſma & hæreſis in quibus diſcrepent.*
2 *Schiſmaticus dici meretur qui ſuperbe & contumaciter papæ ſubijci non vult.*
3 *Hæreticus dicitur qui ideo ab obedientia papæ recedit,quia eum non credit habere canonis condendi poteſtatem,aut quod eccleſiæ poteſtas non reſidet pœnes eum.*

## QVÆSTIO III.

1 TERTIO quæro an†ſciſ-
matici ſint iudicãdi hæreti-
ci.Ad quod reſpondet Hie-
ronymus in epiſtola ad Ga-
latas, & habetur trãſumpti
ue. xxiiij.quæſtio. iij. int er
hęreſim ꝙ inter hęreſim &
ſchiſma hoc intereſt, quod hæreſis peruer-
ſum dogma habeat.ſchiſma vero poſt epi-
ſcopalem diſceſsionem ab eccleſia ſeparat.
Quod quidem in principio aliqua ex par-
te intelligi poteſt diuerſum. Ceterum nul-
lum ſchiſma eſt niſi ſibi aliquam hæreſim
confingat vt recte ab eccleſia receſsiſſe vi-
deatur.Et ad clariorem intellactum huiuſ-
modi conſidera quod hæreſis & ſchiſma
diſtinguitur ſecundum ea quibus vtrumq;
per ſe directe opponitur. Nam hæreſis per
ſe opponitur fidei. Schiſma autem oppo-
nitur vnitati eccleſiaſticæ charitatis. Et
ideo ſicut fides & charitas ſunt diuerſe vir
tutes, quamuis quicunque careat fide ca-
reat charitate. Ita etiam ſchiſma & hære-
ſis ſunt diuerſa vitia. quamuis quicunque
eſt hęreticus ſit etiam ſchiſmaticus,ſed non
cõuertitur. Verum eſt tamen ꝙ ſicut amiſ-
ſio charitatis eſt via ad amittendum fidem,
iuxta illud j. Thimo.j. A quibus quidam
aberrantes ſcilicet a charitate & alijs hu-
iuſmodi conuerſi ſunt in vaniloquium &c.
Ita etiam ſchiſma eſt via ad hæreſim. Et
ſic innuit Hieronymus in authoritate præ-
inducta,ita declarat ſanctus Thomas ſecũ-
da ſecundæ,quæſtione trigeſimanona arti-
culo primo. & propter hoc dicit gloſſ. vi-
geſimaquarta quęſtione prima.didiſcimus.
quod ſchiſma inueteratum ſapit hæreſim,
quaſi velit quod ſi non eſſet hæreticus non
perduraret tandiu in ſchiſmate. Ex qui-
2 bus infertur quod†ſi quisrecederet ab obe
dientia papæ qui vices Chriſti tenet qui
eſt caput eccleſiæ nolens ſuperbe & con-
tumaciter & in contemptum ei ſubijci eſ-
3 ſet ſchiſmaticus tantum.† Vbi tamen ideo
recederet ab ipſius obedientia , quia cre-
deret quod ille non habet poteſtatem con-
dendi canones,aut ꝙ poteſtas ſuprema ec-
cleſiæ non reſidet pœnes ipſam tanquam
qui vicem gerit eius qui eſt caput eccleſiæ
qui eſt Chriſtus,iuxta illud Apoſtoli ad Co
lo.ij.& ad Ephe.primo qui dedit ipſum ca
put ſupra omnem eccleſiam , iſte hæreti-
cus iudicandus foret vt dicit glo. xix. diſt.
cap.nulli.& in cap.generali.de elec. lib.vj.



Source : BIU Cujas

## SVMMARIVM.

1 *Hæreſis ſpecies quot ſint.*
2 *Scripturam ſacram quis exponere aliter dicatur quam ſpiritusſanctus flagitat.*
3 *Hæreſis prima poſt Chriſti aduentum quæ fuerit.*
4 *Hæreſes cur hodie maiores quam olim ſuboriantur.*
5 *Deus cur ſinat tot hæreſes eſſe, & tantorum hæreticorum animas in infernum mergi.*
6 *Secreta Dei (vt pote quæ nobis altiora ſunt) minime inquirere debemus.*

## QVÆSTIO IIII.

1 QVARTO quero, †Quot
ſunt ſpecies hæreſis. Hoc de
terminat Iſidorus. viij. lib.
Ethimo, c. v. & habetur trã
ſumptiue. xxiiij. q. iij. c. qui-
dam vbi multe enumeran-
tur, quibus ſic enumeratis magiſter Gratia-
nus ſubinfert aliã hæreſim dicens. Sed qui-
cunque aliter ſanctã ſcripturã intelligit quã
ſenſu ſpirituſſancti flagitat a quoſcripta eſt,
licet de eccleſia non receſſerit tñ hęreticus
iudicari põt. Et habuit hoc a Hieronymo,
vt ſupra diximus in primo mẽbro. Et intel
2 lige† ꝙ ille dr̃ aliter exponere ſanctam ſcri
pturã quam ſpirituſſanctus flagitat qui ad
hoc ſanctã ſcripturam retorquet ꝙ contra-
riatur ei quod per ſpiritũ ſanctũ eſt reuela-
tum. Ita dicit Thomas ij. ij. q. xj. arti. ij. Ex
quo ſequitur ꝙ ſi quis daret aliquẽ intelle-
ctum ſacre ſcripture qui non eſſet cõtra ve
ritatem reuelatam per ſpiritum ſanctũ, ſed
præter illam non ad corruptionẽ fidei, ſed
ædificationem fidelium non eſſet hęreticus
iudicandus. Et hoc ſatis aperte innuit Gre-
gorius ſuper Ezechielem vt patet in autho
ritate inducta ſupra in primo mẽbro. Augu
ſtinus ẽt in libro de Hæreſibus, cõmemorat
aliquos catholicos tractatores qui de hęre-
ſibus ſcripſerunt diuerſas earũ ſpecies enu
merãtes. ipſe ẽt ibidẽ nominatim plures ex-
3 primit. †Inter oẽs autẽ hæreſes poſt Chriſti
aduentũ prima fuit illa quã quidẽ diſcipuli
incurrerũt de ſacramẽto altaris, de qua ſcri
bitur Ioã. vj. Cum enim Chriſtus prædixiſ-
ſet, niſi manducaueritis carnẽ filij hominis,
& biberitis eius ſanguinem non habebitis
vitã in vobis. Et ſubiunxiſſet quædam alia
iuxta hoc, illi perditi homines dixerunt,
durus eſt hic ſermo & quis poterit eum au
dire, & ex illa die abierũt retro. Et vt dicit
ibi Nicolaus, Non eſt intelligendũ hoc de
duodecim Apoſtilis vel de ſeptuagintaduo
bus diſcipulis, quia iſti Chriſto adheſerũt,
ſecundum quod patet ex diſcurſu euange-
liorũ, ſed multi alij ſequebantur ipſum ad
audiendum eius doctrinam, & de iſtis mul-
ti retroceſſerunt, & quod iſta fuerit prima
hæreſis patet de conſec. diſt. ij. prima hære-
ſis. & poſtq̃ illi ſancti patres de quibus pr̨e-
diximus prædictas hæreſes conſcripſerunt
multe alie ſuborte ſunt nouiter & dietim
ſuboriũtur. Et iuxta verbum ſaluatoris no-
ſtri. De quo in primo themate præmiſimus,
4 †quo magis fini ſæculi appropinquat, eo
magis hæreſes ſubcreſcent, quod partim ex
prælatorum negligentia prouenire conſpi-
cuum eſt. dormientibus. n. hominibus, vt ſal
uator inquit. Inimicus homo superſemina-
uit Zizania. Ex alio etiã prouenit quoniã
poſt illa tẽpora, quo illi ſancti doctores ſcri
pſerunt multi articuli fuerunt per eccleſiã
determinati quod ſint contra fidẽ. Vnde ſi
quis modo pertinaciter cõtrarium affirma-
ret, hæreticus cenſeretur ꝙ minime conti-
giſſet ante determinationem eccleſiæ, vt di
cit Thom. j. parte. q. xxxij. arti. iiij. & pro-
deſt ſcire huiuſmodi hęreſum ſpecies vt ex
illis poſsit cognoſci quis ſit hæreticus vel
quid faciat hæreticũ, de quo in j. dubio tra-
ctũ eſt, ꝙ non ſine difficultate cognoſcitur
in aliquibus articulis, vt dicit Aug. in libr.
de hæreſibus. Illud tñ indubitatum exiſtat
quod cũ malũ infinitũ ſit vt Pithagorici di-
cunt teſte Philoſopho. ij. ethic. & per conſe
quẽs infiniti errores poſſent occurrere con
tra fidẽ cõſequenter poſſent hæreſes in in-
finitum multiplicari. Sed iuxta prædicta
quæreret aliquis curioſus de ſchola eorum
qui volũt ſapere plus quam oportet ſapere
5 contra doctrinam apoſtoli. †Cur Deus per-
mittit tot hæreſes eſſe totq; eorũ ſectatores
in inferno demergi. Ad hoc reſpondet Au-
guſt. & hr̃ in c. fin. xxxiiij. q. iij. Ideo diuina
prouidentia multos diuerſi erroris hæreti-
cos eſſe permittit, vt cũ interrogant nos ea
quæ neſcimus, ſic diſcutiamus pigritiam &
diuinas ſcripturas cupiamus. Ideo. n. Apo-
ſtolus ait, Oportet hæreſes eſſe vt qui pro-
bati ſunt manifeſti fiant. Hi enim deo pro-
bati ſunt qui bene poſſunt docere. Et quã-
quã iſte intellectus Auguſtini ſit bonus ad
illam authoritatem apoſtoli, ſuperficies ta-
men litere magis capit hũc ſenſum, vt ideo

Source : BIU Cujas

deus permittat hæreſes eſſe, vt cōſtantia fi-
delium comprobetur ſed vtrumq; recte di-
6 ctum extat, vel dicas † q̄p iſta quæ in ſecre-
tis dei conſiſtunt non ſunt a nobis inquiren
da, iuxta illud eccle. iij. Altiora te ne ſcruta
tus fueris, & in pluribus operibus eius ne
fueris curioſus & poſtea ſubditur. Multos
enim ſupplantauit ſuſpitio illorū, & in va-
nitate detinuit ſenſus eorū. & Eccleſia. vij.
quid neceſſe eſt homini maiora ſe quærere,
cum ignoret quid conducat ſibi in vita ſua,
& poſt pauca. Neque plus ſapias quam ne-
ceſſe eſt, ne obſtupeſcas. Habemus etiā exē
plum Apoſtoli, qui cum de prædeſtinatio-
ne verba ageret, & p̄ueniſſet ad illud, qua-
re quoſdam eligat, alios autem reprobet.
Iuxta illud, Iacob dilexi, Eſau aūt odio ha-
bui ſapientiſsime intulit, O altitudo diui-
tiarū ſapientie & ſcientie Dei quam incom
prehenſibilia ſunt iudicia eius & inueſtiga
biles vie eius, & de eodē Auguſt. ſuper Ioā.
in illo verbo, Nemo poteſt venire ad me
niſi pater qui miſit me traxerit eum. Dicit
quare hunc trahat & quare illū non trahat
noli inueſtigare ſi non vis errare. Per id re
ſpondet magiſter ſecūdo ſenten. diſt. xxiij.
his qui querūt, cur Deus permiſerit primū
hominem peccare cū poſſet eius voluntatē
vertere in bonū quia omnipotens eſt. Poſ-
ſet inquit ille reuera, cur non fecit. quia no
luit. Cur. noluit ipſe nouit. Non debemus
plus ſapere quā oportet ſapere hoc vnum
in hmōi debet nobis abūde ſufficere, quod
vt dicit Auguſt. in Enchiridion. Deus om-
nipotens, cui rerū eſt ſumma poteſtas cum
ſumme bonus ſit nullo modo ſineret aliqd
mali eſſe in operibus ſuis, niſi vſq; adeo eſ-
ſet omnipotēs, & bonus vt bene faceret ēt
de malo quomodo aūt illud intelligatur, &
qualiter ex malis Deus eliciat bona, latiſsi
me proſequitur magiſter. j. ſent, diſt. xlvj. &
per prædicta etiam ſufficienter ad id quod
multi petunt, Quare Deus permittat legem
machometi in tantum præualere.

## SVMMARIVM.

*Hæretici quibus infidelibus aſsimilētur, & qui infideliū inuicē inter ſe æquiparētur.*
2 *Renitentis ſuſcepte fidei grauius eſt delictū, quā eius qui nunquam ſuſcepte renititur.*
4 *Hæreticorum infidelitas maior eſt quā iudæorum intellige ſane nu. 3.*
*Hæretici an ſint idolatris coequandi.*
5 *Hæretici qui fide chriſtiana derelicta iterū ad moſaicam legem reuertuntur, peiores ſunt cæteris.*
*Apoſtatā eum dicimus qui deſerta chriſtiana religione ad Iudaiſmū confugit, et apoſtaſia improbitatis deteſtatio. & nu. 6.*
7 *Iudæus ſectam ſarracenorum adiens an plectendus ſit.*
8 *Apoſtate iudæorum legem repetentes, multo peiores ſunt, quam ſi ad ſarracenorum ſectam ſeſe conferrent.*
9 *Iudæi cæteriſque id genus infideles cur ab eccleſia tolerentur, & quare potius Iudæi quam alij.*

## QVÆSTIO V.

1 QVINTO quero † de com
paratione hæreticorum ad
alios infideles, & infidelium
inter ſe inuicem. Ad quod di
cendū ſecundum Thomam
ſecunda ij. q. x. arti. vj. quod
in infidelitate duo poſſunt conſiderari quo
2 rum vnum eſt comparatio eius ad fidē, † &
ex hac parte grauius peccat contra fidem
q̄ renuitur fidei ſuſcepte. Sicut grauius pec
cat qui non implet quod promiſit, quā qui
quod nunquā promiſit, & ſecundū hoc in-
fidelitas hæreticorū qui profitentur fidem
Euangelij & ei renituntur eū corrumpētes
grauior eſt quam Iudæorum & aliorū infi-
delium qui nunquam fidem euangelij ſu-
ſceperunt ſed quia iudæi ſuſceperunt figu-
ram euāgelij in veteri lege quam male in-
terpretantes corrumpunt, ideo etiam eo-
rum infidelitas eſt grauius peccatum quam
infidelitas gentilium qui nunquam fidem
euangelij ſuſceperunt. Aliud quod in infi-
3 delitate conſideratur eſt corruptio eorum
quæ ad fidem pertinent, & ſecundum hoc
cum in pluribus errant gentiles quam iu-
dæi, & iudei quam hæretici, grauior eſt in-
fidelitas gentilium quam iudæorum, & iu-
dæorum quā hæreticorū, niſi forte quorū-
dā, puta Manicheorū qui ēt circa credibilia
plus errāt q̄ gentiles. Harū tn̄ duarum gra
uitatum prima præponderat ſecunde quā-
tū ad rationē culpe, q̄a infidelitas habet ma
gis rationē culpe, ex hoc qd̄ renitit̄ fidei q̄
ex hoc qd̄ nō habet ea que ſunt fidei. hoc. n.
vltimū vr̄ magis ad rationē pœne pertine-
re. Vnde ſimpliciter loquendo infidelitas



Source : BIU Cujas

hęreticorum eſt peſsima. Si aũt queras ex
quo inter infideles peiores ſunt hæretici vt
4 proxime diximus. †Quid ſi cõparemus
eos ad idolatras? ad hoc dicendũ ſecũdum
Thomam ſecunda ij.q.xciiij.arti.iij. quod
grauitas alicuius peccati attendi poteſt du-
pliciter. Vno modo ex parte ipſius peccati,
& ſic peccatũ idolatrię eſt grauiſsimũ. Si-
cut enim in terrena republica grauiſsimũ
eſſe videtur quod aliquis honorẽ regiũ al-
teri impendat quã vero regi, quia quantum
in ſe eſt totum reipublice perturbat ordi-
nem. Ita in peccatis quæ contra Deũ com-
mittuntur, quę tamen ſunt maxima, grauiſ-
ſimum eſſe videtur qđ aliquis honorẽ diui-
nũ creaturę impendat, quia quantum in ſe
eſt facit aliũ Deũ in mundo minuens prin-
cipatũ diuinũ. Alio modo poteſt attẽdi gra-
uitas ipſius peccati ex parte ipſius peccan-
tis, ſicut dr̃ grauius peccatum eius qui pec-
cat ſcienter, quam eius qui peccat ignoran
ter, & ſecundũ hoc nihil prohibet grauius
peccare hæreticos qui ſcienter corrumpũt,
quã idolatras ignoranter peccantes. Ex his
5 tu clare poteris inferre quod †cum iſti hæ-
retici qui nouiter in Hiſpania detecti ſunt,
potius apoſtate quã ſimplices hæretici ſint
iudicandi, cum non in parte tantũ de fide
Ieſu Chriſti male ſentiant, ſed in totũ eam
abijciant ad legẽ Moyſi iam diu ſepultã re
uerſi peiores quam alij hæretici ſunt iudi-
candi, quia in pluribus, immo in totũ aber-
rant. Vnde ſuper illud Apoſtoli a Galatas
quarto. Quomodo conuertimini iterum ad
egena & infirma elementa, dicit glo. Hiero
nymi, Legis obſeruãtia cui tũc dediti erãt,
erat peccatum pœnæ par ſeruituti idolorũ
cui ante conuerſionem vacauerãt, & ſic ap
paret quod eſt crimen pœnæ, par idolatrię,
& nedum propter atrocitatẽ delicti quin ẽt
propter periculũ proditionis deberẽt prin-
cipes eos a ſuo conſortio in totum expelle-
re, præſertim ne participes fierent conſilio-
rum ſuorum, aut eorũ quæ ſtatum regium
concernunt ꝙ aperte dicit conciliũ Toleta
nẽ. De quo hr̃. ij. qõ. vij. c. nõ põt. cuius ver
ba ſunt. Non poteſt erga homines eſſe fide-
lis, qui Deo extiterit infidelis. Vnde ſubiun
git de quibuſdã iudæis qui dudum Chriſtia
ni facti & demũ in Chriſti fide ſunt præua-
ricati, vt a teſtimonio repellantur. Non eſt
enim eis credendum, qui fidei veritatem a
ſe abiecerunt. & iſtud ſtat in aperto, qui. n.
fidem Chriſti ſuſceptã ad quam ſtrictiſsime
tenetur fefellit, quomodo fidem quam prin
cipi terreno debet firmam tenere poterit?

Ad quod etiam facit quod ſcribitur prouer
6 biorũ. vj. †Homo apoſtata, vir inutilis gra-
diens ore peruerſo, annuit oculis, terit pe-
de, digito loquitur prauo chorde machina-
tur malum & in omni tempore iurgia ſemi
nat. habet ẽt aliud malum huiuſmodi apo-
ſtaſia, quod qui eam incurrit vix poteſt ad
bonum reparari, vt dicit Apoſtolus ad He-
breos vj. Impoſsibile eſt eos qui ſemel illu-
minati ſunt, & poſt pauca & prolapſi ſunt,
ſcilicet per apoſtaſiam, rurſus renouari ad
pœnitentiam. & accipitur ibi impoſsibile
pro difficili. Hic eſt enim vnus modus im-
poſsibilitatis vt habetur. v. Metha. qđ po-
tiſsimum in iſtis de quibus paulo ante præ-
miſimus locum habet, qui a parentibus iu-
dęis perfidiam legis veteris cum ſanguine
trahunt. Et ex his inferri poteſt ad quęſtio-
7 nẽ quam poſuit Oldradus conſi. lj. †An iu-
deus tranſiens ad ſectam Sarracenorum ſit
puniendus, & tandem poſt multa concluſit
quod non, & inter cætera motiua ſua eſt il-
lud quod deterior eſt infidelitas iudæorum
quam Sarracenorum aut gentilium vt ſupe
rius diximus. Pro quo etiã eſt tex. apertus,
j.q.j. nonne. cum ergo de peiori tranſeat ad
minus malam, non eſt ob hoc puniendus.
8 Ex quo etiam ſequitur quod †iſti apoſtate
qui in legem iudæorum recidunt, peiores
ſunt quam ſi eſſent apoſtate legem Sarrace-
norum amplectentes, vel aliam huiuſcemo-
di. Vnum tamen non omittam quod licet
omnes infideles tam Iudei quã alij ſint ma-
9 li & iniqui vtpote infideles, †tolerantur ta
mẽ per eccleſiam in infidelitate ſua, vt vel
ſic tolerati finaliter conuertantur ad fidem,
vt de multis iam vidimus, vt in c. qui ſince-
ra. xlv. diſtinct. & capit. ſicut iudęi. de iude.
Magis tamen ſunt tolerabiles ritus iudæo-
rum quam aliorum infidelium, licet iudæi
ſint peiores vt diximus. Cuius ratio eſt, qa
cum in eis olim præfigurabatur veritas fi-
dei quã tenemus prouenit hoc bonũ quod
teſtimonium fidei noſtre habemus ab hoſti
bus & quaſi in figura repreſentatur nobis
quod credimus, quod in alijs infidelibus nõ
contingit, vt dicit Thomas in ſecunda ſecũ
de. q. x. articu. xj. & hac conſideratione, li-
cet iure non ſit expreſſa, iura prohibent ne
Sarraceni publice faciant cerimonias ſuas
inuocãdo publice nomen Machometi, vel
ſimilia faciendo vt in clementina vnica, de
iude. Hoc tamen non reperitur prohibitũ
in iudæis. & hoc tenent Matthe. & domi,
Cardina. & Ioannes de Imola in dicta cle-
mentina.

Source : BIU Cujas

## SVMMARIVM.

1 *Hæretici an tolerandi ſint.*

2 *Pernicioſus populo, e medio tollendus eſt, ne eius contagione cæteri quoque corrumpantur.*

3 *Hæreſis, inſtar cancri ſerpere dicitur, & idcirco eradicanda, ne totũ corrodat corpus.*

4 *Crimen proximi ita demum celandum eſt, ſi in totius populi corporalẽ ſpiritualemq; perniciem non vergat.*

## QVÆSTIO VI.

1 SEXTO quero † an hæreti
ci ſint tolerãdi? Et diſtinguẽ-
dum eſt, quia aut occurit ca
ſus in quo non poſſent puni
ri hæretici quin ſimul puniã
tur & boni. Vel quia latent
inter bonos. Vel qui habent multos ſequa-
ces, ita quod ſine catholicorum periculo in
tertici nõ poſſunt, & tali caſu hęretici ſunt
tolerandi & hoc aperte dñs oſtendit Mat-
thei xiij. vbi in parabola prohibuit colligi
Zizania, ne forte eradicantes Zizania, era
dicarent ſimul & triticum. Quãdo vero
ex occaſione hæreticorũ non imminet pe-
riculũ bonis, ſed magis tutela & ſalus tũc
licite poſſunt occidi, vt dicit Auguſtinus cõ
tra Parmenianum. Sic enim ſi ſaluti totius
corporis humani expediat præciſio alicu-
ius membri, puta cũ eſt putridum vel cor-
ruptiuum aliorum membrorum, laudabili-
ter & ſalubriter abſcinditur. Ita cum quæ-
libet perſona ſingularis comparetur ad to-
2 tam cõmunitatem ſicut pars ad totam. † Si
aliquis homo ſit periculoſus communitati
& correptiuus ipſius propter aliquod pec-
catum, laudabiliter & ſalubriter occiditur,
vt bonum commune conſeruetur, modicũ
enim fermentum totam maſſam corrũpit.
vt prime ad Corinthios. v. Ad hæc adapta
ri poſſunt no. per Thomam ij. ij. q. lxiiij. ar-
ticu. ij. & ſi hoc in alijs enormibus crimini
bus locũ habet, fortius in crimine hæreſis,
ꝙ ſua grauitate flagitioſiſsimũ eſt, vt in prę
habitis patet eo maxime quia iuxta Apo-
3 ſtolum ſecunda ad Thimo. ij. † hæreſis vt
cancer dicitur ſerpere. Vnde reſecanda eſt
a principio, ne paulatim intima cordis cor-
rodat, & ſpiritualem vitam adimat, reſecã-
de ſiquidem ſunt putride carnes & ſcabio-
ſa ouis a caulis repellenda, ne tota domus
maſſa, corpus, ardeat, corrumpatur, putre-
ſcat, intereat. Arrius in Alexãdria vna ſcin
tilla fuit, ſed quoniam non ſtatim oppreſſus
eſt, totum orbem eius flamma eſt popula-
ta. xxiiij. q. iij. reſecande. Ioãnes quoq; Apo
ſtolus in canonica ſua. Si quis inquit venit
ad vos, & hanc doctrinam non affert, noli-
te eum recipere in domum, nec aue ei dixe
ritis. Qui. n. dicit illi aue, communicat ope-
ribus illius malis. Hæc Ioãnes quæ de ſchiſ
maticis ſiue hæreticis vitandis verbis do-
cuit etiam factis exhibuit. Narrat enim de
illo auditor eius vir ſanctiſsimus Policar-
pus, quod tempore quodã cum apud Ephe
ſum balneas lauandi gratia fuiſſet ingreſſus
& vidiſſet ibi Cherintum, exilijt continuo
& diſceſsit non lotus dicẽs, Fugiamus hinc
ne & ipſe balnee corruant in quibus Che-
rintus lauatur inimicus veritatis. de quo eſt
tex. xxiiij. q. j. c. omnis qui. Adde pulchrum
4 tex. ea cauſa & q. quæ dignior. † Vnde & ſi
in alijs criminibus occultis teneatur quis
crimen proximi celare propter caritatem
vt in cap. ſi ſacerdos. de offi. ordina. & j. q.
j. Chriſtus. hoc tamẽ fallit in crimine quod
pertinet ad corruptionem cõmunitatis ſpi-
ritualem vel corporalem. Hoc enim caſu te
netur quis illud propalare teſtificando, vel
denuntiando, vt dicit Thomas ſecunda ij.
q. lxx. arti. j. Idem ſentit Inno. de teſti. cogẽ.
cap. j. & ponit exemplum in hęreſi quod vt
patet ex præmiſsis ſpirituale detrimentum
inferre communitati eſt aptiſsimũ, prodeſt
etiam hæc punitio criminum reipublice vt
cæteri metu pœnæ arceãtur a ſimilibus cõ-
mittendis. xxiij. q. v. non eſt innocentie. de
vita & honeſt. clerico. vt clericorum. & in-
de eſt quod vt magis iſta in plurimorũ exẽ
plum veniant publice debẽt malefactores
puniri. l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœnis.
vij. q. j. ſdenique. ver. thuribula quoq;.

## SVMMARIVM.

1 *Iudicare de hæreſi cuius ſit.*

2 *Papæ determinationi ſubijciũtur quæ Chriſtianam fidem riſpicitunt.*

3 *Pontifici Romano optimum eſſet ſi quid ſuper fide dubij ſuboriretur, id generali concilio decidere.*

4 *Pontifex Romanus conſultius ageret ſi ardua quæque conuocato concilio decideret.*

5 *Angelum poſſet Pontifex Romanus excom-*



Source : BIU Cujas

municare, & iudicio damnare, ſi fieri poſſet, vt ille male de fide ſentiret.

6 Pontifex errans in ijs quæ fidei ſunt damnari a concilio poteſt.

7 Papa qnamuis in ijs quæ fidei ſunt errare poßit, concilium tamen non poteſt, & cur diuerſum.

8 Legatus apoſtolicæ ſedis hæreticorum iudex eſt competens ſuper iam per eccleſiam deciſis.

Item epiſcopus & capitulum vacante ſede, ad hæc & inquiſitor fidei.

9 Iudicibus ordinarijs ſuper hæreſi procedendi nequaquam adempta facultas videtur, quamuis papa ſuper hæretica prauitate inquiſitores deputarit.

Delegato ad vniuerſitatem cauſarum poteſtate conceſſa, non videtur etiam in illis cauſis abdicata poteſtas ordinarij.

Limita & declara vt nu. 11.

10 Officiali facto in ciuitate ſuper damnis datis vel ſuper abundantia, non idcirco tollitur iuriſdictio ordinarij.

12 Delegatus ab epiſcopo aut capitulo ſede vacãte poteſt de hæreſi cognoſcere, modo quadragenarius ſit.

13 Inquiſitor an poßis vices ſuas committere.

14 Vicarius generalis epiſcopi aut capituli vacante ſede, an cognoſcere poßit de crimine hæreſis.

15 Inquiſitores aduerſum epiſcopos minime procedere poſſunt, niſi expreßim illis committatur, intellige ſane vt ibi.

16 Ordinario an liceat contra epiſcopum in ipſius ordinarij territorio delinquentem procedere.

17 Epiſcopus an valeat in hæreticum inquiſitorem procedere.

18 Epiſcopi, & qui inquiſitioni præfecti ſunt, diſtricte aduerſus ſuſpectos de hæreſi procedant, nemini fraudulоſe falſo hoc crimen imponant, nihil denique gratia, odio. aut lucri cauſa agant,

Qua pœna plectantur inquiſitores ſi his cõtrauenerint.

19 Epiſcopus hæreſes expurgare negligen[s] pœna puniatur.

20 Officiales tẽporales an hæreticæ prau[itatis] cognitionem habeant.

## QVÆSTIO VII.

1 SEPTIMO quæro
quẽ ſpectet iudicare de
reſi. In hoc diſtinguen
aut agitur de articulo
dũ deciſo per eccleſi
de articulo iã deciſo.
caſu iudiciũ ſpectat ad papã vt proba
xxiiij. q. j. quoties. & c. hæc eſt fides.
de iuramen. calum. & c. maiores. de b
etiam ſacre ſcripture authoritate o
Nã & Saluator Petro dixit, quẽ ſu
pontificẽ conſtituit, Ego pro te roga
tre vt non deficiat fides tua. & tu a
do cõuerſus confirma fratres tuos, L
xxij. Et vbi Chriſtus diſcipulos interr
uerat, vos aũt quẽ me eſſe dicitis? P
ſpõdit, Tu es Chriſtus filius Dei viui. M
thei. xvj. Hoc ẽt tenet S. Thomas
arti. x. & huius ratio eſt, quia vna fide
bet eſſe totius eccleſiæ, ſecundũ illud
Corinthios j. Id ipſum dicatis omnes
ſint in vobis ſchiſmata, quod ſeruari
poſſet, niſi qõ de fide exorta determ
tur per eũ q toti eccleſiæ præeſt, vt ſic
ſententia a tota eccleſia firmiter
Illud idẽ ſequitur Aug. de Anchona in
ma ſua de poteſtate eccleſię, q. x. artic
ij. Et hoc ſatis figuratum eſt exo. xv
dictum eſt Moyſi qui fuit rector Iud
ſicut Papa rector eſt omnium Chriſti
rum. Eſto tu populo in his quæ ad De
tinẽt, vt oſtendas ei cerimonias & r
lendi deum. Sicut ergo omnes q
nes emergentes de lege & de cultu De
2 ſeruabantur Moyſi determinandę.
omnia quæ ſunt fidei Chriſtianę ſpect
determinationem Papæ. Vnde dicit C
lus in libro theſau. vt membra mane
in capite in noſtro Apoſtolico throno
mano pontifice maneamus, a quo n
eſt querere quid credere, quid tenere
bemus. & Maximus in epiſtola orien
bus miſſa, dicit omnes fines orbis te
dominum ſincere receperunt & vbi
rarum catholici veram fidem confite
in pontificem Romanorum tanquam

Source : BIU Cujas

lem reſpiciunt, & ex ipſo lumine catholicę
& apoſtolicæ fidei recipiunt veritatem, li-
cet enim apud alios forte poſſet eſſe ꝓfun-
dior ſcientia ad iſta decidētia quam in Ro-
manum ponti. deeſt tamen eis poteſtas de
his iudicandi & ſtatuendi, quæ in ſolo Ro-
3 mano pōtifice reſidet vt prędiximus † Cau
te tamen ageret Papa ſi cum de iſtis dubius
articulus occurrit concilium generale face
ret cōgregari, vt cū eius conſilio decideret
ꝙ eſſet tenendū & credendū. Sicut Apoſto
li fecerunt Actu. c. xv. qñ inſurrexit hære-
ſis illorū qui dicebant legem Moyſi ſimul
cum euangelio obſeruandam. Conuenerūt
enim Hieroſolymis videre de verbo hoc.
Simile fuit c. firmiter. de ſumma trini. & c.
damnamus, eo. tit. & c. vnico. eo. ti. lib. vj. &
4 cle. vnica, eo. tit. † Et hoc idem in omni-
bus arduis conſulte eſſet agendum, vt appa
ret quinquageſima diſtinctio. de eo. xcvj. di
ſtinctio. bene quidem. xxxv. quæſtio. quin-
ta ad ſedem. xxxv. quæſtione ix. ꝙ quis in
ęgrum eſt. n. iudicium, ꝙ plurimorum ſen-
tentijs confirmatur, de officio delega. pru-
dentiá in princi. xx. diſt. de quibus. C. de fi-
deicō. l. ſi. eſt enim tanta in hoc Papæ po-
5 teſtas † ꝙ ſi poſsibile foret ꝙ angelus de cœ
lo aliquid contra fidē doceret aut ſentiret,
per papam iudicari & excōicari poſſet vt
probatur ad Galatas j. ca. Sed licet nos aut
angelus de cœlo euāgelizauerit vobis, pręter-
quam ꝙ euangelizauimus vobis, ana-
6 thema ſit. Si tamen contingeret papam er-
rare in his quæ ſunt fidei, tūc damnari poſ-
ſet per concilium generale, vt in c. ſi papa.
xl. diſt. cum glo. & per glo. xv. diſt. ſicut. &
xix. diſt. anaſtaſius. & Innoc. in c. ex parte.
de verb. ſigni. & per doc. in c. in fidei fauo-
rem de hęre. lib. vj. Nec per hoc dicimus in
feriorem dicere ius in ſuperiorem cum pa-
pa ſit maior concilio generali, vt in c. ſigni
ficaſti. de electio. & c. aliorū. & c. nemo. ix.
q. iij. quoniam cum papa incurrit hæreſim,
deſinit eſſe papa, cū non ſit de corpore ec-
cleſiæ, pro quo eſt glo. xxiiij. q. j. acatius. er-
go & multo minus poteſt dici gerere vices
eius qui eſt caput eccleſiæ, & huic ſentētiæ
generalis cōcilij ſtari debet, vtpote quę ve
7 ritatē continet indubitatam. † Nam & ſi
papa poſsit errare in his quæ ſunt fidei. Nā
& legimus aliquos Romanos pontifices hę
reſim incurriſſe, vt patet in d. c. Anaſtaſius.
xix. diſtinctio. c. nunc autem. xxj. diſt. Ta-
men concilium generale in tangentibus fi-
dem errare nō pōt, & de hoc vere intelli-
gitur prædicta authoritas Lucæ. Ego pro
te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua.
Dictum enim eſt ei in perſona totius eccle-
ſię, cui ēt conſonat illud verbum Saluatoris
noſtri. Matthæi. xxviij. Ego. n. vobiſcū ſum
omnibus diebus vſq; ad conſummationem
ſeculi. Non ſiquidem tantū Petro nec duo-
decim apoſtolis dictum intelligitur, cū mor
te finierint dies ſuos, nec vſque in finem ſe-
culi perſeuerauerint, ſed potius vniuerſali
eccleſiæ quæ in finem eſt duratura quæ in
generali concilio repreſentatur, & tāte au-
thoritatis eſt cōcilij determinatio in huiuſ-
modi, quod Euangelium ille nominatur. vt
patet ad Gala. ij. quādo Paulus dixit quod
Petrus non ambulabat ad veritatem Euan
gelij. Id tamē in quo Paulus reprehēdebat
Petrum erat quod ipſe ſe ſubtrahebat ſe a
gentibus nolens manducare de cibis eorū
ſed obſeruabat ritus Iudæorū in cibis pro-
pter timorem Iudæorū qui ſuperuenerant
a Hieroſolymis, hoc tamen non erat contra
aliquod de quatuor Euangelijs, ſed erat cō
tra determinationē concilij generalis, ꝙ ab
apoſtolis fuerat celebratum ſuper huiuſmo
di legalibus non ſeruandis, Actum decimo-
quinto. Ad quod ēt oſtendendum ſola vni-
uerſalis ſynodus loquitur ſub nomine ſpi-
ritus ſancti vt ibi patet. Nam cum in eodē
concilio fieret diffinitio, dictū fuit. placuit
ſpiritu ſancto & nobis, & iſtis verbis poſt-
modum vſa fuerunt generalia concilio quę
in eccleſia vniuerſali fuerunt congregata,
vbi ergo talis aſſeſſor accedit, locus erran-
di non poteſt occurrere. Et ſi contrarium
diceremus nil certum eſſet in fide. Vnuſ-
quiſque enim ſequeretur opinionem ſuam
& fluctuaremus omni vento doctrinę ſicut
paruuli. contra Apoſtolum ad Epheſios.
iiij. vbi ait quod Chriſtus dedit in eccleſia
quoſdam Apoſtolos, alios Prophetas, alios
vero Paſtores & Doctores ad conſumma-
tionem ſanctorum in ædificationem corpo
ris Chriſti, donec occuramus omnes in vni
tatem fidei. & paulo poſt, & iam non ſimus
paruuli fluctuantes, & circunferamur om-
ni vento doctrinę in nequitia & aſtutia ho-
minum ad circunuentionem erroris, qua ſi
velit quod cum fuerimus in fide iſtorum
qui fidem eccleſię repreſentant non fluctua
bimus in doctrina fidei tanquam paruuli.
Sed prædictis videtur obſtare cap. tria. iun-
cto capitu. placuit. xxxvj. quæſtio. ſecunda
& cap. fina. de rapto. vbi apparet quod il-
lud ꝙ circa matrimonium non contrahen-
dum inter raptorem & raptam fuerat erro
neę per cōcilium ſtatutū fuit poſtea emen-



Source : BIU Cujas

datum. Ad hoc tamen ſtat reſponſio,quod
illud non eſt de ſpectantibus ad fidē in qui-
bus obtinet quod prædiximus. Vel aliter
dicendum quod illud non fuerat erronee
ſtatutum,licet eſſet contra teſtimonia vete-
ris legis,vt voluit gloſ.& male in d.c. tria.
Nam cum illud eſſet preceptū iudiciale nō
obligabat in lege noua,ſed fuit correctum,
quia pro hoc tempore ſic fuit viſum legiſla
tori, ſiue quia ſibi placuit quod ſufficit vt
.§.ſed quod princi.inſti.de iure natu.& per
Philoſophum.v.Ethico.Hæc dixi ſubmit-
tens me determinationi ſanctæ matris ec-
8 cleſiæ. †Aut quærimus circa ea quæ iam
ſunt per eccleſiam deciſa, & tunc legatus
ſedis apoſtolice eſt competens iudex vt c.
vt commiſsi.de here.lib.vj.Item epiſcopus
poterit iudicare de quæſtione fidei & con-
tra hæreticos procedere,& et capitulum ſe
de vacante in c.ad abolendam. de hære. in
prin.& etiam inquiſitores per ſedem apo-
ſtolicam deputati in c.per hoc.& ca. vt in-
quiſitionis.de hære. lib.vj.& clemen.j. eo.
9 tit.†Per hoc enim quod Papa deputat in-
quiſitores ſuper hæretica prauitate nō vi-
detur facultatem ſuper his procedendi or-
dinarijs tollere vt in d.c. per hoc. Ex quo
infertur quod per poteſtatem datam dele-
gato ad vniuerſitatem cauſarum non vide-
tur etiā in illis cauſis abdicata poteſtas ab
ordinario.hoc colligitur ex illo tex.iuncta
glo.quæ vult quod inquiſitor hæretice pra
uitatis dr̄ eſſe delegatus ad vniuerſitatē cau
ſarum,ex quo habes optimam limitationē
ad c.ſtuduiſti.de offi.lega.vt non habeat lo
cum in delegato ad vniuerſitatē cauſarum,
pro quo eſt glo.in d.c.per hoc.facit in ſimi-
li quod not.Barto.in l.j.C.de offic. præfec.
10 vrb. vbi tenet quod† licet in ciuitate fiat
vnus officialis ſuper damnis datis vel ſu-
per abundantia,non tamen propter hoc tol
litur iuriſdictio quā habet poteſtas qui ha-
bet vniuerſalē iuriſdictionē, pro quo bene
facit tex.in d.l.j.& in l.fi.iuncta gloſſ.C. de
iuriſd.om.iu.& glo.in c.in galliarum.xxv.
11 q.ij. †Hoc tamen limita verum eſſe quo-
ties vna iuriſdictio ſubalternatur alteri vt
in exemplo prædicto.Si tamen ille ſpecia-
lis iudex eſſet ſuperior generali,vtputa iu-
dex deputatus per ſtatutū ſuper cauſis ap-
pellationum & nullitatum. tunc generalis
iudex non ſe intromittit de ſpeciali. Idem
etiam ſi non ſe habet tanquam ſuperior ſed
tanquā differēs ſpecie,vt eſt iudex inſinua-
tionem.C.de teſt,conſulta diualia.ita deter
12 minat Bal,in l.vnica,ff.de offi,conſu,† Po-
terit tamen cognoſcere de crimine hæreſis
delegatus ab epiſcopo deputatus,aut a.c ſe
de vacante vt in cle.j.§.j.& in clemen.ij.de
hære.Debet tamen talis inquiſitor , ac etiā
delegatus annum quadrageſimum attinge-
re,vt eſt tex.in d.clemen.ij.in princi. cū gl.
ex quo limitatur.c.cum viceſimum. de of-
fic.delega.Idem ſi ſit delegatis a Papa cum
tex.dicte clemen.generaliter loquatur.
13 †Sed an inquiſitor poſsit committere vi-
ces ſuas,ſolutio glo.in d.cle.ij.arguit pro &
cōtra.Finaliter tenet quod ſic per illū tex.
& per tex.in clemen.j.§.porro.eodem titu.
& hanc opinionem tenent cōmuniter doc.
14 †Sed dubiū eſt de vicario generali epi-
ſcopi aut capituli ſede vacante.& dicendū
eſt ſecundum Lapum & Ioā. de Imo.in d.
clemē.j.de hære.quod non poterit ſine ſpe
ciali commiſsione epiſcopi de hoc crimine
cognoſcere per tex.in c.licet de offic. vica.
lib.vj.Eſt autem tam lata epiſcoporum po
teſtas ꝙ contra quoſcunq; ēt quantūcunq;
exēptos poterunt procedere & eos de hoc
crimine condemnare,non obſtante quocū-
que priuilegio exemptionis vt in c.ad abo
15 lendam.§.fi.de hære.†Fallit tamen hoc in
epiſcopis contra quos procedere non poſ-
ſunt inquiſitores,niſi expreſſe hoc ſibi com
mittatur,vt in c.inquiſitores.eo.titu.lib.vj
debent tamen nuntiare Romano pontifici
ſi illi de hoc crimine infamati ſiue ſuſpecti
exiſtant,vt dicit ibi tex.crederem tamē qđ
vbi eſſent ſuſpecti de fuga, carcerari poſ-
ſent,vt ad Papam remitterētur, vt in.§.au-
dien.in authen.de defenſo.ciui. colla.iij.ad
quod faciunt not.per Bartol.in l.magiſtra-
tibus.ff.de iuriſdictio.omnium iudicū. Sed
16 quero iuxta hoc†an ille tex.procedat tan
tum in inquiſitoribus, an etiam locum ſibi
vendicet in ordinarijs de hoc crimine in-
quirentibus.Ego putarem quod tantum in
inquiſitoribus locum habeat,non enim de
bet extendi ad epiſcopum aut ad capitulū
ſede vacante cum de ipſis non loquatur,
nec per hoc quod ſint epiſcopi qui hære-
ſim incurrunt effugiunt iuriſdictionē epi-
ſcopi,in cuius territorio delinquunt. Pro
quo eſt gloſ.in cap.ibi enim.iij. quæſtio.vj.
& in cap.j.de rapto.& per Innoc.in c. cum
inferior.de maiori. & obedien. Vlterius
17 iuxta idem queritur, †an epiſcopus poſsit
procedere contra inquiſitorem, ſi hæreſim
incurrat. Lapus Abb.in dicto capit.inqui-
ſitores.dicit ꝙ non durante officio,niſi cri-
men eſſet adeo notorium quod non requi-
reretur cauſæ cognitio,de fil. presby.que-

Source : BIU Cujas

niam.Idem ſequitur ibi Domi.hæc opinio
poſſet ẽt iuſtificari per ea quæ not.Bar.in l.
fi.ff.de rerũ diui.vbi tenet quod ſi duo ſint
domini inſolidũ alicuius caſtri, & vnus de-
linquat,nõ poterit puniri a condomino,qa
non habet in eum iuriſditionem. Nam par
in parem non habet imperium,de electio.
innotuit.Sed hoc non obſtante ego crederẽ
indiſtincte poſſe dici quod poſsit contra eũ
ſuper huiuſmodi crimine procedere, cum
iſtud ſit delictum per ꝙ perditur iuriſdictio
ipſo iure.Pro quo faciũt no.in prędicta ma-
teria per Bart.in l.qui iuriſdictioni,ff.de iu-
riſdi.om.iudi.in addit.& ponit exemplũ in
crimine læſæ maieſta.C.de digni.l.ſi grada-
tim.& l.quoties,lib.xij.C.de offi.recto.ꝓ-
uin.l.ij.vbi videtur gl.eo ẽt caſu quo delin-
queret in male procedendo in officio,indu-
bie poſſet eum punire,cum ordinarius dele
gatum apoſtolicum male ſe gerentẽ in cau-
ſa ſibi cõmiſſa punire poſsit,ſic tñ ut ex hoc
iuriſdictio eius non impediatur, iuxta not.
per doct.in c.fi.de reſcrip.& per Cynũ &
legiſtas in auth.qua in prouincia.C.vbi de
18 crimine agi oportet. †In proceſſu autem
ſuper hoc crimine faciendo epiſcopi & in-
quiſitores apoſtolice ſedis habent exorta-
tionem a iure in virtute ſancte obedientie,
& ſub interminatione maledictionis eter-
ne,vt cõtra ſuſpectos vel diffamatos de hu-
iuſmodi prauitate diſtricte et prompte pro-
cedant,ſic tñ quod malitioſe & fraudulẽter
hoc nefandum crimen falſo alicui non im-
ponãt,ꝙ ſi odij gratie vel amoris,lucri,aut
commodi temporalis obtentu,contra iuſti-
tiam & conſcientiam ſuam omiſerint cõtra
quemquam procedere vbi fuerit proceden
dum,ſuper huiuſmodi prauitate, aut obten
tu eodem prauitatem ipſam alicui impoſue
rint, ac eum ſuper hoc præſumſerint quo-
quomodo vexare,præter alias pœnas pro
qualitate culpe eis imponendas,Epiſcopus
aut ſuperior ſuſpẽſionis ab officio per trien
nium,alij vero excõicationis ſniam eoipſo
incurrant,a qua quidẽ excõicationis ſnĩa ꝗ
eam incurrerint non ipſi per ſummũ ponti
ficem poterunt(præterquam in mortis arti
culo,& tunc ſatisfactione præmiſſa)abſolu
tionis beneficiũ obtinere,nullo in hac par-
te priuilegio ſuffragante, de quo eſt textus.
19 in cle.j.§.verum,de hære.Inſuper †ſi quis
epiſcopus in expurgando hæreſes de ſua
dioceſi negligens fuerit, vel remiſſus,cũ id
certis indicijs apparuerit,deponẽdus eſt ab
officio epiſcopali, & in locum ipſius alter
ſubſtituendus eſt,qui velit & poſsit hæreti
cam confundere prauitatem. de hære.ex-
communicatus.in fi. Ex quo manifeſte ap-
paret ꝗ̃ damnabiliter & cum quanto ani-
marum ſuarum periculo epiſcopi & alij ad
quos huiuſmodi inquiſitio ſpectat, tam de-
teſtandum facinus perſequi ac punire omit
tant.inferiores autem prælati de hoc crimi
ne ſe intromittere nequeunt, cum ſuperiori
bus præfatis ſit reſeruatum vt prędiximus.
20 Poteſtates autem † ſiue domini tempora-
les, ac eorum officiales de hoc crimine cũ
ſit mere eccleſiaſticum ſe intromittere ne-
queunt vt de eo cognoſcant aut iudicẽt aut
incarceratos ab epiſcopo & inquiſitore a
carcere liberẽt, executionem tñ ſuper hoc
crimine fiendam ſibi a iudicibus eccleſiaſti
cis prędictis iniunctam adimplere non de-
tractent, aut eorum iudicium ſeu ſententiã
directe vel indirecte impedire quoquomo
do non prępſumant.Si quis vero de prędfatis
ſecularibus iudicibus contra prædicta fece
rit, aut præfatis epiſcopo & inquiſitoribus
in prædicto fidei negotio ſe oppoſuerit,ſiue
illud quouis modo impediuerit, & qui ſciẽ-
ter in prędictis dederint auxilium,conſiliũ,
vel fauorem, excõicationis ſententiam in-
currat ipſo iure,quam ſi per annum animo
ſuſtinuerit indurato, ex tunc velut hære-
ticus cõdemnetur,c.vt inquiſitionis.§.fi.de
hære,lib.vj.

## SVMMARIVM.

1 *Ordo quis a iudicibus & inquiſitoribus ſer-
uari debeat in hæreticorum proceſſu.*

2 *Hæreticus bis generaliter monendus eſt vt
ab erroribus deſiſtat antequam ad ſpecia-
lem procedatur inquiſitionem.*

3 *Epiſcopus ſi poßit ſolus ſine inquiſitore &
viceuerſa quid inquiſitor abſq; epiſcopo.*

4 *Epiſcopo ſine inquiſitore non licet contra hæ
reticum diffinitiuam proferre ſententiam,
nec eum diro carceri mancipare, nec tor-
mentis ſubijcere.*

*Limita & declara vt ibi.*

5 *Inquiſitoribus alijſque hæretice prauitatis
cognitoribus interdicitur ne modis illicitis
ab aliquibus pecunias extorqueant, alio-
qui pœna ibi tradita plectentur.*

6 *Pœnæ pecuniarie an quando, & ad quid hæ
reticis imponi poßint.*

Source : BIU Cujas

*7 Inquiſitioni præfecti hæreticis conuerſis pœnas commutare & minuere poſſunt.*

*8 Inquiſitores an poßint eſculenta & poculenta mera liberalitate oblata recipere.*

*Iudicibus an liceat eſculenta & poculenta recipere.*

*9 Delegatus iudex licite poteſt eſculenta & poculenta accipere.*

*10 Hereticus in quo territorio cōueniendus ſit.*

## QVÆSTIO VIII.

1 OCTAVO quero de †ordine qui debet teneri per iu
dices in procedendo contra
hęreticos. Ad quod dicendū
quod in primis clerū & po-
pulum conuocabunt expo-
nendo eis inquiſitionem quam facere intē-
dunt, auxilium quoq; & conſilium & fauo-
rem ab ipſis petent. c. vt commiſsi. in. §. j. de
hære. lib. vj. & ſolent inquiſitores primo ire
ad epiſcopum loci vel vicarium, & oſtende
re eis facultatem & authoritatem ſuam, &
rogare quod congreget clerum. quo congre
gato oſtendunt eis literas & facultatē præ-
dictas ſermonem faciunt, & eorum auxiliū
& fauorem poſtulant. Poſtea ſimile faciunt
cum poteſtate ſiue correctore ciuitatis &
concilio ſiue (vt hiſpanice loquamur) cōſi-
ſtorio. demum conuocant totam cōcionem
populi, & habito ſermone ad populum idē
faciūt vt prædiximus. Poſtea interpolatim
inquiſitor facit ſermones ad populū de fi-
2 de. Et conueniens eſt † quod ad minus due
monitiones præmittantur cōtra omnes hæ-
reticos, vt relictis erroribus ſuis ad fidē ca-
tholicam reuertātur, & ad eccleſiæ gremiū
redeant, quæ tanquam pia mater non clau-
dit gremium redeunti, vt c. ſuper eo. de hę-
re. lib. vj. Et pro his monitionibus ſatisfa-
cit authoritas Apoſtoli ad Titū. iij. vbi di-
cit hæreticum hominem poſt vnam & ſecū
dum admonitionem deuita, ad idem xxiiij.
q. j. quæ dignior & q. iij. dicit apoſtolus. In-
quiſitores etiam ex abundanti conſueuerūt
addere tertiam monitionem vt magis pro-
ceſſu ſuos videantur iuſtificare. In quibus
monitionibus quarum ſingule decē dies cō
tinent monent eos ad conuerſionem, & re-
uertentibus promittunt benignam miſeri-
cordiam. Quibus peractis procedendum eſt
ad inquiſitionem, recipiendo in vnaquaq;
parochia iuramentum a rectore parochia-
li, & ab alijs probis & honeſtis viris, & ſi
illi deponant aliquos de parochia fore hæ-
reticos, aut diffamatos ſiue ſuſpectos, cōſue
uerunt ſecreto eos corā ſe vocare, & ſecre-
to ad conuerſionem monere, & vbi nec ſic
voluerint, proceditur contra eos ſecundum
formam iuris, qui proceſſus determinatur
aperte per tex. in cle. j §. j. de hære. vbi tex.
dicit ꝙ procedendū eſt per dioceſanos epi-
ſcopos, & per inquiſitores a ſede apoſtoli-
3 ca deputatos ſimul conuenientes. † Sunt tñ
quædam quæ poſſunt vnus ſine alio agere
vtpote citare, arreſtare, ſeu capere, ac carce
ri mancipare, etiam ponendo in cōpedibus
vel manicis ferreis, prout ſecundum eum
viderit expedire. Poterit ēt ingrere quiſq;
prædictorū ſine altero contra illos de qui-
4 bus viderit inquirendum, † diro tñ carceri
mancipare ſiue arcto, qui magis ad pœnam
quam ad cuſtodiam videatur, aut tormētis
ſupponere eos contra quos proceditur, aut
diffinitiuā ſententiam ferre contra eos non
poterit epiſcopus ſine inquiſitore, aut inqui
ſitor ſine epiſcopo, aut eius vel capituli ſe-
de vacante ſuper hoc delegato, quod tñ in-
tellige dummodo adinuicem copiam habe-
re valeant infra octo dierum ſpatiū poſtq̃
inuicem ſe requiſiuerint. Si autē conuenire
non potuerunt propter præmiſſa, tunc in-
quiſitor ordinario vel econtra ordinarius
inquiſitori poterit ſuper præmiſsis cōmit-
tere vices ſuas, vel per literas ſignificare ei
dem ſuum conſilium, vel aſſenſum vt dicit
ibi tex. & vt cum maiori puritate & inte-
5 gritate res agatur. † Inhibitum eſt inquiſito-
ribus & tam ipſorum quam epiſcoporū ac
capitulorū ſede vacante delegatis ſiue cō-
miſſarijs, ne pretextu inquiſitionis officij q-
buſuis modis illicitis ab aliquibus pecuniā
extorqueāt, & ſi ſecus fecerint eoipſo ſen-
tentiam excōicationis incurrunt, a qua nō
poſſunt abſolui præterquam in mortis arti-
culo, donec plenariam ſatisfactionem fece
rint his a quibus extorſerunt, a qua ſatisfa-
ctione nullis pactis aut priuilegijs aut re-
miſsionibus poterunt liberari. & ne hoc la
tere poſsit, notarij & officiales dicti officij
necnon fratres & ſocij inquiſitorum ipſorū
& cōmiſſariorū (qui dictos inquiſitores aut
commiſſarios ſecrete pręedicta nouerint cō-
miſs iſſe) ſi indignationē dei & ſedis apoſto
lice offenſam voluerint euitare, grauiter ip
ſos arguere & corrigere ſtudeant in ſecre-
to, ꝙ ſi taliter ea ſciuerint vt probare va-
leant prælatis inquiſitorum & cōmiſſario-

Source : BIU Cujas

rum eorundem ſtudeant nuntiare,vt in cle.
ij.eo.ti.Pondera tñ illum tex.qui nõ loquit
de epiſcopis,vnde licet ipſi ab his debeant
abſtinere non tñ pœna prędicta haberet lo-
cum in illis,cum non ſit expreſſum , voluit
enim dignitati eorum deferre , vt in c.ſane.
lo ij.de offi.deleg.& in c,ij.eod,ti.lib.vj.ita
tenet gl.in d.cle.ij.quam ſequuntur ibi cõ-
muniter docto.Epiſcopus tñ non debet ali
quid habere propter inquiſitionẽ, nec par-
tem aliquam de deputatis inquiſitionis of-
ficio,vt patet in extrauag.Boni.ex eo.§.pe
nul.ita tenet Ioan.An.in c.fi.§.j.de hęre.li.
vj.Conſidera etiam circa idem quod text.
6 †ille prohibet illicitas extorſiones , non tñ
per hoc tollit pœnas pecuniarias applican-
das officio imponi & exigi.ſecundum glo.
ibi, circa ꝙ dicit Matthe.quod bene poſ-
ſunt icnlpatis de hoc crimine imponi pnĩa
in pecunia pro pauperibus vel alijs pijs ope
ribus vt c.accuſatus.§.de quæſtonibus et.§.
ſi vero de hære.li.vj.Refert ẽt fratrẽ Alua-
rum Hiſpanum tenuiſſe quod hanc multã
pecuniariã inquiſitores imponunt quoties
aliqui proferunt verba hæretica,aut luden
do, aut ex ira , aut ex fatua ſimplicitate,&
ignorantia, quæ tñ excuſationem non ha-
bet.Et his caſibus & ſimilibus poſſunt pe-
cuniariter puniri.Nã & eccleſia hoc facit,
xxiij.diſt.q̃q̃.de iude.ad liberandã. de ra-
7 pto.in archiepatu.Item † inquiſitores poſ-
ſunt hæreticis conuerſis pœnas commutare
vel minorare.in c.vt commiſsi. de hære.li.
vj.Nam & alias iudex ex certis cauſis mi-
norat pœnam.ff.de pœ.aut facta.§.fi.Itẽ pro
hoc facit litera,d.cle.ij.a contrario per hoc
enim ꝙ dicit ꝙ modis illicitis non poſſunt
extorquere pecuniã,ergo licitis ſic,de prę-
ſumpt. nonne.xxv.diſt.qualis,ff.de iudi.cũ
prætor.Item quia d.cle.ponit verbum ex-
torqueant ꝙ ſonat in vitium violentie, vel
fraudis,ergo ſecus ſi iuſte condẽnent ſed ca
ueant ſecundum eum ne imburſent quia re
putaret extorſio, ſed dent pauperibus,vel
applicent officio inquiſitionis.in cle.ſtatu-
tum,de elect.de præſumptio,literas.de offi.
ordi.dilectus.Idem per omnia ſequitur do.
Car.in d.cle.ij.& in cle.ad noſtrũ.in fi.eod.
8 ti. Sed quero iuxta prædicta,† vtrum in-
quiſitores poſsint recipere modica exẽnia
quæ conſiſtunt in eſculentis & poculentis
mera liberalitate oblatis quæ paucis poſ-
ſunt conſumi diebus.& veritas huius quæ-
ſtionis pẽdet ab illa, An alij iudices poſsint
iſta recipere.in quo fuit varietas inter doc.
nam gloſ.in l.plebiſcito,ff,de offi,præſi,te-
nuit ꝙ licet olim illud licitum eſſet per d.l.
& per l.ſolẽt.ff.de offi.procon.tñ hodie il-
lud eſt immutatum per iura noua & corre-
ctum.Sed Bart.in d.l.plebiſcitio.poſt Guil.
tenet opinionem contrariã.Sed in authen.
vt iudic.ſine quoquo ſuffra.§.reſcriptũ te-
net opi.d.glo.ꝙ etiã tenet gl.in d.§.& dicit
ꝙ lex plebiſcito.& alia iura q̃ innuunt con
trariũ poſſent habere locũ in defectum ſui
ſalarij,& tunc etiã mediocriter,& a ſponte
dantibus,vt innuit tex.in d.§.& glo.in d.l.
plebiſcito.Prædicta dicit fore vera in iudi-
9 ce ordinario,†ſed iudex delegatus indiſtin
cte poteſt ſecundum eum accipere eſculen-
tum & poculentum ꝙ paucis conſumi poſ-
ſit diebus , dummodo mera liberalitate ſit
oblatum.vt c.ſtatutum.§.inſuper.de reſcri.
lib.vj.& iſtam opinionem ſequitur Bald.in
d.l.ſolent licet non ita plene diſtinguat , &
opi.iſtorum doctorum ſatis eſt cõformis le-
gibus ord.Hiſpanie, quæ indiſtincte prohi-
bent iudicibus ne aliquid a partibus reci-
piant.Adiũgit tñ Bal.ibi quod pro quibuſ-
dam minimis nõ offenditur lex,vt pro vno
pari faſianorum vel pro duabus fialis mal-
uaſie.ff.de condi.& demon.l,quanuis. quia
pro tam paruo iudicis animus nõ flectitur.
Ad quod ẽt ego induco tex c.& ſi quæſtio-
nes. de ſimoni.vbi pro modico voluntarie
oblato in collatione rei ſpiritualis non com
mittitur ſimonia,licet in ſpiritualibus om-
nis traditio & promiſsio ceſſare debeat.
Adde glo.not.xj.q.iij.non licet. Ex quibus
infertur ad deciſionem quæſtionis propoſi
te,quod cum inquiſitoribus & cõmiſſarijs
ſint deputati redditus officij,& ſic in eis mi
litet ea ratio quæ in ordinario , præſertim
quia cum ſint delegati ad vniuerſitatẽ cau-
ſarum.vt not.in c.per hoc.de hære.libr.vj.
naturam ordinariam ſapiunt. ſecundum gl.
de appell.cum cauſam.Idem in eis quod in
10 ordinarijs erit dicendũ. †Vlterius quero
circa præmiſſa in quo territorio ſit hæreti-
cus de hoc crimine conueniendus . Ad hoc
reſpondetur per text.in c.vt commiſsi.§.j.
de hæret.libr.vj.quod in loco vbi hæreſim
incurrit etiam ſi ad aliam iuriſdictionem ſe
conferat.Sed an in loco illo ad quem ſe trã
ſtulit poterit conueniri.Dic quod ſic,vt di-
cit ibi gl.cum ẽt ibidem cẽſeatur delinque-
re hæreſim illam retinendo , facit in ſimili
ꝙ not.Bart.in l.ſi dominium.ff.de fur.& l.ſi
abducta.C.eod.& l.ſed nec legatarius.ff.de
conditi.furti. vbi tenet quod ſi aliquis fecit
furtum Florentie & reperitur Peruſij cum
re ſubtracta , poterit ibi conueniri ſcilicet

Source : BIU Cujas

Perusij. Nam ſicut mutatione dominij naſcitur noua actio furti ad pœnam applicandam parti, ſic mutatione territorij & iuriſdictionis noua naſcitur actio ſiue accuſatio furti ad vindictã publicã per d.l.ſi dñium,

## SVMMARIVM.

1 *Hæreſis crimẽ aduerſus quos intẽtari poſsit.*

2 *Vſuram exercere non eſſe peccatum contendentes hæretici cenſendi ſunt.*

*Contumax in hæreſis cauſa ſi anno in excommunicatione perſiſtat vtpote hæreticus condemnandus eſt.*

3 *Sortilegij & diuinationis crimen non eſt coram inquiſitore pertractandum. latiſsime numero 6.*

4 *Profeſſo religionem deſerente & ad nuptias conuolante an huius criminis cognitio inquiſitori conceſſa ſit.*

5 *Nuptias binas ſi quis contraxerit an huius rei cognitionem habeat inquiſitor.*

6 *Diuinationes & ſortilegia quando dicantur ſapere hæreſim manifeſtam, & quando non. & nu. 10.*

7 *Prænoſcere & pronuntiare de futuris quando liceat, & quando non.*

8 *Demonum diuinationes & reſponſa euitanda ſunt etiam ſi vera prædicent.*

9 *Deus quandoque quæ a demonibut prædicuntur euenire ſinit, vt hominum religionem erga illum tentet ac experiatur.*

11 *Inquiſitoribus an liceat contra iudeos procedere qui chriſtianos in eorum ritus inducunt.*

## QVÆSTIO IX.

1 NONO † quero contra quos poſsit procedi obtẽtu huius criminis. Dicendum eſt quod contra hæreticos, credentes, fautores, & receptatores eorum vt in c. officium. in prin. & c. vt inquiſitionis. in prin. de hære. lib. vj. Qui autem dicantur hęretici, determinat tex. in c. ad abolendam. in princ. eo. ti. in volumine. De quo tñ vide quę late ſcripſi ſupra in j. membro,

2 † Inter cæteros aũt ille qui diceret per[...]
citer quod exercere vſuras non eſt pec[...]
tũ hæreticus iudicaretur in cle. vnica. §[...]
de vſur. Item qui propter contumaciam [...]
cauſa hæreſis excõicatur ſi per annum [...]
excõicatione perſiſtat, eſt velut hæretic[...]
condemnandus. in c. cum cõtumacia. de h[...]
reti. li. vj. Et nedum contra hęreticos proc[...]
di poteſt, verumetiam contra ſuſpectos [...]
infamatos de hæreſi, vt in d. c. vt officiũ [...]
princ. & de hmõi ſuſpitione eſt exempl[...]
caſu. c. fi. de pœ. contra illum qui diu in [...]
cõmunicatione ẽt pro qualicunq; cauſa [...]
3 flicta perſeuerauit, & ſimilibus. † De ſorti[...]
gijs vero & diuinationibus non ſe pos[...]
inquiſitores intromittere, niſi hæreſim [...]
piãt manifeſte, vt c. accuſatus. §. ſane. de h[...]
re. li. vj. Ex his infertur ad qõnem. Quid [...]
4 frater † profeſſus exiuit ordinem & acc[...]
pit vxorem, an inquiſitore hæretice pra[...]
tatis poſsit de hoc cognoſcere. But. in [...]
C. de ſum. trini. diſtinguebat, quia aut acc[...]
pit eam clam & præſumitur dolo ſe hoc f[...]
ciſſe & non per errorem, & ſic contra e[...]
non poterit procedere. Aut accepit pala[...]
& eo caſu nõ præſumit̃ in dolo ſed erro[...]
hoc feciſſe, putans ſibi licere, & quod err[...]
in fide, & ſic cognitio pertinebit ad inquiſi[...]
torem. Idem ſequitur Panor. in c. cũ quid[...]
de iureiuran. & in ſuo conſi. lxviij. infertur
5 etiam ad aliam qõ. An † inquiſitor hære[...]
ce prauitatis poſsit procedere contra illum
qui binas nuptias contraxit, itaq; viuente
prima vxore duxit ſecundã, & Lapus Ab[...]
bas in d. §. ſane. dicit quod fuit conſulen[...]
quod ſic, quia vr̃ committere contra v[...]
de ſacramentis eccleſiæ, & per conſequens
hæreticus eſt habendus. de hære. ad abolen[...]
dam. in prin. Idem ſequitur ibi Dominicus.
Sed ego diſtinguerem vt ſupra proxima [...]
an. ſ. clam vel palam illud fecerit, & p hoc
poteris ad multa ſimilia reſpondere. Vlte[...]
6 rius quero circa præmiſſa an † inquiſitores
præfati procedere poſsint contra diuinato[...]
res & ſortilegos. Ad hoc dicendũ eſt quod
non, niſi hæreſim ſapiant manifeſtã, vt pr[...]
diximus, qñ autẽ dicantur ſapere hæreſim
eſt ſatis difficile diffinire. Sed Oldr. conſ[...]
ccx. volens hoc determinare dicit, quod ſi
quis per inuocationẽ demonis vult aliquid
futurum ſcire, hoc hęreſim ſapit manifeſte,
quia vult demoni attribuere quod ſoli deo
eſt reſeruatum, iuxta illud Eſaiæ xlj. annun[...]
tiate nobis quæ futura ſunt, & dicemus q[...]
dij eſtis vos. Idem tenet Ioan. And. in add.
ad Spe. ti. de ſortileg. & hoc caſu põt inq[...]

Source : BIU Cujas

ſigi tex.xxvj.q.v.epi.in prin.ubi prędictos appellat hæreticos. Non tñ ego crederem hoc eſſe verũ ſic ſimpliciter loquendo. Sed pro veritate huius conſiderandũ eſt, qa futura dupliciter cognoſci poſſunt. Vno quidem modo in ſuis cauſis, alio modo in ſeipſis. Cauſe aũt futurorũ tripliciter ſe habent.
7 Quædam † enim producũt ex neceſsitate, & ſemper ſuos effectus & hmõi effectus futuri per certitudinẽ prænoſci & prænuntiari poſſunt ex conſideratione ſuarũ cauſarũ, ſicut Aſtrologi prænũtiant eclipſes futuras. Quædam vero cauſe producunt ſuos effectus non ex neceſsitate, & ſemper, ſed vt in pluribus, raro tñ deficiũt, & per hmõi cauſas poſſunt præcognoſci effectus futuri, nõ quidem per certitudinem, ſed per quãdam coniecturam, ſicut aſtrologi per conſiderationem ſtellarum quædam prænoſcere & pronuntiare poſſunt de pluuijs & ſiccitatibus, & medici de ſanitate vel morte, quędã vero cauſe ſunt quæ ſi ſecundum ſe conſiderentur habent ſe ad vtrumlibet. ꝙ præcipue vr̃ de potẽtijs rationabilibus quę ſe habent ad oppoſita ſecundum philoſophum & tales effectus vel ẽt ſi quis effectus vt in paucioribus caſu accidunt ex naturalibus cauſis per conſiderationem cauſarum prænoſci non poſſunt, niſi in ſeipſis conſiderentur, homines aũt hmõi effectus in ſeipſos ſolum conſiderare poſſunt dum ſunt præſentes, ſicut cum homo videt ſortẽ currere vel ambulare. Sed cõſiderare hmõi antequam ſiunt eſt proprium Dei, qui ſolus in ſua eternitate videt ea quæ futura ſunt tanꝙ præſentia, & de hoc intelligitur præinducta au thoritas Eſaię. Annuntiate nobis &c. Si qs vero hmõi futura prænoſcere aut prænuntiare quoquo modo præſumpſerit, niſi Deo reuelante, manifeſte vſurpat ſibi quod Dei eſt. Hæc ponit S. Tho. ij. ij. q. xcv. artic. j. de quo ẽt vide eundẽ ij. ij. q. clxxij. arti. j. cum agit de prophetia. & in ſumma contra gentiles lib. iij. c. cliij. vbi ſubiungit quod mali gni ſpiritus veritatem fidei corrũpere molientes ſicut abutuntur operationẽ miraculorum vt errorem inducant hominibus, & argumentum vere fidei debilitent, nõ tamẽ vere miracula faciendo, ſed ea quę hominibus miraculoſa apparent, ita ẽt abutuntur prophetica pręnuntiatione, non quidẽ vere prophetando, ſed prænuntiando aliqua ſecundum ordinẽ cauſarum hmõi occultarũ, vt videantur futura prænoſcere in ſeipſis quod hominibus perſuadẽt qui occultas rerum cauſas non cognoſcunt. Prędicti ſiquidem ſpiritus ſub[illegible]tate intellectus ſui magis poſſunt cognoſcere quam homines qũo & qualiter effectus naturalium cauſarũ impediri põt, & cauſas effectus aliquos occulte producentes, & ideo in prænuntiando futura mirabiliores & veraciores apparent quam homines quantumcũq; ſcientes, hæc ille. pro quibus allego bonum tex. xxvj. q. v. ſciendum vnde quidam aſtrologi qui homines diuinos ſe gentibus oſtentare volũt, cum videant quod principia illius ſcientie de futuris actibus hominum qui ex arbitrij libertate procedunt aliquod certum ſeu firmum determinare nõ valent, cũ enim intellectus aut ratio non eſt corpus nec actus organi corporei, & per conſequens nec volũtas quæ eſt in ratione vt patet per Philoſophum tertio de anima. Nullum aũt corpus poteſt imprimere in rem incorpoream ex quo ſequitur quod impoſsibile eſt corpora cœleſtia directe imprimere in intellectũ & voluntatem, ſed tm̃ indirecte in quibuſdam beſtialibus hominibus qui rationẽ & intellectum ſubijciunt appetitui ſenſitiuo hmõi vani homines & inſani recurrunt ad demones, a quibus per quædã occulta pacta multa de futuris intelligunt. Vnde Auguſtin. ſecundo ſuper Gene. ad literam dicit fatendũ eſt qũo a Mathematicis vera dicunt inſtinctu quodã occultiſsimo dici quod neſcientes humane mentes patiuntur. quod tamen ad decipiendos homines fit ſpirituum immundorum, & ſeductorum operatione, qui quædam vera de temporalibus rebus noſſe permittuntur. Vnde cõcludit, Quapropter bono Chriſtiano ſiue Mathematici ſiue qui libet impie diuinantes (& maxime dicẽtes vera) cauendi ſunt ne conſortio demoniorꝝ animam deceptam pacto quodã ſocietatis irretiant, & pondera illud quod Auguſti. di
8 cit † illos diuinantes qui vera dicunt, maxime fore vitandos. Demon enim qui intẽdit perditionem hominũ, & iuxta apoſtoli Petri vocem, Tanquam Leo rugiens circuit quærẽs quem deuoret, Sepiſsime in ſuis reſpõſis vera dicit, vt homines aſſuefaciat ad hoc vt ei credatur. Vnde Athanaſius exponeus illud quod habetur Luc. iiij. Increpauit illum dicens Obmuteſce dicit quanuis vera fateretur demon, compeſcebat tamen Chriſtus eius ſermonem, ne ſimul cum veritate ẽt ſuam iniquitatem promulget, vt nos etiam aſſuefaciat ne curemus de talibus, ẽt ſi vera loqui videantur. Nephas enim eſt vt cum aſsit nobis ſcriptura diuina a diabo
9 lo inſtruamur. Interdum † ẽt deus remittit

Source : BIU Cujas

ea quæ a demonibus prædicuntur euenire, vt ipſi qui hoc audiunt & vident probent, & appareat quali fide ſunt vel deuotione erga deum, ſicut in Deute. legitur. Moyſes, ex præcepto dñi populo præcepiſſe dicẽs, Si ſurrexerit ĩ medio tui Propheta, aut qui dicat ſomniũ ſe vidiſſe & prædixerit ſignũ atq; portẽtum, & venerit quod locutus eſt, non audies verba Prophete aut ſomniatoris, quia tentat vos dñs deus veſter, vt palã fiat utrum diligatis eum an non. in c. nec mirum. xxvj. q. v. qui eſt tex. Auguſtini. Similiter quoq; demones ſe habent in operationibus. Operantur enim quędam ſecundum ordinem naturalẽ, cum propter ſubtilitatẽ ingenij ſui, naturas rerũ occultas ſciant, quę hominibus propter groſsitiem ingenij miraculoſa videntur, eo quod illorũ cauſas non attingũt, non tñ demones præter nature ordinẽ quicquã efficere poſſunt, de quo optimus tex. Auguſtini in d. c. nec mirũ.

10 † Quibus præmiſsis quo ad qõ. propoſitam vr̃ dicendum, quod ſi quis inuocãs demones vel ſortilegia aut diuinationes exercens, credit demones aliqua de futuris ſcire, ad quorũ cognitionem non pertingunt, aut in operabilibus credit eorũ virtutẽ ad aliqua ſe extendere, ad quę ſecundũ rei veritatẽ ſe non extendit, hmõi error cum pertinacia hæreſim induceret, Et ſic ĩtelligo tex. in d. c. epi. ad quod ẽt bonus tex. ea. cauſa. q. vij. nõ obſeruetis. quod ſatis aperte dñs inſinuare voluit Deuter. xviij. vbi inter abominationes gentilium prædicta maleficia & ſortilegia connumerauit. Si vero iſta credulitas falſa ceſſaret, licet res ſit valde illicita, non tñ hęreſim ſaperet, cum diſceſſum a fide nõ haberet, in quo ratio hæreſis cõſiſtit, vt ex ſuperioribus patet. Ex quibus manifeſte deprehenditur quam magnũ inſtet periculum his qui ad has vanitates & inſanias falſas ſe cõuertunt. Ex hmõi ẽt damnanda cum demonibus ſocietate deteſtabile idolatrie ſcelus ſepiſsime incurritur. Demõ enim ſuperbie caput, ſummopere ab hominibus adorari deſiderat, vt patet Matthei iiij. Vnde quibuſdam auidiſsime his vanitatibus deditis taliter perſuadet, & talibus modis eos allicit, vt ſacrificium vel reuerentiam ei exhibeant. Cõtra quos dicitur Eſaiæ xxviij. Dixiſtis percuſsimus fedus cum morte et cum inferno fecimus pactum, & in ſumma qui talibus ſocijs ſe ĩmiſcet non valet illeſus euadere.

11 Vlterius, quero, † an inquiſitores præfati poſsint procedere cõtra Iudeos, qui inducunt chriſtianos ad eorum ritum, aut eos defendunt, occultant & fouent in dictis erroribus. & dicendum eſt quod ſic. ſecũdum Oldr. conſ. xxxvj. Idem tenet Io. And. in c. contra chriſtianos. de hære. lib. vj. in nouel. quod dicit ex extrauag. Grego. & clemen. clare patere. quæ quidẽ extrauag. reſeruatæ ſunt in ſuo vigore p c. ſi. in prin. eo. ti. & lib.

## SVMMARIVM.

1 *Quibus vijs & modis ad hæreticorum punitionem procedatur.*

2 *Accuſatio inſtituenda eſt ex iuſtitie & caritatis Zelo, non cauſa vindicte.*

3 *Laicus clericum regulariter accuſare nõ poteſt, fallit in crimine hæreſis.*

4 *Accuſatorem quamuis in publicum prodire accuſationi inſcribere deceat, in crimine tamen hæreſis ſi ob accuſati potentiã periculum immineat epiſcopi eſt prouidere ne accuſantis nomen publicetur.*

5 *Inquiſitionis aduerſus hæreticum quæ forma ſit.*

6 *Denuntiationis aduerſum hæreticos quæ forma ſit.*

7 *Denuntiatio nequaquam fieri debet ſi crimen ita occultum ſit vt probari nequeat, & epiſcopo contrarium mandanti minime obediendum eſt. & nu. 8.*

9 *Monitiones generales in eccleſijs fieri ſolite, vt ſub excommunicationis pœna ſcientes aliqua delicta ea propolare habeant an & quatenus ſtringant.*

## QVÆSTIO X.

1 DECIMO quero, quibus † modis procedi poſsit contra hæreticos ad puniendũ eos de hæreſi. Ad quod dicẽdum quod tribus modis, ſcilicet accuſando, inquirẽdo, & denuntiando, adde & quartũ ſcilicet per viam notorij. De primis tribus eſt tex. de accuſa. ſuper his. in prin. & c. licet hely. de ſimo. De vltimo eſt text. in d. c. licet hely. Pro euidentia primi aduerte quod & ſi accuſationis genus illaudabilis intentionis eſſe dicatur, vt c. ſi quis eps̃. ij. q. vij. de quo per gl. ij. q. vj. c. decreto, Illud tñ debet intel

Source : BIU Cujas

ligi quo ad vulgi opinionē, alias enim præ-
ſumitur quis bono zelo accuſare, de dolo
2 & contu. veritatis.† Ex caritate enim de-
bet accuſatio prouenire. de accuſa. ſi qs epi
ſcopus. & nō zelo vindicte priuate aut odij
perſonalis, eo. ti. accuſaſti. et qui accuſat, pu
blice ſalutis cuſtodiam gerit, C. de famo. li-
bel. l. vna. Pro quo vide bonam gl. in d. c. ſi
quis epiſcopus, ij. q. vij. & ſi in omni crimi-
ne hoc ꝓcedat, a fortiori in huiuſmodi cri-
mine hæreſis, quod grauiſsimum eſt, vt ex
ſuperioribus patet, cum etiā in opprobriū
Dei cedat, cuius opprobria diſsimulare nō
debemus, quia ipſe noſtra deleuit. vt in c. in
3 nonnullis, de iude.† Et licet regulariter lai
cus clericum accuſare nō poſsit. vt in c. j. &
ij. et ſi quaſi per totum, ij. q. vij. et de accuſa. c.
cum. p. Tñ fallit hoc in crimine hæreſis vt
voluit glo. ij. q. vij. in ſum. Eſt & aliud ſpe-
ciale in hoc quod regulariter nō poteſt re-
cedi ab obedientia prælati inſtituta accuſa-
tione aut iudicio cōtra illum. viij. q. iiij nō-
ne. Fallit tñ in hoc crimine, nam etiam ante
inſtitutam accuſationē recedi poteſt a præ-
lato hęretico, iuxta gl. c. ſacerdotes. ij. q. vij.
4 & ca. cum non liceat, de præſcrip.† Eſt etiā
& aliud, quod quanquā in alijs criminibus
accuſatur in publicum prodire debeat, iij.
q. ix. c. non oportet, & c. habetur. & inſcri-
ptionem facere, vt l. libellorum. ff. de accu.
& l. qui crimen. C. qui accuſ. nō poſ. & l. pe.
C. de accu. & c. ſuper his. eo. ti. & c. licet. he-
li. de ſimo. & ſimilem carceris cuſtodiā ſubi
re. C. eo. l. ſi. ſpeciale tñ eſt in hoc crimine ꝙ
vbi propter potentiam perſonarum contra
quas proceditur, videant epiſcopus, vel in-
quiſitores graue periculū imminere, ſi con-
tingat fieri publicationem nominū eorum
qui accuſant procedi poterit eorum nomi-
nibus ſub ſecreto ſeruatis, vt in c. fin. §. iu-
bemus. de hære. lib. vj. ſeruata forma illius.
c. Adde etiam ꝙ hæreticus hæreticum ac-
cuſare. poteſt, ij. q. vij. ſi hæreticus. & per gl.
xxiij. qō. iiij. ipſa pietas. ꝙ in hoc crimine
ſpeciale eſt, cum alias regulariter crimino-
ſus criminoſum accuſare nō poſsit iij. q. vij.
c. qui ſiue, & c. paſtoralis, & de accuſa, c. j.
5 Quo autē ad † inquiſitionis ordinem ſi ſpe-
cialiter cōtra aliquem infamiatū de hoc cri
mine procedatur, procedendū eſt iuxta for-
mam, c. qualiter. lo ij. §. debet. de accu. Si au
tem generalis inquiſitio fiat in ciuitate, vel
dioceſi, tunc ex teſtibus in illa generali in-
quiſitione examinatis etiam ſi ſufficienter
contra aliquem deponant, non poterit ille
condēnari, ſed oportet ꝙ eo nominatim vo

cato & data ſibi copia defenſionis cōtra eū
procedatur, & iterū probationes ſufficien-
tes fiant vt voluit Innoc. de electio. bone. lo
primo, & Specu. in titu. de no. cri. in princi.
immo ex talibus probationibus in genera-
li inquiſitione habitis, adhuc ad torturam
non poſſet procedi, iuxta doctrinam Bar. in
6 l. fina. ff. de quæſtio.† Quantum autem ad
denuntiationem dicendum eſt ꝙ præcede-
re debet euangelica monitio, iuxta illud
euāgelij. Si peccauerit in te frater tuus &c.
ij. q. j. ſi peccauerit. de iudi. nouit. & qui hāc
monitionem non præmitteret, a denuntia-
tione repelleretur. de accuſa. c. ij. & c. quali
ter. lo ſecundo & c. ſuper his. hoc tamen li-
mita verum cum peccatum eſſet occultum,
ſecus autem ſi publicum. Nam eo caſu præ
monitio non requiritur, ſecundū illud Apo
ſtoli. j. ad Timo. v. Peccantem coram om-
nibus argue, vt cæteri timorem habeant.
quod intelligitur de peccatis publicis, vt
dicit Auguſt. in lib. de verbis domini. Itē in
hęreſi occulta vbi poſſet imminere pericu
lū in dilatione. vt quia eſt aliquis hęreticus
occultus, qui priuatim hoīes a fide auertit.
Aut ſit tractatus occultus quomodo ciuitas
tradatur hoſtibus, quod etiam celerimum
exoptat remedium. His caſibus alio ēt non
expectato ſtatim procedendum eſt ad denū
tiationem, niſi forte aliquis firmiter eſtima-
ret quod ſtatim per ſecretam admonitionē
huiuſmodi mala poſſet impedire vt dicit
ſanctus Thom. ſecunda ſecundæ q. xxxiij.
7 articu. vij. & iiij. ſenten. diſtin. xix.† Gene-
rale tamen eſt in omnibus denuntiationi-
bus, ꝙ ſi crimen eſt adeo occultiſsimum ꝙ
nequeat probari, non habet locum huius
denuntiatio, intantum ꝙ etiam ſi prælatus
contrarium mandaret non eſſet ſibi in hoc
obediendum, cum ſit contra pręceptum do
mini, qui delicta fratrum occulta noluit re-
uelari, immo eo caſu peccaret pręcipiens et
obediens. Obedire enim oportet Deo ma-
gis quam hominibus, iuxta illud Actuum
quinto, & ſi generaliter prælatus præcipe-
ret vt ſibi dicatur quod quis ſciuerit corri
gendum. intelligendum eſt ſane illud præ-
ceptū, ſcilicet ſaluo ordine iuris, & fraterne
correctionis, quia tamen medicus corpora-
lis ſanitatem egroto confert ſi poteſt ſine
alicuius membri abſciſsione. Si autem non
poteſt, abſcindit membrū minus neceſſariū,
vt vita totius conſeruet. Sic & medicus ſpi
ritualis agere debet, ſi enim pōt emendare
fratrem quantū ad cōſcientiam ſalua fama
& illeſa, illud faciat ut prędictū eſt, ſi tñ hoc

Source : BIU Cujas

non poteſt tunc quia conſcientia præferen da eſt famę, voluit dñs vt ẽt cum diſpendio famę conſcientia fratris per publicã denun tiationẽ a peccato liberetur, vbi tñ de oc cultis aliqua indicia apparerent, puta ꝑ in famiam vel per alias ſuſpitiones, poſſet prę latus præcipere iſta ſibi reuelari eo modo ſicut & iudex inquirit contra infamatum, quia iam illud non eſt omnino occultũ, nec ab hoc deuiat id quod in capitulis religio ſorum fit, vbi ẽt ſine aliqua præambula mo nitione denuntiantur ſecreta proximi deli cta. Nam illa ſunt de aliquibus leuibus, quę famę non derogant, & ſi eſſent talia de qui bus frater infamaretur contra præceptum domini faceret, qui per hunc modum pec catum fratris publicaret. quod eſt intelligẽ dum modo prædicto. Iſta ſunt de mente ſan cti Thome ſecunda ſecunde q.xxxiij.arti. vij. & iiij. ſententia. diſtinctio.xix. tenet & idem dicẽs etiam in peccato omnino occul to regulã euangelij locum habere, & indu cit quod Auguſti. in regula dicit. Innocẽtes non eſtis, ſi fratres veſtros quos iudicando corrigere poteſtis tacendo perire permit tatis. nec ex hoc aliquis efficitur proditor criminis, quia non manifeſtat crimen ad in famandum ſed ad corrigendum. Sed Ioan.

8 An. in c. nouit. de iudi. tenet quod in † pecca to omnino occulto taliter quod probari non poteſt, non habeat locum hæc denun tiatio. talia enim omnino occulta diuino iu ditio ſunt relinquẽda vj.q.j. ſi omnia. & hoc videtur voluiſſe gl. in d.c. ſi peccauerit. Sed Panor. ibi dicit quod ſtante hoc ſecreto, li cet in publicum non debeat res produci, pro quo videtur mihi bonus tex. in d.c. ſi peccauerit. & ibi glo. debet tñ fieri diligẽs exhortatio & fraterna admonitio erga ip ſum in ſecreto ut ſe emẽdet, vt dicit ibi tex. & adhuc ſi oportuerit poterit hoc ſignifi care presbytero ſuo aut pręlato in ſecreto, qui monendo & orando poterit prodeſſe et non obeſſe. Pro quo bonus tex. xxij. qõ. v. hoc videtur. Et quia S. Tho. tenuit contra rium vbi ſupra. Ad motiua ſua ſtat reſpon ſio quod debent intelligi modo prędicto. & ad prædicta multum facit tex. in clem. ij. de hære. vbi probatur quod delictũ quod pro bari non poteſt non debet iudici denuntia ri. Ad idem induco etiam tex. in c. qualiter lo j. de accuſa. in fi. vbi iudex qui generali ter inquirit ſuper ſtatu eccleſiæ non debet ad occulta reuelãda aſtringere teſtes in in quiſitione deponẽtes. Pertinet enim ad de bitum caritatis crimẽ fratris celare de offi. ordi. ſi ſacerdos. j. q. j. Chriſtus quid fecit eo præcipue, quia cum res eo modo eſt occul tiſsima, iudicialis authoritas nil ꝓdeſſe po teſt, cũ nec probationibus iſte cõuici queat, nec ſubijci torture, vt inuitus confiteať. Ex

9 quo iudicia non præcedunt. † Et ex his in ferť ad iſtas generales monitiones quę fiunt in eccleſijs a iudicibus ſub pœna excom municationis, vt ſcientes furta vel alia deli cta huiuſmodi debeant reuelare. per prędi cta enim colligere poteris qualiter ille ſint intelligende, & quõ, & ad quid aſtringant.

## SVMMARIVM.

1 *Citatio hæreticorum qualiter, quando, quæ, & a quibus fiat.*

2 *Relapſus ſeculari iudici protinus nulla au dientia ei præſtita tradendus eſt.*
*Relapſus quis dicatur.*

3 *Diſpoſitio exceptionum excluſiua ſuper cer ta qualitate fundata, exceptiones illi qua litati detrahentes nequaquam excludere videtur.*

4 *Capitali crimine impetitus regulariter ad corpus capi & carceri mancipari poteſt, & qua forma ad capturam procedatur.*

5 *Mulieres cum maſculis in eodem carcere tru di minime debent, ſed ſeparatim incarce randi ſunt.*

6 *Dominus caſtri a præfectis inquiſitioni re quiſitus, an cogatur hæreticum in ſuo ter ritorio manentem verbaliter citatum & illis tradere.*

7 *Quid in alijs criminibus.*

8 *Hæreticus cuius expenſis ad inquiſitores re mittendus ſit.*

9 *Delegatus ab epiſcopo vel capitulo vacante ſede aut etiam ab inquiſitore an poßit hæ reticum perſonaliter capere latiſ.*

10 *Carcerum quatuor ſpecies hic recitantur.*

11 *Cuſtodibus carcerum hæreticorum quis im penſas ſubminiſtret.*

12 *Iudex in carceribus quempiam iniuſte deti nens, in id quod carcerati intereſt obno xius ſit.*

13 *Carceratis ob hæreſim quis alimenta ſup peditare debeat.*

Hæreticus

Source : BIU Cujas

14 *Hæreticus reſiſtens miniſtro eũ iudicis iuſſu incarcerare volenti impune occidi poteſt in tali conflictu reſiſtentie.*
15 *Hæreticus ad eccleſiam confugiens an gaudeat immunitate.*
16 *Epiſcopo an liceat armatos miniſtros habere pro ſue iuriſdictionis executione.*
17 *Brachij ſecularis auxilium ab epiſcopo pro iuſtitie executione implorari poteſt.*
18 *Gladij temporalis exercitium eccleſiæ denegatum eſſe quomodo intelligatur.*

## QVÆSTIO XI.

1 VNDECIMO quero de †citatione hęreticorum.Et
pro huius euidentia eſt di-
ſtinguendum,quia aut que-
rimus de citatione verbali.
Aut de citatione reali. Pri-
mo caſu citãdus eſt qui de hoc crimine im-
peditur quacũq; via procedatur contra eũ,
vt habeat copiam ſe defendendi,cum enim
defenſio ſit de iure naturali. vt in cle.paſto
ralis.§.cæterũ.de re iudi. nemini denegan-
da eſt quantũcunq; excommunicato & cri-
2 minoſo.de excep.cum inter.& c.fi. †Si tñ
eſſet hæreticus relapſus ſine aliqua audien
tia eſſet iudicio ſeculari relinquendus, de
hęreti.ad abolendam.§.illos.& c.ſuper eo.
eod.tit.lib.vj.Quis aũt dicatur relapſos.vi-
de pulchrum tex.c.accuſatus.eo. titu.& li.
Ego tamẽ putarem quod licet relapſus nõ
debeat audiri ſuper crimine vt in dictis iu-
ribus ſi tamen vult excuſare ſe relapſum
3 fore bene eſſet audiendus. Nam† cũ diſpo-
ſitio excludens exceptiones fundatur ſu-
per certa qualitate,non vr̃ excludere exce
ptiones detrahentes illi qualitati vt voluit
gloſ.c.cupientes.§.quod ſi per xx. de elect.
lib.vj.& cle.vnica.de ſequeſt.po.& fruc.&
Bar.in l.j.§.parui refert. quod vi aut clam.
Sic in propoſito eſt dicendum vt cũ illa iu
ra ſe fundent ſuper relapſu, non videantur
tollere defenſionem,quo ad hoc ꝙ iſte poſ-
ſet dicere ſe non relapſum, & hanc citatio-
nẽ poterunt. epiſcopi & inquiſitores nedũ
per ſe ſed per alios facere vt in c.vt cõmiſ-
ſi.in prin de hære.lib. vj. Aut querimus de
citatione reali hoc eſt per capturam perſo
ne,& ſimiliter illam facere poſſunt, & tam
verbalem quam hanc realẽ citationes epi-
ſcopus ſine inquiſitore & inquiſitor ſine
epiſcopo facere poterit, de hęreti.cle.j.§.j
4 †Regulare enim eſt quod cõuentus ſuper
crimine capi poteſt perſonaliter & incarce
rari & præſertim quando delictum eſt ma-
ximum,ſicut hæreſis. de qua materia vide
late per Bar.in l.fi.ff.ad l.iul. pecu. & in l.
j.ff.de cuſto.reorum.& in hac captura ſer-
uatur de more iſta practica,ꝙ informatio-
ne præhabita per iudicem de maleficio, &
malefactore,ſine alia citatione verbali præ
cedente,mittunt ad capiendũ reũ ſi crimen
ſit enorme cuiuſmodi eſt iſtud & hoc ne fu
gam arripiat conſcius de crimine. ita dicit
Saly.in l.ij.C.de exhi. & intro.re. quod di-
cit probari per illum tex.præſertim iuncta
gloſ. & licet iſta modeſtia incarcerando ſit
ſeruanda vt nemo ſit de domo ſua trahen-
dus ad carcerem.vt l.nemo de domo.ff. de
re.iu.& l.plerique.ff.de in ius vo. Hoc ta-
men procedit in ciuili,non tamen in crimi-
5 nali,iuxta glo.in d.l.nemo. †Seruandum
tñ eſt quod mulieres non ponãtur in eodẽ
carcere cum maſculis, ſed ad partẽ in alio
carcere,quia periculoſa eſt ſexuum cõmix
tio,vt in l.qm̃.& auc.nouo iure.C.de cuſto.
reo.& in auth.vt nulli iudi.§.ſi vero. colũ.
ix.quod procedit nedum in carcere deputa
to ad cuſtodiã, ſed ẽt deputato ad pœnam
iuxta formam c.pen.de hæred.& c.quãuis.
de pœnis.lib.vj.ita tenet glo.in d.c.quam-
6 uis.† Et de forma quæ debet teneri in hu-
iuſmodi carceribus hæreticalibus,& de cu
ſtodibus adhibẽdis,& ſubſtitutis ab eis, &
de iuramẽto quod per eos præſtandum eſt,
& qualiter diuerſas claues debeãt carceri
adhibere, & modo miniſtrandi neceſſaria
carceratis,vide text.not.in d.clemen.j.§.j.
7 de hæreti. Sed pone quod† in caſtro ſiue
territorio alicuius domini tẽporalis hęreti-
cus manet,& citatus verbaliter per inquiſi
tores non vult corã eis cõparere, an domi-
nus caſtri teneatur eũ in manibus inquiſito
rũ ponere ſi ſit ab eis requiſitus. Ad hoc
dicas qđ ſic, pro quo eſt text. apertus.c.vt
inquiſitionis in princ.de hære.lib.vj.Quid
aũt ſit in alijs criminibus,vide Bald. in vſi.
feu.ti.de pace tenẽ.§.ſi iudex.vbi dicit ꝙ ſi
eſt ſuus ſubditus nõ tenetur eũ tradere,ſe-
cus aũt ſi alienus eſt ſubditus, in quo tamẽ
examinando non inſiſto quia nõ eſt præſen
8 tis ſpeculationis.† Sed cuius expẽ. erit re-
mittẽdus.Bal.vbi ſupra tenet quod ſi aliqs
priuatus ꝓ ſuo intereſſe hoc petit, fiet ex-
penſis petentis.vt l.cum ſæpe.C.de ero.mi-
li.anno.li.x.Si aũt iudex ex officio hoc pe-
tat tunc expen.publicis illius terre ad quã



Source : BIU Cujas

ſit remiſsio,argu.l. mulier ops.ff. de capti. & poſtlimi.reuer.Ego tamẽ putarem quod in crimine hæreſis ſi officium ſufficeret ex redditibus illius eſſent ſiẽde. Sed iuxta prę
9 dicta quero, †an delegatus ab epiſcopo, vel c.ſæde vacante aut ab inquiſitore poſſit hanc perſonalem capturam facere,& videretur quod non,quia delegatus non poteſt citare perſonaliter vt voluit gloſſ. in l. conſentaneum,C. quomodo & quando iudex.Sed glo.in l.ij.ff.de iuriſdi.om.iudi. dicebat quod delegatus principis hoc poteſt, ſecus autem in delegato inferioris a principe qui hoc non poteſt ante lit.conteſta. ſed bene carcere poteſt poſt lit. conteſta. Sed Bar.ibi.& in d.l.plerique.tenet delegatum inferioris a principe nequaquã hoc facere poſſe,per text.in authen. de teſti.§.ſi vero. ignoti,vbi delegatus non poteſt cohercere teſtes & eos torquere. Non obſtat ſecundũ eum,tex.in authẽ.de exhiben. rei.§.ſi vero etiam,vbi dr̃ quod delegatus nõ poteſt aliquid facere,quia lis non eſt conteſta. quaſi innuat quod poſt litem cõteſta.poſſet, quia non vult hoc dicere, ſed debet intelligi qđ ſi lis eſſet conteſtata poſſet deueniri ad ſententiam etiam abſente reo,& ſic poſſet aliquid facere. per quæ videretur quod cum delegati prædicti de quibus in quæſtione propoſita ſint inferiores a principe,nõ poſſet hmõi capturam perſonalẽ facere.cõtrarium tamẽ ego teneo. pro quo inducto tex. expreſſum in d.cle.j.§.j.de hære.vbi aperte hoc probatur,hoc ẽt probari poteſt quia ea ratione qua iſtud venit in generali delegatione facta per principẽ,vt patet in præcedẽtibus, ſcilicet quia princeps poteſt iſta committere quę ſunt meri imperij,& videtur commiſiſſe tanquã ſine quibus illuſoria videretur iuriſdi.delegati, videtur idem dicendum in prædictis inferioribus de iure canonico,ſecũdum ꝙ ea quæ ſunt meri imperij ſunt delegabilia.de offi.ordi.quod ſedem.& de rapto.in archiepiſcopatu.cum ſimi. Et ex dicta cle. probatur quod ille qui habet iuriſdictionẽ in crimine, poteſt carcerẽ conſtituere pro cuſtodiendo criminoſos. Sed pro veritate huius eſt aduertendum
10 quod†quadruplex eſt carcer. Primus eſt perpetue pœnę & huiuſmodi carceratio eſt meri imperij, quia illa pœna æquiparatur morti.vt not.Inno.de accu.qualiter.ij.Secũdus carcer eſt modice cohertionis, vt cum iudex facit poni nuntios in cippis, & iſte carcer eſt meri imperi, ſed minimi. de quo poteſt intelligi.l.ij.C.de ſportu. ga iſte carcer adhibetur quia forte nuntius conteþſi. iuriſdictionẽ iudicis. Tertius eſt carcer cuſtodie, & eſt eiuſdẽ ſpeciei cuius eſt cauſa principalis,ſecundum Guil.& Bal. in l.imperium.ff.de iuriſdi.om. iudi. vnde ſi cauſa eſt pecuniaria,eſt iuriſdictionis.ſi ſit criminalis,eſt meri imperij. Quartus eſt carcer domeſticus qui non eſt licitus niſi in caſibus expreſsis in iure.ff. de offic. præſid.l. diuus.& iſte carcer non eſt ſub aliqua ſpecie iuriſdictionis quia competit priuato, vt voluit Bal.in d.l.imperium. ex quibus concludere poteſt quod ille qui licite põt carcerare(quod quomodo ſit ex prædictis colligitur)poterit carcerẽ conſtituere, & per cõtrarium qui non poteſt carcerare, nõ poterit cõſtituere carceres. & de hac materia multiplicis carceris vide eundem Bald. in auth.ſi captiui.C.de epiſ.& cle. Vlterius
11 quero†quis prouidebit de expenſis cuſtodibus carcerum prędictorũ.Solutio.hoc determinatur per tex.dicte clemen.j.§.ſane.ſ. quod epiſcopus prouidebit cuſtodi deputato per ipſum.& intellige de ſuis redditibus non de parte prouentuum inquiſitionis officio deputata,vt in extrauag.Benedicti ex eo.§.verũ ita tenet glo. in d.clemen. & inquiſitor ſimiliter prouidebit illi quem ipſe deputabit, ſcilicet de prouentibus deputatis officio,vt in d.glo.ex quo patet ſecundũ Zenonem ibi, quod carceratus non prouidebit cuſtodibus,quod dicit nõ eſſe dubiũ in deputatis ad perpetuos carceres.quia tales ſunt priuati bonis. facit lex cum ſæpe. C.de eroga.milita.annone.lib.xij. Idẽ tenet ibi Matheſila.tu dicas in cauſa hæreſis nullũ fore dubium per iſtum tex.in alijs autẽ dicunt Matheſila.& Io.de Imo. ſeruandã eſſe conſuetudinem qua ceſſante glof. in d. l.cum ſæpe.dicit quod ſeruari debet expenſis eius qui illum facit cuſtodiri. illas ꝗ tamẽ poſtea reſarciet cuſtoditus, & ſic ſeruatur, Hoc ego limitarẽ vbi iſti cuſtodes non eſſent ſalariati de publico.Nã tunc nihil poſſent a partibus petere. pro quo facit text. optimus in argu. in l.archiatris.C. de profeſſori.& medi.lib.x.& no.in ſimili per In
12 nocentiũ. in c.j.de poſtula. †& vbi aliquis carceraretur iniuſte iudex qui iniuſte fecit eum detineri tenetur ei ad intereſſe, iuxta doctrinam glo.& Bal.in l.ij.§.fin.ff. ſi quis
13 cautio. †Quis autem prouidebit carceratis,& circa crimen hæreſis dicas quod epiſcopus & inquiſitor debent ordinare vnde eis prouideatur,vt probat tex.in d. clemẽti.§.porro,in alijs vero gloſ.in c. diffiniuit,

Source : BIU Cujas

xvij.q.iiij.tenet quod cuſtos carceris prouidebit carceratis ſed non intelligas quod habeat prouidere de ſuo, ſed de eleemoſynis deſtinatis ad vſum pauperũ, hoc poterit facere. vt l.iudices.C.de epiſco.audientia, vbi autem iſta ceſſarent conſuetudo habet quod is ad cuius petitionem fuit carceratus ꝓuideat carcerato, poſtea aũt carceratus ſatisfaciet eidẽ de prędictis.
14 †Sed pone qđ cũ de mãdato prædictorũ volunt incarcerare eoſdẽ hæreticos ipſi ſe defendũt. Dicas quod inuadi poſſunt cũ armis ꝑ miniſtros iuſtitię & ſi in illa defenſione occiderentur cũ ſit illicita nullã pœnam incurrerent occiſores. vt probat tex. optimus in l. ſi ſeruus. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt. Non enim permittitur iuſte inuaſo ſe defendere. iuxta not. per Bartol. in l. vt vim. ff. de iuſtitia & iure. & per dominum Cardina. in clementi. ſi furioſus. de homic.
15 †An aũt hæreticus ad eccleſiam confugiẽs gaudeat immunitate, ita vt de eccleſia extrahi non poſsit & capi. & dicas quod non gaudet, pro quo eſt glo. in authen. de mãda. principum. §. neque aũt collatio. iij. facit ad idẽ tex. in l. j. C. de his qui ad eccleſiã cõfugiunt. Et qm̃ ad hanc incarcerationem faciendam neceſſarij ſunt officiales armati, habent inquiſitores facultatem a iure, vt poſsint habere officiales armatos ad hoc exequendum, ſecundũ text. in clemen. ij §. fina. de hæret. Ex quo infertur ad quæſtio-
16 nẽ nunquid †epiſcopus qui iuriſdictionem ordinariã habet poſsit habere officiales armatos pro executione iuriſdictionis ſuæ. Panor. mouet hanc quæſtionem in c. ſignificaſti, de offi. delega. & dicit ſe fuiſſe interrogatum de hoc a quodam epiſcopo, cui retꝫ ſe reſpondiſſe quod non niſi haberet tẽporalẽ iuriſdictionem in loco, ad quod pri-
17 mo inducit iura quę dicunt †epiſcopum in executione iuſtitie debere implorare auxilium brachij ſecularis vt cap. adminiſtratores. & c. principes. xxiij. quæſt. v. Item alibi cauetur quod ſicut pro ſpiritualibus, debẽt principes recurrere ad eccleſiam, ita in tẽporalibus debent pręlati recurrere ad principes ſeculares, vt c. cum ad verum &. c. ſi Imperator. xcvj. diſtin. nec promiſcuis actibus ſunt eorum officia turbanda, vt l. cõſulta diualia. C. de teſtamen. Item eccleſię fuit interdicta executio gladij temporalis dicẽte domino Petro conuerte gladium tuum in locum ſuum, vt leg. & not. in c. nouit. de iudi. Item arma clericorum ſunt lachryme & orationes, vt in c. cõuenior, xxiij. q. viij. ſed vide Bald. in l. nam ſalutem. §. fina. ff. de offi. pręfec. vig. qui contrarium tenet cum ipſe habeat imperium in ſua dioceſi. nullũ aliud inducens fundamentũ ad hoc. & hæc opinio mihi placet. & eam obſeruat cõmunis vſus, & pro huius fundamẽto facit tex. in d. clemen. vbi papa conceſsit facultatẽ inquiſitoribus vt poſsint armatos officiales habere. Ex quo innuitur quod pœnes papam eſt poteſtas habẽdi armatos & mouendi arma in huiuſmodi criminibus ad eccleſiaſticũ forũ ſpectantibus, alias nõ potuiſſet eam inquiſitoribus concedere. non ergo de neceſsitate ad laicos in his eſt recurrendũ vt cõtraria opinio præſupponit. Præterea fundatur & aliter ex eadem clemen. vbi Papa per conceſsionẽ ſpecialẽ dedit hanc facultatẽ inquiſitoribus, non autẽ epiſcopis qui in prædicta inquiſitione cum eis concurrunt oſtendens aperte quod epiſcopis non erat neceſſario conferenda, quia de iure eis licebat, alias ſicut inquiſitoribus conceſsit ſic & epiſcopis conceſsiſſet.

Cõfirmatur ẽt, quia epiſcopus per iuriſdictionẽ ſuam poteſt etiam laicos in certis criminibus capere, & corporaliter cohercere. vt eſt tex. cũ glo. xxvj. q. v. contra idolorũ. & xvj. q. iiij. attendendũ. & de adulte. c. ſecundo ꝙ nemo dubitat egere miniſtris armatis. Nec obſtant fundamenta in cõtra-
18 riũ inducta, videlicet quod †eccleſia nõ habeat exercitiũ gladij materialis. Nam illud eſt ad inferendũ alicui mortẽ vel mẽbri mutilationẽ, & hoc caſu intelliguntur iura pro contraria parte inducta Secus autẽ ad exequendum iuſtitiam ſibi cõpetentem vt probatur per prędicta. Similiter ad illud quod dicitur quod eccleſia implorat auxilium brachij ſæcularis dici poteſt quod inde nõ concluditur intentum opinionis contrarie. Nam inter ipſoſmet ſeculares iudices idẽ obſeruatur, quod vnus implorat auxilium alterius vbi vires ipſius non ſufficiunt ad exequendum quod ſibi incumbit, vt eſt textus in l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſcopis & clericis, & etiam iudices ſæculares inuocant in ſubſidium auxilium eccleſiæ vbi per ſe non poſſunt ſuos ſubditos domare, vt not. Inno. in c. licet ex ſuſcepto. de foro compe. & hæc notabis.

## SVMMARIVM.

1 *Ordo iudiciarius in crimine hæreſeos quis ſit.*
*Simpliciter et de plano in crimi. hæreſis p-*



Source : BIU Cujas

*cedendum eſt , regulariter tamen contra. infertur ad ægregia aliquod dicta. 2.*

3 *Hæreticus contumaciter abſens excommunicandus eſt qui ſi anno obduratus in excõicatione perſiſtat vt hæreticus dãnatur. Limita & declara. 4.*

*Hæreticus ob contumaciam damnatus ſi vere hæreticus non ſit an pœna in eum inflicta teneat.*

## QVÆSTIO XII.

1 DVodecimo quero†de ordine procedendi contra hæreticos quo ad telam iudiciariam ordinandã. Dicas ꝙ licet in alijs criminibus pleniſsimo iuris ordine ſeruato debeat procedi.de quo vide text.in l.abſentẽ.ff. de pen. & in l.j.C.de requiren.re. & per gloſ.iij. q. ix.in ſumma. & per Bart.in d.l.abſentẽ. & per Saly.in l.abſentem.C.de accu. vbi plene.& per doct.in c.veritatis.de dolo & contu.tamen in hoc crimine hæreſis eſt ſpeciale,quia procedi poteſt ſuper eo ſimpliciter & de plano ſine ſtrepitu & figura iudicij.
2 vt in c.fin.in prin.eod.titu.lib.vj.†Ex quo infertur ꝙ in accuſatione non erit neceſſaria ſolennitas requiſita per l. libellorum.ff. de accuſa.& in l.in cauſis.C.eo. pro quo eſt tex.in clemen.ſæpe.de verbo.ſignifi.Infertur ẽt quod concluſio in cauſa non eſt neceſſaria per gloſ.ibi.immo quomodocunꝙ reus ſe defendere voluerit admittetur. Ad quod faciunt not.per Bart.in extraua.ad re
3 primendam.in verſicu.ſequentia.&†vbi is contra quẽ in hoc delicto proceditur contumaciter ſe abſentat, prouiſum eſt de remedio vt debeat excõicari.& ſi per annum in excommunicatione perſiſtat,velut hæreticus eſt puniendus.de hæret.cum contumacia.lib.vj. Sed pone quod ſecundum veritatẽ iſte non eſt hæreticus, nũquid huiuſmodi pœna a iure in eum inflicta propter contumaciam teneat & dicendum eſt quod ſic,quia contumax fuit ſecundum rei veritatem, venire enim tenebatur ad iudicẽ vt l.ſi quis ex aliena.ff.de iudi.ff. de iuriſdict. omnium iudicum.l.ij. vbi hoc tenet Bald. Sed Bar.in d.l.abſentem. dicit quod iſtis caſibus quibus proceditur contra abſentẽ & habetur pro confeſſo propter contumaciã ſi poſtea conſtaret iudici de innocentia contumacis, vt ſi viderit viuum hominem quẽ abſens dicitur occidiſſe,non poterit ad punitionem criminis procedere. Nã ex vera cõfeſsione talem cõdemnaret.ff.ad l.aquil. inde neratius.§.ſi.cum l.ſeq. quanto magis ex ficta hoc tamen in crimine hæreſis non poteſt practicari,quia cum ſit crimen quod in mente intrinſecus latet,nõ poſſet in aperto liquere iudici de alicuius innocentia erga illud vt mihi vĩ,pondera tamen tex. cũ glo. in d.c.cum contumacia,loquitur enim
4 †quando citatio fuit decreta contra illum qui ſuſpectus erat in fide. Nam tunc ad primam ſuſpitionẽ additur alia ex contumacia.& ſic prima ſimplex præſumptio tranſit in violentam vt innuit ille tex.Secus ergo vbi citatio emanaret contra non ſuſpectum.Item põdera in alio,nam loquitur de eo qui animo pertinaci perduraret per annum in excõicatione, ſecus ergo ſi non daretur pertinacia,vt pote quia aliquo impedimento prætermiſit contumaciam prædictam purgare,vbi tamen per hunc modum puniendi contumaciam non procederetur poſſent recipi teſtes contra abſentem legitime citatum & ad diffinitiuam procedi cõſtito de crimine ex quo lit.conteſta. non requiritur vt prædiximus.

## SVMMARIVM.

1 *Probatio in crimine hæreſis per quæcunque probationum genera fieri poteſt.*

2 *Indicia indubitata ad condemnationem ſufficiunt quæ ſi dubitata ſint ad torturam ſolum ſunt idonea.*

3 *Indicia indubitata quæ dicãtur, & quæ dubitata arbitrio iudicis committitur.*

4 *Probatio indiciorum vt quis quæſtioni ſubijciatur qualia eſſe debeant.*

5 *Teſtes in generali inquiſitione examinati idonei cenſendi non ſunt vt quis torqueri poßit quia citata parte examinati non fuerunt.*

6 *Pauor,trepidatio,variatio,et id genus ſimilia quæ coram iudice fiunt ſunt probatiſsima indicia ad torturam.*

7 *Ieiunij indictio tormenti genus eſt.*

8 *Confeßio in tortura facta perſeuerantiam requirit.*

9 *Teſtes quot ad condemnationem requiran-*

Source : BIU Cujas

*tur in crimine hæreſis.*

*10 Teſtes non idonei & alias a iure improbati admittũtur in hoc crimine hæreſis ex quo plura corolarie inferuntur.*

*11 Crimina abdita (vt hæreſis crimen) aptius a familiaribus & domeſticis noſcuntur, quã ab alijs, idcirco tũc teſtificari cogũtur.*

*12 Periuris an & quando in hæreſeos crimine teſtari liceat.*

*13 Inimicorũ et cõſpiratorũ teſtimoniũ in crimine hæreſis nequaquam idoneum cenſetur.*

*14 Teſtes inhabiles pro hæreticis minime admittuntur, aduerſum autem hæreticos admittendi ſunt.*

*15 Teſtibus ſuſpectis ac inhabilibus an in caſibus quibus admittendi ſunt adhibeatur fides ſine quæſtione.*

*16 Teſtes inhabiles an admittantur in hæreſis crimine, vbi accuſationis aut exceptionis via proceſſum extitit.*

*17 Extenſio ex identitate rationis ẽt in pœnalibus licita eſt vbi in lege ratio expreſſa eſt.*

*18 Examinationi teſtiũ cõtra hæreticos due religioſe perſone item publicus tabellio adhiberi debent.*

*19 Hæreſis an per inſtrumẽta ꝓbetur, & q̃uo. Libri improbate lectionis reperti pœnes aliquem an eum hæreticum probent.*

*20 Delicta an inſtrumentis probari poſsint.*

*21 Præſumptionibus euidentiſsimis hæreſis probatur, non etiam leuibus.*

*22 Preſumptione vbi iudicatur, moderanda eſt pœna.*

## QVÆSTIO XIII.

1 DEcimotertio quero † de probatione fiẽda in crimine hæreſis. Ad qđ dicas quod fieri poteſt per diuerſas ſpecies probationis, poteſt.n. probari per confeſsionem propriam, cũ illa inter omnes ꝓbationis ſpecies obtineat principatum, & ad eruẽdum illam poterit procedi ad torturam eius qui de hoc crimine impetitur, requiritur tamen ꝙ præcedãt indicia, alias non eſt quis torture ſubijciendus, vt l. de minore. §. tormenta, ff. de quæſtio. & c. cũ in cõtẽplatione. de re. iu. etiã ſi de grauiſsimo crimine agatur. C. ad l. iul.
2 maieſt. l. iij. † alia tñ ſunt indicia ex quibus iudex poteſt iudicare diffinitiue in cauſa vt in l. indicia. C. de rei ven. & ẽt in criminali. C. de proba. l. ſciant cũcti. & iſta debent eſſe ita vehementia ꝙ ſint indubitata, vbi autẽ eſſent dubitata ſufficerent ad torturam. ita tenet Io. And. in addi. ad Spe. tit. de proba.
3 in ſi. & in ti. de noto. cri. Quæ † autem ſint illa, multi multa dixerunt, ſed concluſio vera eſt ꝙ de hoc non põt dari certa doctrina. ſed relinquitur arbitrio iudicis l. iij. §. eiuſdem quoq; ff. de teſti. hoc tenet Bar. in l. fin. ff. de qõ. vbi ad inſtruẽdum iudicẽ ex quibus animũ ſuum debeat mouere ponit certa exempla, ſubiungens eiuſdem iudicis arbitrio cõmitti an plura indicia requirãtur, aut vnum tantum ſufficiat. Adde tñ ꝙ eo magis debet augeri tortura quo maior ſuſpicio eſt contra delinquentẽ. vt notat Bal. in vſi. feu. titu. do controuer. inueſti. c. j. §. itẽ
4 ſi vaſſallus. † Qualis autẽ probatio ſufficiat ſuper his indicijs ad ſubijciendũ quẽ torture, dicit requiri duos teſtes vbi illi deponũt de indicio tantũ iuncta glo. fin. C. fam. hercis. vbi tamen ſuper delicto vnus tantũ ſufficeret ad torturã, vt voluit glo. in d. l. iij. C. ad leg. iul. maieſta. Et addit Bart. vbi ſupra
5 quod † ex eo ꝙ dari debet defenſionis copia parti anteꝗ̃ ſubijciatur torture nõ ſufficerent teſtes qui in generali inquiſitione fuerunt examinati contra reũ, quia nõ fuerunt examinati ipſo citato & exiſtente cõ-
6 tradictore. Conſidera inſuper ꝙ † etiam vbi alia indicia extrinſeca non procedunt ex eo ꝙ reus facit coram iudice puta loquendo trepide pauendo & variando poteſt habere indicia ſufficientia ad torturam, ſecundũ Bar. in d. §. tormenta. Et inter cetera tormenta ſolent inquiſitores præfati criminis
7 † indicere ieiunia ad veritatem eruendam, quæ etiam quæſtionis nomine intelligũtur. quod etiam patet per ethimologiam. Nam tormentum dr̃ quaſi torquẽs mẽtem. nemini tamen dubiũ quod per ieiunium aſperũ torqueatur quis, pro quo eſt glo. in d. cle. j.
8 de hære. in ver. tormentis † In hac tamen confeſsione per tormenta extorta requiritur perſeuerantia. in l. j. §. diuus. ff. de quæſtio. oportet enim ſecundũ Bart. ibi, vt ille qui fuit confeſſus in tormẽtis reducatur in loco publico iudicij, & ibi coram teſtibus & notario confiteatur ſeu ratificet confeſſionem primam, & ita obſeruatur de conſuetudine, & quoniam in ſupponendo reũ



Source : BIU Cujas

torture de grauiſsimo præiudicio agitur, obſeruat communis cõſuetudo quod prius debeat ſolẽnis aduocatorum diſputatio coram Iudice fieri ſuper hoc, an ſit torquendus, vbi aduocatus rei debebit admitti vt pro eo alleget. vt l. ſi poſtulauerit. §. queſtioni. de adulte. & per gloſ. l. legis virtus. ff. de legi. ſed ipſi quæſtioni & examinationi nõ debent intereſſe. ita tenet glo. in authen. de teſti. §. quia vero in glo. ſuper verſicu. aduocatorum. & glo. videtur idem velle in l. ij. circa princi. C. de iuramen. calum. ita determinat Bartol. in l. cuſtodias. ff. de publi. iudi. & in d. l. legis virtus. & propter grauitatem præiudicij eſt inductum, quod in hæreſi nec inquiſitor ſine ordinario nec ordinarius ſine inquiſitore procedat ad faciendum reum torqueri, ſed ambo ſimul, vt eſt tex. in d. clemen. j. §. j. Poteſt etiã fieri pro-
9 batio per teſtes,† Sed dubitatur, quot teſtes debeant interuenire. Quidam dixerũt ad effectum condemnationis non ſufficere duos teſtes pro qua allegant. c. excommunicamus. §. adducimus de hæreti. & hoc not. Hoſtien. in ſumma. eod. titu. §. qualiter. vbi ſubiungit quod iniquum videbatur quod de tanto crimine damnaretur ex dicto duorum teſtium, ſed in contrarium facit cap. vt officium. §. verum eodem titu. lib. vj. Ioannes de ligna. in dicta clementi. prima in fin. dicit non eſſe dubium quod per vnum teſtem, & famam quis non poteſt damnari de tanto crimine, vt not. de teſtib. tam literis. & idem tenet Mathe. eodem tit. clemen. ij. allegat not. per glo. de teſtibus. veniens, & ſimiliter nec ex præſumptione. de præſumptio. literas. tamen videtur quod per duos teſtes poſsit damnari, ad hoc quod not. Innocen. de ſimonia. ſicut. vbi dicit ꝙ licet in alijs criminibus requirantur probationes luce meridiana clariores, tamen in crimine hæreſis ſufficiunt minores. C. de hæreti. l. ij. & ſecundum eum leuia ſigna ſufficiunt ad conuincẽdum quem de hæreſi. de præſumptio. literas. ſed hoc dictũ Innocẽtij debet intelligi ſecundũ not. in d. l. ij. & ſic tranſit Io. de Imo. in dicta clemẽ. prima. Idẽ tenet do. Cardi. ibi propter regulam generalem, quæ habet quod ſufficiant duo teſtes ad probandum crimen, niſi vbi contrarium reperitur, vt in c. licet vniuerſis. & capi. in omni negotio. de teſtibus. Idem tenet Iãnes And. & docto. cap. vt officium. §. verum. de hæreti. lib. vj. & hæc opinio mihi videtur vera. Pro qua etiam facit glo. not. in ſimili ij. quæſtio. iiij. pręſul, nec obſtat textus in d. §. adijcimus. quia non requiritur ille numerus teſtium ad conuincendum vnum hæreticum, ſed ad conuincendum plures. & inde eſt quod ille textus remittit hoc arbitrio iudicis, vt ſi videat expedire pro multitudine hæreticorum nedum tres, ſed etiã plures, & adhuc totam vicinam poſsit ad
10 teſtificandum cogere. †Eſt tamen ſpeciale in hoc crimine, quod teſtes qui alias a iure repelluntur admittuntur in hoc caſu in fidei fauorem, vt pote Iudæi, vt cap. contra Chriſtianos. de hæreti. libr. vj. idem dicerem de alijs infidelibus, quia illi ſolum repelluntur a teſtimonio contra fideles. capit. pagani. ſecunda quæſtio. vij. & cap. iudæi, & capit. licet vniuerſis. de teſtibus de quorum numero iſti hæretici non exiſtunt. Itẽ quia non apparet ratio ſpecialitatis in Iudæis, vt illi magis admittantur cũ ſint peſſimi infideles, vt prima quæſtio. prima nõne. de quo ſuperius dictum eſt. Admittuntur etiam excommunicati & participes, & ſocij criminis in teſtimonium, præſertim in defectum aliorum teſtium. & ſic hæreticus contra hæreticum admittitur, vt dicit tex. in cap. in fidei fauorem. de hæreti. lib. vj. & per illum textum dicit Panormi. in c. literas. de præſumptionibus. etiam fratrem eſſe cogendum contra fratrem ſuper præ-
11 dicto crimine ferre teſtimonium. †Admitterem etiam domeſticos & familiares eorum, quoniam cum iſtud crimen ſecretũ ſit, melius & aptius per familiares, quã per alios probari poterit, vt l. conſenſu. C. de repud. quinimmo etiam ſerui contra dominos cum tormentis admittendi forent, quia admittuntur in crimine læſæ maieſtatis. C. ad legem iuliam maieſtatis l. fina. ergo a fortiori in crimine hæreſis, quum longe grauius ſit æternam quam temporalem ledere maieſtatem. & hanc argumentationem facit textus in ſimili. in capitu. vergentis. de hæreti. Ad idem textus cum glo. xij. quæ-
12 ſtio. ſecunda quæſtionem. † periuri etiam admittuntur dummodo contra ſe & contra alios in hoc crimine atteſtentur, dum tamẽ ex manifeſtis apparuerit indicijs tales non animi leuitate aut odij fomite ſeu corruptione pœcuniæ, ſed zelo fidei orthodoxe velle deponere, aut dictum ſuum quod ante in forma teſtimonij depoſuerant emendare, & corrigere, ac quæ prius tacuerant reuelare, & hoc in fauorem fidei ſpecialiter conceditur, vt cap. accuſatus. §. licet de hæreti. lib. vj. ex quibus limitabis textum in c. præterea. de teſtibus cogendis, quate-

Source : BIU Cujas

nus de corrigendo dictũ teſtis loquitur & not.per Bart.in l.eos.ff. de fal. Aduerte tamen iuxta hoc quod quum iſti inhabiles admittuntur,ita demum eorum dictis fides adhibetur, ſi ex veriſimilibus coniecturis, & ex numero teſtium, & ex qualitate tam deponentium quam eorum contra quos deponitur,ac alijs circunſtantijs ſic teſtificantes non falſa dicere præſumantur, vt in d.

13 cap.in fidei fauorem. †conſpiratores tamẽ & inimici nõ admittentur ſicut nec in alijs exceptis criminibus. Pro quo optimus tex.de ſimonia. per tuas. lo primo. & not. hoc,quia valet generaliter ad omnes caſus in quibus minus idonei teſtes admittuntur.

Quid autem conſiderari debeat in alijs exceptis criminibus circa teſtes criminoſos vt admittantur vide gloſſ.prima quæſtione prima.ſi quis epiſcopus.& ſecunda quęſtione prima.Deus omnipotens. & per doctores in dicto capitu.per tuas.de ſimonia. In-

14 tellige tamen† prædictos inhabiles teſtes in hoc crimine admittendos,fore contra hęreticos credentes fautores & receptatores, & defenſores eorum, non tamen ſic eſſet ſi pro eorum parte inducerẽtur ad hoc quod de hoc crimine ſe purgarent. eo enim caſu requirerentur teſtes omnino integri ſine aliqua ſuſpitione & catholice fidei zelatores.

15 eodem titulo. capit.filij.in fine. †An autem huiuſmodi ſuſpecti teſtes quum examinantur ſint,tormentis ſubijciendi, vide gl. xv.quæſtione vj.in ſumma quæ dicit quod ſic, ſi eſt ſeruus vel vilis perſona, vel ſi ſit liber, & ſit criminoſus & infamis vel obſcurus vel ignotus. Tales enim ſine tormentis non admittuntur. torquetur etiam quælibet libera perſona,licet non ſit vilis, dum tamen vacillet in teſtimonio. de materia tamen vide Bartolum in l.ſex libero.ff. de quæſtionibus. Sed quero iuxta prædi-

16 cta, an†id quod dictum eſt de minus idoneis teſtibus admittendis in crimine hæreſis habeat tantum locũ quando proceditur per viam inquiſitionis, aut etiam idem ſit quum proceditur per viã accuſationis vel exceptionis.Et videtur quod ſic,quia eadẽ eſt ratio.ſ.fidei fauor & odium criminis,ergo idem ius.de reſcriptis, inter cæteras.cũ ſi.Contrarium tamen cõcludit gl. in d. c.fidei.quia ab illo iure regulari quo cauet tales perſonas ad teſtimoniũ admitti non debere non eſt recedendũ niſi inquatum reperiatur a iure permiſſum. Qui ergo accuſat, vel excipit habeat probationes idoneas, nec eſt accuſatio fauorabilis vt inquiſitio, ad hoc ij.q.vij. ſi quis epiſcopus. & verbũ iſtud inquiſitionis debet aliquid operari, alias quare fuiſſet expreſſum. de decimis. ad audientiã.cum concord.& ſic.tranſit prędicta glo.Sed contrarium tenet Archidiac. in d.c. in fidei. & allegat ij.q.vij.c. hæreticus.Sed Io.And.tenet gl.in nouel. & ad ca. ſi hæreticus.reſpondet quod non tenet. vt ibi dicit glo.& hoc idem probat text.in d. c.in fidei.quia ſi ille text. teneret non eſſet neceſſaria dicta decre.& ſic tranſit ibi Domi. ſimpliciter recitando prædictos doctores.Ego tamẽ potius tenerẽ opi. Archidia. pro quo facit, quia eadẽ ratio eſt vtrobiq;

17 ſcilicet fauor fidei, †ex qua ratione etiam in pœnalibus(attento quod expreſſa eſt in lege)argui poteſt ad ſimilia.vt eſt tex.inſtitu.de legi.patro.tutel. in principio. & glo. in clemen.j.de electio.& capi. primo.de tẽpo,ordinan.lib.vj.Præterea diſpoſitio prędicta nõ eſt odioſa,immo fauorabilis, cum non in odium hæreticorum principaliter, ſed in fauorẽ fidei ſit inducta. vt textus ibi innuit in principio. Vnde illud eſt conſiderandum & non odiũ hæreticorum quod venit in conſequentiam.iuxta gloſ.cap. ſciant cuncti de electione lib.vj.& l.qui exceptionem.ff.de cõditio.indebi. Nec eſt ſimile de accuſatione in alijs criminibus intẽtata, & de accuſatione facta in crimine hæreſis.Nã & ſi in alijs criminibus accuſatio dicatur genus illaudabilis intentionis iuxta mode rationem prædictam,nõ tamen ſic eſt in crimine hæreſis, vt in ſuperioribus diximus. Poſſet etiam dici quod ille tex.nõ ſe reſtringit ad proceſſum inquiſitionis,quia non dicit cum proceditur per viam inquiſitionis, ſed dicit, in fidei fauorem concedimus vt in negotio inquiſitionis hæretice prauitatis, & loquitur papa inquiſitoribus, vt patet in ſupraſcriptione, de quibus certũ eſt quod licet per viam accuſationis poſſunt procedere,appellãtur tñ inquiſitores,& eodẽ modo ex eorum nomine appellatur negotiũ inquiſitionis,licet per viã accuſationis,vel exceptionis cognoſcant,& per hoc fundata manet ſatis iſta pars, & reſpõſum reſtat ad motiua cõtraria, & quia in tanto crimine cũ multa oportet cautela procedi,

18 †in examinatione teſtiũ quod recipi ſuper crimine prædicto contigerit, debent adhiberi due religioſe & diſcrete pſone,in quarũ pręſentia p publicã ſi poteſt haberi perſonam,aut per duos viros idoneos fideliter eorundẽ teſtiũ depoſitiones cõſcribantur, per tex.in cap.vt officium.§.verũ.de hęre.



Source : BIU Cujas

libro vj.& pondera illum text.qui requirit interuentum prædictarum perſonarũ,nedũ in examinatione teſtiũ,ſed ẽt in deſcribendo eorũ depoſitiones. & prædicta practica examinandi teſtes põt & iuſte debet obſeruari in omnibus arduis cauſis,vt ſine omni ſuſpitione res procedat.ita tenet Panormi. de electio quia propter & c.cum cauſam de teſti.& quo liberior ſit facultas in his procedendi datur facultas a iure religioſis,qui antequã eſſent in ſeculo erant notarij ac ẽt clericis qui ante clericatus ordinẽ notariatus officio fungebantur,vt in hac examinatione,& in alijs huic officio incũbentibus, officiũ prædictũ notariatus exerceant, vt
19 d.c.vt officium.§.ad conſcribenda. † Probatur etiam hoc crimen per inſtrumenta, vt pote,ſi apud aliquẽ reperiantur libri improbate lectionis,ſecundũ Archi.& Io.An. in d.c.filij.Sed ego crederẽ vltra hoc requiri alias coniecturas,ex quibus iudex informet animũ ſuũ,poterat enim eſſe quod erãt in domo ſua eo neſciente,aut ꝙ habebat illos libros,vt deprehenderet errores hæreticorum,non ad illos ſequendum & imitandũ,ſed potius ad confundendam, & impugnandum,iuxta textum in cap. qui de mẽ-
20 ſa.& in.§.ſed econtra.xxxvij.diſt. † An autem alias delictũ probari poſſit per inſtrumentũ,remitto ad glo.cap.cum in eccleſijs. de maio.& obedien.& c. cum in poſitionibus.de iureiur.lib.vj.& per Io.And.in regula,ſemel malus.de reg.iur.li.vj.in mercu.& per Bartol. in l.ſenatus.ff.ad turpi.& per Bald.in l.contra negantẽ.C.ad leg.aqui
21 liã.& Saly.in l.fi.C.de probationi.†Probari ẽt põt crimẽ hæreſis per præſumptiones, ſed propter grauitatẽ præiudicij requirerẽtur euidentiſſime coniecture.Nam etiam ſi quodlibet crimẽ probari queat per indicia, vt in d.l.fi.C.de probatio.& late per Ioan. And.in additio.ad Specu.titu.de probatio. circa finem.ſed quo magis crimẽ eſt graue maiores præſumptiones & euidentiora indicia requiruntur.ſic probat text.not.cum gl.in d.c.literas de præſum.& ibi tenet Pa-
22 nor.†quando tamen ex præſumptionibus iudicatur tẽperare debet iudex pœnam aliquantulum.vt not.Innocẽ. de præſumptio, quia veriſimile.

## SVMMARIVM.

1 *Publicatio teſtium hoc in crimine qualiter fiat.*

*Teſtium publicatio in hoc crimine hæreſeos publice fienda non eſt quando delati potentia reformidatur,qua autẽ forma tũc procedatur ibidem, & an idem in quibuſuis criminibus dicendum ſit 2.*

3 *Caſus a communibus regulis excepti, extendi minime debent , niſi per omnia eadem ſubeſſet ratio.*

## QVÆSTIO XIIII.

1 Decimoquarto quero † de publicatione teſtium fienda in hoc crimine.Ad quod dicas qđ fieri debet ſicut & in alijs cauſis,vt reus habeat facultatẽ ſe defendendi.Si tñ propter potẽtiam perſonarum contra quos deponũt graue periculũ imminere ſperaretur ex publicatione nominũ prædictorum. tunc nõ publice ſed ſecreto corã dioceſano, vel ipſo abſente corã eius vicario vbi inquiſitores procedunt, qñ vero procedit epiſcopus corã inquiſitoribus,& vtroqꝫ caſu coram alijs perſonis prouidis,& honeſtis iuriſqꝫ peritis hmõi publicatio eſt fienda, & vt efficacius hmõi periculis occurratur, epiſcopus vel inquiſitores præfati poterunt ſuper his ſecretum indicere illis quibus hanc publicationẽ facient, & in eos ſi arcana conſilij ſeu proceſſus patefecerint excommunicationis ſententiam quam ex ſecreti violatione ipſo facto incurrant poterunt promulgare.pro quo eſt tex.in c.fina.§.penul.de hæ.
2 re.lib.vj.† Sed occurrit dubitatio,an vbi ſimile periculum occurreret etiam in alijs criminibus poſſit hmõi publicatio omitti. & do.Anto.in ca.præterea.de ſponſa.lo.ij. tenet quod in materia peccati eſſet duntaxat hoc admittendũ. pro quo inducit text. ibi. Sed Panormitanus ibi dicit quod pro & contra facit tex.in d.c.fi.contra facit,inducendo per locum a ſpeciali,pro facit,inducendo generaliter,ſed ipſe ſtat in primo dicto.Ego tamen tenerem quod cum diſpoſitio illius c.ſit exorbitans a iure exceptio a cõi regula iuris non habebit locũ niſi in illo caſu expreſſo, & vbi ſimilis caſus occurret,qđ vix poſſet cõtingere attẽta graui-
3 tate huius delicti.† Nã caſus excepti a communibus iuris regulis non extenduntur,niſi vbi eſt per omnia eadẽ ratio vt tenet glo. in l.j.C.de cond.indeb.& in l.illud.C.de ſacroſan. eccle.& text.capit.cum dilecta. de confirma,vel inuti,nec dictum domi.Anto,

Source : BIU Cujas

placet indiſtincte, quoniam ille tex. c. præte rea loquitur quando agitur de modico pręiudicio, vt pote de ſponſalibus de futuro, immo fundatur contrarium ex eo inquantum probat ꝙ ſi ſponſalia eſſent iurata, illud non foret admittendum.

## SVMMARIVM.

1 *Sententia in hæreſeos crimine ferenda. quo ordine quoue modo pronuntianda ſit.*

2 *Hereticus quæ pœna per eccleſiaſticos iudices, & quæ per laicos infligatur.* 4.

3 *Hereticorum bona qualiter diuidantur.*

4 *Hereticus an ſit incendio tradendus, ſiue viuus igne abſumendus.*

5 *Vaſſalli alijque hæretici fidelitatis debito aſtricti, a nexu illo liberi fiunt.*

6 *Condemnati hæretici bona in alio territorio quam vbi condemnatus fuit exiſtentia cui applicanda ſint.*

7 *Forum etiam quis ſortitur ratione perſone ſuper rebus alibi ſitis.*

8 *Feudalia & emphyteotica bona, an damnato hæretico veniant fiſco applicanda.*

9 *Dos an fiſco applicetur ob vxoris hæreſim.*

10 *Vir vxorem hæreticam & verſa vice vxor virum deſerere poteſt, intellige ſane.*

11 *Purgatio canonica quo pacto a ſuſpecto de hæreſi fienda ſit.*

12 *Pœnitentia ſuſpecto de hæreſi iniungenda eſt, iuratoria ſcilicet cautione, aliave ſecuritate adimplende pœnitentiæ poſtmodũ exacta necnon certa pœna adijciendo ſi nõ impleuerit.*

13 *Suſpecti de hæreſi ſucceſſores, ſuſpecto adiunctam pœnitentiam implere coguntur, quam ſuſpectus viuens non impleuit.*

*Delinquentis bona an fiſco tacite pro delicto hypotecata ſint.*

## QVÆSTIO XV.

DECIMOQVINTO quero † de ſententia ferenda in crimine hæreſis, & de pœna huius delicti. Modus autem qui debet obſeruari eſt, quod antequam ſententia ferratur inquiſitores præfati, & ep̃s faciant ſecum conuenire viros ſapientes & doctos, deum timentes, cum quorum cõſilio procedere habent ad ſñiam ferendam, vt in c. vt commiſsi. de hære. lib. vj. & ſi videatur eos iudicandos fore hæreticos, tunc eis citatis debet ſententia declaratoria ferri contra eos, per quam declarentur hæretici, & ſeculari curie tradendi, ac bona eorum occupanda fore per eos ad quos ſpectat, vt cap. quum ſecundum leges. eo. ti. & lib. quia idẽ ſeruatur vbicunq; pœna ipſo iure imponit, vt no. gl. c. commiſſa. de elect. eodem lib. & per Ioan. Andr. & Domi. c. pro humani. de
2 homic. eod. lib. † Pœna aũt hæreticorũ eſt. quod ſunt excõicati ipſo iure. & poſtquam per iudicem eccleſiaſticũ fuerint de hoc crimine damnati tradi debent iudici ſeculari animaduerſione debita puniendi, clericis a ſuis ordinibus degradatis, bona aũt hæreticorum ſi fuerint clerici applicantur eccleſijs in qbus fuerant beneficiati, ſi vero laici extiterint, fiſco ſeculari in c. excõicamus. Io j. de hære. in prin. & de hoc vltimo eſt tex. eo. ti. vergentis. & c. quum ſecundum leges.
3 eo. ti. lib. vj. † Hodie tñ bona hæreticorũ in tres partes diuiduntur. quarum una aſsignatur dño temporali, alia officialibus inquiſitionis, tertia vero ipſi officio. vt in extrauagan. Clemen. ſed illa tm̃ loquitur de inquiſitoribus Italie. & ſic ad alias prouincias nõ extenderetur, iuxta notata per Inno. & Io. And. in ſimili. in c. j. de loca. Lex ẽt Federici imperatoris quæ eſt tertia, & incipit patarenorum, diffidat et bannit hæreticos credentes fautores & receptatores eorum ac perpetue infamie eos ſubijcit & iſte leges Federici ſunt approbate. c. vt inquiſitionis.
4 in prin. de hære. li. vj. † Sed iuxta pręmiſſa quero, qua pœna debent puniri per iudices ſeculares quorum poteſtati relinquuntur. gl. tangit qõnem in c. excõicamus. Io ij. eo. ti. & dicit quod pœna vltimi ſupplicij. Hoſti. & Ioan. And. in c. ad abolendam. eo. ti. tenent quod pœna ignis, debent ergo cremari ſecundum euangelium Ioan. xv. c. ſi quis in me nõ manſerit, mittetur foras ſicut palmes & areſcet, & colligẽt eum & in ignem mittent, & ardet. Et ius ciuile punit hæreticum pœna mortis, vt l. arriani. C. de hæret. iuncta l. vltimum ſupplicium. ff. de pœn. & ſic tranſit recitando prædictos doc. Panor. in d. c. ad abolẽdam idem tenet in c. excõicamus. Io ij. eod. ti. ſed iſta fundamenta non probant. Nam illa authoritas euangelij nõ intelligitur de hæreticis tm̃, ſed etiã de his

Source : BIU Cujas

qui recedunt a deo per defectũ charitatis, nec loquitur de igne materiali. ſed de igne infernali. Leges etiam ciuiles ſuperius inducte loquuntur de pœna mortis, nõ tñ per ignem infligenda quod vbi iura volunt exprimunt tanquam ſeueriſsimam & atrocẽ pœnã, vt patet in multis caſibus quos enumerant Saly. in l. vnica. C. de nili agge. non rumpen. inter quos nõ enumerat iſtum. Vnde crederem ignem ipſis dari potius ex cõſuetudine quæ eſt optima legum interpres quam ex aliqua expreſſa iuris diſpoſitione.

5 †Vaſalli autem & alij quicunq; tenebãtur eis aſtricti debito fidelitatis uel dominij aut alicuius obſequij. ipſo iure ab omni huiuſmodi obligatione ſunt liberi. vt eſt tex. de hæreticis. ca. fina. Quo ad pœnam autem confiſcationis bonorũ quero de queſtione no. ſuppoſito quod bona hæreticorũ confiſcata debent diuidi in tres partes vt

6 dictum eſt. †Pone quod habens immobilia Ferrarie per inquiſitorem florentinum ſit Florentie legitime condemnatus de hæreſi, ad quos illa bona pertineãt. Ioã. Cald. diſputauit iſtam quæſtionem & arguit pri-

7 mo, ꝙ illa bona licet ſint ſita Ferrarie pertineant ad officiales & commune Florẽtie poſtquam ibi fuit de hæreſi condemnatus. nam bona veniunt acceſſorie & in cõſequẽtiam ad perſonam quæ condemnata eſt Florentie. argu. regule acceſſorium. de reg. iur. lib. vj. & c. de prudẽtia. de donatio. inter virum & vxorem. ff. de auro et argento lega. cum aurum. in fine. faciant ad idem notata per gl. in ca. quod ad te. de cleri. coniuga. & C. de exac. tributo. l. fi. libr. x. vbi in publicandis bonis attenditur locus perſone quæ deliquit. Secundo ſic dicit lex, vbi quis iniuſtitiam fecerit ibi pœnas ſubeat delictorum, vt non alius tale quicquam agere preſumat ad exemplum reſpiciens, vt in auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. ſi quis autem. colum. ij. & canõ dicit. ibi vindicetur iniuria, vbi plectibilis eſt orta præſumpt. xxiij. q. iiij. ſi illic. Item officiales Florentini laborauerunt in procedendo & condemnando hæreticum, ergo bona videntur eis debita ratione laboris, & officialibus Ferrarien. dicendum eſt, qui nõ laborat nõ manducet. de cenſi. procurationes. & no. ff. de damno

7 infecto. quanuis. † Tertio ratione perſone ſortitur quis forum etiã ſuper rebus alibi ſitis. c. ſane. de foro compet. C. vbi in rem actio. l. vltima. & ibi no. Quarto pro hoc facit c. cum ſecundum leges de here. lib vj. debet enim intelligi ille tex. de domino tẽporali illius loci cuius erat epiſcopus qui tulit ſententiam ad hoc optime. l. titiũ. §. tutores. ff. de adminiſtratio. tuto. In contrariũ videtur ꝙ ad officiales officij inquiſitionis Ferrarie & commune illius ciuitatis pertineant bona ibi ſita, licet alibi ſit facta cõdemnatio. Primo qa diſpoſitio ſuper rebus concepta debet referri ad ſuperiorem loci vbi res ſita eſt vbicunq; fuerit dominus dicte rei patet hoc in iuriſditione vt d. c. ſane. & c. ex parte. & c. fi. eo ti. idẽ in ſupple. tione negligẽtie. x. q. ij. caſelas. & cle. quia regulares. de ſupplen. negli. prælato. Item cum bona hæreticorũ ſint cõfiſcata vt prędictũ eſt. & occupatio ſit fienda per procuratorem in prouincia deputatum vbi ſunt illa bona. C. de bonis vacan. l. ſi qñ. li. x. ergo ad Florentinos prædictos pertinere non poterunt. ad idem facit c. poſtulaſti. de foro compet. & l. cum vnus. ff. de bo. auth. iudi. poſsi. & c. romana. §. contrahentes. de foro compe. li. vj. & de hære. vt officiũ. & c. per hoc. eo. li. & pro iſta ſecunda parte concludit. & hanc firmat per iura pro hac parte inducta, & ne detur confuſio iuriſdictionũ.

Tertia vero parte inquiſitorum dicit qđ debeatur illis de Florentia ratione laboris quem ſuſtinuerunt, & cũ his ſe expedit de iſta queſtione Petrus de Ancha. in repeti. c. acceſſorium. de regu. iur. lib. vj. & iſta concluſio mihi placet, cum iure quę de cõfiſcatione prædicta loquuntur ad bona referantur, & in rem ſint concepta, ad quod facit doctri. Bar. in l. cunctos populos. C. de ſum. trini. An autem in hac confiſcatione veniãt bona quę hæreticus tenebat in feudum, vel emphyteoſim ab alijs. vide late per Specu. ti. de feud. §. j. verſi. xl. & per Bar. in l. ſi fi. nita. §. de veſtigalibus. ff. de damno. infecto.

8 & p Egi. de Bella. deciſi. dccxxv. †Quid autem ſi vir ſit hæreticus, an propter hoc dos vxoris ſit confiſcata. Dicas quod non, niſi vxor ſciens a principio eum eſſet talẽ ipſum in maritum acceperit, vt c. decreuit, de hære. lib. vj. ex quo habes vnũ caſum in

9 quo dos cõfiſcatur. † An autem propter vxoris hæreſim confiſcetur dos. videretur ꝙ non per l. quinq; legibus. ff. de bo. damn. quia iſte caſus non eſt de illis. Sed ego dicerem contrarium. Nã ex quo in crimine læſæ maieſtatis illud habet locum vt ibi, ergo a fortiori in crimine hæreſis, ſic arguit tex.

10 de hære. vergentis. † vbi tñ vir vel vxor in hæreſim laberetur qui fideles eorũ manet, poſſet propria authoritate ab alio recedere. Si tñ ille hęreſim abiuraret, cogeretur

Source : BIU Cujas

ad eũ redire, quod intellige ſi ſine iudicio eccleſiæ ab eo receſſerat, ſecus ſi iudicio eccleſię. Fit tñ iſta ſeparatio quoad cohabitationẽ, nõ quo ad vinculũ, probatur hoc in c.de illa.de diuor.& eo caſu quo fidelis recederet, totam dotem aut donationem propter nuptias recuperare deberet de donatio.inter virum et vxorem.c.j.& cõſultum eſt coniugi catholico ab hæretico ſeparari, ne ſeducatur ab eo, & in errorem labatur, & propterea dominus præcepit Deuterono.ſeptimo dicens. Filiam tuam non dabis filio eius, neque filiam illius accipies filio tuo, quia ſeducet filium tuum, ne ſequatur me, & vt magis ſeruiat dijs alienis. Iraſceturq; furor domini & delebit te cito. Si au
11 tem † non conuincantur de hæreſi ſufficienter hi contra quos proceditur ſed alias de hoc crimine inueniantur ſuſpecti, tunc iuxta conſiderationem ſuſpitionis qualitatumque, perſone debent canonice ſe purgare, quod ſi renuerint excommunicandi ſunt vſque ad ſatisfactionem condignam, & ſi per annum in excõmunicatione perſtiterint, ſunt velut hæretici condemnandi, vt in dicto capitulo excommunicamus. lo, primo in.§.primo. vbi vero ſuſciperet purgationem & in ea deficeret tanquam de crimine conuictus haberi debet, quod in omni crimine eſt generale, vt capitu. inter ſolicitudines de purgatio.canon.& capitu. tua.de cohabita.clericorum & mulierum.
12 † Eſt & alius modus procedendi contra ſuſpectos prædictos, vt iuxta quantitatem ſuſpitionis, & alijs debitis circunſtantijs conſideratis, diſcreta pœnitentia eis iniungatur atque præter iuratoriam cautionem, ab ipſis ſufficiens exigatur ſecuritas, ſcilicet de certa pœna ſoluenda ſi pœnitentiam non impleuerit, vt ſaltem pœnæ temporalis timore debeant coerceri. pro quo eſt textus in capitulo literas, de præſum-
13 ptio.in fin.† & vbi ipſi in vita non impleſſent hanc pœnitentiam iniunctam, compellendi ſunt eorum hæredes eam adimplere. per textum in capitulo parochiano, de ſepultu.& capitu.in literis.de rapto.& capitu.a nobis.lo ſecundo.de ſenten. excommunicatio. Secus autem ſi pœnitentia non iniuncta illi deceſsiſſet.vt capitu.accuſatus.§. porro.de hæreti.lib.vj. Et vbi prædictus ſuſpectus obligaſſet bona ſua pro huiuſmodi pœnitentia iam iniuncta adimplenda tranſirent bona huiuſmodi in quemcunq; etiã particularem ſucceſſorem dictorum bonorum cum prædicto onere, vt probat idem textus.§.ſi vero. qui tex.ſatis aperte termi
14 nat illa difficultatem, † an pro delicto bona delinquentis ſint tacite obligata fiſco, de qua per glo.in l.reſcriptum.ff.de pactis. & in l.aufertur.§.fiſcus.ff.de iur.fiſc.& per Bar.vtrobique. & etiam per eum in l.poſt contractum.ff.de donati. Et per illum tex. dicti capit.accuſatus.§.ſi vero. videtur fundari quod non inducatur illa tacita hypotheca ſecundum Pet.de Ancha.ibi, ſed ego dicerem quod ille textus non facit ad propoſitum, loquitur enim de pœnitentia iniuncta ſuſpectis de hæreſi, non autem de bonorum confiſcatione quæ fit ipſo iure contra conuictos de hæreſi. hoc tamen indubie probat ille text. quod pro pœnitentia alicui iniuncta non ſunt bona illius tacite hypothecata, cum ibi expreſſa fuerit facta bonorum hypotheca. Quo ad quæſtionem autem principalem Barto.in dicta l.reſcriptum, tenet quod ſint tacite hypothecata fiſco, ſed non tali hypotheca quæ faciat præferri creditoribus ipſum fiſcum, ſed in d.l.aufertur.§.fiſcus. & in dicta l.poſt contractum.indiſtincte tenuit tacitam hypothecam illo caſu ceſſare, ſed quia de hoc principaliter hic non agitur, remitto ad no.plene per Bald.in d.l.reſcriptum. vbi videbis longam diſtinctionem, quæ euacuat iſtam materiam ſatis ad longum.

## SVMMARIVM.

1 *Hæreticorum fautores & receptatores qua pœna plectantur.*

2 *Auxilium hæretico præſtare ex quibus actibus quis dicatur.*

3 *Miſericordiam pro delinquente quamuis regulariter implorare liceat, pro hæretico tamen non licet.*

## QVÆSTIO XVI.

1 DECIMOSEXTO quero † de pœna imponenda contra credentes fautores et receptatores hęreticorũ hoc determinatur per tex.in d.c. excõicamus.§.credentes. de hære.vbi text. decernit tales excõicatione ſubiacere et ſi taliter excõicatione nodatus ſatisfacere neglexerit intra annum extunc efficitur infamis, & excludit ab officijs pu-

Source : BIU Cujas

blicis & conſilijs, nec ad eligendos alios pu
blicos officiales, nec in teſtem admittitur,
& efficitur inteſtabilis actiue, & paſsiue, &
alie multe pœnæ contra tales ibidem impo
nunť que cauſa breuitatis omittũtur. Prę-
dicta vera ſunt quatenus de credẽtibus lo-
quuntur in his qui credunt hæreticos fore
bonos & catholicos viros & fauent eis. S
tñ crederent eorũ erroribus, eo caſu eſſent
hęretici iudicandi tanquam a fide deuiãtes,
2 vt in c. pe. §. fi. eo. ti. Sed iuxta hoc q̃ro † ex
quibus actibus dicatur quis præſtare auxi-
lium ſiue opẽ aut fauorem hæreticis. Arch.
& Io. An. in c. quicunq;. eo. ti. li. vj. late pro-
ſequuntur hanc materiam. Sed tu dicas ꝙ
interdum pręſtatur auxilium de iure, vt pu
ta exercẽdo officiũ aduocationis ſiue pro-
curationis ꝓ eis. ad quod faciũt notata per
Hoſti. in c. propoſuit. de cler. excõ. miniſt. et
tex. in c. ſi aduerſus. de hæreti. Q̃nq; nõ per
viam iuris, ſed venie ſiue miſericordie obti
3 nende. & † licet illud regulariter licitum ſit
vt l. ſi fuerit. ff. de rebus dubi. & l. in metal-
lum. & l. diuus. ff. de pœnis. tenetˀ Bart. in l.
in furti. §. ope. ff. de furtis. In foro tñ conſciẽ
tie dicerem ꝙ vbi non eſſet ſpes de corre-
ctione illud eſſet illicitum, & videretur im-
pendi fauor delinquentis. Ad quod induco
gl. xxiij. q. v. reos. Sed in crimine hæreſis ge
neraliter dico nõ licere, ẽt vbi ſpes eſſet de
correctione. Nam ſi hoc obtinetˀ in crimi
ne læſæ maieſtatis, vt non liceat pro crimi-
noſo illo crimine ſupplicare, vt l. quiſquis.
C. ad legẽ iul. maieſta. a fortiori in crimine
hæreſis locum habere debet. cũ longe gra-
uius ſit eternam quam temporalem ledere
maieſtatem de hęreti. vergentis. ad quod fa
cit gl. vj. q. j. ſi quis cũ militibus. Quandoq;
præſtatur fauor, alias extra iudiciũ, & tunc
proſequere materiam vt late proſequitur
gl. in cle. j. de pœni. & in c. j. de officio dele-
gat. & in c. notum. ij. q. j. & per Innocen. de
homi. ſicut dignum. & per Bart. in d. §. ope.
& per Saly. in l. non eo minus. C. de accuſa.
& licet alias receptatores delinquẽtium ſi
eorum ſunt cõſanguinei mitius puniantur,
vt in l. ij. ff. de recepta. Hoc tñ non putarem
in hoc crimine hæreſis locũ habere, quum
& pro delicto patris filij puniãtur propter
tanti criminis atrocitatem, vt d. l. quiſquis.
& dictum c. vergentis. & c. quicunq; §. filij.
eo. ti. li. vj. licet ipſi nõ deliquerint. quanto-
magis nõ eſſet eis habẽda miſericordia vbi
tales flagioſiſsimos receptarent, eorum de-
lictis quodammodo per hoc cõicantes, ſed
in hoc vltimo cogita.

## SVMMARIVM.

1 *Iudicibus an liceat, hæreticis a iure impoſitam pœnam minuere vel augere.*

2 *Pœnas delictorum minuendi augẽdive que iuſte cauſe cenſeantur. & nu. 4.*

3 *Hæreticorum ſi adſit copia qua via procedatur.*

5 *Pœnæ augmentum aut diminutio in crimine hæreſis etiam poſt ſententiam fieri poteſt, in cæteris vero delictis in ipſa ſententia fieri debet, non etiã poſt. intellige ſane.*

6 *Alteratio pœnæ, & in ſententia & poſt fieri poteſt.*

## QVÆSTIO XVII.

DECIMOSEPTIMO
1 quero † an pœnam inflictam
a iure contra hęreticos poſ-
ſint iudices qui de hęreſi iu-
dicant minuere, vel etiã ex
cauſa augere aut mutare.
Reſpondeo quod ſic. Nam hoc eſt gene-
rale in omnibus criminibus, vt in l. quid er-
go. §. pœna grauior. ff. de his. qui notantur
infa. & l. & ſi ſeuerior. & l. ſi poſsidonium.
C. ex quibus cau. infa. irroge. Vnde cum
hæc regula non reperiatur violata in crimi
ne hæreſis, debet idẽ in eo quod in alijs iu-
2 dicari. † Quæ aũt ſint iuſte cauſe minuen
di pœnas delictorum. ad hoc reſpondet gl.
in d. §. pœna grauior. dicens multas fore
cauſas. Poteſt enim minui pœna ratione ſe-
nectutis vel iuuẽtutis, vt l. auxiliũ. §. in de-
lictis. ff. de minoribus, vel q̃a ſine dolo deli-
quit. ff. de pœnis. l. ſi quis aliquid. §. inſtru-
menta. & l. abſentem. §. fin. et l. reſpiciendũ.
§. delinquunt. eo. tit. Augeri autẽ poſſunt
3 pœnę q̃n † multitudo eſt in delicto, q̃a mul
tis craſſantibus opus eſt exẽplo. ff. de pœ-
nis. l. aut facta. §. ſi. Sed iſtud vltimum limi-
ta verũ vbi multitudo illa patienter & ſine
ſcandalo pœnam ſuſtineret. ſi tñ ſcandalum
timeretur de punitione multitudinis, detra
hendum eſſet propter multitudinem ſeueri
tati & rigori. ita tenet glo. no. in c. commeſ-
ſationes. xliiij. diſt. & in c. latores. de cleri.
excom. mini. At vbi multitudo vellet erro-
rem ſuum pertinaciter defendere, ſeuerer
eſſent puniendi, vt voluit gl. in d. c. cõmeſ-
ſationes. & in c. quoties. lo ij. j. qõ. vij. vel ſi
confidentes in multitudine vſum peccandi

Source : BIU Cujas

ſibi feciſſent, vt in c.j.de pœniten.diſtin.vj.
Si tñ iſta ceſſarẽt & parati eſſent illi mul
ti corrigi, & de eorũ correctione eſſet ſpes,
ex miſericordia mitius eſſet cum eis agen-
dum.quinquageſima diſt.vt conſtitueretur.
& c.ſi.de tranſa.& d.c.commeſſationes.ſcũ
multis ſimilibus. Quot autem dicantur mul
ti, vide glo.in d.c.latores. De modo autem
extirpandi vitium a multitudine.vide tex.
notab.in d.c.commeſſationes, & de modo
puniendi multitudinem delinquentem. vi-
4 de omnino tex.in d.c.latores. †Quæ au-
tem ſint conſideranda in augendis ſiue di-
minuendis pœnis.vide tex.in l. reſpicien-
dum.& l.aut facta.ff.de pœn.& in l.ij.ff.de
termi.mo.& glo.ij.q.iij.§.notandum. Repe
titur tñ vnum ſpeciale iuxta hoc in crimine
5 hæreſis, †quod licet ſit regulare in alijs cri-
minibus ꝙ vbi pœna venit ex cauſa augen
da vel diminu, illud debet iudex facere, in
ſententia, non autem poteſt poſt ſententiã.
vt voluit glo, in d.§.pœna grauior.& d.l.&
ſi ſeuerior.in tantum vt etiam ſi de innocẽ
tia condemnati poſt ſententiam conſtet, id
tñ ꝙ ſententiatum eſt ſine principis licen-
tiam immutari non poteſt, vt in l.j.§.fi.ff.de
quæſtionibus.& l.diui, ff.de pœn.tñ in hoc
crimine eſt ſpeciale vt etiam poſt ſententiã
poſsit pœna mitigari uel mutari.quũ viſum
fuerit iudicibus expedire, vt eſt notab.tex-
tus in c. vt commiſsi.§.necnon.de hære.li.
vj. Sed illum textum ego intelligerem ſtri-
ctè in terminis in quibus loquitur quũ ex-
orbitet a iure communi, videlicet quãdo re
deũtibus ab hęreſi vel alias ſuſpectis eſt im
poſita pœna carceris vel alia huiuſmodi.
Secus autem vbi quis eſſet tanquam hære-
ticus condemnatus, quod enim nõ mutatur
quare ſtare prohibetur. C.de teſtamentis,
6 ſancimus.& de appel.l.præcipimus.† Vnũ
tñ non omittam quod alteratio pœnæ quæ
eſt neceſſaria nedum poteſt fieri in ſenten-
tia, ſed etiam poſt ſententiam. Vnde ſi con-
demnatus in pecunia propter crimen non
poteſt ſoluere, iudex ex interuallo poterit
pœnam corporalem permutare.& hoc ob-
tinet in quocunq; crimine pro hoc.ff.de in
ius vocando, l.fi.& de iuriſdictio.om.iudi-
cum.l.ſi quis id quod.§.ſeruos. Cautius tñ
faciet iudex ſi formet ſententiã bimembrẽ.
hoc modo videlicet, condemno te in pecu-
nia & niſi ſolueris intra talem terminum
mando quod patiaris talem pœnam corpo
ralem, ita no.Bal.in d.l.& ſi ſeuerior.faciũt
not.in ſimili per eum in l.cum iudex.C.de
ſenten.

## SVMMARIVM.

1 *Appellare an liceat hæretico.*
2 *Appellatione a diffinitiua lege vel ſtatuto ſublata, nequaquam ſublata cenſetur ab interlocutoria appellandi facultas.*
3 *Appellatione lege, vel ſtatuto prohibita, non etiam interdicta cenſetur appellandi facultas, vbi aut dolo iudicis, aut etiam partis ſententia lata extitit, ex quibus autem dolus colligatur, ibi traditur.*

## QVÆSTIO XVIII.

DECIMOOCTAVO
1 quero. †An in cauſa hæreſis
liceat appellare, & diſtin-
gue, quia aut eſt lata diffini-
tiua, & ab ea non licet ap-
pellare, vt in c. vt inquiſitio
nis.§.j.de hære.li.vj.ibi cum dicit condem-
natos, aut grauamen contingit in proceſſu
cauſe.& tunc poteſt appellari ſecundũ Ar-
chi.ibi. Nam nulli eſt neganda legitima de-
fenſio.de exceptio.cũ inter.& ne innocens
grauetur permiſſum eſt omnibus oppreſsis
appellare.ij.qõ.vj.c.ij.& iij.nec obſtat ille
tex.in d.c.vt inquiſitionis. ſecundum eum,
immo facit pro, quia loquitur de illis de q-
bus iam conſtabat per ſententiam latã fore
hæreticos. ſic etiam conſtitutio Innocentij
iiij.de qua hic ſit mentio dicit. Item appel
lationes & proclamationes hmõi perſona-
rum &c.& alia cõſtitutio quæ incipit. Cõ-
miſsi nobis celitus, ſic dicit, igitur procla-
mationis, & appellationes beneficiũ ab hę-
reticis receptatoribus & fautoribus eorum
pœnitus amouemus. Ex quibus verbis ap-
paret quod de his quos hæreticos eſſe con-
ſtat, prędicta iura loquuntur. Idem ſequitur
ibi Io.And. Hi enim quos conſtat eſſe tales
nullo iuris beneficio gaudere debent, vt in
auc.de priuil.doct.circa medium.& in tam
graui crimine cũ multa debet cautela pro-
cedi.de hære.vt officium.§.verum lib.vj.
Idem Gen.idem ſequitur Domi. qui ex prę
2 dictis infert †quod vbi lex vel ſtatutum tol
lit remedium appellandi a diffinitiua, non
videtur tollere ab interlocutoria, quod eſt
notandum, & pro hoc ego induco doctrinã
Inn.in c.ſignificauerunt.de teſti.& in c.pe.
de no.ope.nũtia.vbi tenet quod & ſi in iu-
dicio poſſeſſorio nõ admittatur appellatio,

Source : BIU Cujas

vt in l.vnica.C.ſi de momen.po.Illud m̄ eſt verũ in diffinitiua quo caſu iura loquũtur, ſecus autẽ in interlocutoria de qua non diſponunt tollendo remedium appellandi ab ea.quod etiã iuſtificari poſſet, quia eo magis admittenda eſt in hoc caſu appellatio ab interlocutoria,quia grauamen non eſt reparabile per appellationem a diffinitiua per ea quæ no.in l.ante ſententiam.ff.de appella.non reci.& in l.ante ſententie.C.quo.appel.non reci.& per gl.cle.j.de hære.in ver.
5 ipſo iure,quę optime facit ad hoc.† Aduerte tñ iuxta hoc quod quãtuncunq; lex vel ſtatutum tollat appellationẽ,non tñ tollitur facultas appellandi,vbi propter dolum iudicis,vel aduerſarij eſſet ſententiatũ,et pręſumitur dolus in iudice ſi erat capitalis inimicus eius contra quẽ pronuntiat.vt ff.de arbitris.l.nõ diſtinguemus.§.cum quidam, probatur autem prędicta concluſio ex tex. l.diem proferri.§.ſtari.iuncta.l.ita demum ff.de arbi.& l.iij.C.eo.Dolus autem aduerſarij colligitur ex his quæ dicit tex.in d.l. ita demum videlicet ſi corrupit iudicẽ, vel ambitione,vel pecunia,vel aduocatũ, aut procuratorem partis aduerſe generaliter ſi in lite doloſe verſatus eſt.& hãc cõcluſionẽ firmat Bal.in c.paſtoralis.§.ſi.de offi.deleg.

## SVMMARIVM.

1 *Executio aduerſum damnatos hæreticos qualiter fiat.*

2 *Degradatio clerici qualiter fiat, & an degradari debeat qui perpetuo carceri mancipandus traditur nu.3.*

4 *Sententia criminalis an mox executioni mãdetur an vero decendio ad appellandum expectato.*

*Officiales ſeculares hæreticos punire nolentes, qua pœna plectantur.*

5 *Magiſtratus ſeculares exequi & conſeruare conſtitutiones aduerſus hæreticos latas iurare debent, quod ſi facere recuſent, puniuntur, vt ibi.*

6 *Iudici ſeculari petenti an hæretici damnati a iudice eccleſiaſtico ſit exhibendus proceſſus.vt nunquid recte condemnatus fuerit videre poſſit.*

7 *Exceptio nullitatis ſententiæ executionem impedit.*

8 *Iudex laicus iniquã eccleſiaſtici iudicis ſententiam, executioni mandare non debet.*

9 *Iudex ſecularis ad eccleſiaſticum & eccleſiaſticus ad ſecularem vbi opus eſt,recurrere poteſt. vna etenim poteſtas alterius opera iuuatur.*

10 *Iudex vnus ſecularis, alterius iudicis ſecularis auxilium implorare poteſt.*

11 *Cauſa ſi fuerit commiſſa epiſcopo (puta Paduano) & duo ſunt electi vnus canonice, & alter non, intelligitur commiſſa exiſtenti in canonica poſſeſſione.*

## QVÆSTIO XIX.

1 DECIMONONO quæro † de executione fiẽda cõtra condemnatos,de hoc crimine, In quo eſt dicẽdum ꝙ ſi ſunt eccleſiaſtici viri tunc per inquiſitores, & ordinarios fiet executio in bonis eorum.vbi vero ſeculari iudici ſunt tradendi, debent prius a ſuis ordinibus degradari, quod generale eſt in omni crimine.vt in c.cum non ab homine.de iudi.& in c.nouimus ,de verb.ſig. vbi tex.dicit ꝙ cum maxima clemẽtia per eccleſiaſticum iudicem ſunt tradendi præcibus interpoſitis apud eum,ne ad mortẽ vel membri mutilationem procedat.Secularis tñ poteſtas faciet executionem corporalẽ, prout iura volunt. Illud enim conuenit iudici eccleſiaſtico propter ſuam modeſtiam & eccleſiæ clementiam,& hoc incumbit ſeculari iudici propter rigorem diſcipline &
2 iuſtum conſeruandum. †In degradatione autem prędictorum reperitur ſpecialiter in hoc crimine ſtatutum,vt nõ requiratur numerus ep̃orum de quo in c.degradatio, de pœn.li.vj.immo quia tantus ep̃orum numerus faciliter conuenire non poteſt,ſolus ep̃s conuocatis Abbatibus alijſq; prælatis, & religioſis pſonis ac literatis ſue diociſis (de quibus ſibi expedire vr̃)poterit eos degradare.vt in c.j.de hęre.li.vj.& licet ille tex. dicat ꝙ ille perſone conuocate debeant eſſe de dioceſi,vbi tñ ibi non reperirentur recurrendum eſſet ad aliam dioceſim.vt dicit ibi Ioan.An.in nouel. Sed occurrit iuxta
3 hoc dubitatio.† An iſta degradatio debeat fieri tantum vbi clericus traditur curie ſeculari mortis ſupplicio deputandus. An ẽt ſit idem qñ debet perpetuo carceri manci-

Source : BIU Cujas

pari,iuxta formam.c.excõicamus, lo ij.eo.
tit.Panor.mouet ibi quæſtionem.& tandem
concludit etiã in ſecundo caſu,ſcilicet per-
petui carceris habere locum prædicta de-
gradationem,pro quo facit ſecundum eum
aperte tex.in d.c.j.ibi quum dicit , aut per-
petuo immurãdus &c.Si vero laici fuerint
de hoc crimine condemnati,ſtatim ſine alio
adminiculo ſeculari ſunt relinquendi iudi-
cio, animaduerſione debita puniendi.Pote
ſtates autem ſiue iudices & alij dñi tempo-
rales,officiales,ſiue eorum nuntij taliter ſi-
bi relictos ſtatim recipiant & ſine dilatione
debita animaduerſione puniant,nõ obſtãti-
bus appellationibus ꝑ eos interpoſitis, aut
interponendis,quum tam ſecundum ius ca-
nonicum,quam etiã ſecundum legem impe
riale, appellationis remedium ſit hæreticis
fautoribus,ac eorum receptatoribus & de-
fenſoribus interdictum . vt in c.vt inquiſi-
tionis.de hæreti li.vj.& ex illo text. infert
4 ibi gl.quod † ſententia lata in cauſa crimi-
nali debet ſtatim mandari executioni, non
expectato lapſu decendij.ſed ille tex.iudi-
cio meo probat contrarium, quum ibi per-
mittatur fieri executionem incõtinenti,ex
eo quod in crimine hæreſis non admittitur
appellatio,vt dicit ibi tex,ergo ibi appella
tio non excluderetur(quod eſt regulare in
omnibus criminibus, intantum quod in eis
nedum condemnato , ſed etiam tertio per-
mittitur appellare.ff.de appel.non tm̃)eſſet
differenda executio , nec ſtatim eſſet fiẽda,
de materia tñ quia nõ eſt præſentis ſpecula
tionis remitto ad not.ꝑ Bar.in d.l.non tm̃,
& latius per eũ l.qui vltimo.ff.de pœn.& ꝑ
Bal.in l.aditos.C.de epiſ.aud.& in l.vnica.
C.ne ex delic.defun. Conſuetudo tñ habet
quod in quocũq; crimine nõ expectato de-
cẽdio ad appellandũ mandatur incontinẽti
ſnia executioni quo ad pœnã corporalem,
ꝙ intellige vbi non eſſet appellatũ, de quo
remitto ad notata ꝑ doc.in locis prędictis.
& per Cano.in c.ij.de re iudi.&[quo magis
ſint aſtricti hmõi ſeculares poteſtates,et of-
ficiales contra hęreticos hmõi executiones
5 facere † ſtatutũ eſt ꝙ ad requiſitionem dioce
ſanorum ſeu officialium ſuorũ aut inquiſitorum
hæretice prauitatis iurent præciſe attẽdere
atq; inuiolabiliter obſeruare,& facere a ſuis
ſubditis obſeruari toto tpe ſui regiminis in
terris ſue iuriſdictioni ſubiectis conſtitu-
tiones edictas contra hæreticos credentes,
fautores,& receptatores, atque defenſores
eorum ipſorumq; filios, & nepotes , & qui
iurare id noluerint & ſeruare, velut hære-
tici,ac de fide ſuſpecti & infames officio &
honore ſui regiminis ſpolientur,& ſunt in-
habiles ad officia publica decetero conſe-
quenda, vt in c.vt officium.§.fi.de hære.li.
vj.& vltra hoc prædicti omnes ſi exequu-
tionem ſibi iniunctam cõtra hæreticos prę-
fatos delatam prompte prout ad ſuum ſpe-
ctat officiũ facere ſeu adimplere detractẽt,
aut alias ſententiam vel proceſſum iudicũ,
qui ſuper hoc crimine procedunt directe,
vel indirecte impedire præſumpſerint,& ꝗ
ſcienter in prædictis dederint conſiliũ,auxi
lium,& fauorem,excõicationis ſnĩam ipſo
facto incurrunt, quam ſi per annum animo
ſuſtinuerint indurato extunc velut hæreti-
ci ſunt cõdemnandi,vt in d.c.vt inquiſitio-
ni.§.prohibemus. Ex quibus aperte mõ
ſtratur quã ſoliciti & attẽti debeant eſſe ſe-
culares poteſtates,et officiales circa ea quę
ſuper hoc crimine eis incumbunt peragen-
da.Horrendumq; eſt quod poteſtates & do
mini temporales qui eos debite modo præ
dicto non puniunt,immo et qui deterius cõ
mittentes eis fauent,illud dñi iudicium per
eos prophete prolatũ incurrant. Quia dimi
ſiſti virum dignum morte de manu tua,erit
anima tua pro anima eius, & populus tuus
pro populo eius , vt habetur.iij.Regũ.xx.
Multa ẽt flagella diuine vltionis quæ in po
pulo propter hoc deteſtandum crimen ſeui
re quotidie decernimus habita de eis vindi
cta miſericorditer tollerentur.vt contingit
in ſimili caſu iij.Regũ.xviij.Ex prædictis
infertur ad qõ. quæ in hac materia eſt ſatis
6 neceſſaria. † Pone qđ iudex eccleſiaſticus
tradit condemnatũ de hæreſi iudici ſecula-
ri,vt ipſum puniat.An iudex ſecularis poſ-
ſit petere a iudice eccleſiaſtico vt cõicet ſi-
bi proceſſum quem fecit contra condemna
tum,vt ſic videat an iuſte fuerit proceſſum
contra eum,vel non,vt in euentũ procedat
ad exequendũ ſnĩam contra ipſum vel nõ.
Bart.in l.diuus.ff.de cuſto.& exhib.reo.te-
nuit quod non tenebitur ad executionẽ fa
ciendam procedere,niſi proceſſus ſibi exhi
beatur.& idem tenet in l.magiſtratibus.ff.
de iuriſdi.om.iudic,ad quod allegat tex.in
d.l.diuus.ad idem inducit quod habetur in
authen.de ſanctiſsimis epiſc.§.ſi vero . Sed
Panormi.in c.j.de offic. ordina. reprehen-
dit in hoc Barto. & dicit contra ipſum eſſe
text. expreſſum in dicto c.vt inquiſitionis.
§.prohibemus, vbi dicit ꝙ de crimine hæ
reſis quũ ſit mere eccleſiaſticũ neq; directe
neq; indirecte põt iudex ſecularis cogno-
ſcere,ſed pura & nuda executio ad eũ per-

Source : BIU Cujas

tinet ad requiſitionem iudicis eccleſiaſtici. Et hæc opinio ſatis placet, quia fundatur aperte per d.§.prohibemus.Sed ego limitarem hoc procedere vbi daretur de iniuſtitia contra ſnīam ad impediendū executionem,ad quod ēt faciunt notata per Inno.in d.c.j.de offi.ord.& in c.cum in iure.de offi.deleg & per Archi.xxiij.q.v.adminiſtratores.vbi tñ diceretur eam fuiſſe nullā, & de hoc exciperetur ad impediendā executionem, tunc admittenda foret hæc exceptio per iudicem ſecularem exequentē, dummodo in breui poſſet de ea cōſtare,nec requireret altiorem indaginem,iuxta notata per Bar.in l.iiij.§.condemnatum.ff.de re iudic.

7 † Nam nullitatis exceptio impedit executionem ſnīę, vt in d.§.condemnatū.& l.ſi cum nulla.eo.ti.& c.de cętero.de re iudi.& per glo.in c.paſtoralis.§.quia vero.de offi.deleg.& per Inno.in c.cum in iure,eo.titu.

Nec ob.tex.in d.c.vt inquiſitionis.§.j.in fi.vbi dicit quod iudex ſecularis ſtatim recipiat cōdemnatos de hæreſi.& immediate ſnīam exequatur contra eos.Nam ille text. loquitur de condemnatis de crimine prædicto.Conſtat aūt cōtra quem ſnīa lata eſt nullam non eſſe cōdemnatum, vt clare dicit tex. in d.§.condemnatum. Similiter nec obſt. tex.in d.§.prohibemus.eiuſdem c.quia hic non cognoſcit iudex ſecularis de crimine hæreſis,quod ibi interdicitur,ſed tm̄ de nullitate ſnīæ quod ibidem minime prohibet.

Et pro hac concluſione multum faciunt ea quę no.Ang.conſ.cclxxv.addo.ēt aliam
8 limitationem ad prædicta quod † vbi iudici ſeculari alias cōſtaret ſnīam fore iniuſtam, non deberet ad eius executionem procedere,ne animam ſuam damnaret, iuxta notata per Inno c.in d.§.quia vero.c.paſtoralis, & ſi cogeretur per iudicē eccleſiaſticū per cenſuras & alias iuris pœnas potius debet iſta humiliter tolerare quam mortē iniuſtā alicui inferre. arg.c.inquiſitioni.de ſen.ex.cō.neq; per hoc dici pōt quod ſe intromittit de hoc crimine contra diſpoſitionē d.§. prohibemus. qm̄ non ſe intromittit cognitionem ſuper prędicto crimine aſſumēdo,ꝙ ille tex.prohibet,ſed ex conſcientia priuata quam habet crimen homicidij declinando quod quemlibet virū catholicum decet, & eſt aliud ſpeciale in hoc crimine ꝙ pro executionibus faciendis,& auxilio impendendo contra hæreticos poterunt eccleſiaſtici iudices recurſum habere ad poteſtates,& iudices ſeculares excōicatos,& de facto & non de iure officia illa & dignitates poſſidentes, dummodo ſine periculo more ad ſuperiores eorum legitime præſidentes recurſus nequeat haberi,vt probat text.c. præſidentes de hære.li.vj.ex quo text.per locum a ſpeciali dicemus contrariū in alijs
9 caſibus vt ad tales nō recurratur.† Ex quo poteris aſſumere nota.limitationē & intellectum ad omnia iura quæ dicunt ꝙ iudex eccleſiaſticus debet recurrere ad auxilium iudicis ſecularis qn̄ opus eſt.xcvj.diſt.cum ad verum.& xxiiij.q.v.principes de offic.ordi.c.j.& ecōtra ſecularis ad eccleſiaſticū, nam vna poteſtas per aliam iuuatur.x.diſt. c.qm̄.ad quod ēt faciunt not.per Inno.in c. licet ex ſuſcepto,de foro compet.& in d.c. j.de offi.ordi.& per idem intelliges no.per Bar.in l.vnica.in prin.ff.ſi quis ius dicē.nō
10 obtem. Vbi dicit quod † ēt inter ſeculares iudices poteſt vnus implorare auxiliū alterius potentioris.C.de his qui latro.oc.l.ij. omnia enim iſta debent intelligi modo prædicto.& per eundem modum limitabis etiā no.per Vincen.& Ioan.And.in c.per venerabilem.§.rationibus. qui filij ſint legi.vbi
11 per illum tex.dicunt ꝙ † ſi cauſa committit epiſcopo Paduano & duo ſunt electi, alter canonice, & alter non,ꝙ intelligitur commiſſa exiſtenti in canonica poſſeſsione.& idem tenet Archi.xj.q.j.ſi quiſquam. debet enim intelligi de illo qui bona fide eſſet in poſſeſsione,ſecus autem ſi de facto tantum eſſet intruſus per prædicta.

## SVMMARIVM.

1 *Recedentes ab hæreſi, & abiurantes an indiſtincte ſint recipiendi, & pœnas criminis euitent,& vſque ad quod tempus admittatur abiuratio, late traditur & variæ doct.ſententiæ referuntur.*

2 *Quod deciditur de recedentibus & abiurantibus ab hæreſi, procedit etiam in apoſtaſia,declara tamen & limita vt nu.4.*

3 *Materia ſiue cauſa mere eccleſiaſtica non cadit ſub iudicio laicorum, maxime vbi ius cano.contrariatur ciuili.*

5 *Relapſus quis dicatur.*

6 *Hæreticus ſuper aliquo articulo ſi abiurauerit, & demum teneat contra articulum an dicatur relapſus.*

7 *Forma abiurandi hæreſim quæ ſit.*

8 *Iudex in ſententijs ferendis vel pœnis iniungendis*

gendis

Source : BIU Cujas

*gendis contra abiurantes qualiter pronun*
*tiare debeat.*
9 *Forma ſententiæ contra abiurantes.*
10 *Inquiſitores an poßint abſoluere hæreticum*
*ab excommunicatione quam papa die ve-*
*neris ſancti promulgat contra hæreticos.*
11 *Pœna quæ inſligatur abiurātibus hæreſim.*
*& nume.ſeq.*
12 *Patronus eccleſiæ abiurans hæreſim an recu*
*peret ius patronatus amiſſum per hæ-*
*reſim.*

## QVÆSTIO XX.

1 VIGESIMO quero † An
redeūtes ab hæreſi indifferē
ter ſint admittēdi, & an eua-
dant per hoc pœnas crimi-
nis. Archidia. in c. vt cōmiſ-
ſi. §. necnon de hære. lib. vi.
dicit quod illi qui veniūt intra tempus gra
tiæ admittēdi ſunt, licet. n. fuerunt moniti,
non tamē ſunt coacti ex quo a nemine ſunt
præuēti. bene facit. ff. ad tertul. l. j. §. mater.
cum ſequen. Sed ipſe tenet quod ēt poſt tē-
pus gratie admittendi ſunt re integra vt po
te quia aliquis non fuit perſonaliter requiſi
tus, nec contra eum probationes ſunt rece-
pte, ad hoc de præbē. ſi tibi abſenti. lib. vj.
Qui tamē poſt prædicta tēpora venerit in-
dignus eſt venia licet errorē detegat. & re-
mittit ad not. in l. j. C. de his qui latro. occul.
& ſic recitando ipſum tranſeunt Ioā. And.
& Domi. ibi. & id quod iſti dicunt de tēpo-
re gratiæ innititur conſuetudini quam ſo-
lent ſeruare inquiſitores hæreticæ prauita-
tis, qui vt prædiximus in principio inquiſi-
tionis permittūt ſermones ad populum, vbi
habēt inquirere de fide catholica differētes
atq; admonent oēs hæreticos, vt recogno-
ſcentes errorē ſuū ad fidē catholicam cōuer
tantur, quæ tanq; benigna mater quę nulli
claudit gremium redeūti, eos benigne reci-
piet, & ſolent præfigere certū terminū in-
tra quem iſti debeāt venire, & iſtud appel-
latur tēpus gratie, Sed Hoſtien. in ſumma
titu. de hære. ſentit aperte quod antequā ſit
conuictus de hæreſi quādocūq; admittitur
confitens errorē ſuum & volens reconcilia
ri, ēt ſi timore probationum cōfiteatur, dū-
modo iudex videat ipſum cōtritum & ſpe-
ret de cōuerſione ſua. Io. And. in c. excōica
mus. Io j. §. damnati. eo. tit. in quadā apoſtil.
ſentit qd nedū anteq; ſint conuicti, immo ēt
poſtquā ſunt condemnati per ſentētiā poſ-
ſunt redire & euadere pœnā mortis. & idē
ſentit glo. not. in c. penul. eo. tit. In cōtrariū
tñ facit tex. in c. ad abolendam. §. j. eo. titu.
vbi tex. videtur requirere qd incontinenti
redeant & ſponte. Nam poſt damnationem
videtur hoc facere timore pœnę imponen-
de, & poſt probationes videtur facere timo
re probationum, innuit enim ille tex. quod
ad hoc vt redeūtibus ad fidē remittatur pœ
na mortis iſta requirūtur, ſ. quod ſpōte abiu
rent, & quod incōtinēti. Si ergo quis expe-
ctauit probationes contra eum fieri & per
eas cōuinci & poſtea vult cōuerti, nec hoc
facit incontinenti nec ſponte, quia videtur
timore probationum feciſſe Zen. & d. Car
di. in cle. ad noſtrum. §. pe. eo. ti. tenēt quod
ſi poſt quam negauerunt, ſunt conuicti non
admittantur ad hmōi reuocationem erro-
ris, ad finem euadendi pœnam corporalē,
ſed Panor. in d. c. excommunicamus. §. dam
nati. ſequitur opinionem quam Io. And. ibi
tenuit in apoſtilla de qua prædixi. & pro
ea adducit. tex. in c. accuſatus. de hære. lib.
vj. vbi relapſis dūtaxat nō parcitur. ſemel
ergo lapſis licet ſint condemnati, parcendū
eſt, ex quo volunt ad fidem redire. Dicit tñ
quod iſta opinio aperte non probatur iure,
immo potius poſſet defendi contrariū quia
dictum. §. damnati. nullam indulgentiā dat
damnatis. & c. ad abolēdā, vult quod ſtatim
redeant & ſponte vt dictum eſt & c. penul.
eo. titu. loquitur de deprehenſis in hæreſi,
& nō de condemnatis. ſed dicit quod alia
opinio tanq; mitior eſt ſequenda arg. regu-
le odia. & regule in pœnis. de reg. iu. lib. vj.
& ad c. abolendā ſatis colorate poſſet reſpō
deri, quod ſatis incontinēti dr̄ redire ſi nul-
lam dilationē expectat, nec pœnæ impoſi-
tionē. I. diſt. ponderet. Vel poteſt dici ſecun
dū eum quod Aut ſunt condemnati de hæ-
reſi ſed adhuc non ſunt traditi curię ſęcula
ri, & habet locum pœnitētia. Aut ſunt tradi
ti curię ſæculari, & tunc non ſit locus pœni
tētie. Nam tunc proprie non dicuntur veni
re ſponte nec incontinenti. Sed in hac opi-
nio. varietate ego dicerē, quod vbi ad ſentē
tiam eſſet proceſſum cōtra hæreticum, nul-
lo modo eius conuerſio eſſet admittēda ad
effectum euadendi pœnam mortis, & pro
hoc induco text. in d. c. pen. de hæreticis in
. §. damnatis. iuncto. §. ſi qui autem. in para-
gra. damnati diſponitur de damnatis per
ſententiam, vt tradantur curie ſeculari, ſe-
quitur ſtatim. §. ſi qui autem. vbi tex. loqui-



Source : BIU Cujas

tur de deprehenſis in hæreſi,non tamen de condemnatis, qui ſi redire voluerint, euadunt pœnam mortis,tamen perpetuo carceri ſunt mācipandi.hoc etiam probatur per textum in c.vt commiſsi,eo.ti.lib.vj.vbi ſolum cōceditur facultas mitigandi pœnam, vel mutandi his qui mandatis inquiſitorū obedientes fuerunt,propter quod in carcere vel muro fuerūt recluſi.ſecus ergo in eis qui in pertinacia perdurarūt quouſque de crimine fuerunt condemnati Præterea vt ſuperius diximus quū regula iuris ſit quod pœnam iam illatam per ſententiam nullus poſsit ſine principis authoritate relaxare, & in hoc caſu hæc regula non reperiatur violata excepto caſu prædicto dicti cap.vt commiſsi non debemus hoc extendere ad non expreſſum vbi tamen ad condemnationem non eſſet proceſſum.etiam ſi eſſet per teſtes,vel alias probationes de hæreſi conuictus,ſatis crederē reuertentē admitti debere.Pro quo facit tex.in d.c.accuſatus. in principio.& apertius in.§.ille quoq;. Nec obſtat tex.in d.cap.ad abolendam. quā ſupra induximus,qa debet ſuppleri per textum in d.cap.accuſatus. & hoc non eſt nouum quod priores leges trahantur ad poſteriores vt l.non eſt nouum.ff. de legibus. Prouidendum tamen eſt caute quando iſti volunt redire,ne ſimulata conuerſione, redeant fraudulenter, & ſub agni ſpecie gerant lupum,vt c. vt officium.§.prouiſo.eo.
2 titu.libr.vj.Et aduertendum†quod ea quæ prædiximus circa admittendos hæreticos ad reconciliationem & gremium eccleſiæ atq; erroris abiurationem locum etiam ſibi vendicāt in his qui redeunt ab apoſtaſia quum illa non conſtituat diuerſam ſpeciem ab hæreſi,ſed tantum addat quandam circūſtantiam aggrauantem , vt dicit Thomas ij.ij.quæſtio.xij.arti.primo in ſolutione ad tertium,iuxta illud ſecundę Petri.ij.melius erat eis viam domini non agnoſcere,quam poſt agnitam retroire,quum ergo iura pręinducta generaliter admittāt hæreticos nō relapſos ad abiurationem,& apoſtaſia non conſtituat diuerſam ſpeciem ab hæreſi , vt diximus,iure igitur apoſtate erunt admittēdi.nec obſtat textus in l.hi qui.C. de apoſta.vbi textus in fine dicit eos reuertentes non fore admittendos.Nam illa lex nō eſt admittenda quum diſponat de materia mere ſpirituali,ſ.hæreſis,quæ eſt mere eccleſia
3 ſtica.†nec ſub laicorū iudicio poteſt cadere, vt in c. vt inquiſitionis.§.ꝓhibemus. de hæreti,lib,vj.Non ergo Imperator legē illam condere potuit,ad quod facit.c.bene quidem.xcvj.diſtin.& c.eccleſia ſanctę Marie,de conſtitutionibus,cum multis ſimilibus,præſertim hoc caſu quo ius Canonicū ſpecifice contrarium diſponit. pro quo induco tex.in c.quidam.de apoſta. vbi compelli iubentur apoſtate per prælatos ſuos, vt fidē quam promiſerunt teneant,ac ritus Iudaicos dimittant. Si igitur compellendi ſunt per eccleſiam ad id ergo a fortiori voluntarie & ſpontanee venientes debēt admitti,quod caute eſt conſiderandum. Prædicta vera ſunt in hæreticis non relapſis.

Si enim eſſent relapſi ſine aliqua audientia eſſent ſæculari iudicio relinquendi, vt d.cap.ad abolendam.§.illos quoque.& d.c.
4 accuſatus.†Sed intellige quod eorum conuerſio non eſt admittenda ad hoc vt pœnā mortis euadant nequaquam tamen ſunt eis humiliter petita ſacramenta pœnitentie ac euchariſtie deneganda,vt in c.ſuper eo.eodem titu.lib.vj.Et idem dicas eadem ratione vbi ſuperius dixi iſtorum conuerſionem non debere admitti. debet enim intelligi iuxta determinationem d.c.ſuper eo. Sed
5 quero†quis dicatur relapſus.Hoc determinat tex.in d.c.accuſatus.in prin.& in.§.j.& ij.& nota ꝙ nedū ille qui poſt abiuratā hęreſim recidit in eandem, relapſus cenſetur, iuxta tamen diſtinctionem illius tex.Sed ēt ille cui propter ſuſpitionem hæreſis fuit inducta purgatio,& ſe purgauit,relapſus dicitur ſi in eam poſt abiuratione eſt relapſus, vt probat tex.in d.capi.ad abolendam.§.illos quoque.quia tamen inter cætera diſponit tex.in dicto cap.accuſatus.§.eum vero, quod ille qui in vna hæreſis ſpecie vel ſecta,aut in vno fidei articulo,vel eccleſiæ ſacramento commiſit , & poſtmodum hæreſim abiurauit ſimpliciter vel generaliter,ſi poſtea in alia ſpecie ſiue articulo committat,debet vt relapſus in hæreſim iudicari,
6 Iuxta hoc occurrit dubitatio.†Pone qđ non ſic ſimpliciter abiurauit,ſed tantum in illo articulo,poſtea labitur in alio, an dicatur relapſus. & glo.ibi dicit quod non licet Archidia.contrarium ibi teneat. tamen Io. And.in nouella.ſequitur illam glo.quū verba debeant aliquid operari, de priuilegijs. ſi Papa.& quia in pœnis benignior interpretatio eſt facienda.Subiungit tamē quod raro practicabitur iſte caſus,quia conſuetudo habet quod omnis relapſus etiā in vno articulo generaliter abiuret hæreſim. Sed Domini.tenet contrarium propter connexitatem quam habent hęreſes inter ſe,quia

Source : BIU Cujas

de vanitate conueniunt in idipſum. de hæ-
reticis.excommunicamus.lo primo, & ſe-
cundo.& ex hoc fundamento tollit motiua
Ioan.And.& pro hac opinione Domi. ego
induco ea quæ ſanctus Thomas dicit ſecun
da ſecundæ quæſtione.v.artic.iij.vbi tenet
quod in hæretico diſcredente vnum articu
lum fieri non manet fides formata nec in-
formis in alijs articulis,cuius ratio eſt,quia
ſpecies cuiuslibet habitus rerum dependet
ex formali ratione obiecti,qua ſublata ſpe
cies habitus remanere non poteſt. For-
male autem obiectum fidei eſt veritas pri-
ma ſecundum quod manifeſtatur in ſcriptu
ris ſanctis,& doctrina eccleſiæ quæ proce-
dit ex veritate prima. Vnde quicunque nõ
inheret ſicut infallibili & diuine regule do
ctrine eccleſię quę procedit ex veritate pri
ma in ſcripturis ſanctis manifeſtata, ille nõ
habet habitum fidei, ſed ea quæ ſunt fidei
alio modo tenet quam per fidẽ. Sicut ſi ali-
quis teneat in mente aliquam concluſionẽ
non cognoſcens medium illius demonſtra-
tionis, manifeſtum eſt quod non habet eius
ſcientiam,ſed opinionem ſolum. Vnde ille
qui de his quæ eccleſia docet, quæ vult te-
net,& quæ non vult non tenet, iam nõ in-
hæret eccleſiæ doctrine tanquam infallibi-
li regule, ſed potius proprie voluntati. ex
quo ſequitur quod hæreticus eſt ſimplici-
ter qui pertinaciter diſcredit vnum articu-
lum fidei. Nõ enim eſt paratus in omnibus
ſequi doctrinam eccleſiæ. Si enim non per-
tinaciter iam non eſſet hæreticus,ſed errãs.
Vnde manifeſtum eſt quod talis hæreticus
circa vnum articulum fidei non habet de
alijs articulis,ſed opinionem quandam ſe-
cundum propriam voluntatem. quia non
credit ex habitu fidei, ſed quia ſic placet
ſibi. †Forma autem abiurandi hæreſim
traditur per text.in cap. ego Berengarius,
de conſecratio.diſtinct.ij.& debet ſcriptu-
ra fieri de hac abiuratione,& ſubſcribi ma
nu propria ipſius abiurantis.pro quo eſt gl.
prima quæſtio.vij.cõuenientibus,& vbi ta
lis perſona fuiſſet ex cuius hæreſi multe ec
cleſie fuiſſent ſcandalizate, debet copia il-
lius abiurationis ad omnes illas tranſmitti,
vt quæ in ille fuerunt ædificate de peruer-
ſo,gaudeant & ædificentur de conuerſo,vt
ibi dicit textus in fine. †Sed qualiter
debet iudex prounntiare in ſententijs ferẽ-
dis vel pœnis iniungendis redeuntibus ad
fidem,& hæreſim abiurantibus.Solu.dicas
ꝙ non debet eos ꝓnuntiare hæreticos,quia
nõ ſunt.xxiiij.quæſtio.prima hæc eſt fides.
vbi de hoc.& quæſtio.vlti.dicit Apoſto.&
cap.qui in eccleſia.nec pronuntiabit eos ta
les fuiſſe,quia modos iſte non eſt datus a iu
9 re.ſed dicet ſic.†quia te inuenimus per tuã
confeſsionẽ vel probationes legitimas hæ-
reticum vel hæreticos adoraſſe, nunc autẽ
ſaniori vſus conſilio,vis ꝓut aſſeris ad vni
tatem eccleſiæ corde puro & fide non ficta
redire.idcirco te in primis abiurata omni
hæretica prauitate iuxta formam eccleſiæ
ab excommunicationis vinculis quibus te
nebaris aſtrictus abſoluimus. Si tamen ad
eandem ex corde redieris, & iniuncta tibi
mandata ſeruaueris,& quia in deum & ſan
ctam eccleſiam modis prædictis deliquiſti,
ad peragendã pœnitentiam condignam, &
in perpetuum carcerem detrudi volumus,
& pręcipimus ibidem perpetuo remanere,
nec miretur quis quia dictum eſt ſic ſub cõ
ditione.nam cauſa delende quæſtionis ex-
pedit ſic dici, vt ſi quod ei imponitur non
ſeruaſſet non cenſeatur abſolutus. & hanc
formam ponit Archi.in d.c.vt commiſsi.§.
necnon.quem ſequitur Io.And.in nouel. di
cens quod quicquid dicat Archi. tamen in-
quiſitores noſtri temporis bene pronuntiãt
illum fuiſſe hæreticum, nec apparet quid
obſtet ſecundum eum. Sed quoniã in hac
forma præinſerta ſit mentio de abſolutione
quæ ſibi impenditur a ſententia excommu-
nicationis quã incurrit propter incurſum
10 hæreſis. Quero† an inquiſitores poſsint
abſoluere hæreticum etiam a ſentẽtijs quas
papa die Iouis ſancta promulgat contra ta-
les.Archidia.in dicto cap. vt officiũ.in prin
cip.tenet quod ſic.per illum text.qui gene-
raliter permittit eis abſolutionem, & idem
ſequuntur ibi Ioan.And.& Domini.& vlte
rius in eadem forma abſolutionis ponitur
per modum conditionis,ſi iniuncta manda-
ta ſeruaueris &c.hoc eſt ſatis iuri conſonũ.
nam tales reuertentes errorem ſuum ad ar
bitrium epiſcopi debent abiurare & ſatiſ-
factionem idoneam exhibere.vt dicit text.
in dicto capitu. ad abolendam.§. præſenti.

Iuxta id vero quod in huius principalis
quæſtionis themate deducebatur. Quero
11 †quæ pœna ſit imponenda his qui ab hæ-
reſi reuertuntur,& dicendum quod hoc re
ſidet in arbitrio epiſcopi & inquiſitorum,
qui in crimine hæreſis inquirunt, vt ſecun-
dum quod eis viſum fuerit ſatisfactionem
iniungant tali conuerſo & pœnitenti. vt
probat tex.in d §.præſenti.Bona tamẽ quę
propter hęreſim fuerãt iudici ſeculari appli
cata nõ reſtituũtur eis, niſi ex miſericordia



Source : BIU Cujas

ſecus fiat, vt in c. vergentis. de hære. Sed
12 quero iuxta hæc† quid ſi patronus eccleſię labitur in hæreſim, an reuerſus recuperet ius patronatus quod prius habebat. hanc quæſtionem tangit gl. j. q. vij. maximum. & tenet quod ſic. niſi eſſet lata ſententia ſuper amiſsione iurispatronatus. Sed Panor. in c. quia diligentia. de electio. tenet indiſtincte illum non recuperare huiuſmodi ius patronatus. argu. c. vergentis. iuncto. c. penulti. de hære. & l. cōmiſſa. ff. de publi. & vecti. niſi ex gratia ſibi reſtitueretur. Ad quod ego induco not. per Inno. in c. fi. de hære. In hac ēt pœnitentia imponenda debet haberi diſcretio, vt ſi a principio cōuertantur, & ſpōte mitius cum eis agatur. Si aūt vlterius diſtulerint cōuerſionē, vt pote quouſque ſint conuicti, vel notorium ſit eorum crimen, quia in eo fuerunt deprehenſi, augēda erit pœna, & ſi opus fuerit vſque ad perpetuū carcerem, vt in d. c. pen. §. ſi qui autē. eod. ti. diſcretio itaq; iudicantis in his debitā moderationem adhibebit attentis prædictis, & ēt coniectura quam habet de conuerſione, & pœnitentia & dolore huius conuerſi. In caſu tñ ipſo iure reuerſus recuperat primū ſtatum, videlicet ſi mulier aliqua catholica incidit in hæreſim propter quod perdit priuilegia quæ catholicæ mulieres habēt in dote. ſi illa poſtea conuertatur, recuperat ipſo iure omnia prædicta priuilegia quæ amiſerat, vt in auth. de priuileg. dot. §. quia enim in fin. colum. vij.

## SVMMARIVM.

1 *Diſputandum an ſit cum hæreticis volentibus publice diſputare perſiſtendo, & confirmando errores ſuos.*

*Et an cum iudæis, & alijs infidelibus diſputare volentibus.*

*Diſputare publice de fide quādo liceat, latiſſime vbi etiam quæ in tali diſputatione ſeruari oporteat traditur.*

2 *Laici publice de fide diſputātes puniēdi ſunt.*

3 *Authoritatibus quibus vtendum ſit in publicis de fide diſputationibus, et an authoritatibus poetarum & philoſophorum*

4 *Diſputādū nō eſſe cum negātibus principia qūo intelligatur, & in quibus procedat.*

5 *Errāt qui ſidē Chriſti humanis rationibus fundare nituntur.*

6 *Miracula (cū diuina virtute fiant) arguunt dei ac fidei noſtre veritatem infallibilem.*

7 *Chriſti fides circa ardua, difficilia, vera, & laborioſa cōſiſtit, lex aūt machometi circa luxus, voluptates, facilia, & falſa verſatur.*

## QVÆSTIO XXI.

1 VIGESIMO primo quero† an ſi hæretici in errore perſiſtunt & volunt publice diſputare cōfirmantes errores ſuos, ſit cum eis diſputandum. Et idē quero circa quoſcunque alios infideles. Et dicendum eſt quod in diſputatione fidei duo ſunt conſideranda. vnum quidē ex parte diſputantis, aliud aūt ex parte audiētiū. Ex parte quidē diſputātis eſt conſiderāda intentio. Si. n. diſputet tanquam de fide dubitans, & veritatem fidei pro certo nō ſupponens. ſed argumentis experiri intendēs, procul dubio peccat tanquā dubius in fide & infidelis. & pro hoc induco glo. xcvj. diſtin. nos ad fidē. & in l. iij. C. de ſum. trini. Si autem quis diſputet de fide ad confutādos errores, vel ēt ad exercitiū, vt faciūt Theologi illud eſt laudabile, ex parte vero audientiū conſiderandū eſt vtrum illi qui diſputationem audiunt ſint inſtructi, & firmi in fide, aut ſimplices & in fide titubātes, nā corā ſapientibus in fide firmis nullum periculum eſt diſputare de fide. Sed circa ſimplices eſt diſtinguendū, quia aut ſumus ſolicitati, & inuitati ab infidelibus, puta Iudæis, hæreticis, ſiue paganis nitentibus corrumpere fidē noſtram. Aut nō ſumus ſic ſolicitati. Primo caſu neceſſariū eſt publice diſputare de fide, dūmodo reperiātur ad hoc ſufficiētes, & idonei q errores poſſint confutare. pro quo facit glo. in d. l. iij. & ca. cū quibus. xxiiij. q. iij. & crederē ego quod vbi infideles, & hæretici nō vellēt ad fidei diſputationē venire zelo redeūdi ad fidem veritati cōperta. Sed potius ad quandā inanem oſtentationē cautū eſſet eos prudenter eludere, verbaq; ad aliā materiā cōuertere, dūmodo ſimplices qui adſtant non ſentirēt, & hoc ne ſecreta fidei noſtre indignis pandamus, & contra doctrinā Chriſti margaritas ſeminemus ante porcos. nam nihil omnino eis reſpondere auditorū cā vtile non vī,

Source : BIU Cujas

ne forte ſimplices exiſtimẽt nos reſponſionis penuria declinare certamẽ. & fides eorum lædatur ex hoc. pro quo tex. cum glo. xliij. diſtin. in mandatis, & eadem diſtin. §. j. in glo. Quando autem liceat ſecreta fidei occultare. vide gloſ. notabi. xxvij. q. ij. inuenta. Vnde Gregorius in paſtorali. ſicut incauta locutio in errorẽ pertrahit, ita indiſcretum ſilentium eos qui erudiri poterant in errorem derelinqui. vbi tamẽ iſta neceſſitas ceſſaret periculoſum eſt diſputare de fide coram ſimplicibus, quia eorum fides ex hoc eſt firmior qđ nihil diuerſum audierunt ab eo quod credunt. vt determinat S.
2 Thomas. ij. ij. quæſtio. x. arti. vij. †hanc autem diſputationem non permittitur laicis facere, immo excommunicandi ſunt ſi publice de fide diſputauerint, vt probat text. in c. quicunque. §. inhibemus. de hære. lib. vj. Diſcretio autem maxima adhibenda eſt
3 in hmõi diſputatione. †vt in his quæ ſunt fidei principaliter quis innitatur authoritatibus noui, & veteris teſtamẽti, quia illę ſunt diuinitus reuelatę, & theologiæ principia & fidei noſtrę, non humana ſed diuina reuelatione quæ conſtant nobis per ſacras ſcripturas fuerunt nobis tradita. Iſtis tamẽ pręſuppoſitis cum gratia non tollat naturam, ſed perficiat, oportet quod naturalis ratio ſubſeruiat fidei, ſicut & naturalis inclinatio volũtatis ſubſeruit charitati. Vnde apoſtolus dicit j. Corinth. x. In captiuitatem redigẽtes omnem intellectum in obſequiũ Chriſti, & per hunc modum authoritatibus philoſophorũ interdum ſacra doctrina vtitur, vbi per rationẽ naturalem veritatẽ cognoſcere potuerunt. ſicut Paulus Actuum. xvij. inducit verbũ Arati, dicẽs, Sicut quidã poetarũ veſtrorum dixerunt, genus dei ſumus, & idẽ fecit. ij. ad Titum j. c. in fine, vbi induxit illud Epimenidis poetę. Cretenſes ſemper mẽdaces, male beſtię, ventres pigri & in prima epiſtola ad Corinthios. illud Terentij. Sepe bonos mores corrumpunt colloquia praua. de quo vide bonã gl. xxxvij. diſt. c. turbat, ſed tñ ſacra doctrina his vtitur quaſi extraneis argumentis, & probabilibus, authoritatibus vero ſacre ſcripture prædictis tanquam ex neceſſitate argumentando cõcludentibus, & ſi quis aduerſarius nihil crederet eorum quæ diuinitus inſpirantur, & per ſacram ſcripturam habentur non remaneret cum eo iam vlterius via ad probandum articulos fidei per rationem, ſi-
4 cut & in alijs ſcientijs, †cõtra negãtes principia non eſt argumentandũ, licet ſit in hoc differentia, quia alię ſcientię philoſophicę, licet non poſsint probare ſua principia, & ideo contra ea negantem non diſputẽt, ſed relinquunt ſuperiori ſcientię, ſuprema vero inter eas. ſ. methaphiſica diſputat contra negantẽ ſua principia ſi aduerſarius aliquid concedat. Si autẽ nihil concedit, non poteſt cũ eo diſputare, Poteſt tñ ſoluere rõnes ipſius, Sacra tñ ſcriptura quum nõ habeat doctrinam ſuperiorem, diſputat contra negãtẽ ſua principia, argumentando quidem ſi aduerſarius aliquid concedat eorũ quę per diuinã reuelationẽ traditam in ſacris ſcripturis habentur. Si vero aduerſarius de prędictis nil credat, non manet amplius via ad probandum articulos fidei per rationẽ. poterunt tamen ſolui rationes quæ in contrarium inducuntur contra fidem. cum enim fides infallibili veritati innitatur, impoſſibile autem ſit quod vero demonſtretur contrarium, quoniam vero omnia conſonant vt philoſophus dicit primo. Ethicorum. concluditur manifeſte quod probationes quæ contra fidẽ inducuntur nõ ſunt demonſtrationes ſed ſolubilia argumenta. ita dicit S. Tho. prima parte. q. j. artic. viij. hoc etiam confirmatur. nam ſi fides noſtra ratione humana poſſet oſtendi, præter hoc quod derogaretur dignitati ſuæ tolleretur & meritum fidei. nam fides non habet meritum cui humana ratio præbet experimẽtum. & ſecundũ prædicta debet intelligi illud quod Apoſtolus Petrus ait. Parati reddere rationem omni poſcẽti vos de ea quæ in vobis eſt fide & ſpe. j. Petri. iij. Ex qui-
5 bus patet†quam pernicioſe conuincuntur errare quidam qui ſciolos ſe eſſe iactant fidem noſtram humanis rationibus nitentes fundare, quę tamen diuina veritate & reuelatione conſiſtit, derogant enim dignitati eiuſdem vt prædiximus, & inducunt infideles in deriſionem fidei. credũt enim quod huiuſmodi rationibus innitamur, & ꝓpter eas credamus. Ex hoc etiam patet ſumme reprehendendos eos qui quod ratione attingere nõ poſſunt admittere in fide catholica nolunt. cum enim illa excedant omnẽ rationis humane ſublimitatem, ſatis temerariũ eſt ea velle ratione inueſtigare. nam vt philoſophus dicit. ij. metha. Intellectus noſter ſic ſe habet ad prima entia quę ſunt manifeſtiſsima in natura, ſicut oculus veſpertilionis ad ſolem, & Iob. xj. Forſitã veſtigia dei comprehẽdes & omnipotentiã vſq; ad perfectũ reperies, quaſi dicat nõ. & xxxvj. ecce deus magnus vincens ſciẽtiam noſtrã,



Source : BIU Cujas

& 1. Corin. xiiij. ex parte. n. cognoſcimus, eo maxime quoniam ex defectu intellectus noſtri etiam de rebus ſenſibilibus quæ noſtre cognitioni ſubiacent plurima ignoramus quanto magis ea quæ intellectũ noſtrũ infinitum excedũt cõprehendere non valebimus. vnde in his conſultum eſt humiliari deo, nec de ſe quicquam præſumere. humilitas enim ad ſapientiã diſponit. vt dicitur ꝓuer. xj. vbi humilitas, ibi & ſapiẽtia. valde etiã admirandũ eſt de iſtis hæreticis qui ſuperſtitionem Iudaicam ſequuntur quod cum in lege Moſaica multa credenda proponantur quæ ratione humana comprehendi nequeunt, illis toto corde inherẽt. & fidẽ noſtrã abhorrent propterea ꝙ credẽda aliqua prædicat quæ per dei potentiã poſsibilia ſunt. ſicut & illa quæ in lege veteri continẽtur.

6 † oſtenditur etiã veritas fidei noſtre ex miraculis in ea factis, & adhuc dietim videmus, ſicut & ego vidi miraculum de ſacramento altaris ad quod oẽs infideles conuincendum ſufficeret. Cum enim miracula ſolum fiant virtute diuina, iuxta illud pſal. q facis mirabilia ſolus. & deus non poteſt eſſe teſtis falſitatis, relinquitur quod miracula quæ ſunt facta ad confirmationem fidei noſtre arguunt ipſius infallibilẽ veritatem. Item ex alio confirmatur quod eſt mirabiliſsimũ vt inquit Auguſt. ꝙ inter perſecutorum potẽtiſsimorũ tyrannidem (qui fidem Chriſti impedire, immo extinguere ſunt conati) innumerabilis turba nedũ ſimplicium ſed ſapientiſsimorũ ad fidẽ Chriſti per vniuerſas prouincias conuolauit. in qua omnẽ humanũ intellectum excedentia prædicantur, voluptates carnis cohibẽtur, & omnia quæ in mũdo ſunt contẽni docentur. quibus animos mortaliũ aſſentire maximum eſt miraculorũ & excellentiſsimum diuine inſpirationis opus vt cõtemptis viſibilibus ſola inuiſibilia cupiantur, adeo vt quod cõtempta ẽt corporali vita per crudeliſsima tormentorũ genera, multi pro Chriſti fide vitam finierint, ꝙ non aliter quã diuina inſpiratione fieri exploratum extitit. Si aũt dicatur ꝙ ſine miraculis fides Chriſti fuerit recepta hoc omnibus ſignis eſſet mirabilius, ſi ad credendum tam ardua, ad operandũ tã difficilia, & ad ſperandũ tam alta, mũdus abſqꝫ mirabilibus ſignis motus fuiſſet, & præſertim a ſimplicibus & ignobilibus, & hominibus quales apoſtoli fuerunt qui Chriſti eccleſiã plantauerunt, & ſi arguatur contrarium de lege machometi quæ falſa eſt. & tñ a multis eſt recepta,

7 † Dicendum quod non eſt ſimile, quoniã Chriſti fides habet omnes difficultates, de quibus prædiximus, & cum eis a principio ſumpſit exordium, atqꝫ cum martirij acerbitate tanquã granum frumenti ꝙ in terra mortuum eſt multum fructum attulit. Lex aũt machometi proceſsit via contraria. nã promiſit voluptates carnales eius ſectatoribus ad quarũ deſiderium carnalis concupiſcentia inſtigat, præcepta etiam tradidit prædictis promiſsis conformia voluptati carnali, habenas relaxans in quibus promptum eſt etiã carnalibus hominibus obediri. documenta inſuper veritatis non attulit niſi quæ de facili a quolibet mediocriter ſapientẽ naturali ingenio cognoſci poſſunt, quin potius vera quæ docuit, multis fabulis & falſiſsimis doctrinis immiſcuit. ſigna etiam non adhibuit ſupernaturaliter facta, quibus ſolis diuine inſpirationi teſtimonium conueniens adhiberetur, dũ operatio viſibilis quæ non poteſt eſſe niſi diuina, oſtẽdit doctorem veritatis inuiſibiliter inſpiratum. ſed dixit ſe in armorũ potentia miſſum. quæ ſigna & latronibus, & tyrannis nõ deſunt, ei ẽt a principio non crediderunt aliqui ſapiẽtes in rebus diuinis, & humanis exercitati, ſed homines beſtiales in deſertis morantes omnis doctrinę diuinę & humanę prorſus ignari, per quorum multitudinẽ alios armorũ violentia in ſuam legem coegit. Nulla etiã diuina oracula præcedentium Prophetarũ ei teſtimonium perhibent, quin potius quaſi omnia veteris, & noui teſtamenti documẽta fabuloſa narratione deprauat. vt patet legem eius inſpicienti, vnde aſtuto conſilio libros veteris & noui teſtamenti ſuis ſequacibus non reliquit legendos, ne per eos falſitatis argueretur. Adhuc etiã pro vlteriori prædictorum confirmatione non pigebit in medium afferre quod Lactã. in v. ſui operis libro deducit ſic inquiens. Quis eſt tam ex cors tamqꝫ cecus qui nõ videat in martiribus fuiſſe ſapientiam licet eorum perſecutores malitia & furore excecati ſtultos eſſe arbitrantur. qui cum haberent in ſua poteſtate ſupplicia vitare, cruciari tamen & mori maluerunt, ſed poſſent ipſi ex eo videre non eſſe ſtultitiã in qua tanta hominũ millia per orbẽ totũ vna. & pari mente cõſentiunt, ſi enim fœminæ ſexus infirmitate labuntur viri certe ſapiunt, ſi pueri, ſi adoleſcentes improuidi ſunt per ætatem, maturi certe ac ſenes habent ſtabile iudiciũ, ſi vna ciuitas deſipit, certe vtique innumerabiles ſtulte eſſe nõ poſſunt, ſi vna prouincia vna

Source : BIU Cujas

natio prudẽtia caret,ceteras oẽs habere intelligẽtiam recte neceſſe eſt cũ vero ab ortu ſolis vſq; ad occaſum lex diuina ſuſcepta ſit,& omnis ſexus, omnis ætas, & gens,& regio,& natio, vnis,ac paribus animis Deo ſeruiant,eadem ſit,vbique patientia, idem contemptus mortis, intelligere debuerant aliquid in ea re eſſe rationis,quod non ſine cauſa vſque ad mortẽ defendatur, aliquid fundamenti & ſoliditatis quod eam religionẽ non tantum iniurijs & vexatione, non ſoluat,ſed augeat ſemper,& facit firmiorẽ, debuerãt præterea exiſtimare cum videãt dilacerari homines varijs tormentorum generibus,& inter fatigatos carnifices inuictã tenere patientiam conſenſum tã multorũ,& perſeuerantiã morientiũ non vanam eſſe,neq; ipſam patiẽtiã ſine Deo tãtos cruciatus poſſe ſuperare, latrones enim robuſti corporis viri eiuſmodi lacerationes perferre non quæunt,exclamant,& gemitus edũt vincuntur.n.dolore,quia deeſt eis inſpirata patiẽtia,noſtri aũt(vt de viris taceã) pueri,& mulierculæ torturã ſuas tacite vincũt, & exprimere illis gemitũ nec ignis poteſt, Ecce ſexus infirmus & fragilis ætas,dilacerari ſe toto corpore vtique patitur, nõ neceſſitate,licet vitare ſi velint, ſed voluntate,quia confidunt in Deo,hæc ille. Iure igitur cõcludere poſſumus verba Maximi epiſcopi in quodã ſermone in mediũ proferrẽtis. Nouerimus, inquit, q̃a non ſine magno diſcrimine de religionis veritate diſputamus q̃ tantorũ ſanguine confirmatum videmus,magni periculi res eſt ſi poſt prophetarũ oracula,poſt Apoſtolorum teſtimonia, poſt Martyrũ vulnera, veterẽ fidẽ quaſi nouellã diſcutere præſumas,& poſt tã manifeſtos duces in errore permaneas,& poſt moriẽtiũ ſudores ocioſa diſputatione cõtẽdas.

## SVMMARIVM.

1 *Accuſatio hæreticis an poßit eo mortuo inſtitui.*

2 *Hæres hæretici an eius innocentiã purgare poßit, & an admittatur illius excuſatio.*

3 *Præſcriptio aduerſus hæretici accuſationem an et quanto tempore procedat.*

4 *Capitalis pœne executio in mortũ fieri non põt, alioquin iudex iudicandus veniet, intellige niſi et delicti atrocitas & patriæ cõſuetudo aliud ſuaderent.* 5.

6 *Hæreticus etiam poſt obitum excommunicationis ſententia innodari poteſt.*

7 *Hæreticorũ corporibus eccleſiaſtica ſepultura denegãda eſt, & qui ea eccleſiaſtice tradere ſepulturæ auſus fuerit iure ipſo excõmunicationis pœnam incurrit.*

8 *Accuſatio poſt mortẽ aduerſus hæreticorum fautores nequaquam inſtituitur, eis tamẽ denegatur eccleſiaſtica ſepultura.*

9 *Accuſatio vbi aduerſus mortuum inſtitui poteſt, an mortui defenſionem ſubire volens, audiendus ſit.*

10 *Probationi alicui quoties ſtare neceſſe eſt, ita quòd contraria probatio prohibetur, nequaquã tamen prohibita cenſetur probatio concludens talem probationem minime legitimam eſſe.*

11 *Accuſans mortuum qua pœna flectendus veniat ſi in accuſatione ſuccumbat.*

## QVÆSTIO XXII.

VIGESIMO ſecũdo quæ-
1 ro† An de hæreſi poſsit quis accuſari poſt mortem.& dicendum q; ſic. vt xxiiij. q. iij.c.fin.& in c.filij.de hære. lib. vj.de quo eſt bona glo. xxiiij.q.ij. in ſum. hoc tamen limitat gloſſ. xxiiij.q.iiij.c.ipſi pietas.niſi illi dũ viuerẽt eſſent bonæ famę.per c.in primis.ij.q.j. ſed intellige eã in caſu in quo loquitur,ſcilicet qñ ille qui accuſat eſſet hæreticus vel alias inhabilis,& ſic etiam loquitur tex.in d.c.in primis.alias aũt crederem q; hmõi accuſatio etiam contra non infamatum eſſet poſt mortẽ admittenda & hoc iudicio meo probat ſatis aperte.tex.in d.c.filij cõuincitur autem in hoc caſu mortuus de crimine ſi poſtquam erat accuſatus ſeipſum occidit. nam tunc conſcientia criminis ſe videtur occidiſſe.pro quo eſt glo.not.in l.fina.C.de iur.
2 fiſ.lib.x.& ibi tenet Bartol. Iſtud† tamen limita niſi hæres vellet innocentiam purgare defuncti,vel id q; pro innocentia reputatur, vt eſt quælibet iuſta defenſio vtputa præſcriptio,vel q; fecit ad ſuam defenſionẽ & ſimilia, nam qui habet iuſtam defenſionem innocenti par eſt,nam eius factum põt defendi,q̃uis omnino excuſari non poſsit. ff.ad l.iul.repe.l.lege iul.§.ſi,ita tenet Bald,



Source : BIU Cujas

in l.ij.C.qui teſt.fa.po.ſed in crimine hære
ſis.difficilime innocentia poſſet probari,cũ
in animo cõſiſtat hęreſis,niſi eſſet caſus vbi
ex aliquo particulari facto vel dicto illa cõ
cluderetur. & adhuc eo caſu ſi illi in vita
de hoc crimine fuiſſent infamati vel ſuſpe-
cti prædicta accuſatio non admitteretur.vt
in c.filij.de hære.lib.vj.quod tamen intelli
ge iuxta ea quæ inferius dicam in eodem
membro,præſcriptio etiam in hoc crimine
3 viuente hæretico nõ procedit,†ſed eo mor
tuo admittitur ſola quadragenaria ad tuen
dum hæredes ſuos,quo ad bona quę habue
runt ab hæreticis.dummodo illi dũ viuerẽt
catholici putarentur.alias ſecus.totum hoc
probat text.not.in c.ij.de præſcrip.libr.vj.
per quem tex.declaratur,l.apoſtatarum.C.
de apoſta.Formam autem pronuntiãdi hoc
caſu & ſimilibus cõtra mortuum vide per
glo.not.in.§.per contrarium.inſti.de hęre.
quæ ab inteſt.defe.Conſidera tamen quod
iſta accuſatio admittitur in finem occupan
di bona illius quem in vita conſtat hæreti-
cum fuiſſe. non autem vt aliqua pœna alia
puniatur.vt voluit gloſ.in dicta ſumma.&
4 ne mirandũ de hoc,†cum ẽt ſi contra viuẽ
tem eſſet accuſatio inſtituta,ſi tamen ante-
quam pœna ſibi inferetur mortuus extitiſ-
ſet non eſſet in eius corpus aliqua iuſtitiæ
exequutio poſt mortem fienda per textum
notabilem in l.defuncto.ff.de publi.iud.ex
quo manifeſte conuincuntur errare aſſeſſo
res,ſeu iudices maleficiorum,qui in defun-
ctos faciunt exequutionem pœnę capitalis,
& hoc tenet Ange.in d.l.defuncto.& faciũt
ad idem not.per Cyn.in l.ij.C.qui teſtamẽ.
facere poſſunt,caueãt igitur ab hoc,alias tẽ
pore ſyndicatus cõueniri poſſent,tanquam
inferentes iniuriã cadaueri.in l.j.§.quoties.
ff.de iniur.dicit tamẽ Ioan.de Imo.in d.l.de
5 functo,quod quãdoq;†de facto ſeruatur cõ-
trarium præſertim in grauibus delictis. &
vbi eſſet talis conſuetudo tolleranda eſſet,
in odium & deteſtationem eorum & pro-
pter facti memoriam. argumen. eius quod
habetur.xv.q.i.c.mulier.vbi etiam animal
irrationale punitur propter facti memoriã.
& argumen.eius quod habetur in c. quum
ad monaſteriũ de ſtatu regu.vbi monachus
qui in morte non reſignauit pœcuniã quam
tenebat tanquam propriam ſine conſenſu
abbatis,iubetur ſepeliri extra cimiterium
cum pœcunia in ſterquilinio,in ſignum per
6 ditionis.†Pœna tamẽ excommunicationis
aſtringi poteſt hæreticus poſt mortẽ.xxiiij.
quęſtio,iij.ſane,& per glo.ea.cauſſa,& quę-
ſtione in ſumma,& idem tenet glo.in cap.ſi
quis epiſcopus. eodem titulo.& talis excõ
municatio non ideo fertur vt ille amplius
ligetur,quia ille iam æternaliter eſt damna
tus,ſcilicet in criminis deteſtationẽ, vt cæ-
teri hoc iudicium terribile eccleſiæ audien
tes,ſimilia committere contremiſcant,ſecũ
dum Archidiaco.in dicta ſumma, hodie ta-
men non eſſet neceſſe in eos ferri ſenten-
tiam,quum a iure ſint excommunicati, de
hæreticis,excommunicamus.Io primo.non
tamen tollitur propterea quin poſſent etiã
ab homine excõmunicari,iuxta notata per
gloſſ.& docto.in cap.ita quorundam.de Iu-
7 dæis. Infertur† etiam ipſis alia pœna poſt
mortem,quoniam eorum corpora non de-
bẽt habere eccleſiaſticam ſepulturã, immo
quicunque eos præſumpſerit eccleſiaſticæ
ſepulture tradere ipſo facto ſententiam ex
communicationis incurrant vſque ad ſatiſ-
factionem condignam,a qua abſolui nõ de-
bent niſi proprijs manibus publicæ extu-
mulent, & proijciant huiuſmodi corpora
damnatorũ,& vltra hoc locus ille perpetua
debet carere ſepultura.vt in c.quicunq; in
princi.de hæreti.libr.vj. & pondera illum
text.qui requirit quod ſuis manibus extu-
mulent.& ſic non ſatis eſſet ſi per aliũ face-
rent,vt dicit ibi glo.requirit etiã tex. quod
extumulent publicæ.Conſidera tamẽ quod
8 †iſta accuſatio poſt mortẽ habet locum tan
tũ in hæreticis,non aũt in credẽtibus,fauto
ribus,& receptatoribus eorum qui nõ ſunt
hæretici, quia morte eorum hmõi crimina
extinguuntur,vt probat tex.in c.accuſatus.
§.porro eo.ti.lib.vj.& huius ratio eſt,quia
iſtorum bona ſunt ipſo iure confiſcata,vt
in eod.c.§.ſi vero. & hanc concluſionẽ te-
net Archi.Io.Imo.& Io.And.in d.§.ſi vero,
quo ad carentiam tamen ſepulture eo iure
quo hæretici cẽſentur,vt in d.c.quicunque
9 in prin.Sed iuxta prędicta†quero eo caſu
quo proceditur contra mortuum, an ſi ali-
quis voluerit eũ defendere admittatur.glo.
tangit quæſtionem.xxiiij.quæſtio.ij.c.dam
nationis.& tenet ꝙ ſic.ff.de procu.ſeruum
quoque.§.publicę.& maxime cum in cau-
ſa criminali pro inuito quis poſsit appella-
re.ff. de appellat. non tantum. ſed opponit
glo.quomodo admittetur cum nõ poſsit ca
uere de rato,ad ꝙ reſpondet ꝙ ſatis vr̃ ha-
bere ratũ,ex quo nõ opponit obicẽ cõtra-
rie voluntatis. de conſecra.diſt.iiij.q̃ris.ſed
ego limitarẽ hoc eo caſu quo illi in vita nõ
erãt diffamati de hæreſi vel ſuſpecti.nã tũc
non eſſent aliqui etiam filij vel hæredes

Source : BIU Cujas

ad eorum defenſionẽ admittendi, pro quo iudicio meo eſt tex. apertus in d.c.filij. Sed illo caſu aduertendum eſt ꝙ etiam ſi nõ admittitur defenſores ad excuſandũ delictũ, vel ad opponendum ſe cõtra probationes.
10 & contrarium probandum admittẽdi † tñ ſunt ad probandum corruptionem vel falſitatem illius probationis, ita ꝙ concludant illam non eſſe legitimam probationẽ, quia ſolummodo a iure excluduntur ad probandum contrarium directum eius quod probatum fuerat, ſecus autem per hunc modũ indirectum. ſic determinat Io. An. in nouel. in d.c.filij, quem ſequitur ibi Domi. & per hoc hãbes no. intellectũ ad omnia iura quæ volunt ſtare alicui probationi, & non admittunt cõtrariam probationẽ. debẽt enim intelligi modo prędicto facit in ſimili quod no. gl. & Bar. in l. iuriſgentium. §. quod fere, ff. de pac. limitarem ẽt & ſecũdo illum tex. vt intelligatur tantũ in filijs vel hęredibus, mortui hæretici, qui ſunt admittendi illo caſu, ſecus autem in alijs extraneis. arguendo ex illo tex. per locum a ſpeciali ſicut & multa alia ſpecialia propter deteſtationem tanti criminis reperiuntur ſtatuta, ad quod etiam ſeruit ratio gl. ibi poſite quæ dicit ꝙ aliorum non intereſt ſe opponere huic defenſioni, & defenſio quæ admittitur ex fauore publico per quecunq; præſtita, vt in d. §. publice excluditur propter eundem fauorem publicũ, cuius maxime intereſt tam nephandum crimen indilate puniri, & inde eſt ꝙ etiam ſi in alijs criminibus nedũ condemnato, ſed etiam tertio permittatur in fauorem cõdemnati appellare, vt l. nõ tm̃. ff. de appella. in hoc tñ crimine ẽt ipſi condẽnato appellationis remedium interdicitur vt late ſuperius diximus, et hoc propter cri-
11 minis enormitatem. † Sed quero cui pœnæ ſubijciet iſte qui mortuũ accuſauit ſi ſuccumbat in accuſatione. gl. in d.c ſane dicit ꝙ ei cui ſupponeretur accuſatus ſi viueret & non ei cui modo ſupponitur. nec mirum cum grauius ſit peccare in mortuum, ꝙ̃ in viuum. vt C. de ſepul. vio. l. qui ſepulchra, ſed ego dubito an illud ſit uerum, cum accuſator ſuccũbens puniatur ſimilitudine ſupplicij. C. de accuſa. l. fi. immo ab hac pœna in multis caſibus accuſatur, de quibus per gl. not. in athletas. §. calumniator. ff. de his qui notantur infa.

## SVMMARIVM.

1 *Filijs hæreticorum quæ pœna irroganda ſit & quæ filijs fautorum, & receptorum.*

2 *Filius hæretici an ipſo facto perdat eccleſiaſticum beneficium.*

3 *Pœnæ quæ filijs hæreticorum a iure infligũtur, an ad baſtardos aut ſi mauis illegitimos extendantur.*

4 *Filij ſimplex appellatio in caſu rationabilis odij, etiam naturalem comprehendit.*

5 *Pœna quæ filijs hæreticorum irrogatur an etiam ad liberos ante paternam hæreſim natos extendatur.*

6 *Inquiſitores prauitatis hæreticæ an poſſint ſtatuta aduerſum hæreticos condere, & quid in delegatis ad vniuerſitatẽ cauſarũ.*

## QVÆSTIO XXIII.

VIGESIMOTERTIO
1 quero † de pœna filijs hęreticorum infligenda. Ad quod eſt dicendum ꝙ puniuntur in ſucceſsione paterna, nam in bonis paternis minime ſuccedunt, immo illa fiſco applicantur. Si enim in crimine læſæ maieſt. hoc eſt inſtitutum a fortiori in crimine hęreſis locum ſibi debet vendicare, cum lõge magis ſit eternam ꝙ̃ temporalem ledere maieſtatẽ. ſic dicit tex. de hæreti. c. vrgentis. Puniuntur etiam alia pœna quia filij hæreticorum & receptatorum vſq; ad ſecundã generationem ad nullum eccleſiaſticum beneficiũ ſeu officium publicum admitti debent, & ſi ſecus actum fuerit eſt illud irritũ, & inane. vt c. quicũq;. §. hæreti. eo. ti. li. vj. quod intellige de ſecũdo gradu deſcendentium per lineam maſculinam. in deſcendentibus autem per lineam maſculinam ad primum gradum duntaxat extenditur, vt in c. ſtatutum lo ij. eo titu. & lib. Item illud intellige de illis quorũ progenitores iuxta prædictam diſtinctionem fuerunt hæretici vel deceſſerunt hæretici, non autẽ illorum quos emendatos eſſe cõſtiterit, & reincorporatus eccleſiæ vnitati, & pro culpa huiuſmodi ad mandatum eccleſiæ pœnitentiam recepiſſe, quam ipſi vel iam perfecerunt vel humiliter proſequuntur, vel ſunt parati ad recipiendum eandẽ,
2 vt in d.c. ſtatutum. §. fin. † Sed iuxta prædicta dubitatur, nunquid filius hæretici ipſo facto perdat beneficium eccleſiaſticum quod habet glo. in c. ſatis peruerſum. lvj. di

Source : BIU Cujas

ſtin.concludit quod non,& ſic trãſit Panor.
in d.c.vergentis.remittẽs. ad gl.in d.c.qui-
cunq; ſed aduerte quia gl.in d.c.ſatis per-
uerſum non loquitur in crimine hæreſis,
ſed in crimine læſæ maieſtatis.& gl.in d.c.
quicunq; ad q̃ remittit nil dicit de hac ma-
teria.Io.An.in nouel.& Domi.in c.vt com-
miſsi.§.priuandi.eo.ti.& li.tenent quod ta-
les ipſo iure ſint priuati beneficijs, nec eſt
fienda diſtinctio fuerint talia beneficia col-
lata filijs, vel nepotibus ante delictum pa-
rentum, vel poſt, ſed ſimpliciter eſt dicen-
dum quod prædiximus,pro quo facit tex.
in d.§.priuandi.qui ſimpliciter loquitur,&
tex.in c.felicis.§.quod ſi quis.de pœ.li.vj.
Nec ob.ſi dicatur ꝙ ille.§.loquitur in alio
caſu,quia ſecundum eos illud eſt longe mi-
nus delictum q̃ iſtud, ad quod etiam facit
d.c.ſtatutum,ſed ſalua meliori deliberatio-
ne;ego crederem eſſe fiendam illam diſtin-
ctionem,quia aut beneficia fuerunt collata
ante delictum parentũ,& filij non ſunt illis
ipſo iure priuati, aut fuerunt poſtea colla-
ta,& ſunt priuati,& pro hac diſtinctione fa
cit text.in c.quicunq;.§.hæreti. iuncto d.c.
ſtatutum, vbi inhabilitantur ad beneficia
obtinenda filij hæreticorum &c.& ſic iura
prædicta loquuntur tantum de obtinendis
poſt hæreſim parentum,non tamẽ ante.nec
obſt.tex.in d.c.felicis.§.quod ſi quis, quia
loquitur in alio crimine q̃ hæreſis, nec eſt
fienda extenſio cum ſit ius pœnale. per iu-
ra vulgaria, & ſi illud eſſet verum oẽs pœ-
næ contente in d.c.felicis.haberent locum
contra hæreticos per fundamẽtum iſtorum
de quo ſupra quod eſt abſurdum,pręſertim
quia interdũ,pro minori delicto imponun-
tur maiores pœnæ. & ſic ratio argumenta-
tionis eorum non procedit.pro quo eſt tex.
in d.c.admonere.xxxiij.q.ij.vbi maior pœ
na imponitur occidenti vxorem q̃ occidẽ-
ti matrem cum tamen cõſtet longe grauius
delictum eſſe matrem occidere q̃ vxorem.
Reſtat reſpõdere ad d.c.vt commiſsi.§.pri-
uandi.quod ſatis videtur vrgere. & dicas
quod ille text.eſt intelligendus ſecundum
iura prædicta,non enim inducit nouum ius
quo ad hãc priuationem,nam ille tex. prin
cipaliter emanauit ad declarandum in qui-
bus inquiſitores ſine diœceſano poſſent pro
cedere. Vnde quod de priuatione benefi-
ciorum dicitur enunciatiue narratur,et per
conſequens diſpoſitionem non facit, iuxta
text.in c.ſi papa. de priuileg. libr.vj.& vbi
velles ꝙ diſpoſitionem induceret, debet
intelligi de beneficijs, poſtquam parentes

hæreſim incurrerunt,filijs collatis per ea q̃
ſuperius diximus, vt iura iuribus concor-
3 dentur. † Vlterius quero an pœna quæ
imponitur filijs hæreticorum extendatur
etiam ad baſtardos,gl.in d.c.ſtatutum. tan-
git hanc q.& arguit pro,& contra, & fina-
liter tenet quod extendatur ad eos ne plus
habeat luxuria q̃ caſtitas,& idem tenet ibi
Archi.& ſequitur Io.And.in nouel.qui di-
cit,ſe ſic conſuluiſſe cum quibuſdam docto
ribus cum illegitimus ſit de ſanguine reſpe
ctu generis,& in ipſo etiam timeatur crimẽ
paternum.C.ad l.iul.maie.l.quiſquis. Item
ſi puniuntur filij illegitimi a fortiori baſtar
di, qui ſunt odibiles legi.argu.de præben.
cum qui lib.vj.cum ſuis concor. Item quia
iura generaliter loquuntur, bene facit ad
hoc ff.de in ius voc.l.ſi.verumtamen ſecun
dum doctrinam Cy.in d.l.quiſquis illud eſ-
ſet intelligendum de baſtardo qui patrẽ cer
tum poſſet nominare,ſecus aũt eſſet in vul-
go quæſitis natis ex incerto coitu,qui certũ
patrem demõſtrare nequeunt,quia tũc ceſ-
ſat in eis ratio cũ non conſtet illũ eſſe patrẽ
eorum,& idem ſequitur Ioã.And.in d.c.ſta
tutum.Subdit tñ ibi domi.ꝙ vbi cõis vſus
alicuius ciuitatis vel loci reputaret illos de
domo ſecundũ quod dicit ſeruari Florentie
& Peruſij,vbi deferũt arma illius agnatio-
nis de qua eſſe putantur, tunc ad eos hmõi
pœnę extenderentur,& dicit fuiſſe hoc de
mente Bart.in l.pronunciatio.ff.de ver.ſig.
& in l.filiũ.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iu.
4 Confirmo ẽt amplius hanc partẽ. †Nam in
caſu odij rationabilis ſimplex appellatio
filij cõprehendit ẽt naturalẽ, vt in l.liberti-
num coniuncta rub.C.de interdic.ma.inter
pup.& tut.hoc aũt odiũ rationabile eſt.nã
cum in crimine læſæ maie.filij dicanť digni
paterno ſupplicio, vt in d.l.quiſquis.§.filij
vero.a fortiori in crimine hæreſis per d.c.
vergentis.ad idẽ facit ꝙ no.Bar.in l.ij.ff.de
accu.& in l.tutelas.ff.de cap.dimi.& in l.ſi.
C.de ver.ſi.vbi tenet ꝙ ſi ius ſiue diſpõ lo-
quitur per verba naturalia, vtpote filij vel
nepotes comprehenduntť ẽt naturales & ba
ſtardi,quia ſecundũ naturã ſi trahunt natu-
rã a patribus ſicut legitimi ſic eſt aũt in pro
poſito qm̃ iura ſuperius inducta loquuntur
de filijs hæreticorũ per verba naturalia.ſ.
filij & nepotes &c.& præſumunť imitato-
res delicti paterni ſicut & naturales, immo
multofortius cũ ex talibus complexibus ſe
penumero degeneres viri,& ſcelerati naſci
conſueuerũt, vt dicit tex.lvj.diſ.ſi gens an-
5 glorum. †Sed quero,an pœnę prædictæ ſe

Source : BIU Cujas

extendant ēt ad filios qui nati ſunt antequā eorū patres hæreſim incurriſſent. Cald. mouet hanc q. in conſilijs ſuis in ti. de hęre. cōſi. iij. & arguit pro & contra, finaliter tñ cōcludit ꝙ non ſe extendant ad eos per l. emācipatū. ff. de ſena. cū materia ſua, itē facit q̄a filius ante natus ex ſuperueniente dignitate in perſona patris non conſequit̃ priuilegiū vel honorē, vt l. ſenator. C. de digni. lib. xij. & l. filij. §. ſenatores. ff. ad muni. & p cōſequēs ſi non honorē, ergo nec pœnam vel onus, vt l. ex qua perſona. ff. de regu. iur. ad idē l. j. §. fi. ff. de bono. poſſ. contra tab. & l. ſi neceſſe. §. ſi deportatus. ff. de bo. liberto. per quæ iura filij iam nati propter ſuperuenientem caſum in perſonā patris non repellunt̃ a ſucceſsione, & pro hoc ēt inducit l. diuo Marco. C. de qō. vbi dicit eſſe caſum expreſſum, in l. ij. C. de lib. & eo. lib. Ad cuius confirmationē pōt induci, qđ in ſimili not. Cy. in d. l. quiſq̄s. circa filios illius q̄ cōmiſit crimen læſę maieſt. ſed in contrarium facit quod no. ibi Saly. qui tenet illam pœnam ēt habere locum in ante natis, cum non minus in eis hæreditarij criminis exēpla ſint metuenda, & quia iura generaliter loquuntur, nec obſtant iura in contrarium inducta ſecundum eum propter grauitatem enim criminis læſæ maieſta. contrarium in eo ſtatuitur, & per eaſdem rationes idem ego dicerē in crimine hæreſis, cum ſit longe maius, vt in d. c. vergentis. ad hoc etiā facit tex. apertus in d. c. ſtatutum. §. fin. de hære. ibi cū dicit, vel tales etiam deceſsiſſe probantur ex quo innuit ſufficere quod patres eorum in morte fuiſſent hæretici. nec poteſt dari cōueniens ſolutio ad illum tex. ad idem facit d. c. filij. eo. ti. quod loquitur de illis qui oſtē derunt ſigna hæreſis, cum decumberent in lecto propter infirmitatem de qua deceſſerunt, & contraria tolluntur per ea quæ diximus ꝙ ſit in hoc crimine ſpeciale pro-
6 pter eius grauitatem. † Sed in inquiſitores hæretice prauitatis poterunt facere ſtatuta vtpote augendo pœnam contra hæreticos, vel alias circa hoc crimen diſponendo & dicēdum eſt ſecundum Lapum in c. ij. §. ſtatuto. de conſti. lib. vj. quod nō quia ſunt delegati. vt c. per hoc. & c. ne aliqui. de hære. li. vj. ex quo infertur quod etiā delegatus ad vniuerſitatem cauſarum nō poteſt facere ſtatuta, quia a iure non reperitur ſibi cōceſſum. Iſti enim ſunt delegati ad vniuerſitatem cauſarum, vt not. glo. in d. c. per hoc. & concluſionem iſtā ſequitur etiā Domi. in d. §. ſtatuto.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas in qua aliqui inſunt hæretici an tota poßit igne exuri, aut alias deſtrui, latißime vſque ad quæſtionis finem.*

2 *Ciuitas quando dicatur hæreſim committere vt vniuerſa deſtrui poßit.*

3 *Vniuerſitate punita de hæreſi, an ſinguli quoque puniti videantur ita vt amplius puniri non poßint.*

## QVÆSTIO XXIIII.

1 VIGESIMO quarto quero, † an ſi aliq̄ hæretici ſunt in vna ciuitate poſsit tota ciuitas exuri ſiue alias deſtrui, & glo. in c. ſi audieris. xxiij. q. v. arguit, quod ſic per illū tex. & videntur ibi velle Ioan. & Laur. qđ quilibet poſsit hoc facere, ſed in contrariū inducitur. ea. q. ſi non licet. ver. quaſdam. & verſi. his igitur. & q. iiij. ver. non ergo. & q. vlti. quodcūq; & quod no. xxxiij. q. ij. inter hæc. in j. glo. Archi. in c. præſidentes. de hære. li. vj. dicit quod eccleſia concedit generalem authoritatem exterminandi hęreticos xxiij. q. v. ſi vos. & c. ſi audieris. quæ nō tm̄ diriguntur principibus, & facit eadē cauſa. q. viij. legi. & de hæreti. cōicamus. §. catholici, vbi ēt ad eos exterminandos, conceditur cruce ſignatis indulgentia vltramarina, tamen occiſio & ſpoliatio talium tutum eſt quod fiat ex edicto principis vel eccleſiæ. c. cum ſecundum leges. eo. titu. lib. vj. ne ex cupiditate vel vltione potius q̄ ex iuſtitia vel obedientia pugnare videantur. xxiij. q. j. quid culpatur. & q. ij. c. j. & q. iij. ſex differentiæ, quod etiam tenuit Rayne. in ſumma, eo. titu. verſic. ſed nunquid. & Goffre. in ſumma. eo. titu. §. ſed nunquid catholici. & Hoſtien. in ſumma, eodem titu. qualiter euitentur verſi. ſed nunquid catholici. Idem ſequitur Ioan. And. in nouel. in d. c. præſidentes. & Domi. qui ſubiungit oportere neceſſario præcedere iudicis declarationē ſuper crimine hæreſis ad hoc ut iſta executio fieret. per d. c. cum ſecundum leges. ſed iſta videntur mihi cum ſupportatione nimis crude & indigeſte dicta & in tanta quæſtione, vbi de tantorum periculo agitur, & pręſertim vbi innocētes pro nocentibus puniunt̃ grauius & profundius ſcribēdū & calamus

Source : BIU Cujas

magis temperandus fuiſſet quapropter ego dicerem quod etiã ſi aliqui de ciuitate ſint hæretici dummodo ciuitas ipſa hæreſim nõ incurrerit, adeo quod delictũ iſtud vniuerſitati ciuitatis aſcribi poſsit, non propterea ciuitas poſsit exuri aut alias deſtrui. nullo enim iure hoc reperitur cautum, immo iura clamant in contrarium ſcilicet quod peccata ſuos debent tenere authores. C. de pœ. ſancimus. de his quę fiunt a maiori parte c. queſiuit. Ad iura quæ in contrarium inducuntur ſtat reſpõſio. ad c. ſi audieris. per qđ glo. præfacta ſe fundat, dici poteſt multipliciter. Primo quod illud erat præceptum legis veteris, & iudiciale, vt patet clare. nam habetur originaliter Deutero. xiij. & talia in lege noua ceſſauerunt, niſi de nouo fuiſſent inſtituta, nec legiť noua inſtitutio. Nã Cyprianus cui inſcribitur ille tex. in decretis nõ habuit facultatem iura generalia cõcedendi, cum non fuerit Ro. ponti. eo maxime vbi de incẽdio, & morte inferendis diſponitur, vt patet in illo tex. quæ pœnæ ab eccleſia nõ imponũtur. ne cleri. vel mona. ſententiam ſanguinis, & eo. ti. eo. li. vj. & de exceſ. prælatorum. ex literis, vel aliter dicas ꝙ ille tex. non loquitur de hære. ſed de idolatris, & iſta crimina ſunt diuerſa, vt ex ſuperioribus patet. Aliter etiam poteſt dici ꝙ loquitur quando omnes de ciuitate inficerentur illo crimine. & ſi nõ omnes, illud tñ tempore illo licite fiebat, ſtãte pręcepto Dei q dominus eſt vitæ, & mortis. pro quo bonus tex. in d. c. ſi non licet. & in c. gaudemus. de diuor. vbi de homicidio Sanſonis fit mẽtio. Ad alia vero iura quę inducit Archidia. videlicet. c. legi, reſpondetur ꝙ authoritate Dei illa facta fuerunt qui interius authoritatem occidendi inſpirabat, vt in d. c. ſi non licet ad c. vos dicendũ eſt ꝙ loquiť qñ authoritate iudicis illa fiunt, vt patet in fine eiuſdem tex. vbi dicit diligẽtiſsimi rectores &c. ad c. excõicamus. §. catholici. dicas ꝙ intelligitur qñ in caſu licito bellum contra eos moueretur, & accedente authoritate ſuperioris qui hanc cõcedere poſſet, alias autem ſequeretur abſurdũ, quod pro actu illicito, & reprobato Papa concederet indulgentias, quæ tñ pro opere charitatis ſunt indulgẽde, iuxta no. per doctores c. qđ autem de pœnis remiſsionibus. Pro quo eſt tex. eo. tit. cum ex eodem tenet S. Tho. iiij. ſententiarum diſtin. xx. Stabit in hoc concluſio quod ſi ciuitas labať in hęreſim, tunc demum poſsit exuri, & deſtrui, et nõ aliter. Hanc ſententiã firmat Bar. in l. aut facta. §. nonnunquam. ff. de pœn. in crimine hęreſis, & in crimine læſæ maieſtatis, & alias vbi. cunꝗ filius punitur propter delictũ patris, & ſic fuit factum de Carthagine, quæ propter rebellionẽ paſſa eſt aratrum, vt ff. quibus mod. vſufruc. amit. l. ſi vſusfructus. Dicit etiam ſe vidiſſe ſententiam diffinitiuam imperatoris Henrici quam dedit contra ciuitatem Brixię quę fuit ſibi rebellis in qua dicebat illam ciuitatem eſſe ſubijciẽdã aratro, quã pœnam poſtea ex miſericordia relaxauit, quæ ſententia diffinitiua eſt lex, vt l. ij. ff. de legi. & in l. fi. C. eo. & de re iudica. c. in cauſis. & ita fecit Papa Bonifacius qui propter delicta quorundam templariorum totum ordinem eorum deſtruxit, quia erãt hæretici. Hanc autem ſententiam nullus inferior a principe ferre poterit, nec ſine principis authoritate hoc fieri poteſt ſecundũ quod late proſequitur Bart. in extrauagan. quoniam. et idem ſenſit vno verbo. Sal. in l.
2 j. C. de ſedi. in fine. † Sed qñ dicemus ciuitatem committere hæreſim, vt modo præmiſſo puniatur dicas quod ſi omnes eſſent hæretici, vel maior pars, vt in l. quod maior. ff. ad municipa. & hoc tenet Bar. in d. extrauagant. qm̃ in ſimili materia, & requiritur quod conueniant, vt vniuerſitas ad hoc faciendum vt pote cõmunicato cõſilio, alias dicerentur ſinguli facere, & nõ vniuerſitas. iuxta nota. per glo. l. ſed ſi ex dolo. §. j. ff. de dolo. et l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. neq; per hoc credas quod pœna corporali puniantur innocentes pro nocentibus quod manifeſte patet per ea quæ Bar. no. in d. §. nõ-
3 nunquam. & Saly. in d. l. j. C. de ſediti. † Sed iuxta prædicta quero an punita vniuerſitate de hæreſi modo præmiſſo cenſeantur ſingulares puniti ad hoc, vt amplius puniri nequeant. Ad hoc reſpondeo quod ſingulares non eo minus puniri poterũt ſi culpabiles in hoc delicto reperiantur, quia quod debet vniuerſitas non debent ſinguli, & econtra. ff. quod cuiuſq; vniuer. l. ſicut. §. j. ff. de reg. iur. aliud. §. referť. facit. ff. quod vi aut clam. l. ſemper. §. ſi in ſepulchro. Ad hanc deciſionem, faciunt no. per Ioã. Mo. & Io. And. in c. felicis. de pœn. li. vj. in fi. & per Bart. in d. l. aut facta. §. nonnunquam.

## SVMMARIVM.

1 *Cogendus an ſit quis ad Chriſti veritatem amplectendam, & an ſolum ſit verbo agẽdum, diſputatione pugnandum, & ratione vincendum.*

Source : BIU Cujas

## QVÆSTIO XXV.

VIGESIMOquinto ſupereſt nonnullis hęreticorū prędictorum obiectionibus, & calūnijs reſpondere. 1 †Dicunt enim neminē ad Chriſti veritatem eſſe cogēdum, verbo eſſe agendum, diſputatione pugnandum, ratione vicendum, ne fictos catholicos eccleſia habeat, & huius opinionis fatetur Auguſti. ſe fuiſſe cum cecitate infidelitatis primitus tenebatur, poſtmodum vero cum faciem ſuam ad veritatis lucem conuertit, cognouit nedū verbis, & authoritatibus hāc cōfutari et confundi ſn̄iam, quinimmo & exēplis. Nā & ciuitas ſua cū primo tota eſſet in partes Donati, ad vnitatem tandem catholicam legum imperialiū timore conuerſa eſt, quam tempore ſuo vidit ita perniciē præfactam deteſtari vt in ea nunquam fuiſſe crederetur. Item & alie multe ciuitates ſibi nominatim commemorabantur, vt in ipſis rebus agnoſceret, etiā in hac cauſa recte intelligi poſſe quod ſcriptū eſt. da ſapienti occaſionem & ſapientior erit hęc ille in epiſtola ad Vincentium Donatiſtam. & habentur tranſumptiue. xxiij. q. vj. vides, vt opinior, qualiter autem & ſacre ſcripture teſtimonio hoc idē probetur conſidera patremfamilias ſeruis ſuis præcepiſſe cum ad inuitandum ad nuptias in vias et ſepes omnes deſtinaſſet, quoſcunq; inueneritis (inquit) bonos & malos cōpellite intrare, legimus quoq; Primo Saulum poſtea Paulum ad veritatem cognoſcendā & tenendam magna violentie Chriſti cogentis eſſe compulſum, quin potius quod mirū eſt ille q̄ pœna corporis ad euangeliū coactus intrauit plus illis omnibus qui verbo tantū vocati ſunt in euangelio laborauit, & quē maior timor compulit ad charitatem, eius perfecta charitas foras mittit timorem. Sed & circa idem aduerſarij prædicti obijciant Deum dediſſe liberum arbitrium, & ideo non debere hominem cogi ac bonū, quod & donatus Auguſti. obijciebat, cui & ipſe reſpondet, attende & conſidera, ꝙ non ideo voluntas bona miſericorditer impenditur, vt mala voluntas hominis diligatur. Nam quis neſciat nec damnari hominem niſi merito male voluntatis, nec liberari, niſi bonā habuerit voluntatem, non tñ ideo qui diligunt male ſue voluntati impune crudeliter permittendi ſunt, ſed vbi poteſtas datur & malo prohibendi, & ad bonū cogendi ſunt. Nam ſi voluntas mala ſemper ſua permittēda eſſet libertati, quare Iſraelite recuſantes & murmurantes tam duris flagellis a malo prohibeantur & ad terrā promiſsionis cōpellebantur. vbi & ſubiungit multa alia noui & veteris teſtamenti euidentia teſtimonia, habentur tranſumptiue xxiij. q. iij. diſplicet hoc ēt philoſophorum ſchola apertiſsime docet, qui enim nec natura ad virtutem inclinantur, nec ingenuos habent animos vt verborū doctrina duci queāt (quod præcipue his, contingit qui aſſuetudine lōga malum habitum induerunt.) neceſſe eſt quaſi beluas quaſdam ſub iugo ponere et legum auſteritate cohercendos fore, vt philoſophus docet decimo Ethicorū, et per hunc modum coacti recta operantes virtutū actibus aſſuefaciendo, tandem in bonos viros euadunt, vt ipſe dicit ſecundo Ethicorum, ex eo enim quod multoties agitur ſecundū rationem, imprimitur forma rationis in vi appetitiua, quæ quidem impreſsio nil aliud eſt quam virtus moralis vt Thomas ibidē dicit, ad prædicta etiā facit text. xxiij. q. vj. §. fina. Adhuc inſtant Apoſtolos in ſui fauorem inducentes, quos non legimus violētia aliquos ad fidem compuliſſe, nec a regibus terre ad hęc auxilia petijſſe, ſed qui talia dicunt vt inquit Auguſt. ad Bonifacium comitem nō conſiderant aliud tunc fuiſſe, & omnia ſuis conuenire temporibus quis enim tunc in Chriſtum crediderat Imperator? quis pro pietate contra impietatem leges ferendo ſeruiret, tunc enim adhuc illuc propheticum implebatur. Quare fremuerunt gentes, et populi meditati ſunt inania. Aſtiterunt reges terre principes conuenerunt in vnum aduerſus dominum & aduerſus Chriſtum eius. nondum enim agebatur quod paulopoſt in eodē Pſalmo dr̄. Et nūc reges intelligite, erudimini q̄ iudicatis terrā. Seruite dn̄o in timore, & exultate ei cū tremore xxiij. q. iiij. ſi eccleſia. Poſſet ēt aliter eorū obiectio confutari, aliter enim cū his qui nunq̄ fidei ſacramētū ſuſceperūt eſt agendum qui non vi ſed proprij arbitrij uoluntate ſuadendi ſunt, vt ad fidem conuertantur, vt c. qui ſincera. & c. de iudeis, xlv. diſtin. & aliter cum eis qui ſemel ſacramentum baptiſmi adepti ſunt, qui etiam ſi metu ad chriſtianitatē coacti fuiſſent a principio, ſicut factum eſt temporibus religioſiſsimi principis Siſebuti quia iam conſtat eos ſacramentis diuinis aſſociatos, & baptiſmi ſacramentum ſuſcepiſſe et chriſmates vnctos eſſe, et corporis domini extitiſſe participes,

Source : BIU Cujas

oportet vt fidem quam etiam vi vel neceſ-
ſitate ſuſceperunt, tenere cogantur, ne no-
men dñi blaſphemetur, & fides quam ſuſce
perunt vilis, & contemptibilis habeatur, ut
in d. c. de iudeis, quod tñ diximus de con-
uerſis per vim debet diſtingui iuxta tex. in
c. maiores. §. itē querit. de baptiſmo. Poſt
hæc aūt obijciunt quod principes res eorū
concupiſcunt & vt auferant in eos ſeuiunt.
Sed iſti peſsimi iudaica ſuperſtitione obce
cati, ſuper quorū oculos, vt ait Apoſtolus,
vſq; hodie uelamen illud Moyſi appoſitum
manet, vt oculos habentes non videant, nō
attendunt quam ſint contraria veritati quę
loquuntur. Si enim principes præfati eorū
vellent bona, nequaquam miſericordiā pol
licentes eos inuitarent ad pœnitentiā. Sed
quia eorum ſalutem ex viſceribus ſitiūt, ēt
quod fiſco ſuo competebat dum tñ conuer
tātur liberaliſsime ipſius relaxant, nec eru-
beſcunt hęretici ſua dicere, qui in hmōi er-
rorem lapſi in ſuo dñio retinēt, vt in c. quo
iure. viij. diſt. & c. quod aūt. xxiij. q. vij. Cla
mant inſuper dicentes ſeuam crudelitatem
in eos exerceri. Sed his reſpondetur per il-
lud Hieronymi ſuper Eſaiam, nō eſt crude-
lis qui crudeles iugulat, ſed crudelis patien
tibus eſſe vr̄. Nam latro ſuſpēſus patibulo,
crudelem iudicem putat xxiij. q. v. non eſt
crudelis. Deus enim qui miſerator & miſe-
ricos eſt patiens & multum miſericors, non
ideo crudelis, & rigidus & cruentus reputa
tur, quod diluuio genus humanum deleuit.
& Sodomam & Gomorram ignem & ful-
phur pluit. Egiptios ſubmerſit in fluctibus.
Iſraelitarū cadauera proſtrauit in heremo.

Dicunt poſtremo quod reuerſi ad pœni-
tentiam non recipiuntur, cū eccleſia pia ma
ter gremium non claudat redeunti. Quibus
reſpondetur per id quod ſcripſimus ſupra
q. xx. vbi latiſsime pertractauimus, qūo &
qualiter reuerſi ab hæreſi, admittendi ſunt.

Friuolis igitur ipſorum peſsimorū homi
num ſpretis querelis iuris cēſura in eos eſt
exercenda. Aliter enim Rex ſeruit Deo, qa
rex eſt, aliter quia homo eſt, ſeruit viuendo
fideliter, quia rex eſt, ſeruit leges conden-
do, iuſta præcipientes, & contraria prohi-
bentes, ac vigorem iuris in ſceleratos exer
cendo. Et cum his breuiter finem facio. Ad
laudem & gloriam Ieſu Chriſti domini no-
ſtri, qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit &
regnat in ſecula ſeculorum Amen.

FINIS.




# TRACTATVS

de hæreticis ſequitur ex text. ibi mathe-
maticorum cum ſupra & infra dicetur
aremathematicus dicatur hæreti-
cus, & matheſis hęreſis ſit, ſum-
pta occaſione de hæreſi diſ-
ſeremus ad ſolatium.

1 *Hæreſis quid ſit & quis dicatur hæreticus.*

2 *Si gioco profert verba hæretica quia dicat ſe habiturum uxorem in alio ſeculo an ſit hæreticus.*

3 *An & quando ex ſola voluntate vt hæreticus condemnari poteſt.*

4 *Pertinax hæreticus quis dicatur.*

5 *Hæreſis vnde dicatur.*

6 *Hæreſis quot modis contrahitur proſequere & primo quando deuiat a fide Chriſti, & religione Chriſtiane etiam leuiter aduerſando etiam non defendendo.*

7 *Hæreſis contrahitur adherendo opinionibus illorū qui damnati ſunt ab eccleſia de quibus in c. quidam. xxiiij. q. iij.*

8 *Dubius in fide hæreticus eſt quod declara et limita v. modis.*

9 *An hæreticum eſt tenere vſuras eſſe permiſſas & an inter iudeos, vel inter iudeos vt*

Source : BIU Cujas

chriſtianos, nu. 10. & an papa poßit diſpẽſare circa vſuras.

11 An ſit hæreticum nolle iurare putans iuramentum eſſe illicitum.

12 An aſſerendo vſum paupertatis non includi ſub voto religionis hæreticum ſit.

13 An hæreticum ſit ſi dicatur non poſſe penitere eum qui vixit vſque ad ſenium in peccatis.

14 An aſſerendo papam non habere poteſtatem dimittendi peccata.

15 An ſi dicat imperatorem non eſſe monarchã & dominum totius mundi.

16 An per nouum ſenſum, & opinionem hæreſis contrahatur & quando.

17 An aſſerẽdo fornicationem non eſſe peccatũ.

18 An recuſans ſe purgari in cauſa hæreſis ſit hæreticus.

19 An defendens hæreticum vel aduocaret pro hæretico hæreticus ſit.

20 An credendo hæreticis ſit hæreticus.

21 An ſi ſteterit in excommunicatione per annum aut biennium hæreticus ſit.

22 An ſi per annum ſteterit & non receperit cõmunionem ſit hæreticus.

23 An per inuocationem demonum, & ſortilegia dicatur hæreticus.

24 An idolis ſacrificando hæreticus eſt.

25 An qui dicit incedere noctis tempore cũ herodiade, vel diana hæreticus ſit.

26 An blanſphemando hæreticus ſit.

27 An oppugnando priuilegia eccleſiæ.

28 An contemnendo canones, & ſtatuta eccleſiæ aſſerendo papam nõ habere poteſtatem condendi canones.

29 An aſſerendo poſſe eſſe in eccleſia duos vicarios Chriſti.

30 An aſſerendo papam in temporalibus nõ habere poteſtatem ſicut in ſpiritualibus.

31 An per ſimoniam hæreſis contrahatur vt ſi credat ſacramentum vendi poſſe.

32 An per ſciſma hæreſis contrahatur.

33 An auferendo priuilegia eccleſiæ.

34 An aſſerendo peccata non dimitti niſi a ſolo Deo.

35 Si officialis diſtulit præſtare auxilium contra hæreticos an ſit hæreticus.

36 An negando infernum & paradiſum, & aſſerendo animam eſſe mortalem.

37 An aſſerendo decimas non deberi clericis.

38 An ſi profeſſus recedat a religione & publice contrahat matrimonium.

39 An non conſecrando & celebrando cum hoſtia non conſecrata.

40 An negando ex latere Chriſti ſanguinem, & aquam exiſſe.

41 An tenendo animam eſſe ſanguinem & ex præiacenti materia generatam.

42 An contemnendo hiſtorias in biblia.

43 An per contumaciam contrahatur hæreſis.

44 An perſiſtendo in notorio crimine, & ſit incorrigibilis.

45 An recuſans iurare ad purgationem.

46 An hæreticis credendo.

47 An epiſcopus inſtituens hæredem conſanguineum.

48 An fauendo hæreticis.

49 An frangendo imagines crucifixi & ſanctorum.

50 An inuocando demonem ad actum luxuriæ.

51 An per apoſtaſiam contrahatur hæreſis.

52 An herendo opinionibus reprobatorum.

53 An aſſerendo Chriſtum non eſſe aliquid ſecundum quòd homo.

54 An ſi abiuraſſet in iudicio prius, deinde reincidat in hæreſim.

55 Officialis recuſans iurare obſeruare ſtatuta eccleſiæ.

56 An aſſerendo animam rationalem non eſſe formam humani corporis.

57 An credendo erroribus illorũ de Alamania.

58 An potens reuocare ab hæreſi aliquem non reuocando.

59 An faciendo nouam ſectam contra fidem.

60 Hæreticus tandem eſt qui cõtra fidem Chriſti & articulos fidei, & contra præcepta & dogmata eccleſiæ credit.

61 De proceſſu hæreticorum proſequere & pri

Source : BIU Cujas

mo ad quē ſpectet cognitio hæreſis ad eccleſiaſticum an ad ſecularem, & an ſit mere eccleſiaſticum.

62 Eccleſia quam pœnam imponit, & an ſanguinis.

63 An tradendo ſeculari conuictum de hæreſi cognoſcat ſecularis de proceſſu hæretici, & an nouas pœnas imponere. nu. 64.

65 Qui iudices cognoſcere poſſunt de hæreſi & quis ſit iudex ordinarius an epiſcopus & quis ſede vacante. 66.

67 Qui dicātur iudices delegati in hoc crimi.

68 Inquiſitor hæretice prauitatis quis eſſe poteſt, & an minor xl. annis.

69 An inquiſitores hæretice prauitatis habeāt iuriſdictionem inſolidum ſi plures ſint.

70 An delegati inquiſitores in dioceſi epiſcopi habeant priuatiue iuriſdictionē an cumulatiue, & quis præferatur citantibus ambobus, nu. 71. & an vterque procedat incitando, torquendo, procedendo, & ſentētiando, nu. 72. & an abſoluendo.

73 Qualiter ſe habere debent inquiſitores, & eorum officiales circa officij executionem.

74 An inquiſitores procedrte poſſunt cōtra epiſcopos de hæretica prauitate.

75 An poſſunt cognoſcere de ſortilegijs.

76 An poſſint cognoſcere ſup crimine vſurarū.

77 An poſſint carcerare, tormentare, & condēnare abſque interuentu epiſcopi, & quot monitiones requirantur, & an vnica ſufficiat, nu. 78.

79 An inquiſitores poſſint hæreticis pœnas pecuniarias imponere.

80 An inquiſitor poſſit procedere ſola ex ſuſpitione contra diffamatum tantum.

81 Inquiſitor an teneatur ad pretium melioramentorum quando bona alienata reuocantur, & pretium rerum venditarum.

82 An poſſit tollere inquiſitor defenſiones & exceptiones reo competentes.

83 An generalis inquiſitor poſſit procedere contra quem a Papa ſpecialis datus eſt inquiſitor.

84 Cōtra quas perſonas poteſt inquiſitor procedere, & an contra laicas & cōtra exemptas, & an dioceſano non requiſito, numero 85.

86 An contra vſurarios procedere poſſit vt reſtituant.

87 An poteſt procedere contra prohibentem baptiZari iudeum.

88 An poteſt concedere vſum armorum, & punire turbatorem.

89 An procedit contra iudeum receptantē chriſtianum apoſtatam.

90 An poſſit recipere teſtes facta publicatione.

91 An poſſit ſubdelegare.

92 An procedere poſſit mortuo delegante.

93 An poſſint cogere ſecularem ad concedendū auxilium & brachium, & an puniri impedientes ſuum officiū, & tollere ſtatuta, & conſuetudines impedientes officium, et an inquirere poſt quinquennium & an cogere hæredes inquiſiti ad pœnitentiam, & an contra blaſphemantes, & an cum teſtibus excommunicatis, & an abſoluere & liberare infamatos tali crimine, & an excommunicare, & priuare prædicatores officio prædicādi, & an proſequi hæreticum confugientem ad alienam prouinciam, & an poteſt procedere ſimpliciter ſummarie, & de plano, et an teſtibus non publicatis, & an teſtibus periuris.

94 An ſi ſint plures inquiſitores habeant iuriſdictionem inſolidum.

95 Qua pœna puniantur ſi male ſe gerant in eorum officio, & qualiter puniantur.

96 Quando delegantur ab epiſcopo tales inquiſitores quam habent poteſtatem.

97 Contra quos poteſt procedere, & qui de hæreſi inquiri poſſunt an epiſcopus, & perſone exempte an papa an imperatore, & per quem & an deponi poteſt ex hoc, nu. 98. & 99. & a quo papa & imperator, & an poteſt facere ſtatutum, vt papa de hæreſi non teneatur, nu. 100. & an requiritur incorrigibilitas.

An iudei

Source : BIU Cujas

101 An iudei accuſari poßint de hæreſi.

102 De proceſſu hæreticorum proſequere, & quòd equiparatur hæreſis crimine læſæ maieſta. in procedendo, & quòd per inquiſitionem procedi ſoleat, & per exceptionem, nu. 104. & per accuſationem. nu. 105.

103 An inquiſitor ordinem iudiciorum ſeruare debeat.

106 An quilibet accuſare poteſt de hæreſi, & an publicum ſit, & omnes perſone etiam prohibite accuſare poſſunt, nume. 107. & qui prohibeatur, & an excommunicatus, & an minor infans, & doli rapax, & an inimicus.

108 An in crimine hæreſis requiratur perſone legitimatio in accuſando.

109 An requirantur ſolemnitates etiam ſubſtātiales, & quid ſi accuſatio ſit inepta, et an locus apponi debet.

110 An diffamatio requiratur in inquiſitione de hæreſi, & an lit. conteſta. nu. 111.

112 An contra citatum contumacem procedi poteſt, & fieri poteſt proceſſus.

113 An procurator admitti poteſt, & an aduocatus, nume. 114.

115 An ſtatim quòd comparet carcerari debet inquiſitus, & an epiſcopus interuenire.

116 An ſufficiant leues ſuſpitiones in hoc crimine.

117 An abſque indicijs ad torturam procedatur in tali crimine, & an perſone priuilegiate torqueantur, & an requirantur indicia alia ſicut in alijs, & an teſtis de iure admittatur, licet non omni exceptione maior, nu. 118. & quid ſi extēt ſuſpitiones in eo vt torqueatur quid fiendum & an purgatio indicenda, & an præſumptiones ſufficiant & quæ.

119 An ſtantibus præſumptionibus non tamen legitimis duellus indicendum ſit & locum habeat.

120 An quando per accuſationem hæreſis probari debet per duos teſtes habiles.

121 An teſtes probent parte non citata contra ſuſpectum de hæreſi.

122 An teſtes publicandi ſunt & quando.

123 An requiratur probatio quādo publice prædicat.

124 An poſt publicas atteſtationes teſtes recipi poſſunt etiam ad offenſam.

125 Et an ſit probatum crimen ſi libri hæreſis reperiantur pœnes inquiſitum.

126 An ꝓbetur hæreſis ex leuibus ſuſpitionibus

127 An tranſigi poßit in tali crimine.

128 An in ferenda ſententia requiratur citatio inquiſiti, & an appellari poßit, & an quādo per accuſationem proceditur epiſcopus, & inquiſitor in ſententia adeſſe debet ſicut quando per inquiſitionem.

129 An apellari poßit, & an habere recurſum, nume. 130. vbi an prohibitus appellare poſſet habere recurſum.

131 An in hoc crimine admittantur defenſiones, & an renunciare poteſt defenſionibus.

132 Quæ ſint pœnæ hæreticorum ordinarie & extraordinarie, & an pœna ignis iure canonum & regni, & an priuilegium perſone operetur, & an ſecularis cogi poteſt ad imponendā talē pœnam, & an requiratur incorrigibilitas vt degradari poßit, nu. 133. & per quos degradari debent, nu. 134. & ibi de forma degradationis.

135 An in hoc crimine damnatur memoria defuncti et bona publicātur, et cui bona applicātur, et quid in terris baronum, & cui feudū, aut emphyteoſis applicatur & reuertatur, & quæ bona veniāt publicāda, & an inſcriptio requiratur in accuſatione nc memoria damnetur, & an bona ipſo iure publicētur an ſentētia requiritur, & quæ nu. 136. & an declaratio.

137 An alienatio bonorū hæreticorū ſit prohibita, & facta an reuocari poßit, & an pretium reſtitui, & quid ſi bona alienaſſet, et fundaſſet hoſpitale an reuocanda ſint, nu. 138. & nu. 139.

140 Si hæreticus habeat filios orthodoxos an bona referuētur filijs & an priuentur be-



Source : BIU Cujas

*neficijs, & officijs, nume. 141. & an etiã obtentis, & qui filij contineantur, & an in hoc differant hoc crimen, & læſæ maieſt. & an dotes vxorum conſeruentur, & an filiarum, & an filij hæretici contrhant matrimonium cum fidelibus.*

142 *Infra quantũ tẽpus peti poteſt publicatio bonorũ, & an præſcribi poſſunt, & infra.*

143 *Hæreticus an ſit infamis, & excludatur a teſtimonio.*

144 *Hæreticus an ſit excommunicatus.*

145 *Hæreticus an priuetur omni beneficio.*

146 *Filij hæreticuſq; ad quam generationem priuentur a dignitate obtinenda.*

147 *Hæreticus an careat ſepultura.*

148 *Hæreticus an a quocunque occidi poßit.*

149 *Mulier hæretica an teneatur dotare filiã orthodoxam.*

150 *Mulier hæretica an gaudeat priuilegijs mulierum.*

151 *Hæreticus an teſtari poßit an contrahere an aduocare, an indicare an eſſe notarius, & an geſta per eum ſi notarius ſit valeant, & an ei legari in teſtamento etiam militis.*

152 *An hæreticus cogatur ad obſeruantiam iuramenti.*

153 *Hæreticus an petere poſſet reſtitutionẽ bonorum, & rerum eccleſiaſticarum, & an poßit habere ſeruum chriſtianum, & an habere ſinagogas, & an vbique puniri poteſt, & an expelli a ciuitate.*

154 *Hæreticus reuerſus an ordinari poßit, & an agere ſi hæres inſtitutus ſit, & an cũ eo conuerſare an reſcriptum impetrare.*

155 *Papa licet promoueri & eligi non poteſt ſi hæreticus tamẽ ſi eligatur valet electio.*

156 *Euntes ad exterminiũ hæreticorum conſequuntur indulgentias.*

157 *Matrimoniũ cum hæretico contractum nõ tenet. Itẽ punitur alijs pœnis extraordinarijs, vt nu. 158. cum ſeq.*

159 *Qualiter euadantur pœnæ ordinarie, & extraordinarie, & primo ſi abiurauerit hæreſim & redierit ad fidẽ, et ſi noluerit iurare an ſtatim habeatur p hæretico, & ibi quæ ſit pœna et elapſis, et an bona recuperet.*

160 *Forma iuramenti abiurationis, & forma abſolutionis ponitur.*

161 *An & quando redeundo bona recuperet, et an alienata, & an ad alia proſequere, & an ad formam vt teſtis eſſe poßit, & an ad dignitatem, vt promoueri poßit.*

162 *Relapſus in hæreſim qualiter puniatur.*

163 *Qualiter puniãtur receptatores fautores receptatorũ, & credẽtes, & quæ ſint pœnæ introducte, & quid ſi occultat tantum qualiter puniatur. 164.*

165 *An pœnæ cõtra receptatores fautores et credẽtes cõcurrãt cumulatiue ex quo diuerſe secũdũ diuerſas leges an nouas tantũ, & quãdo diuerſe pœnæ ſint impoſite a iure ciuili, & canonũ an omnes imponi poſſunt.*

166 *An ſicut hodie in crimine læſæ maiſt. receptator rebellis ſuſpenditur cum publicatione bonorum ita & inceptante hæreticum.*

167 *An liceat receptare hæreticũ cõſanguineũ.*

168 *Hoſpes an excuſetur ſi dederit potum bannito tranſeunti.*

169 *An liceat vxori receptare virũ hæreticũ.*

170 *Ignoranter receptans non punitur idem ſi coacte. nume. 171.*

172 *An amicitia inueterata excuſet.*

173 *An ſi gerit receptator pœnitentiam, & abiurauerit euitet pœnas.*

174 *De receptatoribus aliorum malefactorũ.*

175 *Alias pœnas proſequere vſq; ad finem contra receptatores, et fautores hæreticorum.*

DE HÆRESI itaq; verba facturi tanquã de grauiſsimo crimine xxij.q.ij.c. primo & xxxiij.q.vij.ca. q̄d in omnibus. Primo q̄d ſit hæreſis, & qui dicatur hęreticus, & vnde dicemus. Secũdo quot modis cõtrahatur hæreſis ſubnectemus. Tertio de proceſſu hæ-

Source : BIU Cujas

reticorum tractabimus.iiij.de pœnis hæreticorum,& eorũ fautoribus credentibus,& receptatoribus ſubijciemus. Tractari itaq; de hæreſi vt ſciamur quid ſit id de duo diſputaturi ſumus ab eiuſdẽ definitione perſi ciũ necesse eſt ciceronem in officijs imitantes,& in reg.omnis diffinitio.ff.de reg. iur.
1 primo videamus quid ſit hæreſis. †Hereſis igitur eſt deuiatio a fide Chriſti,& catholica religione cũ pertinacia vt probari videtur in l.omnes.C.de hæreti iunctis clem. j.§.porro.de ſum.tri.& fid.catho.& ibi dictis per Cardi. in princi.ij.q.text.in c.dixit Apoſtolus.xxiiij.q.iij.text.in cle.j.§.fin.de vſur.Panor.in rub.de ſum.tri. & fi.ca. Iſer. in c.j.§.quocunque licet nomine.de ſtat. & conſue.cõtra liber.eccle.& per Pau.Ghir. in trac.de hæreti.in prin.in quibus dicitur hæreticum eſſe eũ qui nõ firmiter credit & pertinaciter inſiſtit, debet ergo eſſe pertinax in opinione deuiante a fide alias.n. ſi diſputando dixerit contra fidem non affirmando non dicitur hæreticus nec vt hæreticus puniri poteſt vt dicit gloſ. in d.l.oẽs. & alij in locis ſupra,& Card.in d.clem.j.in fi.facit conſti.reg. inconſutilem.circa fi. ibi in erroris concepti cõſtantia perſeueret, & Panor.in d.rub.& tex.in d.c.Apoſtolus.&
2 c.qui in eccleſia.xxiiij.q.iij. †Ideo ſi gioco aut ludo verba hæretica proferantur nõ dicitur hæreticus nec vt hæreticus punitur vt dixit Cardi.in d.cle.j.in fi.& Iſer.in d.c. j.§.ſatisfactionem.col.fin.de ſta.contra lib. eccl. Quod limita niſi cum pertinacia aſſeueret vt ſi dicat ſe habiturũ vxorẽ in alio ſeculo vt per Card.in d.cle.j.§.nos de ſum.
3 trini. †Et dixit Felyn.in rubr. de hæreti. ꝙ hæreticus non eſſet niſi ſuus error habuerit principium, & complementum ad hoc vt puniatur alias ex ſola voluntate occulta vt hæreticus puniri non poteſt nam cum non conſtet eccleſia militans non habet eum pro hæretico,ita dixit Bald.in l.ſi quis non dicam rapere prima colum.C. de epiſco.& cle.& Felyn.in tracta.de cona.iij. fallen.& in cap.ad abolendam.prima colũ. de hære.niſi forte inquiſitori hæretice prauitatis liqueat de tali voluntate per confeſſionem hæretici cum talis mentis cogitatio probari non poſsit Anan.in cap. ſi quis epiſcopus.ij.col.de hære. & in c.conſuluit. iij.col.de vſu.& per Franc.ponzi.in tracta. de lami.verſicu.vj. & in verſicu. vij.& ibi declara quando confeſsio fuiſſet veriſimilis & non æquiuoca.licet quo ad deum ſola volũtas ſufficiat,c.excommunicamus.§. credentes.de hære.glo. in cap.j.xxiiij.q.j. Car.in clemen.j.in prin.iij.quæſtio.de vſu. Mar.in l.qui falſam.ij.colum.iiij.caſu.ff.de fal.requiritur ergo principium & complementum expreſſum patens vt puniatur fa-
4 cit.l.cogitationis.ff.de pœnis. †Pertinax autem hæreticus dicitur qui dat pecuniam ſecreto inquiſitoribus ne puniatur Bart. in l.tutores.ff.de ſuſpe.tuto.eodem modo pertinax dicitur ſi epiſcopo inq̃ſitori aut theologo non credit dum eum corrigunt Bart. & Nicol.de neap.in l.iij.§.tutores.ff.de ſuſpe.tu.per glo.ibi dicentem pertinacem dici iudici non obedientem. Compoſt. in cle. j.§.fi.de vſu.& not.glo.in clem.j. in verſic. pertinaciter de ſum.trini. licet alias pertinacia relinquatur iudicis arbitrio vt per Ioan.And.in c.ſi diligenti.de foro competẽ. Felyn.in d.rubri.de hæret. & in c. qualiter & quando.iij.col.de accuſ.& dicit gloſſ. in d.clemen.j.§.ſane.de vſur.ij.ca.dixit. xxij. q.pen.ꝙ talis pertinacia debet eſſe obſtinata vel cum perſiſtẽtia incorrigibili facit d. conſti.inconſutilem.ideo error hęretici debet habere complementum vt ſupra, quot autem monitiones requirãtur ad conſtituẽdum in pertinacia per Mathe.in d. conſtit. inconſutilem.in gloſſ.commoniti.& glo. in
5 d.c. dixit Apoſtolus. †Hæreſis autem dicitur ab electione erroris.c.hæreſis.xxiiij. quæſtio.iij.vel ab erro erras vel ab adhereo quia adheret opinioni eorum vel ab herciſco quod idem eſt ꝙ diuiduo quia ab vnitate eccleſiæ ſunt diuiſi ſic.ff.famil.herciſcun.i. diuidunde vt in rubri. not. & hæc conuenit vt dicitur in d.conſtitutio. inconſutilem. in princip. ibi vocabuli vicio ſeruientes quod ſignificationẽ diuiſionis enunciat & ibi gloſſ. Hoſtien.in ſumma eod. titu.§.primo.Archidia.in cap.ij.eod. titu.in vj. Thom. ſecunda ſecundæ. quæſtio.xix. & xj.quæſtio.& in iij.ſenten. diſtinct. xiij. q.ij.Panor.in c.firmiſsime.in j.gloſ.de hære. & Felyn.in d.rub.eod.titu.facit c. inter hæreſim ibi pariter ſeparari. xxiiij. quæſt. iij.probatur in l.ſi duas. in princip. ibi hæreſes leges.j.diuidentes.ff. de excuſa. tuto. Hoſtien.in ſum.eo.titu.in princip.Iſer. in c. j.§.pactarenos. de ſtatutis contra libertatẽ eccleſiæ,& Math.in d.conſtitutione inconſutilem.ij.not. & Paulus Ghir. in d. tracta.
6 de hære. †Circa ſecundum hæreſis multis modis cõtrahitur & primo q̃n deuiatur a fide xp̃i & religione catholica, & miſterijs ſacroſan.R o.eccle.abnegãdo,aut impugnãdo q̃cq̃d cõtinet in l.nos redẽptos. poſt



Source : BIU Cujas

l.epiſtolam inter claras.C.de ſum. tri. & fi. ca.& in c.j.& in c.damnamus.eo.ti.& in c. j.eo.in vj.& in cle.j.eo.& xxiiij.q.j. c.hæc eſt fides.Panor.in rub.de ſum.tri. poſt glo. vbi de articulis fidei,& Boni.in titu.de hæ re.& quicquid continetur in ſimbolo apoſtolorum,& athanaſij,in quibus principali ter conſiſtit fides Chriſti, & religio catholi ca,& per Panor.in d.ca.damnamus. & per Felyn.in d.rub.de hære.vel ſacramenta, & miſteria eccleſiæ impugnando de quibus in c.ad abolendam.de hæreti.& no.in cap.ve niẽs.de tranſa.& per Ioan.And. ſuper rub. de ſacra.non reiter.Dec.in conſi. clj.ij. col. Panor.in d.c.ad abolendam.j.not. & Fely. ibi.j.no.& in rub.de ſum.tri.Bal. poſt Azo. in rub.C.eo.& Mathe.in d.conſti.inconſu tilem.iiij.no.& de his duobus per Pan.poſt Hoſtien.in c.firmiſsime.de hære.& Dec. in d.conſi.clj. Amplia etiam leuiter prædictis aduerſando leui argu.d.l.omnes.in fin.Iſer. in d.c.j.§.diffidamus.iij.col.ver.ſed an omnes.& in.§.quocũq; nomine.poſt Hoſtiẽ.in ſum.eo.& publicẽ diſputando, vt in c.ij.§. j.de hære.in vj.Iſer.in d.c.j.§.ſatisfactionẽ. & dicendo contra fidem xxiiij. q.j. c.hæc eſt fides. Amplia etiam tacendo & non defendendo in fauorem fidei,vt in c.ij.de hæret.& no.glo.in c.j.ver.aſſerere.de ſum.tri. in vj.& prædicando,vt per Iſern.in d.§.ſatisfactionẽ.in fin.ij.colũ.& dicendo.xxiiij.
7 q.j.c. hæc eſt fides. † Idem hæreticus eſt adherendo opinionibus illorum qui habẽtur in c.quidam.xxiiij.q.iij. & in l. arriani. & in l.quicunq;.C.de hære.& mathem.quorum opiniones deuiant a fide Chriſti & miſterijs & ſacramentis eccleſiæ vt in c. hære ticus eſt.xxiiij.q.iij.not.gloſ.in c.quicũque in glo.euticetis.C.de hære.idem etiam defendendo eorum opiniones vt in c.gallorũ. xxiiij.q.iij.& c.qui in eccleſia.& c.qui alio rum ea.q.Panor.in c.damnamus.in fi.iij. co lum.de ſum.trini.Iſer.in d.c.j.§.quocunque poſt Hoſti.eo.& de hære.in c.excommuni-
8 camus.in fin.& c.ſicut.eo. † Amplia prædicta nedum locum habere quãdo expreſſe impugnat aſſerens contra prædicta & nõ credens ſed etiam ſi in his dubitat nam dubius in fide hæreticus eſt vt habetur in c.j. de hære.& ibi per Panor. Hoſti.in ſum.eo. Iſer.in dicto cap.primo.§.ſatisfactionẽ. col. fina.Pau.Ghirl.in d.tracta.de hæreti.Quod tamen declara & limita quatuor modis vt ibidem per Felyn.in d.cap.primo. de hęreti.& primo vt locum habeat in dubitatione habente in ſe firmitatem animi & quandam impertinentiam vt quia perſeuerat in dubitatione illa,ſecus tamen in ſimplici dubitatione & dubietate proueniente ex primis motibus quibus non aſsiſtat ſed potius reſiſtat affirmando fidem catholicam, tunc enim non dicitur hæreticus ſed potius mereatur quam demereatur cum primi motus non ſint in poſſe hominum,vt philoſophus ait. vj.diſtinctio.cap.ſed penſandum.de pœniten.diſt.ij.c.j.& c.ſciendum.& cap.tentatio.ita Ioan.And.& Panor.in d.c.j. Limita ſecundo niſi quis expreſſe erraret dubitando de fide tamen paratus eſſet ſe corrigere ſi aliud eccleſia teneret nam referẽdo ſe ad fidem eccleſię hæc eſt fides ſua & non alia, vt not.in c.ij.de ſum.tri.& in d.c. hæc eſt fides.xxiiij.q.j.& in d.l.& nos reddentes.& ſeq.C. de ſumma trini.Panor. in d.c.j.facit glo.in c.ſi papa.xl. diſtinctio. & xx.diſtinctio.§.nunc autem.& in ca.dixit apoſtolus. xxiiij.quæſtio.iij.& in capit.ſciſma. xxiiij. quæſtio.prima.Iſern. in d.§.ſatisfactionem. colum.fina. Tertio limita niſi quis eſſet dubius & erraret per ſimplicitatẽ vt quia crederet patrem maiorem filio vt dicit Bal. in rub.C.de ſum.trini.& Panormi.in rub. eo. poſt Innocen.& per Cardi. in clemen.j.ix. col.& in clemen.ſi.de vſu.& oppo.Quarto limita niſi quis dubitaret vel teneret aliqd in his quæ ad ſalutem non attinent text. & glo.in cap.in quibus.xxij.quęſtio.ij.v3 ſi teneatur aut dubitaret an planete moueantur contra firmamentum an cum eo quod ad ſalutem non attinet. Quinto limita niſi eſſent opiniones inter doctores eccleſiæ & theologos nam elligens vnam opinionem magis quam aliam non eſt hæreticus ſecundũ Inno.in c.innitaris.de conſtitu.Bal.in l. captato rias.x.col.ver.ideo conſulo.C. de teſta.mi.quod tamen intellige vt per Ioan.de fantu.poſt Archidia.in c. hæreſis. xxiiij.q. iij.niſi alia opinio eſſet circa pertinentia ad fidem, & prædictis modis duobus quando contra fidem & miſteria eccleſiæ proprie. & ſtricte contrahi dicitur hæreſis in cæteris & ſequentibus large vt per Panormi.in dicto capitu.firmiſsime.in prima glo. & ibi per Felyn.de hæreti.allegat gloſ.in.§.ea vero.xxiiij. quæſtio. iij.Cardi. in d.clemen.j. ix.colum. de ſumma trini.§.porro pulchre Iſer. in dicto c.primo.§.diffidamus.iij. col. verſicu. ſed an omnis. hæreticus de ſtatu. contra lib.eccleſ.vbi quis proprie & ſtricte videtur hæreticus poſt Hoſtien. in ſumma
9 eod. † Item hæreſis contrahitur affirmando & tenendo pertinaciter vſuras eſſe per-

Source : BIU Cujas

miſſas nec eas exercere peccatum eſſe cum hoc ſit contra doctrinam euangelicam, & dogma eccleſiaſticum.c.iij.& c. cum inter. de vſur.Paul.in cap.mandato.de ſimo.& in c.quia in omnibus.de vſur.& in conſtitu.regni vſurariorũ.& ibi Mathe.xix.not.[hoc eſt quod dicit tex.in clemen.j.verſi.ſane.de vſur.Paul.grillan.in d.tractatu de vſur.pro quo facit c. hæreticus.& cap. inter ſciſma. xxiiij. quæſtio. iij. hæreticus enim eſt qui peruerſum dogma,vel falſas, aut nouas tenet & gignit opiniones,aut ſequitur,vt no. glo.in d.clemen.j.in ver.hæreticum cũ ergo hoc ſit cõtra dogma eccleſiæ merito hæreticus eſt, & in hæreſim incidit hoc affirmans circa vſuras intellige tamen ibi per Cardi.in fi.quando pertinaciter hoc affirmaſſet non autem ſi in lubricu & lapſu lingue aut gioco tunc.n.non punitur vt hæreticus ſed extraord.vt per eum Bald.[in l.ij. in auth.ad hęc.ij.col.C.de vſur.Iaſ.inſti. de actio.§.fuerat.v.colũ.& in repeti.l.cunctos populos.C.de ſum.tri.Math.in d.cõſti. vſurariorum.xvj.not.j.q.Amplia etiam in vno nummo ſi affirmaret peccatum non eſſet vt inquit Bald.in d.authẽ.ad hæc.ij. colum.& Iaſ.in d.§.fuerat immo vt ibi dicit Bal.omnes conſuetudines & ſtatuta [caſſantur etiã in vno nummo vt dicit d.clemen.j.Pau. de Caſt.in conſil.ccclxxvij.Angel. in conſilio lxxxviij.Ancha.in conſil.cccxxxij.Ludo. And.in tracta. de vſur. q.clviij. Et papa in hoc diſpenſare non poſſet ex quo contra. ius diuinum vetus & nouum teſtamentum, c.ſuper eo.de vſur.Fely.in cap. quæ in ec-
10 cleſiarum de conſtitu. †Limita tamen &
declara inter chriſtianos tũc enim hæc affirmare hæreſis eſt & ita intelligitur d.cle. j.ſecus tamen inter iudæos aut inter iudęos & chriſtianos nam hæreſis non eſt & ita intelligit.d.cle.j.Iaſ.in d.l.cunctos populos in ij.lectu.nam inter iudæos & cum chriſtianis licet iudæis exercere vſuras ex Papæ diſpenſatione vt plene proſequitur Iaſo. in d.l.cunctos populos in vtraque lectura & Math.in d.conſti.vſurariorum.xij.not. vbi plene an Papa poſſet diſpenſare & an rex in regno ſuo poſſet permittere de quo ibi in d.clemen.j.per Card.xv.q.& Alexan.in conſi.lvij.j.volu.& in conſi.j.& conſi.cvij. ij.volu.Anto.de pra.in vete. inter conſilia Alex.in conſi.xlix.iiij.volumi.Archi.tamẽ in c.hac ratione.xxxj.q.j.declarat quando aliter ſine ſcandalo vitari nõ poſsit de quo per Iaſ.in d.l.j.& Mathe.in d.conſti.vſurariorum,xij.not.& per Ioan.de Arn.in ſoli-
lo.xxxij.& limita in hoſte nam hoſti ad hoſtem licet fenerari vt per Ioan.de Arno.in proble.v.tempera niſi iudæus hoc dixerit & tenuerit inter chriſtianos ita Card. in d. clemen.prima.§.fin.xix.quæſtio. poſt gloſ. clxj.de vſu. alias iudæo licet errare in fide & ſacramentis eccleſiæ Limita ſecundo de vſura niſi quis affirmaret vſuras poſſe exigi ab hoſte inimico fidei & quem nocere poſſumus vt dicit tex.in capit. ab illo xiiij.quæſtio.iiij.iuncta glo.Ana.in cap. primo penulti.col.de vſur.Ludo.Roma.in l.ſi vero.§.de viro.xv.fall.ff.ſolu.mat. Marſil. in l.prima.§.præterea.x.colum.verſi.alius eſt effectus inimicitie.ff.de quæſtio. Limita etiam in alijs caſibus a iure præmiſsis,vt c. conqueſtus.& c.ſalubriter.de vſur. Iaſo. in d.§.fuerat.& in d.l.cunctos populos. & Math.in d.conſti.vſurariorum.& per doct. in l.ſi inſulam.§.vſuras.ff.ſolu.matri. Lud. de vrbe.in conſil.ccccclxxiij. Ancha.in cõſil.cxxxviij.Bald.iuni.in tracta. de dot.vij. par.ij.priuilegio.Campe.eo.tract.de dot.in j.authen.ij.par.Mathe.in deciſ.cclxxxiiij. & deciſio.ccxcj.& caſus enumerat Socyn. in tract.fallen.in verſi.accipere vltra ſortẽ.
11 & per doct.in d.§.vſuras. †Item hæreſis
eſt & cõtrahitur ſi quis noluerit iurare putans iuramentum habere in ſe malum, vt per Panor.poſt Hoſtien.in cap. excommu-
12 nicamus.in fin.de hæret. †Item contrahi
tur hære.hodie aſſerendo vſum paupertatis non includi ſub voto euangelicæ paupertatis quod dicere hodie hæreticum eſt & temerarium iudicatur vt habetur in cle. exiui de paradiſo.verſicu.dicere autem de
13 verbo.ſignifi. †Item hæreſis contrahitur
ſi dicatur non poſſe pœnitere eum qui vſq; ad ſenium vixit in peccatis nec ſaluari poſſe cum dicatur in c.is qui.xxvj.quæſtio.vj. ꝙ quandocunque conuerſus ingenuerit ſaluus erit,ita Oldra.in conſi.cclxxj.& Dec. in conſi.cxxxvij.ij.colum.& Fely.in c. ex-
14 communicamus.de hære. †Item hæreſis
contrahitur aſſerendo Papam non habere poteſtatem dimittendi peccata cum Petro dixit Saluator quodcunque ligaueris ſuper terram ligatum erit & in cœlis quodcunq; abſolueris ſuper terram abſolutum erit & in cœlis.xxiiij.quæſt.j.c.manet.& c.quodcunque.xj.diſtin.& l.diſtin.c.conſiderandũ not.in cap.ſignificaſti.de electio.Math.xvj. c.cum vices dei gerat in terris.capit.primo & iij.Oldra.in conſil.cclxxj.& Dect. in d. conſi.cxxxvij.ij.colum.Felyn.in d.c.excõmunicamus,Iſer.in d.c.primo.§.ſatisfactio-



Source : BIU Cujas

15 nem.in princ.vlti.colum. † Item contra-
hitur hæreſis ſi dicatur Imperatorem non
eſſe dominum & monarcham totius orbis
cum dicatur in euangelio Lucæ iij.ca.exijt
edictum a Cęſare Auguſto ut deſcriberetur
vniuerſus orbis & Chriſtus recognouit Cę
ſarem Imperatorem, vt dicitur in Euange-
lio reddite quod Dei Deo, & quod Cęſaris
Cæſari Pau.ad Rom.xiij.c.in extrauag. ad
reprimendum.in prin. & ibi gl.& de tranſ-
la.epi.c.apoſtolice.§.nos. de re iud.cle.j.de
magiſtris.& cle.j.de ſenten.excommuni.in
prin.& ibi per Card.& per Bar.in l.hoſtes,
ij.col.ff.de cap.& poſt.reuer.facit.l.cum de
precatio.ff.ad l.rod.de iactu & l.bene a ze-
none.C.de quadr.pręſcript.loquitur tamē
Bar.per verbum forte cum apoſtolus nar-
ret facti contingentiam vide plene per Iaſ.
in d.repe.l.cunctos populos.ij.colum.C.de
ſumma trin.vbi dicit ꝙ Bald.in c.ſolite.de
maio.& obed.tenet contra Bart.& Panor.
16 in c.nouit.de iudi.in fi.& gl. † Item con-
trahitur hæreſis per nouum ſenſum & opi-
nionem in ſacra ſcriptura aliter intelligen-
do quam ſenſus ſpiritus ſancti flagitat.c.di
xit.& ſeq.xxiiij.q.iij.& c.quidam.in fi.&
c.hæreſis.& ſeq.ea.q.tex.in cle.j.§.porro.
de ſum.tri.Iſer.in d.c.j.§.diffidamus.verſi.
ſed an omnis hęreticus.& in.§.quocunque
nomine.Mathe.in conſti. incōſutilem.xvj.
17 no.vj.q. † Item hæreſis contrahitur aſſe-
rendo fornicationem non eſſe peccatū mor
tale ſed licere fornicari cum dicat apoſto-
lus ad Gal.v.& ad Epheſeos.vt non licere
fornicari.Ioan. Andr.in mercur.in reg.ſine
culpa.ccxxxij.q.iiij.c.nemo.not.glo.in cle.
ad noſtram.ver.vij.vbi tex.in hoc, & glo.
refert Thomam ita tenere de hære.facit no
mine meche cōtinetur fornicatio.xxxij.q.
iiij.c.meretrices.ſed in ſupradictis dicitur
non mechaberis ergo cū eccleſia prohibeat
fornicationem nedum cum nō ſoluta ſed ēt
cum ſoluta ex prædictis ergo contrariū af-
firmans ſi ſe non corrigat hæreticus eſt.ca.
qui in eccleſia.xxiiij.q.iij.ita Mathe.in d.
conſtitu. inconſutilem.xvj.nota.v.q.Iſer.in
d.c.j.§.ſatisfactionē.vlt.col.ver.ſi quis autē.
18 † Item contrahitur hæreſis ſi contra hæ-
reticum ſeu accuſatū de hæreſi nō ſint ple-
ne ſed indicia taliter ꝙ neceſſaria eſſet pur-
gatio & petatur purgatio & accuſatus re-
cuſet talis vt hæreticus punitur, vt no.glo.
in d.ca.excōicamus.§.adijcimus. de hære.
in c.ad abolendam.§.qui vero.eod.titu.per
Matheſi.in d.conſtitu. inconſutilem.xviij.
notab.verſi.quid autem.Fely.in d.c.excōi-
camus.ij.col.ver.nota.in.§.excommunica-
19 mus. † Itē hæreſis contrahitur ſi quis de-
fenderit hęreſim & pro hęretico aduocaret
animo hęreſim defendendi nolens hęreticū
ita contra fidē et ſacramenta ſentientē puni
ri aut forte ipſum liberauit & fecit ꝙ non
perueniat in manus iudicū, tūc enim hæreti
cus talis eſt arg.l.iiij.ff.ad l.iul.maie.nā tali
crimine tenet̃ q̃ fecit ut hoſtis nō perueniat
in manus populi romani vel regis, ſecus tñ
ſi ſimpliciter perſtitiſſet patrocinium, et ad
uocationem vt q̃a defendebat nō quia hæ-
reticus ſed ob aliam cauſam vt ſeuitiorum
tunc licet puniatur ex quo in cauſa hęreſis
patrocinatur & defendit vt in conſti.incō-
ſutilem.in fi.nō tñ hæreticus eſt nec vt hæ-
reticus punit̃ ita Iſer. in d.c.j.§.diffidamus.
verſi.quid ſi munias hæreticum vt non ve-
niat ad locum vbi eſt iudex vt puniat eum.
& in.§.ſatisfactionem.ij.col.& per Mathe.
in d.conſti.inconſutilem.xxv.no.& de ad-
uocatione traditur per Ange.in gl.And.au-
20 xilia.& an apoſti.p̃ Auguſt.& alios. † Itē
hæreſis contrahitur credendo hæreticis nā
tunc hæreticus eſt, & punitur pœna.d.con-
ſtitu.inconſutilem.ſecus tñ ſi credat hære-
ticis ſed dicat ſe credere quod credit ſancta
mater eccleſia, tunc enim hæreticus non eſt
nec punitur vt hęreticus ſecundum Inno.et
Panor.in c.j.de ſum.trin.ſed punitur pœna
conſti.pactarenorum.ita ibi Mathe.in prin
ci.facit c.damnamus.in fi.& c.hæc eſt fides,
xxiiij.qō.ij.& l.nos redentes.C.de ſumma
tri.Panor.in fi.rub.eo.ti.& vide in c.accu-
ſatus.§.ille.de hære.Ioan. And.in rubri.de
21 ſortileg. † Item cōtrahitur hæreſis ſi quis
ſteterit per annū in excommunicatione aut
per biennium.vt no.in c.fi.de pœn.habetur
vt in c.vt inquiſitionis. in fi.de hære.in vj.
Spe.in titu.de hære.verſi.eodem modo. Pa
nor.in c.ab excommunicato.in fi.de reſcri.
& in c.inſinuatum.in gloſ.fin.de ſimo.& in
authen.gazaros.eo.titu.de hæret.& in cor-
po.vnde ſumi.glo.in capitulo ad apoſtoli-
ce.in.§.de hæreſi.in glo.de hæreſi.de re iu-
dica.in vj.& per Barto.in l.credentes.C.de
hære.& in l.queramus. & poſt eum Alexā.
ff.de teſtamen.& per Mathe.in dicta conſti
tu.inconſutilem.in fi.xviij.no.ver.quid au
tęm. facit quod not.in c.cum contumacia.
de hæret.in vj.& in c.rurſus.in c.quicunq;.
xj.q.iij.& in c.j.de iud.Panor.in c.grauem.
de pœn.quod eſt fi.iij.no.& in glo.hæretice
prauitatis poſt Hoſti.ibi & alios. vbi vide
diſtinctionem ꝙ aut eſt excōicatus pro con
tumacia in cauſa hæreſis & tunc elapſo an-

Source : BIU Cujas

no eſt verus hæreticus & vt hæreticus pu
nitur d.c.cum cõtumacia.aut pro contuma-
cia in alia cauſa, & tunc inducitur ſuſpitio
de hæreſi quæ tamen purgari poteſt vt ibi
in d.glo.& per Fely.in d. c.firmiſsime.j.co
lum.& in d,c.excõicamus.ij.col.de hęre.&
per Panor. ibi poſt Hoſtien.ij.col.verſic.in
ea.& in iij.colum.verſic.item querit. & ibi
qualiter procedatur ad ſententiam contra
iſtum cõtumacem,& quot citationes requi
rantur,& per Pau.Ghir.in d.tract.de hære.
in viij.q.Boni.in d.tit.de hære.& vide per
eum d.c.j §.poſt annum. de ſtat.contra lib.
eccleſ.vbi de pœna & vide c.reg. incip. ſi
ctione C.de hære.& in l.ij.C.de ſum.trin.l.
conuenticulam.C.de epiſ.& cle.& nouiter
in auct.de interd.colleg.hære.Federicus ve
ro primus in d.c.j.§.credentes.de ſtat.con-
tra liber.eccle.addidit alias pœnas vt ibi et
in authē.credentes C.eo.videlicet ꝙ ſit ex-
communicatus vt etiā dicitur in d.authen.
de inter.coll.hære.in fi.& ſi neglexerint ſa
tisfacere eccleſiæ & perſiſterint per annū
in excommunicatione infames efficiuntur
& excluduntur ab omnibus actibus ciuili-
bus inteſtabiles efficiuntur & ab omnibus
publicis officijs & honoribus excludeban
tur vt ibi dicitur, iure autem canonū eadē
pœna ſtatuta reperitur vt in ca.ſi aduerſus
& in d.ca. excōmunicamus §.credentes.de
hæreticis.Iure vero nouiſſimo addita exti-
tit vltra priuationem prædictam, & exclu-
ſionem a talibus,& officijs publicis alia pœ
na videlicet ꝙ filij talium ſicut hæreticorū
excluduntur ab omnibus officijs, & bene-
ficijs,& alijs actibus vſq; ad tertiā genera-
tionem excluſiue ex paterna linea & ad ſe
cundam in materna vt traditur in ca.ij.&
in ca.filij & in c.ſtatutum fœlicis de hæret.
in vj.niſi tales parentes fuerint emēdati &
ſatisfecerint eccleſiæ vt dicitur in d.c.ſtatu
tū.Nouiſſime vero in regno imperator Fe-
dericus ſecundus conſiderans grauius iſtos
fautores delinquere cū ſine talibus defenſo
ribus hæretici diu manere non poſſent &
etiam aliorum errores defendere videntur
vt dicit glo.in d.§.credentes nouam pœnā
addidit per nouā conſti.incip.pactarenorū
receptatores per quam imponitur pœna re
legationis perpetue cū publicatione bono
rum & filij eorum tanꝗ infames repellen-
di a quibuſcunq; actibus officijs & honori-
bus publicis nec etiam ad teſtimonium niſi
& ipſi filij detexerint tales hæreticos ꝑ pa-
tres receptatos conſtituto per eos tales hæ-
reticos eſſe tūc ex gratia & benignitate ad
priſtinam famam reſtituuntur, vt dicitur,
in d.conſti.& predictas pœnas incurrit re-
ceptator & fautor ſi laicus ſit:ſi clericus vl
tra predictas pœnas deponitur ab officio et
beneficio vt dicitur in d.c.excommunica-
mus.Hoſti.in ſum.eod.§.qua pœna.& per
Pau.ghir.in d.tra.de hære.ix.q.vbi ꝙ non
licet eis relinquere aliqd nec in vltima vo
luntate nec inter viuos & per Boni.in titu.
de hære.vbi vide de credentibus receptato
164 ribus & fautoribus & pœnis. †Sed qd
ſi non fauet nec receptat ſed tantum occul
tat hæreticorum an pœnis prædictis punia
tur vt quia ſcit hæreticum eſſe in aliquo lo
co & non denunciat non tū dico ꝙ ipſe oc
cultet vt euadat ſciens eſſe hæreticum nā
tunc vt receptator puniretur ſed tantū ſcit
eſſe in aliquo loco nec iudici denunciat dic
ꝙ licet teneatur eum indicare nam ſi tene-
tur indicare proditorum regis vt dicitur in
c.reg.nuper apud tranum per quod tenetur
alta voce clamare ecce proditor regis ſuc-
currite vt capiamus cum multo fortius, &
in hæretico nam grauius eſt diuinam ꝙ hu
manā ledere maieſtatem authē.gazaros C.
de hære.& dictum eſt ſupra.& in d.conſtit.
inconſutilem.in omnibus eſt equata condi-
tio & ibi dicitur per omnia, & per Iſer.in
d.c.j.§.diuinam quam humanam ſed in hu-
mana denunciare debet ergo, & in diuina
Iſernia in d.c.j.§.ſatisfactionem, dicit min-
us puniri debet quam receptator fautor nā
ſaltim ad tempus relegabitur contra l.j.C.
de his qui latro.occul. vbi occultator eadē
pœna puniri dic vt ibi per Iſer, aſſignan-
tem rationem quare ſecus in hoc crimine,
165 †Sed an ex quo diuerſe pene imponun
tur iure canonico & iure regni dicantur di
cte pene concurrere cumulatiue an vero ꝑ
nouas receſſum intelligatur a veteribus gl.
in d.conſtitu.tenet ꝙ ambe concurrant nec
vna per aliam tollatur nam quando ſtatutū
imponit nouam pœnā prout imponit d.cō-
ſti.pactarenorum cum dicatur ſtatutum re-
gni,vt tradit Mat. in rubri.conſti.ſi damna
clandeſtina.per talem nouam penam nō cē
ſetur receſſum a pena iuris cōmunis per l.
qui ſepulcra C.de ſepul. viol.de quo tamē
plene per Saly.& Albe.in d.l.qui ſepulcra,
& Bar.in l.ſanctio legū.ff.de pen.Alexand.
poſt Bar,& Dyn.in l.j.ff.vi bon.rap.Math

Source : BIU Cujas

plene in d.conſti.pactareno.in.j.glo.ver.in eadem vbi ponit poſt prædictos decem limitat.ad regulã,& dixit glo.in.c.j.de emp.& vend.& Bald.in l.j.vj.col.C.de ſum.tri.& in l.placet.in authen.clericus C. de epiſ.& cle.cũ cæteris allega.per Mat.in d.cõſti.q̃ ſi pro vno delicto ius canonicũ imponit vnã et,p eodẽ delicto ius ciuile imponit aliã & delictũ eſt mixtum & vtriq; fori q̃ tunc ambe pœnę concurrũt et vna p aliã non tollit & tradit̃ p canoni.in c.cũ ſit gñale.de fo.cõp.& p Mat.in cõſti multe leges.j.li.& in conſti.ſtatuimus.j.li.& in cõſti.maieſtati noſtre.iij.lib.pœna ergo inducta a iure canonum de receptatoribus per d.conſti.non eſt ſublata ſed ambe concurrunt.opponit̃ contra predictam conſt.& c.de receptatoribus nã iure cõmuni eadẽ pena imponitur receptatori qua & principali l.j.& ij.ff.de rece.& l.j.C.de his qui latro.occul.cum alijs p̃ gl.ibi ſed hic imponitur maior pœna, & tñ maius eſt delictũ hæreſis quam alia crimina vt patet ex ſupra.dictis ergo eadẽ pœna deberent puniri Mat.in d.cõſt.pactarenorũ.j.col.dicit q̃ fallit in hoc crimine ſicut in alijs criminibus vt per eũ ibi licet regulariter contra,rationẽ fallentie non aſſignat.Bart.autẽ in d.l.j.ff.de recep.dicit licet puniatur receptator ſicut delinquens non tamen punitur eadem pœna vel ſaltim tanta & ideo dicto ſicuti non refertur ad pene identitatẽ vide per Math.in d.conſt.ij.no.v.fal.& ij.q.& d.l.j.C.de his qui la.videtur habere locũ in aſſociante vt fugiat & occultante reũ non aũt in ſimplici receptatore adeo q̃ maior pœna puniendus eſt quam ſimplex receptator vel dic ſecundũ Iſer.in d.conſtit.pactarenorũ.& in d.c.j.§.ſatisfactionem.q̃ legiſlatoribus nõ fuit viſum q̃ eadem pœna puniatur receptator vt tradatur ſeculari cũ publicatione bonorum & igni immittatur habendo ſolum reſpectum ad criminis immanitatem cum mitior pœna eſſet etiam in receptante rebellem vt dicitur in l.metho-
166 dorum.ff.de pœnis. †Sed an ſicut hodie receptans rebellẽ ſuſpenditur con publicatiõe bonorũ,vt in d.c.reg nuper apud tranum & per Iſer.in c.j §.preterea quę ſit cauſa bene.amit.in c.j.§.de receptatoribus.de pa.iur.fir.ſic etiam erit in receptante hęreticũ cũ per omnia adequata ſunt crimina vt ſupra videtur q̃ ſic ſtante adequatione vt ſtatutũ in vno & in alio ſtatutũ cenſeat̃ in cõtrariũ facit nã extenſio fit ex quadam cõiectura & tacita mente ſtatuentis per no.in l.apud antiquos C.de fur.quæ tñ nõ ſumitur vbi daret̃ legũ correctio p tradita per docto. in l.j.§.huius ſtudij.ff.de offic.eius cui mand.eſt iur.& tradit̃ p Mod.in authẽ.quas actiones C.de ſacroſ.eccle.ſed ſi daret̃ talis extẽſio d.c.daret̃ correctio d.conſt.pactarenorũ.cũ non veniret pœna imponẽda cumulatiue cũ maior pœna imponeret̃ per d.c.per ea q̃ tradi.late Mar.in l.j.§. p̃terea ff.de qõ.& in cõſi.cj.& cõſi.lxj.cũ allegatis per eũ et pena.d.ca.eſſet imponenda.videlicet c.nup̃ apud tranũ nõ.d.conſti.qñ talis fieret extẽſio & ſic veniret priuatiue, & correctiue quæ nõ p̃mittitur extẽſio vt ſu-
167 pra. † An aũt liceat receptare cõſanguineũ & affinẽ hæreticũ aut ei bene facere gl.in.d.§.credẽtes.dicit q̃ non p text.in.c.ſi qs ep̃s.cum ſeq.eo.gl.vero.xxx.diſt.c.j.& Panor.poſt eam in.d.c. ſi quis epiſcopus.& in ſeq.q̃ potius eſt ſubueniendum fratri & patri carnali hæretico in caſu tamen neceſſitatis q̃̃ extraneo catholico.gl.in.c. accuſatus.in verſi.non poſſit.de hære.in.vj.dicit q̃ ratione neceſſitatis famis poteſt & per Tho.ij.ſecunde.q.xxxj.arti.iij.Spec.in tit.qui filij ſint legi.§.j.verſic.quid ſi pater Zaba.in c.cum haberet.de eo qui dux.in ma.& in.c.cum ſit.de iudi.vbi Ana. Hoſtien.in ſum.in ti.de tempo.ordi.§.ſed pone q̃ pater tuus.& Ioan.de fant.in.c.quieſcamus.xlij.diſt.& in.c.non ſatis.lxxxvj.diſt.& in.c.ſicut.in fi.
168 el.j.ij.q.ij. † Pro hoc facit nam hoſpes excuſatur ſi dederit cibum & potum bannito tranſeunte vt per Bar.in.l.omnes.la ſecunda.ver.& hoc eſt vtile.C.de agri.& cẽſ.lib.xj.& in l.j.C.de colo.ille.eo.lib.& in.l.ſeye.§.idem quęſijt.ff.de fun.inſtru.& Mathe.in.d.conſtitut.pactarenorum.ij.not.vij.fallen.nam perdationem cibi.& poti nõ dicitur receptare.l.j.§.quod autem.ff.de ſer.corr. Sed per occultationem & receptionem mercedis vel cohabitationem, vt per Bar.in.l.j.§.j.ff.de recepta.et in.l.qui vas.§.qui furem.ff.de fur.Ang.& Saly.in.l.j.C.de his qui latr.Bald.in.c.ſi clericus.in princi.i.not.de pa.ten.aliter conſanguineum non licet receptare impune per.d.c.ſi quis ep̃s.ex quo vr̃ ſublata agnatio, & cognatio per tale crimen cum relegetur in perpetuum inſti.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.ſic & in violatore pacis,vt dr̃ in.d.c.j.§.de receptatoribus.& ibi Iſer.& Bal.& in.c.j.§.cõuenticulas.v.no.de pa.ten.niſi iurauerit ſe ignoraſſe Rota in deci.ccccxv.& per Mathe.in d.conſti.pactarenorum.ij.nota.ij.q.Limita ergo niſi ratione euidentis neceſſitatis fa-
169 mis per gloſſ.in.d.cap.accuſatus. † An



Source : BIU Cujas

autem licet vxori receptare & ſubuenire
impune de dotibus earum? dic ꝙ non ſicut
in viro rebelle vt dicit Iſer.& Mathe.in cõ
ſtitu.pœna carere.& in d.conſtitu.pactare-
norum.vbi Iſer.in tali crimine hæreſis, &
in alijs locis per Mathe.ibi.ij.not.ij.q.nam
dotes nõ publicantur ex hoc niſi & ipſa cõ
miſerit rebellionem ſic & in hęreſi cum pa-
rificentur,& traditur in c.decreuit.de hęre.
170 in vj. †Limita etiã niſi ignoranter rece
ptauerit hæreticũ nã tunc probabilis igno-
rantia excuſat glo.in d.c.accuſatus.in ver.
non poſſet.in c.quicunq;.in ver.ſcienter.de
hære.in vj.quæ probatur per iuramentum
receptatoris,vt dicit Bal.in d.§.conuenticu
las.& Rota in d.deciſ.ccccxv.niſi eſſet fa-
moſus & notorius hæreticus vel pronun-
ciatus tunc præſumitur ſcientia & nõ igno-
rantia,vt per Bar.poſt glo.in l.j.§.j.ff.de re-
cept.Bald.no.vbi ſupra. & Marſi.in conſ.
cvij.ideo dixit gl.in d.c.quicunq;.ꝙ proba
bilis ignorantia excuſat quæ tñ nõ dicere-
tur probabilis ſi fuiſſet notorius aut pronũ-
ciatus hęreticus bene tñ ſi occultus vide al
leg.in alijs criminibus, vt per Marſil.in l.j.
C.de rap.virg.& Mathe.in d.conſti.vj.fal-
len.& not.ꝙ accuſator debet articulare &
probare de ſcientia alias ſuccumbet,vt ple-
ne Deci.in c.a.nobis.de excep.et Fely.in d.
c.ſi quis epiſcopus.Roma.in conſi.ccccxxj.
171 † Limita etiam niſi per vim & coacte
receptaſſet hæreticum,per tradita per Bal.
in l.in delictis.ff.de noxal.cũ multis alleg.
per Mar.in d.l.j.C.de rap.virg.& Marſi.in
d.conſti.pactare.ij.not.iij.q.& Marſil.in l.j.
xj.col.ff.de ſica.in prin.& in.§.diuus.& in
l.eiuſdem.§.item ſeuius.ff.eo.& cõſi.xxv.
& conſi.xcix.ſed quid ſi ſemel tantum re-
ceptauerit an puniatur Archi.in d.c.qui-
cunq;.tenet ꝙ ſic dummodo ſcienter per.c.
felicis.de pen.in vj.& vide Mathe.in d.cõ-
ſtitu.xlij.no.iiij.q.& vide Io.de Arn.in cõ-
172 ment.xlj.de ſcient. †An autem excuſet
in veterata amicitia dic ꝙ nõ vt per Saly.
in l.nullus.C.de male.Ana.in c.j.pe.col.de
male.Mathe.in ij.no.vj.q.facit nam conſan
guinitas.nõ excuſat, & ſic cauſa naturalis,
vt per gl.in d.§.credentes.ergo minus cau-
ſa accidentalis vt amicitia arg.not.in fi.C.
173 de his qui ven.eta.impe. †Quid autem
ſi hæreticus receptatus,penituerit, & hære
ſim abiurauerit an per hanc pœnitentiam
euitabit pœnam ipſe receptator Andre.&
Mathe.in d.conſti.in viij.q.tenet ꝙ non cũ
ilta penitentia non extendatur ad aliam p-
174 ſonam ꝙ̃ propriã vt ibi per ſimilia †De
receptatoribus autem malefactorũ ex alia
cauſa quam hæreſis plene per Mathe.in d.
conſtitu.pactarenorũ.vbi ponit regu.& fal.
lent.& in conſtitu.pœnam eorum.per Saly.
& Marſi.in l.j.C.de rap. uirgin.& in l.is q
cum telo.C.de ſicar.& per Saly.& Ange.in
l.j.C.de his qui latro.Bart.& poſt eũ Alex.
in l.j.& ij.ff.de receptat.Angel.in glo.veſtẽ
cęleſtem.& in glo.& d.male.ſemper aſti.&
Gand.in rub.de fur.iiij.& vj.col.& de pœ.
ſtat.in reg.per c.& prag.reg.per Mathe.in
d.j.no.& in rub.dictę conſti.pactarenorum.
135 †Et ex quo ponitur pœna relegationis
per d.conſtitu.pactarenorum.talibus rece-
ptatoribus & fautoribus an per totum re-
gnum erunt & cenſentur relegati ſi fuerint
a iuſtitiario prouincie relegati dic vt ibi
per Mathe.v.not.& ex quo filij ſunt infa-
mes excludendi ab omnibus actibus ciuili-
bus & honoribus vt ſupra.& per Matheſ.
ibi.v.not.& a teſtimonio ferendo excludit
vt ibi per Mathe.ponentẽ alios caſus in q.
bus infamis admittiiur ad teſtimonium vt
in viij.no.an per emendationem vite tolla-
tur talis macula infamie, dic ꝙ non vt not.
glo.in c.teſtimonium.de teſti.cũ cæteris vt
per Mathe.ibi.vij.no.Punitur etiam rece-
ptator quia caret ſepultura & ſi quis eum
tradiderit ſepultura excommunicatus eſt
niſi proprijs manibus exhumauerit qñ ta-
men eius oſſa ab aliorũ oſsis diſtingui poſ-
ſent vt dicitur in d.c.quicunq;.& ibi gloſ.
ver.extumulem.Punitur etiam vt ibidem
nam ſi quis ad pręces receptatoris obtinue-
rit ſcienter aliquod beneficium eccleſiaſti-
cum ipſo iure talis obtinẽs priuatur & in-
habilis efficitur quo ad obtinenda qñ tamẽ
ſcienter & ibi vide glo.an pontificalis di-
gnitas includatur.Item punitur ſi quis cre-
dens hæreticis dũ eſſet in lecto peteret hæ-
reticos conſolatos iuxta prauam eorum cõ
ſuetudinem niſi per filios eius probet quali
ter non erat ſane mentis & hoc per teſtes
idoneos non domeſticos & familiares pri-
uantur filij ſucceſsione iuxta.c.filij.vel hę-
redes.de hære.in vj.puniuntur etiã vt in c.
in fidei.eo.in vj.& puniuntur vt in d.c.ac-
cuſatus.§.ſi vero.& ſeq.eo.in vj.& puniun
tur vt in d.c.ne aliqui.eo.in vj.Punitur etiã
& fautor & defenſor officiales, vt in c.vt
officium in fin.eodem in vj.punitur etiam
vt in capitulo contra chriſtianos.& vt in c.
ſi.eo.in vj.& in c.ſicut.de hæreti.& in cap.
excommunicamus.§.credentes.& in cap.
primo.§.credentes, de ſtatu.contra lib.ec-
cle,& in auth,credẽtes,C.de hære. Punitur

Source : BIU Cujas

etiam quia ei imponitur publica pœnitentia per Specul. in tit. de teſte. §. j. verſi. quid de portantibus. Item ponitur extra ordinē arbitrio ſuperioris. vt dicitur in l. manicheos. C. ibi authoritas noſtri aculei. Item punitur dum temporalis requiſitus vt terrā ſuā purget hæreſi, & noluerit facere poſt annū vt eius terra occupari poſsit a fidelibus ipſo tanquam defenſore excluſo ſaluo iure directi dominij domini, vt dicitur in authē. ſi vero dominus & vide vnde ſumitur. C. de hære. & punitur vt in l. cuncti, & in l. manicheos. & in l arriani. l. quicunq; & l. ſi qs. C. eo vt loci poſſeſsiones, & domus publicentur domino ſciente, & permittente. Et nota ꝙ tales receptatores fautores, & credentes non puniuntur alijs pœnis in iure non expreſsis nec pœnis hęreticorum pręterquam credentes hæreticis contra fidem, vt dicunt gl. in d. §. credentes. & in d. c. accuſatus. in ver. hæreticos de hære. in vj. ſi quis velit videre rationes quare filij talium puniantur tali pœna ex delicto paterno dic ut per glo. & Mathe. in d. conſtitu. pactarenorum. vbi etiam ponit quando filius pro patre & econtra teneatur vbi dicit patrē non puniri licet filius ſit hæreticus credens fautor vel receptator ſicut contra vbi rationē aſsignat. de fugiente autem ad hoſtes fidei & de conſultore hęreticorum remiſsiue dic vt per Matheſ. in d. conſtitu. pactare. in fin. Cętera curioſus lictor perquirat de hæreticis hactenus permiſſa tamen proteſtatione finem facio huic libello vt ſi quid apte dictum non fuerit aut perperam dictum locutus aſſerero iuxta formam. c. damnamus. in fi. de ſumma tri. & fide cath. vt ſimiliter teſtatur Bald. in conſilio ſciſmatis in princ. c. ſi quod ponit in rub. C. ſi quis ali. teſta. prohi. licet potius relator, & aliqualis ſub ordinator. &c compilator potius viderim ꝙ̄ ex noſtro marte dictum apparet cum dicta authoritatibus comprobentur iudicio tamen & correctioni eccleſiæ ſubmittendo & in aliquo ab ea non diſcrepando ad laudem et gloriam Redemptoris noſtri & ſue pie & immaculate virginis Matris & omnium Sāctorum. Amen. Valete.

FINIS.




# SOLEMNIS AC

perutilis tractatus de modo procedendi contra Apoſtatas incer. authoris.

## SVMMARIVM.

1 *Apoſtata quomodo citari debeat.*

2 *Procuratorem quilibet tenetur dimittere, poſtquam ſemel citatus eſt, alias procederetur in contumaciam.*

3 *Præconia vox paucis innoteſcit.*

4 *Citatus docens ſe iuſta de cauſa abfuiſſe reſtituit.*

5 *Citatus poſtquā venerit debet admoneri trina admonitione, vt iuri pareat ante ſententiam.*

6 *Iudex non debet ad ſententiam feſtinare excommunicationis.*

7 *Caſus in quibus apoſtate perdunt priuilegium clericale, & quibus non perdunt.*

8 *Renunciare iuri ſuo voluntarie, & eo ſpoliari a canone differunt.*

9 *Excommunicationis ſententia quomodo ferri debeat, & nu. 13. Et quid ſeruandum per excommunicatorem, poſt latam ſen-*

Source : BIU Cujas

*tentiam ſi requiratur ab excommunicato exemplum.*

10 *Quid ſi excommunicator nolit hunc ordinem ſeruare.*

11 *A ſententia excommunicationis contra apoſtatam non appellatur, niſi iudex excedat modum incorrigendo.*

12 *In ſententijs excommunicationis & interdicti quid ſeruandum.*

14 *Induciæ a lege conceſſe an poßint per iudicē abbreuiari.*

15 *Annus licet a iure concedatur & ex cauſa biennium ad proſequendum appellationē, tamen ſi iudici videbitur expedire poterit receſius tempus moderari, & nu. 20.*

16 *Decem dies dantur fauore iurium ad appellandum, infra quos ſi non appelletur ſententia tranſit in iudicatum.*

17 *Quatuor annorum tempus quod datur ad petendum reſti. in integ. non poteſt augeri. vel minui.*

18 *Homines ſubſunt iudicibus ratione iuris, ſed ius eſt ſupra iudices, & ideo in his quæ ſtatum hominum dicunt, poſſunt iudices inſpecta veritate, & vtilitate mutare, ſed quæ tāgunt ſtatū iuris mutare nequeunt.*

19 *Princeps legibus non ligatur.*

21 *Limitatio ad ſupradicta. nu. 15. & 20.*

22 *Terminus ad arripiendum iter ſtatutus a iudice, vicem habet peremptorij.*

QVIA frequenter prę
lati religioſorum pro-
pter incorrigibiles A-
poſtatas neceſſe habēt
contra ipſos procede-
re, & ſententiam ex-
cōmu. ferre, ideo bre-
uem & vtilem tracta-
tum huic noſtro opu-
ſculo ſubijciam de modo contra prædictos
1 procedendi. †Primo ergo citandus eſt Apo
ſtata, vt veniat iuri pariturus, citabitur au-
tem tribus edictis ſiue denunciationibus,
vel vno peremptorie pro omnibus, vt in ta
li termino veniat pariturus iuri, vt xxiiij.
q. iij. de illicita. & l. ad peremptorium. & l.
nōnunquam. ff. de iudi. & ſemper citandus
eſt reus ſi inueniatur, vt iiij. quæſtio v. cap.
quiſquis, & c. j. qui ma. accuſa. poſſ. & capi-
tu. venerabilis. de dolo & contuma. Si au-
tem nō inuenitur citandus eſt procurator,
2 ſi quem dimiſit, † quem tenetur quilibet di
mittere, poſtquam ſemel citatus eſt, alias
procederetur contra ipſum tanquam con-
tra cōtumacem factis denunciationibus ad
domum ſuam, vel ad eccleſiam, vt cap. cau-
ſamq; & c. venerabilis. de dolo & cōtuma.
& c. ſi aduerſarius. de eo qui mi. in poſſe. &
talis citatio dicitur legitima vt d. cap. cau-
ſamq; & perpetuat iuriſdictionem c. gratū.
de offi. delega. maxime ſi delegatus non ſit
certus de morte & obitu delegantis, vt ibi
dicitur, alias ſi eſſet certus contrarium obti
neret, quia tunc nō procederet, vt l. eius q.
ſi cer. peta. Si autem non eſſet certus, poſſet
procedere, vt. §. recte. Inſti. manda. Si ergo
reus ſic citatus non venerit in termino ſta-
tuto contumax reputabitur, & procedi po-
terit contra reum, niſi forte iudice ſedente
pro tribunali venerit, tunc enim non habe
bitur cōtumax, præſumitur enim ꝙ parum
vocem præconis audierit, vt l. diuus. de in
3 integ. reſti. †vox enim præconia paucis in-
noteſcit, vt authen. qui ſemel. C. quomo. &
quando iud. & propter hoc equitate ſuadē-
te poterit iudex expectare citatum in alte-
rum diem, vt c. conſuluit. de offi. deleg. nam
in iudicijs & compromiſsis mora purgatur
l. etiam ſi poſt tres. ff. ſi quis cau. & l. ſanci-
mus. C. de fideiuſſ. & ideo ſi cōtingat in hoc
4 caſu procedit contra abſentem, † ſi poſtea
doceat ſe abfuiſſe iuſta de cauſa reſtituitur
citatus. c. bertoldus. extra de re iudi. & ex
5 quib. cau. maio. per totum. † Secundo poſt-
quam venerit debet moneri, vt iuri pareat,
trina autem admonitione ſemper eſt admo
nendus ante ſententiam excommunicatio-
nis, vt xvj. q. vij. c. omnes decime. & xvj. q.
iiij. philoſophorum, & de ſenten. excōmu.
contingit, & admonitio appellatur a iure
competens, vt c. ſacro. de ſenten. excommu
nicatio. c. reprehenſibilis, de appella. pote-
rit enim vna ſola admonitione pro tribus
monere peremptorie, aſsignato ſibi ſpatio
competenti a iudice ſicut dictum eſt de cita
tione. vt xxiiij. quæſtio. iij. de illicita. & cō-
mittitur arbitrio diſcreti iudicis peremptio
rium maturare, ſiue temperare ſecundum
quod ſibi videbitur expedire, vt c. j. de of-
6 fic. delega. † non enim debet iudex ad ſen-
tentiam feſtinare cum dicat lex ꝙ prætor
non debet feſtinare ad determinandum, vt
iubeat poſsidere, vt l. ſi finita. §. ſed ſi forte,

Source : BIU Cujas

7 de damno infect. † nec perdit apoſtata pri-
uilegium clericale ante dictam trinam ad-
monitionem, vt c. in audientiam. de ſenten.
excommunicatio. quãuis contrarium nota-
ri videatur in c. cum non ab homine. & ca-
pitu. perpendimus. de ſenten. excommuni-
cati. vbi dicitur quod occiſores clericorum
apoſtatorum non plectuntur canone late
ſententiæ, & ideo non ſunt ad ſedem apo-
ſtolicam mittendi pro abſolutione, ſed in
hoc diſtinguas ꝙ inter apoſtatas quidam vi
uunt tantum ſeculariter ad modum laico-
rum, & iſti non perdunt priuilegium cleri-
cale ante trinam admonitionem, vt dictum
eſt. Alij vero qui non ſolum ſeculariter vi-
uunt admodum laicorũ, ſed etiam enormi-
ter ſe immiſcent tyrãnidi, & ſeditioni guer
rarum cum armis, & huiuſmodi, & tales ip
ſofacto perdunt priuilegium clericale, vt
dicũt iura in contrarium allegata. Nec ob-
ſtat ꝙ dicitur clericus non poteſt renuncia
re priuilegio clericali, vt capitu. contingit.
8 de ſenten. excommunicatio. † quia aliud eſt
renunciare iuri ſuo voluntarie, & aliud eſt
ſpoliari iure ſuo a canone, & merito faci-
norum ſuorum, ſicut fit in hoc caſu. Tertio
ſi poſt trinam admonitionem noluerit iuri
9 parere poterit excommunicari, debet † au-
tem ſententia excommunicationis in ſcri-
ptis ferri & cauſa excommunicationis con
ſcribi, vt appareat propter quam cauſam
excommunicatur, vt ſit iuſta, vel iniuſta, &
ſi excommunicatus petit exemplum tene-
tur excommunicator ei tradere illud. & de
huiuſmodi requiſitione debet confici publi
cum inſtrumentum, vt c. cum medicinalis,
10 extra de ſenten. excommunicatio. † Si au-
tem excommunicator hunc ordinem non
ſeruauerit per vnum menſem ſuſpenſus eſt
ab ingreſſu eccleſiæ, ita tamen quod ſi du-
rante huiuſmodi ſuſpenſione ingeſſerit ſe
diuinis irregularis efficitur a qua non pote
rit niſi per Papam liberari, vt in dicto capi.
cum medicinalis in fine. Eodem modo ſi
quis iudex ferat ſententiam excommunica
tionis ante trinam admonitionem, eſt ſuſpẽ
ſus ab ingreſſu eccleſiæ, c. ſacro. de ſenten.
excommunicatio. hoc enim eſt generale in
alijs ſententijs diffinitiuis, vt in ſcriptis fe-
rantur, quæ ſi non ferantur in ſcriptis non
tenent, nec ſententiæ nomen merentur ha-
bere, vt ſecunda quæſtione prima, in pri-
mis in fine, & capitu. ſtatutis. In alijs tamen
non eſt neceſſe cauſam exprimere in ſen-
tentia, quæ mouet iudicem ad ſententian-
dum, cap. ſicut, de re iudica. Sententia vero
excommunicationis bene tenet, licet dictus
ordo non ſeruetur, ſed proferens ſuſpenſus
11 eſt ipſo iure, vt dictum eſt. † Si autem appel
letur ante ſententiam excommunicationis
latam in talem apoſtatam vel incorrigibi-
lem, non valet appellatio, & tenet ſenten-
tia, quia contra diſciplinam regularem ſine
canonicam, non tenet appellatio, ut capitu.
licet. de officio ordina. & capitulo cum ad
noſtram. de appellatio. & capitu. reprehen-
ſibilis. & capit. cum ſpeciali. in fine, niſi iu-
dex modum excedat incorrigendo, tunc
enim tenet appellatio vt capitu. de priore.
de appellationi. & capitu. ſuper quæſtio-
12 num. §. nos autem. de officio delega. † Idem
etiam ſeruandum eſt de ſententijs interdi-
cti & excommunicationis, quia quantum
ad hoc pari paſſu incedunt iſte tres ſenten-
tiæ, vt capit. cum medicinalis. §. nos autem.
13 de ſenten. excommunicatio. † Sic autem
contra apoſtatas formabitur ſententia, vel
incorrigibiles. quoniam iure cauetur quod
ſint ſoliciti prælati fugitiuos. & ineptos de
ordinibus ad regularem diſciplinam ſalu-
briter reuocare, & inobedientes per ſen-
tentiam excommunicationis punire, vt ca-
pitu. ne religioſi. de regula. & tu talis & ta
les qui fuiſti vel fuiſtis in noſtro ordine,
mundum miſerabiliter euagaſtis in vitupe
rium regularis, & eccleſiaſtice diſcipline,
& honeſtatis monemus te, vt ad tuum or-
dinem reuertaris, aut aliam religionem in-
grediaris tue ſaluti idoneam, ac tibi con-
ceſſam ſecundum noſtri ordinis inſtituta ti-
bi præfixo ſpatio trium dierum, in quos no
ſtram admonitionem, tam fideliter quam
efficaciter exequaris, quem terminum ti-
bi pro primo & ſecundo, & tertio perem-
ptorium aſsignamus, quod ſi nõ feceris ex
nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex
nunc inſcriptis te ipſum ſententiæ excom-
municationis ſubiacere decernimus, vel
excõmunicationis vinculo te innodamus.
14 † Quarto videndum eſt an iudex poſsit
abbreuiare inducias a lege conceſſas, & vi
detur quod ſic, vt capitulo cum ſit. & ca-
pitulo oblate. de appellatio. & capitulo ad
conſultationem. de re iudica. & l. ſecunda.
ff. de re iudica. & tertia quæſtione tertia.
de iudicijs. & §. ſpatium, & vigeſima diſtin
ctio. de his in lege tertia. §. ſi quis condem-
natus. de re iudica. Ad hoc notandum eſt,
quod tempora ſtatuta ſunt de rebus & cau-
ſis humanis aliquando fauore hominum,
aliquando fauore iurium, & quia fauore
hominum dantur inducie temporis cita-

Source : BIU Cujas

to, vt veniat ad iudicium pariturus iuri, & quamuis tria debeant eſſe edicta, quorum quolibet debet continere triginta dies, vt in authen, de legiti. §. omne. iudex tamē moderabit ordinem edictorum & compēdiū, prout viderit expedire, penſata qualitate perſone & temporis & negotij ſiue cauſe, vt l. nonnunquam. de iudi. & ideo ſi iudex nimis breuem terminū dederit, citatus non reputabitur contumax ſi non venerit in termino ſtatuto & ſic poſt appellationem hac de cauſa factam proceſſerit in cauſa grauādo citatum irritum reuocabitur, vt ca. j. de dilatio. Et idem puto in alijs quæ in fauorē

15 hominum ſunt inducte, † vt quo ad proſequendum appellationem indulgetur annus a iure & ex iuſta cauſa biennium, vt in d. c. cum ſit, tunc enim ſi iudex viderit expedire poterit reciſius tempus moderari, vt dicunt iura primo allegata ſic etiam puto in tempore dando ei qui iuſta cauſa ab eccleſia ſe abſentauit, cui ad reuertendum iura diuerſa tempora ſtatuunt, ſicut habitum eſt

16 in prima parte ſumme. † Fauore autem iurium dantur decem dies ei contra quem lata eſt ſententia diffinitiua vt appelletur, infra quos ſi non appellauerit, tranſit in rem

17 iudicatam, † & tempus quatuor annorum quod datur petenti in integrum reſtitutionem, & talia & ſimilia, augeri vel minui nō poſſunt, de quibus habetur ij. q. vj. c. annorum. & c. finali de in integrum reſtitu. Sed

18 quę eſt ratio diuerſitatis? dicendū eſt † quod homines ſubſunt iudicibus ratione iuris, ſed ius eſt ſupra iudices, & ideo in his quæ ſtatum hominum dicūt, poſſunt iudices inſpecta veritate & vtilitate mutare, vt c. licet de ferijs. in his vero quæ tāgunt ſtatum iuris mutare non poſſunt, quia iudices iuri

19 ſubijciuntur, excepto principe † qui legibus non ligatur, vt l. princeps, de legi. quanuis legibus viuere clemēter profiteatur, vt l. digna vox. C. de legibus. Alibi tamen dicitur quod iura grauius inſurgunt contra cōtemptores iudicis quam contra contemptores iuris. arg. l. celſus de arbitrato. & l. ſicut dies. §. fi. & l. ſi quis ſciens. ff. de contrahen-

20 da emptio. † Sed an iudex poterit abbreuiare tempus appellationis, vt ante annū, vel poſt biennium quod ex iuſta cauſa datur, teneatur appellans finire cauſam appellationis? Ad hoc dixerūt quidam, quod ſic, quantum ad hoc quod non ſit negligens in exequendo ſine agendo, vt cauſam finiat, ſi commode ante annum vel biennium non poteſt terminari, ne appellans videatur ſubterfugere proceſſum negotij principalis, & ſic aduerſarium ſuum grauare, & non iuſtitiam proſequi videatur, ſi tamen non poſſet cauſam terminare, non eſſet ſibi imputādum, argu. c. ex inſinuante. de appella. ij. q. vj. annorū. §. ad hoc. & ſic intelligitur quod dicit canon, niſi forte iudex certum tempus fuerit moderatus, infra quod terminet cauſam ſuam. vt c. cum ſit. de appellatio. Alij dicunt, quod iudex non poteſt tempus appellationis abbreuiare, niſi appellans teneatur cauſam finire ante tempus ſtatutum a canone, vel a lege, immo habebit ſemper appellans annum integrum vel biennium ex iuſta cauſa, infra quem terminum finiat cauſam ſuam, quo elapſo firma manente & rata ſententia, vt d. c. cum ſit & l. fi. C. de tem.

21 po. appella. † Sed pro tanto dicitur quod iudex poteſt reciſius tempus moderari, quia poteſt terminum ſtatuere appellanti infra quem teneatur coram iudice ſuperiore cōparere ad quem appellatum eſt, vel infra quem arripiat iter ad proſequendum appellationem. quod ſi non fecerit, poterit iudex a quo appellatum eſt ſententiam latam executioni mandare, quia ſtatim tenet ac ſi non fuiſſet appellatum vel ſi appellatū fuit ante ſententiam poteſt poſtea procedere in cau-

22 ſa. & ratio huius eſt, † quia talis terminus vicem obtinet peremptorij vt c. ſepe. & c. perſonis. de appellatio. ſi vero nullum terminum ſtatuat appellanti, tunc appellās habet terminus vnius anni a lege præfixum, & tuuc per totum alium annum non poteſt iudex procedere ad exequendum ſententiam, vel ſuper principali. Sed anno elapſo, poteſt, ſicut dictum eſt, cum tempus ſtatuitur, vt capitul. reprehenſibilis. & capitu. conſuluit, in fine de appellatio. cum ſimilibus. Laus Deo.

FINIS.

Source : BIU Cujas




# TRACTATVS

do. Ioannis Thierry Lingonen. Iuris vtriuſq; doctoris totam materiam fuge laconice complectens.

## SVMMARIVM.

1 Fuga ſerui eius præſcriptionem impedit, ſicut animalis fuga.

2 Fuga facit ſemiplenam probationem, tamen non totam ſi aliter ſtatuto diſponeretur, licet quem in mala fide conſtituat.

3 Fuga eſt triplex ſcilicet voluntaria, cauſaria, & ignominioſa.

4 Fuga an proprie dicatur quando quis latitat vt fugiat, ſed non comprehenditur.

5 Fugiens in domum propriam an poſſit inca capi, & per officialem pro debito ciuili extrahi.

6 Fugiens ad eccleſias an ſit tutus.

7 Debito ciuili ſi quis ducatur per eccleſiam non gaudebit eccleſiæ immunitate.

8 Titius homicida ſi non potuit fugere ad eccleſiam ſed inuenit quendam ſacerdotem deferentem corpus Chriſti aufugit ad ipſum & eum accepit, an eccleſiæ immunitate gaudere debeat.

9 Fures eccleſiæ an iſtud priuilegium habeãt.

10 Fugiens de vno territorio in aliud, an per poteſtatis familiam, vel præpoſiti, capi poſſit.

11 Fuga poſt accuſationẽ an ſuſpitionẽ faciat.

12 Fugiens cum gladio de domo in qua homo mortuus reperitur an occidiſſe pſumatur.

13 Debitor fugitiuus, an creditoris propria authoritate capi poſſit.

14 Fuga ſola an faciat ſuſpitionem.

15 Fugitiuus qui ad aliam patriam vadit an per loci iudicem citari poterit in quo deliquit, ſine illius iudicis requiſitione cũ hic criminis ratione forum ſortiatur.

HVIVS temporis cõditionem proſpiciens, quia plurimi cum deliquerũt, aufugiũt, ideo in præſenti Tractatu Fuge materiã inſerere auſus ſum. Et primi-
1 tus eſt notandum, † ꝙ fuga ſerui ĩpedit eius præſcriptionẽ ſicut fuga animalis.l.j.& ibi Bal.C.de ſer.fugi. Fuga enim reddit quem ſuſpectum l.impuberibus.§.præterea & ibi Bar.ff.de ſuſpe.tut. & ſi exiſtat leue indicium ad torturã. Bal. in l.non hoc.C.vnde cogna. Spe.in titu.de
2 proba.§.fi.verſi.vlti.no.vbi † dicit ꝙ fuga facit ſemiplenam probationem, tñ non totam, ſi aliter ſtatuto diſponeretur, licet conſtituat quem in mala fide.l.mala fide.& ibi Bal.C.de long.temp.præſcrip.quæ pro lib.
3 op. † Vnde eſt aduertendum, ꝙ fuga eſt triplex, ſcilicet volũtaria, cauſaria, & ignominioſa.Bal.in l.j.C.de edi.act.ideo quæri-
4 tur. † Fuga an proprie dicatur, quando quis latitat vt fugiat, ſed non comprehenditur, vide Bal.in l.j.iij.col.C.de edi.act.& in l.j.C.de ſer.fugi.vbi dicit quod fugiens dicitur latitare.Alex.de ſmo.in l.pe.de cuſto.reo.& fugiens de carcere ꝙ inuenit apertũ non facit indicium contra ſe.Bald.in l.ſuccurritur.C.ex quib.cau.maio.Pet.de Sun. in l.in bone fidei.C.de iureiurã.tñ ſi reuertitur non dicitur fugere nec tenetur pœna ſtatuti de fugiente de carcere.Bal.in l.j.vij.colum.C.de ſer.fugi.& in l.j.C.de edil.act.
5 † Sed fugiens in domum propriam an

Source : BIU Cujas

poſsit in ea capi, & extrahi per officialem
pro debito ciuili. Bal. & Alexan. in l. plerique. de in ius vocan. contra Bald. in l. prima. C. de ſumma trinita. qui tamen loquitur, quando fuit captus extra domum, ſed
euaſit, & in domum aufugit, quia poteſt de
domo incontinenti extrahi ita Alexan. in
6 l. ꝙ ait. de adul. † Itē queritur an fugiens
ad eccleſias ſit tutus pro hoc vide tex. in ti.
de his qui ad eccle. confu. Bar. in conſil. inci
piente. ſtatuto ciuitatis tuderti. Old. in con-
7 ſil. iiij. ꝙ eſt notandum etiam † ꝙ ſi quis pro
debito ducatur per eccleſiam, nō gaudebat
immunitate eccleſiæ. ita Archi. xvij. q. iiij.
cap. antiquitus. ex quo oritur alia quæſtio.
8 † Titius homicida non potuit fugere ad
eccleſiam, ſed inuenit, quendam ſacerdotē
deferentem corpus Chriſti, aufugit ad ip-
ſum, & eum accepit an gaudere debeat im-
munitate eccleſiæ, & primo videtur ꝙ ſic
per tex. in l. vna. C. de his qui ad eccle. con-
fu. Nam quod aliquis in eccleſia tuetur eſt
introductum in fauorem Dei, ergo multo-
fortius ſi fugiat ad ipſum. arg. l. capitaliū §.
ad ſtatuas. ff. de pœn. & de edil. edic. l. quid
ſit fugitiuus. §. ſtantem. & §. idem iulianus.
nam teſte Ariſtotele propter vnumquodque
9 tale & ipſum magis. † Sed quid de furi-
bus eccleſiæ an habeant iſtud priuilegium.
& dicendum quod ſic. in l. præſenti. §. quo
in finibus. C. de his qui ad eccleſiam cōfug.
text. in c. ſicut. de immunitate eccleſiarum
quod poteſt intelligi ſecundū Iaco. de Bel.
de furibus neceſſarijs ſecus autem in alijs,
arg. de relig. & ſump. fune. §. ſi. & ff. de con-
trahen. empti. l. ede ſacra. §. j. & C. de relig.
l. ſi ſepulchrum. & ibi Bal. Vnde qn̄ quis in
eccleſia deliquit, tunc iudex ſecularis non
poteſt eum extrahere de eccleſia, ſed epi-
ſcopus loci, & eum tradet iudici ſeculari ſi
ſit laicus. C. ad leg. iul. de adul. auth. ſi quis
10 ei. † Propterea quæritur an fugiens de
vna territorio in aliud per familiam pote-
ſtatis, vel præpoſiti poſsit capi. & eſt dicen-
dum quod nō, ita Bar. in addi. ad Spe. de cō
pe. iudi. adi. verſicu. ſed pone ꝙ malefactor.
Bal. & Flori. de ſan. Pet. in l. ſicuti. §. ariſto.
ff. ſi ſer. ven. Saly. in l. ij. C. de exhib. re. An-
ge. de Are. in tracta. maleſi. ver. quod fama
facit. quod eſt contra dictum Bart. in l. quod
ait. §. ꝙ ait. & ibi Alex. de adul. Bal. in l. q-
11 cunq; C. de ſer. fugi. † Sed queritur an fu
ga poſt accuſationē ſuſpitionē faciat. Bal. in
l. j. ff. de reb. eorum tenet quod nō, quod eſt
modo limitandum ſecundū Soci. niſi quis
corā iudice fuiſſet minatus de accuſando,
licet adhuc non accuſauerit, quia tunc vi-
detur, quod fuga ſecuta faciat ſuſpitionem.
propter quod ex hoc reſultat in multis caſi
bus idem effectus, qui reſultarent ex libello
accuſatorio vt eſt tex. ſingularis, in l. miles.
§. ſocer. de adulte. Secundo niſi alias fru
ſtra ſuſpitio loboraret contra fugientē poſt
accuſationem tunc enim maximam inducit
ſuſpitionem, arg. eius quod dicitur in l. fin.
quib. mod. tut. & ibi doc. Tertio niſi poſt
accuſationem accuſatus aufugiat de carce-
ribus, quia tunc cōtra eum proceditur tan
quam contra confeſſum de crimine, tex. in
l. eos. in fi. ff. de cuſto. reo. & ibi glo. no. quæ
ad hoc ſepe allegatur. Quando ergo accuſa
tus eſt captus, & aufugit, non habet locum
dictum Bar. cum ſtatim poſsit condemnari
tanquam cōfeſſus, quod intelligendum eſt,
ſi aufugerit, de carcere clauſo. ſecus ſi de
aperto, ſicut de aula palatij vbi iudex eum
ſtare præcepit, quo caſu ſi incarceratus fu-
giat, oſtio dimiſſo aperto per negligentiam
cuſtodum, tunc aufugiens non habetur pro
confeſſo. ita tenet ſingulariter Bal. in l. ſuc-
curritur. ff. ex quib. cau. ma. & fuit dictum
originale Guil. de Cun. quod ſolemnizant
Ludo. de Rod. in l. admonendi. ff. de iur.
Quarto limitatur, niſi carcer fuiſſet fra-
ctus per tertiam perſonam, non data opera
incarceratorum, quia tunc eſt eadem ratio,
quę eſt in oſtio dimiſſo aperto. ita tenet Lā-
fran. de Oria. in l. fugitiui. C. de ſer. fugi. gl.
in. §. ſi vero quidam in authē. de exhi. reis.
12 † Finaliter quero, an fugiens cum gladio
de modo in qua reperitur homo mortuus,
prȩſumitur occidiſſe. & doc. & Bald. in l. ſi.
C. de proba. & in l. neq; natales. eo. ti. dicunt
quod ſic, ita Ang. in trac. maleſi. verſi quod
fama. Ang. & Alex. poſt Bal. in l. ij. ff. de fur.
13 quod vidi in praxi. † Sed queritur, an fu-
gitiuus debitor poſsit capi authoritate cre
ditoris. Spe. in tit. de renun. ver. Item eſt be-
neficium. tenet ꝙ ſic quod eſt verum, & ſic
intellige, vt iudici præſentetur, non vt occi
datur ita in tit. de accu. §. j. ver. hoc tamen.
14 † Ad hæc queritur, an fuga facit ſolam
ſuſpitionem. Bar. in l. admonēdi de iureiur.
& ibi gl. tenet quod faciat ſemiplenā pro-
bationem, quod eſt limitandum ſecundum
Soc. niſi quis timore familie rectoris aufu-
giat, & poſtea citatus a iudice compareat
tunc enim purgatur omnis ſuſpitio, text. in
l. quid ſit fugitiuus. §. j. ff. de edil. edic. Itē
fallit niſi aliqua cauſa excuſet fugientē pu-
ta tenere partialitatem in ciuitate vel quid
aliud. d. l. quid ſit fugitiuus. §. apud labeo,

Source : BIU Cujas

Item limitandum eſt dictum Bart.ſecun-
dum Soci.quod fuga iudicium facit,vt dici
tur in dicta l.admonendi.& clarius in l.cor
nelia.ff.ad ſenatuſconſul.Sillania.videlicet
quando aufugit ante accuſationem de ſe fa
ctam, ſecus ſi poſt, quia tunc licuit ſibi ſan-
guinem redimere, in l.prima in fin.de bon.
eorum.vbi Barto.tenet per illum tex.quod
eſt intelligendum quãdo delictum erat capi
tale.ex quo aut debebat occidi aut mem-
bris mutilari, ſecus ſi eſſet imponenda pe-
cuniaria.Tamẽ eſt notandum,quod in caſu
ſpeciali fuga plene probat. conſiliarios.&
15 ibi docto.C.de aſſeſ. †Finaliter queritur,
fugitiuus qui vadit ad aliam patriam,an po
terit citari per iudicem loci in quo deliquit
ſine iudicis requiſitione illius loci cum hic
forum ſortiatur ratione criminis, vt C.vbi
de cri.agi opor.auth.qua in prouincia.Ali-
qui dicunt quod ſic.& allegatur pro hoc
text.in l.omnis.§.ſi vero apparitor. C.de
epiſ.& cle.& in l.fin.ff.de offi.præfec.vrb.
nec obſt.l.ſi.ff.de iuriſ.om.iud.tñ contrariũ
ſeruatur de facto, vnde aut commiſit in il-
la iuriſdictione extranea, aut non.Si in illa
commiſit, tunc debet iudex qui eum ca-
ptum detinet primo ipſum punire, ſi crimẽ
ibi commiſſum ſit tale,ꝙ non impediat exe
cutionem alterius iuriſdictionis, vtputa ſi
crimen ſi tale,quod mortem non exigat,&
aliud primo commiſſum mortem exigeret
quia tunc primo de minori pœna deinde,
de maioris eſſet tractandum.ff.de accuſato.
l.ſi cui.§.fina.& ſic in loco captionis poteſt
manum,vel aurẽ amittere,& deinde eſt re-
mittendus ad aliam iuriſdictionem, in qua
maius, vel equale crimen commiſit, & ſic
executio una aliam impedire non debet,ita
Bart.in d.l.ſi cui.§.finali ſupra allegato.

FINIS.




# TRACTATVS
de bannitis, per domi.Iacobum
de Arena, editus.

## SVMMARIVM.

1 *Bannitus quis dici poßit,et cui equiparetur.*
*Deportato vel relegato totus mundus inter-*
*dicitur.*
2 *Bannitus vbique ſtare poteſt niſi in ciuitate*
*ex qua bannitus eſt.*
3 *Bannitus filios in poteſtate retinet.*
4 *Curator filio banniti datur vti filio eius*
*qui apud hoſtes eſt.*
5 *Bannire aliquem faciens curare debet quod*
*bannum ſit certum, alias non valet.*
6 *Bannum an valeat ſi ita dicatur bannimus*
*hæredes titij.*
7 *Bãnum tenet,ſi citatio facta reperitur quod*
*quicunque eſt hæres talis comparcat ad ſe*
*excuſandum.*
8 *Citatio requiritur vt quis in bãno ponatur.*
*Modus citandi qualis ſit.*
9 *Citatio de mandato iudicis fieri debet limit.*
*vt ibi.*
10 *Citatio debet fieri in tali loco quod ille ſe*
*ſentiat citatum.*

Source : BIU Cujas

11 *Bannum ipſo iure non valet, ſi banniti citatos eſſe negant.*

12 *Citatio de conſuetudine ad domum fit, citatio ad domum ſubſidiaria eſt.*

13 *Præconi ſoli an credatur ſi dicat ſe citaſſe.*

*Metu pœnæ homines a delicto arcentur.*

14 *Notoria multa dicuntur, quæ non ſunt.*

*Notorium id dicitur quod nulla tergiuerſatione celari poteſt.*

*Notorium quod non eſt per iudicem pro notorio haberi non debet.*

15 *In ius vocari nemo debet ſint iudiciali præcepto.*

16 *Banniti an impune offendi poßint, & numero ſequen.*

17 *Statuta permittentia bannitum occidi de iuris ſubtilitate non valent.*

18 *Banniti conuenti in ſuis defenſionibus an audiantur.*

*Iudex mitior lege eſſe non debet.*

19 *Mens legis & non eius verba attendi debet.*

20 *Bannito agenti omnis audientia denegatur quid ſi ab alijs conueniatur.*

21 *Hæreticus non agit, ſed conuentus ſe defendere poteſt.*

*Excommunicatus non agit, ſed ſe defendere poteſt.*

22 *Bannitus ſi contra alium bannitum agit an conuentus banni exceptione vti poßit.*

23 *Bannitus procuratorio nomine agens an audiatur.*

24 *Bannito quòd denegetur audientia in honorem prætoris factum dicitur.*

25 *Bannitus ſi ſuccedat cuidam non bannito ſi hæreditario nomine agat an banni exceptio ei obſtet.*

26 *Bannitus ſi bannito ſuccedat an ſi hæreditario nomine agat ei banni exceptio obſtet.*

27 *Banni pœna vti perſonalis ad hæredes non tranſit.*

28 *Bannitus ſi non agit ſed alius eius nomine, audiri non debet.*

29 *Bannitus ſi iura ſua alteri ceßit an ceßionarius agere poßit & infra nu. 34.*

30 *Leges ludibres eſſe non debent, nec verbis impoſite.*

31 *Filius ſi in magiſtratu ius iniquum ſtatuit ob quod ei obſt. exceptio patri tamen non obſtabit.*

32 *Dolus vel factum cedentis ceßionario obeſſe non debet.*

*Exceptio banni perſone coheret, & illam nõ egreditur.*

*Actio mutata videtur pſona actoris mutata*

33 *Exceptio quæ obſtat cedenti an ceßionario obſtet.*

35 *Bannitus an ad officium eligi poßit ſtante ſtatuto quòd bannitus conſul eſſe nõ poßit.*

36 *Præceptum in lege magnum eſt obedientiã magiſtratibus per ſubditos præſtari.*

37 *Bannum eſt quædam multa.*

38 *Reſpublica per magiſtratum repreſentatur.*

39 *Diſpoſitio. quæ ab initio inutilis eſt confirmari non poteſt.*

40 *Clauſula ſtatuti ſequens per præcedentia declaratur.*

41 *Maritus qui eſſe prohibetur, licite ſpõſus fit.*

42 *Veniens contra factum ſuum audiri non debet.*

43 *Probatum ſemel improbari non debet.*

44 *Contractus & diſpoſitio deducta ad cauſam a qua incipere potuit, conualeſcit.*

45 *Tria in quolibet officiali concurrere debẽt.*

46 *Statutum vel conſuetudo eſt quaſi lex.*

47 *Lex ordinariam iuriſdictionem dat.*

48 *Iure ſuo ſine culpa quis priuari non debet.*

49 *Delegatus vice delegantis fungitur.*

50 *Quod quis ſua culpa non habet, perinde eſt ac ſi non haberet.*

QVONIAM bannitorũ materia vtilis & quotidiana eſt, & circa eã plurima ſunt aduertẽda. Ideo circa illam plures quæſtiones ſubijciam,
1 † & primo quis poſsit bannitus dici, & cui bãnitus equiparetur, an deportato, an relegato, de quo tangitur

Source : BIU Cujas

tangitur inſtit,quib.mod.ius patr.poteſtat. ſoluat.§.relegati.in gl.Sed tex.in l.qui cum maior.§.his demum ff.de bon.libe.hoc expreſſe determinat.Verum quidam dicũt & non male,quod illa glo.non eſt vera, quia maxima diſſonantia eſt inter eos quia deportato vel relegato totus mundus interdicitur excepta inſula in quam deportatur vel relegatur,ſed in bannito eſt econtra,
2 †quia vbique poteſt ſtare & habitare,excepta ciuitate ex qua exbãnitur vt in authẽ. quã in prouincia.C.vbi de crimi.agi opor.
3 †Item bannitus filios in poteſtate retinet, quia certi ſunt modi, quibus patria poteſtas ſoluitur inter quos bannum non numeratur,ergo &c.argu.l.patre furioſo, de his qui ſunt ſui vel alie.iur.& l.obligationum
4 fere.§.placet ff.de actio.& obliga.†& filio talis banniti dabitur curator,tãquam filio eius qui ab hoſtibus capitur,vt l.muto.§.ei cuius,ff.de tutel. Item ſicut aduentitia non queruntur patri, niſi quo ad vſumfructum, vt in authen.vt lice.mat.& auie.in princi. &.§.tam is.inſtitu.quibus mod.ius patr. poteſt.ſoluat.& l.fin.C.de ſenten.paſſ.ita & ei qui in banno ponitur & deſcribitur,de ſpeciali.& nominatim ponit,nec ſufficit quod generaliter fiat,ſicut dicitur in exheredato vt in.§.nominatim.inſtitu.de exhereda.lib. & l.fi.§.j.de libe.& poſthu.ſicut etiam dicit in excommunicatione,vt in cap.ij.de offi.
5 ordina.†Vnde ponens,vel poni faciens aliquem in banno, debet curare vt bannũ ſit certum,& banni ſententia,alias non valet, vt in.§.curare.inſtitu.de actio.& C.de ſententia que ſine cer.quanti.per totum.Et l. tutor.& lege duo ſunt Titij.de teſtam.tute. & l.interpres.de heredi.inſtit.& l.quid tñ .§.Pompo.de arbitr.& l.j.de iure do.Sed ſi
6 ita ſit factum†Bannimus heredes,an valeat quidã dicunt quod ſic, ſi nominatim ſit factum argu.§.maſculos.inſtit.de exhered.liber.& l.Titius de liber.& poſthu.& l.iij.§. nominatim de iniuſt.teſtamen.& l.certũ.ff. ſi cer.petat.& l.nominatim.de condi.& demonſtr.Alij quod non valeat,quia in genere,& confuſe factum cum non ſit deſignata certa perſona,hic poteſt diſtingui,quia aut per acta conſtat qui ſint heredes,& tũc valet bannum, & eius effectus locum habet, aut non conſtat ex actis, & tunc ſecus,arg. l.in ſumma.de re iudica.& d.§.Pomponius maxime ſi tanq̃ ipſe,et proprio nomine expetiatur,& ſic non facit tanquam heres,argu.l.ſi pater.de adoptio.& l.Item eorum ff. quod cuiuſque vniuer.nomi,&.§.quia vero.in authen.vt nulli iudi.& c.aduerſus.de
7 immunita.eccleſ.†Sed pone, inuenitur facta citatio.quod quicunq; eſt heres talis cõpareat ad ſe excuſandum,& ita fuit in loco hereditatis publice proclamatum,an teneat bannum,dico quod ſic,& ita ſeruat con-
8 ſuetudo. † Ad hoc autem vt quis; ponatur in banno,debet legitime citari,alias nõ poſſet legitime banniri.Modus autem citandi erit ſecundum locorum diuerſas conſuetudines,argu.l.venditor.§.ſi conſtat.ff.cõmu. prædio.vel deficiente conſuetudine,ſecundum ius commune,& ſecundũ ea quæ habes l.& ad peremptorium.ff.de iudic.cum ſeq.& l.ij.& l.cõſentaneũ.& authen.qui ſemel.C.quomodo.& quan.iud.& l.qui crimen.qui accuſa.non poſſ.& l.contumacia.
9 de re iudica.& l.abſentem.de pœn. † Item citatio debet fieri de mandato iudicis, quia nullus debet exhiberi,niſi quẽ iudex mandauerit exhiberi l.fin.C.de exhib.re. & l. quicunque qui accuſa.non poſſ.fallit in caſibus qui ponuntur in titu.quan.lice.ſine iudi.vind.& l.j.de rap.virgi.& l.interdum.§. qui furem.de fur.& l.ait pretor.§.ſi debito
10 rem.que in fraud.credit. † Item debet fieri in tali loco quod ille ſentiat ſe citatũ, vel per eum ſtet quominus ſciat,vel ad eius notitiam perueniat,vt quia fecit oſtia claudi, argu.l.vim facit.quod vi aut clam.& l.ſi dictum.de euiction.nam ſine cauſa nõ fuit ſtatutum vt litere tranſmittantur ad magiſtratum illius loci vbi citatus degit,niſi ad hoc vt eidem citatio innoteſcat,vt.l.j.de requi. re.alias ſufficeret ad domũ facta citatio, vt l.iiij.§.abeſſe.de dam.infec.&.§.prætor.& l.ſcire oportet,de excu.tut.vt l.vt pfectius. C.de ann.excep.& l.ſed neq;.ff.q̃ ſent.ſine
11 appella.re. † Et ſi tales banniti negant ſe citatos,bannum ipſo iure non valet niſi de citatione probetur,argu.l.ea quæ.C.quomodo,& quan.iud.& l.de vnoquoque.& l.cõtumacia.§.contumax.de re iudica.& l.j.§. Item cum ex dicto,quæ ſenten.ſine appell. re.&.§.quandoque.§.j.de public.& c.quoniam contra.de probatio.& l.j.de relat.C. & l.nec cauſam.de appella.&.§.illud.in authen,de his qui ingredi.ad appell.Aſſerenti enim &c.vt l.actor.& l.ei qui.& l.aſſeue-
12 ratio.de non nume.pecu. † Sed conſuetudo indiſtincte ſeruat.vt ad domum eũ citari ſufficiat, & non mirum,argu.l.lex cenſoria.de verbo.ſignifica.eſt enim ſubſidiaria ad domum facta citatio.l.iij.de libe. agno. & c.cauſam.& dolo, & contumac.& l.de
13 ea.§.fin.quib.mod.in poſſeſſ.eat. † Sed an



Source : BIU Cujas

in talibus citationibus credatur ſoli preconi dicenti ſe citaſſe. quidam dicũt quod ſic, quia ipſi iurant, ſuum officium bene, & legaliter exercere, & facere, vnde immemores non preſumuntur &c. l. fin. C. ad legem Iuli. repetund. & c. ad audientiam. de preſcriptio. imminet enim pœna falſe relationis, l. j. §. ſi quis, &. §. ſi. ff. de fal. item promouerentur ab ordine. l. ij. C. de ſportul. & l. diuus de exhib. re. metu enim pœne homines arcent̃ a delicto. l. j. de iu. et iur. & l. j. C. ad legem Iuliam repetunda. & maxime apparitores. l. apparitores. C. de exact. tribu. Item quod eis credatur. videtur expreſſum in. l. magis puto. §. ne tamen. ff. de reb. eorũ. & l. j. de prefec. vrb. ſolu. dic, quod ei non creditur, quia vox vnica reputatur, & vox vnius &c. l. iuriſiurandi. C. de teſtib. Item quia nec ipſi iudici crederetur. vt l. ne in arbitris. C. de arbit. & de accuſ. l. ea que. C. de decurion. lib. xij. l. j. & l. diuus. de cuſtod. reor. Alij tamẽ dicunt eis eſſe credendum, ſed non ſimpliciter, ſed dicunt, quod aut refert notoria, & tunc ei creditur, aut non refert, & tunc ei non creditur, argumen. l. ea quidem, de accuſatio, & l. ſi vero §. qui pro rei. qui ſatiſda. cogan. & c. euidentia. de accuſa. Et per hoc poſſunt concordari predicte opi-
14 niones.† Nã multa dicuntur notoria, quæ non ſunt, ſi allegetur, quia notorium eſſe dicitur illud probari, argumen. l. ciues C. de appella. & c. conſuluit. de preca. Verum tamen illud proprie eſt notorium, quod nulla poteſt tergiuerſatione celari. c. ſi. de cohabita. cleric. iudex ergo precaueat ne quod nõ eſt notorium pro notorio habeat, & ſecundum hoc intellige. l. ea que. & l. qui ſepulchra. de ſepul. viol. Alij dicũt, quod ex qualitate, & cõditione pſone ipſius referẽtis, ei creditur uel nõ creditur. arg. l. diui. de libe leg. & l. legitimas. de legiti. tut. & l. ſi. de accuſa. & l. teſtam. de teſtamẽ. tut. Alij dicunt melius, quod aut refert de facto patris, vt talem deliquiſſe, aut de facto proprio ſcilicet ſe citaſſe. Primo caſu non creditur. ſecundo ſic. l. diues. & l. qui ſepulchra. & l. ea quæ preallegatis. & ratio, quia in illis probatio liquida requiritur, l. fina. C. de probatio, & l. vbi de falſo. niſi perſone qualitas aliud ſuadeat, & in ſecundo etiam non creditur, argumen. l. ſi cui de accuſat. & l. tutor. §. quando. de ſuſp. tut. Sed ad hoc procedat quod not. in. l. ij. C. de ſuſpect. Sed eo
15 iure non habebitur pro citato, † quia ſine præcepto iudiciali nemo debet in ius vocari, l. j. de require. in auten. de queſto. circa medium. tamen ſi reus velit probare contrarium, optime audietur ſecundum formã. l. optimam C. de contrahen. ſtipulati. de quo
16 in c. cum paratus, de appella. † Sed nunquid bãniti poſsint impune offendi. & quũ in cauſis ciuilibus, vel criminalibus conueniunt. an debeant audiri. dico vt plurimũ per leges municipales promiſſum quod impune poſsint offendi, & quod eis ius non reddatur, ſed omnino audientia denegetur. & ita ſolent dicere ſtatuta. De iure vero dico bannitum offendi non poſſe, quia ſiue comparentur rei legatis, ſiue etiam deportatis, impune non poterunt offendi, quia relegatos vel deportatos non licet occidere, cum non ſit de illis caſibus, in quibus qui poſſunt impune occidi, vt. l. j. & ij. C. quan. lice. ſi. iudi. vin. & C. de deſerto. per totum. immo & quicquid in illis reperitur non debet ad bannitos trahi, argumen. l. cum quidam. de libe. & poſthu. immo fauorabiliter eſt interpretandum, vt. l. interpretatio. de pen. & l. quotiens. de reb. dub. & talis interpretatio eſſet ambitioſa, quia homines vita priuaret, & alijs materiam de-
17 linquendi daret. † Immo, quod plus eſt, talia ſtatuta hoc expreſſe permittentia non valent de iuris ſubtilitate. l. iiij. de decret. ab ordin. facien. & l. decernimus. de epiſco. & cleri. Alij tamen dicunt & male, quod bannitos licet impune occidere, quaſi ſint apoſtate, argumen. l. quidam. de pœn. & l. j. §. his quibus. de legat. & apoſtata idem eſt ſine ciuitate, & iuriſdictione, quaſi ciuilia ſint eis denegata, & ita conſuluit Guido de Suza. & male vt dixi. Verum tamen ſtatuta & conſuetudines vt plurimum con-
18 tinent expreſſe predicta. † Et poſito quod expreſſe contineant, videamus an conuenti in ſuis defenſionibus audiantur, ſi conueniantur. & quidam quod non, quia lex dura eſt ſeruanda. l. proſpexit. ff. qui & a quib. & l. quod conſtitutum. de milita. teſta. nam iudex non debet eſſe mitior lege, in authẽti. de iudi. §. oportet. & l. ſeruos. C. ad legẽ iul. de vi. Item quia talis lex municipalis ſimpliciter ei negat defenſionem, & non
19 diſtinguit. ergo &c. † In contrarium videtur, quia non verba legis dura, ſed eius mens debet attendi, argumen. l. quamuis. de in ius vocan. & l. adigere. §. quamuis de iure patrona. & l. ſcire. §. aliud. de excuſat. tut. & non eſt de mente legis municipalis, quod ſaltem in ſuis defenſionibus non audiantur. odia enim ſunt reſtringenda. l. cum
20 quidam, de liber. & poſthu. † Dico ergo

Source : BIU Cujas

quod bannito agenti,& litem mouenti, om
nis audientia denegatur.& ita debet intel-
ligi ſtatutum . ſed ſi ipſe ab alio conuenia-
tur vel moleſtetur per viam.& tunc in om
nibus ſuis defenſionibus audiatur . ſic & a-
lias prohibitus agere,tamen conuentus po
teſt ſe defendere.l.libertus de in ius voc.&
l.ſeruum.de appellatio.& l.ſi non defendan
21 tur.de pœn. † Sic etiam dicitur de hereti-
co, quod ipſe non agit, tamen conuentus
poteſt defendere ſe in auth.ſtatuimus.§.cre
dentes.C.de hæreti.& in excommunicato,
qui licet non agat tamen poteſt ſe defende-
re per alium , ne quis in periculum anime
ſue communicare ei cogatur, vt cap.intel-
leximus. de iudic.& cap.cum inter.de ex-
22 ceptio. † Sed pone bannitus agit contra a-
lium bannitum an poterit vti banni exce-
ptione, & videtur ꝙ non, argumen.l.au-
xilium.de mino.& l.nemo.de epiſcop . au-
dien.& l.ſi quis maior.C.de tranſactio . &
cap.quoniam fruſtra.de vſur.Item quia nil
doloſus doloſo.l.quoniam de hæretic.& l.
ſi duo de iure iuran . & l.viro ſolut.matri.
& contra videtur quod ſic, quia bannito
agenti denegatur actio & conuento exce-
ptio , & iſti ſimiliter replicatio.l.apud cel-
ſum.§.Marcellus.de exceptio . & l.ij.ff.ne
quis eum.& l.ſi ob turpē.de condit.ob tur-
pen.cauſ.& l.ſi ſeruum.§.ſequitur.de ver-
bo.obligatio.& eſt expreſſum in cap.dile-
23 cti.de exceptio.& iſta eſt veritas.†Quid ſi
bannitus agat procuratorio nomine , an
admittatur.videtur quod ſic , vt in.§.fina.
inſtit.de exceptio.non enim ſibi ſed domi-
no ſuo dicitur dari audientia.l.deniq;.§.fin.
quod vi aut clam.& C.de his per quos agi
poſſ.&.l.ij.de adminiſtr.tut. & l.ita autem
.§.geſsiſſe, eo.tit.Hinc eſt quod qui nō poſ-
ſet ſuo nomine niſi petita venia agere,alie-
no tamen nomine poſſet agere , vt l.ſed ſi
hac.§.fin.& l.queſitum.de in ius vocan.&
l.ſi procur. de doli exceptio. niſi forte litis
cauſa datum eſſet ſibi damnum per l.primā
.§.ij.ff.ſi quis iuriſdic.tunc enim non audie
tur, niſi primo de banno exiret, vt.l.apud
Celſum.§.quæſitum . & l.ſi procurator.ij.
reſponſo.de exceptio.maxime cum ſtatutū
ſit odioſum , & ideo arctandum.l.cum qui-
dam.de libe.& poſthu.& l.ſeruus.de ſer.ex
porta.ꝙ quidam ſequuntur. Alij quod non
dicentes per omnia idem in bannito quod
in excommunicato , & ideo &c.capit.poſt
ceſsionem . de exceptio . Item quia ſtatu-
tum ſimpliciter denegat bannito audien-
tiam , argumen.l. fina.C.de heredi. vendi.
24 & l.ſi ſeruitus.ff.de ſeruit. † Item quod
bannito audientia denegetur, videtur quod
ſit factum in honorem pretoris , ſic & ali-
as.l.prima & per totum titu.ff.de poſtulan.
& l.ſi per prætorem.§.actor.ex quibus cau
ſis manumit. Vnde ſicut in prohibitis per
illud dictum non conceditur , ſic nec ban-
nito.d.l.j.§.ij.& iij.ff.de poſtulan.& l.ne-
mo de procurato. Nec obſtat ſimilitudo
inducta de patrono ad libertum , quia hoc
eſt ius commune in bannito , & in eius per
ſona , vt omnium teſtium ei audientia de-
negetur , & ibi eſt ius ſpeciale & priuile-
gium patroni , & ideo illud eſt reſtringen-
dum , argumen.l.quod non alie.§.quia ve-
ro.ff.de milita.teſtamen.& l.moris.cum ibi
notatis , pe pœnis.Sed quod intereſſe poſ-
ſit , videtur de facto obtineri per.d.l.non
alie.§.quia vero . & non ipſe , ſed eius do-
minus agere videtur , per.d.l.moris .
25 † Sed pene bannitus ſuccedit cuidam non
bannito , & agit hæreditario nomine , an
obſtet exceptio banni . videtur quod non ,
vt ſic habeatur per alium &c.argumen.l.ſi
communem.ff.quemadmod.ſerui.ami.& l.
Ariſto.que res pigno.obliga.poſſ.& l.j.§.j.
ad leg.Iuli.de fal.& l.decurio.de decurion.
In contrarium videtur , quod obſtet ei ex-
ceptio etiam in iure ſucceſsionis , vel alio,
licet poſtea queſito , argumen.l.ſi non for-
tem.§.ſi filius.de condi.indebi.& l.ſed Iul.
ad Macedonia.& l.& ideo.rerum amo.&
26 l.j.de dolo.†Sed quid econtra,ſi non banni
tus ſuccedit bannito, an ſi agat hereditario
nomine,obſtet ei banni exceptio , videtur
ꝙ ſic,vt l.vitia.de acqui.poſſeſſ.& l.cum he
res. de diuer.& temp.præſcri.& l.ſi ego.§.
ij.de publicia.l.fin.de pœn.& l.ij.de verbo.
obligatio. Alij dicunt, ꝙ non quia bannum
eſt contumacia patris,& in contumace tan
tum durat,& eo mortuo finietur,nec ad hæ
redes eius tranſit,argum.l.j.de priua.deli.et
l.ſi pœnā.de pœn.& l.j.§.ſi.de requi.re.& l.
27 j.& ij.ne ex de.defunc. † Cum ergo pœna
banni ſit perſonalis,non tranſit contra hæ-
redes.l.priuilegia de regul.iuris.& l.quod
dictum.de pœnis.& l.pecoris.de ſeruitu.ru
28 ſtico.predio. † Sed pone quod bānitus ipſe
non agit,ſed alius eius nomine , an ille au-
dietur,dico quod non argumen.l.ij.de ad-
mi.re.ad ciuita.pertin.& l.nec apud,de he-
redib.inſtit.& l.non idcirco.§.ſeruus.de iu
dic.Item quia quod vna via prohibetur, a-
lia via concedi non debet.l.cum hi.§.ſi cū.
de tranſact . & l.ſcire oportet.de tutore &
curato.dat.ab his.& l.idemq;.ff.pro ſocio.



Source : BIU Cujas

29 & l.oratio.de ſponſa.†Sed pone quod bãnitus ceſsit alicui iura ſua,ille ceſsionarius vult agere,an poſsit,videtur quod nõ,quia que obſtant authori, obſtant & ſucceſſori, argum.l.in hoc iudicio.§.ſi conuenit.ff.com mu.diuidun.& l.a Titio.de rei vendicatio. Item ne alia via ad prohibita perueniatur, vt ſupra proxime dixi,quod eſſet ſi admitteretur quod bannitus ſtatim cederet iura ſua alij.& ille ageret,& ſic fraudaretur lex quę prohibet ei ius reddi,quod eſſe non de
30 bet.†quia leges non debent eſſe ludibres. l.ſi prætor.de iudic.l.fi.§.penulti. de bonis que libe. Nec impoſite verbis tantum l.ij. C.commu.delega.Item pro hoc.l.j.§.ſi factum.& §.ſi duobus.ff.de collatio.bono.et l.poſthumo.C.eo.& l.filie eo. titu.vbi qui repellitur ab agendo propter contumaciã conferendi non poteſt alij cedere.Item pro hoc quia nemo plus iuris &c.l.traditio.de acquir.re.domin.& l.nemo. de regu.iuris.
31 †In contrarium videtur quod ſic,quia ſi filius in magiſtratu ius iniquum ſtatuit, vel impetrauit, propter quod ei obſtet exceptio,tamen patri non obſtat, vt l.j.§.j.& l. iij.§.ſi filius.ff.quod quiſq; iur. ſic a ſimili nec agenti ex iure ceſſo,donationis, vel in ſolutum dationis, cum habeat vtilem ſuo nomine, vt l.ſi in ſolutum.C.de action. & obligation.& l.emptore.de hered. vendit. per quam vtilem etiam domino in directa prefertur,vt l.in cauſe.& l.ſi procurator.ff.
32 de procurato.†Item quia dolus, vel factum cedentis,non debet huic, ſcilicet ceſsionario,qui bonam fidem habet nocere,vt l.qui a debitore,quæ in fraud.credito.Item quia exceptio banni coheret perſone, & illã nõ egreditur,argu.l.exceptiones.de exceptio. &.§.plane.inſti.de iure natu genti. & ciui. & l.j.de conſt.pecun.Item quia mutata perſona actoris,ipſa actio videtur mutata, argum.l.j.de impo.luc.deſcrip.lib.x.& l.cum quis de ſolutio.Solutio,dicunt Rainer.Oldra.& quamplures moderni,quod aut ceſſio eſt facta ex cauſa lucratiua, & tunc obſtat ei exceptio per iura primo allega.aut ex cauſa oneroſa, & tunc non per ſecundo allegata, & per l.apud celſum.§.de authoris. cum ſequen.& l.pure.§.fin.de doli exceptio.& argumen.l.ſi donaturus.de cõditio.ob cauſ.& l.neſennius.de re iudica.
33 † Nec ob.quod dicitur,quod exceptio quę obſtat &c. quia illud eſt verum in exceptionibus realibus, & rei coherentibus. Item non obſtat quod dicitur de non conferente, quia illi ipſo iure denegantur actiones, & bannito non ipſo iure, ſed ope exceptionis.que eſt perſonalis & non realis. Alij indiſtincte dicunt obſtare exceptionẽ banni huic ceſsionario, quia ipſe ſemper vtitur iure & adminiculo ſui authoris, & ideo cum ſua cauſa ſuiſque vitijs &c, lege Pomponius.§.cum quis,de acquiren poſ. ſeſſ. Nec curatur an fiat ceſsio ex cauſa lu-
34 cratiua, vel oneroſa. † Et ſecundum iſtos dices, quod aut agit ex iure ceſſo, & tunc indiſtin. quamcunque cauſam habet, obſtat ei exceptio banni. aut agitur ex proprio iure, & actione, vt delegationis, & tũc ſerua quod dictum eſt indiſtincte, ſcilicet an habeat cauſam lucratiuam vel non. & ita procedet prima opinio, &.§.de authoris.& l.pure.§.fin.& l.cum quis.de ſolutio. & eſt ratio,quia agens ex iure ceſſo. ſemper vtitur iure authoris ſui, quod erat vitio affectum, & agens ex iure per delationem queſito proprio iure & propria actione agit. & quod dixi ceſsionario obſtare ſemper exceptionem banni, intellige ſane, niſi ante bannum fuerat attendenda obligatio, argu.l.ex hoc edicto.§.fina, de aliena.iudi. mutan.cau.f... vel niſi ceſsio fieret creditori ipſius banniti, cui ante bannum fuerat oppoſitum.& maxime ſi habebat bona banniti obligata. quia tunc haberet vtilem ex ſua propria perſona, & ante bannum, vt l.ſi conuenerit. de pignorati. actio.& l.nomen.C.quæ res pigno.obliga. poſſ.& l.grece.de pignora. per quod vtilis non pro fuit propter factum vel bannum ipſius debitoris, vt d.l.j.de alien.iudic. & l.debitorem.de pigno.nec poteſt actio tranſferri. ſed cedi, vel addi, argumẽ.l.ſiue.§. Item ſi ſeruus.de exceptio. Et iſta opinio videtur iuridica. Alij tamen dicunt quod aut ipſe bannitus ceſsit bona fide, & tunc non obſtat exceptio ipſi ceſsionario, aut in fraudem, & tunc ſic, argum.l.quæ a debi-
35 tore.ff.que in fraud.credito. † Quero ſi ſtatutum eſt in ciuitate, quod bannitus non poſsit eſſe conſul, & quum dantur breuia pro eligendis officijs, Titius elegit Seium bannitum in conſulem, qui Seius de banno exiuit, & coram iudice ſe preſentauit, offerens ſe paratum intrare officium, cui obijcit Titius illam electionem non tenuiſſe, & ſe alium eligere velle, an dictus Seius electus admittatur ad dictum officium, Secundo poſito quod non ſit admittendus, an dictus Titius poſsit alium eligere, non obſtante prima electione. Ad primum dico, quod illi electo obſtant iſte rationes,

Source : BIU Cujas

delicti ratio, reipub. offenſio, preteriti delicti manens annotatio, legis municipalis diſpoſitio, inutilis principij præſtatio, & ſuo congruo tempore facta obiectio, ſeu contradictio. Primum dico, delicti ra-
36 tio. † Nam conſtat magnum eſſe in lege preceptum obedientiam & reuerentiam preſtari magiſtratibus per ſubditos, vt l. veluti. de iuſti. & iu. & l. ij. ſi quis in ius vo ca. & l. ſi quis ex aliena. de iudic. & l. non videtur. §. qui iuſſu. de regul. iur. & in authen. vt om. obed. iudi. Idem eſt de iure canonico. Ait enim apoſtolus. Eſtote ſubditi &c. c. ſolite. de maiorita. & obedien. & in lib. Regum. ſi quis non obedierit principi &c. cap. ij. qui ergo hæc legis præcepta diuina transgreditur delinquens mente iudicatur. l. ſanctio legum. de pœnis. xj. queſtio. iij. qui reſiſtit. & capitu. imperat. & ideo mulctare poteſt argumen. l. ij. ſi quis in ius voc. & l. ij. ſi quis iuſdic. non obtempe. & l. ſi familia. & l. ſi quis id ꝙ de iuriſd. om. iudic. & l. de ætate. §. qui tacuit. de interrogato. actio. quæ mulcta eſt extraordinaria delictorum cohertio, vt l. aliud de verbo. ſignifi. quum ergo vt probatum eſt delinquentis ratio delicti fecit eum alienum ab honore & dignitate l. ne quis. C. de dignita. libro xij. immo, quod plus eſt, etiam iam quæſito honore, & dignitate priuaretur, propter inobedientiam, vt l. ij. C. de ſportul. ergo multo fortius prohibetur a dignitate quærenda. argum. l. qui furem. de ſtatu. & l. j. §. caſum. de poſtul. & l. patre. de his q̄ ſunt ſui vel alie. iur. ex quo reperitur bannitus,
37 † nam bannum eſt quædam mulcta, vt l. j. §. quid ergo. de ven. inſpici. ex quo ſic meruit contraxiſſe exiſtimat quum ita exprimitur iudicialis ſententia. l. metum. §. quod ait. quod met. cau. & l. dedi. §. ſi liber. de cō di. ob cau. & cap. in noſtra. de renunci. & l. ingenium. de ſtatu homi. & l. res iudicata. de re iudica. Secundo obſtat reipublice of-
38 fenſio, nam † per magiſtratum ipſa reſpublica repreſentatur. l. i. §. ius publicum. de iuſti. & iu. & l. ij. §. poſt originem. de origi. iur. & l. municipium. ad municipa. & l. municipalibus. de conditio. & demonſtra. Sed conſtat, quod non faciendo, ideſt non parendo ipſi magiſtratui, videtur cōtra eum facere & offendere, arg l. qui non facit. de reg. iur. & contra faciendo videtur eum offendere, ergo & ipſam rempubli. offendit, argumen. l. reſtituende C. de aduoca. diuerſo. iud. & l. ſi quis in hoc. de epiſco. & cleri, & l. ſi familia, de iuriſdi, omni, iudic, & l. omne delictum. §. qui propoſitum, de re milita. At offendens rempublicam, ab illa honorem adipiſci non debet, argumē. l. nemo. de epiſcop. audien. & l. auxilium. de minor. & l. ſed ſi per prætorem. §. actionem ex quib. cauſ. manumit. & l. cum quidam. de legat. ij. & l. cum pater. §. libertis. de lega. iij. Item propter hanc offenſam fit debitor reſpublice, argu. l. ſi cui. de verborum ſignificatio, ergo in illa ſortiri honorem non debet, argumen. l. iij. in prin. de mune. & hono. & l. reſcriptum. §. debitores eodem titu. Tertio obſtat preteriti delicti annotatio, quia licet ſit a banno abſolutus, tamen reliquie prioris delicti remanet, argumen. l. quis ſit fugitiuus. ff. de edil. edict. & l. palam. de ritu nuptia. §. que in adulterio. & l. qui ea mente. de furt. & l. indulgentia. C. de abolit. igitur honorem ſortiri prohibetur. xj. diſtin. nos conſuetudinem. Quarto obſtat legis municipalis diſpoſitio, quū enim prohibeat bannitum eſſe conſulem ergo & eligi cum per electionem ad illud perueniatur. argumen. l. oratio, de ſponſ. & l. ſi quis tutor. de ritu nupti. & totum illud quū quid prohibetur &c. l. cum lex. de fideiuſ. & l. fi. §. fi. de vſur. rei iudi. immo ipſa electio expreſſe videtur prohibita quia per illam fit conſul, argumen. l. j. de magiſtra. municipa. & l. quidam. §. ij. de adminiſt. tuto. & l. ſi decem de ſolutio. & l. ſi quis magiſtratus de mune. & hono. & not. in l. priuatorum. C. de iuriſ. omn. iudi. ergo ipſa electio quaſi contra legem municipalem & per illam prohibita ipſo iure non tenebit l. non dubium C. de legi. maxime cum in talibus ſtatuta valeant, & ſint ſeruanda, argum. l. item eorum quod cuiuſque vniuerſi. nomi. & l. omnes populi. de iuſtit. & iur. & l. non tantum de decurio. Quinto inutilis princi-
39 pij &c. † nam diſpoſitio quæ ab initio eſt inutilis, non poteſt confirmari l. j. ff. commoda. & l. ſi ſtipuler. & l. inter ſtipulantem §. ſacramenta de verbo. obligatio. &. §. in extraneis. inſtitu. de hered. qualita. & differen. & l. quum filius. §. ſeruus. de legat. ij. & tamen eſt ſimile de inſtituto, ad electū, quum tria tempora in vtroq; attendantur, vt dictis legibus. & l. publius. de conditio. & demonſtratio. Idem in matrimonio, vt l. filiam de ſenator. & l. generali. §. fina. de ritu. nuptia. & l. præſens C. de int. matrimo. Nec legatum, vt l. ſeruis C. de leg. & §. an ſeruo. inſti. de heredib. inſtit. l. cætera de lega. j. & l. j. de regu. catoni. Idem eſt in electione, vt l. honores. §. is quib. cum ſequen-



Source : BIU Cujas

de decurio.&.§.ſed neque. &.§.ſi quis.authen.de ſanct.epiſ.& capitu.dudum.& cap. venerabilem.§.hunc autem.de electio.& c. poſt ceſsionem. de probation.& l.quod ab initio.de regul.iur.Sexto, congruo tempore facta obiectio,nam ante iuramentum officij, & confirmationem factam, debet fieri exceptio contra electum, vt.§.ſi quis autē. quomodo opor.epiſc.&.§.ſi quis autem. de ſanct.epiſ.& ipſe idem pōt contradicere et excipere,cum factum fuerit contra legem, & ipſo iure nullum,vt l.iubemus.§.ſane.de ſacroſanct.eccleſi.& l.non dubium,de legi. & l.j.de liber.cau.& l.quemadmodum . de agricol. & cenſi.& inſtitu.quibus alie.licet in princip.& maxime ratione publice vtilitatis, vt l.iuriſgentium.§.ſi paciſcar.ff.de pac.econtra pro electo faciunt infraſcripte rationes . Primo ſtatuti conſiderata inſpectio.Secundo in ipſo principio ceſſans contradictio,Tertio denegata proprij actus immutaio. Quarto inutilis principij permiſſa confirmatio. Primo ſtatuti conſiderata inſpectio.nam per ſtatutum & eius mentem non prohibetur electio ſed ipſa adminiſtratio officij cuius verba & mens vt iacet eſt ſeruanda l.prima §.remouet, de poſtulan. & l.ij.§.final.de infami.& l.j.§.ſi is qui nauem,de exercit.at eſſe conſulem, eſt ex officio debito municipibus, vt l.ij.§.exactis, de origi.iur.quod quis facit officio ingreſſo & inohoato,vt l.obſeruare.§.fina.de of-
40 ſi.proconſul.† quod etiam declaratur per clauſulam ſtatuti ſubſequentem. per quam declarantur præcedentia , ſi obſcura fuiſſent,vt l.ſed vtrum.de petitione hæredita. cum ergo prohibeat bannitum fieri officialem,non autem eligi,non poteſt dici,contra ſtatuta facta electio,nec protendenda pœna ſtatuti. argumen.l.generaliter.§.primo. de decurioni. & l.interpretatione . de pœnis.
41 † nam qui eſſe maritus prohibetur, licite ſit ſponſus l.ſolet.§.primo , de his qui notā. infami.& l.qui officij.& l.minorem.de ritu nuptia.& l.in ſponſalibus.de ſponſ. ſic a ſimili iſte potuit eligi.& ſi inueniat ſcriptus tempore quo debet aſſumere officium competens illud aſſumet & exercebit.Secundo in ipſo principio ceſſans contradictio , vt l. obligari.§.penulti.de authori.tut.& l.quid ergo. de his qui notan. infami. & l.ſi maritus.§.præſcriptio,de adulte.& l.fina.de excuſa.tut.& viij.queſtio.j.licet iiij.diſtinctio. nulli,non enim fuit in ipſo tempore electionis facta contradictio quod fieri debuit, vt dictis,ll, Tertio denegata proprij actus im-
42 mutatio †nanque audiri non debet veniēs contra factum ſuum & ſi de iure non tenuerit,vt l.poſt mortem.de adopti.& l.per fundum,de ſeruitu.ruſtico.prædio.& l.ſi creditoribus.C.de ſeruo pigno.da.& l.filios quæ in fraud.credito.& l.cum confiteris. de re.
43 uo.donati.† Nam ſemel a ſe approbatum, non debet improbare, vt l.pomponius, de nego.geſt.& l.cum mulier.ſoluto matrimo. & l.ſi vxor.§.fina.de adulte.viij.quæſtio.j. dilectus.recte ergo dicetur , quod cum non exiſtat de legitimis contradictionibus honoribus fungi non eſt prohibendus l.reſcripto.§.ſi quis.de mune.& honori. & l.fin.de edi.diui adria.tollen.quantum enim ad iſtū liberas edes habeo argumen.l.licet competit.ff.ſi ſerui.vendi. Quarto inutilis princi-
44 pij &c. † Nam contractus & diſpoſitio optime cōualeſcit deducta ad caſum a quo potuit incipere,vt C.ſi ma.fac.& l.tertia.in princip.de contra.iudi. & etiam inſtitutio, vt in.§.generaliter, in authenti. vt cum de appella.cogn.item datio libertatis vt l.prima,C.de his qui ad liberta.perue.non poſſunt & l.fratres, de pœnis.Item legatum l. fina.de lega.iij.& l.non intelligitur.§.quando autem.de iure fiſ.& l.ſi cognatus.de rebus dubi. Item datio tutoris l.furioſus.de tut.inſtit.qui tuto.da.poſſ.in fin. Item datio iudicis l.cum furioſus.de iudi. Item electio ad honores l.reſcripto.§.debitores, de mune.& honori.& l.lege. de decur.& l.quod
45 ita.de edili.edic.† Quinto dico quod cum in quolibet officiali tria oporteat concurrere,vt ſit,& vires habeat , ſcilicet quod ſumat ex ipſa electione vires,et quod habeat effectum ex ipſa confirmatione , & quod agat ex ingreſſu officij, vt l.j.de officio præſid.et l.obſeruare.§.poſt.& l.publius.de cōditio.& demonſtra.ſicut dicitur in hærede, vt in.§.extraneis.inſtitu.de hæredi.quæ ab inteſta.defer.et l.alienam.§.in extraneis.de hæredi. inſtituen.& l.caſus.§.primo.de legatis j.Nam ſtatutum dicit quod nō poſsit eſſe conſul, quod eſſet de electione vt probatur in l.j.& ij.de officio proconſul. vbi proconſul Romam egreſſus, & antequam aduenerit prouinciam,q̄ꝑ debet regere, poteſt exercere ea quæ ſunt voluntarie iuriſdictionis, ex quo ſequitur, quod iuriſdictionem habuit per electionem, & ſic conſul factus eſt,et ſic electio quaſi inhibita per ſtatutum,fuit ipſo iure nulla, nec ex poſtfacto confirmatur, licet poſtea electus fiat habilis & impedimentum ceſſet l.fina.C.qui mili,non poſſ,& dictum eſt, & per hoc pa-

Source : BIU Cujas

ſet quod non obſtant poſtea allegata pro electo, quia quo ad actum dicitur conſul qui ex officio debito conſulit, verum antequam hoc faciat licet non actu, tamen nomen habet conſulis, dictum eſt. Non obſtant ſecundo allegata, qa procedunt quando is qui eligitur eſt habilis, in quo obſeruatur illud, quod ſi vult, & poteſt ſe excuſare debet illud facere ab initio, ita loquitur tertia quæſtio. prima. licet. Sed ſi eſt inhabilis, poteſt quandocunque obijci, & reclamare, vt l. j. C. ſi liber aut ſer. ad decu. Non obſtant tertio allegat. quia illa obtinent quando illud quod fit tenet ipſo iure ſaltem naturali, quod hic non eſt, qua fuit contra ſtatutum ergo &c. l. non dubium. C. de legibus & l. cum lex. de fideiuſſor. Nec obſtat quarta ratio, quia caſus contractuũ, legatorum, libertatum & ſimiles ſunt ſpeciales contra regulam illam quod ab initio &c. & ideo non ſunt trahendi ad conſequentiam. Item leges quæ loquuntur in datione tutorum & iudicum loquũtur in oneribus, non autem in honoribus, quibus non debent perfrui indigni l. eum qui. C. de decurionibus. Item ille leges quæ loquuntur de electione locum habẽt in eo qui erat habilis, quod non eſt in bannito, vt dictum eſt. Super ſecunda quæſtione faciunt iſta, eligendi a lege data conceſsio. Secundo effectus ceſſantis inſpectio. Tertio eligentis ceſſans inculpatio. Quarto inutilis actus vlla præpeditio. Quinto ſine iniuria permiſſa variatio. Primo eligendi data conceſ-
46 ſio &c. † Nam ſtatutum ſeu conſuetudo quaſi eſt lex, & concedit habenti breue eligendi facultatem, quod concedi poteſt per talem legem efficaciter, vt l. nulla. & lege item eorum. ff. quod cuiuſque vniuerſita.
47 nomi. & l. non tantum. de decurion. † Item quia lex dat ordinariam iuriſdictio. l. prima. C. de emancipatio. liber. & l. & quia & ibi not. de iuriſdictione omni. iudicum, & in ordinariam iuriſdictionem habentibus hoc ſeruatur, vt deficiente prima electione, iterum poſsint eligere, vt l. ſi preſes. C. quomodo & quando iudex. & l. prima. de ſenten. & l. tertia. de accuſat. & capitulo cum in cunctis. de electio. Secundo effectus ceſſantis inſpectio, quia cum lege cautum ſit vt habens breue eligat intelligitur cum effectu, vt ita eligat, quod electionis fructum conſequatur, & ſic expiret eius poteſtas ſi electio ſua valeat & non aliter, argumen. l. benignius. ff. de legibus. & l. final. de conſtitutio. princip. & l. ſecunda. §. hæc verba. ff. quod quiſque iur. & l. quarta. §. cõdemnatum. de regulis iuris & l. fina. §. fina. de vſur. de rei iudica. Tertio eligentis ceſſans inculpatio quia in nulla fuit culpa, quum potuerit probabiliter ignorare damnum, argumen. l. quia difficile. de contrahenda emptio. & authen. qui ſemel. C. quo-
48 modo & quãdo iudex. † & ſine culpa non debet quis ſuo iure priuari, vt l. tutorem. §. final. de his quibus vt indig. & l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. ſoluto matrimonio. & l. Titia. §. qui in vita. ff. de legatis ſecundo. & capitu. ſecundo. de conſtitutioni. Quarto inutilis actus &c. argumen. l. quid tamen. & l. labeo. de arbitrato. & l. qui per ſalutem. de iureiuran. & l. cum indebitum. de condi tio. indeb. & l. dotis. de iure dot. & hæc conditio. de conditio. & demonſtratio. & l. ſed ſi pupillus. §. ſi inſtitoria. de inſtito. actio. & l. j. ſi menſ. falſ. mod. dixe. & l. ſecunda. de optio. lega. Quinto ſine iniuria permiſſa variatio, argumen. l. ſi conuenerit. de iuriſdictio. omni. iudi. & l. ij. §. fin. ſoluto matrimo. & l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. eodem titulo. & l. diuus. §. licet. de iura. cal. & l. cum hic ſtatus. §. penitus. de donatio. inter virum & vxor. l. nemo. de regul. iuris. nam quod nulli nocet &c. l. in creditore. de euictio. & l. ſecunda. §. apud. de aqua plu. arcẽ. & C. de precibus Imperato. offeren. l. reſcripta. econtra quod non poſsit iterum eligere, faciunt iſta. Primo alterius vice permiſſa electio. Secundo eligentis culpe commiſſio. Tertio officij ſemel habita functio. Quarto per electionem ſemel facta præcluſa variatio. Primo vice alterius &c. quia videtur electus nõ ab eo ſed ab ordine qui eligendi poteſtatem dedit. argumen. not. in l. item eorum. §. ſi decurionis. quod cuiuſq; vniuerſita. nomi. & in l. vnum ex familia. in principio de legat. ij. & l. apertiſsimi. C. de iudic. & l. ita autem. §. geſsiliſſe. de adminiſtra. tut. per quod patet quod operatur iudici delegato cuius actus attribuitur delegβanti dicta l. apertiſsimi. & l. fina. C. qui &
49 apud quos. † Nam delegatus vice delegantis fungitur, & non ſua. l. prima de offi. eius. & l. ſolet. de iuriſdictio. omnium iudi. Sed ſi eſt ſimilis delegato, non poteſt iterum eligere ſicut nec delegatus pronunciare, etiam vbi ſententia prima fuit nulla. l. ſi vt proponis. & l. præſes. C. quomodo & quando iudex & l. iiij. de accuſa. & capitu. venerabilis. de electione. Secundo eligentis culpa commiſsio, nam in culpa fuit male eligendo lege nam & ſeruus. de neg.



Source : BIU Cujas

geſt.§.fin.& l.ſi eum.§.fin.cum ſeq.ff.commoda.& l.cum mãdato.de minor.& l.ſi pupillus.§.parui.de exercit.cuius pœna eſt, vt propter culpam perdat poteſtatem eligendi, cum in eo culpabili fiat.l.eũ qui.C.de ꝓcurato.& l.fi.de admini.tut.& l.quod quis
50 de regu.iur. † nam quod quis ſua culpa nõ habet, perinde eſt ac ſi haberet, vt authen. quod locum.C.de collatio.vnde in caſu noſtro ex quo per culpam efficaciter non eligit, perinde eſt ac ſi bene elegiſſet, argu.l. iure ciuili.de condi.& demonſtra.Quod autem fuerit in culpa, patet, quia de facili potuit ſcire illius conditionem.l.regula.C.de iuris & facti ignoran.Tertio poſt electionẽ precluſa variatio argu.l.ſi ab arbitro, qui ſatiſda.cogan.& authenti.offeratur, de lit. conteſta.& l.procuratores.§.j.& l.ꝙ in hæredem.§.eligere.de tributo.actio.& l.huiuſmodi §.ſtichum de lega.j.& l.ſtatuliber.& l.ſi hæres.de legi.vbi etiam propter errorẽ non vtuntur eligendi facultate.Solutio, dic quod cum in eligendo, iſte alterius vice fungatur vt dictum eſt præſens & momentaneum habuit officium, argu.l.pecunie.de alimen.& cib.lega.& ad eligendum miniſtrũ videtur deputatus argumen.l.vnum ex familia in princi.de lega.iij.Vnde ſi in perſonam electi non cadit electio, nec apud miniſtrum ſupereſt ius eligẽdi, ſed apud ipſos decuriones l.ſi quis Titio.de lega.ij.maxime quia de prima tantum electione cogitatum videtur, non de ſecunda, argumen.l. dotis de iure dotium & l.cum pater.§.pater.de lega.ij.& l.bone.§.hoc ſermone. de verbo.obligatio. cum incontinenti debuit eligere l.cum quidam.de leg.ij.Ex his ergo dico, hunc eligentem incontinenti potuiſſe eligere, & poſt tempus non licere, argu. l.ſtatuliberum.de lega.ij.& l.obligati §.fin. de auctori.tuto.

Solennis Tractatus bannitorum do.Iacob.de Arena.

FINIS.




# TRACTATVS

insignis ac præclariſsimus æditus ab excellentiſſ. Iuriſconſulto do. Nello de ſancto Geminiano, ciue Florentino, ac aduocato ſumme practico ſupervtili & neceſſaria, quotidiana, ac practicabili materia de Bannitis.

## Preludium cum diuiſione operis.

IN CIVITATIbus Italię cõmuniter reperiuntur ſtatuta ædita contra bannitos ꝓ maleficio, crimine, vel delicto, diſponentia interdum quod non audiantur interdũ ꝙ poſsint impune offendi interdũ exprimitur ꝙ poſsint occidi. interdũ quod poſsint offendi certo offenſionis genere, interdum etiam offendentibus ſiue capientibus eos præmia ſtatuuntur, interdum ſolum ab honoribus vel officijs repelluntur, interdum etiam contrahere prohibentur. Quãdoque ẽt in ipſorũ fauorẽ aliqua ſtatuuntur, ꝓpter quæ ſtatuta & alia ordinamenta ſepiſsime vt notiſsimum eſt, orte fuerunt, & quotidie oriuntur varie & diuerſe ſubtilitates & põderoſe quæſtiones, quarum multe ſparſim in commentis & extra commenta docto-

Source : BIU Cujas

rum iuris canonici & ciuilis, interdum bene ordinate, interdum corrupte, & aliquando non perfecte, quandoque in argumentis adducte reperiuntur, aliquando etiam occurrunt. Occurruntque a nemine aut tacte aut examinate. Et quia ex ſepius agitatis frequentatiſque ſolet maior vtilitas & publica & priuata reſurgere, & tanto maior quãto facilius in occurrentibus neceſſaria noſtris oculis apponuntur. Ego Nellus de ſancto Geminiano Florentinus ciuis, & ſolo nomine legum doctor. Ad propriam et aliorum qui non multa viderint vtilitatem decreui ea quę ſparſim noui in unum breue volumen redigere, non per modum pleni tractatus, q̃a ab alijs plene recteque digeſta quam breuius (vtilitate tamen non obiecta) fieri poterit, concluſiue concipiam, neque per modum ſimplicis repertorij, quia etiam aliqua addam, & in repertis ab alijſque tractatis & in his quæ occurrunt occurrentque, dum hoc opuſculum compilatione ſubiacebit, & aliqua inueſtigando veritatis cauſa conabor adiungere. Ille deciſiones que mihi vere videbuntur addendo, non ut pertinaciter aſſeram ea ſic eſſe quæ ſcripſeto, ſed vt facilius ego & alij egentes poſſimus in occurrentibus neceſſaria reperire, & vt rectius ſubtiliuſque intuentibus apetiatur materia emẽdandi, ſupplendi, interpretandi, & corrigendi. Et vt huius materia opuſculi clarius dignoſcatur, præmittendum putaui plures eſſe ſpecies bannitorum, hoc nomine generaliter aſſumpto de quibus tangam quæ occurrunt non omnia iura & loca in quibus habentur inſerendo, ſed aliqua potiora, ex quibus alia inueniri poterunt applicabo. Quidam enim non propter maleficium, crimen, vel delictum, ſed propter morbum ne ceteros contagione inficiant banniuntur. de his habetur. C. de mendican. vali. libro decimo.

Quidam de iure communi pro maleficio aliquo diffinitiue condemnantur & in banno ponuntur, ſiue in exiliũ mittuntur. quãdoq; perpetuum, quandoque temporale, vt habetur. C. de his qui ĩ exi. dã. l. j. & ij. li. x.

Quidam etiam aliter banniuntur, vt in auth. item nulla communitas. in authẽ. item quecunq;. C. de epiſ. & cle. & ff. de pen. l. capitalium. §. in exulibus. & l. cicero. et de inter. & relega. l. relegati. de ſica. l. j. trãs fugas de capi. dimi. l. amiſsione. & de capti. l. hoſtes. cum ſi. & per Guil. & Spe. de accu. §. ſequitur. per Bald. C. de hæredi. inſtitu. l. j. & per Barto. in diſputatione ſua quæ incipit, Lucane ciuitatis &c. Quidam etiam pro maleficio nõ diffinitiue ſed contumaces ad notatis eorum verbis ponuntur in banno, de quibus & ipſius banni virtute habetur. ff. de accuſ. l. abſentem. & l. j. de requir. reis. & ibi per Cyn. & alios in l. j. C. eo. tit. & per Guil. in pręalleg. §. ſequitur in prin. Quãdoq; propter inobedientiam ſiue morã in ciuilibus cauſis ponuntur in banno, & interdum traditur forma a ſtatutis, quandoq̃ ſolum proceditur de iure communi, vt habetur. ff. de ven. inſpic. l. j. §. ex hoc reſcripto. de admi. tut. l. j. de vſi. feud. c. ſ. hic finit lex cornelia. incipit conſuetudo regni. col. x. C. qui bo. ce. poſ. l. j. ff. ſiquis ius di. nõ obtemp. l. j. in fi. ff. ad leg. iul. pecu. l. cum eo autem. C. quomodo & quan. iudex. l. conſentaneum. per Bart. in l. j. §. & poſt operis. ff. de nou. ope. nun. per Guil. in Specu. de primo decreto. §. ij. ad fin. per Ioan. Andr. in addi. eiuſdem operis ſuper rub. de ceſsio. actio.

Quandoque diffinitiue ponuntur in banno ex forma ſtatutorum quibus cauetur q̃d in criminalibus contra abſentes contumaces poſsit ad diffinitiuam ſententiam perueniri, & quod citati certo modo non comparentes habeantur pro confeſsis, & imponatur ea pœna ſiue in banno ponãtur pro illa pœna quæ deberet imponi contra præſentes, & quod talia banna contra illos qui poſtea capti fuerunt debeant intra breue tempus executioni mandari. De primis quidem quatuor ſpeciebus in præſenti opuſculo nõ tractabitur, niſi quatenus opus fuerit ad deciſionem eorum de quibus agitur, & ad diſcernendam ſeparationis rationem. Sed iterpoſitis aliquibus de quinta ſpecie, licet paucis vt infra patebit de his vltimis bannitis qui dicuntur banniti noſtri temporis erit huius tractatus materia principalis aſſumpta ex dictis Iaco. de Arena. qui breuem tractatum compilauit, & plures quæſtiones diſputauit Cyn. qui ſuper eo fundatus aliqua tractauit in d. l. j. C. de hæred. inſti. Bar. in lectura, & in ſua diſputatione, de qua ſupra Alber. de Gand. in opere ſuo de maleficijs. Alber. de Roſat. in viti. parte ſui operis ſuper materia ſtatutorum, & etiam aliqualiter in alijs partibus, & Ioan. An. in pluribus locis, & maxime in addi. ſuper d. §. ſequitur in ti. de accu. ver. quid ſi quis. & aliorum de quibus omnibus inferius, vt occurrunt mentio ſuis debitis locis non occultabitur, vt ſic quæ forte ratione viua non placerent, ſaltem placeant authoritate, & etiam quæ ſine authoritate aliorum dicen-

Source : BIU Cujas

tur facilius audaciuſque poſsint corrigi,& emendationem ſuppleri. Ad hoc autẽ tractandum præmitto tale ſtatutũ de quo vltimo loco mẽtio facta eſt,ſcilicet quod contumax habeatur pro confeſſo &c.de iure valere per l.omnes populi.de iuſt.& iu.cum ibi no.C.de aſſer.tol.l.iij.& per infinita iura quę alle.per Guil.in d.§.ſequitur.in princi.in quibus cõtumax de iure communi habetur pro confeſſo.quod etiam tenet Ioan. And.in c.veritatis.de dolo et contu.& Bal. in vſi.feu.in tit.de pace iur.fir.§.iniuria.ad quod in l.gallus.§.& quid ſi tantum.de lib.& poſthu.& allega.glo.quam dicit non eſſe alibi.in l.locorum.C.de omni agro deſer.li. xj.vbi gl.dicit ꝙ talis contumacia eſt ficta probatio.An autem alia ſtatuta de quibus ſupra mentio facta eſt valeant,vel non, dicetur ſuis locis dum de illorum effectu tractabitur.Et vt ex diuiſione iuxta iuriſconſulti doctrinam materia clarius dignoſcatur.Hic tractatus diuidiť in tres partes principales,quia,

Primo tractabitur de tẽpore vſque quo dicatur quis bannitus.Adeo quod contra bannum nullum reſtet iuſtitie remedium, in quo tempore examinabuntur quæſtiones illi tempori congruentes.

In ſecunda parte tractatus continebitur tempus poſt perfectum bãnum, & quouſꝗ durabit cum queſtionibus circa illud.

Tertia pars principalis erit de tempore poſt finem banni & quæſtionibus, circa illud.Et vnumquodque tempus diuidetur in plures partes.Quia primũ in quatuor.Scd̃m in tres.Tertium in duas vt in eis patebit.

A primo igitur tempore exordium ſumẽti debet occurrere examen ſignificatus huius nominis bannum ſiue bannitus,ſiue huius verbi bannire vel nominis verbalis bãnitio, & vnde dicatur ſecundum doctrinã. l.j.ff.de iuſti.& iur.& l.j.ſi cer.peta.Sed qa in eius examine veniunt tangẽda plura ſecundo tẽpori congruentia,& maxime dum tractabitur de his quæ tales banniti perdãt illi parti talis examinatio reſeruatur. Et primũ tpſ expediam hoc modo,quia poſtꝗ in tractatu & ſic in domo bannitorum verſamur,in qua nemo eorũ maior eſt.l.apud. ff.de manu.vin.ſumam principium ab eis.

Diuido ergo primum vt prędixi in quatuor partes & erit prima.

De his qui poſſunt banniri, ſiue in banno poni.

Secunda de his qui bannire poſſunt.

Tertia de ſolemnitatibus in banniendo requiſitis.

Quarto an tali banno liceat querelare.

Et circa dicta tempora examinabuntur ſtatuta ſupra in principio relata cum ſuis qõnibus quas vt facilius cõtingat reperiri, vnicuiq; particule præmittã diſtinctim titulos ſuarũ qõnum.Sunt igitur vt ad rem veniam primæ partis primi tẽpo.ſ.de his qui poſſunt banniri, ſiue in banno poni tituli quæſtionum ſiue rubrice infraſcripti.

## SVMMARIVM.

1 *Primo traditur regula generalis.*

2 *Quæritur an exceptio ex conditione perſone inquiſiti vel accuſati reſultans poſſit ante lit.conteſt.opponi ad impediendũ banni prolationem,& inſeritur etiam de exceptione propter defenſionem vel vindictam ex forma ſtatuti competenti.*

3 *An ſemel bannitus poßit iterum banniri.*

4 *An bãnitus delinquẽs in loco a quo eſt bãnitus poßit cõueniri in loco in quo moratur.*

5 *An vniuerſitas poßit in banno poni.*

6 *An formato proceſſu contra filios* Titij *non expreßis nominibus porprijs poßint ijdem filij eodem modo in banno poni.*

7 *An vna pars expulſa de ciuitate puta* Ghibellinorum, *poßit ex contumacia banniri ab ea quæ in ciuitate remanſit.*

8 *An ex banno dato contra aliquem,puta* Titium *poßint affici filij deſcendentes, & ſi poſſent, qui in tali bãno cõprehendantur.*

9 *Quid ſi banniatur ſtirps vel latus* Titij.

10 *Qui filij & alij comprehendantur, an nati tantum,an naſcituri tantum,an omnes.*

### Prima pars primi temporis.

1 PRIMO igitur quero† qui ſunt illi qui poſſunt virtute dicti ſtatuti ꝙ dixi valere in banno poni.Et quidem hoc primum faciliter expeditur, omnes enim illi qui poſſunt ex delicto præſentes diffinitiua ſnia condẽnari poterunt abſentes citati ſecundum formam ſtatuti non comparentes tanquam cõfeſſi banniri. Et ſic ſecundum regulam l.j. ff.de præto.ſtipu. ſequitur quod omnes illi

Source : BIU Cujas

qui preſentes non poſſent condemnari non poterunt bannıri. Et ideo qui ex delicto non tenentur ſiue qui tenerentur, ſed de iuriſditione inquirentis vel aliter procedentis non exiſtunt ſine exempti ſunt, non poterunt in banno poni, vt habetur. ff. de furt. l. infans, de fal. l. impuberem. ad l. aquil. l. ſi putator. C. de fal. mo. l. ij. & ſi aduer. delic. l. j. & ij. cum ſi, quod ſine dubio verum eſt, ſi iudici conſtat illos eſſe tales ſecundum no. ff. de re iudic. l. queſitũ. & l. furioſo. & quod habetur per Inn. in. c. preterea. de dila. & p doct. in l. ex quacunq;. ff. ſi quis in ius voc. non ie. per Cyn. in l. generaliter. C. de epiſc. & cle. per Bar. ff. de iudic. l. non videtur. & ff. de iuriſd. omn. iud. l. cum quædam puella. Si autem ei non conſtaret illos eſſe tales, procederet quandoq; iudicium vt dictis iuribus. & . ff. fami. herciſ. l. cum putarem iunctis. ff. de pen. l. abſentem. & de iudic. l. omnem. In quo examinandum eſſet an minor poſſit in banno poni, de quo Alber. prealle gatus poſuit vbi ſupra in. lxxix. q. referens opi. omnium quæ habentur in. l. clarum. C. de auct. preſtan. & in. l. cum & minores vos C. ſi aduer. rem iudic. & in. l. non eo minus. C. de procur. & in. l. ſi tutor. C. in qui. ca. in inte. reſtit. non eſt ne. Nam aut habet curatorem & interuenit, aut non, vel non habet, vt ibi plene per doc. in quo non inſto, quia vt predixi a docto. ibi plene traditur.

Vnũ tamen nolo omittere quod interlocutoriam quam facit ſtatutũ vt quod contumax habeatur pro confeſſo patiuntur minores, vt habetur in. d. l. cum & minores. et eſt nota. dictum Bartol. in l. fin. eod. titu. ſi aduer. rem iud. per quod iam obtinui valere iudicium vſq; ad fictam litis conteſtationẽ quæ inducit ex forma ſtatuti elapſis quinq; diebus vtilibus a die prime citationis licet pro pupillo non comparuerit tutor cum illam iuris interlocutoriam patiantur minores etiam indefenſi vt dictis iuribus. Eſt tamen cautius quod iudices ſcientes inquiſitum vel accuſatum eſſe minorem ei curatorem conſtituant. inſti. de cura. l. inuiti. vt ſic eo comparente teneat iudicium ſecundum Albe. vbi ſupra. Sed tunc ceſſabit bannum, quia illud datur in contumacem. Et ideo cum vt dixi valeat citatio & proceſſus iudice ignorante & inducatur a ſtatuto interlocutoria per quam habetur pro cõfeſſo, forte verior eſt ſententia que habet tale bannum valere, licet ſubiaceat beneficio reſtitutionis in integrum, ſecundum not. tamen in, l, ſi minor, xxv. annis, omiſſam, & l, auxilium. §. in delictis. ff. de mi. & per Bart. in l. j. §. nunciatio. de no. ope. nun. Et ad ſuppletionem & declarationẽ huius prime generalis queſtionis, vide in addi. Spec. in tit. de primo decreto. §. ſequitur. ver. ſed pone. & ſeq. & quæ dicam infra in. j. queſtione. ij. partis huius primi temporis.

2 *Secundo quero.* † Formata inquiſitione vel accuſatione de crimine contra aliquẽ taliter quod ex ſui figura procedat inquiſitio vel accuſatio an ille inquiſitus vel accuſatus poſſit defendi ante litem conteſtatam excipiendo quod etiam ſi vera eſſent contẽta in proceſſu procedi nõ poſſet, quia ille contra quẽ proceditur erat infans vel furioſus, vel faciet ad ſui defenſionem, vel ad vindictam ex forma ſtatuti, vel qui aduerſarius potuit impune offendi virtute ſtatuti, puta quia malpagus vel bannitus? Et videtur diceñ. quod nõ, quia tales exceptiones tangunt merita cauſe, ergo nõ poſſunt ante litẽ cõteſtatã examinari. C. de proba. l. exceptionẽ. Sed non inſiſtẽdo in verbis, contrariũ credo & ita pluries ſeruari vidi. Vbicunq; enim p exceptionẽ ppoſitã in vim dilatorie oſtendit accuſantẽ ſiue inquirentẽ non habere ius accuſandi vel inquirendi, vel illud quod eſt propoſitũ non eſſe delictũ ſemper poteſt non ad effectum abſolutionis diffinitiue, ſed ad impediendũ proceſſum proponi & probari. Talis enim exceptio conteſtationem impedit. C. de his qui ad eccle. confu. l. ſi ſeruus. & ne quis vere. l. ij. & l. item apud labeonem. §. quod ait. ff. de iniur. & de adul. l. ſi maritus §. preſcriptiones. ſecũdum Iaco. de arena. & ff. de nego. geſt. l. ſi pupilli. §. videamus, ſecundum Bar. in. l. eleganter. §. ſi quis poſt. de condit. indebi. & de iureiu. l. nam et poſtea. in prin. et in. l. abſentem. in fi. ff. de pe. quod etiam ſequitur Bal. in. d. l. exceptionem. & ſic poterit per hanc viam bannum impediri. & etiã per pcuratorem ſine dubio in criminibus in quibus poteſt interuenire. In alijs autem reſtat diſputatio de qua per doct. in. l. reos. C. de accuſa. & in. l. j. ad leg. falc. de plag. & in. l. ſeruum quoq;. §. publice. de procura. & plene per Bart. alios referentem in. l. pe. §. ad crimen. de publi. iudi. quod tanquam extra propoſitum ad preſens non proſequor, ſed dicam infra in. ij. parte ſecundi temporis queſtione xiiij. vbi melius cadit.

Si autem de themate quæſtionis plenius videre velis, vide in. xxxvij. q. Alberici prędicti vbi poſt relationes opin. conċludit

Source : BIU Cujas

exceptionem prædictam poſſe ante lit.conteſt.opponi. Vnum tñ nota quod nõ ſemper annullatur ꝓceſſus, licet tali exceptione repulſa iudex procedat ad bãni dationẽ facta pronunciatione quod talia debeant poſt lit.conteſt.reſeruari,& factis citationibus ſecũdum formam ſtatuti vt habet in d. l.exceptionem.& C.de dilatio.l.a procedẽte.cum ſimi.De quo tñ in ij.q.ij.partis temporis aliqua vtilia per huius tangentur in iij.parte.Si aũt inquiſitus compareat & cõfitetur ſe occidiſſe Titium bannitum.An dicatur excipere,et ſic exiſtente vero nõ debeat condemnari. Vide Bal.qui tenet quod ſi per acta archiui publici cõſtat de banno, talis ſic confitẽs debeat abſolui, vt in l.j.C. de confeſsis.in xvj.col.verſi.iuxta hoc pone dicit ſtatutum quod bannitus &c.

3 *Tertio quero.* †An ille qui ſemel poſitus fuit in banno poſsit iterũ banniri? Et videtur quod non,quia ſemel infamatus iterum infamari non poteſt.l.aut dãnum.§.ſeruos.& ibi no.ff.de pœn.& in l.ij. C.vt intra cer.temp.cri.qõ ter.& ff.de his qui no.infa.l.iiij.§.ait prætor. Item quia cũ ſit ſemel ciuitate priuatus, amplius priuari non poteſt.ff.de verb.obl.l.decem.Itẽ quia cum non ſit in ciuitate citari non poteſt, & ſic contumax effici non poteſt,& ideo non ſuccedit diſpoſitio ſtatuti.ff.ſi quis cautio.l. ſed actio.& l.ſeq.& extra de conſtitu.c.ij.

Sed doc.cõiter determinant contrarium quia excõicatus iterum excõicari poteſt. xlvij.diſt.c.quantumlibet.in fi.& extra de ſen.excom.c.cum pro cauſa.& c.officij.de quo in c.ita quorundam.de iudeis. Itẽ quia non debet pro pœna præmium reportare. ff de interdi.& releg.l.relegatorum.§.fi.& de neg.geſt.l.ſiue hæreditaria. Et ita determinauit Guil.in præalleg.§.ſequitur.de accu.verſicu.quid ſi quis.ita etiam vr̃ ſenſiſſe Dy.in d.l.ij.& ita Bar.in d.§.ſeruus.Ita etiã Albe.prædictus in xxvj.q.dicens Dy.ita tenuiſſe niſi ſit bannitus taliter qui domiciliũ perdiderit per l.eius.§.fin.ff.ad muni.Et ad argumenta contraria nõ reſpondet. Sed nõ obſtat primo quia infamatus vno genere infamie.ſ.iuris nõ poteſt iterum infamari eodem genere infamie, vt dictis iuribus, ſed bene poteſt infamari diuerſo genere, puta infamatus infamia facti poteſt iterum infamari infamia iuris.ff.de ritu nupti.l.palam quæſtum.§.quę in adulterio.& l.fi.ff.de requi.re.ſecundum Ray.in d.l.ij.quod etiam ſequitur ibi Bal. Nõ ob.quod amplius priuari non poſsit ciuitate &c. quia aliqñ imponitur pœna priuatiua ſupra quam eſt reperire maiorem priuationem,vt in ſententia excõicationis quæ continet priuationẽ ad tempus,& poteſt alia priuatio adijci,ita in propoſito,quia prima priuatio nõ extinxit habitum ſecundum Bald.in d.l.ij. Sed in hoc clarius dicendum eſt quod aut primum bannum fuit pecuniarium,vel ad aliquod membrum, & tunc nihil nocet quin poſsit iterum in pecunia uel alio membro, vel ad mortem banniri.Sed ſi fuit bannitus ad mortem etiam iterum banniri põt.Pluribus enim modis & cauſis poteſt mors inferri. Eſt tñ verum quod in pœna non reiterabili, vt in morte executio facta ex vno extinguit omnia alia banna,vt inſti.qui.mod. tolli.oblig.in princi.&.§.j. In pœna vero reiterabili non eſt ita,& ideo condemnatus in membri abſciſsione ex duabus cauſis, duabus uicibus paſſus eſt executionẽ unius membri ex vno banno poterit peti executionem alterius ex alio,etiam ſi opus ſit bãni alteratione,vt d.l.ij.& quod ibi per doc. facit ff.de iniur.l.filius iniuriam. Vltima vero ratio quæ eſt quod non videtur poſſe in contumacia conſtitui non obſtat pro cuius determinatione clariori quã ſit illa quæ ponitur per Ioan.And.in addi.ad dictũ verſi.quid ſi quis.& tangit Alber.vbi ſupra.

Aduertẽdum quod aut quæſtio ſe habet, an poſsit iterum banniri in eodem loco in quo bannitus fuit.& dicendũ eſt quod non. l.licet.§.pe.ff.nau.caup.ſta.niſi in caſu quo nõ fuiſſet bannitus in pœna debita,quo caſu an computetur prima pœna in ſecunda, vel ſi prima fuiſſet ſoluta repeti poſsit,Vide no.dictum Bald qui dixit quod non,in l. fi.C.de fideicom.libe. per gl.ibi poſitam & per aliam in l.ſi vſufructus legatus,§.fin.ff. de vſufruc.ad quod no.etiam per eum in l. j.& ij.C.de ſpor.vel niſi ſecundum materiã l.ſenatus.ff.de accuſ. & quod habetur in l. quid ergo.§.pœna grauior.de his qui notã. infa.ſcilicet an poſsit iterum cognoſci propter adiectionem noue qualitatis.Quo caſu etiam vide an primum bannum computetur ſecundo. Bald.in l.ꝙ diximus.ff.quod met.cauſa. Aut an poſsit in alio loco, puta quia fuit bannitus in loco maleficij puta Bononie. inquiritur nunc in loco originis, puta Florentie vel econtra,& iterum banniri poteſt.In primo enim loco non fuit punitus effectiue. & ideo non obſtat dicta regula quod ſemel fuerit cognitum per d.l.ſenatus,Faciũt no.per Bar.in l.non ſolum.§,

Source : BIU Cujas

ſi mandato.ff.de iniur.et in l.ſed ſi amici.de adul. Et de iſto caſu defectu citationis non poteſt obſtare.Poteſt enim ibi citari & cõueniri.l.j.& ij.C.vbi de cri.agi opor.Et ita diſputando terminauit Iac.de Bel.quã poſuit ſuper d.l.j.proxime alle.& eius effectũ refert & ſequitur Io.And.in addi.Spec.in tit.de compe.iud.adi.§.j.ver.quid ſi venit. Et de verbo ad verbum poſuit,& ſequitur Albe.vbi ſupra.q.lxxvj.quã hic cauſa breuitatis non infero.idem tenet Bart.in l.ſepulchri.ff.de ſepul.vio.vbi dicit ſe ita plu-ries iudicaſſe & cõſuluiſſe.& ibi vide. Si vero queritur an pro crimine poſsit iterum banniri.Dicendum puto quod aut commiſerat illud crimen de quo nunc proceditur antequam fuerit bannitus & idem poteſt et citari,& ibi conueniri, vt in dictis iuribus. & l.j.in fine.& ibi per Bart.ff.de requir.re.

9 *Nono quero* † an poteſtas poſsit bannire aliquem iniuriãtem ſibi vel ſue familie. Iſtam queſtionem diſputauit Iac. de are. & eam refert Cy. in. l. vna. C. ne quis in ſua cauſ. & Bartol. ſequitur ff. de pœnis. l. ſi quis aliquid. §. ſi quos comitum. Et in effectu ita concludunt ꝙ aut delictum eſt notorium, & poteſt cognoſcere, quia non reſtat niſi pœne impoſitio. & propterea ceſſat ſuſpitio argument. l. ab executione C. quorum appel. non reci. Si vero non eſt notorium, tunc aut offenditur principaliter dignitas ſiue officium, vt quia offenditur officium exercendo. Et tunc poteſt cognoſcere & punire. l. nullum C. de teſti. cum ſimi. Si vero offenditur principaliter perſona, vt quia alias ꝙ̃ in executione officij, & tunc non poteſt cognoſcere. d. l. vna, & l. ſenatus. ff. de offic. præſid. vbi etiam de materia. & cum hac diſtinctione pertranſit etiam Bald. in d. l. vna. Hæc eorum diſtinctio vera eſt in iudicibus recognoſcentibus ſuperiorem. In his autem qui non recognoſcunt ſuperiorem indiſtincte dicendum eſt poſſe eos cognoſcere, & punire. l. & hæc libertus. ff. de hæredi. inſtitu. & in cap. j. de ſciſmat. libr. vj. & eſt ratio ſecundum Oldrad. in conſil. cclxix. quia ita diligũt ſingulos ſicut fiſcum. C. de ca. tol. l. vna §. fi. & ſic ceſſat ſuſpitio. l. non ſolũ. §. primo. ff. de rit. nu. Item in vniuerſitate habente cognitionem delictorum, quia in cauſa propria poteſt iudicare propter ceſſantem ſuſpitionem, quia communiter negliguntur quæ a pluribus poſsidentur. C. quando & quibus quar. pars de. leg. ij. libro decimo, & extra de reſtitu. ſpoliat. cap. cum veniſſet ac etiam, quia vniuerſitas non iudicat vt vniuerſitas, quia eſt quid incorporale. & ſic ei huius actus exercitium non conuenit, argu. extra de ſenten. cap. ſi ciuitas. & quod not. per Innocentium. de offic. ordi. cap. irrefragabili. ſecundum Oldrad. in conſilio. clxxiiij. Sed Bartol. in dicta. l. vna. & in. l. eſt receptum. ff. de iuriſdictio. omnium iudi. intelligit illud in vniuerſitate non recognoſcente ſuperiorem. De quo per Innocen. in. c. ex parte. in decimo. de verb. ſig. Item illud quod dicunt quando



Source : BIU Cujas

delictum eſt notorium poſſe quemlibet offi
cialem punire.Intelligo verum ſi ex forma
iuris cõis vel ſtatuti eſt impoſita certa pœ
na tunc enim ceſſat omnis ſuſpitio. Si vero
non eſt impoſita certa pœna, ſed reſtaret in
eius arbitrio,non vr̃ mihi quod ceſſet ratio
ſuſpitionis. & ideo tunc non poſſet cogno-
ſcere, niſi tale arbitrium eſſet declaratum a
conſuetudine,quam ſeruare tenetur,vt ha-
betur in l.athletas.§.calumniator. & l.quid
ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui no.infa.
& l.iij.ff.de præua.& de pœ.l.hodie. Gene-
raliter autem pro materia qñ quis poſsit in
ſua cauſa cognoſcere, vide ꝙ habetur in d.
l.vna.in c.noſti. de elec.& in c.cũ veniſſet.
de iudi.ſecundum Bar.Sed plenius in Spe.
de acto.ver.item quod in re propria autho
ratur,vbi enumerãtur xix.caſus in quibus
quis in re propria cognoſcit.

10 *Decimo queritur* † Officialis
commiſit exi
ſtens in offi-
cio aliquod maleficiũ poteſtas inquirit con
tra illum vel accuſatur coram eo dum eſt i
officio. Queritur an non comparens conſti-
tuatur in contumacia, vt ſic poſsit banniri.
De hac qõ.habetur in multis iuribus,vt pa
tebit ſtatim.Sed ex dictis omnium quos vi-
di ſic concludo, quod aut habet officiũ ſine
adminiſtratione hoc eſt dignitatem & con-
ueniri & banniri poteſt de quibuſcunq; ſi-
ue ante dignitatem ſiue in dignitate cõmiſ-
ſis.C.vbi ſena.vel cla.l.ij.Si vero habet of-
ficium cum adminiſtratione,tunc aut habet
officium perpetuum.& idem arg.eorũ quæ
habentur in l.principalibus.& l.præſes.ff.ſi
cer.peta.& ita tenuit Azo in ſum.de actio.
§.regulariter.verſi.quid ergo. Idem ſi ha-
bet officium ad beneplacitum cõcedentis,
quia cenſetur perpetuus l.iuriſperitos.ff.de
excu.tut.& l.ſufficit.de condi.inde.Si autẽ
habet officiũ temporale,aut conuenitur ex
delicto commiſſo in officio & poteſt quod-
cunq; habeat officium duntamẽ accuſetur
coram eo qui ſit ſuperior.C.ad l.iul.repe.l.
iubemus.in auth.vt diffe.iudi.§.ſi tamen,&
vt iudic.ſine quoquo ſuffra.§.illud,& ff.de
arbi.l.nam magiſtratus,cum ſi.Si vero con
uenitur ex delicto commiſſo ante officiũ.
& tũc aut eſt de iudicibus maioribus, quia
habet merum & mixtum imperium, & nõ
poteſt regulariter conueniri l.ij.ff.de in ius
voc.l.hos accuſare.de accu.de indi.l.pars li
terarum,& habetur ẽt in l.ſenatus.ff.de of-
fi.præſi.Fallit in adulterio in quo poteſt ci
tari,& tenetur cauere de iudicio ſiſti finito
officio l.ſi adulterium cum inceſtu.§.fi.ff.de
adul.Si vero eſt de minoribus vt ſunt regu
lariter poteſtates comitatus habentes ſolã
modo iuriſdictionem, & tunc poſſunt de q̃
buſcunq; conueniri.ff.de iniu.l.nec magi-
ſtratus.ad l.aquiliam.l.quemadmodũ.§.mu
nicipales.cum ſi.& no.per gl.in l.ſi præſens.
C.de epiſ.audi.& per Guil.in Spe.de accu.
verſi.ſed quid de minore, vbi allegat con.
cor.& ibi vide de materia.& in verſ. præce
denti.vbi ẽt remittit,& per Iaco.de Are.in
d.l.ſi præſens. Sed dubitari vidi ex eo ꝙ
in ciuitate eſt ordinamentum ꝙ nõ poſsint
diſcedere de poteſtaria ſub magna pœna.
An tunc poſsit in contumacia conſtitui, &
determinatum fuit ꝙ ſic,quia aut conueni-
tur ex delicto commiſſo in officio & illud
allegare non poteſt.C.de iude.l.iudei.& l.
nullus.Aut ex commiſſo ante.& idem quia
intelligitur ſine cauſa & ſuperioris præce-
pto.l.quid ergo.§.ſi hæres.de leg.j.l.qui ſer
uum.de verb.obli.l.fi.qui ſatiſ.cog.cum ſi.
Si aũt eſt tale crimen in quo poſsit per pro-
curatorem reſpondere,dicebat quidam nõ
excuſari a pœna.Sed forte id verum niſi in
actibus magni præiudicij,arg.eius quod ha
betur in c.querelam.de procu.de minori.l.
papi.exuli.& quod habetur i.§.ad crimen.

11 *Vndecimo queritur* † Pote-
ſtas ha
bet ar-
bitrium generale contra oẽs delinquentes
propter aliquam cauſam. creatur Barigel-
lus & datur ei arbitrium,& vt quæſtio red-
datur vtilior,dicitur ꝙ ipſe ſolus vel dun-
taxat cognoſcat. Queritur an poteſtas vir-
tute generalis arbitrij poſsit procedere cõ
tra Titium,qui poſt officium Barigelli deli
quit contra ſtatum, & ſi non comparet poſ-
ſit eum bannire.Hæc quæſtio eſt multũ vti-
lis,quotidie occurrens in ciuilibus etiam,et
tractatur in multis iuribus quorũ vt in prin
cipio tractatus dixi omnium mentionẽ non
faciam, ſed ex illis quæ infra dicentur om-
nia poterunt reperiri. & primo videtur ꝙ
poteſtas non poſsit cognoſcere,quia iuriſdi
ctio conceſſa vni iudici alteri denegari vi.
Caſus videtur in l.dominicis colon.C.vbi
de cauſa fiſ.Et videtur tenuiſſe in propoſi-
to Iaco.de Are.in l.quod in rerum.§.ſi quid
poſt.ff.de leg.j.& ibi tangit Bar.In contra-
rium ꝙ immo poſsit quia per iuriſdictionẽ
conceſſam iudici ſpeciali non intelligitur
ſublata in illo caſu iuriſdictio iudici gene-
rali.C.de offic.præfect.vrb.l.j.& ibi tangit
Bar.& videtur caſus cum gl.etiam ſi eſt di-

Source : BIU Cujas

ctio taxatiua in l.fi.iuncta l.cum aliquis.C. vbi cau.fiſ.& ita not.gl.in d.l.fi.Super quo multi multa dixerunt.dixit enim Bar. inter alia quæ ommitto,quod vbi apponit dictio taxatiua excluditur iuriſdictio ordinaria q̃ competit ex conſuetudine, vt ipſe not.in l. viros.C.de diuer.offi.lib.xij.ꝙ dictum eſſet multum not.ſi eſſet verum.Sed mihi videt ꝙ ſit contra dicta duo iura ſupra proxi.alle ga.Alij vero aliter dixerũt. vt patet ex no. per Guil.in l.fi.C.de iuriſ.om.iudi. per Ioã. And.in c.per hoc.de hære.lib.vj.per Bald. in l.pluribus.ff.de procu.& in l.præcedẽti. & in auth.habita.C.ne fil.pro pa.vbi aliter loquitur. Circa ꝙ ommiſsis ſuperfluis ſub correctione omnium mihi vr̃ ſic dicendum. Quod aut iuriſdictio ſiue imperium diuidi tur,vt quia tempore creationis officij alicu ius ſiue ẽt tempore acquiſitionis territorij in quo nouiter diſponit, dicitur de talibus cauſis cognoſcat poteſtas puta prati , & ſic de alijs,& de talibus cognoſcat poteſtas ci uitatis Florentie , & iſto caſu ſiue ſit dictio taxatiua ſiue nõ,nullus poteſt de iuriſdictio ne alteri conceſſa ſe intromittere l.conſul. ta diualiã.C.de teſt.l.ex facto.§.item quero. ff.de vulg.& pup.& ibi per Bald.Ang.in l. cum prætor.ff.de iudic.Si vero non diuidit iuriſdictio,ſed creantur ſeparatim vnus offi cialis vniuerſalis,alius particularis, tũc aut particularis creatur,vt ſuperior,vt puta iu. dex appellationum.Et tunc intelligitur de. rogatum iudici generali in his quę illi maio ri iudici conceduntur,arg.C.de accuſ.l.ab. ſentem.& ita no.per Bal.in l.ſi quis cũ pro. curatorio.§.fi.ff.de procu.Si vero non crea tur vt ſuperior,tunc aut iudex ſpecialis or. dinatur principaliter fauore publice vtili. tatis.& tũc regulariter alius non cognoſcit. C.vbi quis de curia.vel coar.l.ij.verſi.exce ptis.de quo in l.magiſterie.& l.fi.de iuriſd. om.iudic.& ex hoc vr̃ ꝙ ſi Barigellus fuit creatus ſuper eo tm̃ fauore reipubli. pote. ſtas de eo cognoſcere non poſsit,quia ſi eſt fauor reipublice ꝙ ille ſolus cognoſcat. ſe. quitur ꝙ lex ſiue ordinatio illius officij ſic debet intelligi.ff.de hære.inſtit.l.fi.de iudi. l.cum prætor.ff.de legi.l.cum lex.cum ſim. Pone enim ꝙ Barigello eſt data poteſtas ẽt de facto,& ſine aliqua ſolemnitate tales cõ demnãdi & puniendi, vt acrius terreantur in delinquendo.Poteſtas habet ſeruare ſta. tuta & ſolemnitates,certe tũc videtur in ca ſu illo iuriſdictionem ademptam poteſtati.

Si vero creatur nouus officialis priuile. gio perſonarum contra quas attribuitur iu. riſdictio,tunc aut priuilegium non eſt clau. ſum in corpore ſtatutorum & non tollit iu. riſdictio generalis,vt in auth.qua in prouin cia.& ibi no.vbi de cri.agi opor. Aut clau. ditur in corpore ſtatutorum id priuilegiũ , & tunc aut eſt facta conceſsio in cauſis pu. blicis,aut priuatis. Primo caſu non tollitur iuriſdictio ordinaria poteſtati niſi illud ex. primatur.C.in quib.cau.mil.l.j.& vbi cau. ſta.lib.ij.Secundo caſu tale priuilegiũ gene rale derogat iuriſdictioni,vt no.in d.authẽ. qua in prouincia.Si aũt creatur particulari ter officialis ratione cauſæ vel loci vel col. legij ſiue corporis,& tũc in dubio generali iuriſdictionis non derogatur niſi aliud dica tur.C.vbi cau.fi.l.fi.l.cum aliquis.& d.l.do minicis.& l.j.de offi.præfe.vrb. Ad præ. dicta examinanda ſi hæc diſtinctio non pla. ceret,videre potes.ff.de admi.tut.l.iij.§.fi. & l.ſi duo.de auth.tut.l.pluribus.Guil.in l. nemo.C.de iuriſdi.om.iudi.Iaco.de Bel.in d.l.fi.vbi cau.& Bal.in d.auth.habita.text. in authẽ.de defen.ciui.§.nullam.C.de pro. xi.ſacr.ſcri.l.in ſacris.& ꝙ ibi per Bar.Bal. ſuper rub.de vſi.feu.& C.de execu.& ap. pari.l.ij.lib.xij.Io.Mona.& Arch.in c.cum epiſcopus.de offi.ordi.Lap.in c.quia cõtin git.de reli.do.Ioan.And.in c.paſtoralis.de offi.or.& in Spe.eo.ti.§.j.ver.pręrermiſsis.

Rub.quæ ſolemnitates requiran. tur in banniendo.

SEQVITVR videre de tertia parte primi temporis, quæ ſolemnitates requiran. tur in bãniendo.& in ea exa minantur infraſcripti tituli quæſtionum.

SVMMARIVM.

1 *Primo generalis queſtio que ſolemnitates in genere requirantur.*

2 *An citatio inualida ſufficiat ad dationem banni.*

3 *An ſufficiat citatio ad domum.*

4 *An requiratur citatio ſi ex forma ſtatuti ca uetur quòd notorie infamatus de crimine poßit de facto puniri,condemnari,& ban. niri.*

5 *An debeat audiri allegans cauſas abſentie,et ſi non audiatur an valeat bannum.*

Source : BIU Cujas

6 *An teſtis qui depoſuit contra magnatem & fuit accuſatus de falſo, de quo ex forma ſtatuti non poteſt redargui, poſsit citatus non comparens in banno poni, an vero iudex a ſeipſo nemine opponente debeat accuſationem reÿcere.*

7 *Ex forma ſtatuti debet poſt certum proclama quòd dicitur bannum in proceſſu requiſitum poſt quòd inquiſitus vel accuſatus in cõtumacia & pro confeſſo conſtituitur, ſolui per comparentem reum certa dirictura ſiue gabella, alias nõ debet audiri. comparuit reus poſt dictum bannum negauit & gabellam non ſoluit, queritur an debeat procedi contra eum tanquam contra contumacem.*

8 *Quid ſi ſeruauit omnia requiſita comparẽs poſt contumaciã an ei incumbat onus probandi rem aliter ſe habere.*

9 *Si cauetur ſtatuto quòd nullus poſsit banniri niſi fiat proclama ſi quis velit defendere vel adeſſe cauſæ &c. fuit factum proclama ſi quis velit defendere & non fuit dictum vel adeſſe cauſæ. An poſsit in banno poni.*

10 *An tranſacto termino citationis vel banni quòd facit citatus haberi pro cõfeſſo requiratur p̃nunciatio vel cõtumacie accuſatio.*

11 *Si iudici conſtat intra terminum in citatione appoſitum citatũ abſque probabili cauſa non eſſe venturum intra terminũ poſsit eum bannire tanquã habitum pro cõfeſſo.*

12 *Quid iuris ſi inquiſitus & bannitus fuit Petrus Ioannis de populo ſancti Laurentÿ, et in illo populo non erat Petrus Ioannis, ſed Petrus Martini, vel erãt duo Petri Ioãnis.*

Tertia pars primi temporis.

1 PRIMO ergo quero generaliter †quę ſolemnitates in talibus bannis debeant obſeruari. Bal.i hac q.mixtim tractauit quoruncunq; bannitorũ materiam in l.j.C.de hęre.inſti. Sed ad propoſitum noſtrum dico ꝙ in talibus debẽt ſeruari ſolemnitates tradite a ſtatuto vel cõſuetudine ſi tradite vel conſuete ſunt ſeruari.ff.de legi.l.de quibus & ff.de teſti.l.iij.in fin. Si vero non eſt data forma ſtatuto aliquo, ſed ſolum viget ſtatutũ de quo dixi ſupra.ſ.ꝙ citatus certo modo habeatur pro confeſſo illa ſolẽnitate ſeruata, in cæteris ſeruari debet iuris cõis diſpoſitio l.ſancimus.C.de teſta.de ap.l.precipimus.cum ſim.& de iu.l.iudices. Nam vbi non ſit ꝙ ex forma ſtatuti generaliter per inquiſitionẽ procedi poſsit, opus erit quod procedat vel per viam accuſationis in omnibus & per omnia ſecundum formam l.in cauſis.C.de accu.& ff.eo.ti.l.libellorũ. vel per viam inquiſitionis in caſibus in quibus permittitur ſecundum no.per docto.in l.ea quidem.C.de accu.per Bar.in l.ij.§.ſi publico.ff.de adult.nouiſsime per Ang.in l.ſi vacantia.C.de bo.vacan.lib.x.& ſeruẽtur ſolemnitates in inquiſitionibus requiſite, de quibus per Iaco.But.inſtit.de publi.iudi.in princi.excepto eo quod contumacia facit citatum haberi pro confeſſo, quod ẽt eſt de iure cõi in caſibus in quibus contra abſentẽ ad diffinitiuam ſnĩam peruenitur. Illa enim contumacia litis conteſtationem inducit l.ij.C.vbi in rem ac.& per Bart.in extrauag.ad reprimen.ſuper verbo, conteſta.& illis ſeruatis poterit diffinitiue banniri. In qua ſententia debent ſeruari ſolemnitates alias de iure requiſite.C.de ſen.ex peric.reci.l.j.& ij.& quod no.per Bar.in d.extrauag.ſuper verbo, ſuper dicto crimine. Et circa hanc primam generalem q.poſſet queri An quando proceditur contra forenſem delinquentem in territorio, vel cõtra ſubditum alibi delinquentem, debent & in procedendo & in condemnando ſeruari ſtatuta iudicis procedentis an vero inquiſiti vel accuſati, & ſic delinquẽtis vel loci delicti in quibus quia ſunt notiſsime me aliter non impedio, remittens ad no.quæ ſi per oẽs in l.cunctos populos.de ſum.trini.& in l.ſi.ff.de iuriſdi.om.iudi.per Ioan.And.in addi.Spe.in ti.de compe.iudi.adi.§.j.ver.quid ſi conuenitur ſuper aliquo.& per Ang.in d.l.ſi vacantia. Cõiter tamen obſeruant conſuetudines locorũ iudicum procedentiũ, & quia ſtatuta etiam prouident regulariter huic articulo finem facio.

2 *Secundo ergo quero* †an citatio inualida inducat contumaciam, et ſic poſsit tanquam confeſſus bãniri & ſic inualide citatus. Ad hoc reſpondeo quod nõ, immo inualiditas cita-

tionis reddit bãnum nullum ſecundũ Bal. in l.j.in fi.ff.ſi quis ius di.non obtẽ. vbi allegat l.vir bonus.ff.iud.ſol. Facit ẽt ff.de adul te.l.accuſaturus. & l.ſi pater.C.ne de ſtatu defun.et quod per ipſum Bal.generaliter dicitur in l.j.C.ne ex delic.defunc.vbi generaliter declarat actus iudiciales qui nulli ſunt nullum effectũ producere.Et ideo ſiue citatio non ſit facta ſiue ſit & non legitime, vel etiam incerta nullum erit bãnum.l.aut qui aliter.§.j.in princip.& l.pe.in fi.ff.ꝙ vi aut clam,& ibi per Bart.& erit adeo nullũ ꝙ non obſtante ſtatuto excludente nullitatem,nihilominus talis nullitas poterit allegari cum a iure deſcendat.& ſic ſublata nõ videtur,vt in cle.paſtoralis.de re iudi.cum ibi not. in cle.ſepe.de ver.ſigni.& per Bal. in l.j.ff.de mil.teſta.in l.ſi filiusfamilias.i prin ci.de dona.& in extrauagan.ad reprimen, ſuper verbo, ſine figura.

3 *Tertio quero* † An ſufficiat citatio facta ad domũ? Hęc q̃ſtio fuit Gan. & eam refert etiam Albe.vbi ſupra.l.q.& primo arguit ꝙ ſufficiat.l.j.ff.de libe.agno. & quod vi aut clam.l.aut qui aliter.§.ij.

In contrarium ꝙ non, quia iſtud bãnum eſt pœna contumacie,argu.de ven.inſp.l.j. §.quid ergo.& de admin.tut.l.j.& l.ſi quis ius di.non obtem.cum ſi.ſed ignorans non poteſt dici contumax.loca.l.ſi ignorans.de act.& obl.l.ex maleficijs.& videtur expreſſum.ff.quæ ſen.ſine ap.re.l.j.§.item cũ ex edicto.Dicit de conſuetudine obſeruari q̃d ſufficiat citatio ad domum,intelligẽdo domum in qua habitat cum familia.l.iiij.§.toties.ff.de dam.infec.& d.l.j.de liber.agno. & de ver.ſig.l.in l.cenſoria,dũmodo ipſius perſone præceſſerit diligens inquiſitio & reperta non fuerit, quia citatio ad domum eſt ſubſidiaria,vt dictis iuribus.& in c.cauſam quæ,de dol.& contu.& de eo qui mit. in poſ.rei ſeruan.cauſa.c.fi.& ibi per Inno. Ad ꝙ alle.C.de anna.excep.l.ut perfectius. Dy.autem tenebat indiſtincte ſufficere citationem ad domũ per text.in l.ſcire oportet.§.oportet.ff.de excu.tut.ꝙ non eſt verum, quia ille tex.qui loquitur alternatiue debet intelligi ſecundum iura prædicta ſcilicet non inuento citato perſonaliter.& ita tenet Bart.in d.§.toties.Si vero fuerit in iudicio puta quia oppoſuit dilatorias indiſtincte ſufficit citatio ad domũ, vt in auth.qui ſemel.C.quomo.& q̃n iud.& dictum eſt ſupra domus intelligitur etiam cõducta.l.lex cornelia §.domum,de iniurijs,& d.l.j.& ſi habitat in diuerſis locis vel in diuerſis parochijs.Vide glo.in cle.cauſam.de electio. & Dy.& Bart.in l.quod ſi dubitet.ff.de acqui.hęr.& d.l.iiij.§.prætor.Ad apothecam autem non poteſt fieri citatio vt dicatur ad domum facta,vt d.§.domũ & ibi plene per Bart.Nec dicat quis prædicta iure loquuntur in ciuilibus,quia regulariter pariter ꝓceditur in criminalibus.l.abſentẽ.ff.de pœ. & l.inter accuſatorem.ff.de pub.iud.Hæc diſputatio eſt vtilis vbi nõ ſunt ſtatuta quę ſic , vel aliter prouideat.& vide Bal.in l.j. ff.de legi.vbi arguit quod citatio ad domũ non ſufficiat niſi aliter diſponatur a ſtatuto. allega.C.de decu.l.decurionibus . & quod not.l.j.§.aduerſus.de oper.no.nun.Et iſtud equius licet primum de iure verius ſecundum iuris regulam ſupradictam.

4 *Sed quero* quarto † ſtatuto cauetur ꝙ notorie infamatus de falſitate poſſit de facto puniri condemnari & banniri nulla iuris ſolemnitate ſeruata.An tunc in datione banniri requiratur citatio? Et videtur ꝙ non, quia vt dixi ſupra proxima q.in fin.in criminalibus proceditur eo modo quo in ciuilibus, ſed in ciuilibus verbum de facto tollit citationem , vt habetur in l.verum.§.ex facto.ff.de minor.ergo idẽ in criminalibus. & videtur notari in l.ictus fuſtium.ff.de his qui notan.infami. & hoc videtur voluiſſe Bart.in quodam ſuo conſilio quod incipit, punctus quæſtionis.In contrarium uidetur, quia per verba quantumcunq; lata non videtur tolli defenſio quæ eſt de iure naturali , immo regulariter tolli non poteſt.l.vt vim ff.de iuſti.& iur.C.de iure fiſc.l.defenſionis facultas.lib.decimo quinimmo in brutis conceditur.l.j.§. cum arietes. ff. ſi quadrupau.fe.dic. Sed per citationem datur parti copia defenſionis,ergo illa non tollitur. Citauit enim Deus Adam, & tamen potuiſſet eum de facto punire . Pro ſolutione huius q̃onis aduertendum puto ꝙ quandoq; verbum de facto regulat capturam tantum , & tũc fateor quod nõ requiritur citatio . Non enim tunc tollitur citatio , ſed loco verbalis,fit citatio perſonalis,quæ in multis caſibus de iure permittitur l.neque.ff.de in ius voc.Et l.ait prætor.§.ſi debitorem.de his quę in frau.credi.per Bar.in l.conſentaneũ. C.quomo.& quando iudex. Non enim tũc tollitur defenſio, ſed peruertitur, quia vbi alias potuiſſet ſe defendere ante capturam, nunc cogetur captus ſe defendere , & ſic non obſtant in contrarium allegat. Quan-

Source : BIU Cujas

doq; verbum de facto regulat cognitionẽ,
vt quia dicitur in ſtatuto ꝙ poſsit de facto
cognoſci.& tunc puto quod requiratur ci-
tatio per iura & rationes pro hac parte al-
legatas,ac ẽt quia cognitio non poteſt fieri
niſi partium aſſertione.l.fi.C.de fruc.& li.
expen.Non ob.glo.§.ex facto,quia verum
eſt quod tolluntur iuris ſolemnitates,nõ au
tem tollitur defenſio vt in alijs iurib.alle-
ga.quod ẽt patet, quia vbicunq; poteſt cõ-
tra abſentem procedi,iudex a ſeipſo debet
defenſiones partis aſſumere.l.j.in fi.ff.de q.
l.ſi nõ defendãtur.ff.de pœ.Qñq; dicta ver-
ba regulãt executionem, vt quia dicitur ꝙ
poſsit de facto puniri.Et tunc aut adijciun-
tur poſt omnino liquidatũ crimen,& credo
ꝙ tunc non requiratur citatio.conſtat enim
quod nullas defenſiones habet,& ita poteſt
verificari gl.in d.l.ictus fuſtium.quæ loqui
tur contra captum in flagranti crimine.Et
facit quod no.per gl.in l.ij.de furtis Bal.Si
vero non eſt omnino liquidum, ſed ſolum
iuris prẹſumptione,quia ſtatutum dictat qđ
bannitus propter contumaciam captus de
facto debeat puniri,tunc puto quod ẽt ei ſit
aſsignandus aliquis terminus licet poſsit
eſſe breuis ſi aliquam defenſionẽ haberet.l.
iij.§.ſi ad diem.& ꝙ ibi per Iaco.de Are.ff.
de re mili.& facit.d.l.j.in fi.de quẹſti.& qđ
habetur in l.fi.C.depoſi.Et ideo in propoſi
to puto quod licet quis notorie diffametur
de falſitate,nihilominus iudex debeat eum
ſaltem ſemel citare anteꝗ̃ poſsit eũ in ban-
no ponere. Ad quod faciunt quæ no.in l.il-
licitas.§.veritas.ff.de offi.prẹſi.Satis enim
de facto fit ſi illud ꝙ alias fieret,in xx.die-
bus fit in duobus vel tribus ,& ſic ſine ſolẽ-
nitate & temporis dilatione, vt not.in d.§.
ex facto.& ita ſeruari feci de iure cõſultus
dictante ſtatuto,ꝙ proconſul notariorũ ſta-
tim quod ſibi præſentetur condemnatio fa-
cta de falſitate alicuius notarij , debeat ip-
ſum de facto abradere de matricula. debet
enim citari antequã abradatur , vt in d.§.ſi
ad diem.& per Iacob.de Aret.In propoſita
vero.q.ſi iudex ad probationem notorij ſe
cundum ea quẹ habentur in l.j.C.qui et ad-
uer.quos.& in l.ciues.C.de app.& de accu.
euidentia. cum concor. feciſſet citari infa-
matum cum in terminatione deponendo in
banno,& ille non comparuiſſet, forte tunc
facta probatione alia citatio non requirere
tur per not.in l.de pupillo.§.nuntiatio.ff.
de no.ope.nũ.& in l.ij.C.de epiſ.audi.qua-
ſi tunc omnino dicatur crimen liquidatũ,
vt dixi ſupra.

5 Quinto quero †Poteſtas inquir[it] contra Titiũ vel aliter procedit,fa-
cit eum citari debita format,Titius nõ cõ-
paret,ſed infra terminum citationis compa-
ret eius amicus allegans cauſas abſentiæ,
puta legitimum impedimentum,morbum,
vel quid ſimile, quem iudex debet audire
ſecundum no,ut l.ſeruum quoq;.§.publice,
ff.de procur. ẽt ſine aliqua cautione de ra-
to,vt ſentit glo.in l.exigendi.C.de procu,
& apertius in l.in eo.§.nemo,de reg.iur.q.
ritur an teneatur eum admittere,adeo ꝙ ſi
eum non admittit, ſed ad vlteriora proced[it]
valeat , vel non valeat bannũ.In hac q.di-
xit Bart,in extra.ad repri.ſuper verbo ne-
glexerit,quod ſi ille amicus obtulit ſe pro-
baturum impedimentum,et iudex eum cõ-
tempſit,proceſſus eſt nullus quaſi per eum
ſtet quominus certus fiat, alias dicit tenere
proceſſum allegat de appel. c.interpoſita.
Et idẽ ſed nõ ſic clare dicit.C.quomodo &
qñ iudex.l.cũ nõ eo.die,dicit tñ quod par-
ti remanet ſaluum ius petendi reſtitutionẽ
ex cauſa iuſte abſentie.C.quomo.& quan.
iud.l.ab eo.& ff.de in integ.reſti.l.fin.& q
ibi no.Et ſic in quæſtione ſit concluſio ꝙ ſi
talis comparens non offert ſeparatum pro-
bare,tenet proceſſus & admitti nõ debeat.
Si vero ſe offert probaturum,tunc nõ poſ-
ſit ad vlteriora procedi , & ſi procedi pro-
ceſſus eſt nullus. Et ſic bannum nullũ quod
eſt no.Quod eſt verum duobus concurren-
tibus, vno ꝙ alleget cauſas abſentie conſi-
ſtentes in facto vt morbum carcerẽ,vel ali-
cauſam abſentie facti.Si vero allegat cau-
ſas conſiſtentes in iure puta aliquod priui-
legium,tunc non auditur ſine mandato ſuf-
ficienti,aut ſine cautione de rato.Ita tenuit
Innoc.in c.veniens.de accu.& ſequit Bald.
in d.l.exigendi.& in §.publice,de proc.Si
autem iudex vellet qui ſatiſdaret de repre-
ſentando reum finita cauſa impedimenti
non cogitur defenſor talem ſatiſdationem
prẹſtare ſecũdũ no.per Io.An.in addi.Spe.
ſuper rubrica,de defenſore.& ideo ſi tunc
ad vlteriora procederet bãnum nullum eſ-
ſet , ſed tunc opponitur.Et videtur ꝙ non
propterea bannum reddatur,nullũ,ſed poſ-
ſit reſcindi per beneficium reſtitutionis,vt
videtur caſus in l.ij.C.quib.ex cau.ma.&
ibi per docto.Sed poteſt reſponderi ꝙ illa
lex loquitur qñ iudici non conſiſtit citatum
eſſe carceratum vel per eum non ſterit quo
minus ſibi conſtaret, tunc enim proceſſus
valet,vt ibi,Si vero ſciuit vel per eum ſte-

Source : BIU Cujas

ſit quominus ſciret proceſſus nullus eſt vt dictum eſt. Ad quod. ff. de re iudica. l. queſitum & l. furioſo. cum ibi no. Requiritur ſecunda quod defenſor obtulerit ſe paratum probare per veras probationes. l. iij. §. ſi ad diem. l. qui commeatus. ff. de re mili. ſecundum Iac. de Are. Non autem ſtatuto aliter non diſponente ſufficeret iuramentum niſi ſecundum conditio. & qualitatem cauſe & perſone comparentis. & ita intelligo ꝙ no. per Guil. in Spe. de appel. §. breuiter. verſi. quid ergo vbi alleg. l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excu. tut. Et probatur per l. quoties. C. de nau. li. xj. C. de repu. auth. hodie. & l. non omnis. §. a barbaris. de re milit. & ita concordo Guil. & Bar. qui varie loquũtur in l. ij. §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis cau. Vnum non omittens quod ibi ſcripſit Bal. quod qui ſemel admiſſus fuit ad probandũ per iuramentum, iterum nõ admittitur per iuramentum, arg. in l. fi. C. de bo. autho. iud. poſ. ſecundum intellectum Iac. de Are. quẽ ibi ſequitur Bart.

6 *Sexto ſtatuto* †cauetur ꝙ teſtis q depoſuit cõtra magnatem non poteſt redargui de falſo. Titius qui depoſuit contra magnatem fuit de falſo accuſatus & citatus non comparuit, queritur vtrum dicatur contumax & ſic debeat bãniri, an vero iudex habeat a ſeipſo exceptionem opponere & eum non bannire. Hæc. q. formatur per Bar. in l. abſentem. ff. de pœ. et ſuper ipſo conſuluit, vt patet in conſil. ꝙ incipit, A domino Cyn. in ver. ſuper quarto. Et ꝙ cõmuniter habetur ꝙ ſcripſit in l. abſentem, ac ẽt quia aliqua eſt variatio, quia in l. abſentem, ponit ſimpliciter cõtra teſtem fuiſſe proceſſum. In cõſilio vero dicit ꝙ iudex formauit inquiſitionem, vt videmus an aliqua ſit diuerſitas, eius cõſilium miſeram de verbo ad verbum. Formata itaq; inquiſitione oſtenditur primo ꝙ valeat proceſſus, & ſic poſſit condemnari, licet enim agens omni exceptione careat tñ proceſſus valet in ſe, ꝙ patet quia ex eo põt ſequi condemnatio licet indebite. C. de condi. inde. l. j. ff. mã. l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus, & tex. dicit expreſſe in c. abbate ſane. ver. quoniam. de re iudi. li. vj. Præterea licet ſit præſumptio iuris & de iure ꝙ non dixerit falſum tamẽ admittitur probatio in contrarium per cõfeſſionem. in auth. de equali. do. §. aliud & ibi no. gl. ſuper ver. ſinautem. ſcribitur per Azo, in ſum. de do. ante nup. & per Cyn. C. de do. ante nup. in auth. ſed iam neceſſe. Teſtis autem patiendo ſe poni in banno videt confiteri, ergo &c. Præterea qñ primo tempore fuit actio licet aliquo caſu ſit extincta poteſt pati quis conueniri, & condemnari de facto. ff. de exhib. l. hoc ſi quis. §. quantũ. & de rei ven. l. ſi poſt acceptum. Sed ipſe teſtis non comparendo videtur pati ſe conueniri & condemnari &c. & per hoc tolluntur omnes rationes quæ dicũt quod lapſum eſt tempus inquirendi. Et contrarium videtur ꝙ non poſſit condemnari, quia iudex ẽt parte nõ opponẽte, ſed expreſſe cõfitente maleficium poteſt, & debet defenſionem eius querere. Caſus eſt no. ff. de queſti. li. j. in fi. & ff. de pœ. l. ſi vero defendantur. in fi. ibi dum dicit, & ſi quis cognoſcit debebit de eorum innocentia querere. Facit ff. de appel. l. non tantũ. ff. de epiſ. aud. l. additos. vbi inuita parte quis alle. & eam defendit. Ad idem qñcunq; abſente parte poteſt ferri diffinitiua ſententia iudex pro eo ex ſuo officio perquirit veritatem. C. quo. & qñ iud. authẽ. ſemel. ibi, perquiſita veritate. & C. de appell. l. ampliorem. in princ. & ibi no. per gl. licet ibi dicat ꝙ ſit speciale, tñ generale eſt, ẽt in principali nõ poteſt ferri ſententia diffinitiua. l. properandũ. §. & ſi quidem. §. ſeq. C. de iud. Quid ergo dicemus, dico ſic, qñq; liquet iudici euidenter non eſſe culpabilem vel nullum delictũ commiſiſſe, & tunc licet ſit cõtumax & habeatur pro confeſſo, non tñ poteſt condemnari per iura ſupra alleg. proxime. Quid enim ſi elapſo termino banni iudex viuum videt quem contumax dicitur interfeciſſe. certe non poterit condemnari ne plus operetur ficta cõfeſſio ꝙ̃ vera l. inde neratius. in fi. cũ l. ſeq. & ad l. aquil. Quandoq; nõ cõſtat iudicem non eſſe reum culpabilem ∴ tñ conſtat per hanc fictã confeſſionem de maleficio. Sed conſtat ꝙ reus de crimine non poteſt redargui, quia habebat pro ſe præſumptionem iuris & de iure, tunc credo ꝙ poſſit & debeat eũ condemnare, quia per confeſſionem poterat probari contra eũ. & tunc conſtat & eſt probatũ per illam fictam confeſſionẽ, vt ſupra probatum eſt. Et per hoc apparet, ꝙ ipſe citatus debet comparere, quia iudicium poterat habere effectum. Non ob. ꝙ dicatur ꝙ tempora ſunt elapſa, quia ẽt tunc dico talis inquiſitus poterat cõtumacia condẽnari, quia ipſe accuſationem non tollit ipſo iure, ſed parat exceptionẽ. l. ſi maritus. §. præſcriptiones. ff. de adulte. &

Source : BIU Cujas

C.eo.ti.l.adulter.quam exceptionẽ pôt ſimpliciter ommittere & non opponere & ſequitur contumacia, vt in d.§.præſcriptiones.Præterea poteſt pati ſe in banno poni de facto,vt dictum eſt.Hęc in conſilio.In l.abſentem in fi.concludit ſic.Concludo ergo ex omnibus prædictis ꝙ circa abſentẽ ꝙ habetur pro confeſſo non poteſt procedi ad condemnationem qñ iudici liquet aliquid propter ꝙ apparet illud non eſſe maleficium,ſecus ſi appareret aliquid propter ꝙ ille poteſt ſe tueri, maleficium tñ eſt cõmiſſum.Vides ergo omnibus ſuis coniunctis ꝙ ita permittit iudicem inquirere ſicut partem accuſare quæ videntur in ſe habere differentiam.Nam ſi iudex videt anteꝗ̃ formauit inquiſitionem ꝙ teſtis non poteſt redargui niſi præſumptione iuris, & de iure non eſſe maleficium illud de quo inquirit, & ſic videt ſibi non competere ius inquirendi propter ꝙ difficile videtur ꝙ dicit, poſsit inquiſitionem tenere, licet forte ſecus ſit in accuſatione in qua iudex tantũ non poteſt, quia tñ eius authoritas magna eſt,& quia a potentia accuſandi iudicatur etiam potentia inquirendi,vt l.non ſolum.§.quanꝗ̃.ff.de iniur. Non audeo ab eius doctrina diſcedere præſertim ſi ex tenore proceſſus non conſtat ꝙ ille popularis teſtificatus fuit contra magnatem licet in veritate ſic fuerit.Tunc enim tenet citatio, & per conſequens inducitur confeſsio.l.ex quocunq; ff.ſi quis in ius voc.nõ ier. Quod credo verum niſi ſtatutũ talem teſtem a iuriſdictione iudicis eximeret pro teſtificatione prædicta.Tunc enim non teneretur cõparere, & ſic non induceret ficta confeſsio. & idem ſi ſtatutũ annullaret actũ qui fieret in contrariũ per ea q̃ dixi ſupra parte proxi.q.ij.et ad illud quod de præſcriptione.dixit Bart.vide q̃ dicã infra tpe ij.par.ij.q.v.

7 *Septimo queritur* † ex forma ſtatuti cauet ꝙ in criminalibus quis debeat perſonaliter vel ad domum bis citari,deinde ſi nõ comparuit debet citari per proclama ſiue bannũ præconis cũ termino trium dierũ quo termino elapſo habeatur pro confeſſo.Si tñ vult cõparere ante bannũ ſiue ante ſñiam diffi.poſsit dum tñ anteꝗ̃ compareat ſoluat certã quantitatem pecunie,puta ſolidos x.alias nõ audiatur dictante ſtatuto hoc modo videlicet & ſi intra poſt terminũ ſibi datũ in tali banno comparuerit ante condẽnationem factã, & ſoluerit, tunc qñ poſt terminum venerit cõi gabelle nomine ſolidos x.pro tali bãno eximat̃ de ipſo banno nihil vlterius ſoluẽdo.Et ſi dictos ſolidos x.non ſoluerit, non intelligatur eſſe exemptus, ſed contra eum tanquam contra contumacem procedi debeat &c.Eo vero comparente dat certum modum procedendi.Titius accuſatus vel inquiſitus poſitus fuit in banno & poſt terminum aſsignatum comparuit, negauit,& ſatiſdedit, quia ſic patiebatur natura delicti,ſed gabellam nõ ſoluit.Queritur an iudex poſsit eum tanquam contumacem cõdemnare ſiue bãnire.Et quid ſi poſt aliquot dies ſoluit.& ſolutio ĩ iudicio producta fuit. Cum hęc qõ eſſet de facto dicebam ſic. Primo videtur ꝙ non poſsit banniri tanꝗ̃ cõtumax qa ſufficit ꝙ fiat ſolutio poſtea quãdocunq;.l.vniuerſa.C.de preci.impe.offe. Sed aduertendum ꝙ aliquando aliquid debet fieri ante actum vel in ipſo actu.& tunc ſi non fit,actus eſt nullus.l.in vniuerſis.C.q da.tut.poſ.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.de acqui.hære.l.obligari.§.tutor. de auth.tuto.Aliqñ debet fieri poſt actum, & tunc loquitur lex vniuerſa.& ibi not.per Bart.& Bal.videndum eſt ergo in propoſito an requiratur ſolutio gabelle ante comparitionem an poſt.Et certe dicendũ eſt ꝙ requiritur ante comparitionem ꝙ eſſe verum dicebam oſtendi ex pluribus verbis ſtatuti. Primo ex natura verbi ſoluerit,ꝙ licet poſſet adaptari ad præteritũ & futurũ,l.ſi iam facta.& l.ſolemus.ff.de cõdi.et demon. Tñ qñ ex aliquo adiũcto declarat̃,intelligit̃ de præterito vel futuro ſecundum declarationẽ, vt no.per Bart.in l.oẽs populi. & in l.j. de his q̃ pe.no. & l.nõ aliter.de leg.iij Sed ex dictione,tũc, quæ denotat extremitatẽ, vt l.iiij.de cõdi.et demon.et l.lecta.ff.ſi cer.pe.vbi ad initium tpis refertur,Item ex dictione venerit quę intelligitur in futurũ,patet ꝙ requiritur ꝙ ſoluerit anteꝗ̃ venerit, dicit enim ſi quis venerit poſt terminũ bãni,& tunc ſoluerit &c.& ita intelligi debent ipſa verba,ex quibus liquet ꝙ prędixi.Et probatur in ſimili.in auth.de nup.§.ſi vero incertũ, & ibi no.ſuper verbo,quinquẽnium. Secũdo ſi eſſe verum patet,quia acceptando eius comparitionem eũ de bãno eximit,procedit enim tanꝗ̃ contra pręſentem,ſed non debet eximi niſi ſoluerit,et non intelligitur exemptus ergo loquitur de ante facta ſolutione, quia alias illa verba non poſſent verificari,Præterea vbicunꝗ̃

Source : BIU Cujas

verbum quod habet ſignificatum temporis præſentis & futuri ſi intelligitur futurum inducitur abſurdum ſemper intelligitur in præteritum dicta l.prima de his quæ pœnæ no,ſed ſi dicamus ꝙ ſufficiat poſtea ſoluendo poterit poſt negationem differre quouſque videat dicta teſtium. Et ſi viderit nõ probare ſoluet, ſi viderit probare non ſoluet, & ſic datio fideiuſſoris non valebit, eritq; tunc iudicium eluſorium, quod eſſe non debet.ff.de iudi.l.ſi pretor. Et quod habetur in.§.publice. Vt igitur hoc abſurdum non contingat, & ſic detur poteſtas reo eludendi iudicẽ,intelligatur in ſignificatu præterito non in futuro. Pro iſta determinatione facit ꝙ not.per Bart.in l.j.§.fi.ff.ne quis eum qui in ius voc.eſt vi exi.& l.ſi tutor. C.in quib.cau.in integ.reſti.nõ eſt neceſſa. vbi determinatur quod quãdo ſolutio, decime, vel alias ſolemnitas requiritur ante actum,quicquid fit illo ante non obſeruato, nullum eſt ipſo iure. Et ideo in propoſito debet contra ipſum procedere,tanq̃ contra contumacem ꝙ eſt verum eo bis citato. Si autem ſemel fuiſſet citatus,non teneret bãnum cum fuerit peccatum in forma ſtatuti ſecundum Iac.de Are.per l.non ſunt liberi. in princ.ff.de ſtatu homi.ꝙ ſequit ibi Ray. & alle.l.iulianus.§.ſed & ſi quis.ff.ad exhi. & l.prolatam.& quod ibi no.C.de ſenten.

8 *Octauo quero* † dictus reus poſt contumaciã, & ſic poſtq̃ fuerat habitus pro cõfeſſo gabellam ſoluit, comparuit & negauit. Queritur cui incũbit onus probandi. An ſibi, an accuſanti vel inquirenti? Dicendum arbitror in hac q.ꝙ ſi proceſſus fiat ex ſtatuto relato ſupra proxi.q.tranſit res ſine dubio,quia facta ſolutione exẽptus intelligitur a banno, ergo & a contumacia & confeſſione quę ex illo reſultat.l.fi.C.de ſenten.paſ.cum ibi no.& l.j.in fi.ff.de queſti.& ita ſemper hic practicat. Si vero proceſſus fiat ex vi alterius ſtatuti ꝙ introducat ex contumacia confeſionem,& de comparente poſt bannũ ante ſentẽ.nihil dicat reſtat aliqualis dubitatio ſi enim contumacia cõfeſsionem introducit, ſequi vr̃ illam reuocanti incũbere onus probãdi illam erroneam fuiſſe ſecundũ not.in l.error.C.de iur.& fac.igno.per gl.& doc.in l.non fatet. ff.de confeſ.& per Guil.in Spe.de cõfeſ.§. fi.ad fi.ver.cætera.& in c.fi.de cõfeſ. Cũ ficta cõfeſsio ſpõtanee & vere cõfeſsioni eq̃paret per ſtatutũ,& ſic idẽ in vna ꝙ in reli. qua,de leg.j.ꝙ ẽt uoluit Bar.in l.abſentẽ.de pœ.& in alio caſu,ut dixi ſupra q.vj.hac ea dẽ parte. Sed p̃dictis non obſtãti.veritas eſt in cõtrariũ ꝙ ad p̃ſens breuiter oſtendit ſic. contumacia & mora iudicialis idẽ ſunt l.& ſi poſt tres.ſi quis ca.ſed mora iudicialis põt purgari vſq; ad ſnĩam l.ſi cũ exceptione.§. hęc aũt actio.ff.ꝙ met.cau.ergo & talis contumacia. Purgata aũt contumacia non põt obijci confeſsio q̃ ex illa reſultat,q̃a ceſſante ſubſtãtia ceſſat qualitas.ff.de vſufr.leg.l. j.Scdo quia nedũ effectus priuationis ipſius defenſionis inductus a contumacia tollit̃ p comparitionẽ ante ſen.quinimmo tollit̃ per cõparitionẽ factã poſt ſen.iudice tñ adhuc ſedente pro tribunali.ff.de in integ.reſti.l. diuus.Ibi enim qui alias non admitteret̃ ad appellandũ obſtãte uera cõtumacia admittitur ſi cõparet iudice adhuc pro tribunali ſedẽte. Ita in propoſito, quia nõ admitteret̃ ad negandũ poſt ſen. admittatur ſi ante illã cõparet cõtumacia non obſtã.& vide q̃ dicã infra ſtatim.q.x.& ĩfra hoc eo.tẽp.parte vi.q.ij.ex q̃bus roborat̃ deciſio ſupradicta.

9 *Nono* ſtatuto † aliquo cauet̃ ꝙ anteq̃ quis bãniatur debeat p loca publica p proclama aſsignari terminus triũ dierũ intra quẽ quilibet qui velit defendere reũ,vel adeſſe cauſe poſsit cõparere alias nullus poſsit banniri. Iudex procedẽs contra Titiũ fecit fieri proclama. per loca publica quod quicũq; uellet defendere Titiũ cõpareret intra terminũ trium dierũ, & nihil dixit de eo qui vellet adeſſe cauſę. Querit̃ an Titius poſsit bãniri,hãc q poſuit Ia.Bu.in l.hi qui.ff.de poſtu.Cõcludẽs quod non põt bãniri, & ſi detur bannũ ꝙ non valeat, quia non oĩa ſolẽnia ſeruata ſunt, nã aliud eſt defendere,& aliud adeſſe cauſæ, vt ibi.& ſic cũ vtrũq; debuit exprimere ſi vnũ omiſit ſolẽnia non ſeruauit. Idẽ tenuit Alb.vbi ſupra q.xcviij.alle.l.fi.de in inte.reſti.& de itine.actuq; pri.l.j.§.hoc interdictũ. Facit ff.de trãſa.l.cũ hi.§.ſi pretor. & de procu.l.paulus.& q̃d dixerunt Hoſti. Inno.Io.An.in c.ij.de conſue.vʒ ꝙ ſolẽnitas ſiue forma data actui debet fieri et dicendo exprimi,aliasactus eſt nullus.et ad hoc Bal. in auth.qui ſemel.C.quo.& q̃n iud.alle.gl.i c.j.de mili.vaſ.qui cõtu.eſt pro hoc q̃d dixi ſupra in fi.vij.q.& p hoc dixi i l.paulus.q̃d ſi cauet̃ ſtatuto ꝙ iudex nõ poſsit per inquiſitionẽ ꝓcedere, niſi prius requiſito iniuriã paſſo an velit accuſare.denũciare uel notificare,quodcũq;.n.ommittat nõ tenet proceſſus p iura p̃dicta. Aliud eſſet ſi diceret̃ q̃d debeat citari vt cõpareat ipſe vel alius ꝓ eo,

Source : BIU Cujas

quia tunc licet omittatur illud vel alius ꝓ
eo. nihilominus poterit in bãno poni, quia
illud a iure intelligitur, vt l. fi. C. de procu.
& no. in. l. ſi minor. de bon. auc. iud. poſ. &
ideo illa expreſſo nihil operatur. l. iij. de le
gi. ſecundum Iac. bu. & Bald. in. d. l. fi. de ꝓ-
cur. Dic tamen quod intelligitur vt legiti-
me compareat, vt l. ſed ſi vnus. §. ſi procura
torẽ. ff. de iniur. Ratio diuerſitatis ideo eſt
quia in primo caſu ſtatutum requirit quid
diuerſum, in ſecundo idẽ. aduerte quia quã-
do aliquid exprimitur pro forma etiã ſi ſit,
tacitum, illud debet ſeruari, & dicendo ex-
primi ſecundum Hoſt. Inno. & Ioan. and. in
ca. ij. de conſue. & in c. j. de bap. & ideo di-
xit Old. conſulendo ꝙ licet in domino ſuf
ficiat tacita reuocatio procuratoris, vt in c.
ſi quem. de procu. lib. vj. Non tamen ſuffi-
cit in procuratore conſtituto cum potentia
ſubſtituendi & reuocandi, & ideo eſt quia
domino a lege vel ab homine nulla forma
tradita eſt, ipſi autem ꝓcuratori forma tra-
dita eſt, ergo illa & factis & verbis ſeruan
da eſt, vt in c. cum dilecta. de reſcrip. vt ipſe
reſcripſit in conſil. cxxxiij. Aduerte etiã
ꝙ tacitum expreſſum ab eo qui poterat ali
ter ordinare operatur, vt ammodo tacitum
locum non habeat, vt l. talis de lega. j. Item
& ſi non poſsit tacitum tollere, tamen illud
expreſſum operatur in fauorem eius ꝓ quo
diſponitur. l. titia. ff. ad. l. fal. & l. iiij. §. ſi qs
condemnatus. ff. de re iudi. & ſic concludit
ꝙ dictum Iacob. & Bal. non procedit & ꝙ
niſi illud exprimatur in proclamatione nõ
poterit in bãno p no. ꝑ Bar. in d. l. iij. de le. j.

10 *Decimo queritur.* † an poſt la-
pſum termi-
ni qui facit
reum contumacem haberi pro confeſſo re
quiratur quod accuſet contumacia vel fiat
pronunciatio eum haberi pro confeſſo an-
tequam perueniat ad bannum diffinitiuũ.
In primo dixit Bar. quod non, quia licet in
ciuilibus talis accuſatio contumacie requi-
ratur l. properandum. §. j. C. de iudi. Tamẽ
in criminalibus non eſt ita ſiue procedatur
per inquiſitionem ſiue per accuſationem,
quia accuſatore defuncto vel deſiſtente po
teſt iudex adulteriora procedere C. de abo
li. l. ij. ff. de pub. iudi. l. penul. in princ. ita di-
xit in extrauag. ad repri. ſup verbo, negle-
xerit. Cautius tamen eſt quod contumacia
accuſetur vel ꝙ per accuſatorem ab initio
detur iudici potentia procedendi vſq; ad fi.
&c. vbi etiam ſentit Bar. Super ſecundo vi
detur dicendum ꝙ requiratur pronuncia-
tio quia vbicunq; contumacia inducit fictã
confeſſionẽ. requiritur iudicis ꝓnunciatio,
vt habetur in l. ij. §. ꝙ ſi actor C. de iur. ca-
lum. in. c. ij. de confeſ. lib. vj. & in. l. eius qui
delatorem. ff. de iur. fiſ. per Bald. in c. vaſſal
lus. ſi de feu. fue. contro. vbi tradit ad pro-
poſitum notabilem doctrinam, videlicet ꝙ
vbicũq; aliquid pendet a motu iudicis ſem
per requiritur pronunciatio. Facit ꝙ habe
tur in authẽ. hoc amplius C. de fideiuſ. Poſ
ſet tamẽ dici, vt ſupra quod illa iura loquã-
tur in ciuilibus non in criminalibus. Tutius
tamen eſt tenere quod requiratur pronun-
ciatio per regulam. l. inter accuſatorem. de
publi. iud. & de preben. l. abſentem. Poteſt
tamen hæc pronunciatio fieri vna cum dif
finitiua. l. eius qui delatorem. & prealle. &
ꝙ ibi per Bart. Hinc eſt quod communiter
in omnibus bannis dicitur habita dicti ac-
cuſati vel inquiſiti eius contumacia pro ve
ra & legitima confeſsione quæ ſatis inclu-
dunt dictam interlocutoriam l. cum cleri-
cis, & quod ibi not. C. de epiſ. & cleri. Cre-
derem tamen etiam ſine vlla expreſsione
bannum valere, quia tacite videretur pro-
nuntiare ſicut dicimus in l. j. C. de ord. iud.
& l. pe. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. &
in l. quod in diem. §. ſi rationẽ. de cõp. cũ ſi.

11 *Vndecimo quero.* † Stante ſtatu
to ꝓdicto iudi
ci notum eſt
quod citatus eſt in loco ex quo non poteſt
in termino in citatione appoſito compare-
re. Et vt omnis ceſſet dubitatio eſt ibi ex
cauſa voluntaria. quæritur an iudex habe-
at neceſſe expectare lapſum termini, an ve-
ro poſsit ſtatim eum bannire, & fiſcus vir-
tute ſtatuti bona occupare. Hanc quæſtionẽ
mouit Bal. in l. ij. C. ſi pen. ap. mors inter. &
arguit primo quod poſsit dari bannum nõ
expectato termino, quia de neceſſario con-
tingentibus idem eſt quod de preſentibus
ff. de verbo. obliga. l. cũ ſtipulatus ſim mihi
a proculo. de noua. l. ſi pupillus. §. j. Deter-
minauit tñ contrarium tribus rationibus.
Prima quia verba legis requirunt tem-
pus conſumatum, vt no. in ca. vbi periculũ.
de electio. lib. vj. Secũdo quia haberi pro
confeſsio eſt pœna a conditione incipiens,
quia precedens interlocutoria de citãdo nõ
obligat vnde non incipit a precedenti obli
gatione. Et ideo expectandũ eſt vltimũ mo
mentũ. l. in illa ſtipulatione. §. ſi calende. de
verb. oblig. Tertia quia hec pœna trahit ſe
cum executionem. & ideo requiritur factũ
cõſummatũ, vt in c. perpetue. de elec. lib. vj.
in nouel.

Source : BIU Cujas

in nouel.Iſta determinatio placet.vbi enim de pœna legali tractat, qualis eſt ficta cõfeſſio a ſtatuto inducta propter contumaciam, ibi non ſufficit eſſe certum,niſi vltimus terminus aduenerit,& ſic ante agi non poteſt. Caſus eſt de verb.oblig.l.inſulam. Preterea vbi notatur condẽnatio non ſufficit confeſſio etiam vera & facta in iudicio, vt habetur.ff.de his qui no.infa.l.ictus fuſtium.p gl.Bal.& alios,licet ſecus ſit vbi nota.factũ vt no.eo.ti.l.quoniã.que ita ſaluatur. Preterea loquitur in ciuili vbi confeſſus habetur pro condemnato quod non eſt in criminali,vt ibi per Bar.Non ergo poteſt iudex ante terminũ bãnire, vt in rationibus tactis ante verſicu.preterea nec fiſcus ante bannũ bona incorporare,licet alia ſolẽnitas obſeruet̃ bãno dato de iure cõi qñ annotãt bõa, in.l.j.ij.&.iij.C.ſi pen.ap.et in cõc.ibi alleg.

12 Duodecimo quero †Iudex formauit inqſitionẽ vel ex accuſatione ,pceſsit cõtra Petrum Ioannis de populo ſancti Laurẽtij, & in illo populo non erat Petrus Ioannis, ſed Petrus Martini,vel erant duo Petri Ioannis, & ſic fecit citationes & bannũ dedit.Queritur an dare potuerit,& ſi dedit an valeat,Bar.in.§.l. monſtrat.ff.de condi.& demon. tenet ꝙ valeat,& executiori fieri poſsit , ſi conſtat ꝙ ille erat homo qui de maleficio fuerat inculpatus.& propterea dicit quod cauti rectores faciũt illum captũ recognoſcere ſe eſſe illũ qui de maleficio fuit inculpatus.Et ita etiã dicit in.l.inter ſtip.§.j.de verb.obli.& de cuſt.reo.l.diuus. Credo bar.intellexiſſe quando citatio fuit facta perſonalitervel ad domũ,& conſtat quod captus eſt ille qui fuit citatus pſonaliter , vel qui habitauit in domo citationis. Tunc enim citatio nõ fuit inualida,aut ratione erroris , aut incertitudinis per ibi notata,cũ de corpore citati cõſtaret & per conſequens requiſiti,vt in iuribus ibi alleg.& l.ſi quis in fundi vocabulo. de lega.j.Sed ſi citatio fuiſſet facta per loca publica,vel ad eccleſiam principalem,vel ianuam Palatij rectoris , vt interdum permittunt ſtatuta, tunc puto bannum non tenere vno caſu propter errorem , quia citatur Petrus Ioan.qui non eſt,& de corpore non conſtat ex aliqua circunſtantia.Alio caſu qui non eſt ratione incertitudinis , vt in l.duo ſunt titij.de teſt.tut.& quod habetur in l.ſi quis ſeruum.§.ſi inter duos.de leg.ij.

Communiter tamen rectores obſeruant contrarium,Faciunt enim captum confiteri ſe eſſe illum qui deliquit,vt in ſententia, continetur , & qui citatus fuit & bannum exequuntur.Et ita dicit Bal.in d.§.ſi inter duos fuiſſe ſeruatum Florẽtie,quia ille qui deliquit debuit cogitaſſe ſe citari,& quia talis citatio declaratur ex adiuncto.Quod poteſt de iure eſſe verum ſi in citatione exprimitur cauſa,ſcilicet delictum.Sed ſi ſimpliciter dicitur quod cõpareat ad defendẽdũ ſe a quadã inquiſitione &c.Tale bannimentũ de iure nõ procederet.Vidi tamen ſecundum dictum Bal.practicari , & ita ſeruatur per aſſeſſores,qui ſi non detrahunt veritati fauori publico deſeruiũt ne in talibus fraudes committantur.& maleficia remaneant impunita.Et adde quæ dicã infra in ſecundo tẽpore parte ij.queſtio.xxvj.vbi tractabo an occidens illum quem putabat bannitum cum non eſſet excuſetur a pœna.

### Rub.an a tali banno poſsit appellari.& de concernentibus hunc articulum, & quando quis dicatur bannitus.

SVPEREST vt quarta particula huius primi tẽporis expediatur,quæ fuit an a tali banno poſsit appellari, & in alijs particulis proceſſum eſt ſic procedam in iſta.

Primus ergo qõnum titulus eſt prædictus,

## SVMMARIVM.

1 *An tali banno appellari poſsit.*
2 *Queritur vbi licet appellare cui incumbat onus probãdi. An ipſi qui fuit habitus pro confeſſo. An inquirenti vel accuſanti.*
3 *An pendente tempore ad appellandum intelligatur ſic bannitus,taliter bannitus quod in eo locum habeant ſtatuta de bannitis loquentia.*
4 *An poßit dici bannitus appellatione interpoſita pendente.*
5 *An pẽdẽte cauſa nullitatis dicatur bãnitus.*
6 *An pendente cauſa reſtitutionis in integ.per viam iuſtitie.*
7 *An pendente cauſa ſupplicationis.*
8 *Quid iuris ſi nondum eſt bannitus,ſed notorium eſt eum commiſiſſe crimen.*

9 *Quid iuris ſi cauetur ſtatuto quod certo modo delinquens ipſo facto bannitus intelligatur.*

## Quarta pars primi temporis.

7 *Septimo quero* †ſtatuta prędicta dicũt qđ bãnitus a centum libris ſupra poſsit offendi &c.Titius pro furto fuit bannitus in quinquaginta,deinde, pro vulnere uel alio maleficio ex alio proceſſu fuit bannitus in octuaginta, quod fieri poteſt vt dixi ſupra in tẽpore.j.parte.q.iij.An in eo habebunt locum ſtatuta prędicta.Bar.dicit quod nõ,quia quinquaginta & octuaginta non ſunt cẽtum triginta.l.vbi fideiuſſor.ff. de ſolu.& ibi per eum.& in l.ij.§.j.de con. inſti.et quod habetur in l.quoties in ſtipulationibus.ff.de ver.obli.& ſic non eſt bannitus a cẽtum libris ſupra.Ita etiã tenuit Bal. & dicit fuiſſe conſulũ per Ioan.Pagla.in.§. hæc autem tria in prohemio ffortum.

8 *Octauo queritur*. † Titius fuit in eodẽ proceſſu inquiſitus diſtincte pro pluribus percuſsionibus, & demum fuit bãnitus hoc modo in libris. cc.videlicet in quinquaginta pro percuſsione in brachio.In vigintiquinq; pro percuſsione in pectore.& in lx.pro percuſsione in facie.An dicetur comprehendi in ſtatuto prædicto.Bar.in l.lucius.§.quæ habebat.ff. ad trebel.dixit quod non quia perinde habetur ac ſi ab initio ſummas ſeparatim exceſsiſſet per l.ediles.§.ſi.cũ gl.ſua.ff.de edi. edic.& d.§.quæ habebat.Et idem dicit per dicta iura in dicta l.vbi.& facit.ff.de iuriſd. om.iud.l.ſi idem cum eodẽ in princip. In contrarium tñ facit.ff.de appella.l.ſi qui ſeparatim.§.j.& ibi tangit Bar.& non reſpõdet vbi dicitur quod plures ſumme diuerſarum ſpecierum eadem actione petite cumulate conſiderantur.Dicunt quidã quod dictum Bar.procedit,qñ ille ſumme imponuntur pro maleficijs quibus agitur diuerſis actionibus numero,alias locũ habet lex ſi qui ſeparatim. Et ideo ſecundum eos ſi dicte pœnæ imponerentur ex eodem ſtatuto lo. um non habet dictum Bar.quia fit cumulatio vt ibi ſecus ſi imponantur per diuerſa ſtatuta. Tunc enim debentur diuerſis actionibus numero, & ideo non fieret cumulatio. Sed credo ſimpliciter dictum Bar.verius per iura prædicta ſiue imponantur ex eodem ſtatuto ſiue ex diuerſis.Ad inducendum enim odium nunquam fit cumulatio,vt d.l.ſi idem non obſtat lex ſi qui ſeparatim, quia ibi inducitur cumulatio ad fauorem, vt ibi patet.Intelligo autem verũ eſſe quod dixi qñ imponuntur pœnæ pro maleficijs ſeparatis.Secus ſi imponãtur pro vno maleficio habente plures qualitates.l. nunquam plura.ff.de priua.deli.l qui de crimine.C.de accu.de quo dic vt ibi infra.q. proxima.

9 *Circa idem* quero nono† formato proceſſu de pluribus ſeparatis maleficijs ꝓ quorum quolibet eſt ex forma ſtatuti pœna minor centum libris,Iudex in ſimul & ſemel nulla facta diſtributione condemnat in tota ſumma,puta in ducentis,vel trecentis.Queritur an intelligentur plura banna, an vnum tantum.Hæc quæſtio eſt ſubtilis

Source : BIU Cujas

& pendet a notatis in l.ſcire debemus.ff.de verb.obli.& in l.cum eiuſdem.& l.ediles. aiunt.in fin.de edil.edic.& l.quod ſi vno. de actio.emp. Mihi tñ ſic videtur dicendum quod aut maleficia ſunt ſeparata.i.diuerſis temporibus facta.Et tunc cum cumulatio fiat reſpectu diuerſorum & ad diuerſos fines,ſcilicet pro vnoquoq; fiat ſolutio, dicentur tot condemnationes & tot banna quot ſunt percuſsiones.l.ſcire debemus.ꝑ alle.& l.falſa in fi.& de condi.& demõ.maxime qñ ĩ inquiſitione eſt appoſita illa clauſula,ſuper qbus omnibus ſingulis &c.Quia tamen poſſunt etiam ad voluntatem agẽtis vnite conſiderari,vt not.in l.& ſi vno.& in l.in commodato.§.duabus.ff.commo.poterit talem bannitum offendens ad ſui beneficium & excuſationem allegare, & vnicũ dicetur bãnum vt ibi.Si vero ſunt facta eodem tempore,tunc ſine dubio vnica eſt condemnatio,vt l.quoniam multa.C.ad legem iul.de vi.& ff.de adul.l.denunciaſſe.§.quid tñ.cum ibi no.& per Bar.in l.hos accuſare. §.lege iuli.de accuſat.Cõiter tenetur quod ſaltem ad excuſationẽ offendẽtis qui videt vnam ſummam excedentem centum dicatur vnum bannũ.Quo aũt ad alios effectus, ſcilicet an debeat audiri in iudicio, vel nõ. & ſic de ſimilibus põt eſſe dubitatio ſupra dicta quæ nullo modo eſſe poterit ſi pro ꝑcuſsione pœna eſt arbitraria.l.j.C.ſi plures vna ſen.cum ibi not.

10 *Decimo quero* † ſtatutum loquitur de bãnnito & cõdemnato quod poſsit impune offendi. Habebit ne locum ĩ bannito tantum,vel condemnato tantũ. Dicit Bal.quod non,quia requiritur vtrunque copulatiue.ff.de condi.inſti.l.ſi hæredi plures cum ſim.ita no.in l.qui duos.ff.de in ius vocan.Quod credo verum,niſi probaretur quod tempore ſtatuti confecti cõis vſus loquendi fuerit quod bannum vocaretur potius condemnatio, quia tunc illa dictio, & videtur potius adiecta ex plenitudine locutionis quam vt denotaret vtriuſq; concurſum ſecundum no.in l.eos.de condi.& demon.& quod habetur in l.j.de iuſti.& iur. Facit quod habetur in l.j.de infami.& uide quod habetur in l.legatis.de leg.iij.& per Dy.in c.generi.de reg.iur.lib.vj.

11 *Vndecimo quero* †viſo in quibus bannitis locũ habeãt ſtatuta.An bãnitus in perſonam perdat bona vt ſic dicantur confiſcata, & loquor de bonis quæ tunc habebat.In hac qõ.Guil.in Spe.de inſtru.edi.§.compendioſe.ver.quid de bannito videtur concludere quod non ſi eſt bannitus ex leui cauſa,ſecus ſi ex graui. Tunc enim equiparatur deportato,& ideo perdit bona. Facit ſecundum eum.ff.de his qui notan.infa.l.quid ergo.§.ſi.& alleg.no. in.§.relegati.inſti.quib.mod.ius pa.pot.ſol. Sed ibi gl.loquitur de eo cui expreſſe bona ſunt adempta.Meo iudicio quæſtio hæc requirit altiorem indaginem.Primo enim videndum eſt an de iure communi damnati ad mortem perdant eorum bona. In quo non intendo diſputare, de hoc habetur in authen.bona damnatorum.C.de bon.damnato.& ibi per gloſ.& Cyn. & per gloſ.& Bartol.ff.eodem titulo.l.prima. Et concluditur quod in caſibus in quibus de iure antiquo expreſſe diſponebatur de ademptione bonorum & per ſe principaliter nõ in conſequentiam alterius pœnæ.Iura antiqua non corrigantur,ſed bona etiam tũc publicentur,vbi vero tacite veniebant in publicatione, & in cõſequentiam alterius pœnæ iura antiqua non corrigantur, ſed bona etiam tunc publicentur.Vbi vero tacite veniebant in publicatione & in conſequentiã alterius pœnæ iura antiqua corrigant,quia tunc bona non publicantur excepto crimine læſæ maieſta.vt in d.authen.bona.& C. ad leg.iul.maieſta.l.quiſquis. & de crimine hæreſis,vt in auth.gazaros.C.de hæreticis. Nunc ad propoſitum qñ quis bannitur ex forma ſtatuti non loquor de eo cuius bona fuerint adnotata de quo habetur in l.j.de requiren.re.cum concordan. Aut per ſtatutum diſponitur aliquid circa bona, & illud ſeruandum eſt,aut nihil diſponitur.Et tunc aut bannitur ex crimine propter quod de iure communi bona non auferebantur, & illa nõ perdit.Nec obſtat quod ſuperuiuat quia hoc eſt de facto non ex vi ſententiæ, damnatur enim ad mortem,adeo quod ſi caperet non ſuperuiueret, & propterea quantum ad bona idẽ eſt ac ſi mortuus eſſet quia illa fiſcus occupare non poteſt dicta authenti.bona.Si vero bannitur ex cauſa propter quam bona de iure auferebantur, & tunc illa perdit per eandem rationem & auth. Quod eſt verum ſi illud in ſententia banni exprimitur, alias non, ſunt enim ſtricti iuris,& ideo non extenduntur banna.l.quicquid. de verbo.oblig.& l.ſi patronus teſta. .§.ſi quis cum eſſet.de bon.liber.ita firmat Bal.in l.gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de liber,& poſthu.& in c.j.de pace tenen,colla

Source : BIU Cujas

tio.x.& ita etiam conſultum fuit & obſeruatum in hac ciuitate in magnis cauſis, ꝓpter quod ordinatum eſt quod rectores bānientes & condemnantes debeant ſub pœna expreſſe confiſcare bona. Perdunt ergo banniti bona ſi in eorum bannis fiat mentio alias non niſi in l.quiſquis.& l.fina.ad l.iul.maieſt.& vide quæ dicam infra vltimo tempore parte ij,q.ix.

12 Duodecimo antequam † veniā ad examinationem effectus talis bonorum adēptionis quero aliqua. Titius ex maleficio fuit bānitus in mille de quo nō debeat eximi, niſi in condemnationem ſoluerit. Titius non ſoluit, ſed exulat & ſic capi nō poteſt, An fiſcus poſsit de ſuis bonis accipere in ſolutum vſq; ad concurrentem quātitatem. Et videtur primo quod ſic, quia cum ſit lata ſententia & valida, ergo meretur executionem & poterit mandari executioni officio iudicis maleficiorum, quia idem iudex qui pronuntiauit debet exequi. C.de bon. dam.l.ſi quis intra. In contrarium videtur quia hic videtur eſſe debitor alternatiuus, videlicet quod aut ſtet in banno, aut condemnationem ſoluat. Et certum eſt quod in alternatiuis eſt electio debitoris.ff.de eo qđ cer.loc.l.iij. Præterea cum paret banno ſatisfacere videtur, ſatisfactio enim hic in nō ſatisfaciendo contingit, ergo ſi ſatisfacere videtur, non poteſt ad aliud compelli.ff.de conditio.ob cau.l.dedi in princip. ex hoc ſequitur quod ſi moreretur in banno, executio non poſſet fieri contra hæredes. Verba ſunt Bal.in dicta authen. bona damnatorū.

Sed meo iudicio non ſic leuiter eſt agendum, quia hæc quæſtio pendet ab eo. An bona delinquētis ſint tacite obligata pro delicto ipſi fiſco, quod videtur, licet pro illa obligatione creditoribus non præferatur. C.de pen.fiſca.credi.predi.l.j.& ibi not. & in l.reſcriptum, in princi.ff.de pac. licet vt plurimnm in contrarium allegetur & male.& iſtud tenuit Dyn.in l.quod placuit.ff. de iure fiſ. Sed Bar. eodem.tit.l.aufertur.§. fiſcus tenet fiſcum non habere tantam hypothecam alias enim indiſtincte reuocarentur alienata poſt delictum quod eſt falſum. l.ſi quis poſthac.C.de bon.dam.& poſt contractū.de dona.pro hoc facit quia ante ſententiam pœna non debetur iure obligationis vt ipſe idem dixit in lege in fraudem.in princip.ff.de iure fiſci.& in l.fina.de iniur. ergo bona nō poſſunt eſſe obligata.& iſtud credo verum quod ſic oſtendo. Obligatio realis prçſupponit perſonalem.l.fideiuſſor. obliga.in princip.de fideiuſſo. Sed pro delicto quis nō eſt perſonaliter obligatus ante ſententiam de iniur.l.non ſolum.§.primo, & probatur inſtitu.de pu.iudi.in principio & §.penulti.ergo &c. Non obſtat.l. prima.§.beſtias.& quod ibi not.ff.de poſtulan.& in l.reſcriptum.ff.de pact. vbi glo. videntur velle, quod delinquens ſe obliget ex conſenſu ad pœnam. Quia aduertendum eſt quod quatenus delinquens poteſt ciuiliter conueniri dicitur large obligatus, non tamen ciuiliter, ſed naturaliter tantum, & ideo non poteſt agi contra eum vt habetur in dicta l.nō ſolum cum ſimilibus. Quatenus autem criminaliter agitur id eſt ad pœnam applicandam fiſco nullo modo eſt obligatus, & ita determinat Bartol.in extrauaganti ad reprimendam ſuper verbo, meretur. Poſt ſententiam autem condemnatoriam diffinitiuam, non dico banni, bene poteſt agi contra ipſum tanquam contra debitorem propter quaſi cōtractum factum in iudicio.l.tertia.§.idem ſcribit.ff. de pecu.ſecundum Bartol.in conſilio quod incipit, ſtatuto communis Tuderti, de quo dicam hoc eodem tempore parte vltima quæſtio.xvij.licet tamen ſit per ſententiam obligatus non tamen eius bona ſunt obligata, quia iure cautum non reperitur. Sic itaque concluditur quod tale bannum non poteſt in bonis executioni mandari, Sententiam autem cōdemnatoriam ſecundum Baldum bene poterit executioni mandari, vt ipſe nota. in lege cunctos populos. vltima quæſtione. Cuius dicta ſic debent intelligi alias ſibi inuicem contraria viderentur.

Sed quero tertiodecimo

13 † pone quod ſtatuto cauetur quod bona ſint obligata pro maleficio & pro certis maleficijs imponatur pœna pecuniaria. An tunc bannum poterit mitti executioni in bonis. Dic quod aut bona detinebantur per tertium ante bannum, & non poterit mitti executioni in talibus bonis, quia ſententia lata per contumaciam non præiudicat tertio, cui alias præiudicaret lata contra præſentem vt habetur.ff.de euictio.l.ſi ideo.& C.de pignor.l.ſi præſes, & quod ibi not. per Barto.in l.ſi ſuperatus.ff.de pignor. vbi omnino vide, facit quod habetur in l.prima & ſecunda.C.quando ex fact.tuto. &

Source : BIU Cujas

plene per Bart.in l.cum filius. in princi.de
verb.obl. Si aũt cepit poſsidere poſt latum
bannũ,tunc poterit contra ipſum mitti ban
num executioni, vt dictis iuribus.& l.præ-
ſes.& l.ſi ſuperatus.& l.ſi mater.§.fi.de ex-
cep.rei iudi.cum ſimi.& in ſimili conſuluit
Dy.in quinto conſi.quod refert & ampliat
Ioan.And.in addi.Spe.in tit.de teſte.§.nunc
tractemus in addi.magna.vbi omnino vide
quia no.loquitur.& intellige ſecundum no
tata per Bar.in l.a diuo pio.§.ſi ſuper rebus
de re iudi.& in l.iij.C.de pigno.vbi decla-
ratur quod tangit Cy.in l.vna C.de alie.iu-
di.mu.cau.fac. Si autem poſsidentur ab eo,
tũc dic vt habetur in l.a diuo pio.§.j.de re
iudi.cum ibi not.

14 *Quartodecimo* circa idem ban-
num † pecunia-
rium etiam que-
ro inquiſitus de delicto ex quo pœna pecu-
niaria veniebat imponenda, & ſic in accu-
ſato,promiſit ante lit.conteſt.ſe repreſenta-
re poteſtati ad oẽm eis requiſitionem,et de-
dit fideiuſſorem qui promiſit eum repreſen
tare, aut condemnationem ſoluere, deinde
iudex principalem contumacem in banno
poſuit ſecũdum formam ſtatuti in pœna pe
cuniaria a ſtatuto diſpoſita.Queritur an ta-
le bannum poſsit contra fideiuſſorem exe-
cutioni mandari.Dices tu hæc quæſtio for-
matur in multis locis.Sed quia diuerſimo-
de reperitur formata omiſsis ſuperfluis per
viam diſtinctionum partim dicẽdo, partim
remittendo,hunc articulũ declarabo.Qñq;
enim fideiuſſor promiſit ſimpliciter de iudi
cio ſiſti.Et tunc qualiter teneatur haber in
l.grece.§.& poſt litem.ff.de fideiuſſ.& in l.
ſancimus.C.eo.ti.& dic vt ibi & eo.ti.l.pe.
Quandoq; promittit repreſentare reum. &
tunc aut ſub certa pœna vt habetur in l.ij.
in fi.ff.qui ſatiſda.cog. & ſi non repreſentat
poteſt ad illam pœnam extra ordinẽ conue
niri, ideſt iudicis officio contra ipſum pro-
cedi vt no.in l.ſi quis reum.ff.de cuſto.reo.
Si vero promittit ſoluere iudicatũ,tunc po-
teſt executiue cõueniri vt habetur per Bar
to.in l.fin.C.de vſu.rei iudi.& in l.j.ff.iudi.
ſol.per Iaco.But.& Bal.in l.ij.§.j.ff.qui ſa-
tiſda.cog.& habetur in Spec.de execu.ſen.
§.ſequitur,verſic.quid ſi ſententia.Et ideo
in propoſita qõne tenetur eum præſentare,
& ſi non repreſentat,cogitur ſoluere quod
in banno continetur per iura prædicta. Itẽ
determinat Bar. in l.ſi quis reum,prælleg.
Et clarius in bannito determinat Guili.in
Spec.de accu.§,ſequitur,ver,item queritur
ecce.vbi omnino vide.ſi aũt ſimpliciter p.
miſit repreſentare ad voluntatem iudicis,
Tunc tenetur ẽt poſt ſententiam non ad cõ
demnationem,quia illam non promiſit, ſed
ad pœnam extraordinariam quam iudex ei
imponere vellet propter inobedientiam,vt
d.l.ſi quis reum.& ita firmat Guil.in d.§.ſe
quitur,verſic.porro.An aũt excuſetur pro-
pter bannum vide in l.ſi deceſſerit.ff.qui ſa
tiſda.cog.Et plene in d.§.item querit. Et
vnum not.quod qñ poſt condemnationem
quis ſimpliciter fideiubet,non uidetur fide-
iubere de repreſentando, ſed ſoluendo. Et
ideo ſine dubio tunc per cauſam ſuperue-
nientem in perſona condemnati ab obliga
tione non exoneratur, vt l.ſi vero in princ.
ff.qui ſatiſda.cogã.quod principium ſic in-
telligo,vt ibi plene dixi.

15 *Quintodecimo quero* †banni
tus pro
quo fi-
deiuſſor erat obligatus peruenit in fortiam
iudicis deinde aufugit. Queritur an fideiuſ-
ſor amplius teneatur. Ioan. An. in verſ.item
queritur allegato ſupra in fine proxi.q.cõ-
cludit quod amplius nõ teneatur.Et ibi al-
legat plura iura,quod in d.l.ſi quis reum.ff.
de cuſto.reo.intelligit amplius verum eſſe,
niſi promiſiſſet repreſentare eũ toties quo-
ties iudici placuerit. Tunc enim dicit per
primam præſentationem non liberari, ſed
per ſecundam,ff.de leg.iij.l.fideicommiſſa,
§.ſi quis decem. & ad l.veluti.§.hæc vox,
ff.de eden,reſpõdet quod ideo intelligitur
toties quoties opus eſt quia per nouam edi
tionem non inducitur nouum grauamẽ, At
in propoſito per reiteratam repreſentatio-
nem ſemper inducitur grauamẽ nouũ ideo
liberatur per ſecundam vt in.§.ſi quis de-
cem. Credo quod dictũ Ang.poſsit proce
dere poſt ſnĩam interueniẽte fideiuſſore de
repreſentãdo. Sed ſi promiſiſſet ante latam
ſententiã dicta verba importent toties quo
ties opus erit,quia ſic eſt de natura iudicij,
& ſic debent intelligi.l.uno.ff.loca.& l.ſi ſti
pulatus.de vſu.& l.damni infecti quidam i
prin.ff.de dam.infe.cum ſi.& ideo uſque ad
ſententiam ſemper tenetur vt d.l.veluti.§.
hæc vox. Sed poſt ſnĩam ſemper facta re-
preſentatione,uel eo ſemel capto fideiuſſor
amplius non tenetur per iura per Io.And.
allegata.Nec obſtant verba toties quoties,
quia intelliguntur vt dixi. & quia verbum
placuerit importat arbitrium boni viri.l.
thais.§.ſorore.ff.de fideicom.lib.qui nunq̃
arbitratur ex culpa ſiue negligentia iudicis

fideiuſſorem

Source : BIU Cujas

fideiuſſorem prægrauari.l. ſancimus,C. de pecu. An autem talis fideiuſſor mortuo bannito liberetur infra in vltimo tempore parte ſecunda quæſtio,vj.dicetur.

*Viſis prædictis* conferẽtibus ad caſum in quo banniti non perdunt bona, rediẽs ad caſum in quo perdunt de quo dictũ fuit ſupra q.xl. Queſtio.xvj.† An tũc verum ſit quod alia procedat ſi fuit bannitus ex eo quod tractauit cõtra partem Guelfam,vel contra ſtatum ciuitatis,ſiue quia patriam oppugnauit,vt dicatur commiſiſſe crimẽ læſæ maieſta.& propterea perdat ipſo iure,vt l.quiſquis.& l.ſi. C.ad leg.iul.maieſta. & dixi vbi ſupra proxime in fi.quæſtionis.& primo videtur q̃d ſic quia oppugnans patriam,vel contra illã tractans committit crimen læſæ maieſtatis, vt dicit text.cum gloſſ.in l. fallaciter.C. de aboli. Secundo etiã videtur probari per tex.in l.j.ff.ad leg.iul.maieſta. Tertio cõſcius turbationis ciuitatis ſuæ, vel alterius delicti commiſsi in ciuitatem ſuam punitur vt particeps ex ſola ſcientia.l. vtrum.ff. ad l.pompo.de parrici.& quod ibi no. per doctio.ſicut ſi contra principem ſciret q̃d moliri.C.ad leg.iul.maieſta.d.l.quiſquis.& ſicut damnati illo crimine perdunt bona ita & iſto damnati.Pro hac parte faciunt.ff.de captiuis.l.non dubito.& C. de epiſ. aud.l.iij.

In contrarium tamen eſt veritas, quia illi dicuntur committere crimen læſæ maieſt, qui contra principem, vel contra eos qui iuxta eius latus ſunt,vel contra rem publicam Romanorũ moliuntur vt d.l.quiſquis. & l.iiij.in fin.ff.ad legem iul. pecu, & non quia contra alias ciuitates moliuntur,probatur in dicta l.fallaciter in fine vbi crimẽ læſæ maieſta, & crimen oppugnate patrie ponuntur vt ſpecies differentes & eſt gloſ. ordinaria quæ hoc tenet in l.j.ff.ad leg. iul. maieſta,præalleg. Et hoc modo intelliguntur iura in contrariũ allegata quæ per modum a ſpeciali faciũt pro hac parte.Ciuitates enim aliæ ab vrbe iure priuatorum funguntur l,eum qui vectigal.ff. de verbo. ſig. & iſtud maxime verum eſt quando non de ſubuertenda patria tractatur ſed de mutuis diſſentionibus & partialitatibus l.j.§.hiſdẽ temporibus.ff.de origi.iur.& l. ſi quis ingenuam.§.in ciuilibus.ff.de capt.& ſic vidi p̃magne authoritatis viros conſultum qui in contrarium allegatis reſpondebant vt dicã infra,quod etiam tenuit tunc Bal.conſulendo ex eo quia titulus talis criminis eſt ſeditionis non perduellionis, vel maieſtatis q̃d ſic probauit.Duplex eſt maieſtas,diuina,& humana.C.de hære.authen.gazaros. Itẽ humana eſt triplex ſcilicet imperatoris vt inſtit.in prohemio,ſcilicet imperatoriam maieſtatem &c.Regis.C.vt nemo priuatus.T. regie maieſt.&c.item populi romani. vt d. l.j.ad leg.iul.maieſt. Dicitur enim maieſtas prætoris.ff.de iuſt.& iure.l.penulti.& de iuriſdi.omnium iudi.l.ſi familia. Partis enim Guelfe, vel Gebelline,nulla dicitur eſſe maieſtas.Hæ enim ſunt due ſecte ſolum approbate pro locis in quibus ſunt vt no. per Bartol.in l.ſi quis a filio.§.ſi patri de lega.j. & per Ioan.And.in c.ſtatutum.§.j.de reſcrip. lib.vj.Hæc nanq; nomina ab iniuria, inuidia,& diſcordijs orta non illuſtrantur ſupremo nomine maieſtatis. Ciuitates etiam quãquam maxime non gaudent tanto nomine cum redigantur ad inſtar priuatorum vt d.l.eum qui vectigal. quod probatur ſecundum eum in d.glo.l.j.& in.§.in ciuilibus.& hoc tenet expreſſe Bartol. in extrauaganti heart.qui ſint rebelles ſuper verbo. rebellãdo.Non obſtant contraria.& primo nõ obſtat.l.fallaciter in fine, vbi gloſ. dicit quod oppugnare patriam armis eſt ſpecies criminis læſæ maieſta.quia illud non eſt niſi de patria principaliter, & immediate populo romano,vel principi ſubdita. Tũc enim cõtra principem arma ſumũtur, qui enim auriculum tangit &c.l.vulgare.ff.de furt. vel aliter illa glo.intellexit de cõmuni patria, ſcilicet romanorum,vel quando quis cõtra propriam patriam molitur vt ſubtrahatur de manibus ſeu poteſtate principis ſeu rei publicę romanorum.& ita videtur ſentire glo.inſpectis iuribus quæ alleg.Nec obſtat quod propter ſolam ſcientiam puniantur, quia non propterea vt criminoſi læſæ maſtatis vt dictum eſt,eſt igitur ſeditionis crimen, vt patet ex titulorum diuerſitate.C. de ſedi.& ad l.iul. maieſt.C. de codicillis.l. ſi idem.& ita intelliguntur iura ſuperius allegata.lex enim tertia de epiſco.aud.loquitur de domino.i.principe,& lex non dubito,licet dicat quod populus habeat maieſtatem,non tamen ſequitur quod committens contra illum populum incidat in crimẽ legis iulie maieſt.& ita in hac ciuitate pluries fuit obſeruatum,Non obſtã. etiam alia ſtatuta quibus cauetur populum huius ciuitatis habere in omnibus iura fiſci, quia aliud eſt fiſcus & aliud res publica romanorum vt habetur in l.j.C.de iur. fiſc,libr.x. Puto tamen ꝙ ſi principales officiales ciuitatis



Source : BIU Cujas

puta priores, vel antiani & ſimiles qui eſſent a principe conſtituti vicarij eius in omnibus & per omnia & tunc non haberent locum prædicta per dictam l. quiſquis. Contra eos enim qui ad latus principis eſſe cenſentur ſit molitio & arma ſumũtur. & ideo non ſic de facili & leuiter, ſed acriter puniũtur qui contra ſtatum ſacro ſanctis catholicę partis Guelfe moliũtur, cum enim a ſummo pontifice nominetur. Et ideo ſancta & catholica nuncupatur, eius debet gaudere præſidijs, Nec minus maieſtatis habere dici debet quam ipſe prætor, pro quo vide quæ habentur per Bartol. in dicta gloſſ. ſuper verbo, rebellando, vbi tractat de committentibus contra eccleſiam & ſtatũ eius.

17 Decimoſeptimo quero † an quando banniti perdunt bona perdant ſolummodo ea quæ habent in territorio bannientis. An etiam ea quæ alibi extra illud territorium ſita ſunt. Hæc quæſtio in condemnato habetur tractata per multos. & quia eſt ſubtilis & magne vtilitatis, libet in ea forte præter promiſſum in principio aliqualiter inſiſtere. & primo Iaco. de Are. mouit eam in l. fina. §. primo. ff. de publica. & ibi arguit per illum text. quod non veniant in confiſcatione exiſtentia in alterius territorio. & ad idem allegat. l. cum vnus. §. fina, ff. de bo. auct. in poſ. & de inter. & rele. l. prima. §. j. & ſequen. In contrariũ quod omnia veniant allegat, quia in loco in quo quis ſortitur forum cõuenitur idem pro rebus etiam alibi ſitis, argu. C. de præſcrip. x. vel xx. an. l. fin. & vbi in rem ac. l. vlti. & nihil amplius dicit. & ſic videtur concludere quod omnia perdant ſecundum doctrinã glo. in l. qui filium. §. ſabinus. ff. ad treb. Idẽ tenuit Ric. malum. Dicens omnia queri ciuitati publicanti vt refert Ioan. Andre. eius diſputationem abbreuiando in capitu. cum ſecundum de hæreti. libro vj. Ad idem, ſcilicet quod omnia perdant. Guil. de Cu. in l. fina. ff. de capi. dimi. & in l. procurator §. ſi plures. ff. de tribu. allegat primo, quia ille qui condemnat habet onus, ergo debet habere emolumentum de regu. iur. l. ſecũdum naturam. & ad hoc allegat plura iura. Secundo quia debet inſpici perſona & illã ſequuntur bona. l. fideicommiſſum. §. tractatũ. ff. de iudi. Ad idem allegat. l. j. §. ſi ex fundo, de hæredi. inſti. Non. n. ſit ibi bonorum diuiſio, ſed omnia habet ſolus nominatus, ita & locus in publicatione bonorum nominatus ſolus habeat omnia facit, ff. de rebus eo. l. magis puto. §. illud. Concludit tamen vtrobiq; quod vnaqueq; ciuitas habebit bona in ſuo comitatu exiſtentia habet enim talis damnatio quaſi naturam ſucceſſionis abinteſtato, in qua omnes pares i gradu ſunt admittendi in authenti. de hære. ab inte. §. pen. ſiat ergo diuiſio ſecundum territoria, argu. ff. de tu. & cu. da. ab his. l. pupillo. Sic etiam diuiditur peculium. ff. de pecu. l. hinc queritur. §. ſi. & de tribu. l. procurator. §. ſed ſi duos. Pro hoc quod de milite dicitur, ſcilicet quod habet diuerſos ſucceſſores, quia habet diuerſa patrimonia. ff. de mili. teſt. l. j. ita & hic quia licet quo ad condinationem ſit vnum patrimonium, tamẽ quantum ad confiſcationem diuerſa patrimonia iudicantur, ar. C. de exac. tribu. l. diuina domus. & ff. de cenſi. l. forma. §. ſi quis agrum. Pro hoc. C. de bo. vacan. l. iij. & de inoffic. teſta. l. poſthumus. §. ſi quis ex his & l. ſi nõ mortis. §. ſi. & in d. §. ſi plures. reſpondet ad contraria quia non debet habere bona neq; perſonã, niſi quatenus ſunt ſub iuriſdictione ſua arg. ff. de acqui. re. do. l. inter eos. Ad regulam ſecundum naturã reſpõdet quod lucrum non debet eſſe intentio, ſed vt delinquentes terreantur vt in auth. bona damnatorum. Tertia fuit opi. Nico. de Mata. in ſua diſputatione quæ incipit. Quidã inculpatus quã ponit quaſi de verbo ad verbum, & ſequitur Albe. in quæſtionibus ſtatutorum parte ſecunda. q. ccxxxiiij. & quã etiam refert Ioan. And. in addi. Specu. in tit. de accuſa. §. ſequitur. verſic. quid ſi aliquis ſuarum additionum. ver. fœlicis. & ibi poſt multas allegationes ad partem quod non perdant bona alibi ſita diſtinguit quod aut ille qui iudicat habet iuriſdictionẽ a iure cõmuni, & ſecundũ ipſum ius cõe & eius ordinem pœnã imponit, & tũc publicatio bonorum & omnis not. quæ perſonam ſequitur ſecundũ iuris ordinẽ, extenditur etiam extra territoriũ. Incorporatio autẽ ſiet per officiales illius territorij in quo ſunt bona per l. a diuo pio. §. j. ff. de re iudic. & l. cum vnus. §. penul. de bon. aucto. iu. poſ. Inducit de admi. tut. l. tutores. §. hæres de bon. vacã. l. ſi quando inducendo eam vt ibi declaratur propter quod Io. And. remittit ad notata per ſe in d. c. cum ſecundum. Si vero publicatio ſit virtute iuris municipalis quod iuriſdictionem dat vel pœnam ſtatuit vel facit vtrumque, & tunc publicatio non extẽditur extra illa bona quæ ſunt de iuriſdictione & poteſtate illius legis municipalis, per l. iij. ff. de offi. præſi. & de tut. & cur. da

Source : BIU Cujas

ab his.l.ante pe.& ibi cõcor.& de offi. prę-ſe.vrb.l.ſi,cum ſi.& C.qui da.tu poſ.l.neq;.

Quarta fuit opi.Bar.in l.cũctos populos. in vltima quæſtio.vbi poſt relationem verborum dicti Nico.de Mat.concludit primo quod ciuitas non poteſt publicare bona de iure cõi propter delictum, vt C.de bon.vacan.lib.x.& ibi not.itẽ quod ciuitas de iure communi non habet merum imperium & cognitionẽ delictorum grauiorum.C. de defen.ciuita.l.defenſor. Ciuitates itaq; Italiæ illam iuriſdictionem exercentes & quæ bona delinquentium ſibi publicant hoc faciunt vel ex priuilegio ſibi conceſsio per principẽ,vel ex conſuetudine antiqua,quæ vim habet priuilegij conſtituti.l.hoc iure. §.ductus aque.ff.de aqua quoti.& eſti.& l. j.in ſi.de aqua plu.arcen.Et ita dicit glo.in authen.de defenſo. ciui.§.iuſiurãdum in ſi. magne gl.& ſic qui habent hodie iura fiſcalia poſſunt dici procuratores in rem ſuam. Nam iuribus fiſcalibus vtuntur ad ſuã vtilitatem ex conceſsione tacita vel expreſſa, vt dictum eſt. Et hoc præmiſſo ad queſtionem propoſitam concludi quod aut iuriſdictiones ſunt ſeparate, ſed burſa fiſcalis eſt vna in effectu in vtroq; loco & tunc aut publicatio ſit de iure cõi,& bona vtriuſq; loci erunt publicata,vt l.ſi quando.C.de bon. vacan.& fiet executio per officialẽ illius loci in quo ſunt bona,vt dicta l.a diuo pio.§. j.cum alijs iuribus allegatis ſupra & ponit exemplum in homine damnato habẽte bona in Ducatu & Marchia Anconitana. Si vero publicatio ſit ſecundũ conſtitutiones ſpeciales,vel ſtatuta ſpecialia. Tunc aut illa iura ſpecialia ſunt in vtroq; loco vbi ſunt omnia bona exẽplum plures iudices ſunt deputati ab vno rege per diuerſa territoria ſui regni, vnus eorũ publicat bona ſecũdũ regalem conſtitutionem. & tunc omnia bona quæ eſſent in regno eſſent publicata eadem ratione & per eadem iura. Si vero dicta iura ſpecialia ſunt diuerſa,& non cõmunia ad vtrunq; locum exemplum in Marchia ſunt quædam conſtitutiones quæ non ſunt in ducatu.& tunc talis publicatio non extenditur ad bona quæ ſunt extra locum ad quem extenditur conſtitutio.l.fin.de iuriſdi.omnium iudi.de conſtitu.c. vt animarum lib.vj.& l.neque.C.qui da.tu.po. cum ſimi.ſi vero & iuriſdictiones ſunt diſtincte & etiam burſe fiſcales.& tunc aut publicatio ſit de iure ſpeciali,& non extenditur ad bona alibi ſita.Si vero publicatio ſit de iure communi,& tunc extenditur ad bona ẽt alibi ſita. Quælibet tamen ciuitas habebit bona in ſuo territorio ſita vt dicebat Guliel.de cug.quod ſic probat. Quælibet ciuitas dicitur procuratrix fiſci,vt dictũ eſt,ſed ſi eſſet procura.fiſci.& ad fiſci vtilitatem,& ad eius officiũ ſpectaret acceptio, & incorporatio dictorum bonorum in fiſcum ergo nunc ad eũ pertinet & ad eius vtilitatẽ allegat caſum.l.fin.ff. de aucto.tuto.& extra de fo.compe.c.poſtulaſti.nec placet ſibi diſtinctio.An iudex habeat iuriſdictionem a lege municipali,quia non curat vnde iuriſdictionẽ habeat,ſed attenditur ſolũ,an pronũciet ſuper eo quod de iure cõi diſpoſitũ eſt. An vero de nouo diſponat remittens ad notata per ſe in ſeptima.q. ea.lege. Hæc qõ fuit de facto tẽpore quo in ciuitate Ianuæ erat regius gubernator qui fecit decapitari dominum Gabrielem Mariam ab olim dominum ciuitatis Piſarũ & eius bona publicauit. Volebat.n.quod in publicatione venirent certa bona dicti dñi Gabrielis, quæ dicebantur eſſe in hac ciuitate Florentiæ.& cum pro ea excutienda eſſem in ciuitate Ianuæ ad partem negatiuam plura dicebam. & vt eorum & huius deciſionis veritas clarius dignoſcatur membra diuiſionis Barto. particulariter reaſſumo. Et quidẽ primũ membrũ & ſecũdum vſque ad ver. Si vero dicta iura ſpecialia excluſiue.In qbus duobus concludit omnia bona in publicatione venire puto veriſsima ſicut.n.in confiſcatione de iure cõmuni omnia queruntur fiſco generali, ita eadem ratione omnia poſita ĩ dominio ſuperioris illius iudicis confiſcantis queri debent ſuperiori.argu. de adminiſtra.tuto.l.ſi duo cum ſimi.& iſta duo membra non poterant ad propoſitum allegari qua omnino erant, & ſunt diſtincta dominia & fiſcales burſe. Tertium etiam mẽbrum poſitum in dicto verſicu. Siue dicta vſque ad illum verſicu.Si vero & interdictiones.& eſt verum. Actus enim agentium non operantur vltra agentium intentionẽ. l.non omnis ſi cer.peta.& ſic iudex qui fundat ſe ſuper conſtitutione ſuæ iuriſdictionis non intendit progredi vltra quam ipſa conſtitutio extendatur.ff. ad municipales. l.libertus.§.penulti.cum ſimili. & ſimiliter hoc non faciebat pro gubernatore regio, ſed contra eum. Quartum membrum quando iuriſdictiones & burſę fiſcales ſunt diſtincte & publicatio ſit de iure ſpeciali.etiam verum eſt ſcilicet quod non extenditur ad bona alibi ſita.non enim ſpecialiũ ſit extenſio.l. ius ſingulare. & l. quod vero



Source : BIU Cujas

contra. ff. de legi. Quod etiam tenuit Ray. quia ſtatutũ quod loquitur de publicatione bonorũ non intelligitur, niſi de bonis in ſuo territorio ſitis. C. de edifi. priua. l. an in totũ cũ ſi, vt ipſe Ray. ſcripſit in d. l. cunctos populos in fi. vbi formauit ſolum quęſtionem quã ex forma ſtatuti publicantur bona, & hoc mẽbrũ ſimiliter contra gubernatorem regium faciebat. Vltimũ vero mẽbrũ dũ concludit omnia bona publicari, ſed vnamquãq; ciuitatẽ habere bona in ſuo territorio ſita non videtur mihi per omnia verũ. Aduerte tamen communiter in materia cõfiſcationis apponi ſolẽt verba ſonãtia in camerã fiſcalẽ eius qui condemnat ſiue illius cuius officialis eſt. Quomodo ergo ex hac ſententia poterit ſe fundare ciuitas alias habẽs camerã diuerſam, non. n. poterit extendere verba ſententię ad ſuã camerã. Tum quia id non dicit ſentẽtia. l. quicquid aſtrin. de ver. oblig. Tum quia extẽdi nõ poſſunt l. ſi patronus teſtamento. §. ſi quis cum eſſet. ff. de ope. liber. & ſi dicatur prędicta locum habent qñ ſimpliciter confiſcauit bona quo caſu intelligitur ſecundũ quod iura volunt vt d. l. libertus. §. pen. reſpondetur qd alteri per alterũ queri nõ poteſt. l. ſtipulatio iſta. §. alteri de ver. oblig. neq; iſte eſt caſus ſpecialis in quo poſsit vt de ſe patet. Et ideo ex his & alijs quæ infra patebũt in hoc vlti. articu. ſic diſtinguo. Quod quandoque licet ciuitatum ſint diſtinctę iuriſdictiones & camere, tamen ſententia confiſcationis fertur ab illo qui habet iuriſdictionem a ſuperiore vtriuſque ciuitatis non in temporalibus, quia dictum eſt ſupra, ſed in ſpiritualibus, vt in inquiſitore hæretice prauitatis cõfiſcante bona hæretici. & de hoc vide Ioã. Andre. in d. c. cum ſecundum. & adde quod dicitur per Gui. in l. fin. C. de hæredi. decu. vbi ponit cui applicentur bona clerici dãnati per epiſcopum de crimine de quo laicus perderet bona. & ẽt vide quod no. Ioã. And. in addi. Spe. in titu. de feudo. §. pen. ad fin. in magna additione, vbi tractat. q. cui applicentur bona feudalia quæ clericus cõdẽnatus ab epiſcopo tenebat a laico in dioceſi epiſcopi. Vide multa pulchra circa materiam confiſcationis bonorum quę habuit licet decurtauerit ab Oldra. vt patet in ſuis quæſtionibus. q. xvij. vbi ſi vis ſatiari plene de hoc articulo omnino vide. Quando fertur ab illo qui habet iuriſdictionem ſolam a ciuitate a qua eſt officialis conſtitutus vel a domino illius ciuitatis, & ponit in banno hominem habentem ibi bona, & in alijs ciuitatibus, & tunc quantum ſpectat ad ciuitatem condemnantem ſiue, loquamur in cõdemnato, ſiue in bannito, nunquam ciuitas illa poteſt habere bona ſita in alterius ciuitatis territorio, quoniam confeſsio iuriſdictionis extra illud non extenditur vt in iur. ſupra allegatis pro hac parte. Quantũ vero ſpectat ad ciuitatẽ aliam quæ non condemnauit Bal. in d. l. cunctos populos in vlti. q. meo iudicio ſatis notabiliter loquitur, ſed non plene, dicit enim quod ſi ſtatus perſonę mutatur, adeo quod non poteſt habere proprietatem bonorum. Et tũc ciuitas quæ non condemnauit occupat bona non iure confiſcationis ſibi facte, quia facta non eſt ſed vt vacantia vt d. l. cum vnus. §. pen. & quod no. Inno. in d. c. poſtulaſti. Si vero ſtatus nõ mutatur, ſed remanet talis quod adhuc poteſt habere bona. & tunc illa retinebat damnatus. Poteſt enim ſecundũ eũ diuidi effectus ſententiæ confiſcationis l. ſi cum militi. §. j. qui ex ma. & ad l. fal. l. in ratione. §. cum quidam. ſed non eſt verum quod diuidatur, immo, vt dixi ſupra non intelligitur confiſcare, niſi exiſtentia in ſuo territorio & ſuæ camere, aut per expreſsionẽ, aut per tacitum intellectum, licet ipſe Bald. arguẽdo aliter tetigerit in l. propter litem. §. licet. ff. de excu. tut. & ideo dico latius aperiendo veritatem huius vltimi articuli qd aut loquitur in condemnato facta executione, & ſine dubio ciuitas quæ non condemnauit, non poterit habere bona ſuo territorio ſita iure confiſcationis, qualitercunque lata ſit ſententia per ea quæ dixi ſupra ſed quia ille fuit effectus ſeruus pœnę. vt l. qui vltimo de pe. & ſic non poterit habere hæredem, occupare poterit vt vacantia, & ſic verificatur quod dixit Bald. Si vero loquimur in bannito, tunc quia concluſum eſt ſupra quod non perdat ea quæ ſunt de iure ciuili & gentium. & ſic poteſt retinere bona vt etiam infra dicetur diſtinguendum eſt, quod aut talis bannitus erat oriundus ciuitatis confiſcantis, & ibi deliquit, tunc ciuitas alia habẽs bona in ſuo territorio ei auferre aliquo iure non poterit, & ita verificatur ſecundum dictum Bald. & nota. Nullo enim iure poteſt ſe fundare vt patet ex iam dictis. Si vero in ciuitate in qua fuit bannitus nullum aliud habebat domicilium, ſed ſolum fuit ſortitus forum propter delictũ, ſed erat oriundus vel incola alterius ciuitatis, in qua etiam habebat bona. Et tunc ciuitas illa non ex vi ſententiæ alterius ciuitatis, ſed iure ſuo poterit contra illum proce-

Source : BIU Cujas

dere & bona ſui territorij ſiue camere confiſcare per no.in l.j.C. vbi de cri. agi opor. & in l.ij.& ff.de inter.& rele.l. legatorũ.§. interdicere.& ex his patet quod dictus Regius gubernator non poterat conſequi dicta bona.& ſic finaliter eode ciuitate Ianuę expulſo fuit poſtea per Ianuēſes terminatũ.

18 Decimooctauo queritur † quãdo bannitorum bona publicantur. An veniant in tali publicatione bona præſentia tantũ an etiam futura. Iſtam quæſtionem tetigit glo.in l.j.ff.de bo. dam.in fi. gl. magne,& non deciſit, ſed eam videtur decidere in l.non ad ea.ff.de condi.& demon. ſcilicet quod non veniant futura. Idem tenuerunt Dy.Guil.& Old. in l. ſi qua pœna. ff.de his qui ſunt ſui vel ali. iur. & idem tenuit diſputãdo Nico. Mata.quem refert & ſequitur Io.And.de accu.in præallega.§.ſequitur,verſi.quid ſi aliquis.in ſuarum addi. alias allegato ver.fœlicis.& in tit. de accu. & ibi allegat iura quæ videre potes.& pręſertim allegat pro caſu.l.ſi tibi mandauero. §.is cuius bona.ff.man. quod intellige ſecũdum vnam lecturam.Idem etiam tenuit Alberi.vbi ſupra q.xiij. Tenuit etiam Bartol. in l.certa forma.C.de iure.fiſ.lib.x. vbi reſpondet ad l.arriani.C.de hęre.In quo quia eſt commune aliter non proſequor.Sufficere enim debet tex.§.is cuius. & glo.dicte l. non ad ea.

19 Decimonono † Viſo quod nõ perdunt bona immo & quando perdũt non perdunt poſtea quæſita.Queritur an eis exiſtentibus in banno currat pro retentis vel acquiſitis præſcriptio. Iſte articulus eſt diſputabilis,tamen ne exeam propoſitum videtur mihi breuiter concludendum qđ aut ex forma ſtatuti nihil diſponitur, quod audiri non debeant.Aut diſponitur vt ſępius tactum eſt.Primo caſu aut non potuit procuratorẽ dimittere & dimiſit, ſed mortuus eſt,& non currit præſcriptio Aut potuit dimittere & nõ dimiſit,& currit præſcriptio, vt hæc probantur ex not. in l.j.C. de reſti. mili.in l.papinianus exuli.ff.de mino.& qđ per Inno.in c.querelam de procu. Secundo caſu videtur dicendum præſcriptionem non currere.C.de Anna. excep.l.j.in fin. cũ concor.quod forte verum eſt niſi ſit bannitus pecuniariter,& aliud ſoluere poſsit, ſed contumax exiſtat ff.de in integ.reſtitu.l.nõ videtur,& de regu.iur.l. qui poteſt cum ſimi.Nec prædictis obſtat quod ſeipſum videatur in tali caſu poſuiſſe l. ſi fideiuſſor.§. ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſ.cog. quia illud non fuit ad hoc ordinatum, ſicut dicimus in muliere prægnante ex adulterio in l. ſecunda.§.ſi quis non propter.ff.ſi quis cau.& quod dicam infra parte proxima. q.xlv.

20 Vigeſimo quero † Titius habebat filios i poteſtate fuit bãnitus ad mortem.Queritur an filij efficiantur ſui iuris, & ſic perdãt patriam poteſtatem.Hæc quęſtio facilis eſt. Cum enim dictum ſit ſupra in quarta quæſtio.huius partis quod non perdunt ea quę ſunt iuris ciuilis per ſtatuta ſui loci nõ correcti,patet quod talem poteſtatem non perdunt. Eſt enim de iure Romano.l.nam ciuium.ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & ideo dixit Bal.in l.gallus.§.& quid ſi tantũ. & d.l.prima.C.de hære.inſtit.quod filio talis banniti non datur tutor, ſed datur curator ad inſtar eius cuius pater eſt in hoſtium poteſtate.l.muto.§.ei cuius.ff. de tute. licet de hoc ipſe idem dubitauerit in authen. inceſtas.C.de inceſt.nup. Item eadem ratione quod licet filius talis banniti ſit legitime ætatis,tamen teſtari non poterit impediente patria poteſtate.l. qui in poteſtate.ff. de teſta.& alleg.Iac.de Are.in ſuo tracta. & in l.ex facto ad trebel.Nec prędictis obſtat authen.de inceſt.nup.§.ſi vero contigerit vbi filij exeunt poteſtatem patris banniti, quia loquitur de exulibus ſiue bannitis de iure communi qui perdunt ea quæ ſunt iuris ciuilis, de quibus in hoc tractatu non dicitur vt dixi ſupra in proe. licet ibi Ang. a communi opi.diſcedens aliter dixerit & bene.

21 Vigeſimoprimo quero † an tales banniti pdant poteſtatem conficiendi ſtatuta vna cum alijs ciuibus. Aduertendũ tñ quod Barto.in l.omnes populi.in vij.q.prime qõnis principalis ad propoſitũ loquitur hoc modo. Septimo quero.nunquid excõicati & interdicti poſsint facere ſtatuta.& dico quod non vt extra de immu.eccl.c.aduerſus.§.quia vero, nec facta reconualeſcunt impedimento ceſſante ſine noua confirmatione vt eodem titu. cap. primo.& argu.ff.de lega.iij.l.prima.§. ſi filius.& de bono.poſſeſ. ſecũdum tabu.l. qui ex liberis.§.reſtitutio. Idem credo de bannitis imperij.vt x. collatio.de ſtatu. contra liberta. eccle.§.primo cum enim non obediunt principi perdunt ea quæ iuris ciuilis ſunt de capi.dimi.l.amiſsione. Sed ſtatutũ condere eſt iuris ciuilis vt in l. omnes pa



Source : BIU Cujas

puli, ergo ex his verbis patet quod Barto. ſenſit eos non perdere potentiam conficiendi ſtatuta, maxime quia in ſua diſputatione dixit eos non æquiparari excommunicatis, ſed Ray. ibi dixit idem eſſe de bannitis de propria patria, æquiparatus eos excommunicatis, remittens ad plene notata per ſe in l. j. C. de hæredi. inſtitu. Quod communiter non tenetur, & ego non tenui ſupra hac parte quæſtione quarta. Et ideo dicendum puto quod in hac quæſtione debeat conſiderari, an deſinat eſſe ciuis, an non. Primo caſu non poſsit facere ſtatuta. Secundo caſu vero ſic per ea quæ dicta ſunt ſupra. An autem deſinat eſſe ciuis dicam hac eadē parte, q. xliiij.

*Vigeſimoſecundo queri-*
22 tur† an bannito domino vaſſallus liberetur a ſeruitio feudi. Hæc quæſtio mouetur per gloſſ. in capitulo primo in princip. in vſibbus feud. hic finit lex corne. & incipien. cōſue. regni. & ibi etiam per Bal. & determinat ibi gloſſ. poſt plures allegationes quod vaſſallus nō liberetur, & quod non ſit extincta fidelitas, ſed ſuſpenſa inter quæ longa eſt differentia, vt not. ff. de verbo. obligatio. l. ſecunda. §. ex his. & l. inter ſtipu. §. ſacram. Bald. autem ibi dicit quod gloſſ. non eſt vera quia bannum habet vim diffinitiue. & ideo non attēditur quod poſſit reſtitui quin illud a ſolo principe poteſt fieri. l. apud iul. §. fina. de lega. primo & de fideicom. liber. l. ergo. §. ſi is. Pro hoc. C. de ſenten. paſ. l. fina. Credo quod aut bannum eſt pecuniarium, & quia quouſque differat ſoluere durat & non vltra. & ſolutio poteſt ſeparari. l. cura. §. deficientiū. ff. de mune. & ho. & C. arbi. tut. l. ſi defunctus dicatur potius ſuſpēſa fidelitas quam extincta. & ideo non poſsit alienare interim licet tunc non teneatur ei præſtare ſeruitium cum hoſtis reputetur. Si vero bannum eſt perſonale tunc aut eſt bannitus de loco vel ex cauſa, in quo vel ex qua ſolitum eſt rebanniri bānitos in integrumque reſtitui. & tunc idem quia illud quod ſolitum eſt fieri, licet a ſolo principe bene poteſt conſiderari vt colligitur ex not. in l. fin. C. de ſenten. paſ. & eſt text. dicte. l. apud iul. §. ſi vero non eſt ſolitum aliquem rebanniri tunc verum credo quod dixit Bald. quia cenſetur eſſe perpetuum & non attenditur quod a ſolo principe fieri poteſt, & non eſt ſolitum fieri, vt l. ſeruus, C. de pe, & d. §. ſi,

23 *Vigeſimotertio* querit† vaſſallus fuit bannitus taliter quod eius bona veniunt confiſcanda. An feudum veniat in confiſcatione. An vero ad dominū reuertatur. Gulie. in Spec. de feu. §. quoniam. ver. quadrageſimo multum late examinauit hunc articulum, & finaliter cōcluſit feudum confiſcari, non ad dominum reuerti per iura ibi per eū alleg. & ita tenuit Gand. & etiam Alberi. vt patet in ſuis quæſtionibus ſtatutorū parte. ij. q. ccl. Sed Bar. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. de dam. infec. tenuit cōtrarium, videlicet quod ad dominum reuertatur, vel ad agnatos. alleg. & colla. ſi vaſ. feu. c. j. & ſi de feu. fue. contro. c. ſi vaſſallus culpam, & de eo qui inter. ſra. domini ſui. c. j. & de prohib. feud. alie. c. imperialē. §. illud ad l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. & quod ibi per Ray. & Cyn. reſpondet quod verum eſt feudatarium priuari non tamen applicari offenſo, ſed ad dominū reuertitur, & ibi per eum plene vide. Idē etiā ſed in alio caſu, ſcilicet quando epiſcopus publicauit bona clerici qui tenebat feudū a laico de quo tetigi ſupra xvij. q. tenuit Oldra. vt patet in ſuis quæſtionibus. q. xvij. q̄ omnia refert Io. An. in dicto ver. quoniā & habentur per Albe. vbi ſupra proxime. q. cclj. Sed quia ibi fiunt multe rationes huic quæſtioni generali non congruentes nō inſiſto. Sed omiſsis multis quæ in prædictis locis videre potes concludo aliter q̄ prædicti concluſerint qui ſimpliciter formauerit quæſtionem in vaſſallo condemnato & bonis publicatis. Non autem loquimur in feudo de ſuī natura in hæredem extraneū nō tranſmiſsibili & ſine dubio quæſtio nō procedit. Ea enim quæ non tranſeunt in hæredem extraneum in publicatione non veniunt. l. j. & q̄ ibi not. per glo. & doct. C. de bo. lib. Bal. indiſtincte dixit feudum nō venire in publicatione bonorum. & idem dixit præalleg. c. imperialem in ſuis cōcluſionibus. Item ad hoc vt procedat quæſtio eſt neceſſe poni quod vaſſallus ſuperuiuat cōdemnatus. Si enim eſſet mortuus cum tale ius morte extingueret non fiſcus, vt l. vxor patrui. C. de leg. cum ſi. ſed agnatus non iure ſucceſsionis, ſed ſanguinis admitteretur ſufficiat allegari not. per doc. in l. libertis libertiq;. C. de ope. lib. & per Bar. ff. eo. titu. l. iur. iu. §. ſi liberi. vbi ergo feudum vel ex conſuetudine vel ex ipſius conſtitutione eſt tranſitorum in hæredem extraneum poſſet quæſtio procedere, & tunc putarem non ad

mitti fiſcum per iura in locis prędictis alle-
gatis, Sed aut admittit dominum aut illos
qui admitti debent tali feudatario excluſo
de quibus in l.eū.ff.de inter.& releg. Pu-
to tamen aduertēdum quod ſi feudum erat
extra locū a quo bannitus eſt illud in publi
catione certe non veniat vt dictum eſt ſu-
pra.q.xvij.Si tamen ſeruitium ſit præſtan-
dum in loco a quo eſt bannitus,tunc nō vir
tute confiſcationis ſed propter non præſti-
tum ſeruitium vaſſallus admitteret,vt in ti.
quib.mod.feu.amit. Si vero feudum eſt in
loco a quo eſt bannitus ſeruitium autem ali
bi eſt præſtandum,tunc vaſſallus bannitus
non perdit feudum quia ſeruitium præſta-
re poteſt.& ſi præſtat ſeruitium, fiſcus non
ius feudi,ſed commoditatem quæ inde per
cipitur durante feudo forte poterit occupa
re arg.ff.de peri.& commo.rei vendi.l. ne-
ceſſario.§.fi.& ſolu,mat.l.vſufructu.cum ſi.

24 *Vigeſimoquarto* queritur † bā-
nitus cuius bo
na ſunt confi-
ſcata,habebat fundum in emphyteoſim.An
tale ius emphy.perdat, & veniat in confi-
ſcatione.Guil.vbi ſupra proxi.q.ſcilicet in
titu.de feud.§.quoniam.ver.xl. dixit idem
quod in feudo. Sed Bar.in d.§.ſi de vectiga
libus concludit aliter videlicet quod aut ta
lis tenebat emphyteoſim ab eccleſia,& ec-
cleſia poteſt a fiſco indubitāter repetere in
auth.de alie.& emphy.§.j.colla.ix. Si vero
tenebat a priuato,& tūc ſi erat talis emphy
teoſis ſiue forte ex natura conuentionis trā
ſiret in extraneū hæredē. & tunc tranſiret
in fiſcum qui habetur vt hæres.l.iij.C.ad l.
iul.de vi.Si vero ad extraneū hæredem nō
tranſiret,tunc non tranſiret in fiſcum, vt ff.
de bo.dam.l.j.vbi dicit eſſe glo.not.de hoc.
Dominus aūt illā repetet tanquā indebite
alienatam.& hanc differentiam emphy.ec-
cleſiæ & priuati ponit Cyn.in l.fi.C.de iure
emphy.& eſt glo.in l.j.C.de fun.pa. lib.xj.
Mihi autem videtur hæc verba Bart. in
vltimo membro contrarietatē implicare.Si
enim non tranſit in fiſcum ergo dominus
non habet fundamētum propter quod poſ-
ſit vt indebite alienatam reuocare, & ideo
forte dici poteſt quod poſtquam bannitus
viuit & emphyteoſis non tranſit in fiſcum
dominus nullatenus poſsit ad ſe iure dire-
cti dominij tanquam alienatam indebite re
ducere,quia nullo modo alienata eſt, poſsit
tamen fiſcus quouſque bannitus viuit com-
moditatem talis vtilis dominij percipere &
habere facta ſolutione debiti canonis,quia
abinde ſupra commoditas, & fructus dici-
tur.ff.fami.herciſcun.l. fundus ſolu. matri-
mo l.fructus per dicta l.vſufructu, & alia al
legata ſupra proxi.quæſtio.Mortuo autem
deinde bannito ad dominum reuertitur.l.
lex vectigal.ff.de pigno. & ita poteſt intel-
ligi quod nota.Bald.C. de bo.lib. vbi dixit
ſolummodo de emphyteoſi eccleſiæ non
confiſcanda.

25 *Vigeſimoquinto* queritur † an
bānito filio fa-
milias & bo-
nis publicatis veniat in publicatione pe-
culium quod habebat. In hac quæſtione
dixit Bartolus quod non in l.ſi finita.§.ſi de
vectigalibus,de damno infec.ſiue ſit profe-
ctitium ſiue caſtrenſe ſiue aduētitium lege
ſi filius.C. de bonis præſcrip. & nota. per
gloſſ.in l.prima.ff.eodem titulo. Et ad ra
tiones ibi factas in contrarium reſpondet.
Sed meo iudicio eius deciſio vera eſt in pe
culio profectitio. Illud enim non eſt filij
ſed patris.l. certum.C. famil. herciſcun. &
ideo non venit in confiſcatione bonorum
filij. Item eſt vera in peculio aduentitio.
Illud enim nō eſt proprie & vere filij cum
illius non habeat adminiſtrationem l. fina.
.§.filijs autem.C.de bonis quæ libe.& ideo
ſicut non poteſt alienare contrahendo mi-
nus poteſt delinquendo.& ad dictum Cyn.
poſt Iacob.de Aret.in l.ſi quis in tantam.C.
vnde vi.& ad iura. & ad rationes factas in
contrarium. Reſpondet vt per Bartolus
vbi ſupra nec obſt. quod nota. per Guliel.
in Specula.de ſtatu monaco.verſic. quinto
queritur,quia ſi illud dictum verum eſt lo-
quitur in eo qui intrauit religionem nō au-
tem in condēnato. Pro quo etiā vide quod
not.Bald.in l.iij.C.qui bon.ced.poſ. Sed in
peculio caſtrenſi meo iudicio eius deciſio
non procedit.Eſt enim illud filij & in eo ha
bet plenam adminiſtrationē & paterfamil.
reputatur.ff.ad maced.l.ij. ergo nihil obſt.
quin in publicationem bonorum ſuorum
contineatur.non obſt.l. ſi filius quia loqui-
tur ſecundum ſua tempora ſecundum quæ
peculium illud non tranſibat in hæredem,
ſed pater occupabat iure peculij, & ideo
in publicatione non veniebat.l.j.C. de bo.
lib.Hodie vero in illo filius habet patrē hę
redem,& ſic iure hæreditario poteſt in aliū
tranſire,vt habetur in l. ſi infanti.C. de iur.
delib.& in authen.de hære. quæ ab inteſt.
defe.& ſic ſublata eſt ratio propter quam
non veniebat in confiſcatione.& ſic nō ob.
ratio Bartol,nec etiam obſt. quod propter



Source : BIU Cujas

de lictum filiæ pater non perdat dotē.C. de repu.authen.contra ſi filij. Et not.eod. tit.l. conſenſu.& per Dy. in l.ij.§.quod ſi in patris.ff.ſolu.ma.quia licet in ea habet hæredem vt l.auus.de pac.dot.& plene per eundem in l.poſt dotem.& l.nupta.ff.ſolu. matri. non tamen eſt filiæ ſicut filij eſt caſtrenſe peculium.Eſt enim dotis actio communis patri & filię,quæ poteſt etiam in parte conſolidari, vt eo.titu.l.ij.§.j.&.§.voluntate & ibi plene.Præterea in auth.contra ſi filij nō tractatur de publicatione dotis. Sed an illā perdat propter eius adulteriū vt ſic remaneat pœnes virum,& ſic non facit ad propoſitum.Sic ergo concluſio quod caſtrenſe peculium veniat in publicatione bonorum filij.& ita reperio tenuiſſe Ang.in l.ſi filius. ff.de dam.infec.& addit rationē quod alias confiſcatio bonorum filij nihil operaretur, quod eſſe non debet.l.ſi quando.ff.de leg.j.

26 *E conuerſo.* xxvj.queritur† an bannito patre & bonis eius publicatis veniat in publicatione peculiū quod habebat filius,circa hoc vide Bar.in præallega.§.ſi de vectigalibus expedit ſe vnico verbo videlicet loquendo in condemnato quod non publicetur peculiū,alleg.ff.de mino.l.iij.§.ſed vtrū Certe peculium caſtrenſe nullatenus debet intelligi publicatū ſiue loquamur in patre condemnato ſiue in bannito, quia illud filij eſt, & a ſe habet non a patre vt dictum eſt ſupra proxi.q.& ideo delictnm patris ei nocere non debet.C.ne fil.pro pat.per totum. & ff.de iure patro.l. diui fratres. cum ſimi. Peculium vero profectitium licet ſit paternum , tamen ex benignitate conſtitutionis diui pij non publicatur.vt in.§. ſed vtrum ad l.j.§.merito.ff.quan.ac.de pecu.eſt anna. Reſpōdeo.vt per Bar.in d.§.ſi de vectigalibus.Quæ reſponſio eſt clara,videlicet ꝙ licet fiſcus teneatur vt ſucceſſor patris,tamē recuperat id quod ſoluit a filio pœnes quē remanet peculium.ſed Bald.intelligit quod ibi loquitur quando ex condemnatione ſiue banno filius efficitur ſui iuris , quia tunc deſinit eſſe peculium,& ideo publicatur vt ipſe not.in l.diximus.§.ſi pater.ff. de excu. tut.Sed primum verius per d.§. ſed vtrum. Fortius ergo non debet publicari aduentitium licet pater in illo habeat vſumfructū quia filij eſt ipſum peculium.l. cū oportet. C.de bo.quæ lib.Et ſi loquimur in patre cōdemnato taliter ꝙ vſufructus extinguatur, certum eſt . Si vero non extinguitur vt in bannito qui vt dixi ſupra non perdit patriam poteſtatem,maius eſt dubium per d. l.vſufructu.ſol.ma.cum concor. de quo di cam ſtatim in ſeq.q.

27 *Quero ergo* xxvij. † Titius inter alia habebat vſumfructum in fundo,fuit bannitus & eius bona fuerunt confiſcata. An dictus vſusfructus veniat in bonorū publicatione,Iſtam quæſtio.mouet Bartol.in l. ſi poſtulauerit.§.iubet.ff.de adul.& ſe nō firmat,ſed remittit ad not.per ſe in l. ſi finita. §.ſi de vectigalibus.C. de dam. infect.vbi in eo nihil dicit de vſufructu in l. ſi quis in tantam.C. vnde vi videtur in ſimili dicere quod publicetur commoditas per l.vſu fructu.ff.ſolut.matri. Vidi in quodam Bartol. l.ſi quis poſthac.C.de bo.dam. quod ipſe dicit ſe vidiſſe ſeruari vt publicetur per d. ſtum.§.iubet. verſi.ſed ſi vſusfructus. alleg. etiam l.ſtatius.§.fina.de iure fiſ.cui concordat.l.cum pater.§.hæreditatem de lega.ij. Ang.in l.eorum.ff.de dam.infec.tenet commoditatem publicari & ipſam durare viuente patre.l.lex vectigali. de pig. Bald. in l.j. C.de bo.libe.dixit vſumfructum non venire in publicatione bonorum ſed perire. vt l.corruptionem.C.de vſu.Bartholomeus de Salyc.in d.l.ſi quis poſt hac.verſicu.ſi quid etiam in vſufru.peculij aductitij dicit quod aut publicatio bonorum facta eſt ex cauſa propter quam patria poteſtas eſt deperdita,& tunc vſusfructus redit ad proprietatē, quia ceſſat cauſa propter quam patri conceditur ſcilicet patria poteſtas & adminiſtratio legitima,vt C. de bon.quæ libe.l.cū oportet §.cum autem,& per hoc quod nota.gloſſ.quarta in fin.in l.fina.C. de ſenten. paſ.& ibi per Cyn.in vj.quæſtione aut patria poteſtas & adminiſtratio legitima durat, & tunc videtur quod publicetur quaſi nondum venerit tempus conſolidandi.Per prædicta iura dicit ipſe in contrarium facit quod conſolidetur,& ad filium reuertatur quia ſi filio conceditur peculium profectitium vt eſt dictum quod eſt plus,quia dominium erat pœnes patrem quanto magis vſusfructus rei cuius proprietas eſt filij.argu.de ſac.ſanct.eccle.auc.multomagis.Item quia hunc vſumfructum ſiue eius proprietatem pater habet a lege vſque ad tempus, ſed commoditates conceſſe ad tempus ex legali diſpoſitione ei cuius bona publicantur non vult lex ad fiſcum ſpectare.vt in dicta l. ſi quis poſt hac. in verſicu. dos etiam. Non ob. contraria quia in eis delatio & cōmoditas proceſsit ab homine nō a

Source : BIU Cujas

lege, & ſic alia eſt differentia inter dilatio-nem datam ab homine vel a lege.ff.de cō-penſa.l.ſi cum militi ſubdit tamen ibi cogi-tandum eſſe.Et ad prędicta reſpōderi poſ-ſe quod peculium profectitium non erat in adminiſtratione patris, & quod lex ſi quis poſt hac loquitur in ciuiliter mortuo,& ſic filij ſunt a poteſtate liberati.Videtur ergo etiam ipſe concludere vſumfruc.publicari eo modo quod dictum eſt ſupra. Sed mi-hi videtur dicendum quod in mortuo locū habet quod dixit Bald.in d.l.j.de bo.lib.In bannito autem aut loquimur in fructuario regulari,& publicatus intelligatur vſusfru ctus, id eſt commoditas per dicta iura.Aut in patre qui habet vſumfructū a lege pro-pter patriam poteſtatem.& tunc aut ei re-miſerat vſumfructum ſecundum formam le gis cum oportet.§.ſinautem.de bo.quę lib. & fiſcus nihil poſsit petere , ſicut nec poſ-ſunt hæredes quorum locū fiſcus tenet.vt l. iij.ad l.iul.de vi.Si vero ei non remiſit tūc aut bannitur taliter quod non perdit patriā poteſtatem,& tunc omnis commoditas trā-ſeat in fiſcum per iura prędicta.Aut perdit patriam poteſtatem , quod quando ſit dixi ſupra in xx.q.& tunc eatenus tranſeat ad fiſcum quatenus remaneret pœnes patrem filio patriam poteſtatē exeunt, ſcilicet me-dietas,vt in d.l.cum oportet.§.cum autem, ex quibus omnia prædicta ad conſonan-tiam reducuntur.

## Vigeſimooctauo queri-

28 tur† vxor Titij fuit bannita,& eius bona confiſcata fuerunt.An intelligetur dos quā dederant Titio publicata.Quæſtio hęc ha-betur in l.quinq; legibus.ff.de bon. dam.& ibi eſt contentio inter gl.& Dy.dixit enim Dy.Quod aut maritus fecit pactū de lucran da dote,aut non. Primo caſu non publicat dos damnatę mulieris niſi in quinq; caſibus ibi poſitis.ſ.qn̄ damnatur pro crimine læſæ maieſta.vel per l.iul.de vi pub.vel propter parricidium,vel propter veneficiū,vel per l.corne.de ſica.Secundo caſu dixit indiſtin cte publicari.ff.ſo.mat.l.ſi conſtante.§.fi.gl. autem tenuit dotem indiſtincte nō publica-ri niſi in dictis quinq; caſibus. Et hoc tenet Iaco.de Are.in d.l.quinq; legibus.Quod eſt verum quando damnatur conſtante matri-monio tunc vbicunque publicantur bona, etiam dos eius intelligitur publicata,vt di-cta l.ſi conſtante.§.final.& ita communiter tenetur.

## Sed quero uigeſimonono.

29 †An ſi vxor Titij banniatur ob adulteriū maritus ſiue eius hæredes eo poſt bannum præmortuo vxori poſſent per illam ad do-tem conueniri.Hæc qō eſt valde dubitabi-lis,cum tn̄ fuerim de facto conſultus conſi-deraui hanc q.pendere a duobus. Primo an vxor propter adulteriū perdat dotem.

Secundo ſi perdit hæres viri poſsit obij-cere de adulterio. Et quidem circa primū dicendum eſt ꝙ ſic vt probatur in authē.vt lic.mat.& auie.§.quia vero.& no.C.de rei vxo.ac.§.taceat licet gl.notet contrariū, & non bene in l.rei iudicatę.§.j.ff.ſo.matri.& hoc indubitanter verum eſt qn̄ non ſolū cō mittit adulterium,ſed ēt a viro diſcedit for-nicationis cauſa,vt extra de do.inter vir.et vxo.c.plerunq;. Sed circa ſecundum ma-ius eſt dubium. Videtur enim cōis opi.ꝙ li-cet vir poſsit obijcere de adulterio, non tn̄ poſsit hoc facere hęres eius l.fi.C.de adul. & per Bart.& Bald.in d.§.j.& per Guil.in Spe.de excep.ſupra d.verſi.Itē queritur,& de dona.inter vi.& vxo.§.j.ver.quid ſi mu lier & vtrobiq; Io.An.vr̄ firmare opi.in gl. in.§.taceat.quam ſequūtur alij vt iam dixi. & pro hac opi.vr̄ caſus in l.fi.C.de re.don. in ratione ſui,& ff.q & a qui.l.ſed & ſi ma-ritus. in fi.ſecundum Ray. in l.j.§.fin.ff.ad ſilla. Dixi tn̄ tūc in caſu de quo querebat cōtrariam ſniam verā fore, ſic diſtinguens. Quod aut adulterium eſt incognitū viro,& tunc ſicut vir potuiſſet obijcere vxori , qn̄ ſciſſet,ita & poſsit hæres.ff.de reg.iur.l.hæ redem.& l.hæreditas.Pro hoc quod habet in l.ſororē.C.de his qui.vt indig.& de fidei com.l.fideicōmiſſum. Neceſſe tn̄ eſt qd ac-cuſet & probet vt in d.§.quia vero præal-leg.ſecundum Bart.in l.miles.§.ſocer.ff.de adul.Bal.tn̄ dicit non eſſe neceſſe accuſari, ſed poteſt excipiendo,vel ciuiliter agendo conſequi lucrum dotis , vt ſcripſit in l.cum mulier.ſol.mat.vbi vide. Si vero adulte-rium vxoris eſt notū viro , tunc aut vir eū accuſauit,& hęres proſequi pōt cauſam ſal tem quo ad effectū perdēde dotis.C.ſi reus vel accu.mor.fu.per totum. Idem ſi non accuſauit ſed accuſarē inſtituit vel non fuit tm̄ tempus inter ſcientiam adulterij,& mor tem quod accuſare potuerit.Cum enim hæ res repellatur ex eo quod vir videatur re-miſiſſe iniuriam vt in iuribus prædictis ma xime in l.fi.de adulte.In caſibus prædictis ceſſat talis ratio,Ergo ſtat regula, quod ius

Source : BIU Cujas

cōpetens viro tranſit in hæredē. Si vero
nec accuſauit nec accuſare potuit tunc aut
retinuit uxorē poſt ſcientiam ſicut prius.&
tūc vera ſit opi.gl.& doc. de quibus ſupra.
Cū.n.ipſe mores approbauerit,hęres repro
bare nō pōt,ſicut nec ipſe,qđ intellexit Io.
eſſe uerū ſi agere velit cōtra vxorem,ſecus
ſi velit excipere,ut ipſe not.xxxij.q.vj.c.j.
& tenuit Bal.vbi ſupra qđ ego non firmo ꝓ
nūc. Si uero ipſam in domo non tenuit,tūc
aut eiecit eam propria authoritate.et dic vt
habetur in l.conſenſu.C.de repu. & plene
per Hoſt.in ſum.de adul.§.qua pœna.verſi.
ſed nunquid hoc fieri. Si aūt eam nō ex-
pulit ſed ipſa a viro diſceſsit fornicationis
cauſa.Tunc aut crimen non eſt notoriū, &
idem quod ſupra,aut crimen eſt notoriū,&
tunc cum nulla requiratur ſentētia ipſo iu-
re virtute notorij dotem amiſit, vt firmat
gl.in c.fi.extra de adul.& Io.xxx.q.v.noſ-
ſe in gl.vlti.& xviij.q.j.idololatria.Quod
alibi intelligit eſſe verum in caſu quo cum
adulterio publice moretur.xxix.q.ij.c.cu-
ius rei cau. & xxij.q.j.c.j.& ex his patet
quando vxor bannita propter adulterium
perdat dotem.In caſibus autem in quibus
non perderet,an obſtante alio ſtatuto ꝙ bā
niti nō audiantur poſsit per ſe vel per aliū
recuperare,dicam infra in q.lxxiij.dum tra
ctabo an poſsit iura cedere.

30 *Trigeſimo quero* †bannito cu-
ius bona cō-
fiſcātur erat
tempore banni delata hæreditas quam nō-
dum adiuerat.Quid erit de hæreditate illa
veniat ne in confiſcatione.Iſtam queſtionē
vidi de facto in qua fuit determinatum qđ
non veniret in confiſcatione, & inter alias
rationibus infraſcriptis .Primo quia licet
ex confiſcatione,omnia bona & iura queſi-
ta in fiſcum trāſeant ipſo iure vt in ſucceſ-
ſorem per l.iij.C.ad leg.iul.de vi.ff.de iur.
fiſ.l.j.§.an bona.Nō tamen reperitur quod
tranſeant iura querēdi, immo potius debet
dici non queri ſicut dicimus in parte & do-
mino.C.de hęre.inſti.l.cum proponas.& de
acqui. hære.l.is qui hæres. Secundo per
ea quę ſcribit Bart.in l.is poteſt.ff.eo.ti.in
vlti.oppo.ante ver.expediti.vbi ſic loqui-
tur.& per hˀ dico quod iſtud ius adeūdi nō
queritur alteri,vt ſupra dixi de filio,ſeruo,
& monacho.& ideo dicunt iura quod regu
lariter hæreditas non adita non tranſmitti-
tur.l.vna.§.in nouiſsimo.C.de cad.tol.hæc
Bart. Si igitur in hæredem ſaltem extra-
neum tale ius non tranſit, ergo nec in fiſcū
bonis publicatis, vt no.per gl.& doc.in l.j.
C.de bo.libe. Tertio ſic probatur,ius adē
di nō eſt proprie ius ſed quædam facultas,
ff.ad leg.falci.l.pretia.rerum,& habetur in
l.licet.de iur.delib.ergo non venit in publi
catione bonorum, maxime quia ſi eſſet ius
non cenſetur ius in bonis ſed extra bona,vt
d.l.pretia rerum, ergo in generali ſuorū bo
norum translatione non venit,& ita in ſimi
li determinauit Bald.in l.j.C.qui admi.ad
bo.poſ.po.in ver.quo ad vltimum.Vbi etiā
aſsignat plures alias rationes quæ faciunt
ad propoſitum.& iſtud puto verius quā id
quod ſcripſit Cy.in l.ſi quis mihi.bona.§.ſi
quis plene.ff.de acqui.hære.Vbi diſtinguit
an bannitus ſit intra tempus iuris deliberā-
di,an poſt quod etiam ibi tenuerant Pet.&
Iac.de Rauen.Illa enim diſtinctio nō poteſt
cadere in fiſco qui eſt ſimplex bonorū ſuc-
ceſſor,non hæres,tam quia bannitus viuēs
hæredem habere nō poteſt,l.ij.de hęre.vel
ac.ven.tum quia nec mortuus quia fuerat
effectus ſeruus pœnæ.l.qui vltimo de pœ.
licet in quibuſdam ſpecialiter diſpoſitis ta-
lis ſucceſsio ad inſtar hęredis tractetur.l.ij.
ad l.iul.de vi.& no.per gl.& Bart.in l.inter
eos.§.fi.de fideiuſ.Item illa diſtinctio nō ca
deret in bannito qui etiam poſt annum adi-
re poteſt.Itē nec in ſuo in quo ceſſant,l.quo
niam.& l.ſi auia.de iur.delib.& ideo vera
eſt concluſio prędicta quod talis hæreditas
nullo caſu fiſco queratur, quod in d.§.ſi qs
plane.tenuit gl.& eā ſequit ibi Ray.repro-
bans Ia.de Ra.& id tenuit ibi Nic.de Nea.
nec predictis ob.quod poſtea adeūdo fingit
hæres a die mortis defuncti & ſic tpe com-
fiſcationis, vt l.hæres.quandoq;.ff.de acq.
hære.quia talis fictio hoc caſu non attendi-
tur vt patet ex his quæ ibi no.per gloſ.&
Bar.Cautela tamen datur quod talis banni
tus repudiet in concordia cum illo ad quē
eo repudiante deuoluitur de quo fiſcus cō-
queri non poteſt, vt l.qui autem in prin.de
his quę in fraud.credi.

31 *Trigeſimo primo.* †Bānito de-
bebatur ali-
quid ex cō-
tractu vel ex vltima voluntate ſub condi-
tione quæ poſt bannum, & publicationem
bonorum purificata eſt querit an illud ius
tranſeat in fiſcum.Iſta q.meo iudicio nō re-
peritur bene determinata,text.enim in l.ſi
conſtante.§.fi.ff.ſolu.mat.ſecundum vnum
intellectum facit quod ſic.Ad id fortius de
pac.dot.l.inter ſocerum.§.fi. In contrariū
facit l.quoties.in fi.ff.de noua. Et iſtā partē

Source : BIU Cujas

ꝙ non veniat in confiſcatione, tenet Alb. in materia ſtatutoꝝ q. cclxv. loquens in ſubſtitutione, & alleg. l. ſubſtitutio. ff. de acqui. re. do. Bar. in d. l. ſi conſtante. in fi. arguit pro et contra in l. quoties, de noua. vr̃ tenere quod in confiſcatione non veniat. & ibi Ang. claruis idē tenet dicens ibi eſſe caſum quod in confiſcatione bonorū non veniant iura conditionalia, & idem firmat in l. tutoris. C. ad l. iul. de vi. & allegat gl. quæ hoc dicit in l. non ad ea. ff. de condit. & demon. Bald. in l. j. C. de bo. liber. ſe non firmat ſed alleg. pro & contra dicta iura. Mihi autem videtur quod dicta iura loquuntur in diuerſis caſibus. Nam l. quoties loquitur ĩ damnato qui venebat ſub cõditione obligandus, et ideo cum tempore obligationis non reperiretur perſona habilis ad obligãdum ſe, ſaltem ex contractu iuris ciuilis non fuit purificata obligatio, & ſic fiſcus ex perſona damnati teneri non potuit. Et vide iura quæ allegabo infra in vlti. tempore parte ij. qõ. vj. lex autem inter ſocerum. §. ſi. loquitur econtrario qñ perſona fuit damnata cui debebat queri & ideo ibi videtur caſus ꝙ iura conditionalia veniant in publicatione bonorū.

Sed puto contrarium per gloſ. in d. l. non ad ea, & per ea quæ dixi ſupra q. proxi. & q. xviij. ad l. inter ſocerum. §. ſi. reſpõ. quod ibi ius fuit natum paſsiue contra virum, & ſic illa actio erat in rerum natura. Aut ergo ille pater fuerat deportatus, & licet ei queſita fuiſſet, tamen fiſcus eo poſtea naturaliter mortuo ageret, vt l. ij. C. de bo. dam. Aut ſtatim fuit mortuus & fiſcus aget non iure cõfiſcationis ſed iure occupationis bonorum vacantium quicquid ibi dicat gloſ. & iſtud non poteſt habere locum in bannito, qui vt infra dicetur hac eadem parte q. j. poteſt habere hæredem in poſtea queſitis.

## Trigeſimoſecundo quero

32 † an banniti prædicti quorum bona publicantur perdant iura patronatus. hæc qõ. bimembris eſt, & ideo dico aut loquimur in iure patronatus libertorū de quo ff. de iur. patron. per totum. & tunc ſerua quod dicitur in l. j. C. de bo. lib. In his enim quæ tranſeunt in hæredem extraneum priuatur bannitus & tranſeunt in fiſcum. In alijs autem remanet patronus, vt ibi, Si vero loquimur in iure patronatus eccleſiarum ſciendū qđ gl. mouet & non determinat. xj. q. vij. filijs. Sed glo. in clemen. paſtoralis. de re iudi. ſuper verbo ſubiecte, videtur tenere quod talé ius in fiſcum nõ tranſeat. & hoc tenet Archi. in d. c. filijs. & eſt verum. Nam licet trãſeat in hæredem extraneum, vt no. in cle. ſi plures de iure pa. & xvj. q. vij. conſiderandum tamen quia illud ius laicus habet ab eccleſia ſtatutum ſine ſententia confiſcantis ille non poteſt auferre de iure patro. c. j. & iij. & iſtud indiſtincte tenet Bal. in d. l. j. de bo. liber. & hæc pars placuit Anto. de But. in d. cle. paſtoralis reprobata opi. Bart. Brixien. in d. c. filijs. vt in d. cle plene per eum quod intelligit verum ſiue principaliter veniat publicatio bonorum ſiue acceſſorie ad delictum quia ſuper ſpiritualibus nec principaliter nec ſecundario iudicat laicus extra de ordi. cogni. c. tuam. Dixit tamen ibi no. quod hoc eſt verum quando publicatio fit virtute ſtatuti. Tunc enim hoc non poteſt facere ſtatutū de cõſtitu. c. eccleſia ſanctę Marię ſed ſi publicatio fieret de iure cõi dicit quod licet ex confiſcatione facta per iudicem ſecularem non perderet ius patronatus, poſſet tamẽ epiſcopus declarare delictum & illud ius confiſcare fiſco eccleſię. Et erit effectus quod ius patronatus extinguetur, et illa eccleſia remanebit libera ſub epiſcopi poteſtate. Allegat quod no. Archi. in d. c. conſiderandum. Quod vltimum videtur mihi non tolerabile. Nõ enim habet epiſcopus cognitionem criminum ciuiliū in laicum. Item cum ſemel in illo loco ſit cognitum amplius cognoſci nõ poteſt. l. licet §. pe. ff. nau. cau. ſtab. & ideo hoc vltimum maxime canoniſtis relinquatur.

## Trigeſimotertio queritur

33 † an bannito filiofamilias. & bonis eius publicatis pater teneatur tradere fiſco legitimam. Reſpondeo quod non quia viuo patre filius vere nullum ius habet in legitima vt habetur. ff. de lib. leg. l. poſt emancipationem, & per Bart. in l. ſi. ff. de lib. agno. & in l. ſi. C. de pac. & habetur in auth. ſi qua mulier. C. de ſac. ſan. eccl. Et ſi diceretur illa iura loquuntur in alijs quibus nõ debetur de neceſsitate legitima, ſed legitima eſt debita, vt l. cum ratio. de bonis damna. & quod no. in l. ſecunda. C. de iuris & fact. ignoran. Reſpõdetur quod etiam non obſtaret quia deberetur ſub conditione ſi præmoriatur pater, & ideo in publicatione non venit, vt dixi ſupra quæſtione xxix. & xxx. Pro hoc videtur caſus in lege & ſi condemnatus. ff. de noxali. quæ ad hoc allegatur. Facit etiam lege ſi qua pœna. de his qui ſunt

Source : BIU Cujas

ſui vel alie.iur.& ita determinat Guil.vbi refert opi.in Spe.de ſen.execu.§.ſequitur. verſic.ſi ſiliusfa.vbi vide per Ray.in d.l.ſi qua.licet tñ ita ſit de iure,ſunt in aliquibus partibus Italiæ ſtatuta contra hoc diſponẽtie quæ ſuis locis ſeruandæ ſunt,vt l.omnes populi.de iuſti.& iur.

## *Trigeſimoquarto quero*

34 † ſtante ſtatuto quod pater teneatur aſsignare fiſco legitimam pro filio delinquente filius fuit ex contumacia bannitus, & eius bona fuerunt publicata, queritur an pater teneatur fiſco legitimam dicti filij aſsignare, Dy.& Ray.dixerunt quod non,l.j.ff.qñ ex fac.tu.per illũ tex.ad idem.l.j.C.de iur. fiſ.ſecundum ſecundam lecturam.& idem tenuit Alber.in q̃o.ſtatutum.q.cclviij.& alleg.l.j.de in lit.iur.cum concor.idẽ tenuit Bar.diſputando & effectum diſputationis poſuit in lec.in l.cum filius.in prin.de ver. obli.& allegat vltra prædicta primo,l.eius qui delatorem.ff.de iur.fiſ.vbi ficta confeſſio ex contumacia introducta nõ egreditur perſonam contumacis.Allegat etiam.l.qui repudiantis in ſi.de inoſſic.teſta.l.de euict. l.ſi ideo.C.de pigno.l.præſes.In quibus habetur quod vbi alias ſententia lata contra vnum preiudicat alteri non habet locũ qñ fertur ex contumacia etiã illo ſciente. Allegat etiã not.per Cy.in ſimili in l.ſi qñ.C. vnde vi.de qua ibi plene vide vbi examinat qñ ſtatutum aliter loqueretur,quæ cum per eum plene declarentur aliter non proſequor.Vnum no.quod dictum ſtatutum loquens in patre non habet locum in auo ſecundum Dy.& Ray.in l.lege iulia.§.hoc capite per illum tex.ff.de rit.nup.

## *Trigeſimoquinto queri=*

35 tur † pone ꝙ ſtatutũ taliter loquatur quod pater etiam pro filio bannito nedum aliter conuicto & condemnato teneatur aſsignare fiſco legitimam,Contingit ꝙ filius deliquit in chalen.Ianuar.Accuſatur in chalẽ. Martij bannitur in chal.Auguſti, interim augetur & minuitur legitima queritur qđ tempus debeat inſpici.An delicti.An accuſationis.An ſententię,queſtio eſt ſubtilis,& fuit ab olim diſputata per Ia.Vincentinum vt refert Albe.in queſtionibus ſtatutorum cclix.q.& ibi arguit ad vtranq; partẽ multum diffuſe,ſed tangam aliqua,& bř. Primo arguit quod inſpiciatur tempus delicti, l.j.in ſi.ff.de pœ. Secundo quia executio debetur iure obligationis ergo inſpicitur tempus delicti quo inſurgit obligatio.l.ſecundum cor.de noua,iuncta.l.omnem,de iudi.

Tertio quia patrimonium habebat certam formam a tempore delicti, ergo illud tempus inſpicitur.l.ij.in ſi.ad l.aquil.C.de impo.lucr.deſcri.l.j.in ſi.cum ſimi.Ad idem adducit.l.iniuriarum eſtimatio de iniur.de ſer.cor.l.doli.§.ſi.de iudi.l.ſi filius. Secũdo arguit quod inſpiciatur tempus accuſationis.Primo ad obligandum patrem requiritur ſcriptura, quia ante non tenetur quã ſit conuictus filius.l.libertus.§.j.ad munici.C. de decur.l.j.lib.x.ſed in ea requiritur ſcriptura.C.de accuſa.l.in cauſis.& ff.eo ti.l.libellorum.ergo illud tempus inſpicitur.C. de ſi.inſtr.l.contractus.Secundo ad idẽ pater tenetur vt fideiuſſor filij.l.cum filius.in prin.de verb.obli.cũ cõcor.ſed mora principalis nocet fideiuſſori, & tempus more inſpicitur.l.mora.de ver.obli.ſi cer.pe.l.vnum quæ mora contrahitur per interpellationem.ff.de vſu.mora ergo &c. Tertio quia adminiſtrationem bonorum perdit ille qui propter delictum tenetur accuſatione porrecta non ante.l.aufertur.§.in reatu. ff.de iur.ſiſ.& ff.de bo.dam.l.cum ratio.& ſic patet quod ante accuſationem nõ debet inſpici eſtimatio ſed accuſationis tempore. & ita videtur tenuiſſe gloſ.ſecundum eum in l.chyrographis.in ſi.ff.de admi.tu licet videatur tenere cõtrarium in l.ex iudiciorum.de accu.Tertio principaliter arguit ꝙ inſpiciatur tempus ſentẽtię.Probat primo. ff.de rei ven.l.ſi hominẽ.§.iulianus.de edĩ. l.vbi de triti.l.pe.& l.iij.§.in hac.ff.cõmo.

Secundo probat a natura contrarium.l. ſi.in ſi.de leg.iij.Sed ſi bona tempore ſentẽtiæ reperiantur ſine culpa diminuta illorũ non ſiet eſtimatio, quia pater tenetur reſpectu certorum bonorum.l.ſi ex legati cauſa de ver.ob.C.de iur .emphy.l.j.& de leg.j.l. titie textores cum ſi. Tertio quia obligatio alicuius ex mora alterius non creſcit de in lit.iur.l.j.cum concor.licet ergo eſtimatio fuerit maior ante ſententiam illud non attenditur in patris præiudiciũ qui in nulla fuit mora ante; ſententiam.l.lecta.ſi cer. pe.& pro hac parte allegat caſum.in l.poſt contractum.ff.de dona.& C.de bo.dam.l.ſi quis poſt hac.Finaliter ſoluendo determinat quod aut bona patris tempore ſentẽtiæ reperiuntur aucta aut diminuta primo caſu ſententię tempus eſt inſpiciendum quaſi illud augmẽtum nõ bonis patris ſed filij ad-

Source : BIU Cujas

uenerit.l.in ſuis.de lib.& poſth.& quaſi a filio in fiſcũ deuenãt occultato vno actu de dona.inter vir.& vxo.l.iij.in fi.& quia tempore ſententiæ cenſetur mortuus quo caſu ſuccedit fiſcus in omne ius ſuum.C.ad l.iul.de vi.l.iij.pro ſo.l.verum.§.fi.cum ſi. Pro iſta parte allegat caſum.ff.de teſt.l.eius qui.§.j.ad argumenta in contrariũ facta reſpõdet.Primo ad primum quod inſpicitur tempus delicti reſpondet illud verũ in re certa & ſpeciali non in patrimonio ꝙ eſt vniuerſitas,allegat de peti.hære.l.iiij.& l.ſi quo caſu.de pecu.l.queſitũ.& l.quoties. non ob.ſecundum quod a primordio &c. quia quędam eſt forma naturalis, & in illa loquuntur iura in cõtrarium allegata.Quędam eſt forma accidentalis, & in illa inspicitur tempus ſententię,vt d.l.queſitum.Nõ ob.tertium argumẽtum quia omnia illa iura loquũtur qñ tractatur de eſtimatione rei in qua delictum eſt commiſſum, & ſic nõ faciunt ad propoſitum.Non ob.quartũ quia non ex ſcriptura pater obligatur,immo ex delicto filij ꝙ declaratur per ſententiã vnde ſententia non de nouo obligat ſed abſolutionem declarat.l.adeo.§.cũ quis,de acquire.do.cum ſi.Pręterea argumentum nõ concludit quia vbi obligatio ex ſcriptura oritur, nõ oritur antequam illa ſit perfecta & conſummata, vt d.l.contractus ergo in propoſito requiritur ſententia antequã res non dicitur perfecta, vt l.j.de re iudi.Non ob.quintum quia hic nullam eſt dare morã ante ſententiã quo ad bona,quia ante illam a nullo petuntur.Non ob.vltimũ ꝙ ſit interdicta adminiſtratio,quia illud non impedit augmentum. Secundo caſu qñ bona ſunt diminuta concludit ꝙ aut pręter factũ patris,aut propter factum eius.Primo caſu puta quia caſu fortuito mortua ſunt animalia, & tunc ſaltem ope exceptionis liberatur, ar.d.l.j.C.de iu.emphy.& in authẽ.de equa do.§.quia vero.Secundo caſu concludit patrem nõ teneri niſi ad bona quæ erãt tempore ſententiæ,quia cũ ſit dominus rerum ſuarum , adminiſtrationem non perdit,nec ab ex culpa eſt exigenda licet propter delictum filius ad certam pœnã teneatur.l.etiã.§.j.ſolu.ma.& qui & a qui.l.queſitum.Quod dicit verum niſi fuerit in lata culpa, quia illa equiparatur dolo.ff.depoſi. l.quod nerua non autem fuit in lata culpa ſi ſcienter alienauit & in cauſam neceſſariã puta in alimentis &c.ff.famil.her.l.alienationes.de in rem ver.l.j.§.j.de ſol.l.reo.In dubio autẽ aut alienauit tempore quo potuit ſuſpicari de fiſco.Et tunc videtur dolo facere alias non.ff.de pecu.l.ſumma cũ ratione qui & a qui.l.ſi maritus.in fi.cum ſi. ad l.poſt contractũ reſpondet vt ibi per la. de Are.& alios. Credo deciſionem verã maxima quando ſtatutum obligat patrem pro filio condẽnato quia expreſſe ad illud ſe refert.l.ſi ita.ff.de aur.& ar.leg.Et ex p̃dictis patet ꝙ ſi tempore delicti pater habebat quatuor filios,tempore ſententię habet quinq; legitima erit ſemis.Et econtra ſi habebat quinq; & tempore ſententiæ vnus erat mortuus,legitima erit tertia ſecundum no.in l.cum queritur & auth.nouiſsima.C. de inoffi.teſt.

36 *Vidi ſupra* quæſtione.xxxiij. q̃d †pater nullo exiſtẽte ſtatuto nõ tenet̃ dare fiſco legitimam filij bãniti. Quero xxxvj. An ſaltem teneatur ei dare illud quod tenetur dare filio pro alimentis.Iſta queſtio videtur magis dubitabilis , quia iſtud eſt filio debitum.l.ſi quis a liberis per totum.ff.de libe.agno.Sed dic quod non ſecundũ Gul. in Specu.de execu.ſen.§.ſequitur ver.quid ſi filius, vbi plene vide.Probatur etiam ex his quę dixi ſupra in q.xviij.vbi etiã vide.

37 *Trigeſimoſeptimo* queritur †an bannitus perdat ius ſuccedendi ab inteſtato.In hoc cõmuniter dicit , quod aut vult ſuccedere de iure cõi.& poteſt, quia iura ciuilia nõ perdit vt dictum eſt ſupra in v.quæſtio. Aut vult ſuccedere de ſpeciali iure ſtatutorum ciuitatis a qua eſt bannitus,puta quia ſtatutum dicit ꝙ agnati præferãtur cognatis vel maſculus fœminę & non poteſt quia perdit iura ſuę ciuitatis vt ibidem dictum eſt.Et in hoc cõcordant omnes vno excepto ex his quos uideram,ſ.Batho.de Saly.in ſua diſputatione vbi non probat id q̃d dicit , & ideo ſequor cõem opi.Bar.in d.diſputatio.Guil. Dy.& Cy.& aliorum in l.ſi qua pœna.ff.de his qui ſunt ſui vel ali.iur.& Bal.in l.j.C.de hære.inſti.Primum autem membrum verũ eſt qñ ius cõe ſecundum quod vellet ſuccedere non eſt correctũ a ſtatutis ſuę ciuitatis a qua bãnitus eſt puta, quia eſt cognatus ꝓximior vult excludere agnatum vlteriorẽ ex forma iuris cõis , dico quod non poteſt, quia vt dictum eſt in q.præallegata ſtatuta in ſui odium diſponentia non tolluntur per bannum ſed ſolum diſponentia in ſui fauorem,& ideo ſi ipſe eſt agnatus, & ex forma ſtatuti vult excludere proximiorẽ cognatũ

Source : BIU Cujas

vel ſororem a ſucceſsione fratris vel patris non poteſt per prædicta. De quo etiam per Bar. in l. iij. §. filium. ff. de contratab. & in l. j. §. ſi pater. ff. de coniun. cũ eman. lib. eius. & in l. ij. in fi. ad tertul.

38 *Trigeſimooctauo* quero † an poſsit ſuccedere ex teſtamento omiſsis ſuperfluis. Hæc qõ pẽdet a præmiſsis, & maxime in dicta q. v. tractatur. per Cy. in l. j. de hære. inſtit. & habetur in l. j. C. de requi. re. Sed concluſio Bar. in d. diſputa. quem ſequuntur oẽs, quod aut teſtamentum eſt validũ de iure ciuili nullo ſtatutorum auxilio requiſito, & poteſt hæres inſtitui, & hæreditatem adibit, & fiſco nõ q̃retur, quia nõ perdit ea quæ ſunt de iure ciuili vt dictum eſt. Si vero teſtamentum non tenet de iure ciuili ſed ſolum ex forma ſtatuti vt puta quia factũ coram duobus teſtibus vt Venetijs, vel per filiumfa. ex forma ſtatuti, tunc ipſo iure capere nõ poterit, ſed remanebit venientibus ab inteſtato coniunctis vel ſubſtitutis. C. de cadu. tollen. l. prima. §. j. & ij. & habetur in dicta l. j. C. de heredi. inſtitu.

39 *Poſtquam uidimus* † ꝙ bannitus etiã cuius bona publicantur poteſt acquirere bona, et quod in publicatione nõ veniunt. xxxix. quero. An ſaltem poſsit fiſcus ei talia bona auferre vt ab indigno per regulam l. lucius. ff. de iur. fiſ. Bar. ſub dubio forte in l. j. de hæredi. inſti. dixit quod ſic, ſed ibi dicit Bald. quod non, quia nemo eſt indignus niſi in caſibus expreſsis a iure. Et quod quis ſit in tali caſu debet probari per allegantem. ff. de proba. l. ab ea parte ꝙ eſt verum, niſi a ſtatuto aliud diſponatur. Poteſt enim aggrauare pœnas cõtumaciam. l. ſed ſi per prætorem. §. ſed ſi dum. ff. qui. ex cau. ma. & ff. de pœ. l. relegati. cum ſimi.

40 *Vlterius* & ſic xl. queritur † bãnitus erat tutor cuiuſdã pupilli, aut legitimus, aut datiuus, aut teſtamẽtarius, queritur an perdat tutelam. Bar. in l. ſi ſine hærede. §. fina. ff. de admi. tu. vr̃ dicere quod aut perdit bona, & tunc perdat tutelam, alias non per no. in d. §. relegati. Alb. aũt vbi ſupra. ſ. in parte vlti. q. xliij. dixit quod aut perdit ciuitatẽ, & tunc deſinat eſſe tutor. Aut non, & tunc tutor remaneat. Ad primum allegat, inſtit. qui. mo. tu. fin. §. ſed & capitis. C. qui pe. tut. l. in locum qñ tu. ha. l. licet, & quod ibi not, & quod not. per Azo. in ſum. eo. ti. §. quid ſi deceſſerit, & quia talis bannitus vr̃ reputari pro mortuo. l. ſi necem. §. ſi deportati. ff. de bon. lib. & de tutel. & l. ſi quis author. & quod ibi no. Ad ſecundum allegat de cõditi. & demon. l. interdicit. & quod ibi not.

Puto dicendũ quod ſi ei nõ erat decreta adminiſtratio ad mõ ei decernenda non ſit, etiam ſi eſſet teſtamentarius. ff. de cõfir. tut. l. in confirmando. cum ibi no. Si aũt erat ei decreta cum ad ſui odium remaneat tutor vt dicam infra xliiij. q. non finitur tutela quia teneatur actione tutele ẽt pro contingentibus poſt bannum per ea quæ ibi dicam. Poterit tñ a tutela remoueri, arg. ff. de ſolu. l. cum corne. & l. cum quis. ff. de tut. & rat. di ſtra. l. ſi tutor repu. Quæ intelligo ſi eſt bannitus a loco in quo habet tutelam gerere. Si autem bãniatur ab alio loco tunc putarem poſſe ſuſtineri diſtinctionem Bar. an perdat bona, an nõ & an habeat bona aliqua in loco in quo tutelam gerat quæ in confiſcatione non veniant de quo dixi ſupra q. xvij. Vbi aũt dixi tutelam nõ perdere nõ obſtat quod efficiatur infamis interdum ex bãno vt dicam infra in q. xlviij. quia propter infamiam non repellitur a tutela l. j. §. ſed eſt equiſsimum. & §. fi. ff. de poſtu. & per Azo. in ſum. de infa. ex prædictis patet quod vbi tutela finitur deuenitur ad legitimum vbi non finitur ſed remouetur ut ſuſpectus peruenitur ad datiuum. Et idem ſi eſſet bannitus ad tempus ut hæc probantur in d. l. licet in l. j. & ij. ff. de legi. tut. & in l. ſi quis ſub cõditione. cum ibi not. ff. de teſta. tut.

41 *Quadrageſimoprimo* quero an † deſinat eſſe executor teſtamenti. dixit Ray. ꝙ non, quia illud eſt merum factum, vt ipſe no. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad trebel. quod intelligit Bal. verum quantũ ad actus nudi miniſterij. ſ. ad electionem vel declarationẽ aliquam faciendam, vt ipſe no. in l. id quod pauperibus. C. de epiſ. & cle. & idem quod Ray. dicit Alber. vbi ſupra. ſ. in parte bãnitorum q. cj. & allegat no. in l. ſi victum. ff. de re iudi. Hoc etiam videtur ſentire Bar. in l. cum pater. §. hæreditatem. de leg. ij. vbi dicitur ꝙ excõicatus poteſt eligere. Aduertendum tamen puto ꝙ ſi in executione deberent aliqui citari ſecundum ea quæ habẽtur in l. ſi quis arbitratu. de verbo. oblig. & in l. theopompus. de do. prælega. & ille non moraretur in loco in quo debet fieri citatio, & executio, non poſſet executionem fa

Source : BIU Cujas

cere l.ſi dies.§.ſi cum arbiter cum ibi no.ff. de arbi.& ſic licet de iure executor eſſe nõ deſinat, tñ ſi ad locum non accederet effectu executione priuaretur. Si autem nulla citatio requiritur credo vera eſſe quę dicta ſunt ſupra per Kay.& Bal.

## Quadrageſimoſecundo

42 quero † an deſinat eſſe arbitrator. Bar.q̃d non in d.§.hæreditatem.& l.cum pater.de leg.ij.per eadem iura. Idem Alber.vbi ſupra remiſi proxima q.allegat l.iudei.C.de iude.licet in contrarium allegat l.verba.et l.quod attinet.de reg.iur. & nõ reſpondet, ſed dic quod non obſt.vt patet ex his quæ dicta ſunt ſupra q.v.

## Quadrageſimotertio

43 quero,an † poſſit eſſe arbiter Guil.in Spe.de arb.§.differt. verſi.quid de bannito dixit quod ſic ſi bona eius publicata non ſunt ar.ff.de teſti.l.j. alias ſecus per no. in.§.relegati. & in l.fine hærede.§.fi.ff.de admin.tut. & idem Guid. de Suza.in l.pedius.ff.de arbi.Tu dic quod quia nunquam equiparatur deportato ſiue perdat bona ſiue non vt dixi ſupra qõ.iiij. ſemper poterit eligi in arbitrum etiam ſi ſit infamis,vt d.l.pedius.Quod Ang.in ſua diſputatione de qua ibi in v.q.mentionem feci,dixit eſſe verũ niſi qñ compromiſſum fieret in eum ſecundum formam ſtatuti ſue ciuitatis per ea quæ dixi vbi plene vide in dicta v.quæſtio.

## Quadrageſimoquarto

44 q̃ro † Titius ſatis diues ſumpſit vxorem et ab ea recepit dotem cum promiſſionibus conſuetis, deinde bannitus eſt. Queritur an vxor poſſit petere ſibi dotẽ conſignari per l.ſi conſtante.vel per l.vbi ad hæc.ff.ſolu.ma.& C.de iur.do.vel per.§.illud.in authẽ.de equa.do. col.vij.in hac qõ.poſt aliquas alle. circa id cui equiparetur bannitus Bar. in l.ſi conſtã te in v.q.j.qõnis cõcludit quod ſi omnia bona publicantur, nulla eſt dubitatio. Poteſt enim tunc petere per remedium l.ſi conſtãte.Idem etiam dicit ſi pars bonorum eſt publicata l.ſi marito.eodem titu. Si vero retinet omnia bona ſed exulare cogitur, tunc quia cepit vti male ſubſtantia ſua poteſt petere conſignationem per dictũ.§.illud quod etiam videtur tenere Guil.in Spe.de dona. inter vir.& vxo.§.vlti.verſi.quid ſi vir. & gl.& Bal.in l.ij.ff.ſol.ma.in princi.Sed hoc vltimum intelligo in bannito perſonaliter vel in tanta quantitate quod dici poſſit eũ male cepiſſe.l.propter litem. de excu.tuto. Si vero ſit bannitus in parua quantitate puta in cc.libris, & habet magnam ſubſtantiã,tunc licet non ſoluat vel quia non vult, vel quia eſt abſens ignorat, non puto tale quid conſiderandũ,argumen.ff.de in integ. reſti.l.ſcio.cum ibi no.In his enim quę ſunt cõtra regularem diſpoſitionem de minimis non curamus vt ibi plene habetur. Dic tamen ꝙ vbi petat conſignationem tenetur virum alere ex fructibus dotalibus vt habetur vbi ſupra. Sed tunc dubitatur an ipſa vxor cogatur eum ſequi ſi vult quod ipſa vadat cum eo quo vadit. In quo Albe. cum Odof.diſputando tenuit quod nõ, argumen.ff.de annu.leg.l.meuia.§.fina.& ſequitur Bald.in l.ſi cum dotem.§.ſi maritus. ſolu.matri. Quod intelligo verum niſi poſſit ita honeſte viuere cum eo quo vult eam ducere ſicut in priori loco per ea quæ habentur in.§.tranſgrediamur.in l.ſi cum dotem. de oper.liber.l.ſicut. & in l.ſecunda. ff.de rit.nupti.

## Quadrageſimoquinto

45 queritur † an bannitus talis deſinat eſſe ciuis ſue ciuitatis a qua bannitus eſt. Bart.in l.fin.ff.de leg. per illum tex.dicit quod ſic, ſi eſt talis ex bãnitus quod poſſit offendi impune, dr̃ hoſtis ſue ciuitatis, vt l.amiſsione.§.qui deficiunt.ff.de capi.dimi.& idem dicit ſi eſt talis qui ſit prohibitus receptari argumẽ.eius quod dicitur de eo cui eſt interdictum aque & igni. Et ideo dixit Bald.in l.ſed & milites.§.ſed ignominia.ff. de excuſatio. tuto. quod ſi fit proclama quod quilibet teneatur ire ad exercitum ſub certa pœna non comprehenditur bannitus, quia non eſt ciuis quæ non eſt bona ratio, vt infra dicetur. Dictum tamen in ſe verum eſt, quia nõ intelligitur de hoſtibus. Sed pro declaratione huius quæſtionis eſt ſciendum quod Vgolinus de Fontana Parmenſis diſputauit quæſtionem in his terminis. Quidam Mediolanenſis fuit bannitus de Mediolano, iuit ad habitandum in ciuitate Vercellis vbi erat ſtatutum ꝙ offendens Mediolanenſem puniretur in centum.Quidam combuſsit domum huius banniti de Mediolano quam habebat Vercellis.queſiuit an talis offendens dicatur offendiſſe Mediolanẽſem,vt ſic nõ pœna incendiarij de iure cõi

de qua in l.data opera.C.qui accu.non poſ. ſed centum librarum virtute dicti ſtatuti tã tum veniat puniendus, & eam retulit Alb. vbi ſupra q.lxvj.Et quia inſtat plurimum in eo cui equipararetur bannitus de quo fuit ſupra q.iiij.Non inſtabo in ſuis allegationibus,& concludit quod offendens non poſſit vti beneficio dicti ſtatuti, quia ad hoc vt dicatur Mediolanenſis non ſufficit ſola origo ſed requiritur quod ſibi non ſit interdictum domicilium alleg.de ver.ſig.l.prouinciales & reprobat gl.ibi poſitam quæ incipit duntaxat, quia ſecundũ eam nulla fuiſſet dubitatio illius.l per l.ij.& l.incola,ff. ad muni.quam dicit determinare quęſtionẽ intelligẽdo ipſam prout iacet.Pro hoc allegat.eo.tit.l.municeps,& l.mutius,in fi.ff.de ver.ſig.de adop.l.in adoptionẽ.et de inco.l. ciues.li.x.& ſic in effectu concor.cum Bar.i aliquo, in alio autem tenet contrariũ.Sufficit enim ad effectum perdendi ciuilitatem quod ibi ſtare non poſsit.Puto in hac q.generali an perdat ciuilitatem dicendũ vt dictum eſt ſupra in q.v.maxime videlicet ꝙ quantum pertinet ad ſui fauorem perdat ciuilitatem,quantum vero ad ſui odium illã non perdit maxime ſi eſt ciuis origine,ſunt enim de iure gentium diſtinctę gentes & ſic ciuitates ordinatę.ff.de iure iur.l.ex hoc iure quod ius ſupra concluſum eſt tales bãnitus non perdere.Et ideo puto in propoſita ſpeciali quæſtione tenendum quod ſi talis Mediolanenſis bannitus erat effectus incola Vercellis,uera ſit deciſio ſupradicta, quia ſtatutum odioſum non habet locũ in tali mixto,per no.in l.ij.de verb.ob.i.Si autem non erat incola Vercellis , puto talem offendentem potuiſſe vti beneficio dicti ſtatuti,quia ille ſui odio remanſit Mediolanenſis ,licet non ſui fauore vt in iuribus in contrarium allegatis.Et vide quæ dicã in duabus proximis quæſtionibus.

*Viſo quod ad ſui* odium bannitus remanet ciuis,Quero qua
46 drageſimoſexto.† An poſsit in loco a quo eſt bannitus collectari, vt ſic ad munera teneatur,Videtur enim ꝙ ſic, poſtquam ſubditus remanet,l.reſcripto.§.fi.ff.de mu.& ho.cum ſi.Sed dic ſecundum Bart.& alios in l.inter quos.§.dãni.ff.de dam.infe. quod aut perdit bona,quia in fiſcum traſierũt, & tunc nõ poteſt collectari.Habet enim fiſcus res pro quibus imponebatur collecta, ergo ſoluere non tenetur ſicut nec emphyteota cogitur ſoluere canonem ſi res emphytheotica ad dñm peruenit l.ij.C.de iur. emphy. Si vero in fiſcum bona non peruenerũt cũ ſit capax obligationis paſsiue l.tutelas.circa fi.ff.de capi.dimi.poteſt collectari , licet fructus ex ſuis rebus ſua culpa non percipiat,ar.eius quod habetur in l.j.C.de natu.lib.& l.damnum quod quis.de reg.iur.facit ff.ad munic.l.incola,Iam primum membrũ debet intelligi,& ita credẽdum eſt doctores intellexiſſe pro bonis quæ habebat tempore banni.Pro bonis aũt quæ poſtea queſiſſet ſine dubio collectari poſſet , quia vt dictum eſt ſupra proxi.q.ciuis ſiue incola remanet,ergo &c.vt d.l.reſcripto.i fi. Et hoc eſt verum ſi illa bona nouiter acquiſita ſunt in territorio ſue ciuitatis a qua bãnitus eſt. Si aũt alibi ſita ſunt dubium eſt quod generaliter in alijs non bannitis examinatur,videlicet an in loco domicilij poſsit quis collectari pro bonis alibi ſitis.de quo per Bar. in l.j.C.de mulie,& in quo loco.& in d.l.reſcripto. in fi.in quo cõiter dicitur ꝙ ſic etiã ſi alibi domicilium acquiſierit, vt habetur in addi.Spec.in ti.de cenſi.§.nunc dicendũ. ver.ſed pone regimen.vbi Ioan.And.refert deciſionem quam habuit ab Old.licet eum nominet,vt patet in eius cõſilijs.cõſi.clxxj. licet autem teneatur ad onera patrimonialia, ad perſonalia non tenetur , vt in.§.qui deficiunt ſecundum Bal.in l.ſed & milites. §.ſed ignominia.ff.de excu.tu.ꝙ etiam eadem ratione verum erit in muneribus mixtis, vt ſi dicatur quod quilibet vadat cum equo.Vide ſupra in prin.j.q.

*Quadrageſimo ſeptimo*
47 quero † an talis bannitus poſsit capi pro repreſalijs conceſsis cõtra ciuitatem ſuam & eius ciues.Iſta q.multa requireret ĝ huic tractatui non conueniunt.Et ideo ac etiam, quia habetur tractatus Bar.qui cõiter habetur, breuiter me expediens,& addẽs aliqua his quæ in hac qõ.dixit Bar.in l.prouinciales,ff.de verb.ſig.vbi concluſit capi nõ poſſe rationibus et iuribus allegatis.Concludo quod aut erat bannitus tempore quo iuſtitia fuit denegata.Et ſic tẽpore quo fuit cõmiſſa cauſa concedendi repreſalias & capi non poteſt,vt ibi per Bar.quod intelligo ſi bona perdidit & munera nõ ſubibat. Si autem munera ſubibat , tunc puto idem ꝙ in ſequenti membro per ea quę no.Bar.in tra. cta.repreſaliarum.in vj.q.principali.q.ij.Si autem tunc nõ erat bannitus contra ipſum poterũt exerceri,quia ciuis eſt ad ſui odiũ,

vt dictum

vt dictũ fuit ſupra proximis quæſtionibus, & quia nõ debet ex pœna premium reportare, l. ſiue hæreditaria. ff. de nego. geſt. Cetera vide vbi ſupra & per Ioan. And. in c. j. de iniur. & dam. da. li. vj. & in mercurialibus, inc. non debet. de regu. iur. eod. lib.

48 *Quadrageſimo* octauo quero. † an bannitus poſsit petere alimenta ab illis a quibus ante bannum ali debebat, & an illi alere teneantur. tex. videtur quod ſic, in l. mutus. §. manẽte. ff. de iur. do. & ita tenet Bar. in vxore ꝙ debeat alere virum bannitum in lege ſi conſtante. in princ. ff. ſol. ma. & in filio quod debeat alere patrem bannitum in l. ſi quis a liberis. §. j. ff. de lib. agno. alle. in auth. de inceſt. nup. §. ſi vero contigerit. & ibi no. in glo. quę dicit quod alet eum mittendo ſibi neceſſaria, in auth. vt cum de appel. cog. §. ſi vero vnũ de prædictis. & idem tenet Ray. in parte ꝙ teneatur alere filium bannitum per d. §. ſi vero, & vt ipſe not. in l. ſi quis a liberis. verſi. vtrum. In contrarium facit, quia cum hoſtis ciuitatis licitum eſt cuiq; etiam filio eũ occidere. ff. de relig. l. minime, ergo poteſt ei alimenta denegare. ff. de lib. agno. l. necare. & ad l. cor. de ſica. l. nihil. Præterea contra prædicta, & pro hac parte, videtur hodie caſus in x. colla, de pac. tenen. & eius viola. c. j. vbi Bald. dicit filium non debere alere patrem bannitum, & hoc ibi eſſe introductũ de nouo. & idem dicit Ange. in bannito qui ſit effectus hoſtis ciuitatis ſuę. alias dicit primam partem veram in pręalle. §. ſi vero. de inceſt. nup. vnde ſumitur authẽ. inceſtas. C. de ince. nup. Sed ego ſto in prima opi. licet enim bannitus ſit, nihilominus pater eſt, vt dicit text. in d. §. ſi vero pro hoc. ff. de cap. dimi. l. eas oblationes. & l. legatũ, & de his quæ pro non ſcrip. ha. l. ſi in metallum. cum ſi. Non obſt. l. minime. quia lex illa loquitur in patre contra patriam veniente. & ſic in faciendo contra ipſam delinquente, licet ergo alias deliquerit & venire neglexerit, ꝓpter quod patria eum hoſtem iudicauerit, non tamen licet filio eum interficere ſi contra patriam non venit de quo dicam infra parte proxi. huius temporis. q. x. non ob. c. j. de pace tenen. quia ibi ponitur caſus ſpecialis qui ad conſequentias trahi non debet l. ius ſingulare. & l. quod vero contra. ff. de legi. Pro hoc quia filius tenetur alere patrẽ excommunicatum, vt habetur in capitu. ſacris. de ſenten. excom. immo etiam hæreticum, vt not. lxxxvj. diſtinctio, non ſatis, & ibi firmat Archidia. & Hoſtien. in ſum. de tempo. ord. & pro hoc facit quod habetur in l. qui cum vno. §. fina. ff. de re mili. & ibi Ray. dixit per illum tex. quod filio exiſtente in religione licet illam exire pro alendo patrem, ad quod etiam allegat Thomam de Aqui. vt ipſe dicit in d. ver. vtrum.

49 *Quadrageſimonono* querit. † An talesbanniti perdant famam, & ſic an efficiãtur infames. Et hæc quæſtio in genere ſic formata conſiſtit in pluribus. Primo in cauſa. ſ. ex qua cauſa ſit damnatus. Si enim eſt damnatus extra cauſas famoſas, de quibus habetur in l. j. de infa. ſine dubio non erit infamis, & ideo ſi damnatur propter delictum a ſtatuto introductum qualitercũq; ſit proceſſum ſiue per accuſationẽ ſiue per inquiſitionẽ non erit infamis. Et eſt ratio quia condemnatus eſt per conditionem ex ſtatuto, vt l. j. de condi. ex lege ergo non eſt infamis ff. de act. & obli. l. ceſſat. & ita refert Bar. cõſuluiſſe Dy. in conſi. quod incipit, Ser Ioannes de caſtro de rute. Quod eſt verum ſi delictum a ſtatuto introductum non efficitur publicum. Si aũt fieret publicũ ſecundũ no. per eum in l. j. ff. de publi. iudi. cum tũc eſſet damnatus publico iudicio per viam accuſationis infamis erit, vt d. l. j. ff. de his qui no. infa. ſecundum eũdem Bart. in l. infamẽ. de publi. iud. Secundo ſi cõſiſtit in modo procedendi. ſ. an proceſſum fuerit cõtra eũ pro crimine de iure communi infamiam irrogante per viam accuſationis, an per viam inquiſitionis, & quia ſi verum eſſet qđ bannitus per viam accuſationis non eſſet infamis non eſſet neceſſe an per viã inquiſitionis bannitus ſit infamis examinari. & ideo incipiam ab hoc, an bannitus pro crimine de iure communi famoſo ex proceſſu facto per viam accuſationis ſit infamis. & primo videtur quod non, quia damnatus per contumaciam non eſt infamis, vt not. glo. in l. j. C. de mo. mulctan. per quam quidem doctores antiqui ſic dixerunt, vt refert Guil. in Spe. de ſen. & his quæ ipſam ſe. §. j. verſicu. quid de iſtis. & Bart. in l. ictus feſtium, ff. de his qui not. infa. & adducit quod grauantur vltra legẽ, cũ ex ſola contumacia habeãtur pro confeſsis, dicatur cum infamia diſpenſatum, vt in. §. pœna grauior. Iacob. aũt Butri. vt refert Bartol. in d. l. ictus, diſputando tenuit contrarium, quia cum ex forma ſtatuti habeatur pro confeſſo. Ergo omnes leges loquentes de confeſsione vera trahun-



Source : BIU Cujas

tur ad hanc fictam, argu.l. prima.C. de rei
vxo.ac.& ff. ad l.falci.l. prima.§.lex falci-
dia.ſed vere confeſſus eſſet infamis, vt not.
gloſ. in d.l.ictus.Ergo & ficte confeſſus.ſed
Bar.ibi tenet contrarium Primo quia ex ſo
la confeſsione quis non infamatur, q̄a ver-
ba edicti non loquuntur de cōfeſsione, ſed
de condemnato, vt l.j.eo.ti.non habent lo-
cum in confeſſo in criminalibus, confeſſus
non habeatur pro condemnato.ff.de cuſto.
reo.l.ſi confeſſus.Secundo quia ille qui dā-
natur per mediam perſonam procuratoris
non eſt infamis, vt l.furti.§.qui alieno.eo.ti.
& tamen confeſsio procuratoris fingitur
cōfeſsio domini.Pro hoc quia grauatur vl-
tra legem, vt ſupradictum eſt nec huic ratio
ni obſtat, ſi dicatur ipſe grauatur ſolum in
proceſſu, ergo intelligitur cum infamia di-
ſpenſatum. vt habetur in l.ictus fuſtiū.quia
immo ſecundum eum grauatur circa ꝓba-
tiones.ergo in condemnatione. Quod intel
ligit eſſe verum niſi ſit facta executio, & ta
lis que ex genere pœnę irroget infamiam,
vt in d.l.ictus fuſtium, & ita etiam cōſuluit.
Addens quod talis bannitus dicatur potius
damnatus ex cōtumacia quam ex eo quod
deliquerit.l.qui repudiantis in fi.& l. papi-
nianus.§.meminiſſe.ff.de inoffic.teſta.& ſic
non ſit infamis, vt patet in eius conſilio qđ
incipit.Queritur & in dubiū reuocatur an
franchinus &c.Et hanc partem tenuit Bal.
in l.j.C.de hære.inſti.& aſsignat debilē ra-
tionem, de qua non curo, maxime cum ali-
quid in contrarium faciens non reſpōdeat,
& quia alibi, vt dicam infra tenet cōtrariū.

Aduertendum quod ſuper eodem facto
ſuper quo Bar.conſuluit, conſuluerunt con
trarium magne ſcientie viri Io.Cal. de Bo-
nonia, & Nico.de Neapo. Primo præmittē
tes quod vbi quis condemnatus eſt ex con-
tumacia pro crimine famoſo ſine dubio in-
famis eſt infamia facti, vt not.in l.fina.C. de
requi.re.& per Azo.in ſumma eo.ti.quę in-
famia repellit a dignitatibus officijs & ho-
noribus.C.de digni.l.ij.lib.xij.ff. de ſena.l.
caſsius.xxxiij.diſtin.laici.lxxxj.diſt. tantis
Daniel.de accu.c.omnipotens.de teſti.c. p̄-
terea.cum ſi.quæ loquuntur de infamia fa-
cti & quod no.Dy.in regula pe.lib. vj.omi
ſerunt allegare glo.ff.de infa.l.j. & C.eo.ti.
l.nulla.Quod aūt etiam ſit infamis infamia
iuris ſic oſtendunt.Statutum prędictū quod
facit contumacem haberi pro confeſſo alte
rat formam procedendi contra contumacē,
& nouam formam probationis contra de-
linquentē inducit, quia vult contumacē ha-
beri pro confeſſo, nullo ergo alio ſtatuto ca
uetur quod cōdēnatus modo & forma prę
dictis ſit infamis, ergo reſtat quod damna-
tus eſt de crimine famoſo, & ſic infamis, q̄a
ſic verba prętoris loquūtur in d.l.j.ne obſt.
quod contra contumacē noua forma iudica
tur cū de iure bona deberent annotari l.j.
ff.de requi.re. quia reſpondetur quod no-
uus modus procedēdi effectum inſurgentē
ex condemnatione non alterat.ff. de publi.
iudi.l.ordo q̄ eſſe verū probauerunt et per
deductionē ad abſurdū. Cum.n. quaſi om-
nes modi procedendi ſint alterati, vt patet
per l.j.& ij.C. vt intra cer.tem. & per l.fi.
C.de accu.& C.qui accu.non poſ.l.qui cri-
men.ſi diceretur propter alterationem pro-
ceſſus & ordinis ceſſare infamiam, nunq̄
aliquo publico iudicio damnatus eſſet infa-
mis quod eſſet abſurdum.Non obſt.q̄ gra-
uetur in ꝓbationibus quia grauatur in pro
ceſſu non in ſentētia. Hāc ēt partē tenet Al-
be.Pap.vt refert Guil.in præalle.ver. quid
de iſtis.vbi allegat rōnem abſurditatis pre-
dictā.& ad l.j.C.de mo.mulct. reſpondet q̄
loquitur in illis qui damnatur ex crimine
non famoſo, & non ordinarie, ſed extra or-
dinē imponitur mulcta applicāda fiſco hāc
ēt partē tenet Bal.referens diſputationē Ia-
co.de But.in repe.l.cum mulier.ff.ſolu.ma.
& ibi vltra prędicta alle.l.fi.vbi pu.edu.de.
vbi ſecundū eū dr̄ quod ſententia lata con-
tra abſentē infamat.Et hāc partē verā cre-
do non ex vi confeſsionis, quia cōfeſſus nō
eſt infamis, niſi confiteatur trāſigendo, vt l.
q̄m de infa.& niſi fuerit cōfeſſus in iudicio
aliquid quod a ſeipſo ſine ſentētia infamat,
vt hr̄ in d.l.j.de his qui no.infa.quod nō di
xit Bar.in d.l.infamē de publi. iudi. facit l.
furti.§.j.ff.de his qui no.infa. quæ intelligo
de infamia iuris.Infamiam.n. facti incurrit
quis ex ſola cōfeſsione ſcd̄m Inno.in c. per
inquiſitionē.de elec.ſed ex vi ſentētię eſt.n.
dānatus famoſo crimine ergo &c. vt d.l.j.
& eſt caſus in d.l.ordo. Hoc eſſe verum ſic
oſtendo de iure cōi ēt vbi pœna imponitur
vltra relegationē, ſunt certi caſus in quibus
damnantur abſentes, & in eos contumaces
fertur ſentētia l.in lege corne.verſi.& quid
de hoc.ad leg.corne. de ſica.C. de pœnis l.
ne diu & in extraua.qui ſint rebelles. Dice
mus ne illis in caſibus abſentes damnatos
non eſſe infames. Certe non per generalem
regulam, dicte l.j. de his qui notan. infa. ad
rationes Bartol.ex prædictis patet reſpon-
ſum prętérquam ad rationem factam per.§.
qui alieno, quæ nihil facit, nam l.prima eo.

Source : BIU Cujas

titu.in ſpeciebus de quibus loquitur.§.qui alieno. loquitur in eo quod condemnatur ſuo nomine,ſed procurator eſt ille qui con demnatur.& non eſt dominus, ergo dominus non eſt infamis. Procurator etiam non infamatur,quia non ſuo nomine damnatur. Ibi ergo licet confeſsio procuratoris dicatur confeſsio domini, non tamẽ damnatur dominus,vt l.j.de ſenten. In propoſita autẽ quæſtione damnatur ipſe accuſatus,ergo verificatis in eo verbis legis ideſt infamis eſt. vt d.l.j.§.lex falci.cum ſimi.Bannitus ergo per viam accuſationis infamis eſt etiam infamia iuris,ſi bannitus eſt ex cauſa de iure famoſa. Et ſi aliud diceretur facilior eſſet via fugiendi infamiã non comparendo, & poſtea condemnatus ſiue bannum ſoluendo quam illa via quæ datur in l. ſi reus. de procu. ad l. prima.C. de modo mulc. & ad ſuam glo.reſpondetur vt ſupra. Vel reſpõdeo quod ibi loquitur de bannitis ſecũdum l.j.de requi.re.qui non habentur pro confeſsis & non ſunt diffinitiue damnati,ſed interlocutorie, & ſic non infamantur.l.quid ergo.§.quantum.ff.de infa. & ita intelligebat illam Oldra.vt refert Ray.C.de ſuſpe. tu.l.fi.in addi.ſuper Cyn.ad rationem vltimam Barto.per l.qui repudiantis reſponde quod illud eſt verum quantum ad præiudicium tertij.Quantũ vero ad ſuũ idem operatur ficta confeſsio per contumaciam introducta quod operetur vera.ſed Bart.met qui in ſuo conſilio quod incipit, a domino Cyn.de Bononia,dixit quod talis ficta confeſsio ita validat inordinatum proceſſum ſicut vera per l.ſi confeſſus.ff.de cuſto.reo. & adde quæ dicam infra in q.liij.

50 *Sed iuxta* prædicta quinquageſimo queritur.† An idem ſit ſi bannitur per viam inquiſitionis.In hoc primo gl.in l.iij.§.præterea. ff.de ſuſpe.tut,tenet quod damnatus ex inquiſitione nõ eſt infamis quod etiam tenuit ibi Dyn. & ita etiam conſuluit per l. j.C. ſi tut.non geſ.Idem etiam no.per glo. in l.fin. C.de ſuſpe.tut.& Cyn.ibi,idem tenet Guil. in prædicto verſicu.quid de iſtis allega. ſupra proxi.quæſtio.refert opinio.& licet nõ videatur eligere tamen ex ordine referendi videtur tenere contrarium. Nam ſi diceremus non infamari, ſequeretur quod nullus hodie eſſet infamis. Cum ordo ſit mutatus,vt ff. de pen.l. hodie. & dicta l.ordo. de publi.iudi.quæ fuit opi. Alberi.papieñ. Idem etiam tenuerunt Oldra.& An. de piſis, Primo eadem ratione, Secundo, quia debet attendi cauſa propter quam fit remotio.& ideo ſequitur quod aliquando infamatur.ff. de ſuſpe.tuto.l. hæc enim. Item & tertio per l.ictus. de his qui notan. infa. vbi proceditur extra ordinem,& tamẽ infamatur.Quarto quia mitius agitur cum homine non miniſtro legis,quã cũ miniſtro legis,vt l.celſus.ff.de arbi.ſed accuſator non eſt miniſter. Et tamen quis infamatur per accuſationem,damnatus ergo fortius ſi dãnatur per inquiſitionem, & ſic per cauſam agitatam cum legis miniſtro. Et ſic tenebat gloſſ.prædictam eſſe veram quando remotio fit ex cauſa non infamatoria ad l.j. C.ſi tutor non geſſ.Reſpondet quod ibi nõ fuerat remotus,ſed alius adiunctus.Ray.autem in d.§.preterea in ſuis reportationibus tenet glo.& idẽ l.fi.& in §.preterea.dicit ſe conſuluiſſe notarium damnatũ de falſo ex inquiſitione non eſſe infamen ſequẽdo Dy. in l.ceſſat.ff. de actio.& obliga. Sed ad con trarii non reſpondet. In additionibus autẽ ſuper Cyn.in dicta l.vlti.primo refert rationem Oldra. & deinde reſpondet, ad l. hæc enim reſpondet quod ibi non infamat ſententia,ſed genus pœnę.Ad l. ordo reſpõdet quod ibi non mutatur ſubſtantia, quia remanet accuſatio.ſed mutantur certe qualitates,quod ſecus eſt quando per inquiſitionem proceditur. Ad rationẽ reſpondet, qđ vtrobique inſpicitur ſententia ex quo debet infamia irrogari.l. athletas.§. fina. de his qui notan.infa.Et concludit glo. prædictam ſaluari poſſe.dixit tamen ſe cõſuluiſſe ſecundum opin.Oldra.cuius contrarium dixit in dicto.§.præterea.vbi in vltimis reportationibus dixit expreſſe non eſt infamem ex inquiſitione damnatum, fundamẽtum faciens,quia iudex qui inquirit fundat ſe ex ſtatuto,& ſic conditione ex lege,ergo non eſt infamis,vt d.l.ceſſat quæ ratio etiã ſi vera eſſet non eſt vniuerſalis per not. in l.ſecunda.§.ſi publico.ff.de adulte.Bald. in dicta l.fina. de ſuſpec. tuto. ſimpliciter refert gloſſ.Bartol.not.in l.infamem.concludit quod vbi iudex inquirit virtute arbitrij ſibi conceſsi aliter quam ex vi publici iudicij.Exemplum in l.nullum.C. de teſti. & tunc damnatus non ſit infamis. Damnauit enim quia aures iudicis offendit non lege cornelia, de falſis. Non ergo damnatur publico iudicio nec aliquo crimine de contentis in l. prima ergo non eſt infamia, vt dicta lege infamem. Si vero inquirit directo ſuper publico iudicio, & ſic inquiſitio ſuccedit in locum directe accuſationis



Source : BIU Cujas

& tunc damnatus eſt infamis alleg.l.athle
tas §.calumniator.vbi eſt ſpeciale in parte
quod non infamatur, ergo in alijs induci-
tur infamia.Item quia ei conueniunt verba
dicte legis.Eſt enim damnatus famoſo iudi
cio,ergo &c.maxime quia inquiſitio ſucce
dit in locum accuſationis.l.ij.§.ſi publico.
de adul.& idem ſequitur ibi Ang.hanc par
tem credo de iure veriorem tum quia cum
ſtatutum deferat potentiam inquirendi per
verba ad iudicem relata non oritur condi-
tio ex ſtatuto,ſed iudicis officiũ nobile per
not.in l.ſoror.C.de colla.& per doc. maxi-
me Bar.in l.j.de condi.ex lege.At etiã quia
in omnibus præterquam inſcriptione in-
quiſitio ſuccedit in locũ accuſationis, hinc
eſt quod dicitur poſtquam inquiſitio eſt ef-
fecta remedium ordinarium non tolli per
ſuperuenientem accuſatio. vt habetur per
Bar.in.§.ſi publico.& in l.ſi maritus.§.j.eo.
titu.Sic ergo concluſio quod damnatus ex
crimine famoſo ſiue per viam accuſationis
etiam ex contumacia quæ habetur pro cõ
feſſione bannitus efficitur infamis infamia
iuris quod etiam tenuerunt Ioan. Calde.&
Nico.de Neap.de quibus dixi ſupra prima
quæſtione reſpondentes ad l.j. ſi tutor non
geſ.duobus modis.Vno quod ſpeciale eſt in
patrono.Alio quod loquatur quãdo iudex
inquirit ex eo quod tutor corã eo deliquit.
Et ſic aures ſuas offendit,argumen.d.l.nul-
lum.& ſic effectiue in hoc concordauerunt
cum Barto.

51 *Quinquageſimo* primo querit. †Titius nota-
rius fuit banni
tus pro famoſo crimine an poſsit inſtrumẽ
ta conficere.Si teneretur opi.Bart.quod bã
nitus non eſſet infamis hæc quæſtio eſſet ſo
pita.Nulla enim ratione videretur dicendũ
quod non poſſet, cum viuens notarius ex
officio non ex authoritate remaneret. Sed
quia ſupra dixi eum eſſe infamẽ reſtat quę-
ſtio quam in condemnato format Bartol.in
l.eadẽ.§.hac l.ff.ad leg.iul.repetun. In quo
etiam conſuluit, vt patet in conſilio quod
incipit,Ser Ioannes de Caſtro,de Rute.Cu
ius verba quia ſunt latiora quam ea quę po
ſuit in l.eadem hic inſerere curaui.Dicit.n.
quod tali infamia iure officium notarij nõ
eſt interdictum.immo poteſt inſtrumẽta cõ
ficere. Probatur primo per l. ſi aliquid.C.
de ſuſcep.& Archidia.libr.x. vbi expreſſe
dicitur quod non poteſt exercere officium
illud in quo deliquit.Aliud autem officium
exercere non poteſt prohibitum. Secun-
do probatur per l.ſi quis ex argẽ.§.primo.
de eden.vbi ille qui eſt alias humilis & de-
ploratus edit rationes & fidem faciunt.Et
glo.quæ eſt ibi,quæ non dicit not.non cre-
di &c.quando deliquit in officio quod fuit
in propoſito, ergo &c. Tertio probatur.
Certum eſt ꝙ hæretici ſunt infames ipſo iu
re vt C.de hæreti.authenti.gazaros,& not.
C.de ſum.trinita.l.j.in fin.Sed conſtat quod
officium tabellionatus interdicitur hæreti-
co demum cum per annum ſteterit in excõ
municatione,vt C.de hæreti.authen.credẽ
tes. Ex quo colligitur quod infamis poteſt
conficere inſtrumenta, vt in hæretico ante
annum.Itẽ ſpeciale eſt in hæretico poſt an-
num,ergo &c.Et illud ideo quia licet ſit in-
famis non tamẽ deliquit in officio. Quar-
to probatur per ſimilitudinem iudicis ordi
narij.Nam licet ſit infamis,tamen geſta co-
ram eo valent nec contra eum poteſt oppo
ni talis exceptio, niſi forte in officio deli-
querit, & propterea fuit eo priuatus.ff.de
ſenato.l.ij.de iudi.l.cum prætor.ad leg.iul.
repetun.l.eadem.§.hac lege.Et hoc no.ex-
preſſe per Innoc.in c.cum ſuper abbatia in
glo.magna.in verſicu.in ordinarijs vero de
offic. ordi. ita in propoſito licet ſit infamis
non tamen eſt ex delicto commiſſo in offi-
cio,& ab officio non eſt remotus.Et ſic va-
lent geſta per eum.Plus etiam tenet Specu.
quod etiam ſi falſum inſtrumentum fecerit
non vitiantur alia inſtrumenta per eum fa-
cta niſi per ſentẽtiam ab officio ſit remotus
de inſtrumen.edic.§.reſtat.verſi.quid ſit ta-
bellio. Quinto reſtat vt reſpondeatur qui-
buſdam oppoſitionibus ex quibus iſta deci
ſio apparebit clarior.Primo infamis nõ po
teſt eſſe teſtis, ergo nec inſtrumenta facere
l.domitius.de teſtamen.Reſpondeo qđ hoc
argumentum non procedit. Nam quædam
repellunt a teſtimonio quæ non repellunt
a confectione inſtrumenti,vt in patre & fi-
lio emancipato qui non poſſunt inuicem te
ſtificari.C.de teſti.l.parentes. Tamen pater
pro eo filio & econuerſo poteſt publicum
inſtrumentum cõficere.l.impuberem.ff.de
fal.& not.per Dy.in l.quod dicimus.de au-
tho.tuto.Et eſt ratio, quia inſtrumentũ non
nititur ſola authoritate notarij, ſed ibi ſunt
etiam teſtes. Teſtimonium autem nititur ſo
la authoritate teſtis. Facit quod not. in d.l.
parentes.Præterea hic notarius iurauit pri
mo officium quam eſſet infamis, & poſtea
fuit rogatus,ſed ſi teſtis prius iurauit, & po
ſtea efficitur infamis deinde deponit forte
valet eius dictum, quia tempus iuramenti

Source : BIU Cujas

debet inſpici vt l.ſi quando.C.de teſtib.Facit q̃ not.in Spec.de teſte.§.primo. verſicu. quid ſi teſtis.ergo in propoſito debet valere inſtrumentum.Item poſſet obijci quod infamia repellit a dignitate.C.de dignita.lib.ij. & l.quoties,& ibi not.quod ipſo iure repellit,ergo hic ab officio notarie. Sed reſpondeo quod hoc officium notarie non eſt dignitas,ſed munus quoddam ita nota.C. qui milita,non poſ.l.fi.in prima gloſſ. lib.x. Facit eodem lib.de decurio.l. vniuerſis.& qđ ibi not.& eodem lib. ſi ſeruus aut liber ad decurio.offi.aſpi.l.ij.fateor tamẽ quod ſunt quidam notarij qui habent dignitatem , vt notarius ſacri palatij.C.de manda.princip. l.j.Si non eſt dignitas ergo infamia non repellit inſtitu.de exceptio.§.fin.& ſic partes ſua ſponte poſſunt eum aſſumere in notarium,ſicut in arbitrium.ff.de arbi.l.pedius. præterea non eſt verum quod infamia repellat a dignitate ipſo iure niſi in quibuſdã grauibus delictis,vt not.per innocẽ.de exceſ.prælato.c.inter dilectos.& de illis debet intelligi gloſ.in d.l.quoties. Hæc in conſilio.Sed in d.l.eadem dicit hoc eſſe verum, maxime quando officium notarie publice exercuit per tempora poſito quod eſſet infamis per l.Barbarius. & per id quod not. in Spe.de iudi.deleg.§.excipitur,ver. item quod eſt periurus & infamis,quod in dicto conſilio dixit not.per glo.in authen. de tabel.§.penulti.in glo.quæ incipit, hic eſt argu.in fi.glo.& per Guil.in præallega. verſi. quid ſi tabellio.in.§.reſtat.de inſtru.edi.dicit etiam in dicta l.eadem, idem eſſe ſiue deliquerit in officio tabellionatus ſiue extra per dictas rationes,licet Inno. dixerit contrarium in c.fraternitatis de hære. ſecundũ eum. Eſt ergo cõcluſio ſua quod notarius infamis non perdat officium notarie niſi illud officium habeat dignitatem vel niſi ſit publicum officium, puta notarij ad bãcum iuris,ipſe addidit in l.eadem.per no.in l.iij. §.miles.de his qui notan.infa. Hæc quæſtio eſt mihi valde dubia.paris enim potentie ſunt inſtrumentum & teſtes.l.in exercendis.de fide inſtru.Sed teſtimonio teſtis infamis non creditur,ergo inſtrumẽto quod eſt teſtimonium notarij infamis credi non debet.Nec valet reſponſio quod teſtis ꝗ teſtificetur altera parte inuita. Notarius vero a partibus aſſumatur,quia illud verum quando aliter conſtaret eum fuiſſe a partibus aſſumptum. Si autem non conſtat aliunde niſi ex ipſius inſtrumenti inſpectione,vt quia dixit publicaui vel rogatus fui ſecundum Bartol.in l.ſciendum. de verbo. obligatio. vbi allegat iura. Non eſt alia ratio quam ſit in teſte. Præterea negari non poteſt tabellionatum eſſe officium publicum , vt l. generali.C. de tabel. ergo a tali officio debet remoueri,quia infamibus publica officia interdicuntur,vt d.l.miles. Huic tamen rationi ſupra reſponſum eſt , licet tamen ſit dubitabilis adeo quod tutius ſit alium adhibere ad confectionem inſtrumentorum, tamen authoritatibus prædictorum ,& aliorum de quibus infra dicetur inherens. Concludo quod aut notarius eſt damnatus ſiue bannitus ex crimine extra officium notarie commiſſo,& valent ab eo inſtrumẽta cõfecta tam vetera quam noua per rationes ſupra tactas Officia autem notarius extra publicationem inſtrumentorum pertinentia ſi ſunt habentia dignitatem,vel ſunt publica exercere non poteſt. Si vero eſt damnatus vel banitus ex delicto commiſſo in officio notarie , puta quia fecit inſtrumentum falſum.Tunc quicquid dixerit Barto.in d.l.ſi aliquid.& Bal.in l.ſi quis ex argentarijs §. j.aut eſt ſimpliciter damnatus & valent inſtrumenta per eum poſtea confecta, argu.l. iij.§.queſitũ.ff.de ſuſpec.tuto.donec exautoratus ſiue priuatus non fuerit,vt d.l.ſi aliquid.Et ita loquitur dictum Innocen.in c. fraternitatis.& tenet Odoſ.in d.l.ſi quis ex argentarijs.§.j.& ita reperitur alia vice Bar.conſuluiſſe.Intelligitur autem exautorari ſi illud expreſſe dicitur in ſententia.Si autem pronuntiatur quod debeat abradi de matricula , tunc non dicitur exautoratus donec abradatur ſecundum Bar.in d.§. miles,quod intelligo niſi in ſententia dictũ fuerit quod ex tunc habeatur pro raſo ſecundum no.per eundem in l.emptor.§.lucius.ff.de pac.Duo tamen notanda ſunt, qđ etiã raſus de matricula & priuatus pro inſtrumentis antea confectis ſubditus eſt ei cui ante raſuram ſubditus erat.ff.de eden. l.pretor.§.is etiam & ibi per Bal.qui allegat no.in l.he demum.ff.de ope.libe. Secũdum quod ſi talis priuatio eſt incognita valent eius inſtrumenta poſtea confecta per dictam glo.notabil.in authent i.de tabel.§. penul.& ex prædictis patet quod vbicunque infamia eum repellit vbicunque ſit talis bannitus , talis infamia ſuum operatur effectum,licet quo ad alia non ſemper priuatus virtute banni in omni loco priuatus intelligatur, de quo dic vt habetur in additio.Specu.in ſepius.alleg.§.ſequitur.verſic. quid ſi quis de accuſatio.in ſuarum additio.



Source : BIU Cujas

præalleg.verſic.felicis. & aliqua dicta fuerunt ſupra hac eadem parte quæſtio.xvij. & adde quod not. Bald. in l.ſecunda.C.de manumiſ.vin.

*Viſo an poſsit inſtrumẽta conficere.* Queritur quinquageſimoſecũ-
52 do † an bannitus poſsit facere teſtamẽtum. & ſic an ex banno perdat teſtamenti factionem quam ante habebat. In hac quæſtione Alber. Gallioti in titu.de teſtamen.verſicu. pone quod bannitus dixit qđ aut erat bannitus ex cauſa ob quam debebat deportari, aut ob aliam. Primo caſu non poſsit teſtari. Secundo ſic arguo.ff.de his qui notan.infa.l.quid ergo.§.fina.iuncta glo.l.j.C.de crimi.ſtel.Et idem tenet Guil.in Specu.de inſtru.edi.§.compendioſe.verſi.quid de bannito Dy.vero vt refert Bar.in l.eius qui.ff. de teſta.dixit quod aut perdebat bona, aut non, vt primo caſu non poſſet teſtari, ſecundo ſic per not.in ſepiſsime alleg.§.relegati. ipſe autem Barto.ibi & in diſputatione ſua ſepius allegata, concluſit, quod aut vult teſtari, ſecundũ ſtatuta ſue ciuitatis a qua bannitus eſt, & non poteſt, quia illa iura perdidit, vt ſupra dictum eſt, aut ſecundum ius cõmune, & teſtari poteſt, quia ius illud non perdidit. Allegat etiam Iaco.de Are.in l.ex facto.§.ex facto ad trebel.& ita communiter tenetur, & vide etiam Bal.in l.j.de hæredi.inſti.& adde quæ dicam in duabus ſequentibus quæſtionibus.

*Sed circa idem* quero quinquageſimotertio lo-
53 co. † Statuto cauetur quod cõtumax habeatur pro confeſſo, & poſsit condemnari ac ſi eſſet præſens & confeſſus, & ſententia in eo lata habeatur periude ac ſi lata eſſet in præſentem. An tunc talis bannitus poterit teſtari. & videtur quod nõ, quando bannitur ad mortem. Si enim eſſet lata in præſentem ſtatim efficeretur ſeruus pœnæ, l.qui vltimo.ff.de pœnis.& l.ſi, quis filio exheredato.§.irritum. &.§.ſequen.ff.de iniuſt.teſtamen.Et ſic non poſſet teſtari ut ibi etiam ſi aufugeret, ut habetur per Barto.in l.cunctos populos.C.de ſumma trini.& per Bald.in l.j.de hæredib. inſtituen. Ergo nec nunc tali equiparatione facta a ſtatuto l.j.de lega.j.Sed Bal.in dicta l.j.de hære.inſtituen.iuxta finem in verſicu.ſed quid ſi ſtatutum determinat contrarium, quia talis diſpoſitio non operatur niſi reſpectu eorum quæ continentur in cõdem natione ſiue banno. Nam cum contumacia ſit cauſa confeſsionis, & ſic ex vno ſuppoſito inferatur aliud valde diuerſum ab ipſo, ergo hæc eſt fictio quę non operatur niſi effectus expreſſos a lege introducente fictionem, vt C.de fide inſtru.l.iij.& l.fin. & ff.de iur.fiſ.l.ij.§.diuus.& l.eius qui delatorem, reſtringitur ergo confeſsio ficta ſolum quo ad effectum contumacie de cuius natura eſt non perimere niſi quatenus lex permit vel iudex diſponit, ut no.ff.ſi quis ius dicen.non obtempe.l.j.§.fi.ſed eius ſalua pace dicta iura nihil faciunt. Loquuntur enim quando lex ſpecialiter diſponit contumaciam puniendo, tunc enim vltra pœnam in l.expreſſam cõtumacia grauari non poteſt, at in propoſito ſtatutum prædictum diſponit vlterius, ſcilicet generaliter ſtatuendo quod ſententia habeatur perinde ac ſi lata eſſet contra præſentem. ergo perinde eſt ac ſi particulariter omnes effectus ſententiæ late in præſentem exprimeret, l.omnes.C. de præſcriptio.triginta anno.l.ſi duo.de adminiſtra.tuto. cum ſimilibus.& d.l.j.de lega.j.Erit ergo tunc bannitus ſeruus pœnæ, quia ſic eſſet præſentialiter condemnatus. Regulariter enim dictio perinde ad omnes qualitates refertur l.a filio.§.pater.de alimen.lega.niſi eſſet aliud ſtatutum quod talem generalitatem reſtringeret, vt l.ſacrilegij.§.is autem.& ibi concordat, ff.ad legem iul.pecul.& ita in ſimili concludit Bart.in l.j.in princip.ff.de recep.quod maxime verum eſt quia in his quæ ſunt iuris, vt quem eſſe ciuem quem eſſe ſeruum, & ſimilibus, uerbum habeatur a ſtatuto introductum inducit veritatem non fictionem ſecũdum notat. in l.maritus.§.legis.ff.de adulter.& latius in l.ſi is qui pro emptore. Intelligitur ergo tunc ſeruus pœnæ, & ſic teſtari nõ poterit. Aut ergo ſtatutum ſimpliciter diſponit quod poſsit cõdemnari & in banno poni ac ſi per confeſsionem de maleficio conſtaret & non efficitur ſeruus pœnæ. Nec obſtat ſi dicatur lex qui vltimo loquitur in damnato ad mortem. Ergo & bannitus qui ad mortem damnatus eſt erit ſeruus pœnæ, quia in eo verificantur verba legis ſicut dixi ſupra in quæſtione xlviij.circa verificationem verborum.l.prima.de his qui notã. infami.quia non eſt ita. Bannitus enim nõ eſt damnatus ad mortem niſi peruenerit in fortiam communis, & ideo ex ſolo banno non verificatur diſpoſitio legis qui vltimo.

Si vero ſtatutum equiparat ſententiam banni ſententiæ late in præſentem dicen-

Source : BIU Cujas

dum eſt vt ſupra effici ſeruum pœnæ. Pro qua deciſione facit quod etiam ſecundum Bal. dicam ſtatim in ſequenti quæſtione.

Quinquageſimo quarto

54 pur circa idem quero. † An in caſu quod bannitus poteſt teſtari quod ſi moritur antequam capiatur a iudice & fiat executio habet effectum teſtamentum. Si capiatur & bannum mittitur executioni quia interficitur, an tunc teſtamentum irritetur. Si dicimus ex ſententia non effici ſeruum, ſine dubio ipſa executio ſeruum non faciat, cum enim ipſa executio non dicatur facta, niſi eo mortuo, ergo liber mortuus eſt per not. in l. fina. C. de conditio. inſtit. & de manumiſſ. teſtamen. l. qui duos. Non enim ſcio iure cautum quod ipſa executio effectum ſeruitutis inducat, ſed ipſa condemnatio, vt dicta l. qui vltimo cum concordantijs. & l. ſi quis filio exheredato. §. penultimo. ibi non cum aſſumptus eſt &c. ff. de iniuſto teſtamen. Cõtrarium tamen determinat Bal. in l. eius qui. ff. de teſtamen. per not. in lege prima. §. exigit. ff. de bono. poſſeſsio. ſecundum tabul. & latius in l. prima. C. de hæredi. inſtituen. in verſicu. ſed nunquid iſti exbanniti, quia eo ipſo quod capiuntur ſerui efficiuntur, & efficientur ſerui pœnæ non capientium. ff. de cap. l. mulier inops. Quod credo verum. & eſt ratio. quia tunc verificantur verba conditionis appoſite in ſententia, quia in fortiam peruenit, & ſic tunc dicitur damnatus ad mortem. & per conſequens verificantur verba. l. qui vltimo præallegata. & facit clementina paſtoralis. de re iudica. vbi ponitur talis forma, & quod not. per Iacob. de Belui. in diſputatione quam poſuit in l. prima. C. vbi de crimi. agi oportet.

Quinquageſimoquinto quæro,

55 † Statuto etiam vltra prædicta cauetur quod bãnitus in perſona non poſsit capere hæreditatem ex teſtamento vel abinteſtato. Titius fuit bannitus in mille. Et ſic quo tempore in fortiam communis peruenerit, & dicta mille intra decem dies tunc proxime ſequentes non ſoluerit, extunc debeat decapitari, fuit dictus Titius interim inſtitutus & hæreditatem adiuit. Queritur in genere an tenuerit dicta additio an non & ſic deueniat ad coniunctos ſubſtitutos vel ab inteſtato venientes teſtatori. In hac quæſtione Bald. in l. prima. de hæred. inſtituen. ſic dicit. & videtur quod non tenuerit aditio cum ei ſic implicitus ſtatus condemnationis perſonalis. ff. ſi ex noxali cauſ. agatur. l. fin. In contrarium videtur, quia in his quæ ex tempore initium ſumunt ſecundum illud tempus iudicamus. ff. de teſtamen. mili. l. titius. & pe. l. prima. & de noxa. l. in delictis. §. ſi extraneus. Solu. videtur dicendum, quod ex euentu pendeat. Nam aut nõ venit in fortiam communis vel venit et ſoluit, & tunc cum effectu reſidebat hæres. Aut venit, & non ſoluit, ſic decapitatus eſt & tunc retro fingatur non ſucceſsiſſe, quia conditiones quæ implentur per negationem eſſe finguntur retro, argumen. ff. de maniſ. teſtamen. l. neratius, ſed verius videtur quod valeat medio tempore factum inſpecta eius conditione, tunc vigenti, argumen. no. ff. de his qui notan. infam. l. furti. §. primo. & de ſtatu libe. l. ſtatu liberi a cæteris. in princi. Hanc deciſio. credo veram, Non enim erat damnatus in perſona ante capturam, vt dictum eſt, ergo non vendicauit ſibi locum ſtatutum tempore delate hæreditatis pro hoc, quia conditio conditionem non recipit l. eum qui. §. fina. ff. de acquirẽ. hæredi. Facit. ff. de ſtip. ſeruo. l. vſufru. & l. ſi minor. de ſer. expor. & quod pro illarum ſolutione habetur in l. ſi filius, in princip. ff. de verbo. obliga.

Quinquageſimoſexto queritur

56 † Sempronius fui bannitus de ciuitate Florentiæ, & eius comitatu. Et eo tempore ciuitas Piſarum non erat florentinorum, & ideo ibi habitabat, ciuitas illa fuit effecta de comitatu Florentiæ. Queritur an ibi poſsit habitare. An vero dicatur etiã ab illa ciuitate bannitus. Et quod poſsit ibi habitare facit quod dictum eſt ſupra quæſtione xviij. ſcilicet an in confiſcatione bonorum veniant futura, vbi dictũ fuit quod non. Item facit, quia ſententia intelligitur lata de eo comitatu præſenti non de futuro. l. ſi ita. ff. de auro & argen. legat. Verba enim ſententiæ nõ extenduntur l. ſi patronus teſtamento. §. ſi quis cum eſſet. ff. de bonis liber. In contrarium facit, quia augmentum aſſumit naturam eius quod adiungitur, & illius iuris ſit lege etiam. C. de iure dotium, & ita referente Cyn. in dicta l. etiam determinauit Ricar. Malum. pro quo adducit l. pupillus. §. territorium. de verbo. ſignificatio. & l. quoties. §. final. de admini-



Source : BIU Cujas

ſtra.tuto.cum multis ſimil.Finaliter diſtin-
guit remittens ad Guil.in l.ſi conuenerit.§.
ſi nuda.ff.de pigno.act.quod aut locus adiũ
ctus eſt ita vnitus vt ſub vna conſuetudine
ſit,& tunc non poſsit ibi ſtare . Aut non eſt
ita adiunctus,vt vna conſuetudine uiuat.Et
tunc poſsit ibi habitare.l.ſeio.§.tyranne.ff.
de fun.inſtru.Et quia res tranſit cũ ſua cau-
ſa,vt d.§.ſi nuda.Certe ſi recte intueatur q̃-
ſtio Cy.ſi habet,an ſtatuto dictãte quod bã-
nitus non poſsit ſtare poſtea in loco poſt bã
num effecto de diſtrictu. Quæ quæſtio meo
iudicio parum habet dubitationis,quia ſup
ponitur locum eſſe effectum de diſtrictu, &
ideo cum ſtatutum ſemper loquatur ibi ha-
bitare non poterit.l.arriani.C.de hæret.Eſt
enim bannitus, & ille locus eſt de diſtrictu,
& ſic conueniunt verba ergo eius diſpoſi-
tio locum habet cum mens in nullo diſcre-
pet.l.j.§.ſi is qui nauem.ff.de exerc.cum ſi.
Sed difficultas eſt in dignoſcendo quãdo lo
cus ſit factus de diſtrictu , vt ſic ſub ſtatuto
comprehẽdatur . In quo ſciendum eſt quod
territoria diuerſimode iudicantur & nomi-
nantur.Quandoq; enim appellatur prouin
cia , vt Tuſcia Lombardia & ſi.C.de offi.
rec.prouin.per totum.& ff.de offi.præſi.l.
iij.& l.illicitas.§.qui vniuerſas.ff.de offic.
prçſi.Et iſte poſſunt vniri & diuidi.Quo ca
ſu videndum eſſet,an bannitus in vna facta
vnione eſſet bãnitus ex alia. Et tunc crede
rem inſpicienda eſſe vnionis verba . Et de
his vnione et ſeparatione habetur in l.ſi ea.
ff.de aſſeſſo.& extra in c.j.ne ſede vacan.et
C.de metropo.beri.l.j.& ibi per Bar.Quan
doque vero non dicitur prouincia, ſed ter-
ritorium alicuius. Et iſtud nomẽ poteſt plu
res prouincias continere. vbicunque enim
poteſt terrere,territorium eius dicitur l.pu
pillus §.territorium.ff.de verbo.ſignific.&
tunc ſi ſtatutum loquitur quod non poſsit
ſtare in territorio, licet non ſit locus eiuſdẽ
prouincie ſi tamen ibi dominus vel ciuitas
ſtatuens habet ius terrendi,ibi ſtare non po
terit,vt ſupra.Quandoq; territorium vnius
non diſtinguitur ſimpliciter per nomen ter
ritorij, ſed per alia nomina ſignificat in ſta-
tuto.Interdum enim dicitur quod non poſ-
ſit ſtare intra terminos de hoc dic , vt l.cu-
riales.C.de decu.lib.x.Interdum quod non
poſsit ſtare intra pertinentias, & tunc quæ
contineantur,vide extra de reſtitu.ſpolia.
§.cum ad ſedem.& de fide inſtrumen.§.in-
ter dilectos. Quandoque appellatur curia,
& tunc multis modis ſumitur . Aliquando
enim ſumitur pro loco in quo ius redditur,
l.penulti.ff.de iuſtit.& iur.Quandoque pro
parte ciuitatis,vt l.ij.in princi. ff.de orig.
iur.Quandoq; ſumit pro perſonis,vt in cu-
ria romana. Eſt enim ſecundum Oldra.
conſi.ccxij.corpus repreſentatum & multo
rum maiorum congregatione collectum.ff.
de fideiuſ.l.mortuo ibi ſicut municipalis cu
ria.qui.ex cau.maio.l.ergo.in fine.de quo
corpore loquitur .l. rerum mixtura.ff.de
vſuca.& de iudic.l.proponebatur , ſecun-
dum eum.Quandoque pro territorio ſiue
comitatu alicuius ciuitatis vel caſtri , vt in
c.j.de capi.qui cur.vendi.colla.x. & tunc
ſimiliter inſpici debet diſpoſitio ſuper qua
tale verbum profertur.Bannitus enim de
curia iudicis nõ intelligeretur bannitus
niſi de loco in quo ius redditur.& eodem
modo ſi ciuitas eſſet diſtincta per curias,
vt dicta.l.ij.de origi.iur.bannitus ab vnius
curie iudice,ut non poſſet ſtare in curia ſua
non intelligeretur bannitus ab alijs curijs.
Aliquando vero appellatur dioceſis, & de
hoc in c.ſignificante.& c.rodulphus.de re-
ſcript. Quandoque nominatur comitatus.
& hoc habetur.C.quando imper.inter pu.
& vt.l.j.in authen.qua in prouincia.C.vbi
de crimi.agi opor.et xxiij.q.viij.c.ſi vobis.
Interdum dicitur diſtrictus .x.colla.quib.
mo.feu.amit.c.j.in cle.ne romani.de elect.
inſti.de actio.§.rurſus.& no.per glo.xciij.
diſt.c.prouincie.& in c.vt animarum.de
conſtit.lib.vj.& C.vbi de poſ.agi oportet.
l.j.& differunt hæc duo vltima nomina ſe-
cundum Bal.quia comitatus dicitur quan-
do non habet ſeparatum iudicatum, diſtri-
ctus quando habet ſeparatum iudicatum
ſicut dicimus in colonijs quæ non erãt ſub
preſide,licet eſſent de prouintia, ſed habe-
bant diuerſum iudicem, ita dicit ipſe in l.j.
§.cum vrbem.ff.de offi.præfe.vrb.Cuius
contrarium videtur tenere gloſ.in l.j.ff.de
cenſi.vbi dicitur Coloniam & comitatum
idem eſſe. & allegat.l. eius.§.ſi quis.ff.ad
municipa.Sed male dicit illa gloſ.Nam ſe-
cundum quod ibi not.Iaco.de Are.& bene
Colonia erat iudicata per ſe non ſubiacens
preſidi vel proconſuli in cuius prouincia
erat,ſed habebat proprium iudicem,vt cor
rectorem vel comitem de quibus fit men-
tio in l.ex omnibus.ff.de offic.prçſid.& in
authen.vt iudi.ſine quoquo ſuffrag.§.hæc
autem.col.ij.eſt ergo diuerſi ſignificatus di-
ſtrictus a comitatu , lege ſi idem.C.de codi-
cill. & magis ſubiacet comitatus quam di-
ſtrictus ſecundum Baldum licet gloſſ.aliter
dixerit in dicto capitulo prouincie,& ideo

Source : BIU Cujas

qui ex forma ſtatuti ſiue banni nō poterit ſtare in comitatu poterit ſtare in diſtrictu, ſed non econuerſo, arg. ff. de interdic. & relega. l. relegatorum. §. fi. cum ſi. Sed aduertendum quod iſta nomina appoſita territorio ponuntur ad beneplacitum. Interdum namque efficitur territorium certum de comitatu, & tñ regitur diuerſis legibus & iudicibus, interdum regitur eiſdem legibus, ſed diuerſis iudicibus. Quandoq; etiā eiſdē legibus & iudicibus. & propterea in propoſita quæſtione debemus inſpicere cōem vſum loquēdi in loco ſtatuentium. l. labeo. de ſupellecti. lega. l. librorum. §. quid ergo. de lega. iij. l. tugurij. de verbo. ſignif. cum ſi. Si igitur ſtatutum loquitur quod bannitus non poſsit ſtare in comitatu, & ciuitas Piſarum ſit effecta de comitatu ex forma ſtatutorum florētinorum licet reſeruata ſint ſua ſtatuta, banniti de ciuitate Florentiæ et eius comitatu ibi habitare non poterunt per d. l. tarriani. Ad quod faciunt no. per Ioā. Andr. in additio. Spe. de treug. & pace ſuper rub. Non obſtant in contrarium allegata, quia illa iura loquuntur in verbis ſententiæ quę non trahuntur ad futura. Sed quæſtio noſtra loquitur in ſtatuto quod ſemper loquitur, vt ibi, & habetur in l. j. ff. de condict. ex leg. per docto. Si vero ſtatutum nihil diceret, ſed bannum tantum banniret eum a ciuitate & comitatu, crederem non intelligi niſi de comitatu qui tunc erat per prædicta iura. & l. iij. de offi. præſi. & l. fin. de iuriſdi. omni. iud. Et q; notatur, per Bart. in l. certa forma. C. de iure fiſ. lib. x. & per id q; dictū fuit ſupra hac eadem parte. xviij. q. Et ex his patet quod non expedit examinari articulum illum an locus acquiſitus in dubio regatur legibus loci acquirētis an ſuis proprijs. Sed de eo vide in d. §. ſi nuda. per Guil. & Bar. & per Guil. & Cy. in l. de quibus. ff. de legib. Quibus adde quę dixit Bar. in tractatu tiberiadis in ij. lib. dum exponit verbum nullius.

## Quinquageſimoſeptimo

57 queritur. † An bannitus in vna ex ciuitatibus regni ſiue ciuitatis intelligatur bannitus a toto comitatu ſiue regno. Iſtam quæſtionem mouet gloſ. in x. collatio. hic finit lex cornelia, & incipit conſuetudo regni. in princip. in gl. j. in fine. Et videtur inclinare in opi. quod non, quia inferior nō poteſt dicere legem ſuperiori. Sed Alber. vbi ſupra q. lxxxv. allegat eam ad partem contrariā, & ibi dicit per illam glo. quod bannitus intelligitur a toto comitatu. ſed Bal. ibi illud intelligit ſi qualitas delicti illud patitur ſecundum gl. in. §. relegati. inſtitu. qui. modis ius patriæ poteſt. ſolui. Sed tu dic & melius ſecundum Andr. de Iſer. ibidem, quod aut ille qui banniuit habebat imperium a ſuperiore, & tunc dicatur bannitus a ſuperiore. l. j. §. omnia. C. de vete. iur. enuclean. & ff. de offic. præſi. l. j. in fin. An habebat imperium aliunde, & tunc ſecus. l. nam magiſtratus. ff. de arbi. ad trebellia. l. ille a quo. §. tempeſtiuum. Exemplum pone, Si locus a quo eſt bannitus in ſubmiſsione reſeruauit ſibi ſua ſtatuta ſecundum no. in l. ſi conuenerit. §. ſi nuda. ff. de pignorati. actio. quod eſt verum niſi vel ex forma ſubmiſsionis vel ex ordinatione ſuperioris aliud actum ſit, vt l. omnes populi. Ad q; facit q; dicā in ciuitatibus cōfederatis infra parte proxima quæſtione. xxxvj.

## Quinquageſimooctauo

58 queritur. † Pacto vel ſtatuto cauetur q; bānitus non poſsit habitare vel ſtare in certo loco, alias poſſet ibi capi & decapitari & quod puniantur vicini qui eū ibi ſtare vel habitare permiſerint. quidam poſtea bannitus tranſiens per prædictum locum volens ad alium locum non prohibitum accedere bibens & comedens in quadā caupona captus fuit a familia. Queritur an poſsit decapitari. & an vicini veniant puniendi? Hæc q. habet duas dubitationes. Vna eſt quantū ad id q; tāgitur de pacto, an in eo comprehendatur prædictus qui fuit poſtea bannitus. Circa quod poſſent multa dici, maximā per no. per Bar. in l. ſi ita. ff. de auro & argē. leg. per Cyn. in l. non modus. C. de ſerui. & aqua. & per not. in l. ſi ſeruitus. ff. de ſerui. vrb. prædi. Omiſſa tñ ſuperfluitate, attenta opinio. Pet. & Cy. in d. l. ſi ita. Concludo cōuentionem prædictam ſi non eſt viciſsitudinaria non habere locum in poſtea bannitis. Non enim potuit ab inito cogitari numerus bannitorum in futurū, ergo de illis non intelligitur, vt d. l. non modus. & l. damni. §. ſi is qui. ff. de dam. infec. & ſic non obſtat. d. l. ſi ſeruitus. quæ facit in contrarium, quia aut ibi poterat cogitari de quantitate futurarum feneſtrarum, aut poſtea factæ ſubrogantur loco priorum ſecūdum Iac. de Are. quorum nullum locum habet in propoſito. Nec obſtat quod no. per Ioan. Andre. in additio. Spe. ſuper rubri. de treuga & pace.

Source : BIU Cujas

Vbi dicit quod facta pax pro ſe & ſubditis intelligitur etiam pro poſtea effectis per dictam l.ſi ſeruitus.& l.ſi quis filiabus.ff.de teſtamen.tuto.& de priuileg.c.quia circa, & c.cum capella.tum quia loquitur in fauorabilibus & ſic extendendis.quæſtio noſtra in odioſis & munientibus libertatem loci conuentionati, & ſic reſtringendis, vt in regula odia.de reg.iur.lib.vj.tum etiam quia ibi conuentio erat vicisſitudinaria & reciproca. Hic autem vt prædixi erat ex vna parte tantum.Si autem talis conuentio erat reciproca, puto ẽt ad futuros bãnitos. trahi.argu.not.in l prima.C.de pact.& de tranſactio.l.fideicõmiſſo. & quod habetur per Bar.in prohe. codicis,& in l.ambitioſa.ff.de decret.ab ordi.facien.In quæſtione illa de ſtatuto cogente partes ad cõpromiſſum. Sint ergo cauti talia paciſcẽtes vt aut per nomina vniuerſalia cõtrahant,quo caſu etiam de futuris videtur intelligi.ff.de fun.inſtru.l.penulti.& de lega.ij.l.peculiũ. cum ſi.Aut expreſſe de futuris diſponant ſi eorum intentionis eſt velle ꝙ ad futuros conuentio extẽdatur. Alia dubitatio eſt, an comprehenſus in conuentione dicatur ibi ſtare vel habitare ad effectus de quibus queritur.In qua etiam poſſent multa dici vt patet in quæſtionibus Guil.de Suza.quem etiam refert Gan.in opere ſuo in parte qua tractat de bannitis.Sed concludendum eſt quod non,quia ſic tranſiens nõ dicitur habitare.l.hæres abſens.§.j.cum ibi not.ff.de iudi.C.vbi de crimi.agi opor.l.ij.ff.ad municip.l.eius qui.§.j.cum ibi not.Item non dicitur ibi ſtare.C.de verbo.ſigni.l.j.& ij.de lega.iij.l.queſitum.§.j.de hæredi.inſtituen. l.ex facto.§.rerum. Faciunt not.per Pet.& Bar.C.vbi in rem actio.l.fin.Facit etiam.ff. de re milit.l.iij.§.emanſor.& l.fin.& quod not.in c.ſi poſtquam.de elec.in gloſſ.& ita punitur.Et vide caſus.in l.ſi quis poſt hac. cum gloſſ.ſua.C.de edifi.priua.& ita ſentit Odof.in l.penulti.ff.de ſerui.exportan. & dictum Guil.vbi ſupra ſub litera.S.& allegat.l.titius.de ſerui.exportan.Ita etiam tenuit Albe.vbi ſupra de bannitis.q.viij. vbi allegat iura.& ita iam de facto ſeruare vidi.Non ergo poterit decapitari, ſed debet relaxari.& ſic vicini puniri non poſſunt.

59 *Quinquageſimonono* ſequẽs †materiã eorum quæ banniti de quibus agimus perdant & quæ non, ſtantibus ſtatutis de quibus ſupra & maxime ſtatuto quod banniti non audiantur in ciuili vel criminali.Quero Titius accuſauit ſempronium de quodam maleficio,& eum fecit citari, pendente hoc proceſſu Titius fuit bannitus ob maleficium.& ideo ſempronius ab eo antea accuſatus opponit exceptionem ꝙ obſtante banno non debet audiri.queritur an obſtet exceptio vt ſic perdat potentiam proſequẽdi iudicium quod iam inchoauerat? Hæc quidem quæſtio tangitur per Dyn.& Bart. qui eum nõ bene refert in l.vrannius.ff.de fideiuſ.ſed melius eum refert Ioan.Andre. in addi.Spe.ſuper rubri.de accuſa.in vlti. q.& quia opi.ſunt contrarie & antiquorũ & moderenorum.vt patet etiam ex no.per Bald.in l.j.& l.neganda.C.qui accuſa.non poſ.& in l.cum mulier.ff.ſolu.mat. vbi dicit Cyn.conſuluiſſe non obſtare exceptionem per l.is qui reus.de publi.iudi.ſine repetitione omnium quæ ſcripta ſunt vidi, concludo quod aliquando ſtatutum dicit quod bannitus non admittatur ad accuſandum. Et tunc poteſt proſequi accuſationẽ datam ante bannum. Damnati enim non prohibentur inchoatas proſequi accuſationes.ff.de publi.iudi.præallega.l.is qui reus, & d.l.neganda, & ita tenuit Dyn.in dicta l. vrannius. & Barto.ibidem latius qui reſpondet ad contraria licet referat ſtatutum in alia forma.& ibi vide.& Ioan.Andr. vbi ſupra eſt enim certum ꝙ hodie non accuſat, ſed proſequitur accuſationem. & ideo in eo verba dicti ſtatuti non verificantur.l. hos accuſare.§.fina.ff.de accuſat.& ideo dicit Dyn.in dicta l.vrannius.& poſt eum Io. Andre.vbi ſupra quod debet ſibi dari ſecuritas vt poſsit accuſationem proſequi.

Quandoque ſtatutum dictat quod querelle bannitorum non recipiantur, & ideo meo iudicio,quia ſtatutum nota. receptionem querele. Querela autem recepta erat ante, ergo ſtatutum ſibi locum non vendicat.Proſequitur ergo iudex ad petitionem eius ꝙ querimoniam iam receptam non autem nouam recipit.l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxal.cum ſimilibus & per iura ſuperius allegata tenet Dyn.in hoc contrarium dixerit & non bene in l.poſt finitam. de ſuſpect.tutor.per l.illam, & per l.vrannius.& per l.iij.§.quia plautianum.de libe. agno.quibus reſponde.vt per Bartol.in dicta l.vrannius. Loquuntur enim quando ſuperuenit defectus in cauſa ſi. quo caſu locum habet regula.l.quia in eum.ff.ad leg. Aquili. non autem quando ſuperuenit in perſona defectus de nouo faciendi, & his

Source : BIU Cujas

duobus caſibus loquitur Dyn. qui vt dixi contrarius reperitur. Quandoque dictat ſtatutum quod querele bannitorum non audiantur. Et idem ſecundum Barto.in dicta l.vtannius. per dicta iura quod credo verum, quia querela ſiue querimonia ſumitur pro accuſatione.l,querela.C.de fal. Et ideo licet poſtea a iudice petat procedi contra accuſatum non tamen de eo conqueritur cum iam conqueſtus ſit. Et ſic nouam querimoniam ſiue querelam non facit. & ideo verba ſtatuti non conueniunt. Aliquando autem dictat ſtatutũ quod bannitus non audiatur vel quod non fiat ei ius. & hoc caſu deciſiones prædictæ non procedunt. Certum eſt enim quod in quacunque parte iudicij dicitur accuſator audiri & ei ius fieri. ff.ſi quis ius dicen.non obtempe.l.prima §.primo.cum ſimilibus, & ideo cum reperiatur bannitus quando petit citari reum vel quando vult inducere teſtes vel alios actus facere debet ei audientia denegari & ius non fieri, quia qualitas impeditiua, tunc adeſt.ff.de ſtatu homi.l.& ſeruorum.§.primo,de pecul.l.quoties.§.penulti.quod iuſſu.l.ij.in fin.de mili.teſtam.l.titius. & d.§.ſi extraneus. Hæc enim exceptio tu non debes audiri, tibi non debet ius fieri, poteſt etiam poſt litem conteſtatam opponi ſecundum Iacob.Butr.in l.adulteram.C.de adulte.& dicam infra parte tertia huius temporis.quæſtio.iij.non obſtat l.is qui reus.& l.neganda quia ibi verba non ſunt concepta ad impediendum audientiam aut iuris redditionem, ſed ipſam accuſationem, vt patet in dicta l.is qui reus.& quia hoc eſt ſatis clarum & commune aliter non inſiſto. Cõcludens quod hoc caſu etiam iudex ex officio procedere non poterit.l.ſi ſeruus.C. de his qui ad eccleſi.confu.l.prima.§.quod autem.ff.de alea.per Iaco.de Are. in l.prima ad trebellia. & alijs iuribus de quo dicam infra in tertia parte huius temporis.q.j.& ibi etiam vide aliqua circa quęſtionem præmiſſam.& ex his habes an quando obſtet exceptio banni ſuperuenientis,& quando non, & adde quæ dicam ſtatim quæſtione lxj.

*Sexageſimo quero predi*-

60 cta locum habent † quando ſuperuenit bãnum in perſona accuſatoris. Sed pone, pater accuſabat de iniuria facta filio pendente proceſſu filius fuit ex aliquo maleficio bannitus, An in his caſibus in quibus exceptio banni obſtaret filio accuſanti ſecũdum dicta ſupra obſtet etiam patri. Albe. vbi ſupra quæſtio.xlij.refert Iacob. Butr.tenuiſſe filio ante accuſationem bannito patrem nõ excludi per l.iij.§.ſi filius.ff. quod quiſque iur.ſed ipſe Alber.tenet contrarium eo caſo per l.lex cornelia.de iniu.de quo dicetur infra hoc eodem tempore parte ſecunda quæſtio.xlvij.& tangam ſtatim in propoſita quæſtione fuit determinatum quod patri obſtet exceptio banni ſuperuenientis in perſona filij pluribus rationibus. Prima quia quod filius per ſe non poteſt, non poteſt etiam per alium.l.ſi deportati ſeruo. de leg.iij.& quod no.in l.antiſtius.ff.de acqui.hære. Secunda quia pater proſequitur principaliter iniuriam filij ſecundario ſuam. Sicut ergo repelleretur filius, & ſic debet repelli pater.l.labeo.de uſu.l.ſi is qui duos.de libe.legat. Tertia quia inſpicitur quod principaliter agitur nõ quod per conſequentiam.ff.de authori.tuto.l.prima. de donatio.inter virum & vxor.l.iij.Facit ff.de his quib.vt indig.l.poſt legatum.§.filius cum ſua gl.ad idem per rationem econ uerſo lex diui fratres.cum ibi not.ff.de iure patro. Quinto inducebatur lex procu.ad exhiben.§.primo.ff. rem rat. habe. iuncto ff.de iniu.l. ſed ſi vnius.§. prætor ait quia pœnæ impoſitio eſt iniurie ſatisfactio. ergo pater agens pro ſatisfactione iniurie filij repellitur ne filio ſatisfaciat. Allegabatur Sexto filium eſſe hoſtem ciuitatis, vt in.§. qui deficiunt. & quod ſupra dictum eſt hac parte quæſtione quarta, & ideo ſicut chriſtianus non poteſt interuenire in iudicio pro hæretico vel Iudeo contra Chriſtianum, vt in autheuti.credentes.C.de hæreti. Item nec ciuis pro hoſte contra ciuem. Ad quod allegabatur pro ſingulari tex.l.poſtliminium.§.filius.ff.de cap. Vbi dicitur quod ſicut hoſtis perdit patriam, ita perdit patrem, de hoc tamen dicetur infra parte ſecunda huius temporis quæſtio.x.Pro hac parte facit, quia illi dicitur ius reddi ad cuius commodum redditur.l.prima.§.in propria.ff.quando app.Sed pater agit ad commodum filij ergo &c.Hanc deciſionem credo veram ſi pater accuſauit de iniuria facta filio. Si autem ex forma accuſationis appareret eum accuſaſſe de iniuria facta ſibi patri per perſonam filij. per legem primam.§.vſque adeo.ff.de iniu.l.& per not. per Bar.in l.ambitioſa.ff.de decre. ab ordi. fa.tunc non procederet deciſio prędicta,ex libello,n,qui attendit,vt l,cũ q̃dam puella,

Source : BIU Cujas

de iuriſ.om.iudi. apparet qđ de ſua non de filij iniuria ſatisfactionem querit, cuius iniurie actio fuit ſibi orta tali tempore quod agere poterat, quia filius bannitus nō erat. & ſic ei poſtea filius auferre nō potuit.ff.de iniur.l.ſi quis ſeruum.l. contrarium.§.ſi filius.ff.de pact.& d.§.ſi filius quod quiſque iur. Quod declara per ea quæ dicam infra tertia parte huius temp.q.xlvij.dum tractabo an bannito ob iniuriam factam filio ſufficiat pax habita a parte vbi declarabūtur hic dicta, vide etiam quod dicam in ſequē. particula, vbi ſupra remiſi.

## *Sexageſimoprimo circa*

61 idem quero.† Statuto cauetur ꝙ ēt de publico crimine nullus poſsit accuſare ſine cōſenſu eius contra quem delictum cōmiſſum eſt vel eius proximioris conſanguinei. Cōtingit ꝙ Titius vulnerauit Seium, Sempronius de conſenſu Seij accuſauit Titium, deinde ante lit.conteſta. Seius fuit ob maleficium bānitus. Queritur an Sempronio obſtet exceptio banni? Hęc quæſtio fuit olim diſputata per Lamber.de Rap.cuius uerba omnia refert Albe. vbi ſupra qō.lxxxij.& eius effectum ponit Ioan.And.in addi.Spe. ſuper rub.de accu.& oēs concludunt quod non obſtet exceptio rationibus ibi per eos allegatis præſertim per l.is qui reus.de publi.iud.& quia de iure cōi cum maleficium eſſet publicū,& ſic quilibet ſuo iure remanſit legitimus accuſator, & ideo poſtea per factum Seij,tale ius ſibi tolli non potuit,vt in regula quod noſtrum, & in l.ſed & ſi in conditione.§.ſolemus.ff.de hære. inſti. Ad l.ſi cum dotem.§.eo autem tempore.ff.ſol.ma.quę ibi in contrarium fortiter allegabatur,reſpondet quod nō, ideo ibi excluditur pater,quia filia patiatur capitis diminutionem,ſed ideo,quia in eam ius conſolidatur, & a parte remouetur quod non eſt in propoſito.Conſidera quod iſtud ius accuſandi non diceretur auferri per factum Seij banniti,ſed propter diſpoſitionem ſtatuti quod poteſt generaliter ſtatuendo ſine dubio auferre alteri ius queſitū, vt habetur in l.antiochēſium.ff.de priui.cred.& plene in l.toties ff.de polli.& ſic ceſſat potiſsima ratio deciſionis prædictæ q.Lex is qui reus, non aliter facit quam ſupra dictum fuerit in lix. q.& ideo forte dicendum eſt,vt ibi dixi.Licet enim de iure cōi tale maleficium ſit publicum,tñ a ſtatuto eſt qualificatum.& ideo puto in terminis Lamber,qui propoſuit ſtatuto caueri,quod querimonie bannitorum non audiantur,& damna eis illata non emēdentur veram eſſe deciſionem prædictam. Tempore enim quo fuit illata iniuria non erat bannitus. Et ſic non verificantur verba ſtatuti, vt l.in delictis.§.ſi extraneus.ff. de noxa.cum ſi.vbi ſupra alle.Præterea tempore quo fuit audita querimonia ſimiliter bannitus non erat. Sed ſi ſtatutum diceret ſimpliciter quod bannitus non audiatur forte ſecus eſſet per ea quæ dixi ſupra maxime ſi ſtatutū aliud diceret.nullus accuſans audiatur ſine conſenſu offenſi. Tunc enim cū offenſus per ſe nō poſſet,ergo non poſſet alteri conſentire,vt dixi ſupra q.proxi.ſalſe quia non repellitur offenſus ex eo quod de iure nō habeat perfectum ius,ſed ſui odio, quia bānitus ab illius iuris exercitio excluditur,& ſic ſtat regula l.ſi fundus.ff.de pig. & quod no.per Bar.ibi.& in l.fi.C.de pact. Finaliter licet paſſus ſit dubius.Cū lex excludens bannitum ſit facta in fauorem reipubli.vt l.ij.C.qñ lice. ſine iu.vin.& ſic ſit extēdēda,vt l.hoc modo.ff.de condi.& demon.puto ſub correctione cuiuſq; dicēdum ꝙ vbi ipſe bannitus admitteretur non obſtante exceptione bāni ſuperuenientis, admittatur eius conſenſu accuſans alias non. Pro quo uide quod dixi in dicta lix.q.Verū ſubdo quod in dicta q.non tangitur,quod ſi accuſaſſet cum conſenſu proximioris conſanguinei ſuperueniente banno in perſona vulnerati nō obſtaret l.exceptio,l.ſi pater, in fi.de manu.vin.

## *Sexageſimoſecundo quæ-*

62 ritur.† An ſtante ſtatuto prædicto quo cauetur querelas bannitorum audiri non debere, bannitus in iudicio vocatus vt reus, poſsit ſe defendere, quidā cuius nomē ignoratur, arguit primo quod non poſsit ſe defendere,quia in exceptionibus & defenſionibus quis eſt actor,ff.de excep.l.j.C.eo.ti. l.ſi quidem.ff.de proba.l.quoties.§.qui dolum.Sed certum eſt exbannitum non poſſe agere,ergo nec excipere & ſe tueri.Ad idē Albe.vbi ſupra q.lj.allegat quod ſtatutum indiſtincte loquitur,ergo indiſtincte ſeruandum ēt quanuis durum ſit,ff.de publi.l.de pretio.ff.qui & a quib.l.proſpexit.de teſta. mili.l.quod conſtitutus, & quia iudex non debet eſſe maior lege, in authent.de iudi.§. oportet.C.ne ſanc.bap.rei.l.fi.ad l.iuli.de vi.l.ſeruus vterq; tñ prædictorum determinat cōtrarium,Primus quia qui non poteſt

Source : BIU Cujas

agere ergo nec excipere, quia multa conſequuntur aliqui excipiendo quæ agendo cõſequi non poſſunt. C.etiam ob chy.pe.l.j.ff. de pig.l.j.in princi.ad l.falci.l.j.§.id quod. Adducit ẽt ſimile in minore qui non poteſt agere cõi diui.tñ ſi cõuenitur põt ſe defendere, & prædiorum fit diuiſio. C.de prædi. mil.l.inter omnes. Et hoc ideo, quia iudiciũ redditur in inuitum.ff.de verb.obl.l.inter. §.j. Et adducit pro hac opi.caſum in authen.credentes.C.de hæret. Secundus alle. etiam l.ſi non defendantur.ff.de pœn.& ff. de noxa.l.quoties.ff.de in ius vocã.l.libertas.et extra de iud.c.intelleximus.& de excep.c.cum inter.vbi excõicato non denegatur defenſio. Hinc eſt ſecundum eum quod dicitur diabolo nõ denegari defenſionem. & ſic concludit potius inſpici mentem ſtatuti quam verba.ff.de iure patro.l.adigere. §.quamuis. Dixit tñ primus quod licet poſſit ſe defendere, non tñ poterit ſuum actorẽ reconuenire per no.in d.c.cum inter. Prędicta quæſtio procedit ſtatuto ſimpliciter dicente, vt ſupra & eſt vera deciſio prędicta, excipiens enim nõ proprie, ſed improprie actor eſt, vt not.in l.in exceptionibus.ff.de proba. Licet igitur ex tali ſtatuto intelligatur prohibitus ab agẽdo, de quo dictũ fuit, ſupra in ij.q.huius partis, non tñ intelligeť prohibitus ab excipiendo & ſe defendendo.& ita refert Bal.in l.j.C.de hæred.inſti. tenuiſſe Iac.de Are.in l.ex facto.§.ex facto. ad treb.& alleg.Bal.vltra prædicta.ff.qui. ex cau.ma.l.ſi cum militi.& cle.paſtoralis. de re iudi.ubi videtur caſus. Primus tamen de quo ſupra dicebat tutius eſſe quod per procuratorem ſe defenderet per d.c.intelleximus. Sed Bal.in d.l.j.dicit id verũ & neceſſarium ſi eſt cauſa in qua procurator admittitur, alias ſibi dabitur ſecuritas, vt l.papinianus exuli.ff.de mino.& ff.de iudi.l.is qui reus. Et aduertendũ ꝙ prędicta procedunt qñ fundat ſuam defenſionem a iure cõi. Si autem fundat ipſam a ſtatuto, dicunt quidam eum non admitti, quia illius ſtatuti perdidit beneficium, vt refert Bal.in l.ſi libertus a patrono.ff.de in ius voc. Quod puto verum ſi conuenitur pro geſtis poſt bannum per ea quæ dicta ſunt ſupra hac eadẽ parte quæſtione v. Si autẽ conueniatur pro antea geſtis dic vt dicam in vltimo tempore parte vlti.q.xv.& plenius infra hac parte.q.penulti. Quando autem ſtatutum vlterius procederet etiam tollendo defenſionẽ quid iuris ſit, dicam in ſequenti parte huius temporis quæſtio,ij.

63 *Sexageſimotertio.* †Stante dicto ſtatuto ſimpliciter loquente, vt ſupra bannitus agit contra bãnitũ, bannitus conuentus excipit ꝙ non debet audiri. Quæſtio hæc non eſt multum dubia. bãnitus enim excipiens ſe defendit. Igitur eum non comprehendit ſtatutum, vt dictum eſt ſupra proxi.q. Nec ob. ſi dicať nil poteſt obijcere iudeus iudeo &c. vt in l.arena.C.de inoſ.teſta. & quod no.in l.iij.§.idẽ diuus.ff.de teſti. ergo nec bãnitus bannito, quia illud procedere poſſet qñ ex ſolo banno qualitas allegata induceretur. Nullus.n. tũc poſſet alteri impingere, puta infamiam, ſed hæc qualitas quod bannitus non audiatur non ex vi banni, ſed ex vi ſtatuti quod comprehendit agentem tantum non excipientem vt dictum eſt ſupra, & hæc tenuit per alias rationes Iac.de Are.vt refert Bar. in l.cum mulier.ff.ſolu.matr.& Alb.vbi ſupra q.v. dixit enim quod bãnito datur defenſio non autem alterius impugnatio.ff.de accuſa.l.ſeruos.pro quo Bar.dicit videri caſum in c.dilecti.de excep.& licet excipiens certet de lucro, quo caſu exceptio doli tolli ſolet replicatione doli.l.apud celſum.§. marcellus.ff.de do.excep.& l.viro.ſo.mat. & d.l.cum mulier. Tñ id non procedit qñ exceptio non opponitur ad merita cauſæ, ſed ad perſonam eà ratione ſaltem, quia eo ipſo ꝙ bannitus citat bannitum ad iudiciũ facit eum habilem, ſed ipſe citatus non habilitat actorem ſecundum Innoc.in c.cũ inter.de excep.& vide plenius per Bart.in d. l.cum mulier. dixerũt tñ quidam vt refert Bal.in l.libertus a patrono. de in ius vocã. prædicta procedere vbi bannitus excipiẽs fundat exceptionem de iure cõi, ſecus ſi de iure municipali, quia illud perdidit. Ipſe tñ ibi tenet no.per Iaco.de Are.in d.l.cum mulier.& ſeruos, & in l.quoniam alexãdrum. C.de adul.& ſic tenent quod poſſit excipere quod eſt verum, vt dictum eſt. Quia ſtatutum intelligitur reſeruare defenſionẽ a quocunq; iure procedat, dum tñ ante nõ ſit ſublatum beneficium, vt ſic non obſtet quod dixi ſupra proxi.q. Pro hoc etiã facit quia in pari cauſa potior eſt conditio excipientis.ff.de condi.ob tur.cau.l.j.& de reg.iur. l.fauorabiliores. Id autem quod dictum eſt ſupra ex citatione ab actore facta legitimari perſona rei procedit qñ citatur nominatim & ſimpliciter. Si aũt citaretur limitate vt ueniret ad contradicendum quicquid de iure poſſet non intelligeretur in omnibus

Source : BIU Cujas

legitimata perſona, vt dicam vbi ſtatim remittam. Item ſi citaretur vt ventret ad contradicendum ſi ſua putauerit intereſſe vel fuerit facta citatio generalis de omnibus q ſua putauerint intereſſe non videtur tunc legitimata perſona. arg. c. veniens, de teſti. ſecundum Bal. vbi ſupra qui pro his citandi formis remittit ad no. per Inn. in d. c. dilecti. Hoc vltimum de citatione generali puto veriſsimum, ſed aliud dictum ſi ſua putauerit &c. eſt mihi dubitabile. Et potius inclino in parté Inn. quia illa conditio ſi ſua putauerit intereſſe non ad qualitatem perſone refertur, ſed ad cauſæ qualitatem ſecū dum no. in c. ſuper his. de accuſ. & in l. niſi. ff. de pac. & ideo perſone legitimitatem nō qualificat. l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxa. cum ſi. Redditur autem quæſtio magis dubia qñ ſtatutum tolleret defenſionē de qua dicā in ſeq. parte huius tēporis. q. vj.

64 *Sexageſimoquarto* queritur † an data tenuta alicui in bonis banniti ſtante dicto ſtatuto quod vt dictum eſt ſupra proximis queſtionibus defenſionem non tollit dictus bannitus poſsit petere dicte tenute reuocationē. Pro huius quæſtionis expeditione premittendum eſt quod quandoq; conceditur tenuta de iure communi parte citata ſecundū not. in l. properandum. §. ſinautē reus. C. de iudi. in l. ſi quis emp. §. ij. C. de preſcri. xxx. ann. l. conſentaneum. C. quomo. & quando iud. & plene in l. cum proponas. & in auth. ibi poſita. C. de bo. autho. iudi. poſ. & in l. ſi finita. §. iulianus. ff. de dam. infe. & iſto caſu ſine dubio intra tempora ſibi data ad reuocationem poſitionis dicitur reus ſicut primo, vt dictis iuribus, et propterea dicitur ſe defendere ſicq; ſibi non ob. ſtatutum prædictum, ſed ad reuocationē admittitur. quā doq; cōceditur tenuta ex forma ſtatuti parte non citata, vt quia ipſi inſtrumento aut ſententiæ traditur virtus executionis de facto ſine citatione, de cuius ſtatuti virtute generaliter dictum fuit ſupra primo tempore parte, iij. q. iiij. & iſto caſu remanet dubitatio an talem tenutam petens reuocari dicatur actor vel reus quod examinatur in ex communicato in c. cum inter. de excep. & etiam in eo & bannito per doc. in l. de pupillo. §. qui remiſsionem. & §. ſi procur. ff. de noui oper. nun. In quo multi plura dixerunt quæ in voluminibus repertuntur, ſed omiſsis ſuperfluis ſciendum ꝙ quandoque etiam ex forma ſtatuti proceditur vlterius virtute dicte tenute, quia ſit præceptum tenentibus qđ euacuent & diſgomberent bona iuxta tenorem ſtatuti Florentini, vel ſi de iure communi ſine ſtatuto peteretur ſecundum decretum ſiue inſolitum dato de quo dicam in ſeq. q. Quandoq; vlterius non proceditur, ſed immiſſus in tenutā illa vtitur. & quandoq; lucratur fructus & habet alia beneficia quæ habentur vel in ſtatutis vel ſimpliciter de iure communi per not. in l. tertia. §. verba. & §. ſi quis omiſſum. ne ius ſiat ei. & in l. prætor. §. quod de fructibus. de bo. autho. iudi. poſ. & ideo ad propoſitum dicendum eſt quod aut comparet ad reuocationem tenute poſtquam nihil factum eſt, & maxime quando incipit ab eius nullitate, & dicitur actor non reus, l. de pupillo. §. qui opus. ff. de no. oper. nun. per Bar. in. §. ſi procurator. per Innoce. licet confuſe loquatur in c. ſane. de offi. delega. & firmat Bal. in c. j. de reſcri. lib. vj. ſi alias bene percepi illum tranſcurrens. Non obſtat huic. d. l. non cogendum. §. ſi. ff. de procur. quia ibi ſolummodo quo ad vnum effectum dicitur reus, quo ad omnia alia dicitur actor & ibi not. in gloſ. & ideo hoc caſu cum veniat non prouocatus, & ſic actor nō audietur ſtatuto ei obſtante. Si vero poſt tenutam aliud actum eſt. Puta præceptum de euacuando, & tunc cum ueniat prouocatus & principaliter occaſione præcepti dicitur reus. & ſic ſe defendere & audiri debet nō obſtante ſtatuto, vt habetur in d. §. qui pro remiſ. & . §. ſi procurator ex notabili doctrina Bar. & quod not. per Bal. in l. diffamari. C. de inge. & ma. Debent ergo illi qui ex aliqua cauſa non admittuntur agentes, caute comparere vt non principaliter compareant occaſione tenute, aut principaliter illā nullam dicant vel reuocari petant, ſed principaliter compareant occaſione citationis vel præcepti, & ſic comprehendantur eſſe rei non actores. Sunt tamen quædam iudicia in quibus quilibet eſt actor & reus, vt l. in his tribus. ff. de iudi. & in illis inſpicietur etiam qui fuerit prouocator, vt ibi, & l. inter omnes. C. de præd. mino. Prouocator enim principaliter actor eſt, et ideo non admittetur, licet ſecundario ſit reus, & econuerſo, prouocatus eſt reus, principaliter, licet ſecundario ſit actor. & ſic inſpecto ꝙ principaliter agitur non repellitur.

65 *Sexageſimoquinto* q̄ritur † an contra bānitum poſſit perueniri ad ſecundum decretum ſiſa

quæſtio tangitur per glo. quæ videtur velle quod non, in l. ad cognitionẽ. ff. qui. ex cau. in poſ. ea, & ibi idem concludit Bar. ſcilicet quod non poſsit, niſi finito banno. Nec ob. quod pœna non ſolet tribuere immunitatẽ. ff. de neg. geſt. l. ſiue hæreditaria. quia illud verum directo, ſed per quandã conſequentiam ſic. ff. de ſuſpe. tut. l. decreto. Sed Iaco. de Are. dixit immo ꝙ poſsit perueniri ad ſecundum decretum quia cum poſsit ſe defendere per procuratorem, ſi non facit dicitur eſſe in contumacia, vt l. papinianus exu li. de mino. Aduerte quod de iure communi, ſecundum veram opi. vt poſsit ad ſecũdum decretum perueniri requiritur latitatio. l. fulcinius. §. ij. ff. q. ex cau. in poſ. ea. & quod habeť per ipſum Iac. de Are. in Lıgno rate. C. de reſti. mi. & ideo vř verior opin. Bar. quia licet poſsit procuratorẽ mittere, non tñ dicit latitare ſi nõ facit, niſi dicas qđ quia nõ ſperatur rebãntri ſit iuſta cauſa pp quam ex ſola cõtumacia detur ſcđm decretũ, vt l. ſi minor. de bo. autho. iudi. poſ. ſcđm Franc. de Are. Sed dic quod aut iam ante bannum latitauerat, & ſic fundatum erat iudicium, licet poſtea banniatur nihilominus poterit contra eum dari ſecundum decretũ per ea quæ no. in l. pluribus. §. & ſi placeat. de verbo. obli. & l. patre furioſo. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Si vero fuit ante bannitus, tunc aut ſtatutum eſt in loco quod ſecũdum decretum dari poſsit ex ſola contumacia, & clarũ quod tunc poterit ad illud perueniri contra bãnitũ per prædicta. & iſtud eſt quod ſenſit Bart. in d. l. ad cognitionem. vbi dicit quod in talibus hodie prouiſum eſt per ſtatuta. Si vero ſtatutum nihil diſpoſuit, tunc ſatis dici poteſt verum eſſe dictum Fran. de Are. per d. l. ſi minor. niſi ex qualitate bãni & conditione perſone, aliud præſumeretur, puta ſi quantitas eſſet parua & bannitus abſens eſſet diues. arg. ff. de iudi. l. ſi longus. Titius tamen eſt eo caſu quo non ſperatur exire de banno quod detur curator bonis per l. ab hoſtibus. & quod ibi no. quib. ex cau. ma. Et perueniatur ad diffinitiuam & ad eius executionẽ ſcđm doctrinã. l. a diuo pio. ff. de re iudi. quaſi per totum.

66 *Sexageſimoſexto* queriť † Titius bannitus conuenitur a ſuo creditore, opponit ei exceptionẽ compenſationis, an poſsit. hanc queſtionem diſputauit Iaco. de Are. ſ. ſtante dicto ſtatuto de quo proximis quæſtionibus dictum eſt, & eam de verbo ad verbum refert Alber. vbi ſupra q. xcij. & primo arguit ad negatiuam, compenſatio eſt eius quod inuicẽ debetur contributio. l. j. de compen. ſed ſi bannito aliquid deberetur, ſi ageret obſtaret exceptio. extra de iudi. c. intelleximus. & in vſi. feu. hic finit lex cor. & incipit cõſue. re. c. j. & arg. ff. qui. ex cau. ma. l. ſed & ſi per prętorẽ. §. ſed et ſi dum. ergo et nũc cũ vult ſibi debitum allegare & per conſequens cõtribuere repelli debet exceptione quę cum poſsit eſſe temporalis & perpetua cẽſenda eſt perpetua. ff. de condi. inde. l. ſufficit. Secundo ille qui poteſt exceptione ſubmoueri non dicitur creditor. ff. de verbo. ſig. l. creditores. & de regu. iur. l. nihil intereſt. Cum igitur poſsit banni exceptione repelli, ergo creditor dici non debet. ff de cõpen. l. quicunq;. ſol. mat. l. inſulam. §. pe. Tertio licet bãnitus reſpõdere teneatur, tñ eius petitioni nullus teneť reſpondere. C. de hær. auth. credentes. de iudi. c. intelleximus. de exce. c. cũ inter. ſed in cõpenſatione verſať petitio. ff. rẽ ra. hab. ergo &c. Quarto quia illud ꝙ̃ directo prohibeť ꝑ obliquũ concedi non debet. ff. de tranſa. et l. cũ hi. §. ſi cũ lis. & de tut. & cur. da. ab his. l. ſcire oportet. In contrariũ arguit qđ poſsit cõpenſare. Primo ꝗa ſibi cõceditť eſſe in iudicio per modũ rei, vt in iuribus ſupra alle. ergo oĩa q̃ reis permiſſa ſunt ſibi conceſſa uidenť. de iuriſ. om. iud. l. ij. & ſic ſe defendẽdo põt compenſare qđ facere põt quicũq; reus. de cõpen. per totũ. Princeps. n. ei concedendo quod tanq̃ reus poſsit eſſe in iudicio oĩa q̃ reo cõpetunt ꝑmiſsiſſe vř. l. quidã cõſulebat. de re iud. iuncta l. defenſionis facultas. C. de iur. fiſ. lib. x. Scđo quia cõpenſatio ab hoĩe oppoſita ipſo iure fit per legẽ. C. de cõpenſ. l. ſi. & l. ſi conſtat. & inſti. de act. §. in bone fidei. ergo compenſando non petit, ſed per l. facta cõpenſatione parata vtiť defenſione. arg. ff. de acqr. re. do. l. adeo. §. cũ quis. Tertio licet bãnitus petere non poſsit, tñ naturaliter ſaltem ſibi debeť. ff. de condi. inde. l. ſi pœnę cauſa. licet ergo debitũ non naturale peti non poſsit. ff. de pac. l. j. & l. iuriſgen. §. ſed cũ nulla. tñ p̃t compẽſari. ff. de cõpen. l. ẽt. & de don. l. hoc iure. §. pe. cũ ſi. Sepe. n. quis cõſequiť cõpenſando qđ non cõſequereť agendo. ff. ſo. ma. l. ſi filio. & de cõpen. l. ſi cũ filio. Quarto ille qui cõpenſat ſoluit. ff. q po. in pig. ha. l. ſi debitor. & ff. de ſta. lib. l. ſi peculiũ. §. de illo. Si ergo vult ſoluere cõpẽſando audiri debet. Quinto prouocato permittiť id quod alias non permitteretur. ff. de bon. lib. l. qui cum maior. §. ſi libertus. de in ius vocan. l. liber-

Source : BIU Cujas

tus.de iudi.l.qui non coguntur.& l.ij.§.ſed ſi agant. & C.de ſenten.l.cum papinianus. Finaliter ſoluendo tenuit primam partem ſcilicet bannitum cōpenſare non poſſe per ſupra allegata.& per no.in c.cū inter. Subdēs duplicem eſſe defenſionem. Vnam quæ habet metam ſolius defenſionis ſiue excluſionis. Et hæc conceditur bannito, vt l.ſeruos.ff.de accu.cum ſi.alia quæ habet naturam actionis & impugnationis.vt compenſatio,& hæc ei denegatur,vt in d.c.cum inter, Et idem effectiue in excōicato concludit Bar.in d.l.amplius. Credo hanc deciſionem veram niſi bannitus probaret ſe ante bannum etiā extra iudicium compenſaſſe. tunc enim cum ipſo iure debitum fuerit ſublatum ſecundum not.in d.l.ſi conſtat.& ff. eod.tit.l.ſi quid a fideiuſſore.per Bar.& gl. non dicitur impugnare,ſed oſtendere agenti ius non competere quod ei non eſt interdictum, vt ſupra & dicam infra parte ſeq. q.ij. Aut ergo de nouo compenſationem opponitur. Et non admittitur, quia dicitur petere vel agere. Aut alias oppoſitam allegat, & tunc admittitur, quia dicitur excluſiue. Aduerte tñ quia ſi alias oppuſuiſſet in iudicio haberet neceſſe probare,quod iudex illam approbauerit.l.quod in diem.§.ſi rationem.ff.eo.ti.ſecundum Iaco.de But.in d.l.ſi quid quod non habet neceſſe docere ſi allegabat oppoſitum extra iudicium ſecundū Bar.eo.tit.ſuper rubri.& probatur.eod.tit. l.verum.& ibi dixi.

## *Iuxta prædicta queritur*

67 ſexageſimoſeptimo † ſi conuenitur fideiuſſor banniti an poſsit opponere exceptionē compenſationis eius quod agens debet ipſi bannito, ſicut alias poſſet ſi non eſſet bannitus vt d.l.ſi quid a fideiuſſore.de compē. Iac.de Are.diſputauit & eius verba refert Albe.vbi ſupra proxi.q.dictum eſt.ſ.in q. xcij.ſecūda parte. Et primo arguit quod nō poſsit pluribus rationibus. Primo ꝙ repreſentat perſonam principalis.inſti.de publi.§.fin.ergo.iiſdem rationibus repellitur quibus principalis, vt in regula, ſi quis in ius.lib.vj.& l.nemo plus iuris. Secundo qa fideiuſſor dicitur rei defenſor.de pac.l.hæredi §.nos autem.& l.cum filius.de verbo. obli.ergo vicem eius ſubire dicitur.& ſic ꝙ obſtat reo obſtabat ſibi de procu.l.ſed et he.§.defendere. Tertio quia id ꝙ noceret reo nocet fideiuſ.vt eſt in patre & filio qui ſunt reus & fideiuſ.vt l.j.de decu.& l.cum filius.de verbo.oblig. Quarto quia ratio quare fideiuſſor opponit compenſationem ex perſona rei eſt quia quod a fideiuſſore petitur a reo petitur.& ideo ſicut male petitur a reo,ergo & male petitur a fideiuſſore. l.verum.ff.de compen. Sed iſta ratio ceſſat in propoſito,quia reus nō opponeret,& ſic bene peteretur,ergo &c.l.quod dictum.ff. de pac. Quinto quia iam reus conſequeretur per fideiuſ.quod per ſe nō poteſt qđ lex non vult.ff.de contrahen.emp.l.nō licet.& C.de hæred.inſti.l.neq; per ſe. Sexto quia nō poteſt prouideri per compenſationem fideiuſſori quin prouideatur reo, & ideo ratione medietatis prohibetur.ff.ſi quis cau.l.ſi duo.de dam.infec.l.ſi finita.§. ex hoc edicto.cum ſi. Septimo quia pars vitioſa trahit ad ſe non vitioſam.l.pedi ff.de arb.de aqua quoti.& eſti.l.j.§.item q. ritur. Octauo quia vbi eſt quod prodeſt & quod nocet inſpicitur,quod nocet.ff.ad Silla.l.iij.§.fi. Nono quia mora rei nocet fideiuſſori.ff.de verb.obli.l mora. In contrarium quod immo compēſare poſsit, arguit primo per iura inducta pro parte principalis ſupra proxi.q. Secūdo per regulam.l.eius.C.de compen.& ff.eo.ti.l.ſi quis a fideiuſ. Tertio quia illud quod fideiuſſor habet apud ſe de bonis debitoris,id ſoluere poteſt & liberatur de peti.hæredit.l.ſi quid ſponſor.§.j.de pecu.hinc quæritur. §.fina.& l.quoties.§.vlt. Quarto quia q. cunq; defenſio competit fideiuſſori ex quocunq; facto rei etiam ex quo reo non competit.ff.de pac.l.ſi.ſi quis cau.l.ſed & ſi qs. vbi licet reus remiſerit exceptionem pacti, & ſic ipſe opponere non poſsit, tñ poterit opponere fideiuſſor.de edil. edi.l.quæritur.§. ſi venditor.& de pac.l.cum in eo. Quinto quia quod vni eſt inutile alteri prodeſt. ff.de fideiuſ.lege cum is.cum ſimilib. Sexto quia ratio quare fideiuſſoria durat principali non exiſtente, vt l.ij.de lui.pigno.eſt quia principalis ipſo iure non eſt extincta, ſed ratio quare bannitus compenſationem non opponit,non perimit ipſo iure debitū, ſed quia ei banni replicatio opponitur.& ideo cum facultas opponendi compenſationem non ſit extincta durabit in perſona fideiuſſoris ſibi perſonali principalis exceptione non obſtante. Septimo quia quandoque quis per alium conſequitur quod per ſe non poteſt.l.& per iuſiur.§.ſi fideiuſſori.ff.de accept.& C.de tempo.in integ. reſtit.l.petende. Octauo quia ratione cōnexitatis vtile trahit ad ſe inutile.ff.de ſta. homi.

homi.l.imperator.ff.de pen.l.prægnantis & de libe.lega.l.quis duos.cum ſimi. Nono quia pœna rei non debet ad fideiuſſorē trāſire.C.de pœnis l.ſanctimus.& ſolu.mat. l.ſi maritus.nec obſt.ff.quod quiſque iur. l.iij. §.ſi is.vt ibi not.Vel quia ibi eſt ſpeciale, vt fideiuſſori adimatur facultas excipiendi in pœnam illius edicti quod alias nō poſſet effectum ſortiri. Cum reus in ſua perſona non poſſet de facili conueniri. Et ideo ſaltem per medium fideiuſſorem conuenitur ſed in caſu noſtro pœnis alijs ſubiacent banniti quæ poſſent eis irrogari, vel quia illud edictum afficit ius agendi & excipiendi,ideo omnibus nocet l.ea lege.§.hoc aūt. ſed bannum afficit ſolam banniti perſonā.

Vltimo quia fideiuſſor certat de damno vitando,ideo ei fauendum eſt,C.de codicil. l.ſi.cum ſimi. Soluit primo dici poſſe qd aut principalis eſt ſoluendo & non poſsit opponere compenſationem alias ſic.arg.ff. ſi menſ.fal.mo.dixe.l.iij.§.j.de admi.tuto.l. ſi.C.ad velleia.authen.ſiue tunc. & de leg. j.l.ſi cui.in ſi. Finaliter concludit indiſtincte dictum fideiuſſorem poſſe opponere exceptionem compenſationis debiti compenſabilis non obſtante banno ipſius principalis,quia ipſi fideiuſſori eſt permiſſum a iure quod poſsit ſoluere de bonis principalis.ff. manda.l. ſi procurator.§. ſi ignorantes. ſed qui compenſat ſoluit , vt dictum eſt ſupra ergo &c.Exceptio autem banni non obſtat fideiuſſori onerosam cauſam habēti. de do. excep.l. apud celſum.§.ſi cū legitima. Nec obſtat quod videatur ad principalem reuerti,ea.l.§.apud.iul.quia vt dictum eſt ſupra magis fideiuſſori quam reo ſuccurritur & apud eū remanere intelligitur. Pro qua materia finaliter Alberi remittit ad no. per Dyn.in regula,ſi quis in ius.lib.vj.Hæc deciſio vera eſt. Cui adde quę dixi ſupra pro xi.quæſtio.in ſi.

68 *Sexageſimooctauo* †ſtante dicto ſtatuto, quod querele bannitorum non audiātur,queritur de quibus querelis intelligatur,& ſi eſt lata ſententia contra bannitum,an audiatur appellans.Albe.vbi ſupra q.xxj.& q.cxiij.refert quoſdā tenuiſſe, quod intelligatur de querelis extraordinarijs & quæ per iudicis officium explicantur. de iure patro.l.j. & ibi ſic videtur tenere Ray. & l. diui.§.mandatis.& de his qui ſunt ſui vel alie. iur.l.ij. & de offic.præfec. vrb.l.j.§.cum patronus. & ibi etiam tangit Ray.Sed ipſe Albe, determinat quod immo intelligitur de omnibus etiam ſi expediantur per libellum.C.vt omnes tam ciui. quā cri.acu.l.j.circa princi. de anna.excep.l.vt perfectius.C de fal.l. querela.extra de elec.c. quorundam. & de inſtitu.c.ex frequentibus.& verum dicit. Libellus enim appellatur etiam querela , vt colligitur ex gloſ.c.quia pręſulatus.j.q.iiij.

Ad ſecundam partem quæſtionis,an poſſit appellare,arguit primo quod non , quia appellatio eſt querela,ergo non debet audiri,quod ſit querela probatur ex text. cum glo.in l.ſi ab arbitro.ff. qui ſatiſda.cog.determinat contrarium , quia appellatio eſt ſpecies defenſionis,& defenſio non denegatur bannito. vt in c.cum inter. de excep. & dicit eſſe expreſſum.in c.j. de reſcrip. lib. vj. Fateor hanc deciſionem veram ſi in cauſa in qua fuit contra eum lata ſententia erat reus ſe defendens. Tunc enim cum ſit reus in cauſa appellationis ſicut in cauſa principali ſecundum veram opin. de qua in l. hi qui ad ciuilia.C.de appella. Iiſdem rationibus auditur in cauſa appellationis quibus in prima,de quibus dixi ſupra lxij.q.Si autem erat actor in prima cum nunc ſit actor ſicut prius reſidet quæſtio in hoc an poſsit talis exceptio ex banno reſultans opponi in cauſa appellationis. De qua quæſtione vide quæ dicam infra parte tertia huius tēporis.quæſtio.iij.& qō.iiij. vbi concludam quod poſsit opponi.& ſic tunc appellās nō deberet audiri. Si tamen interim eximeretur a banno audiri deberet ſecundum Bal. in l. per hanc.C.de tempo.appella. in viij. col.& pro primo membro huius ſolutionis vide quæ dicam in ſeq. & ſe. quęſtionibus.

*Nono et ſexageſimo que-*
69 ro†ſtante dicto ſtatuto an bannitus petēs reſtitutionem in integrum audiatur. Albe. vbi ſupra q.xlj.ſe in breuibus expedit dicens videri primo quod audiatur, quaſi reſtitutio ſit ſpecies defenſionis. & quaſi remiſsionem petere videatur , & ſic dicatur fungi partibus defenſoris & non actoris.ff. de no.oper.nun.l.de pupillo.§.qui remiſsionem.Sed dicit tenendum contrarium , quia petens reſtitutionem ſequitur forum aduerſarij.C. vbi & apud quem l.ij. & remittit ad ibi not. per ſe. Aduertendum puto qd aliquando reſtitutio petitur aduerſus bannum.& de hac vt dixi ſupra tempore primo.parte vlti.q.vj.Aliquando petitur principaliter per viam officij iudicis, & quia



Source : BIU Cujas

agere dicitur puto veram eſſe deciſionẽ præ
dictam l.j.in princ.ff.de eden.cum ibi not.Si
vero petitur incidenter per viam exceptio-
nis,tunc eũ reus ſit audiri debet ſicut in ſuis
alijs defenſionibus audiretur quod examina
vt habetur in l. nam & poſtea.§. ſi minor.ff.
de iureiur.Aliqñ vero petitur reſtitutio ad-
uerſus ſententiam,& tunc aut erat actor, &
habuit ſententiam contra ſe & non debet au
diri.Aut erat reus & tunc aut petit ſe reſti-
tui ad appellandum ſecũdum quod habetur
in l.diuus.& l.fi.ff.de in integ.reſtitu. & pu-
to eum debere audiri.l. ad rem mobilem. &
l.delegatum.ff.de procura. iunctis quæ dixi
ſupra proxi. q.ſi vero petit reſtitutionẽ ad-
uerſus totam cauſam non puto audiri debe-
re,quia in veritate actor eſt nõ reus.Nec mi-
hi placet ratio Albe.quia ẽt petens reſtitutio
nem poteſt illam petere corã ſuo iudice,pu-
ta ſi eſſet ille qui ſententiam quæ petitur re-
ſcindi executioni demãdaret.& probatur in
d.l.ij.per quam iudicari vidi ꝙ ſi laudũ fuit
latum inter clericum & laicum & contra lai-
cum laicus volens dicere laudum nullũ, de-
bet adire iudicem ſecularem, tũ quia eſt ſu-
perior eius qui tulit,tũ quia eſſet iudex exe-
cutionis.C.de arbi.l.cum antea.Ad quod fa-
ciunt not.per Guil.in l.cum hi.§.vult igitur
omnino.de tranſac.& per Bar. ea.l.§.eã tran
ſactionem.& in.§.arbitrorum.

70 *Septuageſimo* †viſo quod nõ ob
ſtante dicto ſtatu-
to poteſt ſe defen
dere,vt maxime dictũ fuit ſupra quæſt. lxij.

Quero bannitus fuit accuſatus, fuit a iudi
ce ſecuratus,cõparuit & negauit maleficiũ,
teſtes fuerunt examinati contra eum & pro-
bauerunt,accuſat teſtes de falſo, an ei obſtet
banni exceptio.Hanc quæſtionẽ refert Ioan.
And.in additio.Specu.in titu.de accuſa.§.ſe-
quit in ſua additione magna,iuxta fi. in ver.
gradum ſeptimũ.dicens fuiſſe diſputatũ per
Franciſ.de Mata.& ibi poſt allegat ad vtrã-
que partem,concludit ſoluendo,quod aut ac
cuſat aduerſarium.quod corrupit & produ-
xit teſtes falſos,& admittetur ad talẽ accuſa
tionẽ, quia hoc proprie defendere.ff. de ex-
cep.rei iudi.l.diuus.C.ſi ex fal.inſtru. per to
tum.& C.qui accuſ.non poſ.l.prima. Si autẽ
accuſat teſtes vel alios teſtium corruptores
dicit non admitti,quia iſte non defendit,ſed
accuſat. Ergo ſtant verba ſtatuti prohibentis
l.quicquid aſtringende.de verbo.oblig.Item
quia accuſatus pendente ſua accuſatione nõ
accuſat.l.neganda.C.qui accuſa. non poſ. &
l.is qui reus,de publi.iudi.Subdit tamen ip-
ſe Ioan.And,quod prædictæ.ll. ſecundum eũ
non probant id ad quod allegantur,nõ enim
loquuntur de illo qui impune poteſt offendi,
& cuius querele non audiuntur dicens quod
canon ſe expediret per decre. cum inter.de
except.videlicet quod excipiens de falſo au
diretur & hoc eſt ꝓprie defendere accuſans
nõ,quia illud eſt querelari vel agere, nec pe
rit iuſtitia,quia intentum ſuum conſequitur
per exceptionem & ſine onere. de proba.
licet de excep.cap.cum venerabilis. Etre-
mittit ad not.per ſe eodem opere in titu.de
iudi.delega.§.reſtat.verſicu. quid ſi in ſtatu-
to.& ibi tractat.an accuſatio falſorum teſti
tantum proſit ſibi in cauſa ſuæ accuſationis,
quaſi dicere velit ſi prodeſſet accuſatio dice-
retur defenſio alias non, de quo articulo ibi
vide,& in l.prima.qui accuſa. non poſ. Al-
be,autem vbi ſupra q.lxxxviij. refert quæ-
ſtionem prædictam fuiſſe diſputatã per quẽ-
dam docto.de Mezabanbus,quem dicit con
cluſiſſe talem bannitum admitti ſiue per viã
exceptionis opponat de falſo, ſiue per viam
accuſationis dicens ſtatutum prædictum per
mittens offendi non intelligi in tali offenſio-
ne quæ fiat in forma iudicij,argu.ff. de tran-
ſac.l.qui cum tutore.& etiam tanquam odio
ſum debere reſtringi,& quod non debet ex-
cludere viam accuſandi falſarios cõtra quos
omnia iura clamant.de appella.c.cordi.in fi.
lib.vj.ſubdit quod originem cauſe inſpici de-
beret.ff.de donatio.l.qui id quod.& quod cũ
eo.l.ſi filius. Origo autem in propoſito eſt,
quod bannitus eſt reus ergo &c.vt in l.de pu
pillo.§.qui remiſsionem.de oper.no.nunna.
& ſic concludit etiam ipſe Alberi. quod etiã
per viam accuſationis contra teſtes audia-
tur. Credo qđ vbi poſsit ſibi ꝓuidere,alias,
quam per accuſationem teſtium vera ſit pri-
ma opin.dicitur enim tunc potius impugna-
tor.facit.ff. de probatio.l. circa. & quod ibi
not.Si autem ſibi alias prouidere nõ poſſet,
quia ex forma ſtatuti non poſſet de falſo co-
gnoſci,niſi per viam accuſationis, puto eum
admitti etiam ad accuſandum ipſos teſtes.
Videtur enim ſibi permiſſum eſſe illud ſine
quo ad ſui defenſionem peruenire non poſ-
ſet l.ad rem mobilẽ.& l.ad legatum. de pro-
cu.& hoc puto verum ſi non poteſt accuſare
in doctorem, vt quia eſt talis qui accuſari
non poteſt,vel quia eſt iudex qui inquirit.
Satis enim aperte patet ꝙ ſuam defenſio-
nem proſequitur. non autem principaliter
alterius offenſionem. Ad quod bene facit q
habetur per Bald. in l.diffamari.C.de inge.
manu,vbi cõcludit quod ille diffamatus di-

Source : BIU Cujas

citur reus, licet prius veniat ad iudicium. Si autem ſtatutum diceret quod non audiatur etiam defendendo dicam vbi remiſi ſupra lxij. queſtio. in fi.

*Retento themate* in proxima qõ. formato iudex cõtra talem bannitum tulit iniquam ſententiam.

71 Quæritur, Septuageſimoprimo. †an durante banno bannitus poſsit contra dictũ iudicem agere in ſyndicatu. Quæſtio hęc etiam tractatur in d. verſi. gradum ſeptimum. allegato ſupra proxi. q. in prin. & ibi pro parte negatiua allegatur, vt ſententia conueniat verbis ſtatutui. de flumi. l. j. §. non autem. l. ita autem. in prin. ff. de admini. tut. cũ enim talis offendi potuerit & ei ius ſiue ratio reddi nõ debuerit legis authoritate factũ damnum ſiue iniuria dici non poteſt C. qñ lic. ſine iud. vindi. l. j. & ij. & de adul. l. gracchus. & fortius ꝙ licebat in perſonã, licet in rem cũ quelibet minima pœna perſonalis ſit maior quacunq; reali l. in ſeruorum. ff. de pœn. Nec data ſecuritas reſpicit hunc caſum, ſed illum ſolum propter quem erat bãnitus. Et id tñ habetur pro expreſſo. ff. ſi cer. pe. l. cũ quid. & l. ſeruitutes. de ſerui. & generalitas ſecuritatis reſtringitur ad cogitata. ff. de trã ſa. l. cum aquil. & l. qui cum tutoribus. facit l. non eſt veriſimile. ff. quod met. cauſ. & de præſcrip. c. quia veriſimile, & imputet ſibi qui non appellauit quia ſententiæ conſenſiſſe videtur. de re iudi. c. quod ad conſultationem. & C. de appell. l. hi qui ad ciui. His non obſtantibus ſoluit contrarium, ſecuritas enim ſuſpendit effectum banni, & ſi hoc eſt quo ad ſentẽtiam datam fortius ad dandam ſed non bannitus iuſte ageret. ff de iudi. l. ſi filius. & l. iul. ergo & iſte ſecuratus, vt ſic fauorabile ſecuritatis, verbũ non reſtringatur. & quod ſit fauorabile. facit ff. de ſtatu homi. l. ij. §. j. & inſtitu. eo. §. fi. & quod ſit extendendum patet. ff. de conſti. prin. l. ij. et C. de bon. vacan. l. ij. & generalis ſecuritas generaliter intelligẽda. ff. de publi. l. de pretio. & extra de priuile. c. quia circa. Item ſi contra eum poſſet ferri iniqua ſententia ad quid citaretur vel ſecuraretur, certe ſuperuacue contra l. ſi prætor. ff. de iudic. contra l. j. ad munici. & l. j. C. de theſau. & ad quid grauaretur in expenſis veniendi, & litis, & aduocatorum et in alijs contingẽtibus propter quæ expediebat potius non ſecurari. ff. de leg. ij. & l. qui ſolidum. §. etiam iudica. ſol. l. iam tamen. §. in hac. & quia beneficio iuuari debuit non decipi, extra de commo. c. j. ff. eodem. l. in commodato. §. ſicut. in fin. Nec obſtabit tempus ſecuritatis eſſe decurſum cum beneficium debeat eſſe perpetuũ & nulli diminutioni ſubiectum. in authen. conſtitu. quæ de dig. §. illud. ad ꝙ facit lex neceſſarios. §. primo. ad Syllania. C. de his quibus vt indig. l. minoribus. Finaliter pro alijs rationibus & pro reſponſionibus ad contraria remittit ad authorem qui fuit do. Nicolaus Capoccij de vrbe, qui ſic ſoluebat contraria. Primo quod verba ſtatuti locum habent ſecuritate non data, alias non, vt patet in l. conuentionum. ff. de pac. de lega. l. fina. ff. de dolo. l. prima. §. non fuit. quæ leges volunt hoſti ſecuritatem dari & datam ſeruari, & non ſeruantem puniri. & per hoc reſpondet alijs rationibus ad rationem quod videatur conſenſiſſe non appellando reſpondet, quod ibi non eſt verus cõſenſus, ſed fictus argumen. de verbo. obligatio. l. inter ſtipulantem. §. primo. Præterea etiam dato quod eſſet verus, eſſet cum parte, ergo ſibi non præiudicat cum iudice, l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pactis. Nec obſtet quod negligentia in vno præiudicat ſibi in alio quãdo agitur de eo. C. de his qui a non domi. ma. l. fina. ff. de pec. l. queſitum. §. ſi annua. & de ſolu. l. ſtichum. & ſic cum propter negligentiam cõmiſſam contra partem repelleretur ab agendo cõtra partem, vt C. de appella. authen. hodie. ergo & contra iudicem agendo repellatur, quia illa regula ſecundum eum vera eſt, cum ſunt duo remedia, quorũ vnum eſt principale aliud acceſſorium. Tunc enim negligentia circa principale extenditur ad acceſſorium, ſed in propoſito erant duo remedia principaliter competentia, quo caſu negligentia in vno non præiudicat in alio. l. idem ſi res. ff. de aliena. iudi. mutan. cauſa fac. & l. ſi emancipata. C. qui admit. ad bono. poſſeſsio. po. iuncta l. prima. C. de ſuis & legit. & pro iſta parte iuncta præcedenti ratione. facit optime dicto. §. ſi annua. vult enim quod exceptio cõpetens contra vnum non obſtet contra alium ſi exceptionis ratio ad alium non extenditur. Hæc deciſio ſapit equitatem & habet iuris rationem, quia cum iudex teneatur eum conſeruare indemnem, vt dicam infra patet quod non dicitur effectiue agere, ſed ſe defendere, & ſic non debet repelli, vt ſupra proxima quæſtione dictum eſt, & eſt etiam not. maxime propter tria. Primo propter id quod dicitur ſecuritatem datam durare etiam tempore ſyndicatus.



Source : BIU Cujas

In hoc tamen aduertendum quod poteſt eſſe verum ſi fuerit data pro eo tempore quo durabit quæſtio ſiue cauſa. Tunc enim non intelligetur finita donec ſyndicatus duraret, tenetur enim iudex ad omne intereſſe &c.l.ſi iudex.de var. & extraor. cogni. & ſic ad ſoluendum condemnationem pro eo, & propterea quouſque hoc ſit expeditum cauſa durare dicitur. Si autem cōceſſio fuiſſet tēporalis non haberet locū quod dictum eſt. Poſſet tamen tunc procurator mittere ſi cauſa pateretur, alias nouam ſecuritatem petere, vt dictum fuit in primo tempore parte.j.q.iij. Secundo notanda eſt propter id quod dixit Hoſtiē. eſſe ſecuritatem dandam, & datam ſeruari debere. De hoc dicam in ſeq. parte huius temporis,q.xv. Tertio propter id quod voluit excluſum ab appellando excludi a potentia agēdi contra iudicem in ſyndicatu. facit quod habetur in l.j.§.j.ff. qđ quiſque iur.de quo aliquid ibi per Bar. & in d.l.item ſi reus.& plenius in diſputatione ſua quæ incipit, iudex propter imprudentiam vbi etiam tractat, an iudex poſsit cōueniri appellatione pendente, & ibi determinat ꝙ nō cum certis limitationibus ibi poſitis per eum. Bal. tamen in l.ſi filius.ff.de iudi. eo.caſu dixit quod licet non poſsit agi ad totale intereſſe, tamen poteſt agi, vt condemnetur ad cōſeruationem indennitatis. argu.ff. de ſtatu liber.l.ſtatu libero rationem.& l.athenis.§.j.de aqua plu.arcen. Pro quo.ēt vide quod ipſe no.in l.nouiſsime.ff.quod fal.tut.auto. eſt etiā no.pro ſo.dictarum.ll.C. de his qui a non do.ma.l.fi.& l.itē ſi res.vbi tractatur an negligentia in vno præiudicet in alio, de quo dic vt ibi.& in l.iij.ff.vi bo.rap.per Bar.& vide C.quod met.cau.l.iij.

72 *Septuageſimo* ſecundo queritur † dictum fuit ſupra parte prima.j.temporis q.vj.quod quis poteſt banniri ſub nomine hæreditario, an tunc ſtante dicto ſtatuto quod querelle bannitorum non audiātur, ſi bānitus ſub nomine hæreditario agat nomine proprio repellatur ab agendo dicti ſtatuti virtute. In hac q. Albe. vbi ſupra q.xlviij. primo arguit quod non.ff. de adop.l.ſi pater.§.qui duos.& C. de dol.l.j. In contrarium dixit eſſe caſum in c. aduerſus.§.fi.de immu.eccl.ſed certe.c. illud non multum facit.dicit enim ſententia excōmunicationis lata contra iudicem ligat etiā in officio ſucceſſorem. At in propoſito agens nomine proprio cenſetur alius ab hærede, igitur non videtur ꝙ ſibi præiudicet,argu.ff.de his quib.vt indi.l.tutorē.ibi diſcreta enim ſunt iura quamuis plura in eandē perſonam deuenerint. Puto tamen deciſionem veram per not.in l.fi.C.de euict.licet enim quis teneatur de euictione vt hæres principalis venditoris, tamen agens nomine proprio repellitur,licet ſecus ſit quando teneretur vt hæres fideiuſſoris,vt ibi, quæ lex non eſt alibi. Et ideo ad propoſitum ſubtilius conſiderando Aut quis eſt bannitus ſub nomine hæreditario ex delicto tamen vel cauſa per eum commiſſo, vel commiſſa,ſed forte ex ignorantia proprij nominis ita latum eſt bannū,& tunc ſine dubio agens nomine proprio repellitur,argu.l.ſi quis fundi vocabulo.de lega.j.cum alijs alleg. vbi ſupra. Aut forte ex forma ſtatuti ſuit bannitus ob cauſam defuncti,puta ob debitum non ſolutum,& taliter quod in ſtatuto prædicto comprehendatur, & tunc poteſt habere locum diſtinctio,d.l.fi.quia aut erat hæres fideiuſſoris, aut principalis vt ibi. Quid autem econuerſo,vide quę dicam infra q.lxxvij.in hac eadem parte. Ad l.tutorem,patet reſponſio, quia loquitur quando nulla repreſentatio cadit in ſeipſum,vt ibi, & l.polla.C.de his quib. vt indig.

73 *Septuageſimotertio* queri, † an bannites qui vigore dicti ſtatuti repellitur ab agendo, poſsit ſaltem per procuratorem agere & videtur quod ſic,quia quod per me non poſſum per alium poſſum,arg.ff.de in ius voc. l. quæſitum,de priui.cre.l.j.§.ſi quis.de tranſac.l.& poſt rē.§.fi.& melius in l.antiſtius, in fi.ff.de acqui.hære. contrarium vidi determinatum, quia licet poſsit procuratorē relinquere.l.papinianus,de mino.non tamē poterit per illum agere, quia ipſe idem ex bannitus agere videtur l. ita autem.§.geſſiſſe.ff.de admi.tu.Item quia fraus fieret legi de perſona ad perſonam.ff.de leg.l.contra legem.& ad mace.l.ſed iulia.& ita etiā refert Albe. vbi ſupra q.lxij. tenuiſſe Iaco. de Are,ad quod alleg. ēt de admi.re.ad ci. perti.l.j.§.ij.de ſpō.l.oratio.& de tu.& cura.da,ab his l. ſcire oportet,cum ſi. Et hoc eſt clarum alias fruſtratoria eſſet denegatio iuris vel audientie,l.j.§.vſus,de procu.nō ergo poteſt per ſe vel alium agere ſtante ſtatuto prædicto,& ita verificatur quod dixit Guil.in Spec.de procu.§.ratione quoq; cōſtituentis.verſi.j.vbi autem eſſet ſolummodo bannitus nobis non confiſcatis & dictis

Source : BIU Cujas

ſtatutis non vrgentibus non prohiberetur procurator conſtituere, vt in iure ſupra in contrarium alleg. ſecundum Ioann. And. in addi. Spec. in tit. de ceſsio. actio. §. j. verſicu. illud etiam.

Viſo quod bannitus non poteſt agere per procuratorẽ quæro ſeptuageſimoquarto,
74 an poſsit iura ſua alteri cedere, & ſic ceſsionarius nõ repellatur. Hæc quæſtio a multis tractata reperitur, & quia quotidiana eſt libet aliquantulum inſiſtere. Primo enim Iacob. de Are. ff. de noua. l. doli mali. tenuit indiſtincte quod non. & ſic exceptio banni ceſsionario obſtare l. in his. §. non debeo. & l. quod ipſis. de reg. iur. Ad dictam l. doli. reſpondet quod loquitur in delegatione. Ad contrarium allegabat Dyn. l. ſi cum dotem. §. ſi patri. ff. ſolu. mat. vbi pro parte deportato agit filia, ſed ille text. nihil facit, quia ibi agit filia iure ſuo & nomine ſuo, non iure vel nomine patris, vt eo. titu. l. ij. §. j. & l. voluntate. Ipſe tamen Dyn. in d. l. doli. & in regula ſi quis in ius diſtinxit. An fiat ceſsio ex cã lucratiua & obſtet exceptio, an ex cauſa oneroſa & non obſtet. l. apud celſum. §. de authoris. & . §. ſi quis autem., §. ſi cum legitima. ff. de doli excep. Alberi. de Gand. dicebat ꝙ aut retinet bona & valet ceſsio. Aut publicantur & non valet ceſsio. ff. de cap. di. l. ij. & l. actione §. publicatione. ff. ꝓ ſoc. cum ſimi. Aliqui vt refert Guil. in Spe. de ceſſ. actio. §. j. ver. illud etiam queritur. dicebant indiſtincte obſtare excep. ff. ad vell. l. fin. Alij vt ibidem refert dicebãt quod aut fit ceſsio ex cauſa neceſſaria, & non obſtet exceptio. aut ex cauſa volũtaria & obſtat. Hæc enim non ambulant paribus paſsibus ff. de dam. infec. l. cum poſtulaſſem. de re. eorum qui ſub tu. vel cu. l. iij. §. j. de re iudic. l. fi. & refert Ioan. And. ibi, in addi. magna. Fede. de ſcal. diſputando tenuiſſe ceſsionẽ indiſtincte valere & ceſsionarium etiam ex cauſa voluntaria & lucratiua agere poſſe. Ipſe autem Ioã. And. ibi remittit ad notata per ſe in cap. j. de iure patro. lib. vj. & ſuper glo. penul. & ibi relatis opi. tactis in Specu. vbi ſupra tenet indiſtincte agenti non obſtare exceptionem ſi ceſsionarius banniti cum bona publicata non erant agi ſuo nomine per iura ibi alleg. in gloſ. quæ probãt quod vitium perſonale ad ſucceſſorem non tranſit. ff. de diuer. & temp. præſcrip. l. an vitium. & C. de acqui. poſſeſ. l. vitia. & extra qui mat. accu. poſſ. c. cum in tua. dicens conſiderandum eſſe, an vitium inſit perſone & rei, & in re furtiua quando poſsideretur a fure. An rei tantum vt quando poſſideretur a bonefidei poſſeſſore. & tunc trãſit vitium in ſingularem ſucceſſorem. inſtit. de vſuc. §. furtiue. An tangit actionẽ & perſonam, vt quando dolus interuenit in contractu. & tunc dicit procedere diſtinctionẽ cauſe lucratiue, & non lucratiue, vt in. §. de auc. &. §. ſi cum legitima. Vbi autem tangit perſonam tantum vt in caſu noſtro, tũc ad ſucceſſorem non tranſit, vt ſupra ad l. iij. §. quod autem. ff. quod quiſque iur. & de colla. bo. l. cum emancipati. Reſpondet ꝙ ibi eliſio erat inflicta actioni, non autem perſone tantum, vt in caſu noſtro ſubdens etiam de ſucceſſore vniuerſali, vt dicam infra in vlti. temp. Bart. autem in d. §. ſi cũ legitima. tenet opi. Dy. per illa iura. & idem videtur dicere in d. l. doli. tangens aliqua de narratis ſupra in diſtinct. Io. And. Sed Bal. in l. iij. . §. ſi filius. ff. ꝙ quiſque iur. dicit quod aut bannũ ſequitur ceſsionem. & non obſt. exceptio de quo dicam ſtatim in q. ſequẽ. aut præcedit ceſsionem, & tunc aut ex perſona ſtatuti poteſt opponi exceptio actioni, aut perſone. Primo caſu excluditur ceſsionatius. Secundo caſu diſtinguitur an habeat cauſam lucratiuam, & repellitur, an oneroſam & non repellitur. Et ſic ibi effectiue loquitur opi. Dy. Sed in l. per diuerſas. C. mã. dicit ꝙ aut eſt bannito interdictus forus, & valet ceſsio. Aut eſt ſibi interdictum agere ideſt interdictus ipſe actus agendi & tunc aut cedit ex cauſa lucratiua & non vꝫ aut ex oneroſa, & valet ceſsio, dum tamen ceſſionarius agat vtili. Si vero bona eſſent cõfiſcata, ideo non valeret ceſsio, quia cederet iura fiſci non ſua. ff. de cap. diminu. l. tutelas. Item ſi poneres quod eſſet ei ſola mãſio interdicta, tunc nõ eſt dubium quod poteſt cedere, vt l. papinia. exuli. & ideo ibi dicit quod exititij de terris ſuis poſſunt iura cedere & alienare, qa eſt eis interdicta mãſio, ſed ſecus eſſet ſi expreſſe eis interdicta alienatio. allegat pro ſingulari text. in l. de pollicitationibus. ff. de polli. Idẽ tamen Bal. altius hanc materiam tractans in quadã ſua diſputatione quæ incipit. Statuto cauetur quod fenerator dicit quod aliquando iniquitas ineſt actioni & agenti, aliquãdo agẽti & non actioni, aliquando neutri. De primo ponit exemplum in eo qui inducit aliquem per dolum, vt ſibi ꝓmitteret, & deinde actionem ceſsit. Et iſto caſu dicit repelli ceſsionarium nulla facta diſtinctione, quia actio eliſa ceſſa eſt, Nec poteſt tunc di-

ci ꝙ vitium purgetur per ceſsionem. Exceptio enim reo competẽs ſibi inuito auferri non poteſt, vt not. in d. §. ſi cum legitima. & arg. ff. de pac. l. fi. & mand. l. ſi mandauero tibi, in prin. Exceptio ergo doli cõmiſsi circa actionem ceſſam ob. ceſsionario ex quacunq; cau. d. l. in his. §. non debeo. & l. ꝙ ipſis. ꝙ intelligit verum qñ actio eſt infecta propter dolum proximum & immediatũ, ſecus ſi eſſet vitium in quodam pręambulo exemplum dolo induxi ſcriptum hęredem ad recipiendum hęreditatem quam ego ab inteſtato adiui & ceſsi actionem hæreditariam in qua nullum erat vitium. Et ideo nõ ob. ceſsionario exceptio, vt d. §. ſed cum legitima. & §. ſeq. Secundo caſu qñ ineſt vitium agenti & non actioni, vt in exõicato & bannito. Primo videtur tenere opi. Ioã. prædictam ꝙ vbi ceſsio non ſit ſimulata indiſtincte non ob. exceptio ceſsionario non ſequens diſtinctionem Dy. & Bart. quia ſtatutum videtur ſuſpendere actionem ad tempus, id eſt donec duret bannum vel excõicatio. & idem debet operari temporalis ſuſpenſio pendente tempore quod operatur excluſio perpetua. de condi. inde. l. ſufficit. & d. l. ſi tibi manda. in prin. & hæc ratio ita concluderet contra agentem ex cauſa onerosa ſicut contra agentem ex cauſa lucratiua. Finaliter tñ videtur tenere opi. Dyn. & Bar. quia cauſa oneroſa eſt fauorabilior lucratiua. ff. de his quæ in frau. cre. l. fin. §. j. & no. inſtit. de act. §. ſi quis in fraudem. ꝙ dicit eſſe verum, niſi illa ceſsio ex cauſa lucratiua fiat ex neceſsitate, vt quia hęres excommunicatus vel bannitus ceſsit legatario actionem legati nominis. Sed iſto caſu non eſt dubium, quia legatarius ẽt ſine ceſsione ageret. l. ex legato nominis. C. de leg. Sit ergo in hac materia concluſio ꝙ aut bona ſunt publicata, & non valet ceſsio iuriũ antiquorum. Aut nõ ſunt publicata vel ſunt ſed ceduntur iura poſtea queſita. & tunc aut bannitus ceſſerat ante bannum & dicã in ſe. q. Aut cedi poſt bannum. Tunc aut cedit ex neceſsitate, vt quia cedit fideiuſſori. quia ei ſoluit vel ex alia cauſa neceſſaria, et tunc ſimiliter nõ obſtat exceptio per ea q̃ allegata ſunt ſupra in prin. q. ſi autẽ ſit ceſſio voluntaria, aut ſit ex cauſa lucratiua. & ob. exceptio aut ex cã oneroſa, et non obſt. agendo vtili actione nomine ſuo, niſi probetur in fraudem facta C. man. l. pe. cum ſi. Si autẽ ageret directa nomine cedentis obſtaret exceptio per ea quæ hic dicta ſunt, et ſupra proxi. q. Prædicta autem locũ habent in ceſsione iurium. In ceſsione vero ſiue in translatione dominij dicit Bal. d. l. ſi cum dotem. §. ſi pater. quod non repellitur, quia immediata cauſa agendi. ſ. dominũ eſt ſine vitio. glo. eſt ordinaria ſecundum eum in d. l. ſi cum legitima, non intelligas quando ſimpliciter ceditur rei vendicatio, quia tunc erit idem ꝙ ſupra ſecundum no. in tit. de ceſsio. ac. §. ex præmiſsis. ver. Item quid ſi mihi. vbi videtur maxime in addi. Io. An. quid operetur ceſsio rei vẽdite quibus ad de. l. ſi eius. & quod ibi not. ff. ad trebel.

75 *Succeſiue*, ſeptuageſimoquinto ꝗ͛ro† quid iuris qñ ceſsio præceſsit bannũ, an ſic ceſsionario agenti poſt bannum obſteret exceptio. Bal. in l. iij. §. ſi filius. ff. ꝙ quiſq; iur. dicit quod non ob. exceptio, ꝙ quidam dicunt procedere, ſecundum diſt. quæ habetur in l. poſt contractũ. ff. de dona, quod eſſet verum in caſu in quo ex forma ſtatuti alienatio & ceſsio redderetur nulla ipſo iure, quia tũc ceſsionarius repelleret quaſi agens ſine actione. l. ſi pupilli. §. videamus. de neg. geſt. & l. non putauit. §. non queuis. ff. de cõtratabu. & idem ſi ex alia cauſa eſſet ceſsio nulla ſecũdum not. in l. ab anaſtaſio. & l. per diuerſas. C. manda. et l. fin. C. ne li. po. Si autem ceſsio habet ſua ſubſtantialia & ſtatutum non annulat eam cum neceſſaria ſit reuocatoria qñ facta eſſet in fraudem, ceſsionarius non poſſet repelli a debitore opponente de iure fiſci. l. his conſequenter. §. j. familiae hercis. & l. ij. ſi ager vectig. & quod ibi no. & l. ſi eum ſeruum. per Cy. C. de ſer. fugi. per Bar. in l. j. ff. de excep. rei iudi. nõ ergo obſtat exceptio bãni ſuperuenientis quod eſt certum ſi agat vtili. Sed dubiũ eſſet an ſibi obſtaret agenti directe ratione cedentis, per l. qui ſtipendia. cum ibi no. de procura. & per ea quæ dicta ſunt ſupra lxxiij. q. Puto tñ quod ẽt tunc non ob. exceptio, quia talis directe exercitium tranſit ſine aliquo vitio, arg. ff. de ſer. expor. l. ſi minor. & quod no. in l. pluribus. §. & ſi placeat. per Dy. & Bar. de verbo. obliga. & hoc ideo quia agit in rem ſuam ceſsionarius. Facit C. de dona. l. illam. & quod habetur in l. ſi quidem. per doct. C. de act. & oblig.

76 *Septuageſimoſexto* q̃ritur ꝗ͛ ſo quod per alium aliquando agere poteſt & aliquando non, an poſsit pro alio procuratorio nomine agere. Puta Titius fuit factus procurator a Sempronio non bannito, an repellatur virtute

dicti ſtatuti quod banniti nõ audiantur.hęc
quæſtio examinatur per Alberi.vbi ſupra
q.lxij.Cuius verba libet hic inſerere pro-
pter quæſtionis vtilitatem & aliqua pul-
chra dicta.Dicit enim primo videtur ꝙ au-
diatur & non obſtet exceptio.ar.inſtitu.de
excep.§.fina.Item quia non dicitur hic au-
dientia dari vel ius fieri,ſed ei cuius eſt pro
curator, quia dicitur dominus agere per
procuratorem.ff.quod vi aut clam.l.deni-
que §.fin.& l.ſeq.& ff.de procur.l.j.& ſe-
cundum hanc determinationem intelligi-
tur.l.non ſolum.§.pe.ff.de iniur.& ad hoc.
arg.ff.de do.excep.l.ſi procurator.in prin.
niſi occaſione ipſius litis datum foret ſibi
bannum quod fieri poteſt de iure, vt ff.ſi
quis ius di.non ob.l.iij.§.ij.tunc enim non
audiretur niſi primo exiret de banno,vt ff.
de dol.excep.l.apud celſum.§.queſitum.&
l.ſi procurator.ij.reſpon.& quod alias ad-
mitti debeat.& ſtatutum reſtringi debeat
ſolum ad eos qui ſuo nomine agunt.Facit
quia ſtatutũ eſt odioſum,& ideo reſtringen
dũ,vt ff.de libe.& poſth.l.cũ quidam.& ita
in hac q.quidam ſentiũt.& pro hoc.ff.de in
ius voc.l.queſitũ.Alij dicunt bannitũ ẽt pro
alio nõ admitti ad inſtar excõicati.ut extra
de proba.c.poſt ceſsionem.Item quia ſtatu-
tum indiſtincte dicit non dari audientiam
bannito, nec diſtinguitur an agat proprio
nomine vel alieno,ergo indiſtincte intelligi
debet.ff.de ſeru.vrb.l.ſi ſeruitus.cum con-
cor.Item quia quod ei non detur audientia
inductum eſt in honorem prætoris ſicut &
edictum de poſtulando quod prohibet cer-
tas perſonas poſtulare.ff.de poſt.l.j.qui.ex
cau.ma.l.ſed & ſi per prætorem.§.ſed & ſi
dum.ideo ſicut nullo modo conceditur po-
ſtulare ei cui ab edicto denegatur,ita et hic.
Item bannitus qui pro ſe non admittitur
multominus admittitur pro alio. nec obſt.
ſimilitudo.ff.de poſtu.l.j.§.j.et ij.& C.eo.ti.
l.nemo.nec obſt.ꝙ arguitur de patrono ad
bannitum, quia ꝙ bannitus non audiatur
eſt de iure municipali ꝙ eſt commune ius
ipſius ciuitatis ꝙ autem libertus non nocet
in ius patronum ſine venia eſt priuilegium
ipſius patroni.in auth.de non alie.§.ſi vero
de teſta.mili.l.eius.& pro iſta parte bene fa
cit.ff.de pe.l.mors.circa princi.De facto ob
tinuit ꝙ pro alio audiatur, maxime per l.
queſitum.de in ius vocan.& quia alterius
odio alius grauari non debet.C.de inoffic.
teſt.l.ſi quis in ſuo,& quia bannitus non vi
detur agere vel audiri,ſed dominus qui per
alium agere videtur,vt in d.l.mors,not,lac,
de Are.& iſtam partem puto veram ad ꝙ
facit vltra prædicta,quia filiusfami.in iudi-
cio eſſe non poteſt & intelligitur ſuo nomi-
ne,vt l.fina.§.neceſsitate.ff.de bon.que lib.
poteſt enim eſſe procurator.de procura.c.
quia generaliter.lib.vj.licet gloſſ.aliter di-
xerit in d.§.neceſsitate.non obſt.c.poſt ceſ-
ſionem.de proba. quia loquitur in excom-
municato qui perdit perceptionem ſacra-
mentorum & communionem fidelium.de
excepti.ca.ij.de ſenten.excommunica. pe.
quæ bannitus non perdit, vt certum eſt.&
ſic de uno ad alium non arguitur ſecundum
Barto.in ſua diſputatione, in ver.v.eſt vi-
dendum, & dictum fuit ſupra hac eadem
parte.q.iiij.Aduertendum tamen quod hoc
eſt verum quando agit nomine alieno &
ad alterius vtilitatem.Si autem ageret no-
mine alieno & ad ſui utilitatem,ſecus eſſet,
vt puta,quia eſſet procurator in rem ſuam.
l.j.§.in propria.ff.qñ appel.non ſit.& C.de
procu.l.qui ſtipendia.Si autem ſtatutum di
ceret ꝙ non audiatur in aliquo ſuo iure nõ
haberet queſtio dubitationem l.j.§.vſus.C.
de procu.l.nihil.& l.neque & l.ꝙ quis. Pre
dicta vera ſi fuit factus procurator poſt bã-
num,ſi autem fuiſſet antea cõſtitutus repel-
leretur non virtute ſtatuti, ſed quia præſu-
meretur reuocatus pp mutationẽ ſtatus, vt
l.ſi cũ cornelius.& l.cum quis.ff.de ſolu.cũ
ibi not,& per Bar.in l.poſt litẽ.ff.de procu.

*Dictum fuit* ſupra hac eadẽ par-
te.q.xxxvij.ꝙ ban-
nitus poteſt ab inte-
ſtato ſuccedere de iure cõi.Mõ ſeptuageſi-
77 moſeptimo querit† bãnitus ſuccedit Titio
non bannito ſtante dicto ſtatuto ꝙ banniti
nõ audiantur.dictus bannitus adit hæredi-
tatem,& vt hæres Titij agit contra Sẽpro-
nium an ei obſtet exceptio banni. Alb.vbi
ſupra q.xlix.arguit primo ꝙ non ob.exce-
ptio,vt conſequatur ex perſona alterius ꝙ
per ſe habere non poſſet.ff.quæ res pig.ob.
l.ariſto.& de fal.l.j.§.j.determinat contra-
rium & ita dicit fuiſſe obtentum, vt ſic ſibi
obſtet exceptio in iure poſtea queſito.ff.de
condi.inde.l.ſi non ſortem.§.ſi filius.ad ma-
ced.l.ſed iulia.§.j.re.amo.l.& ideo.& C.de
bon.ma.l.j.in contrarium facit ff.de excep.
l.modeſtinus.vbi habetur ꝙ agenti iure hę
reditario non opponitur exceptio ex per-
ſona propria et idem probatur in l.quidam
cum filium.verſicu.quare.ff.de verbo.obli
gatio.Puto tamen dictum Alb. verum quia
exceptio banni eſt exceptio, quæ reſpicit
perſonam & in illa tãtum verificatur ſi pro



Source : BIU Cujas

ſuo iure agit, vt ſupra q. proxi. qualitercūque ergo ius ſuum ſit, & ex quacūq; cauſa verificātur verba ſtatuti. Et ideo etiam ex iure hæreditario agens repellitur cum vni cum ſit effectum patrimonium. ff. de priui. cre. l. pater. & de vulga. & pupil. l. ſed & ſi plures. §. ſi filio. l. modeſtinus. & l. quidam cum filiū. loquuntur in exceptione reali. ſ. rei iudicate in qua inſpicitur non ſolū perſona, ſed cauſa l. cum queritur. & l. ſi mater. §. eandem. & l. & an eandem. ff. de excep. rei iudi. Et ideo licet ille qui nomine proprio ſuccubuit, poſtea vt hr̄s alterius agat, & ſic ex diuerſa cā ceſſat regula illius excep. quia licet dici poſsit eadem perſona, in authen. de iureiu. a mo. præſti. §. j. non tamē concurrit idētitas cauſæ. Et ſic ſibi nō obſt. exceptio. Quod eſt verum niſi veniēdo iure hæreditario veniret ad impugnationem ſui facti proprij & a ſe facti. Tunc enim ſi agat iure hæreditario obſtat ſibi exceptio ex p̄ſona propria, vt d. §. ſi filius. & d. l. ſed iul. §. j. de quo tamen articulo ſcilicet in genere an agenti iure hæreditario obſt. exceptio ex perſona propria, vide in d. l. modeſtinus. per Bar. & quod ibi no. in l. poſt legatum. §. ſi is. de his quib. vt indig. & vide quod no. in Specu. de ſen. & his quæ ipſam ſe. §. fina. verſic. quid ſi procurator vide etiam quod habetur in l. fin. C. de euic. Econuerſo vero agenti iure proprio ob. exceptio ex perſona eius cuius eſt hæres etiam banni examinabitur infra in vltimo tempore parte ſecunda. quæſtio. iiij.

78 *Septuageſimooctauo* querit† bānitus ex forma ſtatuti non poteſt ſua bona in alium transferre. Quidam vendidit vel aliter alienauit quædam ſua bona & promiſit exinde ad voluntatē emptoris facere inſtrumētum cum clauſulis cōſuetis, deinde anteq̄ faceret inſtrumentū bannitus fuit & taliter quod in ſtatuto cōtinetur. Queritur an poſſit facere inſtrumentū prædictum & valeat non obſtātibus banno & ſtatuto, pro huius q̄ōnis deciſione ſciendum eſt qd̄ Richar. de Sali. diſputauit q̄ōnē in terminis infraſcriptis, Lege prohibetur partialitatis cā relegatū aliquid trāſferre vel alienare de ſuo, Relegatus dicta cauſa ante relegationē dederat & locauerat pro decē annis rē ad frācādū in quinquēnio pro quingētis, hoc acto quod ſub pœna teneatur locator & dator in termino prędicto frācanti facere inſtrumentū venditionis, Queritur quid iuris de perfectione cōtractus & pœna, & poſt multas prolixas rōnes primo ad affirmatiuam, ſecūdo ad negatiuā, ſoluit hoc mō. Pro parte affirmatiua qd̄ poſsit facere inſtrumētū, & ſi nō facit pœna cōmittatur. Primo propter verbum dederat, de cuius natura, & ſignificatione eſt dominiū trāsferre. ff. de cō. di. ob cau. l. ff. de ver. obli. l. vbi aūt. §. ſi. in. ſti. de actio. §. ſic itaq;. Secundo propter copulam, & dum ſubijcit thema & locauerat, de cuius copule natura & ſignificatu eſt ponere diuerſa & augere præcedentia. ff. de leg. iij. l. ea tn̄ adiectio. & no. ſuper rub. ff. de iur. & fac. igno. Tertio per l. ſub cōditione. ff. de ſolu. vbi rei vel pœcunie date tranſit dn̄ium immediate. Quarto per propriam ſignificationē huius dictionis, ad quæ eſt vt inducat modum, ſed rei date ſub modo ab initio trāſit dn̄ium l. neceſſario. §. qd̄ ſi pendēte. de pericu. & cōmo. rei vendi. & no. C. eo. tit. l. j. quinto per l. ſicut. §. interdū. & l. cū venderē. ff. loca. Sexto quia res fuit eſtimata, ergo vr̄ tunc tranſiſſe dn̄ium. ff. loca. l. in naue. & locatio ſuos notiſsimos terminos excedere. arg. ff. depoſiti. l. lucius. Nec obſtat quod rei ſue non teneat conductio. ff. locati. l. qui rem. & l. ad probationem. & ff. depoſi. l. qui rē. & de regu. iu. l. neq; pignus in fi. cum ſi, quia illud verū eſt ab ignorante vel ēt ſciente reſpectu dominij. Sed a ſciēte reſpectu poſitionis quę non eſt ſua ſic, vt patet expreſſe. ff. de acquiren. poſſeſsio. l. ſi rem aliquam, ſed poſſeſsio rei ſic locate nō transſierat. C. de præſcrip. xxx. anno. l. male agitur ergo a ſciente eius reſpectu cōductio tenebat, dn̄ium autē ſine poſitione bene potuit trāſire per l. ſi fundum. de fund. vel poteſt dici quod conductio rei pleno iure proprie non tenet, ſed hic non eſt pleno iure propria conducentis, argu. a ſi. ff. quod metus cauſa l. metum. §. volenti. C. de donatio. quæ ſub modo. l. prima. C. quod metus cau. l. iij. cum ſimi. Septimo per verbum ad francandum de cuius ſignificatione oportet eſſe francare, ideſt liberare, quaſi dicat quod tranſtulit dominium, ſed non francum. Pro parte autem negatiua etiam pro ſolutione adduci ne videatur laicis quædam iniquitas, vt in fin. not. gloſſ. C. de tranſactio. l. ſi maior. Secundo quia hoc eſſe duplex improprietas, ſcilicet quod rei locate tranſierit dominium contra naturam locationis ff. loca. l. non ſolet. & quod eodem momento rei proprie teneret locatio contra l. neq; pignus. cū ſimilibus ſupra allegatis, ſed duplex improprietas in eo admitti non de-

Source : BIU Cujas

bet.C.de dotis promiſſ.l.j.cum ſimi.ff.man-da.l.ſi vero non re.ſecundo uel tertio reſpō ſo.ff.de condi.& demonſtratio.l.ſi mulieri & ntio. Tertio quia vnum de copulatis trā ſit ad naturam alterius.ff.de ſun.inſtr.l.ſeie.§ gaio.Sed hęc copula,& copulat dederat & locauerat,ergo datio trahitur ad naturā locationis,vt ſic dñium non tranſeat, vt eſt dictum.ff.loca.l.iiij.vbi vř caſus ibi dediſſet locaſſet ve, & arg.eo.tit.l.ſi vno in prin. Quarto quia ſi aliud ſumeretur, eſſet cōtrarietas & incompaſsibilitas contra.l.titij.ff. de condi. inſtit.Quinto quia quod dupliciiure poteſt ſumi in dubio debet intelligi, prout caret vitio.ff.de legib.l.in ambiguo. & pro ſocio.l.merito.vbi præſumitur quis facere iure licito & non illicito, ſed vbi ex tempore locationis tranſiſſet dominium nō poſſet dari penſio proprie a modo niſi de pretio quod ad terminum eſt ſoluendum, & ſic induceretur in contractum vſurarum illicitum & reprobatum, vt habetur.C.de vſur.auth.ad hoc.& in authen.de eccle.titu.§.j.& ſolet not.C.de ſum.trinitat.l.j.niſi dices quod veniret ratione fructuum & intereſſe,ſed certe hoc non poſſet, cum ille ſit in mora ratione dilationis ſibi date,vt l. lecta.l.ſi certum pet.et fructus inde percipiat quia dominium tranſiuit.Sexto per l.quero §.fin.ff.loca.vbi rei eſtimate locate non tranſit dominium ſi eſt ſpecies, ſed periculum tranſit & non eſt emptio,ſed quaſi emptio,Nec obſt.l.in naue, quia ibi loquitur de conductore operarum qui poteſt transferre dominiū rei in qua opera debēt præſtari ſi detur ad pondus vel numerum vt reddatur non idem in ſpecie,ſed in genere, quod cum dato recipiat functionem vel aliter, vt ibi no.quod non eſt in propoſito, & videtur equior & verior per d.§.fi.Finaliter ſoluendo deriſiue dicit ego vtor tali diſtin.quod aut conſtat quod ab initio tranſferre voluit, aut quod noluit, quia in contractibus inſpicitur magis voluntas ꝙ verba.l.etiam.C.de iure do.cum ſi.Aut eſt dubium,& tunc aut vendebat,ſed pactum apponitur, vt donec pretiū ſoluat certa mercede conductum habeat,& obtineat prima pars ſcilicet affirmatiua per d.l.ſicut.& l. cum venderem.Aut ab initio locabat, ſed cum pacto quod francari deberet, vt in caſu noſtro, & tunc obtinet alia pars ſcilicet negatiua quaſi translatio vel alienatio facta non fuerit ab initio,ſed debeat fieri demum cum erit facta francatio.ſed tunc venit ad inhabilitatem,ergo ſi recte videtur fuiſſe in caſu noſtro.non ob.l.ſub conditione,quia ibi ſolutio fiebat pure, ſed effectui & ceſsioni in ſolutum adijciebatur cōditio. hic autem locatio fuit pura, & eius natura non erat translatabilis dominij,ut ſupra ibi ergo tranſit dominium,hic non,ſed ius locationis, vt ibi. Vides ergo quod vbi ab initio ex vi contractus tranſijt dominium non obſtante ſtatuto poterit inſtrumentum facere,& ſi non facit in pœnam incidit.Vbi autem non tranſijt dominium,ſecus eſt,obſtante ſtatuto.nec ob.ꝙ illa videatur alienatio neceſſaria & ſic ſtatuto non comprehendatur.de contrahē.empt.l.fiſtulas.§.j.de re. eo.l.magis puto.§.ſed ſi tempore.& C.qñ decr.op.nō eſt.l.j.quia hic res ex forma ſtatuti eſt reducta ad impoſsibilitatem.ff.ad l.rho.de iact.l.ſi vehenda.§.idem iur.& loca.l.inſulam.Secundum ergo diſtin.prædictam in terminis in princi.q.propoſitis.Aut fuerat translatum dominium, vt quia vendens receperat pretium vel fidem de eo.ff. de contrahen.emp.l.ꝙ vendidi C.de re.vē. l.in ciuile.& ꝙ vtrobiq; habetur, & in l. procurator.§.ſed ſi mercem.ff.de trib.& l. quidam fundum.ff.de in rē ver.& ſine dubio non obſtante ſtatuto poterit inſtrumentum facere,quia tunc non alienat, & ſic nō habent locum verba ſtatuti.ſi vero dominium non fuit translatum, ſecus eſſet. Sed hęc pars ſecunda eſt mihi dubia cū ſit alienatio neceſſaria per dicta iura, & l.alienationis.ff.fa.her.niſi dicas quod illa promiſſio præſumatur in fraudem ſtatuti facta ꝙ eſt uerum concurrentibus his quę habentur in l.poſt contractum.ff.de do.in l.ſi ventri. §.fi.de pri.cre.& C.de bo.dā.l.ſi quis poſt hac.Tenet autem hæc deciſio conferat ad materiam,tñ magis placet per ea que dicta ſunt ſupra circa cognitionem contractus. an ſit venditio an locatio, & quid importent illa verba ad francandum.Pro qua tñ materia recurrendum eſt ad latius & clarius no.per Bar.in diſpu.ſua quæ incipit,publicanus,quę ſaltem in effectum habetur in l.cotem.§.qui maximos.ff.de publ.Sunt & not.ſupra dicta pro materia. l.qui rem.C. loca.& l.ſi rem aliquam,ff.de acqui.poſ.de quo ibi per Bar.

79 *Septuageſimonono* †Stāte dicto ſtatuto ꝙ bānitus non audiatur in aliquo ſuo iure quod oſtenſum eſt non tollere defenſionem vt hac ea. parte.q.lxij.Queritur Titius agit cōtra Sēpronium bannitum dat libellum, & facit

Source : BIU Cujas

eum citari. Sempronius bannitus comparuit & ſuas exceptiones oppoſuit, quibus viſis Titius agens vult a lite tantũ deſiſtere. ſed Sempronius vult quod procedat per authẽ. qui ſemel. C. quo. & quan. iud. & per not. in l. edita. C. de eden. An audiatur bannitus quaſi videatur defendere. An vero non audiatur quaſi videatur impugnare & agere. Dixit Iac. de Ra. in l. ſi libertus. ff. de in ius voc. quod bannitus auditur. quia dicitur ſe defendere. Albe. vbi ſupra q. lx. idẽ ſequitur dicens melius probari. eo. tit. de in ius voc. l. libertus a patrono. & extra de reſcrip. c. j. lib. vj. Certe meo iudicio hæc q. paruam habet dubitationẽ. ſcdm enim no. ex d. ll. edita. & auth. qui ſemel. ſemper conuẽtus actore negligẽte reus eſt. & ideo ſiue differat aduerſarius vt l. properandũ. §. & ſi quidem, de iudi. ſiue renuntiet taliter ꝙ ſibi non noceat ſecundũ no. in dictis iuribus & in l. poſtq̃ liti. C. de pact. ſemper bãnitus vt reus audiendus eſt. Faciũt ea quæ dicta ſunt ſupra hac parte q. lxviij. lxix. & lxx. Si aũt bannitus illo nõ agente vellet quod iudex pronuntiaret exceptionem ſibi competere per no. in l. ſi finita. §. eleganter. ff. de dã. infec. ff. de fideiuſ. l. ſi contendat. de lib. lega. l. aurelius. §. centum. & C. qui bo. ce. poſ. l. iij. forte nõ audiretur. tum quia prouocans eſt non prouocatus, vt dictũ fuit ſupra q. lxiiij. tum quia implorando officiũ iudicis interuenit in iudicio, vt dictis iuribus, non autẽ excipiendo, & ſic tenetur libellũ offerre, & per conſequẽs actor eſt, habetur in l. j. ff. de eden. & per Bar. ff. de iuriſ. om. iud. l. j.

80 *Circa eandem* materiã lxxx. q̃ritur † ſtante ſtatuto ꝙ laudum habeat executionem paratam, & ſimiliter inſtrm̃ guarentigie habẽs certum terminũ, Titius habens inſtrm̃ guarentigie vel laudum contra Sempronium habentis executionẽ ante illam factam bannitus eſt, bonis eius nõ publicatis. dictum fuit q. v. ꝙ perdit beneficia ſtatutorum ſue ciuitatis. An nullo modo diſponente bannitum audiri nõ debere poterit pone per procuratorem virtute dictorũ iurium incipere ab executione ſecundũ formam dictorum ſtatutorũ. Hæc qõ eſt diſputabilis, ſed omiſſa diſputatione ne ꝓlixior ſim q̃ promiſerim ſuccincte me expediam. Præmittens primo ꝙ de iure cõi talia non habẽt paratam executionem. C. de execu. rei iu. l. j. ff. de ſuſpec. tu. l. iij. §. tutores. ſed a iure ſtatutorũ tale traditur beneficium, vt habetur in laudo, in l. j. C. de arbit. & quod ibi per doc. in guarentigia habetur per lar. de Are. in l. cũ quaſi. §. ſi plures. ff. de fideic. lib. vbi gl. ſi. ſecundum eum dicit ꝙ illud facit ſnia facit legis poteſtas, ex quo ipſe dicit ꝙ ſicut ſnia habet executionem, ita inſtrm̃ guarentigie hoc ẽt ſequitur Cy. in l. vna. de confeſ. Bar. tangit in l. proinde. in ſi. ad l. aquil. in l. j. de eden. in l. j. iu. ſol. & in l. ij. C. de ſen. quæ ſine cer. quanti. beneficium ergo executionis traditũ guarentigie non eſt de iure cõi, ſed de iure ſtatutario. ſic præmitte ꝙ non eſt beneficium quod de neceſſitate tradatur illi inſtrõ ex quo natum eſt, ſed poteſt ẽt ſine illo beneficio in exercitij alias iudiciũ deduci. l. intra dies. cũ ibi no. ff. de re iudi. & in c. ſi. de iudi. Res enim iudicata habẽs executionem a re cõi per no. in l. a diuo pio, per totum. & C. de execu. rei iudi. põt per viam actionis ẽt in iudiciũ deduci, licet poſſit per officium iudicis ẽt intentari. C. de arbi. l. cum antea. C. de reb. credi. l. actori. l. miles. §. iudicati. ff. de re iud. cũ not. per Bar. in d. l. intra dies. Sic ergo eſt in inſtrõ guarentigie & laudo vt ẽt patet ex no. in l. plane. per Bart. ff. quod cum fal. tut. auth. vbi patet per præſcriptionem remanere ipſum ius ordinarie agendi. Præmitto etiam quod donec illud inſtrm̃ fuerit executioni mandatum non dicitur facta executio, vt habetur plene & not. per Bart. in l. ſi qui. ff. qui. ex cau. ma. Ex his infertur quod cum res reducta ſit ad caſum a quo non põt incipere & ſimus in re non perfecta vitiat ipſe contractus, vt l. quia in eum. ff. ad l. aqu. & de fideiuſ. l. vrannius. & per Dy. & Bart. in l. pluribus. §. ſi placeat. de verb. obl. Pro qua deciſione facit quod in his quæ reſpiciunt ordinem iudicij inſpicitur iudicij locus, vt habetur in l. ij. C. quẽ. teſt. ap. & plene per doc. in l. cũctos populos. de ſum. tri. ergo & tempus iudicij. arg. l. vinum. ſi certũ pe. & ff. de trit. l. in hac. Ex hoc ſatis colligitur ex no. per Bar. in extraua. qui ſint rebelles. ſuper verbo, rebellãdo. Si aũt executio fuiſſet ante bannũ facta ẽt ſecundum quod Bar. intelligit factã eſſe in d. l. is qui nullatenus. propter bannum vitiaretur, vt d. §. & ſi placeat. Item ſi inſtrm̃ eſſet factum taliter quod valeret de iure ſtatutario, et nõ de iure cõi nõ vitiaretur ex banno ſuperuenienti, quia iam perfectum erat, & quia quo ad ſolẽnitatem actus inſpicitur tempus ipſius actus confecti ſicut locus, vt in iuribus prædictis, ſicut etiam in ſi. no. per Bal. in d. l. cunctos populos. iuxta ſi. dum tractat de ſolennitate probatoria ipſius actus, licet autem

in prædictis ipſe bannitus perdat beneficium ſtatutorum, nō tamen idem debet eſſe in hærede. de quo dicam infra in vlti. tempore parte ij. q. xv.

## Rubrica de his quæ per alios fiunt in præiudicium bannitorum.

SVPEREST expedita prima parte huius ſecundi temporis, vt ad ſecundam perueniatur quæ vt ex diuiſione in prin. huius temporis poſita patet tractare debet de his quę per alios fiūt in præiudicium bannitorum, & vt ordine præmiſſo procedatur. Præmitto primo rubricas ſiue titulos quæſtionum quæ in hac parte examinare continget.

## SVMMARIVM.

1 *An ſubripiens rem bannito poſſit ab eo ad reſtitutionem rei conueniri.*

2 *An valeat ſtatutum quòd excludit bannitū etiam a defenſione.*

3 *Si bannitus non poteſt opponere exceptionē præſcriptionis, an illam poſſit eius fideiuſſor opponere.*

4 *An conreus debendi conuentus a creditore poſt terminum præſcriptio. repellatur ab excipiendo de præſcriptione ex eo quod intra terminum præſcriptionis bannitus fuit eius conreus. Et ſic ſit interrupta præſcriptio etiam contra nō bānitum. Et ſi in hac examinatur an valeat ſtatutum minuens tempus præſcriptionis et materiam. l. ſi. C. de duo. reis.*

5 *An ſi agatur contra bannitum qui non poteſt ſe defendere & taliter quòd ex narratu apparet præſcriptionem eſſe decurſam iudex a ſeipſo poſſit de præſcriptione obÿcere & agentem repellere, & in hac latiſſime examinatur virtus præſcriptionis.*

6 *An ſtante dicto ſtatuto bannitus agens contra bannitū poſſit contra exceptionē quod non debeat audiri replicare quod ille non poteſt excipere.*

7 *An ſtante ſtatuto quod bannitus poſſit impune offendi, poſſit impune occidi.*

8 *An bannitus nondum regiſtratus dum regiſtrabatur potuerit offendi dictante ſtatuto bannitum & regiſtratum poſſe impune offendi.*

9 *Si fuit regiſtratus & fuit ſumptum bannū legitime deinde cauſaliter regiſtrum fuit combuſtum, an poſſit impune offendi oſtenſo ſumpto.*

10 *An bannitus qui poteſt impune occidi poſſit occidi impune a filio vaſallo, ſeruo, vel liberto.*

11 *An occidens bannitum authoritate ſtatuti peccet in foro conſcientie.*

12 *An excuſetur occidens bannitum ad inſtantiam inimicorum eius & pro pecunia.*

13 *Quid iuris ſi volens occidere bānitum intrauit per muros ciuitatis & eum occidit.*

14 *Si accuſatur occidens bannitum an poſſit per procuratorem opponere quod occidens erat bannitus.*

15 *An bānitus poſſit impune occidi pendente ſecuritate ſibi data libere veniendi &c. Et in ea plene tractat de materia ſecuritatis.*

16 *An bannitus qui pendente ſecuritate nō poteſt offendi perdat illud beneficium ſi committit graue maleficium & ſic poſſit impune occidi.*

17 *Si cauetur ſtatuto quòd capiens bannitum habeat centum a communi, an debeat habere ſi ille captus habeat ſecuritatem.*

18 *An præmium quod datur capienti bannitū debeat diuidi inter eum & fiſcum.*

19 *An capiens bannitum debeat habere expenſas quas fecit in capiendo.*

20 *Si ſunt plures capientes bannitum an debeatur vnicū præmiū inter oēs an plura.*

21 *Stante ſtatuto quòd dat quinquaginta capienti bannitum in pecunia et centum capienti bannitum in perſona, bannitus in mile, quæ ſi non ſoluerit intra menſem intelligebatur bannitus in perſona, fuit intra mēſem captus & præſentatus, deinde elapſus eſt menſis & non ſoluit.*

*Queritur quod præmiū debeatur capienti.*

Source : BIU Cujas

22 An poteſtas qui ignoranter cepit exbannitum debeat habere præmium quod datur bannitum capienti.

23 Vno ſtatuto cauetur quòd capiens exbannitum habeat centum, alio ſtatuto cauetur quòd homines de villa teneantur trahere ad rumorem, & capere malefactores & exbannitos. Quidam iuit ad capiendũ Titium ſciens eum bannitum, & cum Titius fugeret eleuauit rumorẽ propter quòd homines de villa inſecuti ſunt eum, & illum ceperunt queritur an alicui præmium debeatur.

24 Stante eodem ſtatuto Titius ſciens Gaium bannitum ignorans tamen ſtatutum cepit Gaium & poteſtati præſentauit, queritur an debeat habere præmium.

25 An ſit neceſſe probare quod occidens bannitum ſciebat illum eſſe bannitum.

26 An occidens vnum quem credebat eſſe Titium Ioannis bannitum, & erat alius homo excuſetur propter ſtatutum vel nõ & qualiter puniatur.

27 An vniuerſitate bannita quilibet de vniuerſitate offendi poſſit.

28 An liceat occidere bannitum captum a familia poteſtatis.

29 An priuatus accipiens bannitum in alterius territorio premietur virtute vnius ſtatuti, an vero puniatur virtute alterius ſtatuti.

30 Quid in officiali capiente bannitum extra territorium, an poſſit executionem facere, an vero teneatur eum relaxare.

31 Quid ſi talis bannitus indebite captus a priuato vel a familia in manibus capientis occidatur.

32 An quis poſſit occidere bannitum in manibus priuati qui eum licite ceperat virtute ſtatuti eum premiantis.

33 An captus in confinio territorij duarum ciuitatum, ita quòd dubium ſit in quo territorio captus ſit, poterit iuſte capi vel nõ ſiue a priuato ſiue ab officiali.

34 An contra bannitum licite captum poſſit fieri executio ſine nouo proceſſu.

35 Quid ſi vno ſtatuto cauetur quòd antequã bannum detur debeat quis citari certo modo. alio ſtatuto vel eodem in fin. cauetur quod banniti pro homicidio capti, ſtatim fiat executio, etiam ſi ſolennitas ſtatuti non ſit ſeruata, an non facta citatione dicto modo debeat bãnũ executioni mãdari.

36 An bannitus ex vna ciuitate captus in alia illa confederata poſſit ſibi iuſtificari ſecundum tenorem banni.

37 An iudex laicus debeat tractare tanquam bannitum laicum bannitum ab epiſcopo.

38 An retinens bannitum in priuato carcere excuſetur a pœna virtute ſtatuti permittentis offendi bannitum.

39 An ſtatutum prædictum quod permittit occidi bannitum habeat locum in fœmina bannita.

40 Si cauetur ſtatuto quòd viri bannitarum debeant expelli de ciuitate an econtrario vxor banniti ſit expellenda.

41 Cauetur ſtatuto quod familia banniti expellatur de ciuitate an ſit expellẽda vxor.

42 An ſtatutum diſponens quod filij bannitorum expellantur de ciuitate comprehendat filias.

43 An ſtante tali ſtatuto comprehendantur nõ legitimi.

44 An tale ſtatutum locum habeat in filijs matris bannite.

45 An interficiens bannitam pregnantem ſit excuſatus virtute ſtatuti permittentis occidi bannitum.

46 An committens adulterium vel ſtuprum cũ bannita per vim veniat puniendus et quid ſi voluntarie.

47 An in vxorem banniti non bannitam poſſit virtute dicti ſtatuti licite cõmitti adulterium, & ſic non poſſit accuſari vel inquiri.

48 An repertus cum armis prohibitis reddens ab occidendo bannitum puniatur virtute ſtatuti prohibentis talia arma portari.

Source : BIU Cujas

49 An volens occidere bannitum poſsit banni-
to aliter euadere nõ valẽte impune occidi.

50 An bannitus pro homicidio propter quod in-
ſurrexit rumor in ciuitate contra honorẽ
& ſtatum ciuitatis poſsit offendi virtute
ſtatuti acrius permittentis offendi banni-
tum qui fecit contra honorem & ſtatum
ciuitatis quam alios bannitos.

51 Dictante ſtatuto quod bannitus pro ampu-
tatione membri poſsit occidi. An bannitus
pro amputatione digiti comprehendatur
in dicto ſtatuto, & ibi de alijs membris,
& de membro arido.

52 Quando quis dicatur bannitus pro cicatri-
ce vt ſic ſtatutũ de eo loquens verificetur.

53 Quando quis dicatur bannitus pro percuſ-
ſione ſanguinolenta.

54 An bannitus pro eo quod inſultauit & per-
cuſsit poſsit offendi tanquam bannitus pro
inſultu & etiam pro percuſsione. Et exa-
minatur an inſultus confundatur in per-
cuſsione.

55 An bannitus prædictus poſsit impune in re-
bus offendi, puta ſi cõburitur eius domus.

56 An Bononienſis occidens Florentiæ banni-
tum de Florentia, poſsit pro tali occiſione
Bononiæ conueniri, & in ea ẽt examinari.

57 Quod vbicunque offenditur bannitus de
Florentia offendens non poteſt Florentiæ
conueniri.

58 An Bononienſis occidens in eccleſia commi-
tatus Florentiæ florentinum bannitum de
Florentia poſsit puniri Bononiæ, ac ſi illum
occidiſſet extra territorium Florentinum.

59 An citatus in cauſa ciuili non comparens,
& propter inobedientiam condemnatur et
bannitus fiſco, dicitur bannitur pro male-
ficio vt ſic in eo locum habeãt ſtatuta præ-
dicta & poſsit offendi, & ibi inſeritur
quid iuris ſi iudex in tali banno adiecit q̃d
poſsit impune offendi.

60 An condemnatus in contumaciam pro cri-
mine dicatur pro maleficio bannitus.

61 An bannitus in ere & perſona captus a iu-
dice poſsit decapitari.

62 Si quis fuit ſimpliciter bannitus in amputa
tione membri, de quo mẽbro intelligatur.

63 Quid iuris ſi fuit ſimpliciter poſitus in bãno

64 An bannitus captus poſt xxx. annos a die
lati banni poſsit tradi executioni.

65 Stante ſtatuto quòd damna data a bannitis
debeant emendari per vicinos, vel proxi-
miorem communitatem, vel villam cuius
dicatur vicinus, & quæ villa dicatur
proximior.

66 Bannitus fuit quis in mille quas ſi ſoluere
non poterit intelligatur bannitus in perſo-
nam. Queritur quando dicatur non poſſe
ſoluere, & in ea de ſignificatu verbi po-
teſt, & de natura termini cuiuſcunque,
multum plene tractabitur.

## Secunda pars ſecundi temporis.

1 PRIMO igitur quero † Ti
tius abſtulit rem aliquã bã-
nito ſtante ſtatuto ꝙ banni-
tus non audiatur, an poſsit
a bannito ad reſtitutionem
illius rei conueniri. & videt
ꝙ ſic, nam & relegatus bo-
na ſua retinet. ff. de interdi. & relega. l. j. de
bo. eo, qui mor. ſibi conſci. l. ij. in fi. ſic & bã-
nitus q̃n non publicantur, ergo videtur ꝙ
agere poſsit. Facit ad hoc. ff. de bon. poſſ. l.
edicto. §. rei capitalis, C. ſi pen. ap. mors in-
ter. l. ij. pro hoc quia appellatione bonorũ
continentur iura, l. bonorum. & l. ſubſigna-
tum. §. bona, de verb. ſig. Si ergo retinet bo-
na, ergo & iura. & ſic actiones, & per conſe
quẽs earum exercitij, alias fruſtratoria eſſe
iuris illius reſeruatio ſiue retentio. Sed con
trarium eſt verum ad inſtar excommunica-
ti qui agere non poteſt, de offic, ordi. c. ij. de
iudi. c. intelleximus. Quod quidam dixerũt
eſſe verum ẽt de iure cõi circunſcripto ſta-
tuto prædicto de quo tangam infra hac ea-
dem parte, q. lv, quod ego non credo per ra
tiones prædictas, & per tex. in l. ſi tibi. §. is
cuius. ff. man. Statutum ergo eſt illud quod
licet non tollat actionem, tamen tollit illius
exercitium, & ſi dicit quod non audiatur
quouſq; fuerit in banno clarum eſt quid iu-
ris. Si vero dicit indiſtincte dicam infra in
iij. temp. parte ij. q. viij. Sed & ſi ſit aliud ſta

Source : BIU Cujas

tutam quod dictet bannitum prædictū poſſe a quocunq; offendi impune, res clara eſt quo caſu quid iuris ſit dicam infra in iij. parte huius temporis dum tractabo an de tali ſubtractione iudex poſsit inquirere, quæſtio.j.

2 *Secundo quia dictum* † eſt ſupra parte pro xi, quæſtio.lxij. ꝙ ſtatutum ſimpliciter denegans audientiam non excludit defenſionem. Quero ſi in ſtatuto dicatur ꝙ nō audiatur in aliquo ſuo iure etiam defendendo, an valeat tale ſtatutum, et videtur ꝙ non, quia leges debent eſſe iuſte.l.iij.ff.de leg. ſed iniuſtum eſt, ꝙ quis non poſsit ſe defendere, l.vt vim.de iuſti.& iu. Preterea defenſio eſt de iure naturali.l.j.§.cum arietes.ff.ſi qua.pau.fe.dic.quod ius tolli non poteſt.d.l.vt vim.& no.in l.pactum.ff.de pac.in glo.ma. & eſt tex.in cle.paſtoralis.de re iudica. In contrarium ꝙ immo valeat & tolli poſsit videtur probari, primo quia cōtumacia poteſt audientia denegari.l.ſed & ſi per prætorem §.ſed & ſi dum.ff.qui.ex cau.ma.& ratione contumacie clauditur reo iudicij aditus.C.de iudi.l.ſanci.C.de iure fiſci.l.defenſionis facultas.li.x.hinc eſt quod ille qui fuit contumax in ſe defendendo non auditur poſt terminum.in l.vlti.ff.de fer.& ita tenet Dyn.in l.fina.ff.de cuſto.reo.& ideo cum bannum detur propter contumaciam videtur valere ſtatutum, & ſic aliud eſt in bannito q̄ in excōicato. Nec mirum quia deteriori loco ſunt banniti qui poſſunt impune offendi. Bart.in hoc arg.in l.cum mulier.ſol.mat.tenuit primam partem diſtinguendo ꝙ quędam eſt defenſio voluntaria, vt qñ quis vult comparere ad defendendum aliquem, & illa poteſt tolli per ſtatutum. Quædam eſt defenſio neceſſaria, vt qñ quis ad iudicium citatur, iſta non poteſt tolli allegat not.per Inn.in c.cum inter.de except.& idem dicit in l.facultas.ibi tamen limitat prædicta vera in defenſione iuris. In defenſione vero facti dicit valere ſtatutum, de qua facti defenſione dicam infra hac eadem parte.q.xlix.dum tractabo an bannitus offenſus poſsit ſe defendere. Sed Bal.in d.l.cum mulier, cōcludit ꝙ quędam eſt defenſio in qua bannitus nihil ponit ſed ſimpliciter negat, & illa non poteſt auferri.C.de eden.l.qui accuſare. Quinimo nec de iure intelligitur quia non eſt proprie defenſio.l.ſi quidem.C.de excep.& ibi per eum quędam eſt in qua aliquid ponit ad meram defenſionem, & tunc aut talis exceptio eſt de iure gentium vt ſi excipiat ſe feciſſe ad ſuam defenſionem, & talis exceptio nō poteſt reſpui.l.vt vim.de iuſti.& iur. Si vero exceptio oritur de iure ciuili, vt exceptio præſcrip.rei iu.& ſi. Et tunc ſtante tali ſtatuto bannitus non debet audiri.quia ciuilis ratio ciuilia iura tollere pōt, naturalia non, vt in.§.ſed naturalia iura.inſtit.de iure nat.gen.& ciui.& in.§.eas.ff.de cap.dimi. Quādoq; id ꝙ ponit nō tendit ad meram defenſionem, ſed ad impugnationem.& iſta pōt tolli per ſtatutum.l.qm̄ Alexandrum.C.de adulte.& l.ſeruos.C.de accu. Simile in doloſo cui nō datur beneficium ceſsionis, ſed bene datur beneficium diuiſionis, quia tendit mere ad defenſionē.l.j.§.nūc tractemus.ff.de tute.& ratio.diſtra. equidem hæc verba pulchra ſunt ſed credo indiſtincte valere tale ſtatutū per l.oēs populi.non obſt.ꝙ defenſio ſit de iure naturali, quia verū eſt, & licet ſine iuſta cauſa tolli nō poſsit, vt in iuribus ſupra alle. tñ ex cauſa tolli poteſt. C.de bo.dam.per totum, & ita firmat Inno.in c.quæ in eccle.de conſtit.& ſentit gl.in l.j.ff.de conſti.prin.nec video rationē diuerſitatis inter defenſionem facti & iuris cū defenſio iuris ſit minoris præiudicij q̄ facti, vt l.in ſeruorum.de pe.& tamē defenſio facti tolli pōt ex caſu ſecundum Bart.in l.facultas.per l.j.& ij.C.qñ lic.ſine iudi.vin.ex quo ſequitur ꝙ non procedat illud quod Bald. dicit per l.vt vim. dicam tamen vbi ſupra remiſi. Siue ergo ſit defenſio iuris, ſiue facti quæ tollitur per ſtatutum cum ex cauſa iuſta fiat ſcilicet in pœnam muſieriæ inobedientie per talem ſtatutum ſublata eſt ipſi bānito. Illud autem quod dixit Bal. defenſionem cōſiſtentem in mera negatione non tolli verum puto. quia cum proceditur contra eum & citatur vt litem conteſtetur, illa autem fit negando aut confitendo, vt l.ſecunda.C.de iur.calum.immo regulariter negando, & ſic cum habilis fiat ex tenore ipſius citationis, quæ eſt vt veniat ad ſe excuſandum præſertim in criminalibus, a dictæ citationis authoritate decipi non debet.l. ſecunda.C.de his qui veniam etatis impetra., & idem quod Bald.tenuerat Iacob.Butri.in lege vbi pactum.C.de tranſaction.& Albericus vbi ſupra quæſtione quadrageſima repetā aliqua circa hoc infra in quæſtione quinta.

3 *Tertio quero* bannitus † erat debitor Titij & fideiuſſorem dederat,

Source : BIU Cujas

creditor differt petere tãto tempore quod lapſa eſt præſcriptio, ſi agit contra bannitũ ſtante ſupradicto ſtatuto bannitus non poterit excipere per not. ſupra proxi.q.& in d.l.vbi pactum agit contra fideiuſſorem.poterit ne fideiuſſor de præſcriptione opponere? hanc quæſtionem diſputauit Iaco.de Are.vt refert Bald.in l.cum mulier.ſolu.matrimo.& ibi ſic loquitur. Primo videtur ꝙ fideiuſſor non poſsit opponere.l.iij.§. ſi is pro quo.ff.quod quiſque iur.vbi principali excluſo a potentia excipiendi propter impetra.iniqui iuris a ſe factam, excluditur ẽt fideiuſſor, dicit contrarium fuiſſe determinatum per Iaco. de Are.prædictum. In hac enim exceptione, & omni alia quam nõ poteſt opponere reus opponit, fideiuſſor etiã naſcentẽ ex perſona rei,quia fideiuſſor non habet cauſam detractiuã.& ideo dolus principalis ei non ob.l.apud celſum.§.de auctoris,de do.excepti.Item ſicut exceptio perſonalis quæ iuuat non tranſit ad fideiuſſorem.vt l.niſi de pact. ita contra odium perſonale tranſire non debet l.j.de conſti.princip.& ſic non capit per capacem l.ſi is qui duos.de libe.lega. Ad.§.ſi is pro quo.reſpõdet ꝙ ibi dolus naſcentem exceptionẽ reddebat inualidam,hic vero reddebat inhabilem perſonam excipientis, & ſic concludebat ꝙ interdum eſt vitium in materia propter perſonam.primo caſu uitium eſt reale, ſecundo perſonale. Interdum eſt vitiũ perſonale propter perſonam & locum quod dictum eſt ſupra. In hac qõ.conſiderandum arbitror quod ſi ante bannum decurſa erat præſcriptio,deciſio prædicta vera ſit. Non enim potuit principalis ex facto ſuo auferre fideiuſſori exceptionem iam quęſitam.l.ſina.ff.de pact.quod forte verum eſt niſi ꝓbaretur fideiuſſore delicto conſenſiſſe vel fuiſſe participem ibi, & in dicto.§.ſi is pro quo.ꝙ intelligo ſi fundaret ſuam exceptionem ex perſona rei vt ibi alias non vt ſtatim dicam. Si vero præſcriptio eſt decurſa poſt bannum conſideranda ſunt plura. Primum an præſcriptio dicatur decurſa ex forma ſtatuti quod abbreuiet iuris communis præſcriptione, puto quia reducit trigennalem ad decennalem vel quinquennalem.de quo dicam ſtatim in ſeq.q. Et hoc caſu quia vt dictum eſt ſupra parte proxima q.v.Banniti perdunt beneficia ſtatutorum ſuę ciuitatis. conſiderari oportet ꝙ contra eum eſt interrupta ſicut contra fideiuſſorem. Quam q.formauit Ioan. And. in addi. Specu.ſuper rubrica de fideiuſſ.in fi,& ibi videtur concludere ꝙ ſic,dum dicit tenendum ꝙ habetur in l.fina.C.de duo.re.quæ vult ꝙ interruptio facta contra vnum ex duobus reis proſit contra alium. Sed id non eſt verum quia præſcriptio interrupta contra principalẽ nõ interrũpit contra fideiuſſorẽ. Tex. eſt ſcdm vnã lect.in l.cũ quis.§.ſi quis pro reo.ff.de ſolu.& ibi per Bar.& per Cyn.in d.l.ſi.licet gl.contrariũ dixerit & non bene in l.j.§.ſi.ff.de eo per quẽ fa.erit.& in l.fideiuſſor.§.ſi.ff.man.iſto ergo caſu licet principalis ſit bannitus & per eum nõ ſit actioni præſcriptum,tñ erit præſcriptũ per fideiuſſorem.In eo enim remanet illeſa diſpoſitio ſtatuti loquentis de debitore, quia eius appellatione continentur ſecundũ no.per Barto.in l.j.ſi cer.peta.Nec prodeſſe poteſt hic curſus præſcriptionis ipſi principali ẽt ſi ei audientia de defenſione reſtitueretur, puta quia ſolueret ſi dicimus,vt ſupra quo ad eũ fuiſſe interruptam præſcriptionem. de quo dicetur in ſeq.q.vel ẽt ſi rebanniretur.ff.de pact.l.fideiuſſores.& d.§.ſi quis pro reo. Si vero præſcriptio eſt decurſa poſt bannum de iure cõi tunc poteſt habere locum opin. Iac.de qua dictũ eſt. Cum enim ille bãnitus notorie ſit abſens exceptio ordinis a fideiuſſore non põt opponi.l.ſi.ſi cer.peta.& in l.decem.de ver.obl.& C.de fideiuſ.auth. pręſente.et ſic neceſſe eſt deuenire ad exceptionẽ præſcriptionis.& ſic vera eſt deciſio prędicta. Opponit enim fideiuſſor exceptionẽ præſcriptionis ex perſona ſua non ex perſona principalis banniti.& ideo non poteſt cõtra ipſum ex illius perſona aliquid replicari quod ſecus eſt in d.§.ſi is pro quo. Ibi enim opponebat fideiuſſor exceptionẽ ex perſona ipſius principalis. Et ideo ſi poſt bannum fuiſſet quęſita exceptio ipſi bannito puta pacti de non petẽdo.& ex eius perſona tranſiſſet in fideiuſſorem ſecundum ea quæ habentur in l.ij.de excep.forte nõ poſſet illam opponere fideiuſſor,quia nata fuit cum illo obſtaculo replicationis audiende denegatę ẽt in defendendo.& ſic cũ illa qualitate tranſiuit in fideiuſſorẽ, vt d.§.ſi is pro quo.ſicut dicimus in exceptione compenſationis quæ opponitur contra procuratorẽ in rem ſuam ſecundum veram deciſionem doc.in l.eius.C.de compen.& in l.ſi quis in rem.ff.de procu.& Dy.in regula, ſi quis in ius.lib.vj.

*Sed iuxta prædicta,* quarto queritur
4 †qd in correo banniti, Statuto pone cauet ꝙ cui-

Source : BIU Cujas

libet debito præſcribat ſpatio quinq; annorum, pendente quinquenium vnus ex correis debendi propter ſuum delictum eſt bannitus, lapſo quinquennio agit creditor contra alium non bannitum, opponit reus conuentionem de præſcriptione ſtatutaria, replicat creditor quod propter bannum illa fuit interrupta in correo, quia perdidit beneficium ſtatuti, ergo intelligitur interrupta contra alium correum per l.fin.C.de duo.reis. Hæc quæſtio habet duos articulos. Vnus eſt an valeat tale ſtatutum. Alius eſt poſito ꝙ valeat, de qua interruptione loquatur.l.fi.præalleg. Circa primum quia parum habetur in voluminibus libet ſub breuitate referri ſententiam Bald. qui hunc articulum diſputauit & incipit quæſtio. Statuto cauetur ꝙ fenerator &c.& ibi primo arguit ꝙ non valeat ſtatutum, dicitur quædam ſententia ſiue decretum.C.de legi.l.fi. ff.quod cuiuſq; vni,no,l.item eorum.§. ſi decuriones,& de decre.ab or.fa.l.ambitioſa. Sed ſententia continens ne quis ſoluat quod debet non valet, quia in ſe habet vitium intollerabile.ff.de excu.tut.l.qui teſtamento, ergo idem in ſtatuto. Secundo ſtatutum nõ poteſt facere ꝙ malefidei poſſeſſor præſcribat in malefidei poſſeſſore, de regu. iur.lib.vj. Sed qui recipit mutuum vel aliter ſe fecit debitorem ſcit ſe debere, ergo eſt malefidei ſicut ille qui tenet reliqua ex adminiſtratione.ff.de nego.geſt.l.pomponius.la ij.antepe.reſponſo.& ff.man.l.dolus.ergo non præſcribit. Tertio probatur ex mutuo naturali, naturalis oritur obligatio, ſed naturalis obligatio non poteſt tolli per ſtatutum cum ſit de iure ciui. & illa de iure naturali.inſtitu.de iur.natura.gen.& ciui.§.ſed naturalia.ff.quod quiſq; iur.l. iij.§.penul.de neg.geſto.l.at qui natura.in prin.& idem in omnia contractu qui fit ex conſenſu.l.j.de pac.& de regul. l.cum amplius.§.is natura debet. Si ergo eſt naturalis obligatio, ergò non ſoluens peccat, ergo nõ debet valere ſtatutum cum inducat peccatum perfidiam & malã fidem, ꝙ patet per ſuum contrarium.ff.man.l.ſi fideiuſſor.§.fi. & depo.l.bonafides. Quarto diſpoſitio præſcriptionis ideo valet quia continet iuſtitiã poſitiuam vt no.ff.de poſtulan.l.j.§.pueritiam. Sed iſtud ſtatutum videtur continere apertam iniquitatem, & nullam habet cauſam, ergo non valet, de conſtitu.c.quæ in eccleſiarum.l.fi.C.ſi contra ius vel vti.pub.et ibi per Cy.per Hoſtien.& Ioã.An.in c.cum p.tabellio, de fide inſtru.& ideo contra excipientem ex tali ſtatuto debet obſtare replicatio doli.ff.de doli exceptio.l.j.in fine. Quinto ſtatuto auferentia ius & actionem alteri, ex nulla iuxta cauſa nõ valent, quia ſunt contra iuſtitiam naturalẽ. Certũ enim eſt illam iuſtitiam naturalem debere ſeruari.ff.de excu.tuto.l.ſcire oportet.§.ſufficit. & ad eam tanquam ad legem nature recurri debet vt ibi patet.& confirmat quia non tenet ſcriptum principalis.C.de pre.impe.offe.l.quoties, ergo nec ſtatutũ inferiorum, & ita videtur tenere Bart.in l.os populi ... iij.q.prin.circa prin. Ad partem vero contrariam arguit lex ratione more poteſt moroſo audientiam denegare.C.de iudic.l.ſancimus. Item poteſt confingere tempus ad agendum.& ſine dubio valet, quia ſi id p... iudex.C.qui accu.nõ poſ.l.ſi ea.ff.de accu. l.cum in tua.ff.qui ſa.co.l.de die, ſecundum Iaco.Bu.ibi, ergo multofortius ipſa lex ... aſsignatio termini ad agendum monet creditorem vt agatur intra terminum ſicut terminus aſsignatus ad ſoluendum mouet debitorem, vt ſoluat intra terminum.C.de cõtra.& com.ſtipu.l.magnam. Per lapſum ergo termini peremptorij, quia omne terminus a lege præfixus eſt peremptorius præcluſa eſt agendi copia.ff.de excu.tu.l.ſcire oportet.§.conſequens. Vnde ſi ſtatutum diceret, monemus oẽs creditores quod agant intra quinquẽnium ſcientes quod decetero non audirentur, valeret ſtatutum. Ita ergo valeat ſi ſimpliciter dicit ꝙ poſt quinquennium non audiantur, quia terminus includit monitionem. Facit quod no.Inno.extra de præbẽ.c.extirpande. Nec poteſt ob hoc eccleſia audiri, cum debeat ſeruare inter laicos eorum ſtatuta no.ff.de poſt.l.ex ea. Præterea qui contra ſe præſcribi patitur renunciare videtur.ff.de nego.geſt.l.ſi ego.de dã. infec.l.prætor.in prin.C.de præſcrip.long. tempo, auth.maleſidei. Secũdo idẽ ſic probatur. Sicut ius commune ſe habet generaliter, ita ſe habet ius municipale localiter, vt l.omnes populi.et l.de quibus. Sed ius commune inuenit preſcrip.& valet etiam ſi ratio reddi non poſsit. vt in l.non omnium.ff. de legi. Immo adeo valet vt ſecundũ quoſdam actionem tollit ipſo iure, vel ſaltem tollere poſsit ſi velit.C.de præſcrip.tri.anno.l.omnes & l.ſicut.& etiam poſsit tollere naturalem obligationem ſi velit ſicut & dominium.ff.rem rat.habe.l.fi. Tertio ſtatutum habet vim pacti, vt no.ff.de legi.l. ſed in ea.& C.de decre.decur.ſuper reb.ff. de pac.l.non impoſsibile.& de regu.iur.l. nec

nec ex prætorio,ſed per actum poteſt præfigi meta agẽdi, ergo &c. Accedit.ff.de ver. obli.l.obligationum.fere.§.placet de ſolu. l.cum mihi decem.& quod no.de leg.j.l.ne no poteſt. Quarto ſtatutum diſponit reſpectu iudicij quod patet dum dicit,non audiatur.ff.de procu.l.mutus.§.pœna. Omnia autem iudicia ſunt de iure ciui. vt no.inſti.de obli.in princi.ergo &c. Ex prædictis tenet hãc partem quod valet ſtatutum, & ibi tractat multa notabilia in materia.c.nonit. de iud.circa debitum pręſcriptum quæ ſi libet ibi vide, hic vero non infero quia non faciunt ad materiam noſtram. In fine aũt reſpondet ad argumenta facta in contrarium hoc modo quia primo nõ ob.prima ratio, quia plus poteſt ſtatutum ꝙ ſnĩa ſimplex, vt no.in l.j.§.pe.ff.de fer. Non ob.ſecundũ argumentum,quia debitor non dicit in dolo cũ poſsideat quod ſuum eſt.l.ij.§.appellata.ſi cer.pet.& no.de immu.eccleſ.c.quia plerīq;.Item quia pręſcriptio fingit retro et omnia purgat.C.de vſu.l.eos.in princ.& dicit Bart.dixiſſe quod non requiritur bona fides,niſi vbi requiritur poſſeſsio pręſcribẽtis de vſuc.l.ſequitur.§.ſi viam.ꝙ ſibi dicit non placere, in quo nõ inſto quia extra ꝓpoſitum,& quia ẽt ipſe Bal.ſibijpſi contradicit.Non ob.tertium quia fatendum quod non tollitur naturalis, ſed effectus eius eliditur.ff.de compenſa.l.quecunq;. Non ob. quartum,quia ſtatutum hoc non debet dici iniquum cũ in ſe habeat cauſam motiuam quę ſolet probari ex prohemio.ff.ad mace. l.j.§.ſi.de hæred.inſti.per Bar.in l.ambitioſa.non ob. quintum arg.quia non eſt cõtra iuſtitiam naturalẽ.Et ideo certum eſt quod ſtatutũ in ſuis beneficijs quæ adinuenit poſt præſcriptionẽ præfingere ẽt pupillis & eccleſijs, extra de teſtib.c.conſtitutus. Valet ergo ſtatutum prædictũ, quod ẽt tenuit idẽ Bald.in d.§.pueritiã,& in d.c.ſi quis per triginta.ſi de feu.fue.contro.& præſcriptionẽ inducit ẽt ſi per alia verba loqueretur,puta quia diceret,lapſo quinquẽnio creditor nõ auditur,vt ibidem.ſ.in pręd icta q.cõcludit, alleg.l.properãdum.C.de iudi.iuncta l.mariti lenocinium.§.quinquẽnium.& l.miles, §.lx.& l.ſi maritus.§.ꝑſcriptio.ff.de adult. C.de inoffi.teſta.l.ſi quis filium.§.ſi.cum ſi. & iſtud eſt verius ꝙ id quod dixit Bart.in l.omnes populi.vt patet ex prædictis. Et ideo reſtat ſecundum dubium in quo videt dicendum quod coreus illam exceptionem non poſsit opponere. Interruptio enim facta eſt in perſona conrei banniti ergo iuuat creditorem cõtra alium conreum.vt d.l.ſi. C.de duo.reis. quæ generaliter loquitur in omni modo interruptionis. Mihi tamen videtur durum qđ lex illa locum habeat hoc caſu, nam loquitur de interruptione per l. illam cogitatis.vt patet in ſi.illius l.ergo ad iſtum non extenditur.vt l.iubemus.in ſi.ad trebel. Intelligo igitur l.illam interruptione præſcriptionis præcedente per modos inductos a iure ciui.& in qua factum creditoris vel debitoris ad id principaliter ordinatum interuenerit ſuper ipſo credito, vel debito.non aũt intelligam illam habere locũ in interruptione a ſtatuto introducta ſimpliciter aliquo prædictorum non interueniente ,ne in exorbitantibus a iure cõi ſiat extenſio.ff.de legi.l.quod non contra.Poſſum etiam dicere ꝙ hoc caſu nõ ſit pręſcriptio interrupta,licet decurſa ſit,quia in debitore qui nõ eſt bannitus locum habet ſtatutum.l.j.§.ſi is qui nauem.ff.de exceptio. ac etiam virtute alterius conrei qui non eſt bãnitus in totum decurſa dicatur, vt ſic incapax capiat per capacam l.ſi is qui duos. ff.de libe.lega.facit l.qui cõem.ff.quemadmodum ſer.amit. Licet aũt ſit decurſa præſcriptio,& poſsit per conreum non bannitum opponi, non tñ opponi per bannitum non ex defectu præſcriptionis curſus, ſed ex vitio ſue perſone quæ ad eam proponẽdam audiri nõ debet ex forma ſtatuti l.qui ex libe.§.teſtamento.ff.de ſecun.tab.

*Quinto circa idem ſtatu*-

5 tum quero.†Agit creditor contra bannitũ, & proponit in libello tempus contracti debiti & taliter ꝙ iudex videt præſcriptionẽ eſſe decurſam.An poſsit a ſeipſo agentẽ repellere.Dicet quis, hæc quæſtio eſt ſopita per Iaco.de But.& Bart.qui tenuerũt quod vbi parti nõ competit ius agendi,iudex ex officio non poſsit cognoſcere l.non ſolũ.§. quanquam.ff.de iniur.& in alijs iuribus de quibus infra parte iij.huius tempo.q.j.ergo econuerſo vbi pars non põt excipere, non poſsit iudex ex officio repellere.ff.de excepti.l.j.ſed certe illa deciſio de qua dicam ſupra non adaptatur ad propoſitum loquitur enim in criminali,ac etiam quando iudex vult aſſumere locum actoris, & ſic impugnatoris, hic autem vult aſſumere locũ rei & defenſoris.cui magis fauetur l.arrianus,de actio.& obligatio,et ideo pro huius articuli deciſione, Primo videndum eſt an præſcriptio tollat ipſo iure actionem,& ex



Source : BIU Cujas

eo peruenitur ad propoſitam quæſtionem.
Circa quod ſciendum eſt ꝙ gloſſ.in l.ſi eum
ff.qui iniuriarum.§.ſi quis cau.dicit ꝙ præ-
ſcriptio inducit liberationem ope exceptio
nis.vt ea.l.ſi eum in princip.non autem ip-
ſo iure.ex qua videtur quod non tollatur
actio ſed paretur exceptio. Item gl.vbiq;
dicit ꝙ præſcriptio non tollit naturalem
obligationem,vt l.at qui natura.in princip.
de nego. geſt.l. ſi quis poſtquam.ff. de fide-
iuſſo.& eodem tit.l.vbicunque de ſolu.l.cũ
quis.§.ſi quis pro eo.C.de pręſcriptio.xxx.
anno.l.cum notiſsimi,in princ.& ff.rem ra.
habe.l.fin.Dyn.vero in d.l.fina.dixit quod
licet non tollatur naturalis, tamen tollitur
omnis effectus,quod ſequitur Cyn.in l.cum
quis.de iur. & fac.igno. in vij. quæſtio. ſed
Guil.de Cu.in l.iij.§.fina.ff. quod quiſq; iu.
dicit ꝙ immo remanet naturalis cum ſuis
effectibus, & ſic ſolutum repeti non poſsit
vbi per illum text. principaliter mouetur.
Guil.autem in Spe.de præſcrip.§.j.ver.j.re
fert opinionem & nihil firmat.At Bar.in d.
l.fi.rem ra.ha.concludit ꝙ quando quis li-
beratur tempore ex cõuentione vt quia vo
luit eſſe obligatus vſque ad certum tempus
& nõ vltra,& tunc tollitur naturalis ex vi
pacti.l.eũ qui ita.§.qui ita de ver.ob.ſed re-
manet ciuilis,ſicut remanet quando per pa
ctum expreſſum tollitur naturalis.l.ſi vnus.
§.pactus.ff.de pac. Quandoq; quis libera-
tur tempore quia tenetur actione tempora-
li, & tollitur tunc ciuilis tantum & rema-
net naturalis d.l.at qui natura in princi. &
quod ibi not.Quandoq; vero quis tenetur
actione perſonali perpetua licet liberatur
præſcriptione.xxx.vel xl.anno. tunc dicit
liberari a ciuili & remanere naturalẽ quã
ius ciuile tollere non poteſt,vt in.§.ſed na-
turalia tollitur tamen omnis effectus ipſius
obligationis.l.ſicut.l.omnes.& l.cum notiſ-
ſimi,de pſcrip.xxx.anno.Ad l. ſi quis poſt-
quam reſpondet vt ibi per eum. quod etiã
tenuerunt vltramonta.vt refert Cyn.in l.fi-
na.C.quib.ex cau.maio.Cuius membra per
ordinem videamus.& primum eius dictum
communiter tenent omnes ſcilicet ꝙ ex cõ
uentione obligatus ad tempus poſt tempus
liberatur a naturali non ciuili quod eſt ve-
rum niſi mora præceſſerit, vt per Bald. in
dicta l. at qui natura , nullo enim modo li-
beratur ille, ergo qui non eſt in mora poſt
tempus in conuentione appoſitum tenetur
ciuiliter tantum non naturaliter,quod An-
ge.in d.l.fi.ſub dubio forte limitabat dicẽs
non habere locum in ſtipulationibus præ-
torijs per l.ſi fideiuſſor.C. de fideiuſſ.ſum-
pto argu.a text. ibi qui dicit,liberari quod
non habet rationem.Non ob.ille tex. quia
intelligitur ſecundum l.obligationum fere.
§.placet de act.& obli.ſcilicet vt liberetur
ope exceptionis & probari videtur text.in
d.l.ſi eum in princ.& per glo. in.§.qui iniu-
riarum.Puto tamen hoc primum membrũ
non habere locum in obligato per ſenten-
tiam,puta quia iudex cõdemnauit Titium
ad ſoluendum certum quid vſque ad certũ
tempus,hoc enim caſu poſt illud tẽpus ex
ſententia nulla remanet obligatio.Cum.n.
ſententia ſit actus ciuilis tacite concludens
poſt tempus nõ teneri.ff.de poſtulan.l.im-
perator tolli debet omnis obligatio, quæ
per illum actum fuerat introducta, vt in §.
pactus ne peteret. & quod habetur in l.iu-
lianum verum debitorem.ff.de condi.inde
bi.& ſi dicatur hoc nihil releuat, quia re-
manet obligatio primitiua,l.nepoti.ff.de
fun.inſtr.l.j.C.de iudi.& ibi not.Responde
tur ꝙ immo vtile eſſe poteſt quando primi
tiua obligatio , aut non probatur, aut non
ꝓbari poteſt,vt quia teſtes mortui ſunt &
perdite ſunt depoſitiones antique. Conclu-
ditur ergo circa hoc ꝙ præſcriptio conuen
tionalis non præcedente mora tollit natu-
ralem obligationem remanente ciuili,ſecus
ſi præcedat mora,puta quia promiſi tibi da
re ſtichum volens teneri vſque ad paſcha.
ſi enim ante paſcha fui in mora ſine dubio
adueniente paſcha non liberor iure aliquo
ſicut nec liberarer morte l.ſi ex legati cã.&
l.quod te ſi certũ pet,obligatus aũt ex ſniã
quid conſequendum eſt non ſufficit id fieri
facto ſtultitia vel negligentia.l.ij.ff.de cõdi.
& demõ.de bo.poſ.l.j.§.ſemel.cum multis
concord.Quod autẽ preſentatus puniatur
perſonaliter contingit ſua culpa & negligẽ
tia,quia non ſoluit.ff.de fideicõ.lib.l.ſi quis
in ſua.ad fi.de rei vendi.l.ex diuerſo.§.pe-
titor.cum ſimi.Et ſic fiſci obligationem nõ
auget de fideicom.l.fi.cum ſi.Quarto quia
ſicut quod ſemel meum eſt amplius meum
fieri nõ poteſt.l.iij.§.ex plurimis.de acqui.
poſ.inſt.de le.§.ſi cui cum ſi.Ita ſemel præ-
ſentatus amplius præſentari nõ intelligitur
ſicut nec ex aſsidua contractatione non na-
ſcitur nouum furtum.de fur.l.ei qui. Et ſic
attenta præſentatione prima qua fuit con-
demnatus pecuniariter nõ attenditur alia,
nec id quod poſtea occaſionaliter venit.de
pecu.l.eo tempore.Quinto cõe cui fit pręſentatio vnicum bannum recipit de pac.l.
reſcriptum.§.ſi pacto.cum ſi.Ergo vnicum
præmium debet de condi.& demon.l.plau
tius.ſed in dubijs debetur minimum de reg.
iur.ſemper in obſcuris , & l.ſemper.ff.de
ver.obli.ergo &c.Sexto quia ab initio pe-
cuniaria obligatio ex quaſi contractu orta
eſt.l.iij.§.idem ſcripſit.ff.de pecu. & de tu-
te.& ra.diſ.l.defenſor.Item deinde non ſo-
luta pecunia etiam ex quaſi contractu orta
eſt obligatio ad perſonam ijſdem iur.ergo
prima non eſt nouata.l.fi.C.de noua.ſecun-
dum veram opi.Et ſic eſt in electione fiſci
pro qua obligatione ſoluere velit. l.ſi quis
a ſocio pro ſocio cum ſimi.Vltimo quia a
primordio tituli fit denominatio.C.de te-
ſta.manu.l.fi.Et ideo a prima condemnatio
ne debet ipſa pręſentatio conſiderari.Et ſic
debet habere pro præmio quinquaginta tã
tum.Finaliter dixit ſoluendo quoſdam te-
nuiſſe & ita fuiſſe quãdoq; iudicatũ ꝙ pręſentãs debeat conſequi maius præmiũ per
allegata ſupra pro illa parte.Dixit tamẽ ve
rius eſſe quinquaginta tantũ deberi per iu-
ra pro iſta parte allegata,pro qua deciſione
adducit de leg.ij.l.Sempronius proculo de
le.j.plane.§.ſed ſi non corpus de probatio.
l.quinquaginta. Vbi in dubio detur vnum
& minus.Ad contraria reſpondet, a primũ
quod etiam alias quam præmijs quis debet
inuitari ad fauorem patrie de vẽtre in poſ-
ſeſ.mitten.l.j.§.ſi ea cum ſi.Ad ſecundum
quod in ipſa præſentatione dicitur factum
conſummatum.Ad tertium quod due ratio
nes hic non currunt circa idem.vt in ſecũ-
da ratione pro hac parte facta,Ad quartum

Source : BIU Cujas

reſpondet ꝙ quia ſoluere & nõ ſoluere eſt conditio poteſtatiua retro non trahitur vt l.j.qui potio.in pigno.habean.licet ſecus ſit in caſualibus vt l.potior.eo.ti.Ad quintum reſpondet ꝙ præſentatio debet vnico iure cenſeri.l.eũ qui edes de vſucapio.Ad ſextum reſpondet quod illa iura loquuntur in legato quod pendet a mera voluntate teſtatoris.Et ideo quomodocunq; appareat deberi ſecundum habetur perinde ac ſi illud tantum fuiſſet legatum, quia ſic de eius voluntate apparet. Sed in caſu noſtro iudex poſt ſententiam habet poteſtatem.ff.regu.iur.l.iudex.& ſic vna non transfunditur in aliam,ſed in vtraq; perſeuerat licet vtriuſq; commodum conſequi non poſsit. Si hæc videre extenſe velis, vide ibi ſupra vbi ſcribit hoc per ſex columnas.Pro iſta parte faciunt duo.Primum ꝙ condemnatio pecuniaria non transfunditur in perſonalẽ, nec illius fit nouatio ſecundum notata per Bart.in l.ij.ff.de publi.iudic. per Bald.in l.magnam in fi.C.de contrahẽda & commit.ſtipulatio,licet ipſe Bar.aliter tetigerit arguendo in l.cum duobus.§.idẽ reſpondet.ff.pro ſocio,Secundo quia qualitas adiecta verbo , ſemper intelligitur ſecundum tempus verbi,l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxa.Et ſi cum tempore præſentationis in vtroq; themate reperitur bannitus in pecunia non in perſona uerbum bannitum intelligitur ſecundum tempus verbi ceperit ſiue præſentauerit.Et ſic debentur ſolummodo quinquaginta.Faciunt not.per Bar.in l.ex facto in prin.de vul.& pupil.Et ideo vt ſubditur vbi ſupra in fi.Si bannum conuerteretur quia bannitus eſſet in perſona ſaluo ꝙ ſi intra mẽſem a die capture ſolueret mille illum capiens deberet habere cẽtũ quia tẽpore preſentationis bannitus erat in perſonam.Ad quod alle.idem Odof.de verb.obl.l.ita ſtipulatus.de reg.iur.l.miles.§.decem.& d.l.ſi.pec.ij.reſpon.et l.j.§.item ſi ita ad l.fal.Et ita deciſio videtur facilior prima.qa cum ſolutio pecunie ſit in hoc caſu in conditione non eſt in obligatione vt l.ſi quis ſub cõditione.ff.ſi quis omiſ.cau.teſt. Et ideo tanquam conditio poteſtatiue voluntaria retro non trahitur.Sed in præcedenti videbatur neceſſaria,quia erat in cõditione,& ideo retro trahi videbatur conditio licet eſſet poteſtatiua, vt l.j.qui pot.in pig.habe.& l.titius quæ res pig.ob.poſ.ſed reſponde quod ſolummodo ſolutio eſſet illa quæ retrotrahitur quæ in obligatione non erat.& ſic non obſtat deciſioni ſupraſcripte.Et nota bene titulum quæſtionis quia hic terminus non currebat a [illegible] ſententia ſed captura.Et ſic patet quod iudex volebat eum intelligi interim bannitum & ſic non ſunt hæc contraria his quæ dicta hoc eodem tpe parte vlt.q.lxxix.vbi vide.

22 *Vigeſimoſecundo* † ſtante ſtatuto qd qui ceperit bannitum debeat habere certum prẹmium,poteſtas illius loci cepit quendam vt maleſactorem quem ignorabat eſſe bannitum ,cũ poſt capturam reperiat eum eſſe bãnitum, vult præmium a cõi,queritur an debeat illud habere.Hanc quæſtionẽ formauit Bar.in l.iij.§.vtrum.ff.ad ſil.& determinauit ꝙ non debeat habere.& idem Bal.tenuit ibi.& in l.genero.ff.de his qui no.inſa.Et mouentur pluribus rationibus.Prima quia poteſtas ſuo ſalario debet eſſe cõtentus,quia illud habet pro exercitio ſui officij in authen.iuſiu.ꝙ præ.ab his.& in authen.ſcriptum exemplar.§.ſicut.Secundo quia ipſe poteſtas non cepit ſponte ſed ex neceſsitate ſui officij,ꝙ eſt purgare prouinciam malis hominibus.l.cõgruit.ff.de offi.præſi.ergo præmium conſequi non debet, vt d.§.vtrũ.& de acqui.re.do.l.iij.§.ſi ſeruus.Tertio quia illud gratis facere tenetͬ ergo prẹmium capiendo turpiter faceret.l.j.de condi.ob tur.cau.bene facit tex.in l.qui ſine.ff.de neg.geſt.Quarto quia cepit eum non vt exbannitum & ſic ſtatuti conditionem non admipleuit, ignorabat enim eum bannitũ, ergo &c.l.ij.de cõdi.et demon.& d.§.vtrũ. Adde quæ dicã in duabus q.poſt ſequẽtem.

23 *Vigeſimotertio* † ſtãte dicto ſtatuto viget aliud ſtatutum quo cauetur ꝙ homines de villa teneantur trahere ad rumorem & capere maleſactores,& exbannitos,Quidam iuit ad capiendum exbannitum,& cum exbannitus fugeret,eleuauit rumorem propter quod homines de villa inſecuti ſunt eum, & illũ ceperunt.Queritur an alicui prẹmium debeatur Bar.in l.iij.§.vtrum,ad ſil,dicit quod non, Primo non homines de villa, quia incitati non ſpõte ſed coacti illum ceperunt vt ibi, Ille etiam qui inſecutus fuit habere nõ debet,quia ipſum non cepit.facit quod habetur in l.ſi barſatoram.C.de fideiu.cũ cõcor, facit.ff.de acqni.re.do.l.laqueum.

24 *Vigeſimoquarto* † ſtante eodem ſtatuto Seius ſciens

Titium bannitum.ignorans autem ſtatutū prædictum præmians capientem cepit Titium & poteſtati eum præſentauit.queritur an poſsit petere præmium.Dices tu ex dictis ſupra proximis.q.hęc.q.eſt deciſa quod non,quia ad impediendū lucrum ſua ignorantia poteſt contra eum allegari, vt d.l.ſi is.§.ſi ſeruus.de acqui.re.do.ſed non eſt ſic. Aliud enim eſt ignorare illum eſſe bannitū, & aliud eſt ignorare ſtatutum præmians capientem.Primo caſu locum habent quę dicta ſunt ſupra.ij.caſu talis ignorantia non nocet. Commodum enim a ſtatuto datum queritur etiam ignoranti ſtatutum argu.C. de decur.l.penul.lib.x.& ita determinauit Bar.in l.omnes populi.de iuſtit.& iur.in q. v.principali in principio.

25 *Vigeſimoquinto* † dictum eſt ſupra qd occidens bannitum qui poteſt impune offendi pœnam nō meretur.Queritur an ſit neceſſe quod probetur occidentem ſciuiſſe illum fuiſſe bānitū.Bar.in l.genero.ff.de his q.no.infa.& in l.inter omnes.§.recte.de fur,dicit quod nō quia quantum ad incommodum ignorātis talis ignorantia alteri non prodeſt,ſed ſtare debeat veritati vt d.l.genero.& d.§.recte. de cri.expil.hæredi.l.fi.inſti. de oblig.quæ ex delic.na.§.placuit & ita cōiter tenetur.

26 *Vigeſimoſexto* †Gaius ſciebat Titium Ioānis eſſe bannitum, videns alium quem putabat eſſe Titiū Ioānis & in veritate non erat occidit illū.Queritur an ſtatuto permittente occidi bannitū excuſetur.Iſtam queſtionem formauit Frā. de Aret.in l.cum ſeruo.ff.de iniur.& arguit quod excuſetur & in nullo puniatur arg.d. l.cum ſeruo.& eo.tit.l.illud.§.fi.Non enim cogitauit delinquere, ſed putauit ſe licite agere.dicit enim non teneri de dolo,ſed puniri poteſt ſecundum modum culpe.argu.l. ſcientiam.§.qui cum aliter. ad l.aquil.Aduertendum ꝙ aut habuit iuſtam cauſam ſic credendi, puta quia ſic publice tenebatur ꝙ ille eſſet Titius Io.& tunc in nullo puniatur arg.ff.ad macedo.l.iij.& C.eo.l.zenodorus.cum ſi.ſi autem non tenebatur publice, ſed ex aliqua cauſa motus fuit ad ſic credēdum,& tunc non ſit in dolo non poteſt cornelia de ſicarijs conueniri,l.in lege.ff.ad l. cor.de ſica.Sed vt dictum eſt pro modo culpe aut late aut leuius poterit puniri vt ſupra.Quæ autem ſint tales culpe habetur in l.quod nerua.ff.depoſi.An autem hoc caſu pleniſsima culpa puniri poſsit cum dabat operam ex aſpectu rei licite recurre ad no. ad l.aut facta.§.delinquunt.ff.de pœn.& in l.j.ff.de legi.per docto.

27 *Vigeſimoſeptimo* †qro ſuper dicto ſtatuto qd bannitus poſsit impune offendi.Quædam vniuerſitas fuit bannita de quo dixi ſupra in primo tempore parte.j.q.v.An quilibet de illa uniuerſitate poterit impune offendi.nō inſiſtendo in verbis dicēdum eſt quod nō, quia nullus ſingulariter vt ipſe eſt bannitus vt habetur in l.in tantum.§.qui in vniuerſitatis.ff.de re.di.& de in ius voc.l.ſed ſi hac.§.qui manumittitur.& quod habetur per Barto.in l.iiij.ff.de re iudi.

28 *Vigeſimooctauo* †bannitus captus erat a familia poteſtatis. Titius illum vidēs in manibus familie interfecit.Queritur an potuerit impune facere.Iſtam q.formauit Dy.in l.laqueum.ff. de acqu.re.do.et ibi etiam ponit Bar.ſed latius ponit in l.iij.§.transfugas.ff.ad l.corn. de ſica.& refert Iac.de Are.etiam diſputaſſe quod etiam dicit Ioan.Andre.in eius determinationem effectiue referens in addi. Spe.in ti.de accu.§.ſequitur verſicu.quid ſi quis bannitus circa princi.magne additio. Et ideo poſſet cum ſola deciſione tranſire remittendo etiam ad no.per Alberi.vbi ſupra q.lxvj.quia tamen aliqua pulchra dicuntur per Iaco.de Are.& alias eius diſputatione latius ꝙ referat Ioan.Andre.Tamē ꝙ breuius potero his ſubijciam etiam cum aliorum dictis.Arguit enim primo ad affirmatiuam ꝙ poterit impune occidere. Primo a verbis legis,quæ & ſi dura ſint ſeruanda ſunt,l.proſpexit.ff.qui et a qui.& l.quod conſtitutum.de mili.teſta.Secūdo quia lex non diſtinguit bannitum captum a non capto, ergo &c.ff.de publi.l.de pretio.Tertio quia cum adhuc duret bannum debet durare effectus.C.de infe.pe.celi.l.j.de ferri.l.a nullo.addebat Dyn.quia captio non facit deſinere eum eſſe bānitum, ar.ad hoc, C.de decu.l.ij.Quarto propter incertitudinem,quia licet captus eſſet non tamen certum erat quod pœnam pateretur, poterat enim fugere.l.ſi apparitor.C.de appari.lib. xij.& de ac.re.do.l.iij.§.illud.& de incendi.rui.nau.lege pedius. Quinto deprehenſum in facinore licet occidere ei, cui alias non liceret.C.de ſicar.lege is qui.ff.de verbo.obligatio.l.qui ſeruum.de legat.j.quid

Source : BIU Cujas

ergo.§.ſi hęres.ergo fortius iſtum deprehẽ ſum quem ante licebat occidere, ſic ꝙ cũ ſit factum lege permittente pœnam nõ meretur.l.grachus.C.de adul. Adduxi etiam Dy.ad hanc partem.l.in laqueũ de acquir. re.do.vbi dicitur ꝙ feram illaqueatã poſſum apprehendere quia multa poſſunt accidere propter quæ a laqueo euadat. Ad hãc partem etiam adducit Bal.in l.libertas.ff.de ſtat.ho.ꝙ non intereſt reipublice a quo occidatur duntamen occidatur.l.cum ſeruus. ff.de verb.obli. Item quia cũ quilibet a ſtatuto habeat poteſtatem occidendi, non habet neceſſe a iudice impetrare.l.quę ſub cõditione.§.ſi.de condi.inſti. In contrarium alleg.Dy.l.carceri.& l.ſi.in.§.fin.de custo. reo.vbi dicitur ꝙ capito punitur qui carceratum interficit, captus autem dicitur carceratus vt l.qui neq;.ff.de verbo.ſignifi. Dicebat tamen illis.ll.reſponderi poſſe quia hic erat certum bãnitum illum debere mori,ibi non,ſed ſubdebat ꝙ alia ratione dici poteſt talem interficientem puniri, quia nõ licet alicui prouincialium aliquem e manibus officialium eripere in authẽ.vt omnes obe.iu.prouin.§.eripiant.Iac.vero ad hanc partem adducebat ſtatutum intelligi debere in eo cui per iudicem pœna imponi non poteſt arg.C.de iudi.l.nullus.ſed hic captus erat in poteſtate iudicis argu.ff.de do. l.qui ſaxum.& ſic puniri poterat. Item quia alias licet authoritate legis occidere reſiſtẽtem,cui non reſiſtentem a contrario non licet occidere.C.de his qui ad eccle.confug. l.ſi ſeruus.ita & hic non licet bannitum nõ reſiſtẽtem,immo iudici obedientem interficere. Præterea hic erat in cuſtodia reipub. ergo debet reſeruari vt torqueat᷑.C.de epiſco.audien.l.raptores.& vt ſaluus ſit debito ſupplicio.ff.de quæſtio.l.quæſtionis. & de cuſt.reo.l.j.de male.& ma.l.ſi.alle. Bald. pro hac parte l.additos.C.de epiſc.audien. vbi dicitur ꝙ priuatus non poteſt impedire iudicis executionem. Item addebat rationem,iudex eſt executor ordinarius, iſte priuatus extraordinarius executor. Sed ubi locum habet remedium ordinariũ ceſſat extraordinarium.ff.de mino.l.in cauſe. Soluit Iac.quæſtionem pro hac parte per iura prædicta ac etiam quia lex permittit hoſtẽ occidi.l.iij.§.fina.ff.de ſica. Et tñ poſtquam captus eſt occidi non poteſt vt inſtit. de iure perſo.§.j.de ſtatu homi.l.iij.§.ſerui. Et facit ff.ad l.aquil.l.ſed & ſi quecunq;. Item quia cauſa propter quam poterat a quolibet occidi,ſcilicet defectus publice vindicte ceſſat in propoſito ergo &c.l.quod dictum ff. de pac. Ad contraria reſpondet. Primo ad verba ſtatuti. quia intelligitur alio non interueniente quod impediat. Similiter tutor & legatarius poſſunt eſſe teſtes hoc intelligitur niſi aliud impediat.ff.de teſtamen.l. qui teſtamento in prin.& de obſequijs.l.ti tius. ſic & alias in l.non erit.§.dato. de iureiuran.& l.tutor. Itẽ quia vbi vna lex non diſtinguit.l.vna.C.de inof.donat. Facit lex vt gradatim.§.ſed & ſi lege.de mune.& hono. Non ergo factum eſt lege permittente, immo vetante.& ſic quaſi omnia argumenta tolluntur. Addit etiam ſi quis dixerit hoc ius occidendi competere reipubli.& cuilibet alij inſolidum, ſicut alias dicitur in lege ſi cui.§.iiſdem. de accuſa. locum habuit præoccupatio.ff.de procurato.l.pluribus. Plus dicit & notabiliter.quod ſi eodem tempore concurreret reſpublica & priuatus deberet reſpublica præferri. aut tanquã ille cui ius directo competit.C.de nouati.l.iij. Aut quia eius voluntas equior eſt quia continet viam iuris & iuſtitie ordinariã ar.ff.de re iudi.l.inter pares.& C.qui bo.ce.poſ.l.fin. Addit rationem quod potentia offenſionis procedit propter contumaciam quæ eius pœnam aggrauat vt l.relegati.ff.de pœ.illa autem contumacia eſt ſinita poſtquã eſt in manibus familie.ſ.quo ad hunc effectum vt a quocunq; poſsit occidi. Remanet ergo ſolum pœna primi delicti ob quod bannitus eſt. Adducit ſimile de feris beſtijs,que licet a quocunq; capi poſsint, nõ tamẽ poſſunt capi cum ſunt in manibus alicuius.ff. de acqui.re.do.l.iij.in ſi. Et hanc partem tenet Cy.in d.l.libertas.& Bart.in d.§.transfugas addens ꝙ illi qui veniunt de neceſsitate ad ciuitatem dicuntur habere ſecuritatem a lege.l.ij.§.legatis,ff.de iudi.& ff.de legat.l.ſi. Sic etiã dicimus in teſtibus vt ea. l.ij.§.ſi quis.& ſic concludit ꝙ ille qui dicitur a familia de neceſsitate venit.& ſic dicitur habere ſecuritatem a lege. Ideo illum occidẽs incidit in l.iul.ma.ar.ff.ad l.iul.ma. l.j.& ibi ẽt hoc ſequit᷑ Ang. Credo quod verũ eſt eũ non potuiſſe occidi in manibus familie.& quod illum occidens teneatur pœna legis cornelie de ſica.per d.§.trãsfugas. Sed non puto quod teneatur pœna legis iulie maie,tum quia iure non cauetur de ſecuritate legis niſi in certis caſibus inter quos iſte nõ reperitur. Tum etiã quia pœnę non debent extendi.ff.de pœ.l.interpretatione. & l.ſi præſes ac etiam quia in ciuitatibus alijs ab vrbe tali pœnæ locus non eſt vt dictum

Source : BIU Cujas

ctum fuit ſupra parte prima huius tempo-ris.q.xv.& hæc locum habent quando iuſte captus erat. ſi vero iniuſte, vide infra queſtione xxxj.

29 *Vigeſimonono* †Statuto cauetur ꝙ capiens bannitum debeat habere centum a communi, altero punitur vadens in alterius territorium ad aliquem capiendum. Titius bannitus de Florentia vbi eſt ſtatutum erat in territorio Florentino. Sempronius voluit eum ibi capere. ille vero aufugit in territorium bononiẽſe & ibi a dicto Sempronio eum inſequẽtem captus fuit. Queritur an potuerit capi. & ſic Sempronius debeat puniri virtute alterius ſtatuti Ioan. And. in d. titu. de accu. §. ſequitur. verſicu. quid ſi quis in ſuarum additi. verſi. elegans Old. quæſtio. refert Old. diſputãdo terminaſſe Titium capi non potuiſſe. & ſic Sempronium puniendum. Allegat primo pro caſu. l. quis ſit fugitiuus. §. idẽ cecilius. ff. de edil. edi. Et ibi declarat qualiter inducatur ponendo ibi caſum ſed nimis prolixe quia in gloſſ. ſatis apparet. & confirmat hoc dictum quod ex iure loci non debebat alium locum ingredi. Allegat. ff. ad mace. l. ſi filius. §. fin. Adducit etiam. l. qui cum maior primo reſponſo de bonis lib. Item quia conditio exiſtentis in fuga poteſt ad eius commodum variari. l. ſi quis in ſeruitute de fur. Sic ergo cum intrauit territorium boñ. factus eſt liber. deducit etiam not. in l. talis ſcriptura de leg. j. in vlti. glo. & ꝙ verba ſecundi ſtatuti ſunt clara ergo ſeruanda l. nõ aliter de leg. iij. & quia limitatio locorum eſt certa & ſic nulla reſtat iuris. q. l. ancille. C. de fur. Et dicit non prodeſſe licitum principium, quia propter mixturam inſpicitur id quod nocet vt no. de reg. cato. l. j. & ibi concor. Ac etiam quia effectus ſecutus eſt in loco prohibito. Et ideo a prin. licito legem non aſſumit. Allegat. ff. ſi ſerui. ven. l. ſicuti. §. ariſto. & ad l. aquil. l. quemadmodum. in prin. Et ſic ceſſat perceptio rei altero prius illam apprehendente. ff. de acqui. re. do. l. in laqueum. & l. naturalem. §. illud. Item quia pacificãtur exceſſus in loco & exceſſus in modo. inſti. de act. §. huic autem, ſed exceſſus in modo punitur vt l. j. C. vnde vi, ergo & exceſſus in loco. facit. ff. de adul. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. imperatore, vbi punitur qui plus fecit quam debuerit. Et ſic cõcludit talem capiẽtem puniri. Quod etiam ſentit Barto. in d. §. idem cecilius. Hanc diſputationem ſi integram videre velis recurre ad Albe. vbi ſupra q. lxxvij. Vnum nolo omittere quod ipſe Old. dixit quod cũ alicui conceditur facultas limitata, ille qui excedit limites, non facit ſibi conceſſum, ſed aliud. ff. ad Trebel. l. ſed ſi ante. quemadmodum ſerui. amit. ſi communem. §. j. manda. l. diligenter. de re. eorum qui ſub tut. vel cur. l. ſi pupillorum. §. ſi pretor. Sed ad capiendum bannitum ſunt limites limitati per ſtatutum. ſ. intra territoriũ. Qui ergo excedit, aliud facit, & ſic prohibitum. & ideo quãtumcunq; bonus effectus ſecutus ſit nihilominus punitur. C. de nego. geſt. l. fi. Et ideo venit a premio repellendus quia eadẽ non poteſt eſſe cauſa pœnę & premij de nego. geſt. l. ſiue hæreditaria. ex hoc vltimo colligo quod quo ad premium aſſignatum capienti bannitum generale ſtatutum reſtringitur ad hoc locum ſtatuentis licet quo ad euitationem pœnæ talis reſtrictio non fiat vt dicam infra q. xlvj. & ratio poteſt eſſe diuerſitas lucri & damni argumẽ. l. fina. C. de codicil.

30 *Trigeſimo* †Pone ſupra proxime dictũ eſt de priuato capiente extra territoriũ Officialis florentinus puta vicarius alpiũ cepit banniũ de Florentia in territorio bononienſi. Quero an poſſit contra illum executionem facere an vero teneatur eum relaxare & priſtine libertati reſtituere. Hæc quæſtio videtur fortior præcedenti, quia nullum præſupponitur ſtatutum diſponens contrarium, ſed eadem nihilominus debet eſſe deciſio. Et ſi ponis quod bãnitus a principio non eſſet in territorio florentino ſed in bononienſi, & inde extractus fuerit, res eſt clarior, non enim fregit fines banni, & per conſequens capi non potuit. ita dicit Iaco. But. in auth. iudex. C. de epiſ. audi. Et ita etiam determinauit Fran. de Aret. in l. quis ſit fugitiuus. §. idem cecilius. per illum tex. & per not. in l. a diuo pio. §. j. de re iud. & in l. additos. C. de epiſ. aud. per l. extra territorium. de iur. om. iud. Eſt enim tunc officialis exiſtens in alterius territorio ad inſtar priuati. l. ij. ff. de offi. proc. & le. ſecũdũ Bal. in d. l. additos. & ex his patet ꝙ tanquã ſpoliatus ſua libertate ante omnia reſtituendus eſt l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. iul. de vi. ſi per vim vel alio modo l. ij. Et videtur expreſſe caſus in l. ſi quis liberum. ff. de proba. & facit de liber. cau. l. liberis. §. fin. & de acqui. re. do. l. nemo. probatur etiam per l. plerique. ff. de in ius vocan. probatur etiam ex vi verborum ſententie banni quæ regu



Source : BIU Cujas

ſariter ſe habēt ſi venerit in fortiam &c. Ille autem qui in fortiam hoc eſt in locū ſubditum violenter ducitur non dicitur venire vt l. qui neq;. ff. de verb. ſigni. ſecundum iij. lec. debet igitur relaxari & priſtine libertati reſtitui, etiam ſi fuerit ab initio in loco florentinorum, & deinde fugiens captus fuerit in territorio Bononienſi vt in themate dictum eſt per iura & rationes ſupra proxima q. facte.

31 *Trigeſimoprimo* †queritur viſum eſt ſupra proximis qō. ꝙ nec a priuato nec ab officiali publico bānitus poteſt capi extra territorium. An talis ſic indebite captus in manibus detinentis poſſit impune occidi. Dices tu ꝙ hęc qō eſt ſuperflua, quia ſupra xxviij. q. determinatum eſt captū non poſſe occidi & inter alias rationes fuit allegata ratio præuētionis per l. pluribus de procu. quę videtur habere locū in omni caſu. Item cum ſit in manibus familie, ſiue iuſte, ſiue, iniuſte, eripi non debet. in authen. vt omnes obed. iu. prouin §. eripiāt. Qui tex. generaliter loquitur.

Sed pro clariori deciſione ſeparādi ſunt termini quæſtionis. & ideo primo quero an captus indebite a familia poſſit impune eripi de manibus eius Bar. in l. ſed eximēdi. §. j. ne quis eum qui in ius voc. eſt vi exi. non determinat ſed arguit qđ ſemper eximens puniatur. C. de male. l. fi. de his qui latro. l. j. & d. §. eripiāt Ang. vero eo. tit. l. j. not. dicit qđ aut captura nō tenet ex defectu iuriſdictionis, vel quia nullā habet iuriſdictionē, vel quia ſuæ iuriſdictionis terminos exceſſit, & tunc licite eximitur de manibus familie. Alle. l. prohibitum. C. de iur. fiſ. lib. x. Si aūt iuriſdictionē habebat licet iniuſte eū ceperit quia tūc reſtitutio non eſt fiēda de facto ſed iuris ordine per remediū appellationis ſecundū Inno. de offi. dele. c. ſi qū. Ad qđ etiā alleg. d. l. fi. de male. & l. quoties. de exacto. tribu. lib. x. Itē vbi captura eſſet iniuſta reſpectu ritus & ordinis eximens ēt debet puniri vt d. l. ſed eximendi. §. j. & l. ſi ꝑ aliū. §. j. eo. ti. Ex hac deciſione infertur ꝙ in caſu propoſito tolluntur oēs rationes facte in dicta xxviij. q. pro ea parte quæ occidi non potuerit. Et reſtāt facte in contrariū ꝙ occidi potuerit. non. n. habet locū ꝙ ſit in carcere, vel ꝙ ſit facta præuentio, vel qđ debeat res publica præferri, quia omnia iura ibi allegata intelliguntur in actu qui de iure valeat. Alij enim actus. ſ. de iure nulli quantū ad effectus prædictos nullū poſſunt effectū inducere. l. ſi pater. C. ne de ſta. defun. l. acqſaturus. ff. de adul. de re iud. l. iiij. §. cōdemnatū. Facit quod habetur in l. ſi pecuniam. §. pe. ff. de condi. ob cām. vbi ille qui eſt in actu relaxationis nō reputatur carceratus. Ex his patet qđ minus deberet puniri qui interfecit bannitū in manibus eius qui cœpit eum extra territoriū contra formā & tenorem ſtatuti. Fortius. n. eſt nullus actus factus cōtra legē quam ille qui eſt factus pręter legē. l. ſi non fortē. in princ. ff. de condi. inde. & l. cū lex. de fideiuſ. & ibi per Barto. & per doct. in l. non dubiū. C. de legi. Intelligo aūt deciſionē prædictā fore veram ſi ille qui interfecit occidiſſet eū impune ēt in loco a quo extractus eſt. Si aūt ibi non occidiſſet impune ſecundū ea quæ dicā infra lv. & lvj. q. non dicetur eū licite occidiſſe quia præſumitur mortuus in loco a quo inuitus iniuſte extractus eſt vt l. qui neq;. de verb. ſig ſupra q. proxi. alleg. Et ideo licet tūc nō puniatur in loco in quo occidit tamen puniretur in loco a quo contractus fuit ſi ibi ratione domicilij conueniri poſſet vt l. j. & ij. C. vbi de cri. agi. opor.

32 *Trigeſimoſecundo* †quęro q. dā in loco licito virtute ſtatuti pręmiātis capientē bannitū cœperat Titiū bannitū, & ad poteſtatem ducebat. Semproniū eū in ſuis manibus interemit, queritur an impune facere potuerit. Dicet quis hæc quæſtio eſt terminata per not. ſupra q. xxviij. ſ. ꝙ non. eſt. n. miniſter legis vt l. ij. C. qū lic. ſine iud. vin. & ſic locū habet præuentio licet alique rōnes ibi facte non adaptentur. Sed in contrariū arguitur & vr̄ quod immo potuerit occidi ꝑ iura & rationes ibi pro hac parte allegata, ac ēt quia vnūquodq; remedium eſt extraordinarium. ſ. captura & occiſio de facto facta, nullus. n. iure ordinarie iuriſdictionis facit ſed extra ordinem, ergo vnū non excludit aliū l. ſi cū exceptione. §. eū qui. ff. ꝙ me. cau. not. l. fi. C. ſi mi. ſe maiorē dixerit. & in l. j. C. de alte. iudi. quinnimo cū remediū occiſionis plenius ſubueniet rei publice quā captura illud præferri debet vt hr̄ in l. fina. C. ſi aduer. rem iud. & in l. in cauſæ. ff. de mino. & plene. in l. ī prouinciali. ff. de no. ope. nunc. Nec obſtat præuentionis ratio per l. pluribus. de procu. cum ſimi. quia illud verum qū circa idē fit præuentio. Operatur enim circa idē non circa diuerſa vt l. ſi pluribus de leg. j. capiens. n. pręiudicauit ius capiendi, & ducendi, & ſic premiū conſequē-

Source : BIU Cujas

di.Ergo non intelligitur abſtuliſſe viā alteri illum occidendi ſine premio quia ſunt diuerſa.Et ſic de vno ad aliud nō infertur ff. de calum.l.ſi. Si quis teneret iſtam partem per l.naturalem.§.illud & in l. laqueum.ff. de acqui.re.do.Reſpondet ad id quod diceretur eū non potuiſſe auferre ius quæſitū, vel querendum illi capienti in caſu quo repreſentaſſet per l. ſtichum.§.ſi de nouo cū ſi.ꝙ licet teneretur ei cui exemit ad ſuum intereſſe ſcilicet ad quantitatē quā conſequi debebat per l.ſed eximendi.§.j.ne quis eum qui in ius voc.per l.iij.C.de exac.trib. & quod dixit Bald.in l.abditos.C.de epiſ. aud.Non tamen lege cornelia teneretur.Et iſta pars eſt equior. Certū enim eſt eum occidiſſe bannitum qui non erat captus a familia,vel in publico carcere. Nec certum erat de manibus eius qui cœperat non euaſurum. Et ſic fauorabilius ſit reipu. eſſe in caſu certi quā in caſu dubij. Sufficit enim reipu. ꝙ ille moriatur.l. gallus.§.ſi eius de libe.& poſthu.Si autem non erat bannitus ad mortem,vel ad membrum ſed in pecunia,non ſolum teneretur capienti , ſed etiā rei pub,vt d.l.iij.de exac.trib.& alijs iur.ſuperius alle.prædicta quidem non procederent quo ad obligationem occidentis.ſi ille bannitus erat in manibus eius qui cœperat euaſurus ſi ille non occidiſſet. Tūc enim in nullo tenetur quia captus dici non poteſt ff.de in integ.reſti.l.non videtur cum ſi.

33 *Trigeſimotertio* †Circa prædicta inſtās quero.Quidā cœpit bannitum in confinibus duarum ciuitatum,adeo ꝙ eſt dubium an cœperit in confinio ciuitatis a qua bannitus erat, qđ multis modis poteſt contingere,queritur an fuerit iuſte captus ſiue a priuato ſiue a familia.Credo ꝙ hæc quæſtio debeat terminari ſicut terminatur quo ad cognitionem.Dicitur enim quod ſi in tali loco committitur maleficium vtraque ciuitas habet cognitionē ergo executionē l.a diuo pio cū ibi notatis.ff.de re iud.Quod aūt vtraq; ciuitas habeat cognitionem probatur per tex.in l.iuris peritos.§.cū oriundus.ff.de excu.tut. & l.ſiue contra.§.quia plaucianū de lib.agno. & quod dictū fuit ſupra parte ij. primi tēp. q.viij.Pro hoc quia cū ſint duo quorū vnū prodeſt & aliud nocet, nec apparet quod id ꝙ prodeſt ſit potentius altero. inſpicitur id quod nocet ff.ad ſil.l.ſi quis in graui.§.ſi. cum concor.Et idem puto ſi certum eſſet in quo loco captus fuiſſet,puta quia vnum pedem tenebat in vno territorio, aliū in alio, vel ſedebat ſuper lapide poſito pro confinio.Eſt.n.locus cōis. Et ſic intelligitur captus in proprio territorio ad ſil.l.j.§.domini.cū ſi.quod maxime verū eſt qñ pars capitis.i.ipſum caput exiſteret in parte capiētis l.cum in diuerſis.ff. de reli. & de fur.l. vulgare.cum ſi.Si aūt.dormiēdo totus eſſet in territorio a quo non eſt ex bannitus. & ſic dormiēdo caderet vel perueniret in territorium a quo bānitus eſt,non vr̄ quod capi potuerit.niſi experrectus ibi permanſerit argu.ff.ad l.aqui.ſi ſeruus ſeruū.§.ſi fornicarius,ꝙ intellige vt ibi niſi potuerit veriſimiliter caſum illū cogitare.Facit.ff.locati.l. ſi quis domum.§.j.& ad l. aquil.l. item mela.in prin.

34 *Trigeſimoquarto* †officialis licite quocūque reſpectu cœpit bannitum de quo agimus.Vult facere executionem ſine nouo proceſſu, queritur an poſſit.Iſtam q.ponit Guil.in Spe. in ſæpiſsime alle.§.ſequitur.verſi.ſed pone in tit.de accu.Et ibi dicit quod non poteſt de iure communi.Et idem ibi ſequitur Io.An. referens diſputationem Guido.de ſuza.qui idem de iure tenuit licet conſuetudine dixerit ſeruari cōtrariū.Idē dixit Dy.de iure & dixit eſſe caſum qui alibi nō reperitur in l.diuus.ff.de cuſto.reo.Idē dicit Cy.in l.impuberibus.§.item ſi quis.ff.de ſuſpe.tut.per eandē l.diuus.vbi Bar.idē dicit in bannitis ſecundū formā l.j.de requi.re.Sed in bannitis de qbus agimus qui cōdemnātur ex eo quod hñr pro confeſsis dicit ſtatim quod capiūtur ſine nouo proceſſu poſſe fieri executionē ſecundum formam banni. pro quo eſt glo.in l.pe.eo.ti.quę vult, qđ ficta cōfeſſio ęquiparetur vere.Hoc idē tenuit Odof. ſcđm Albe.vbi ſupra q.liij. vbi refert alias opiniones.Et qa loquūtur in bānitis alijs q̄ de quibus agimus nō refero, ſi libet ibi vide quia plene refert.Eſt ergo verū ꝙ bannum prædictū pōt ſine nouo proceſſu executioni mandari,ꝙ eſt verum,ſiue capiatur ab illo officiali q tulit ſnīam vel eius ſucceſſore qui idē cenſetur.ſiue ab alio ęqualē iuriſdictionē habēte, puta quia capitaneus capit bannitū a ptāte, vel ecōuerſo ſecūdum Bar.in l.a diuo pio.§.j.ff.de re iudi.vbi vide.Et vide q̄ dicā ſtatim in xxxvj.q. Dicit tñ idē Bar.ꝙ iudices anteq̄ exequātur, faciūt ꝙ talis bānitus recognoſcit ſe eſſe illū, qui fuit bannitus, de quo ſupra in primo tēpore parte iij.q.vlti.Prouidetur tamen cō-



Source : BIU Cujas

muniter per ſtatuta circa talē executionē.
Et ideo id ſeruandum vt l. omnes populi.
Vbi vero non eſſent ſtatuta permittētia eū
condemnari vt confeſſum & bannitus fuiſ-
ſet tanq̄ habitus a iudice propter eius fugā
& contumaciam pro confeſſo poſſet captus
ſuam innocentiā probare. Et etiam aduer-
ſarius ſuus crimen per l. petende. C. de tēp.
in integrum reſti. Etiam ſi tempus cognitio
nis eſſet elapſum vt not. dicit Ioan. And. in
præalle. ver. Sed pone ꝙ ex cauſa prædicta
non proſequor. Intelligo tñ id verū ꝙ poſ-
ſit probare innocentiā in omni caſu in quo
fuga non haberetur pro plena probatione.
Tunc aūt qñ haberet pro plena ꝓbatione
ſecus eſſet. Et ita intelligo q̄d no. per Ray.
in d. l. diuus. de quo etiam dixit Odof. ſe-
cundum Albe. vbi ſupra. Quando aūt fuga
faciat probationem vide per doc. in l. impu
beribus. ff. de ſuſpec. tut. per Bart. in l. lege
cornelia. ff. ad ſillen. & in l. admonendi de
iureiurando.

35 *Trigeſimoquinto* †pone ſtatu
to cauet q̄d
licet habea-
tur pro confeſſo, tñ anteq̄ bannū detur de-
beat accuſatus, vel inquiſitus certo modo
citari. Alio ſtatuto, vel eodem ſimili caue-
tur q̄d banniti ꝓ homicidio capti ſtatim fiat
executio ēt ſi ſolennitas non ſit ſeruata, q̄-
ritur nō facta citatione dicto modo debeat
bannum executioni mandari. Iſta quæſtio
fuit antiquitus diſputata vt refert Alb. vbi
ſupra q. lxxj. vbi latiſsime arguit ſed ſuc-
cincte referam. Et primo quod debeat fieri
executio. Statutum quod de executione di
cit allegat caſum vt maleficia nō remaneāt
impunita, ergo videtur derogari principio
ſtatuti. ff. de teſt. tut. l. ſi hæreditas. §. j. & l. te
ſtamento & quia vltima derogant priori-
bus in vltimis voluntatibus de leg. j. l. ſi mi
hi & tibi. §. in lega. cum ſi. Et in pactis vt l.
pacta nouiſsima. C. de pac. ergo idem in ſta-
tutis. Item quia pro ſolennitate banni præ-
ſumitur de verb. obli. l. ſciendum de proba.
c. in præſentia. & ideo ſententia non eſt vē
tilanda, ſed exequenda. C. de execu. rei iu-
di. per totum item quia ſi tollitur a ſtatuto
ſolennitas ipſius banni quod eſt maius er-
go tollitur ſolennitas citationis quæ eſt mi
nus arg. ff. de publi. l. ſi ergo. §. idem agit. In
contrariū allegat quia finis ſtatuti directo
videtur contradicere, vnde ergo neutrū ſer
uandum de reg. iur. l. vbi repugnātia. & C.
de fide inſtru. l. ſcripture. Et ſic debet ſtari
iuri communi ſecundum quod bannum eſt
nullum. C. & ff. de requi. re. quo. & quādo
iu. l. ij. & l. tres denuntiationes. de ſenten.
prolatam. Item quia prima pars ſtatuti con
tinet iuſtitiam & concordat cum iure com-
muni. ff. de in ius vo. per totum. C. de anna.
excep. l. vt perfectius. & de dam. infec. ff. l.
iiij. §. toties. Vltima vero pars quæ loqui-
tur de executione eſt cōtra ius. & ideo prin
cipium debet ſeruari & non finis argu. ff.
de libe. & poſthu. l. cum quidam. nec poteſt
dici quod finis corrigat principiū quia hoc
non eſt in ſtatutis, cum eodem tempore vi-
res ſumant ſecundum opi. multorum. C. de
teſta. tute. l. ij. magis ergo finis iniquus re-
ſtringitur ab equo principio. Item recte in-
tellecto ſtatuto finis non contradicit princi
pio, quia principium loquitur de ſolennita
te ſeruanda in modo citandi bannū & ſen-
tentiam. & ſic principium ſtatuti ſeruandū.
Et ita determiuat bannum non tenuiſſe &
executioni mandari non debere obſtante
nullitate, maxime per vltimam rationē ſu-
pra factam & per fauorem qui in dubio de
betur reo vt in regula fauorabiliores. Vt vi
des diſputator locutus eſt in caſu quo idem
ſit ſtatutum qui eſt minus dubitabilis. non
enim eſt veriſimile quod ſtatuentes volue-
rint ſtatim ſe corrigere l. non ad ea. ff. de cō
di. & demon. Item cum poſsit ad diuerſam
ſolennitatem referri finis vt ſupra non de-
bet intelligi referri finis ad ſupra dictā ſo-
lennitatem illam corrigendo l. talis ſcriptu
ra. in fi. ff. de leg. j. & quod ibi no. Item quia
clauſula præcedens eſt fortioris naturę ad
ad determinationem ſequentium quam ſit
ſequens ad determinationem præcedētium
l. filium. ff. quādo di. le. ce. Et not. in l. quiſ-
quis. de lega. iij. ſic itaque licet in probatio
ne banni non fuerit ſeruata ſolennitas, pu-
ta quia non fuit lectum, vel quia non ſeden
do fuit prolatum vt l. ij. C. de ſen. ex peri.
reci. Si tamen citatio de qua ſupra fuerit ſe
cūdum modum a ſtatuto traditum facta ta
le bannum executioni mittetur ſecundum
finem ſtatuti. Si autem omnia ſolennia fue-
rint obſeruata in probatione banni, ſed nō
fuit facta illa citatio ſecundum modum ſta-
tuti, minime mittetur executioni ſecundū
ipſius ſtatuti principium. Si autem tempo-
ra cognitionum largiantur poterit de nouo
cognoſci. l. ſi vt proponis. C. quomodo &
quando iu. ff. de accu. l. libellorum. §. ſed ſi
aliud. Si vero tempora non largiantur de-
bebit libere relaxari. l. accuſaturus. ff. de
adul. Si autem diuerſis ſtatutis talia diſpo-
nantur res vr̄ habere maiorem dubitatio-

Source : BIU Cujas

nem.Si tamen ſunt diuerſa ſtatuta in eodẽ volumine & eodẽ tẽpore approbata quaſi omnia præallegata locum habent.Et idem eſt ꝙ ſupra dictum eſt per no.in d.l.ij.de teſta.tut.per Cyn.& plene per Bart.in l. omnes populi dum tractat de ſtatutis contrarijs.Sed & ſi poſt primum ſtatutum ſit noua reformatio idẽ erit,tum quia legum correctio eſt vitanda ſi ſine correctione lex noua poteſt aliquid operari.l.ſi quando.C. de inof.teſt.& de appel.l.præcipimus. cum ſi. & vnius cum alia concordatio facta.C.de inof.do.l. vna de petitio.hære.l. vtrum.cũ ſimi.tum quia noua generalis & trunca reſtringitur & declaratur ab antiqua lege nõ eſt nouum.& l.nam & poſteriores.ff.de legi.& quod habetur in l.ſciendum.ff.qui ſatiſ.cog.& in authen.offeratur C.de litis cõteſta.& vtrobique per glo.& doct.tum etiã quia ſolennitas illius citationis intelligitur in ſecunda l.repetita.ff.de coniun.cum emã ci.libe.eius l.nihil.& plene per Roffre.in xlv.q.p.Bar.in l.prætor.§.eritq; differẽtia. ff.vi bo.rap.Et per Ioan.And.antiquã prędictam diſputationem referentem in addi. Spec.in ti.de ſen.execu.§.poſtremo. verſi. xvj Quæ quia in voluminibus habẽtur hic non inſero.

36 *Sexto & trigeſimo.* †Due ciuitates erant cõfederate,puta Florentina ciuitas cum ciuitate Senarum,Titius fuit bannitus de Florentia,dum habitaret Senis,fuit ibi captus per poteſtatem qui volebat eum decapitare ſecundum Banni tenorem. Queritur an poſſet. Dicebant quidam quod ſic, per text.l. non dubito.ff.de cap.Bar.autem ibi determinat legem illã hoc nõ dicere. Sed quod põt ita ſtatutũ fieri in vna ciuitate ex confederatis,quod delinquẽs in alia poſſet ibi puniri.ſ.in altera quæ ſtatuit.Et ideo in ꝓpoſito ſi ex forma confederationis quæ poteſt fieri cũ pactis paribus & maioribus, & minoribus cum libertate tñ populorum vt in d.l.non dubito quod quando ſit habetur per Bar.in l.fi.ff.de colle.illicitis.Illud diceretur vel in ciuitate Senarum eſſet ſtatutũ, vel etiam in ciuitate Florentie,forte eadem ratione per generalitatem illius legis poſſet ibi talis capti fieri executio.de quo etiã per eum & Bal.in l.cunctos populos.C. de ſum.tri.& ita debet intelligi quod ſenſit in l.a diuo.§.j.de re iudi. alleg.l. non dubito. Pro quo ẽt vide dictũ Bart.in extraua. qui ſint rebel.ſuper ver.rebellando.in ver.ſed an ſint rebel.vſque ad ver.de pœna autem. Vbi dicit ꝙ in dubio talis confederatio vr̃ fieri æquali fœdere per d.l. non dubito. Et ideo ſi actũ eſt ꝙ inuicem ſe tractẽt vt ciues in ciuilibus & criminalibus,intelligitur vt vna contra aliam leges grauiores non imponat ꝗ̃ tunc eſſent quia in ſocietate inſpicitur tempus ſociorum tempore inite ſocietatis.ff.pro ſocio.l.ſocius ſocio. & fa. herciſ.l.hæredes.§.non tantum.

37 *Trigeſimoſeptimo* † pone ꝙ epiſcopus ſecundum formã ſuæ conſtitutionis pro crimine ſpirituali in quo habet iuriſdictionem inter alia contra laicum vt in c.fi.de foro compe.lib. vj.& de iudi.c.decernimus poſuit Titium in banno. Queritur an iudex ſecularis debeat illum tanꝗ̃ bannitum tractare & eius ſententiam executioni mandare.Bart. in l. diuus.ff.de cuſto.reo.in cõdemnato ab inquiſitore tenet ꝙ non, ſed quod poteſt de nouo proceſſum facere & de delicto cognoſcere. Alle.in auth.de ſan.epiſ.§.ſi vero crimen.col.ix.& Guil.in l.magiſtratibus.ff.de iur.om.iudi.Quia iſta q.eſt de materia canonica,eis eſt relinquenda.l.conſulta diualia.C.de teſt.Quantum tamen attinet ad q. propoſitam de bannito ab epiſcopo, videtur caſus in cõtrarium in c.j.de offi.ordi.de quo dic vt ibi maxime per Inno.Quantum vero ad ſententiam latam ab inquiſitore videtur etiam eſſe contrarium eius quod ipſe Bar.dicit vt habetur in ca. vt inquiſitionis officium de hæreti.lib.vj. Lex vero diuus non facit quia loquitur in damnatis ab illis qui iuriſdictionẽ non habebant. Si autẽ habuiſſent iuriſdictionẽ aliud eſſet vt l.nõ dubiũ eo.ti.Secundũ ergo prędicta apparet regulariter tenendũ quod bannitus ab eccleſia debeat tractari vt bannitus ẽt a priuatis ſiue laicis de quo in d.c.j.Et ideo forte verum eſt ꝙ ſtante ſimpliciter ſtatuto in vtilitatẽ interficiẽtis,bannitus occidens talẽ bãnitum non debet puniri. Conſideranda tamen eſſent & cõſtitutio epiſcopi, verba bãni,& ẽt ipſius ſtatuti.ff.de iur.immu.l.ſemp.

38 *Iuxta prædicta* trigeſimooctauo † querit.Quidam cepit bannitum eũ ad iudicẽ non duxit ſed in priuato carcere tenuit, ſ͡a in ſua domo recluſit, an veniat puniẽdus.de premio non eſt dubium quia illud non conſequitur niſi iudici repreſentet etiam ſi ſtatutum ſimpliciter premiat capientem l.iij.iiij.& l.interdum.



Source : BIU Cujas

§.qui furẽ.ff.de fur.& C. de rap. vir.l.vna ſed dubium eſt,an incidat in pœnam priuati carceris.ad cuius q. determinationem aduertendum puto ꝙ ſecundum Bart.in l.capite quinto.ff. de adul. quidã priuati ſunt qui habent ius capiendi & detinendi vt dominus ſeruum & pater filiũ.l.j.& ij. de pa. pote.ff.de lib.ho.ex hi.l.iij.§.j.& ij. Et iſte ſine dubio pœnam priuati carceris carcerãdo filios,vel ſeruos.non incurrunt,tangitur in d.l.j. de priua.car. Quidã ſunt qui nullũ habent ius capiendi neq; detinendi. Et in iſtis eſt aduertendũ ob q̃ cauſam aliquẽ capiunt.Si enim capiunt vulnerãt & occidũt in continenti inſpici debet ſolũ illud delictũ propter ꝙ capiebant.ff. ad l. aquil.l.illud.Sed ſi ex interuallo occiderent.tunc tenerentur de vtroque & de priuato carcere & de occiſo.l. nunꝗ plura.ff. de priua. delic.Et iſte nõ eſt caſus noſter. Quidã ſunt q habent ius capiendi.Et iſti ita demũ videtur committere in pœnã priuati carceris ſi vltra.xx.horas captũ detineant vt d.l. c.v. Et ideo dixit ibi Bar.ꝙ ſi quis capit falſatorẽ monete per l.j.C. de fal.mo. vel furẽ ſecundum formam l.itaq;.ff.ad l.aquil.& l. ſi quis in ſeruitute circa finem.ff. de fur. vel debitorem ſuũ fugientẽ per l.ait pretor.§.ſi debitorem.ff.de his quæ in frau. credi . Et idẽ in quolibet qui poteſt capi propria authoritate de quibus vide Spec.de accuſatore.§.j.circa prin.& detinerent vltra.xx.horas incideret in pœnã priuati carceris. Ex quibus videretur concludi ꝙ poſtꝗ eſt data licentia capiendi bannitũ,ſi eum captum detinuerit vltra xx. horas incidat in pœnã priuati carceris per d.l.capite quinto. Pater enim poteſt adulterum occidere ſicut quilibet bannitũ l.patri.eo.ti. Et tñ ſi eũ detinet per xx.horas punitur.Ergo & capiẽs bannitũ & ſic detinens. Sed aduertendũ ꝙ marito,vel patri non licet indiſtincte occidere adulterũ ſed cum diſtinctione & incõtinenti vt eo.ti.l.ꝙ ait.& l.marito. Et ideo ſuccedit diſpoſitio l.capite quinto.Bannitũ autẽ quis poteſt indiſtincte offendere & occidere.Ergo lex illa nihil facit.Et ſic in nullam pœnam videtur incidere is de quo queritur.maxime quia quẽ poteſt occidere fortius poteſt contumelijs afficere l. nec in eã eo.ti.quod etiam oſtendi videtur quia talis detentio eſt offenſio etiã in perſonã ſecundum Innoc.in c.nuper.de ſenten.excõ. Erge eſt licita ex forma ſtatuti permittentis eum impune offendi.Et ita tenuit Alb. vbi ſupra q.xcv.Id aũt ꝙ dicit in d,l cap.quinto de xx. horis debet intelligi ibi & vbicũque illa diſpoſitio locum haberet niſi ex aliqua cauſa iudici aliter videatur arg.ff.ſi quis cau.l.ij.quaſi per totum.Si aũt cum poſtea dimittit vide quæ dicã infra parte proxi.quæſtio.xxviij.in fi.

39 *Trigeſimonono* †ſtante ſtatuto prædicto ꝙ bãnitus poſsit impune offendi.Titius occidit Bertã bannitã, queritur an excuſetur a pœna virtute ſtatuti.Guido de Su.in queſtionibus ſtatutorum ſub litera .P.format quæſtionẽ.Et arguit ꝓ & contra finaliter determinat ꝙ ſic,quia in diſpoſitionibus legalibus ſiue odioſis ſiue fauorabilibus prolatio maſculini comprehendit fœmininũ.ff.de verb.ſig.l.j. & in cõcor.ibi poſitis,& ad iura in contrariũ faciẽtia reſpondet ꝙ loquuntur in diſpoſitione hominis ſiue teſtatoris.Et ſatis bene loquitur in materia.Hæc deciſio vera eſt per notata per Cy.in l.quicunque.C.de ſer.fu.& l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.Illi.n.nomini bannitus conuenit terminus cõis mari & fœmine.ſ.homo.Et ita ſi in plurali loquitur ſtatutum & ideo locũ habet ẽt in fœmina maxime exiſtẽte eadem ratione ſed ibi not. Et per Dyn.in l.j.ff.de verbo.ſignifi.& ibi etiam per Bartol. ſed latius in l.j.§.verba.ff.de pecu.

40 *Quadrageſimo* queritur† Alio ſtatuto cauetur ꝙ viri bannitorũ debent expelli de ciuitate.An econuerſo vxor banniti erit expellẽda.Hanc q.formauit Bal.in l.quicunque.C.de ſer.fugi.& determinauit ꝙ non,quia odium irrationabile non debet extendi.C. de ſecun.nup.l. fin.ff. de contratabu.l.iij.§.ſi emancipatus.

Aduerte quia deciſio præſentis quæſtionis non habet cum iſta communicationem, hic.n.nõ aptatur terminus cõis, ſed homo. Item fœmininum non dominatur ab eodẽ nomine,ſed diuerſo, quia maſculinum dicitur vir,fœmininum dicitur vxor. Sed cõtra prædictã deciſionẽ vr̃,quia diſpoſitio in vno ex correlatiuis ſicut ſunt vir & vxor traditur ad alium vt l.fin.ff.de acceptila.cũ concord.& C.de cupreſ.ex lu. damaſcen.l.j.lib.x.& C.de indi.vidui.l.j.& ibi per Bar. Sed reſpondeo quod illud verum ex eodẽ actu non ex diuerſo.& ideo licet ex banno vxoris expellatur vir, non tamen ex banno viri debet expelli vxor ſaltem qu a diuerſa ratio eſt.Non enim poteſt vxor detinere virum a delinquendo ſicut vir vxo-

Source : BIU Cujas

rem l.j.§.quæ onerandæ.ff.qua rerum actio non da.& quod not.in l.ſi vxorem.de condi.inſer.cum ſimi.

41 *Circa idem* cauetur ſtatuto latius †quod familia banniti debeat expelli de ciuitate. Queritur c.xlj. An per hoc erit expellenda vxor. Albe. vbi ſupra cx. q. dicit Old.tenuiſſe quod non, quia nulla lege cauetur ꝙ vxor ſit de familia viri, & remittit ad not. per ſe in l. pronuntiatio.§.familiæ.de verbo.ſigni. Sed eſt in hac,q.aliter cōſiderandum. Dictum enim ſtatutum poſſet duobus modis intelligi. Vno modo ꝙ familia viri ſumatur pro tota eius agnatione ſicut dicimus in l.j.ad ſille.& d.l.pronuntiatio. Alio modo vt intelligatur pro ſimplici familia ipſius viri, cuius ipſe eſt caput, vt eadem l. & in l.ſi.C.de verb.ſig. Et quia ſtatutum eſt odioſum & contra naturalem rationem quod vnus præmatur delictis alterius, debet ſine dubio intelligi in mitiorem & ſic in ſecundā partē.ff.de pœnis l.ſi præſes. Et quod dictum fuit ſupra in primo tēpore parte j.viij.& ix.quæſt. Et ideo vidēdū eſt an dicatur de talis viri familia. & vr̄ quod ſic per text.in d.l. pronuntiatio.§.familiæ.vbi Dyn. dixit ad literā contrarium eius quod dicit Alb.dixit enim quod ſi bānnatur vir & familia ſua intelligatur bannita vxor. Pro hoc quia qualitatem conditionis viri vxor trahit ab eo.ff. de ſenato.l.fœmine. hinc eſt quod dicitur popularis nupta magnati efficitur magnas. & econuerſo magnas nupta populari dicitur popularis ſecundum Bald.in d.l.fœmine.& Franci.de Aret.in d.l.ſi.C.de verb.ſig. Pro hoc videtur tex.in d.l.j.ad fin. iuncto.§.ſi vir qualitercunque.in princi.exponatur nomen domus.ibi enim dicitur quod viri & vxoris vna eſt domus. Pro hoc l. fin.C. de incolis. & l.mulieres.C.de dig.& quod vir & vxor dicuntur vna caro, & ſit inter eos communicatio diuini & humani iuris.ff.de ritu nuptia.l.ij. Et hoc videtur velle Bal.in d.l.fœmine.vbi cōcludit ꝙ vxor dicitur proprie de familia viri. In contrarium facit quod ſcripſit Barto. in d.l.ſi.C. de verbo.ſig.vbi dixit ꝙ vxor non dicitur proprie de familia viri ſed improprie & largo modo. & ideo non continetur in ſtatuto licet prima pars ꝓ qua allegaui de iure ſit verior, quia non ſolum vxor quæ aſtringitur tot vinculis ipſi viro, quinimmo & ſerui de eius familia ſunt. Tamen ex benigna interpretatione debet intelligi quod vxor non intelligitur quantum ad hoc de eius familia. In pœnis enim ſemper ſit benigna interpretatio, vt l. interpretatione.& d.l. ſi præſes.de pœnis. Quod intelligo verum, niſi ex communi vulgi opinione vigenti ſtatuti confecti tempore vel ex interpretatione poſtea debite facta aliud probaretur l.labeo.ff.de ſuppel.& l.cū de lanionis.§.aſinam. de fun. inſtru.cum ſimi.& ff.de legi.de quibus.& l. ſi de interpretatione. Et ita in ſimili determinauit Cyn. in l. qui in adoptionem. ff.de adop.

42 *Quadrageſimo* ſecundo queritur. †An ſtatuto dictante qđ filij bannitorum expellātur de ciuitate cō prehendantur filię. Albe. vbi ſupra q.lxv. refert Iacob.de Aret.tenuiſſe ꝙ non.in l.j. §.primo.ff.de ven.in poſ. mitten. voluit allegare.§.toties.vbi patet quod exheredato filio qui naſcetur, quia poteſt naſci filia mittitur venter in poſſeſsionem. Ex quo infertur quod filia non intelligitur exheredata. alias enim venter in poſſeſsione non mitteretur per illum titulum vt ibi. & ibi proprie ſa.inducit propoſitū & hoc ideo quia ſicut ibi odium eſt irrationabile, vt l.ſi quis in ſuo.§.legis.C.de inoffi.teſtamen. ideo nō comprehenditur filia. Ita & in filijs bannitorum, quia irrationabile eſt quod ex delicto patris premantur filij, vt l.ſancimus.C. de pœnis. cum concor. & ita ſequitur ipſe Albe. ſed per alia verba. Barto. ibi aliter videtur dicere per not.in l. ſi quis in tantam. C.vnde vi ſed ibi poſt nomen ſiquis cadit terminus communis. vt dixi ſupra. xxxix. & xl. Notandum ergo eſt quod vbi de odio irrationabili tractatur diſpoſitio facta de filijs non comprehendit filias, in quo nō iuſto, quia eſt fauorabilis deciſio. Pro quo vide in remiſsionibus quas dedi, vbi ſupra. Subdit etiam ibi Alb.quod ſi tempore ſtatuti pater bannitus erat mortuus, quod ēt maſculi eius filij non expellantur, quia non ſunt filij banniti allegat ff.de ſenato.l.emācipatum.§.item labeo. qui tex.facit in contrarium. vide quæ dicam infra in vltimo tempore, parte ſecunda quæſtione decimatertia & decimaquarta.

43 *Quadrageſimo* tertio queritur. †Stāte dicto ſtatuto de expellēdis filijs bannitorū, an cōprehēdant̄ filij nō legitimi. Hęc qō poteſt in ſe habere duo capita. Primū an contineātur filij naturales ꝗ nati ſunt ex cōcubina legitima, qbus ꝓprie



Source : BIU Cujas

conuenit nuncupatio baſtardorum vt not. ff.de concubi.ſuper rub.de regu.iur.l.quoties idem ſermo. & in l.fin.C.de natu.li.in authen.inceſtas.C.de ince.nup. Secundum an contineantur alij illegitimi nati qui diuerſis nominibus nuncupantur, vt habetur in c.niſi cum pridem . de renun. ſed cõiter dicũtur ſpurij.ſ.ex quocunq; damnato coitu nati, in authen.qui.mo.na.effi.ſui.§.fina. Quo ad primum videtur primo dicendum quod ſic.ff.de in ius voc.l.parẽtes. & quod nota.in cle.j.de baptiſ.In contrarium C.de adulter.l.iij.& l.filium.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur. Dixit Gui.quod aut ſtatutum fundatur ſuper ratione naturali, & continẽtur naturales, vt ĩ primis iuribus,aut ſuper ciuili & non continentur,ita ſoluit contrarium in d.l.parentes. Sed Bar.ibi ſoluit aliter. Quod aut tractatur de fauore & habet locum lex parẽtes,aut de odio,& habet locum contrarium,Cy.vero ſoluit ſecundum Gui.ſed addit in ij.membro quod aut ſtatutum continet odium , & verum dicit Guil. aut fauorem,& continetur in ſtatuto quantumcunq; ſubdetur ſuper ciuili ratione , vt ipſe no.in l.quiſquis.C.ad l.iul.ma. & in l.libertinum.C.inter.ma.Secundum hęc videretur dicendum quod naturales filij in tali ſtatuto non comprehẽdantur, tum propter ſo.Bar.tum propter dictum Cy.Sed cõſidera quod diſpoſitio legis parentes vr̃ odioſa ſaltem quo ad filios.ff.de in ius voc.l.quinque.§.prætor ait.Ergo vr̃ quod ſaltem pro illa parte deberet reſtringi,vt not.in l.ij.C. de in ius voc.& ibi per Bal.etiam in ſtatutis.Sed reſponde quod cũ ſit in materia correlatiuorum non poſſet reſtringi ex parte filiorum quin reſtringeretur ex parte parẽtum.Et ideo fauor eorũ pro quo illa diſpoſitio fuit facta preualet vt extendatur l.qui exceptionem.ff.de condi.indeb.Remaneat ergo cõcluſio,quod vbi lex mouetur naturali ratione,contineantur naturales. Vbi ciuili aut tractatur de odio & non cõprehendantur, aut de fauore & comprehendãtur. Et ideo in propoſito cum contra rationem naturalem,immo & diuinam ſit quod filius propter patris iniquitatem prematur , non poteſt dici ſtatutum naturali ratione confectum.Et ideo reſtat ꝙ tãquam odioſum naturales non contineat,quod ẽt poſt diſputationem tenuit Bal.in d.l.quiſquis vbi vide. Et ex iſta deciſione patet quod examinatio ſecundi eſt ſuperflua.ſ.an veniant ſpurij qui filiorum appellatione non continentur in auth.qui,mo,natu,effi,ſui.§.fi. Et eſt tex. expreſſus.ff.de ritu nup.l.lege iul.§.nec di ſtinguitur.& ibi ẽt per Cy.in fi.in addit. Et ideo non inſiſto.licet gl. quæ inquantũ hoc dicat non tenetur, videatur dixiſſe,quod licet non cõtineantur appellatione filiorum in ſui fauorem,tñ continentur in ſui odium in cle.j.de baptiſ.Non ergo in tali ſtatuto comprehenduntur niſi legitimi filij & naturales.Niſi ex cõi vſu loquendi aliud diceret, vt in l.labeo.de ſuppel.le.cum concor. Et propterea cõiter prouidẽt ſtatuta quod etiam tales interdum comprehendant. An autem comprehendantur legitimi tantum non examino,maxime quia illi non ſunt in vſu, vide ad materiam qđ habetur per Bar. in l.ſi ita quis.§.j.de leg.j.& per doc.in l.generaliter.§.cum autem.de inſti,& ſubſti. & in d.l.filium.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.

44 *Quadrageſimo* quartoq; queritur. dictũ fuit ſupra queſtio. xxxix.quod in tali ſtatuto premente bannitos continetur etiam bannita. Sed queritur an ſtante dicto ſtatuto quod filij bannitorum expellãtur debeant expelli filij mulieris bannite,dicitur quod gl.in l.quiſquis ad l.iul.maieſta,determinat quod ſic.Et ita poſt reprobationem eorum qui reprehendunt gl.tenet ibi Pet.& ſequitur Bald.licet dicat quod in ſtatutis odioſis appellatione patris comprehendatur mater.ibi enim dicitur quiſquis &c.Et ſic ponitur terminus cõis.Et ideo in propoſito cum dictum ſit in d.q.xxxix.quod iſtud nomen bannitorum adiungitur cum termino cõi.& ſic comprehendit fœminam. Sequitur cõſequutiue qđ in tali ſtatuto contineantur etiam earum filij.Et iſtud apud me ſuppoſito prius eſt ſatis clarum.Si aliter videre cupis ibi vide.

*Viſo quod* in ſtatutis editis contra bannitos continenẽ fœminæ,queritur quadra-

45 geſimoquinto, † an bannita pregnans poſſit virtute ſtatuti impune occidi.Iſta qõ eſt ſubtilis.& ideo arguo. Et primo ad negatiuam. Et ſic quod occidens debeat puniri, Statuta patiuntur interpretationem paſſiue reſtrictiuam a iure cõi.l.ſi ſerui veſtri.C. de noxa.l.fi.§.in computatione.de iure deli.in gl.Modo ſic ex forma ſtatuti permittẽtis bannitum poſſe impune occidi quilibet videtur quodammodo conſtitutus officialis publicus.l.j.& ij.C.quando li.ſine iudi. vin.Bar.in l.a diuo pio.§.i.de re iudi,Bald. in l.amiſsione.§.qui deficiunt.ff.de capi.dimi.Fran.de Are.in l.quis ſit fugitiuus.§.idẽ

Source : BIU Cujas

ceciliſus.de edili.edic. Colligitur etiam ex no.per gl.& Bald.in l.accuſationis.C.quod me.cau.ſed publicus officialis in mulierem pregnantem non poteſt facere executionē. ff.de pœnis.l.pregnantis. & in l.imperator Adrianus.ff.de ſtatu homi.Ergo nec priua tus qui authoritate publica facit. Secundo hoc probatur licet mulier ſit bannita,tamē partus qui eſt in vtero non eſt bannitus l.et ſtruorum.§.j.de ſta.homi. & ibi per Bald. Sed occidendo matrem occiditur etiā partus,vt plurimum & regulariter.Ergo occidens non debet eſſe immunis a pœna, quia quando de permiſſo neceſſario peruenitur ad prohibitum nō poteſt fieri id quod alias permiſſum erat, ne per vnam viam conceditur quod per aliā prohibet l.ſcire oportet.§.oportet de legi.tuto.l.j.in ſi.de autho.tut.Tertio ſi quis occidit duos. quorū vnus erat bannitus alter non,licet pro morte bāniti non puniatur, tamen debet puniri pro morte non banniti. Et iſtud eſt clarum per l.j.ad l.corne.de ſica.Sed quantum ad fauorem ſui partus habetur pro nato,vt l.qui in vtero.ff.de ſta.ho.Suus autem fauor eſt vt mater viuat,vt ſic educari poſsit,Ergo cenſebitur occidiſſe natum & ſic bannitum et non bannitum.Ergo punitur Quarto quādo duo ſunt quorum vnus eſt capax alius incapax. Incapax capit propter capacem. l.ſi is qui duos.ff.de libe.lega.Ergo hic mater incapax ſecuritatis eſt capax propter partum capacem.facit ff.quemad. ſer.amit. l.ſi communem.In contrarium quod immo occidens puniri non debeat.probatur primo ſic. Quando permiſſum & prohibitum non poſſunt ſeparari. permiſſum trahit ad ſe prohibitum,vt d.l.ſi is qui duos.Ergo & hic hoc permiſſum ſcilicet occiſio matris tā quam potentius trahere debet ad ſe prohibitum.Secundo pater poteſt occidere filiā in adulterio deprehenſam,ff.de adulte.l.ꝙ ait,& ſi facit non punitur, nec diſtinguitur an ſit pregnans vel non.Ergo ita in propoſito.Sicut enim ibi pater facit de facto iuris authoritate,ita & hic priuatus.Statutum.n. non diſtinguit ſicut nec lex,ergo nec nos diſtinguimus.de publi.l.de pretio. Nec ob.l. ſi ſerui noſtri,iuncta l.pregnantis, quia illa loquitur in iudice qui cum deliberate debet iudicare,& iuris ordine ſeruato ad differētiam aſtringitur,hic autem de facto facere poteſt,ergo iuris ordo non attenditur. ff.de conditi.& demonſtra.l.meuius. & de his qui notan.infa.l.quid ergo.§.ſicut autē. & ita in patre determinauerūt Guil.& Cy. poſt eum,in dicta l.imperator. ergo eodem modo idem dicimus in eo cui licet bannitū occidere. Hanc etiam partē tenuit ibi Bal. ſed dixit ibi cogita, an ſit verum.Si conſideramus vnam rationem Guili.quod ideo pater poſsit,quia irrato animo parci debet. vt in l.quod ait. hoc ceſſaret in propoſito, niſi diceres occidentem fuiſſe primo offenſum vel eius patrem vel filium,& quod dicte mulieri obuiaſſet,& ſic ex propoſito nō feciſſet, ſed dolore, & ita motus ad talem actum deueniſſet.Hæc deciſio Bald.non eſt mihi tuta,licet pro eo faciat ꝙ pregnans capta ſeruatur in carceribus. & ſic eſt veriſimile quod pœnam debito tempore luet. In caſu autem noſtro non eſt ſic cum vagari poſsit. Puto tamen in hac q.ſic poſſe diſtingui quod aut dicta mulier erat manifeſte p̄gnans, & tunc aut occiſor qui occidit eam erit talis ad quem ſecundum mundum ſpectabat vindicta offenſionis propter quā bānita fuerat, licet alias ſibi a ſtatuto permiſſa non eſſet.aut nō erit talis.Primo caſu aut occidit eam, non ex propoſito, ſed quia ei fortuito obuiauit, & locum habeat deciſio prędicta per iura et rationes Guil.nō enim potuit iuſtum temperare dolorem,et ſic virtute banni & ſtatuti veniat excuſandas.Secundo caſu non poſsit ipſam occidere per rationes ſupra factas.Non obſt.quod de facto fiat & nō iuris ordine,quia etiam in his in quibus extraordinarie proceditur aliqualis ordinis diſpoſitio ſeruanda eſt, vt habetur in cle.ſepe.de verbo.ſig. & per Bart. in extrauagan.ad reprimendam. Scit enim vel ſcire debet quod non ſolum bannitam, ſed etiam non bannitam creaturam interficit, & ſic puniri debet per iura prædicta.Si vero manifeſte pregnans non apparebat, tunc aut probatur occidentem ſciuiſſe pregnantem & punitur alias non.l.penul.ff.de adulte.& quod no.plene per Ioan.Andr.in regula quod quiſq;.lib.vj.& dicam infra in vlti.tempore.parte j.q.ij.Quæ autem dicta ſunt in fauorem pregnātis, intellige locum habere ſiue ſit nupta vel pregnās ex viro, vt habetur in l.miles.§. quapropter.ff. de adul.ſiue ſit pregnans ex adulterio vel alio illicito coitu,vt habetur in ſi.per Gui.Iaco. de Bel.Cy.Bar.& Bald.in l.ij.§.ſi non propter.ff.ſi quis cau.

*Poſtquam de* muliere bannita aliqua diximus proſequendo materiā eandem.
46 Quadrageſimoſexto quero.† Titius Bertam bannitam nō pregnantem nō occi-

Source : BIU Cujas

dit,ſed cum ea adulterium vel ſtuprũ inuita vel volente commiſit,an veniat puniendus. Si dicimus eam fuiſſe libere volentẽ, nulla ei violentia ſiue offenſio facta eſt, vt C.de tranſa.l.cum donationis.ff.de iniur.l.iij.& l.j.§.vſque adeo.quod qualiter intelligatur examinant ibi Dy.& Bart.& Dyn.in regula ſcienti.lib.vj. Si violenter ei iniuria & offenſio facta eſt.& ſic in primo caſu debet poſſe puniri de adulterio,quia in bannitam licita eſt offenſio. Alia autẽ quæ in offenſione non cadunt ſue determinationi relinquuntur l.ſi cum dotem.ff.ſolu.mat.cum ſi.Iuris autem determinatio eſt quod adulterium etiam conſentiente marito commiſſum punitur.l.ij.§.j.& ſi.§.ſi publico.ff.de adul. Secundo caſu non videtur poſſe puniri,quia quem licet occidere,licet contumelijs afficere l.nec in ea.ff.de adulte. Et ideo ſi ipſa accuſaret non audiretur virtute dicti ſtatuti. Nec mirum quod magis puniatur qui minus delinquit contra l.quod ſeruus.ff.quod vi aut clam. quia vno caſu offendi bannitum & ſic habet beneficium ſtatuti alio non,& ſic verba ſtatuti non verificantur l.ſi quis in ſeruitute.ff.de furt.& de lega.iij.l.non aliter.cum ſimi. Prædicta quidem vera ſi habeatur conſideratio ſolummodo ad iniuriam ſiue ad offenſam factam marito vel patri propter ꝙ cuilibet iure ſuo licitum eſt accuſare.ff.de iniur.l.j.§.vſque adeo,de adulter.l.ij.§.marito.&.§.ſi ſimul.cum ſe. & C.de adul.l. iure mariti.maius eſſet dubium. Puto tamẽ quod poſtquã in eo qui principaliter offenditur ipſum ſtatutum nõ reputat offenſam,quinimmo nec delictum vt dicam infra proxima parte.q.j.& ſic non reperitur principalis offenſio, non reperiatur etiam ſecundaria. Requiritur enim ſubiectum ſcilicet ipſa iniuria quę hic virtute ſtatuti eſſe non dicitur ergo agi non poteſt,aut per patrem, aut per maritũ. Nec ob.dictus.§.vſque adeo, &.§.fina. vbi dicitur,quod licet filia agere non poſſit tamen egit pater vel maritus, quia ibi loquitur quando filia vel vxor voluntate ſua excluſit ſe a ſuo iure quæ non poteſt patri vel marito præiudicare, nec vlterius extenditur excluſio l.ſi vnus.§.ante omnia,ff. de pac.& l.ſi quis ſeruum.de iureiur.& ibi cõ cor.hic autem non ipſa filia vel vxor a tali iure ſe excluſit,ſed ipſum ſtatutum quod fortius operatur. Multa enim per legẽ fieri poſſunt quæ non poſſunt fieri per pactum ſiue per partes,vt habetur in l.ius publicũ. ff.de pactis, Nec obſtat,quod dicitur quod poteſt per legem fieri poteſt etiam per pactum,vt no.in rubri.C.de decre. dec.lib.quia illud verum quando pactum fit ab illis qui poterant legem facere, tunc enim ualia conuertuntur,vt ibi, & habetur in l.ciuitas.ff.ſi cer.pet. Non autem habet locum in illis qui non poſſunt legem facere,vt d.l. ius publicum, & not.in l.non impoſſibile, eo.tit.per doct. Et quod hæc deciſio procedat, probatur ex quocunque maleficio facto cõtra vnum leditur tota cognatio,l.lex cornelia.ff.de iniur. Et tamen pro morte ſanguinei uel alia offenſione facta ſibi qui iura cognationis non perdidit,vt l.iura ſanguinis, de reg.iu. Et dictum fuit ſupra in parte precedenti,q.iiij.nullus agit vt dicam, vbi ſupra ergo nec nunc. Concludatur itaq; quod ſi bannita voluntarie carnali cognitioni cõſenſit,poterit pater & maritus de adulterio vel ſtupro accuſare. Statutum enim hoc caſu ſibi locum non vendicat. Si aũt per vim cognita eſt,nullus agere poteſt,quia ſibi locum vendicat ſtatutum quod permittit impune offendi poſſe, nec ob.ꝙ dixi ſupra in parte pręcedenti huius temporis.q.lx.quia ibi loquitur quãdo ab initio tempore offenſionis filius non erat bannitus,& ibi tengi, nec ob.l.iij.§.ſi filius.ff.quod quiſque iur, quia loquitur quando oritur ius,ſed ob.excep.vt ea.l.ſi.hic autem nullum ius oritur, vt dicam in d.q.j. Et ſic non eſt vera deciſio Iac.Bu.qua refert Albe.vbi ſupra q.xlij. Et iſta deciſio de ſtricto iure verior eſt meo viſu quam deciſio Bal.qui in l.fin.C.ſi contra ius vel vtili.pu.tenuit contrarium per c.& ſi Chriſtus.de iureiuran,quia illud c.potius facit contra eum cum pariter diſponat de homicidio furto & adulterio. Duo aũt propria ſecundum ipſum ibidem permittũtur contra bannitum talem ergo & tertiũ, quia ſi permittitur homicidium quod eſt maius delictum adulterio.xxxiij.qõ.ij.ſi quod verius.ergo & ipſum adulterium quod eſt minus. C.de ſacroſan.eccle.auth.multomagis. cum ſi. Non obſtat ratio ſua videlicet quod homicidium & furtum quandoq; permittũtur in cle.j.de homic.& de fur.c.iij. Adulterium vero nunquam quia aliud eſt à ſtatuto fieri actum licitum,quo caſu militaret dictũ ſuum,& aliud eſt pœnam remitti actu remanente illicito, vt patet ex no.in hac eadem parte.q.xlix.ſecundum Ioan.de Lign. quo caſu locum habet quod dixi. Statutũ enim pœnam remittit & agit & agere intelligitur quantum poteſt & vt poteſt etiã diuerſimode,vt no,in l,ſi quis maior,C,de tranſac,

Source : BIU Cujas

Pœna autem adulterij quo ad huius fori le
gibus ſubdita eſt.l.ſi adulterium cum ince-
ſtu.§.j.ff.ad l.iul.de adulte.facit quod habe
tur in l.j.ff.de iuſti.& iur.ergo & ſtatutis,ut
l.omnes populi.Nec mirum quia etiam ali-
quando iure canonum adulterium non pu-
nitur licet remaneat illicitum iure poli, vt
d.c.ſi quod uerius.& ibi no.Facit xxiij.q͠o.
ſ.c.tolerandi.Et hoc caſu non habet locũ.
q.xj.hac eadem parte quia ſopita eſt in d.
canone,ꝙ peccat iure poli,facit lex ſi quis
in ſeruitute,de fur.Tu autem lector tene ꝙ
placet.An autem ex tali violenta cognitio-
ne reſultet regulariter accuſatio adulterij
vel non examino,quia non conuenit ad ꝓ-
poſitum remittens ad l.ſi vxor.§.ſi quis pla
ne,& l.vim paſſam.in prin.ff.de adul.& l.j.
§.remanet.ff.de poſtul.

## Quadrageſimoſeptimo.

47 †pone econuerſo vir erat bannitus vxor
non bannita,ipſa commiſit adulteriũ.Que-
ritur an de tali adulterio poſsit fieri accuſa
tio vel inquiſitio, quia vbi ſupra proxima
q.remiſi ad primam q.partis ſequentis,tra-
ctabitur plene qñ iudex poſsit vel nõ poſ-
ſit inquirere vbi pars non poteſt accuſare,
hic breuiter de hac q.me expediam.Et di-
co aduertendum ꝙ aut maritus accuſat iu-
re mariti vel iudex reſpectu illius iuris in-
quirit.Puta eo tempore quo nullus accuſa-
re poteſt præter maritum, vt l.iure mariti.
C.de adult.cum concor.Et tunc non poſsit
per ea quæ dicam vbi ſupra.Si autem accu
ſat alius puta pater vel extraneus iure cõi.
Et tunc poſsit cognoſci. Adulterium enim
lege humana eſt prohibitum.ff.de adulte.l.
j.immo & diuina iuxta illud Leui.c.xviij.
Non mechaberis &c.Adeo quod licet ma-
ritus conſentiat,& ſibi nulla fiat iniuria.tñ
cognitio adulterij cõpetit.l.ij.§.lenocinij.
&.§.ſi publico.ff.de adult.Licet igitur ma-
ritus repellatur,nõ tamen repelluntur alij
vt ibi, ergo nec iudex qui iure aliorum in-
quirit.De ſeparatis enim habentibus diuer
ſam rationem non fit illatio.l.ſi.ff.de calum
nia.& l.ſi maritus.§.ſi negauerit.ff.de adul
te.cum ſi. Et ideo in hac ciuitate in qua eſt
ſtatutum ꝙ iudex non poſsit inquirere, ni-
ſi inquiſito prius iniuriã paſſo an velit ac-
cuſare denũtiare vel notificare.Et ſi requi-
ſitus dixerit quod non,tunc poſsit inquire
re.debet iudex bene aduertere, Si enim i-
quirit bannitum maritum.Et eo reſpondẽ-
te quod nõ vult accuſare &c.iudex inqui-
rit non procedit inquiſitio.iure enim mari-
ti cognoſcit quod non poteſt.facit regula ſi
quis in ius.lib.vj.cum no.inſti.de publ.iud.
in prin.Requirat ergo patrem vel alios ſi-
bi proximos.& tunc poterit inquirere.Ex
cluſus enim iure vno nõ intelligitur exclu
ſus ab alio.l.filius.de inoffic.teſta.l.ſi filius.
de ope.lib.l.j.§.nunc videndum.de ſucceſſ.
edic.cum ſimi.quæ deciſio vtilis eſt ad mul
ta.Ad quã vide in mercu.ſuper regula fru-
ſtra.in iij.quæſtio.

## Quadrageſimooctauo.

48 † pone ſtante ſtatuto ꝙ bannitus poſsit im
pune offendi. extat aliud ſtatutum quo ca-
uetur ꝙ nullus poſsit portare arma offendi
bilia. Et repertus cum illis puniatur certa
pœna.Quidam cum armis portari prohibi
tis interfecit bannitum,& rediens domum
fuit inuentus cum armis prædictis. Queritur
de duobus,primo an puniatur pœna homi-
cidij, ſecundo an ſaltem incidat in pœnam
portantis arma prohibita.Sed quia ex deci
ſione ſecundi clare infertur ad deciſionem
primi,circa illud primum nõ inſtabo.Et eſt
ſciendum ꝙ do.Thomas de azoguidis de
Bono. diſputauit hanc q.multum prolixe.
Sed q̃ breuius potero decurtabo ſuam re-
ferens intentionem.Et primo ad affirmati-
uã quod puniatur arguit multis modis.Pri-
mo a ratione ſeparatorum, quia de vno ad
reliquum non arguit l.papinianus exuli,de
mino.delatio autem armorum eſt ſeparata
ab homicidio.Ergo licet homicidium ſit li
citum,non eſt licita armorum delatio.Secũ
do in his quæ facti ſunt vno poſito non ſe-
quitur aliud.l.non hoc.C.vnde cogna. Sed
occidere & arma deferre ſunt diuerſa & fa
cti.ergo licet permittatur occiſio,non infer
tur ad permiſsionem alterius. Tertio quia
facile fuiſſet cõcedenti vtrunque ſtatutum
illud imprimere in ſtatuto de inuento cum
armis.Ergo ſi non expreſsit,intelligitur vt
iacet, vt in.§.ne autem.C.de caduc.tollen.
Quarto vbi eadem ratio idem ius.l.a titio.
de verbo.obligat.ſed cauſa & ratio ſtatuti
prohibentis arma portari eſt ne committan
tur maleficia.Ergo locum habet in propo-
ſito, quia cum ipſis poterat maleficia com-
mittere. Quinto a verbis & mente ſtatuti
quibus ſtari conuenit.l.non aliter.de lega.
iij.& l.j.§.ſi is qui nauem. de exerci. Sed
verba & mens ſtatuti ſunt vt occidens ban
nitum excuſetur, portare arma prohibita
inuentus cõdemnetur,ergo &c.Sexto quia

Source : BIU Cujas

in generali conceſsione nō veniunt ea,quæ quis non eſſet ſpecialiter conceſſurus,l.generali,ff.de pig.Sed quia ex delatione armorum oriuntur lites.C.vt vſus armorum inſcio &c.non eſt veriſimile quod princeps vel ſtatuens in ſpecie conceſiſſet portationem armorum.l.equiſsimum de vſufruc,Ergo non venit in generali permiſsione bannitum offendi poſſe.Septimo cōtrariorum eadem eſt diſciplina.l.& ſi contra.de vul.& pup.l.de his qui ſunt ſui vel alie.iu.ſed ſi de prædictis fuiſſet inuentus ante occiſionem banniti cum armis prohibitis veniret puniendus, vt patet ex ſtatuto,ergo & in eius contrario caſu cū redit ab occidendo.Octauo conceſsio larga intelligitur, dum tamen alijs ſtatutis quam minus poteſt offendatur,C.de inoffi.teſta.l.ſi quādo.ergo conceſsio offenſionis ſiue occiſionis bāniti, debet intelligi ſaluo alio ſtatuto de inuento prohibita arma portare.Nono in his quæ ſunt de genere premiſſorum vt in matrimonijs habet locum limitatio dum tamen fiat ſecundum ordinem aliorum iurium,vt patet in matrimonio quod generaliter eſt permiſſum,l.j.de iuſti.& iur.& tamen intelligitur modo alias non prohibito.C.de inter.ma. per totum.Permiſsio ergo huius homicidij debet intelligi alias ꝙ̄ cū armis portari prohibitis.Decimo arguitur a defectu ſeruare forme, & alle.multa iura & inter alia.l.quod ait.de adult.ad l.aquil.l.itaq;.ad l.corne.de ſica.l.furem.Vndecimo probat quia ſtatutum non punit portātem arma,ſed inuentum cum illis.Sed iſte eſt inuentus cum armis,ergo licet eſſet permiſſum illa portare ut bannitum occideret, non tamen eximeret ſe a pœna inuentionis quæ omnino ſunt diuerſa.Arguit etiam aliter a generalibus,ſed non curo,determinat contrarium ſcilicet quod veniat puniendus pro delatione armorum.Ex quo etiam determinat quod nec propter occaſionem, & allegant multas rationes.Ego autē aſſumā illas quæ mihi vidētur ad cauſam facere & alias omittam & ſuccincte concludam.Primo ergo probat ſuam deciſionem vno permiſſo omnia videntur permiſſa ex quibus facilius perueniatur ad permiſſum, ar.ff.de acqui.hęre.l.nec his.& l.illud.ſed cum armis poteſt occidi bannitus facilius,quod eſt permiſſum,ergo videtur permiſſum illa ob id poſſe portari.Secundo ad remotionē generis remouetur, quilibet eius ſpecies.de fun.inſtru.l.fundi.& C.ne ſi.rem quam uen.l.j.& ij.Sed occidens bannitum remouetur generaliter a pœna ergo & a quocunq; ſpeciali.Si ergo puniretur pœna delationis armorum nō eſſet a pœna remotus.Tertio ꝓpter naturam contrariorum.vno prohibito prohibetur omne illud quod venit ex eo vel ob id.l.non dubium.C.de legi.ergo ecōuerſo vno permiſſo permittitur omne illud quod venit ex eo vel ob id,ſed occiſo bannito ſequitur reportatio armorum,ergo id videtur eſſe permiſſum,Quarto a maiori,quia permittitur occiſio quod eſt maius,ergo delatio armorum ob illā cauſam quod eſt minus.lege nec in ea.ff.de adulte.Quinta quia beneficium principis debet late interpretari.l.fi.de conſti.princip.Et ſic cum reddatur immunis ab homicidio.ergo & a quolibet eius parte,& ſic a delatione armorum.Sexto quia ſicut vna lex declarat aliā.l.non eſt nouum & l.nam & poſteriores.ff.de legi.& quod no.in l.ſciendum.ff.qui ſatiſda.cogan.ita vnum ſtatutum debet aliud declarare.l.omnes populi.& l.ius ciuile.ff.de iuſti.& iur.& ideo ſtatutum ꝙ non permittit arma portari determinatur per aliud ꝙ permittit bannitum occidi ſcilicet vt intelligatur niſi portarentur cauſa occidendi bannitum.Septimo a natura acceſſorij ad principale, quia permiſſa eſt occiſio ꝙ eſt principale,ergo et delatio armorū ꝙ eſt acceſſorium,maxime quia intereſt, reipublice ut malefactores puniantur,& ſic per omnem modum l.ita vulneratus.ff.ad l.aquili.inducit.l.& ſi non ſint.§.perueniamus.ff.de auro & argen.lega.cum ſi. Vltimo inducit.l.illud.§.fi.cum ſi.ff.ad l.aquil.ſ.vt conſideretur ipſum propter ꝙ fit aliquid nō ipſum ꝙ fit.Et iſta eſt melior ratio ꝙ̄ fecerit vna cum illa ꝙ vnum ſtatutum declaratur ab alio.Si enim quis caperet arma,& occideret hominem & caperetur non puniretur niſi de occiſo,quia in illo cōfunditur omne preambulum,vt l.nūquam plura.ita & in propoſito, quia homicidium ꝙ eſt permiſſum trahit ad ſe delationem armorum.Sit ergo concluſio ꝙ quia ſtatutum de inuento cum armis generale reſtringitur & declarat ab alio,vt dictis iuribus.& authē.offeratur.C.de litis conteſta.vnum confunditur in alio, vt dictus inuentus cū armis puniri non debeat.faciunt pro hoc no.per Bar.in l.queſitum.§.pe.ff.de fun.inſtru.Et hanc deciſionem intelligo veram ſi non eſt magnum interuallum inter occiſionem banniti & inuētionem cum armis, argu.l.contractus.C.de fide inſtr.cum ſi. Hoc aūt an ſit longum interuallum vel non ſecundum locorum diſtā

Source : BIU Cujas

tiam & facti qualitatem iudicis arbitrio re linquatur, ar. l. j. in fi. de iure deli. cum ſi. Ex quibus etiã patet ꝙ id quod dicitur de inuẽto in reditu haberet locum etiam in eo qui repertus eſſet in eundo ad illum occidendũ ſi iudici de eo conſtaret, per eaſdem rationes. Vnum tamen nota quod dictante ſtatuto vt ſupra non ſufficeret ad pœnam exigendam ſola inuentio niſi fuiſſet etiam apprehenſus, vt l. ſi barſatoram, C. de fideiuſ. & ibi per Bar. & in l. j. ff. de acqui. poſſ. per Cy. C. eo. titu. l. licet.

## Nono & quadrageſimo.

49 † Sempronius volens interficere Titium bannitum eum fuit inſultatus, Titius aliter mortem vitare non valens occidit Sempronium. Queritur an illud licite facere potuerit cum fecerit ſe defendendo per l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. & ad l. aquil. l. ſcientiam. §. qui cum aliter. et C. vnde vi. l. j. Quia hęc q. tangitur per doct. in d. l. vt vim. poſſem cũ eorum determinatione ſentire. Sed vt determinatio reddatur vtilior, arguam breuibus rationibus ad partes, deinde decidam. Primo ergo ad affirmatiuã arguo. bãniti de quibus agimus non perdunt naturalia ſiue gentium iura, vt dictũ fuit ſupra parte proxi. q. v. Sed de iure naturali eſt talis defenſio permiſſa ut dictis iuribus, et l. j. §. cũ arietes. ff. ſi qua. pau. fe. di. ergo id facere licuit. Secundo licet ſtatuto dicatur ꝙ non audiatur agendo vel defendendo illud intelligitur in iudicio, ꝙ autem de facto non poſsit ſe defendere illud ſtatutum non dicit, nec etiam aliud dictãs quod poſsit impune offendi, ergo vltra id quod in eis contineatur non deberet extendi. ff. ad munici. l. cõſtitutionibus. & l. quicquid aſtringende. dę verbo. obligatio. Tertio dicta defenſio eſt naturalis, & cum præſupponatur eum aliter mortem vitare non potuiſſe eſt neceſſaria, ergo tolli non potuit. immo non intelligitur tolli per ſtatutum, vt in cle. paſtoral. de re iudi. & quod no. Inno. in c. cũ inter. de exc. Quarto pater & maritus poſſunt occidere adulterũ, ut l. patri. et l. ꝙ ait. ff. de adulte. & l. nec timorẽ. quod met. cau. tñ adulter propter metum talis mortis aliquid promittendo poteſt agere actione quod met. cau. vt d. l. nec timorem. ergo patet quod poterat ſe defendere, ſi enim nõ potuiſſet ſe defendere omnis ꝓmiſsio deberet eſſe licita, quia non poſſet dici iniuſtus metus illatus. eo. ti. l. ſimiliter. in prin. iuncta. l. qui in carcerem. Quinto lex generaliter dicit, quod cuicunque licitum eſt redimere ſanguinem ſuum. l. j. ff. de bo. eo. qui mor. & no. in l. trãſigere. de tranſact. C. & qualitercunq;. & ſi generaliter loquitur in perſonis & in modo ergo etiam iſtum comprehendit. l. j. §. & generaliter. ff. de leg. prçſtan. Pro hac parte poſſent multa dici, ſed pro nunc hæc ſufficiant. In contrarium quod immo veniat puniendus & ſic ad negatiuã arguitur. Primo qñ alicui infertur iuſta iniuria, tunc nõ licet illam propulſare, vt not. in l. vt vim. præall. tunc enim non dicitur iniuria. inſtitu. de iniurijs in prin. Sed volens occidere bannitum licite faciebat virtute ſtatuti, ergo non fuit licita offenſio contra eũ. Et pro iſta ratione alle. Bar. ff. ad l. aqui. l. iiij. Secũdo videtur caſus in l. ij. C. qñ lic. ſine iu. vin. & ibi ſentit glo. ſecundum Bar. qui determinat. in d. l. vt vim. Tertio allegatur etiã pro caſu l. ſi ſeruus. C. de his qui ad eccle. cõfu. Quarto probatur ratione ſic virtute dicti ſtatuti priuatus agit authoritate publica, & videtur conſtitutus publicus officialis, vt dixi ſupra in hac parte. q. xlv. ergo ei non poteſt fieri reſiſtentia. C. de iur. fiſci. l. prohibitum. li. x. & l. deuotum. de metha. eo. li. & ff. de rei ven. l. qui reſtituere. cum enim ſuccedat loco iudicis, ſequitur ꝙ talis reſiſtentia non eſt iuſta. xxiiij. q. v. c. non eſt noſtrum. Pro hac parte facit deciſio domini Thome de azogui. in publica diſputatione in qua per multas rõnes, & maxime ne offendens vel volens offendere, ſine occidere legis authoritate decipiatur. l. ij. C. de his ꝗ ve. eta. impe. & per iura prædicta determinauit patrem volentem occidere adulterũ inuentum cum filia nõ potuiſſe impune occidi ab adultero aliter mortem vitare non valente. ad quod vltra prædicta alle. j. C. de exac. trib. & C. de deſer. l. ij. li. xij. & l. quoniam. C. ad l. iul. de vi. & incipit eius diſputatio. Pater adulterum inuentum cum filia. vt tamẽ ipſe ibi dicit, ille caſus eſt magis dubitabilis, quia patri nõ permittitur indiſtincte occidere adulterum, ſed tunc demum ſi etiam filiam occidit. l. quod ait. & l. patri. & ideo cum non conſtet, an iure licite faciat magis eſt dubitãdum, ad quod facit. d. l. nec timorem, licet tñ ipſe non dicat ſi iam pater filiam occidiſſet minus eſſet quæſtio dubitabilis, quia amplius de licito iure dubitari non poſſet. Sit ergo concluſio ꝙ talis bannitus non potuit impune facere, & ſic debeat puniri. Qualiter autem puniri debeat dicã infra poſtquã reſponſum fuerit rationibus

Source : BIU Cujas

ſupraſcriptis in contrariũ factis. Quibus ſic reſpondetur. non ob. prima ratio, quia illud quod dicitur bannitum nõ perdere iura gẽtium vel naturalia eſt verum niſi a ſtatuto aliud expreſſe vel tacite diſponatur, vt d. l. ij. qñ lic. ſine iu. vin. iuncta. l. omnes populi. & dixi ſupra hac eadem parte. q. ij. vbi dixi defenſionem facti tolli poſſe, & iuris cauſa ſubſiſtente. Non ob. ꝙ ſtatutum non extendatur, quia ipſum extendit lex virtute neceſſariæ conſequentiæ. l. ſi ita ſtipulatus fuero per te. de verb. obli. l. lex iul. de fun. dot. & plene per doct. in l. oẽs populi. Si enim offenſio ſit per ſtatuta licita, ergo ſequitur neceſſario ꝙ defenſio eſt illicita, & ſic illud ſtatutum diſponere intelligitur. Et ſic reſpõſum eſt ad tria priora. Ad quartum argumentum reſpondetur tribus modis. Primo quod intelligitur illa qñ illicite poterat occidi, vt quia non incontinenti vel ſine filia, alias ſecus vt l. accuſationis. C. quod met. cau. Secundo ꝙ licet poſſet occidere non tñ potuit propter id aliquid recipere. de cõdi. ob tur. cau. l. ij. Tertio quia ibi loquitur in eo qui non eſt effectus hoſtis reipublice, & ideo non vt miniſtro legis erat permiſſum, ſed vt priuato vbi nota. Priores tamẽ ſunt generaliores, & melius faciunt ad propoſitum propter determinationẽ domini Thomæ præfati. Sed illa iura nõ multum faciũt ad noſtrum propoſitum, quia hic indiſtincte permittitur occidi & ſic ſemper conſtat quod eſt iuſta offenſio ibi non ſic, & ſic nõ proceditur a pari. Vltimum ar. non ob. quia licitum eſt redimere ſanguinem, non tamẽ alium offendendo, aut enim eius ſanguis iniuſte effundi volebat, & tunc omnimodo licet redimere, vt in l. vt vim. Aut iuſte & autem aut ſine alterius ſanguinis effuſione redimere volebat, & idem vt in iuribus in contrarium alle. aut cum alterius effuſione, & dicendum. eſt quod non, vt d. c. nõ eſt noſtrum. facit tex. in ratione ſui in l. aſsiduis. C. qui po. in pig. ha. cum enim in hoc conflictu de conſeruatione ſanguinum agatur, magis fauetur ſanguini iuſte agentis ꝙ̃ eius q iniuſte egit. Io. autem de Lig. in tract. de bello in iiij. art. verſi. viij. Concludit quod aliquando lex permittit aliquid, quia nullo iure prohibetur. xxxj. q. j. hac ratione aliquando permittit aliquid contra conſtitutiones humanas vt contrahere olim in qnto gradu. xxxv. q. iij. c. quodã. Aliqñ & ſic tertio modo permittit actũ tolerando, nõ quia alias illicitum faciat licitũ, ſed actum nõ punit, vt dicit tex. iiij. di. c. denicꝫ. & xxxiij. q. j. ſi quid verius. Ex quibus infert quod ſi ſtatutum permitteret tolerando & pœnam remittendo actu remanente illicito, tunc liceat bannito ſe defendere. Si vero permittit poſitiue faciẽdo de actu illicito licitum, tunc non poſsit ſe defendere, quia legis miniſterio offenditur quæ iuriſdictionem tribuit. l. & quia. de iuriſ. om. iud. & ſic effectũ concludit eum in propoſito puniendum. Licet autem dictus bannitus aggreſſorem occidens veniat puniendus ex tali homicidio propter quod poſſet iterum banniri vt dixi in primo tempore parte. j. q. iij. Non tñ etiam ſecundum prædictum do. Tho. debebit puniri de homicidio doloſo, ſed culpoſo tantum. ar. C. ad l. cor. de ſicar. l. j. cum ibi no. ff. ad l. aquil. l. ſi putator. & inſti. eo. titu. §. item ſi putator. & ita etiam in eo qui exceſsit modum defenſionis. tenuit Ioan. And. in addi. Spe. in rubri. de homi. per legem. l. corne. de ſicar. & d. l. j. alle. etiam. c. olim. de reſti. ſpo. & ita dicit fuiſſe ſeruatum. ita etiã dicit Bald. in. c. ſi quis ſua. x. col. de pa. iur. firmã. & alle. Ioan. And. in c. ſignificauit. de pe. & remiſ. & ita in hac ciuitate iudicatũ fuit in eo qui vt defenderet ſiue vindicaret fratrem ſecundum formam ſtatuti iam percuſſum cum lapide illum qui percuſsit interfecit. Fuit enim punitus de exceſſu non de homicidio non enim incontinenti expirauit, ſed ex poſtfacto. et ſic non contradicit ei quod dicam in ſi. proxi. q. Sed aduertẽdum quia illo caſu & in caſu Ioã. An. licita erat defenſio vel offenſio ad vindictam, vt dixi, ſed cũ moderamine. & ſic dabat operam rei licite. In caſu autem noſtro dabat operam rei illicite, quia verberatio aliqua cauſa defenſionis, nõ erat licita. & ſic videtur fuiſſe in dolo per no. per Cy. in l. j. ff. qđ quiſcꝫ iur. & per Bart. & alios in l. diuus. ff. ad l. corne. de ſicar. Et ideo forte hoc caſu non habebit locũ deciſio vltimo dicta, ſed puniri debebit lege Cornelia cum ſciret ſe impune offendi poſſe. Pro quo videtur caſus in d. l. ij. C. qñ lic. ſine iudi. vindica. Pro quo vide quod habetur in c. ſicut dignum. de homicidio.

50 *Quinquageſimo loco* † quia vt ſupra dictum fuit in proemio in hac materia ſtatuta diuerſimode loquũtur mutatis in aliquibus terminis ſtatutorum. Ponitur ſtatuto caueri ꝙ bannitus pro eo quod fecit contra ſtatutum ciuitatis poſsit impune occidi bãnitus vero pro membri abſciſsione vel pro

Source : BIU Cujas

cicatrice vel pro percuſsione ſanguinolenta poſsit excepta morte qualitercũq; offendi in duplum. Bannitus aũt pro inſultu nõ poſsit, niſi manibus vacuis offendi. Ex hoc ſtatuto oriuntur varij & diuerſi tituli qõnũ & ideo incipiendo a prima parte. Quero Titius fuit bannitus ad mortem ex eo, & pro eo qđ ſuper platea cõis interfecit hominem propter ꝙ inſurrexit rumor, q̃ omnia fuerunt cõtra honorem & ſtatum cõis Florentie, vt in banno dicebatur, demum fuit a Sipronio interfectus, an impune occidi potuerit. Hæc q. ſubtilis eſt, & habet duos paſſus. Primus eſt an dicaꝰ bãnitus ex eo ꝙ fecerat contra ſtatum. Et vr̃ ꝙ ſic, quia uerba inquiſitionis ſiue proceſſus ita ſe habent, et illud continent, ergo eis ſtari oportet l. cũ quædam puella. de iuriſ. om. iudi. pręſertim quia omnia in inquiſitione contenta intelligiꝰ fuiſſe confeſſus, & ſic confeſsioni ſtandũ l. in eos. & l. ſi. ff. de cuſt. reo. Sed non inſiſtẽdo in ſuperfluitate verborum veritas eſt in contrariũ, debent enim verba dicti ſtatuti intelligi de eo qui principaliter fecerit contra ſtatũ, non aũt de eo qui ſecundario. proprius enim ſignificatus eſt in his quæ per prius ſignificanꝰ non in his quæ per poſterius l. quid liberis. §. hęc verba. ff. de vul. & pup. ſubſti. Et ſic debent intelligi in ſtatutis hoc eſſe verũ, patet ex regula generali quę eſt, vt ſtatuta recipiant paſsiuã interpretationem iuris cõis l. ij. C. de noxa. & no. in l. iuſiurandum, & ad pecunias. §. ſi. ff. de iureiur. & C. de iur. deli. l. ſi. §. in computatione. Sed diſpoſitio iuris cõis ſuper aliquo ſimpliciter ſacta intelligitur qñ illud principaliter ſit, non qñ ſecundario vt oſtendã, ergo & ita in ſtatutis quod debeat intelligi principaliter probaꝰ in multis iuribus in l. j. §. huius ſtudij. ff. de iuſti. & iu. & ibi tãgit Iac. Bu. ff. de in integ. reſti. l. non ſolũ in ſi. & qđ ibi no. per gl. & Guil. ſi cer. pet. l. ſi quis nec cauſam. & quod ibi per Iac. Bu. De quo dicam infra parte proxi. q. vj. Et pro hac deciſione eſt text. optimus in l. j. §. merito. ff. depoſi. & ibi per Bal. deciditur hæc qõ per illum text. probatur ẽt in l. ſi quis ingenuã. §. in ciuilibus. ff. de capti. & optime facit tex. in l. famoſi. ff. ad l. Iul. maie. in. §. hoc tñ crimen. Ex quibus ita ſepiſsime extitit iudicatum. Non ob. narratio facta in accuſatione ſiue inquiſitione, quia aut intelligitur non principaliter, ſed ſecundario, vt ſic cõformet ſe cum iuris cõis diſpoſitione l. Lucius. §. pe. ff. ad muni. cum ſim. & non habet obſtare, Aut aliter intelligitur, et illud nihil releuat, aut accuſatorem, aut iudicem. l. j. §. accuſationem. ff. ad turp. & C. de ſen. l. ſi ex ſtipulatione, quinimmo nec confeſsio. l. cõfeſsionibus. ff. de inter. act. & l. ornamentorum. ff. de au. & ar. leg. Sed contra prædicta videtur facere no. per Bar. in l. ambitioſa. ff. de decre. ab ordi. fa. vbi dicit quod ſecundũ ordinem intellectus vterque leditur principaliter. ſ. priuatus & reſpublica. Sed non ob. quia aut illud loquiꝰ in fauorabilibus diſpoſitionibus & non in odioſis, & in regula odia. li. vj. Aut ſi verũ eſt ꝙ ledaꝰ, vt dicit non tñ leditur circa ſtatũ alias diceremus eſſe omne maleficiũ circa ſtatum reipubli. Offenditur. n. illa, & ideo eius intereſt, vt maleficia puniantur l. ita vulneratus. ff. ad l. aquil. & tñ certiſsimum eſt quod regulariter non dicuntur committere contra ſtatum ciuitatis regularia maleficia cõmittentes, vt furta, homicidia, & ſimilia. et eſt tex. in d. §. hoc tñ crimen. Non ergo defenditur Sempronius a prima parte ſtatuti. Et ideo reſtat ſecũdus paſſus ſiue articulus. ſ. an defendatur ex interpretatione, ſiue extenſione. Et primo vr̃ dicendum quod ſic, quia tale ſtatutum quod bãniti poſsint impune offendi eſt factum fauore reipub. ergo debet extendi. l. ij. §. exercitium. & ibi gl. ff. de his qui no. infa. Idem ſi non ſit mere fauorabile reipublice. ſed partim odioſum ipſi bannito, iuxta no. in l. ij. C. de in ius vocã. Idem ſi ſit penitus odioſum, quia etiã in pœnalibus proceditur de ſimilibus ad ſimilia vt no. in l. ſi pignore. §. ſi poſt diſtractã. ff. de pig. act. & in l. athletas. §. calumniator. ff. de infa. & eo. ti. l. quid ergo. §. pœna grauior. In contrarium ꝙ immo nõ eximantur a pœna homicidij per dictum ſtatutũ. Nam aut ipſum ſtatutum dr̃ in totum odioſum et penale, et non debet extendi, vt not. gl. in l. pe. ff. de in ius voc. & l. furti. §. ſi. de his qui not. infa. & in regula odia. Aut diceꝰ partim fauorabile & partim odioſum, & quatenus continet odiũ. ſ. reſpectu bãnitorũ non extendiꝰ, ſed reſtringetur, vt habetur in d. l. ij. C. de in ius voc. & ff. eo. ti. l. ſed ſi hac. §. patronũ. & qđ habetur in l. cũ hi. §. qui tranſigit. de tranſa. & in l. iij. C. ꝙ me. cau. Circa hunc articulum multa dici poſſent. Sed quia eſſent extra propoſitũ me in breuibus expediã, Concludens dictum ſtatutum exorbitans a iure cõi non extendi, niſi quatenus abſurditatẽ contineret ſi nõ extenderet. ff. de pe. her. l. ſi a dño. §. ſi predo. de excu. tu. l. ſcire oportet. §. oportet. cũ ſi. & hoc per regulã generalẽ, q̃ habetur in auth. quas ac. C. de ſa. ſan.

Source : BIU Cujas

eccle.& plene in l.omnes populi.Statutum ergo præmiſſum eximit a pœna offendentem etiam ad mortem bannitum pro eo qđ fecerit contra ſtatum.Iſte non erat de illis, ergo non continetur in ſtatuto. Ei enim nõ conueniunt verba ergo nec diſpoſitio legis hos accuſare.§.ſi.ff.de accu.cũ ſi.Item eximit offendentem bãnitos pro cicatrice &c. & certo modo. De bannitis autem pro homicidio nihil dicit, ergo remanent in iuris communis diſpoſitione l. cõmodiſsime.ff. de lib.& poſth.l.ſi cum dotem.ff.ſolu.mat. Sicq; impune occidi non poſſunt. Quia tamen abſurdum eſſet quod banniti pro minori delicto poſſent offendi, & banniti pro maiori non.contra l.non ſolum.ff.de noxa. Puto dicendum ꝙ tales banniti poſſent offendi, prout poſſunt bãniti pro cicatrice & debilitatione &c. Argu. eorum quæ not.in l.tale pactum.§.ſi.ff.de pac. & quod not. in authen.de colla.§.vt prohibemus.vbi perditio membri ęqui paratur perditioni vitę. habetur etiam in l.imperium de iuriſ. om. iu.per Bar.in l.ij.de pub.iud.per Bald. in l. reos.C.de accu. Et erit vtile in propoſito, quia cum ipſum poſſet excepta morte qualitercunque offendere non punietur de homicidio ſimpliciter ſed de exceſſu, vt dictũ fuit ſupra proxi.q.quod intelligo verum ſi ex verberationibus vel vulneribus non ſtatim expiraſſet.Tunc enim non præſumitur illum voluiſſe occidere, ſed quatenus ſibi permittebatur offendere.Si autem animo ſe ei tot vulnera intuliſſet quod eum ſtatim feceras expirari, volens de eius morte certificari, tunc nõ puto eum modo aliquo defendi ab homicidij pœna,apparet enim qđ aliud ꝙ̃ quod ſibi permittebatur facere voluit,extra de homi.c.ſignificaſti.ad l.cor.de ſica.l.j.& ideo non tanꝗ̃ modum excedẽs, ſed tanquam omnino aliud permiſſo faciẽs punietur l.diligẽter.ff.mand. In incertis.n. non certis locus eſt coniecturis l. cõtinuus. §.cum ita.de verbo.obli.

*Circa idem* ſtatutum alia inſurgit quæſtio.Et ideo quinquageſimoprimo quæro.

51 † An bannitus pro amputatione membri vt ſicut ille poſsit offendi ita bannitus pro amputatione digiti.Hæc.q.eſt vulgaris, & in multis iuribus tractat. Primo enim tex. cum glo.& ibi docto.communiter in l. non ſunt liberi.ff.de ſta.ho. tenet quod digitus non ſit membrum,ſed officium membri, & ita dicit ibi Bar.ſe conſuluiſſe.all.l. idẽ offilius.ff.de edi.edic. ad idem alle. Rich. de Saly.eo.titu.l.queritur.§.ſi quis igitur.ad l. aquil.l.inde neratius.§.idem iul. & de leg. ij.l.peculium.§.quadrige.& C. de ſer. fug. authen.ſed nouo iure.Nec ob.quod videatur abſcindere partem membri.& ſic ſit idẽ ius quod in toto membro,vt l.quæ de tota. ff.de rei ven.quia illud verum vbi eſt eadẽ ratio.arg.in d.l.imperium. & quod ibi habetur,ſed hic non eſt eadem ratio, quia ſtatutum ponderat facti atrocitatem , vt ex ſe patet,ita dicit Bald. in d.l.non ſunt liberi. Barto.vero in l.ij.ff.de pub.iu.multum no. dicit quod proprie loquendo digitus non eſt membrum , proprie enim eſt corporis pars.Membrum enim dicitur a metior metiris.largo autem modo dicitur membrum quælibet particula corporis, ſicut in domo quilibet lapis dicitur pars domus,vt not.in l.eum qui edes.ff.de vſuc.licet habeat proprie ſuas partes per diſtinctionem officiorũ ſeu miniſteriorum, vt ſalam, cameram, coquinam &c.l.ſi finita.§.ex hoc edicto.ff.de dam.infec.& ideo cũ ſtatutum debeat proprie intelligi,talis nõ dicitur bannitus pro membri abſciſsione ſuę amputatione,& ſic non continetur in ſtatuto quod dicit eſſe verem,niſi ex verbis ſtatuti aliud colligatur. Puta ſi dicit ſi quis abſciderit alicui membrum ei ſimile membrum abſcindatur. Si enim abſciderit alicui digitum ſimilis digitus ei abſcindetur per relationem qualitatis ar.l.nonnunquam.ff.ad tre. & idem refert & ſequitur Bald.in d.authen. ſed nouo iure. Et addit ꝙ ſi extrahet dentem, dabit alium dentem ſicut dicimus in pœna talionis.& alleg.quod no.inſti.de iniur.§.pœna. Subdens quod ea quæ non proprie dicuntur membra poſſunt diminuto vocabulo appellari membrula,quia nõ eſt aliquis digitus in manu qui officium proprium non habeat,vt docet experiẽtia. Ipſe tamẽ Bal. in l.reos.C.de accu.in ij.colum. dicit quod omne id quod habet in corpore noſtro propriam & diſtinctam operationem eſt membrum, vnde oculus cuius proprium eſt videre,auris cuius proprium eſt audire, naſus cuius proprium eſt odorare, lingua cuius propria eſt operatio guſtare,manus cuius propria operatio eſt tangere, pes cuius propria operatio eſt ambulare ſine dubio membra ſunt per ſe potẽtia in proprias & diſtinctas operationes. & alle. partem iuriũ ſuperius alle.extra de corpo.viti. per totũ. & ex prædictis patere dicit ꝙ membra generationis ſunt membra quæ habent proprias,& diſtinctas operationes,immo ſecũdum

Source : BIU Cujas

dum eum dicuntur eſſe mẽbra valde nobilia,& per quo ſaluatur ſpecies humana dicẽs ꝙ mutilans illa punitur tanꝗ immunis naturæ eo modo quæ puniretur ſi occideritl.iij.ff.ad l.corne,de ſica,& ſubdit ibi qđ q barba eſt pars formalis corporis amputans barbam dicitur amputare membrum, argu.l.in rem.§.j.ff. de rei ven,quod not.& adde quæ ipſe not.in l,data opera.C.qui ac cu.non poſ. vbi dicit ꝙ mammille mulierũ ſunt membra,ſed non mamille hominis,& nihil allega.Prædicta quidem intelligenda ſunt,in membro habente ſuam virtutẽ ſiue operationem ,ſi autem eſſet aridum dubitatur an veniat appellatione membri. Guil. & Ray. in l. ſed & ſi pupillus.§.proſcribere.ff.de inſtito,tenent per illum text. quod ſic,& alle.l.iij.§.ij.ff.ar,fur,ce Bal.in d.l.nõ ſunt liberi.dicit contrarium,alleg.not.in l. vitem.ff.arbo.fur,ce.vbi tangit Iac.de Are. & hoc verius puto ſi ſtatutum dicit. ſi quis debilitauerit membrum ſiue manum &c. Ea enim quæ non habent ſenſum ſiue vigorem debilitari non poſſunt l.decem de verbo.oblig.cum ſi.Si autem ſtatutum non referret ſe ad ſenſum aut officium ipſius mẽbri & tunc credo veram deciſionem Guil. & Rayn.vt puta quia ſtatutum dicit ſi quis offenderit alicui oculum,licet enim obſcuratus ſit ſiue obcecatus, ſit tamen ita cecatus cũ corpore eſt vnitus & ideo patitur effoditionem.& idẽ ſi ſtatutum diceret ſi quis amputauerit alicui manum,& ita vr̃ tex.in d.l.vitem.quæ eſt lex iij.§.j.verſic. ideo facit l.amiſſe nauis. cũ ibi not.ff.ad l. rho.de iac.Quod forte poteſt dici eſſe verũ ſi manus vel oculus a caſu aridi facti ſunt. Si aũt a natura ſic producti fuiſſent tũc ſecus eſſe vr̃.Cum non habuerint primordiũ veritatis,vt d.l. vitem.§.ſi quis ex ſeminario. facit l.cũ filius.§.hæres.de leg.ij.& fateor prę dicta procedere in ſtatutis quæ intelliguntur,vt iacent,ſi aũt in ſententia contineretur quod alicui deberet amputari manus, tunc non vr̃ ſatisfieri ſententie,niſi ampute tur virens & non arida. Illa.n. intelligitur vt pœnam afferat.ff.de pen.& C. per totũ, quæ non eſſet ſi verificaretur in manu arida,& ita intelligatur ꝙ dici ſolet in d.auth. ſed nouo iure.C.de ſer.fug. Contrarium tñ fuiſſe determinatũ refert,& ſequitur Ioan. And.in regula in pœnis lib.vj.in mercu.dicit.n. illud eſſe verũ mẽbrum & valere ad decorẽ j.q.j.c.ſicut vrgeri.& ſic pœnã cõtinet pro quo facit l.ſi de interpretatione. & l.præſes.ff.de pen.Quæ deciſio potius fundatur æquitate ꝗ iuris rigore,vt ibi patet. Quæ æquitas ceſſaret ſi propter delictũ cũ manu valida commiſſum ſic damnatus exiſteret.tunc enim ex collatione proceſſus declaretur ſententiam debere intelligi de manuquę delinquit,& ſic valida.ar.ff.ad treb. l.nonnunquã.& quod dictũ fuit ſupra circa princip.q.Bald.vero in l.j.C.qui accu.non poſ.in fi.tenet ſimpliciter quod manus non habens aliquod officium non dicatur membrum.alle.Ariſtotelem in j.de anima. & in iiij.Metha.ad fi.Ex his colligitur ad propoſitam q.An bannitus pro amputatione digiti dicatur bannitus pro amputatione membri.& dicitur quod non.quod intellige niſi ex vulgi opinione aliud diceretur l. labeo. de ſuppel.le,de verbo.ſig.l.alfenus. cum ſi. Item colligitur quando quis dicatur bannitus pro amputatione membri. Sed incidẽter queritur an ſaltem dicatur membrum debilitare ille qui amputat digitum Bald. in d.l.non ſunt liberi dixit ꝙ ſic, & patere dixit in effectu,læſa enim eſt membri operatio.Et idem videtur velle Bar.in d.l.ij.de publ.iud.dicens ꝙ tunc vr̃ debilitatũ membrum qñ eius officium aliqualiter impeditur,alle.d.l.idem offilius.& idẽ Ia.Bu.dicẽs conſiderandũ eſſe quis digitus ſit amputatus,vt ipſe ſcripſit in d.l.non ſunt liberi.qđ Franc.de Are.in l.& quantum.de edil.edic. intelligit verum dumtamen ad minima officia non trahatur per l.j.§.ſed ſciẽdum eo. ti.Probatur deciſio prædicta, quia illud qđ eſt debilitatum non eſt ſanum,vt ibi,& eo. ti.l.offilius. & ideo vbicunꝗ dicitur quod propter id quo quis caret non eſt infirmus, & ſic remanet ſanus, ſequitur quod nõ eſt debilitatus per locum a conſequenti deſtructo.Et ideo dr̃ ꝙ qui caret dente vel teſticulo non dicitur debilitatus nec membro mutilatus l.pomponius.& l.cui dens.eo.ti.debet etiam intelligi hoc in debilitatione perpetuo remanſura, vt dicam infra proxi.q. Et ex his prædictis puto quod hoc an ſit debilitatum membrum vel non remaneat in arbitrio iudicantis qui debet committere iudicio peritorum, vt in iuribus infra proxi.q.alle,niſi ex facti euidẽtia appareat notoria debilitatio l. ſi quis in ruptione. fini. reg.Quid enim ſi vni ſcriptori,vni pictori, vni presbytero,videlicet in totum amputatum policem qui reponi non poteſt. certe videt illius manus officium fere priuatum nedum debilitatum.Et ideo tunc re exiſtẽte clara medicis commiſsionem non faciet. facit de cle.egro.c.presbyterum.& de cor.



Source : BIU Cujas

viti.c.j.ij.& iij.& d.l.& quantum. & quod not.l.inde neratius.§.idem iul.ff.ad l.aquil. ſi autem digitus non eſt pœnitus remotus, ſed os eſt fractum vel incluſum,ſed non taliter quod ſecundũ peritiã medicorum curari non poſsit, recurrendum erit tunc ad commiſsionem ſecundum quod dicam infra proxi.q. Sed ſi videt modicam ſciſſurã factam eſſe,tunc a ſeipſo iudicabit imponẽdam eſſe pœnam ſimplicis vulneris, vt d.§. ſed ſciendum,vt l.vulneris.ff.de iniur.

*Stante eodem* ſtatuto ſupra quinquageſima q.deſcripto. Sequitur quin
52 quageſimoſecundo† videre qñ quis dicatur bannitus pro cicatrice, vt ſic excepta morte qualitercunque offendi poſsit. Iſte articulus eſt ſubtilis & pulcher,& quotidie verſatur in practica. & propterea deberet late examinari,vt tamen non aliter ꝙ promiſerim euagari contingat quã breuius potero quæ per alios & per me inueſtigari vidi his ſubijciam, vt habeatur notitia veritatis. Aut ſaltem ad illa inueſtiganda detur materia iuxta poſſe. Ad cuius articuli doctrinam ſciendum eſt,ꝙ quibuſcunque ſtatutis exaggerantibus ſiue aggrauantibus pœnas,vt in propoſito punientibus,acrius facientes, vulnera cum cicatricibus ꝙ ſine non intelligitur hoc nomen, ita ruditer vt iacere vr̄.Cicatrix enim eſt corporis deformatio,ita dicit tex.in l.locum.§.j.ff.de vſufru.ibi.Nec corpus cicatricibus deformetur.Sed intelligitur de tali deformatione q̃ ſit in apparenti parte corporis , ſitque ibi perpetuo remanſura ſic enim in exaggerati uis talia conſiderantur, vt probatur.ff. de iniur.l.prætor.§.atrox.& l.vulneris magnitudo.ff.de pœ.l.aut facta. per totam probatur apertius in l.fi.§.quoties.ff.de edil.edic. & extra de cor.viti.c.ij.vbi in his quæ nõ ſunt leuis effectus perpetuitatis morbi conſideratur.eius enim morbi quod eſt in via ſalutis non habetur conſideratio l. quæritur.§.idẽ ait.eo.ti.& dicitur eſſe in via ſalutis quando propter diligentem curã. Caſus enim eueniens ex defectu curationis morbi malitie non aſcribitur,ſed egri culpe vel ignauie l.qui occidit.§.fi.ff.ad l.aquil.& qđ habetur.C.de emen.propin.l.j.& per Bart. in l.fin.ff.de ſica.Et ad ſic intelligendum ſtatutum aſtringit nos viua ratio. Ante namq; perfectam curam ex quolibet vulnere in facie illato vituperatur facies & deformatur.Item in cõſolidato vulnere ſemper certo tempore remanet quoddam veſtigium ſiue quædam effigies quæ demonſtrat fuiſſe vulnus,de illa enim non intelligitur ſtatutum alias ſuperfluum foret,cum vt dixi ex quolibet vulnere id ſequatur. Intelligitur ergo ſtatutum de cicatrice perpetuo remãſura. Pro qua determinatione facit quod verba legis ſine temporis determinatione prolata ad tempus perpetuum intelliguntur.ff.de cõdi.inde.l.ſufficit.l. iuriſperitos. ff.de excuſa.tut.C.de pœ.l.ſeruus.ff.de bo. aut.iud.poſ.l.in venditione.§.j. Item de ea deformatione intelligitur per quam corpus deformatur in apparenti loco corporis quod etiam probatur, quia poteſt eſſe effigies deformans corpus & tamen non dicetur cicatrix.probatur in d.l.queritur.§.ſi. de edi.edic.& in l.fin.ff.de his qui deie.vel eff. vbi ponitur diſiunctiua inter cicatricẽ & deformationem. & ſic patet quod non omnis deformitas dicitur cicatrix.per illas enim interdum dignoſcitur homo.l. ſtigmata.C.de fabri. lib.xj. vbi vide not. dictum Bar.l.j.in fi.ff.de ſer.fugi.vbi tex.not. facit differentiam inter notam & cicatricem.Licet enim appellatione note contineatur cicatrix,non tamen econuerſo appellatione cicatricis continetur nota, vt ibi patet.intelligi etiam debet ſtatutum de ea cicatrice,quæ ex vulnere perpetuo remanſura ſit habita diligenti cura , quia ſemper verba maxime ſtatuti debent intelligi vt inſpiciatur cauſa proxima & non remota.ff. quod me.cau.l.metum.§.ſed licet verum quia talis cognitio non pertinet ad iudicem iuriſtarum quando caſus occurit,debet fieri cõmiſsio medicis qui iurati referãt an ex vulnere ſit perpetuo remãſura cicatrix.l.ſemel C.de re mi.li.xij.l.j.§.j.ff.de ven.inſpi.& in prohemio fforũ.§.j.de ſta.ho.l. ſeptimo mẽſe.extra de homi.c.ſignificaſti.cum ſi.Si ergo facta commiſsione ſeruata forma medici iurati referunt ex vulnere remanſurã perpetuo cicatricẽ & ſequitur condemnatio, tũc dicetur quis pro cicatrice damnatus.Si autem inquiſitus vel accuſatus non comparuit,& propterea ſeruata forma ſtatutũ nulla facta commiſsione contumax fuit habitus pro confeſſo, & deinde damnatus ſiue in banno poſitus eſt aduertendum. Nã aut accuſatio ſiue inquiſitio ſimpliciter dixit vulnus fuiſſe factum cũ cicatrice.Aut adiecit verba perpetuo remanſura. Primo caſu non dicetur bannitus pro cicatrice, prout requirit ſtatutum, quia cum poſsit intelligi de temporali & perpetua in dubio intelligitur de temporali.ff. de pe.l.ſi præſes, Vide

Source : BIU Cujas

tamen quod dicam infra ad fin.q. vbi declarabitur hoc dictum. Secũdo caſu aut narratur vulnus fuiſſe in apparenti parte corporis & intelligetur condemnatus ſiue bannitus pro cicatrice. nullus enim apparet error, & ideo confeſsioni ſtatur l. in eos. & l. ff. de cuſt. reo. Aut in parte occulta, & non habebit locum ſtatutum, vt patet ex præmiſsis. Puto tamen quod cũ hæc ſubtilis inueſtigatio non cadat in mente ſiue diſcretione idiotarum, ſicut dicitur in ſimili in l. quid ſi nepotes. ff. de teſta. tut. quod offendens bannitum pro vulnere cum cicatrice, aut eſt immunis, vt ſupra aut mitius propter talem errorem puniri debet l. ſi adulterium cum inceſtu. §. j. ff. de adul. Vnum ẽt circa prædicta notandum eſt quod non ſemper ſtatur relationi medicorum, ſed poteſt per facti euidentiam probari contrariũ ſecundũ quod dixit Gui. de ſuza. in d. prohemio ff orum. & refert & ſequitur Io. And. in add. Spe. in ti. de homi. ver. j. vbi de tali cõmiſsione aliqua dicũtur. Et quia hæc materia vt dixi ſupra pertinet magis ad iudicium medicorũ ꝙ legiſtarum. Hic inſeram Tractatellum quendam quẽ ſuper materia occurrente cõpoſuit eximius artiũ & medicine doctor magiſter Chriſtoforus Georgij de Florentia mihi pater reuerendus, cuius tenor hic ſequitur. Quia iudicium de cicatricibus & veſtigijs pœnes inexpertos in ſcientia medicine a recto tramite veritatis multum eſt diſſonans. Idcirco me ipſum cupiens ac etiam eos aliqualiter declarare hanc breuem ſummulam connotatam ex authoritatibus Hypocratis, Galieni, & Auicenne, ſic ſuperficietenus compilaui. Reſecans igitur verba ſuperflua. Sciendum eſt ꝙ præfati authores per cicatricem intelligũt concauam ſuperficiem & calloſam ex conſolidatis vulceribus vel vulneribus derelictam, a quibus alicuius ſenſibilis partis ſpermatici membri deperditio facta fuit, cuius concauitatis cauſa eſt deperditio ſola maxime autem cutis groſſe vel oſsis. Sũt autẽ ſpermatica membra, quibus in principio generationis pro materia ſemen ſubijcitur & ſibi in colore ſimulantur, ſicut ſunt oſſa, nerui, vene, panniculi, chartilagines, & cutis groſſa. Hæc aũt mẽbra ſi ab eis aliquid ſenſibile deperdatur per viam prime intentionis conſolidari non poſſunt ſicut carniformia membra, quæ vera vnione poſſunt abſque vlla concauitate coniungi. Supradictorum verborum ſententia maxime contrahitur ex dictis Hypocratis ac commentatoris eiuſdẽ ſexta particula amphoriſmorũ dicit. Vulnera quæcunq; annua fiũt aut longum tempus habent eſt neceſſe os emitti, & cicatricem concauam remanere. Idem expreſſe ponunt eadẽ particula illo amphoriſmo. Quando inciſum fuerit os, aut cartilago, aut neruus nec creſcit nec cõglutinatur ſubaudi ſicut primo erat. Enucleatur ẽt ſimilis intellectus pluribus authoritatibus Galieni in tertio de ingenio ſanitatis ij. c. ſic dicentis. Vnde quædã aliqñ harũ intentionũ mõſtrat aliquid incurabile fore ſicut cõcanum vulnus quod non ſolũ carnẽ amiſit ſed etiam oſſa. Impoſsibile. n. eſt hanc concauitatem oportune repleri, vulnus tamen poterit conſolidari &c. & in eo. lib. c. iiij. ſic dicit. Concaua enim carne vice eius quod amiſerunt replenda ſunt, Carnis aũt materia ſanguis eſt. Ea vero quibus nihil carnis de eſt neceſſe eſt conſolidari & ſanari cutis tamen eius cauſa extitit. Carne quidem & pinguedine amiſſa poſſumus ea reſtaurare ſicut ea quæ amputata fuerant, cutim autẽ reddere non poſſumus, vnde ingeniandum eſt ꝙ vice cutis faciẽdũ ſit ꝙ carnis tegmẽ exiſtat. cutim enim reſtaurare impoſsibile eſt. Supple & ſimiliter alia ſpermatica mẽbra reſtaurari eſt impoſsibile cum aliquid ſenſibile deperditur, maxime in ætate perfecta, ſed loco partis deperdite aliquid reapponitur incomplete quod a præexiſtentibus diuerſificatur in genere. Non autem ſic euenit carniformibus membris. ſupradicte igitur impoſsibilitatis reſtaurationis in ſpermaticis mẽbris triplex eſt cauſa. Prima ipſorum durities, vnde extendi non poſſunt. Secunda humiditatis & roris paucitas quę loco partis deperdite debet ſubito reapponi ſeu partes diſiũctiuas cõiungere. Tertia virtutis generatiue ſed aſsimulatiue debilitas quæ multũ in eis deficit per reſpectum ad carniformia membra oſſa difficilius ſolidantur cum inter ea ſint duriora debiliora ac etiam minus de humiditate participent. Supradictis ſententijs ẽt eſt conforme quod ponitur ab Auicenna li. j. fen. iiij. c. de medicationibus ſolutionis continuatis cum dicit. Impoſsibile enim eſt vt reſtauretur os & proprie in corporibus conſiſtentium niſi ſecundum hunc modum, quoniam nullo modo redibit ad continuitatem &c. & ſtatim in eo. c. ſubdit. Si vero illud qđ perditũ eſt tantũ fuerit cutis neceſſe erit vt cicatricẽ inducat &c. Conſonat ẽt quod ipſemet Auicenna ponit li. iiij. fen. x. trac. j. & c. j. cũ dicit. Dico ergo ꝙ nos conamur in qbuſ-

dam membris quorum continuitas eſt ſoluta, vt redeat eorum continuitas ſicut fuit & illud ſicut in carne, & conamur in quibuſdam eorũ, vt remanet contractus eorũ cum conſeruatione, licet non redeat ipſorũ continuitas, & illud in oſsibus &c. ſupple & in alijs membris ſpermaticis. Ex quibus clare patet quod tunc remanet vera cicatrix cum aliqua pars ſenſibilis ſpermatici membri deperditur, maxime cutis vel oſsis. Poteſt autem tam parua quantitas ipſorũ deperdi quod non ſequetur exinde cicatrix.

Nunc autem de veſtigio aduertendum ꝙ nihil aliud eſt veſtigium, niſi ſignum ex carniformibus conſolidatis vulneribus derelictum a quibus nihil ſenſibile ſpermatici membri fuit amiſſum. dicuntur autem talia vulnera per viam prime intẽtionis vniri etiam ſi ſint magna ſicuti clare ponit Auicenna. lib. iiij. fen. iiij. tracta. j. c. de cura vniuerſali carniformium vulnerũ, cum dicit, & ſi fuerit. ſ. ſolutio continuitatis, ita vt ne concurrant extremitates eius quoniã ſunt rotunde elõgate, aut diuerſe figure, aut iam deſtructa eſt ex eo caro pauca nõ plurima, tunc eius cura eſt ſutura, & prohibitio aggregationis humiditatis i ea. & ſtatim poſt ſubdit, Et ſi fuerit profunda, ſcilicet ſolutio cõtiguitatis & magna, tunc ſtrictura etiam facit eam adherere multoties poſt quã adherentiam ſiue conſolidationem completã non remanet cicatrix, ſed ſupradictum veſtigium de quo veſtigio maxime mentionẽ facit Auic. lib. iiij. fen. iiij. trac. j. c, de medicinis conſolidantium & ſigillatiuis dum dicit. Quod ſi non auferatur illud. ſ. quod de carne ſuperfluit proculdubio ſit veſtigium vlceris ſuperius cute. Poteſt aũt eſſe veſtigium ſi in apparenti membro fuerit ipſum manifeſte vituperans ſicut quamplurimum euenit poſt conſolidata vulnera quæ ſolum in carne fuerunt, quibus vt coniungerẽtur neceſſaria fuit ſutura, ac etiam ligatura. De iſtis autẽ veſtigijs facit Auic. capitulũ. li. iiij. fen. iiij. vlt. trac. & c. & ſic dicit rub. capituli. Eradicatio. i. modus curationis veſtigiũ vlcerũ & vulnerũ. Simili modo ẽt ipſemet Auic. fen. vij. quarti. Cũ de decoratione loquitur ſeu vituperatarũ partium correptione facit appropriatum capitulum veſtigijs vlcerum & variolarum. & dicit eius capituli. rubri. de veſti. vlce. & vario. Ex quibus ſatis patet quod veſtigium poteſt eſſe vituperans, ac etiam quomodo aliquod magnum veſtigiũ exiſtens in membro patenti plus ipſum vituperabit quam aliqua parua cicatrix in eodẽ exiſtens ſicut de facto euenit in vulnere magno in facie facto a quo nulla ſit deperditio ſpermatici mẽbri, tamen propter eius magnitudinẽ & labiorum diſtantiam indiguit ſutura & ligatura, vt labia coniungerentur vnde remanet apparẽs veſtigium ipſam faciem manifeſte vituperans quæ vituperatio non ſequetur in aliquo paruo vulnere etiam in facie facto a quo facta erit abſciſio cutis, vel alterius partis ſpermatici membri. Ex quibus concludendo colligitur quod quandoque verum eſt dicere facies eſt vituperata per apparẽs veſtigium, & tamen vituperata non eſt per cicatricẽ, & quamplurimum etiam euenit econuerſo. Similimodo etiam eſſe poteſt qđ nec erit vituperata ex vno paruo veſtigio nec etiam ex vna parua cicatrice, vnde ad hoc vt facies, ſeu aliquod membrum apparens vituperatum exiſtat requiritur, vt tanta ſit facta læſio in ſuperficie dictorum mẽbrorum ſeu diminutio in ipſorum quantitate quod oculo corporali videatur a longo talis concauitas ſeu veſtigium derelictum. Ac etiam eſt neceſſe ꝙ in illiſmet partibus ſit vera egritudo difformans faciem in ſuperficie ſeu in quantitate vel etiam in figura ſecundum iudicium peritorum in ſciẽtia medicine. Quando autẽ vituperatio ſit ex veſtigio aut cicatrice non bene poteſt a lõge diſcerni, ſed ex propinquo perito medico derelinquo. Vnum eſt vltimo vlterius aduertendum quod quanto vera veſtigia plus elongantur in tempore & veteraſcunt tanto plus corriguntur ſolũ ex operatione nature, nec ita poſſunt diſcerni ſicut in eorũ principio. Oppoſitum autem euenit in cicatricibus veris cuius cauſam ſpeculare volẽtibus pro nunc dimitto, licet ex ſupradictis ſatis leuiter poſsint haberi. Sic igitur hic finem dictis impono ſubijciens me correctioni &c. Chriſtoforus. Ex his itaque colligitur ꝙ cicatrix vera non poteſt eſſe quin ſit perpetuo remanſura & quia vt ex iuribus ſupra alle. apparet quod etiam interdũ intelligitur cicatrix aliter ꝙ̃ intelligunt medici plurimũ in ſtatutis adijcitur perpetuo remanſura, & ideo id quod ſupra dixi proceſſu formato ſimpliciter cicatrice non intelligi bannitum pro ea quæ ſit perpetuo remanſura. debet intelligi verũ ſi in ſtatuto illa verba perpetuo remãſura perſiſtũt per no. in l. iij. §. docere. ff. vi bo. rap. & in c. pro humani. de ho. lib. vj. Et idem ſi ſtatutum diceret per apparentem cicatricem, quia tũc intelligetur bãnitus pro non apparenti ꝙ

eſſe poteſt, vt ſupra & ideo verba ſtatuti ſunt ponderanda. In hac.n. ciuitate ſtatutū diſponit de vulnerante cū vituperatione in facie per apparentē cicatricē vel per veſtigium vel alio vocabulo medicine ꝙ tamē vt patet ex prædictis intelligitur de vituperatione perpetuo remanſura. & ideo multoties ignorantes admirantur de relationibus medicorum referentium non eſſe cicatricem aut non eſſe veſtigium ſeu notam cū vituperatione faciei perpetuo remanſura vt ſæpius in magnis iuxta vulgarem ſermonem marginibus iudicatū vidi, quia ſic pręceſsit relatio medicorum. Sed vt ex prædictis liquet nulla eſt admiratio facienda.

*Ex eodē conſtituto infert*

53 ſe Quinquageſimatertia † quæſtio formanda ad percuſsionem ſanguinolente percuſſionis, vt ſic cōprehendatur qū pro illa qs bannitus intelligatur. & ideo pro ipſius declaratione quero. Quidā fuit inquiſitus ex eo ꝙ cum cultello acuto apto ad frangendum panem percuſsit Gaium in perſonam vna percuſsione ex qua ſanguis exiuit, an ex forma dicti ſtatuti ſupra quinquageſima q. relati poſsit impune offendi. In quæſtione iſta conſuluit Barto. Sed in ſtatuto ſuper quo conſuluit erant etiam alia verba, vide licet quod percuſſor vulnus fecerit. & in eo conſilio ſic dixit. Et videtur quod nō potuerit offendi, quia ſtatutum requirit ꝙ fuerit bannitus pro percuſsione ſanguinolenta, & ꝙ percuſſor vulnus fecerit, ergo &c. Econuerſo dr̄ quod poſsit impune offendi, quia ad poſitionem percuſsionis ſanguinolente cum cultello, neceſſario ſequitur vulnus, cum vulnus ſit ſciſsio continuitatis. In q. præmiſſa facit dubium, quia vulnus dicitur ſicutis ſcindatur l. ſi ſeruus ſeruū. §. rupiſſe. ff. ad l. aquil. ſed ſanguis poteſt exire de corpore abſq; eo ꝙ cutis ſcindatur, ſ. per poros, maxime vbi cutis eſt tenuis, vt de naſo & parte interiori vel gingiuis. Item dicitur qđ Chriſtus ſudauit ſudore ſanguineo, Lu. xxij. Credo tñ quod in propoſita q. ex verbis condemnationis ſatis colligatur ꝙ vulnus fuerit factum. Quod apparet ex tribus. Primo quia cum cultello acuto. Secundo quia ex percuſsione ſanguis exiuit. Tertio qa in perſonā. Primū eſt clarum quia ſi percuſsio fit cū cultello acuto intelligitur factū vulnus. Cultellus. n. eſt res apta ad ſcindendum. ff. de fur. l. ſi pignore. §. ij ad l. iul. de vi pu. l. pe. §. telorum, & de ver. ſig. l. armorum & apparet expreſſe de cultello ſeu gladio, cum quo Petrus abſcidit auriculam ſeruo principis ſacerdotum. Matt. xxvj. c. & Mar. xiiij. & tex. in l. aut damnū. in prin. de pe. dicit gladium eſſe aptum ad ſcindendum. Aliud quia dr̄ in perſonā etiam probatur, quia non ſignificat in ſuperficie vel in pannis, ſed inter perſonā ſecundum ſignificatum huius dictionis in l. j. §. in corpus. ff. de his qui deie. vel eff. & de flu. l. j. §. in flumine. Sed ſi cultellus in perſonam mittatur neceſſario ſequitur ſciſsio cutis, vt probatur in l. fin. ff. de his qui deie. vel eff. ſi bene inſpiciatur. hoc ēt probatur ratione. ſicut. n. ignis appoſitus ſtipule de neceſsitate cōburit. ff. ad l. aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. §. hęc aūt actio. & . §. ſeq. ita gladius percuſſus in perſonam de neceſsitate ſcindit, quia vtrunq; eſt inſtrumentum agens ſi appropinquetur materie. Ex alio ꝙ fuit ſecundū dum dicitur qđ ex percuſsione ſanguis exiuit ēt colligitur, No. enim ꝙ dixit ex percuſsione & ſic ſignificat locum ex quo l. non dubium. C. de legi. l. eodē tempore. ff. de pec. l. j. §. ex incēdio. ff. de incen. rui. nauf. ſed ſi quis dixerit ſanguinem exiſſe per poros abſq; cutis ſciſsione, tunc non exiuiſſet ex percuſſione, ſed ex alio loco propter percuſsionē. Et ſic verba ſententię non verificarentur. hoc vr̄ expreſſe probari extra de ſen. excō. c. cum illorum. ver. Nos aūt vbi percuſsio cum ſanguinis effuſione dr̄ difficilis & enormis, ꝙ nō eſſet, niſi eſſet ex vulnere ff. de iniu. l. vulneris magnitudo. Et ſic concluditur ꝙ prædictus bannitus fuit, qa percuſsit, & vulnus fecit. & ſanguis exiuit. & ſic potuit impune offendi. hæc Bar. Ex quibus verbis patet ꝙ in propoſita qōne quādo ſtatutum non exprimit de vulnere, reſtat minor dubitatio. Proponitur. n. ex tali percuſsionem ſanguinem exiuiſſe. & licet poſsit exiſſe ita paruus ſanguis, ꝙ a iure nō eſtimaretur l. j. §. deinde. ff. de edi. edic. Tamen quia in inquiſitione dr̄ cōtra formam iuris, nō intelligitur de parua effuſione ſed de magna, iuxta not. per Cy. in l. ſi non continuij. C. de iniur. & l. nec exēplum. C. de fal. Nec ob. l. ſi præſes. ff. de pe. quia ibi vtraq; vis erat punibilis, ſed vna plus altera. hic autē vno modo eſſet punibilis alio non. & ideo intelligitur ſecundum modum punibilem, vt procedat libellus & proceſſus. Nec ob. not. in l. non ſolum. §. ſed vt probari. ff. de no. ope. nun. quia aut procedente libello & proceſſu, quia procedit, vt ibi etiam not. & colligitur in l. cum actum. ff. de nego. ge.



Source : BIU Cujas

& in l.matrem.C.de proba. per l.ſi quis in-
tentione ambigua.de iudi. ſequitur proba-
tio per teſtes,& locum habet abſolutio, ni-
ſi probatio clare concludat.vt in c. in præ-
ſentia.de proba.& ita intelligitur quod no-
ta.in.§.ſed vt probari.Aut ſequitur per cō-
feſsionem veram vel fictam. & tunc ſequi
debet condemnatio,quia illa intelligitur ſe
cundum libellata,vt l.ſi cōfeſſus.ff.de cuſt.
reo.& l.ij.§.ꝙ ſi actor.C.de iur.cal. cum ſi.
Itē patet ex prædictis quod ſi fuiſſet condē-
natus ex eo ꝙ manu vacua percuſſerit Ti
tium in facie & ꝙ ſanguis exiuit de naſo
vel de gingiuis non diceretur cōdemnatus
ex percuſsione ſanguinolenta ſecundū Bar
to.Sed in hoc non ſto cum eo.Verba.n. de-
notant cauſam proximā vel non ſecundum
naturam rei cui adiunguntur, vt in iuribus
ſupra alleg.adeo ꝙ interdum vna dictio po
nitur pro alia, vt l. eas cauſas. de condi.&
demō.quinimmo & dictio ex, ponitur pro
propter l.prætor.§.quod de fructibus.ff. de
bo.aut.iud.poſ.Impoſsibile autem eſt niſi
quis haberet ſanguinem in manu ꝙ ex ip-
ſa pcuſsione ſanguis exeat. Intelligitur er-
go dictum ſtatutum ſimpliciter loquens de
condemnato,ex, vel pro percuſsione ſan-
guinolēta qñ propter percuſsionē ſanguis
exijt ex perſona, intelligo autem quod in-
continenti ſanguis exiuit. tunc.n.intelligi-
tur ex percuſsione.Si aūt ipſa percuſsio fe-
cerit rumorem propter quod poſtea fuerit
neceſſe ad illius curam ꝙ medicus punge-
ret vel incideret, & tunc ſanguis exiuerit
non dicetur tunc condemnatus ex vel pro
percuſsione ſanguinolenta. Exiuit.n. pro-
prie & improprie ſanguis propter percuſ.
ſionem,& ſic non habet locum ſtatutum,vt
in iuribus ſupra alle. Et idem erit in ſpintu
ra propter quam ſpintus cecidit & percuſ-
ſit,& ſanguis exiuit ſecundū Bal.in l.de pe-
coribus.C.ad l.aquil.& in l.ſi familia.ff. de
iuriſ.om.iudi.Vbi ergo tales dictiones poſ-
ſunt proprie intelligi proprie intelligūtur
alias improprie ēt in ſtatutis, vt habetur in
l.labeo de ſuppel.leg.& in l. omnes popu-
li.de iuſt.& iu.per doc.vt tamen tollātur ta
les dubitationes cōiter in accuſationibus
& inquiſitionibus ponūtur illa verba cum
maxima ſanguinis effuſione per ea quę ha
bentur in d.c.cum illorum.& in d.l. vulne
ris magnitudo.& in d.§.deinde.vbi glo. fa-
cit mentionem de vulnuſculo.

54 Quinquageſimo quarto. † Ti-
tius fuit banni
tus pro eo qđ
inſultauit,& percuſsit Gaium cū vno baſto
ne ligni quo erat armatus duabus percuſ-
ſionibus in renibus ſiue ſanguinis effuſio-
ne.& demum cum lignū fractum fuerit vel
ceciderit in terrā percuſsit ipſum pluribus
percuſsionibus vacuis. Queritur an viſo di
cto ſtatuto de quo dictum eſt ſupra.q.l.ve-
niat in aliquo puniēdus. Et primo videtur
quod non.nam prædictū ſtatutum dictat qđ
bānitus pro percuſsione ſine ſanguine poſ-
ſit offendi in duplum. Cōſtat aūt ꝙ dictum
ſtatutum licet loquatur in ſingulari verifi-
catur etiam in plurali,vt ſic. Bannitus pro
vna percuſsione poteſt offendi cum qua-
tuor,& ſic de ſingulis.ff.de libe.ho. exhi.l.
iij.& ff.ꝙ fal.tut. aut.l.j.§.itē hoc edictum.
& quod hr̄ in l.agraria.ff.de termi.mo.Sed
Titius fuit bannitus pro duabus percuſsio
nibus,ergo poteſt offendi cum quatuor.Itē
vt patet ex themate inquiſitionis fuit ban-
nitus pro inſultu,& ſic potuit offendi mani
bus vacuis,& quia ſic dictat ſtatutum quod
cum inquiſitione & banno concordat l. nō
aliter.ff.de leg.iij.cum ſi. Pro huius autē
quæſtionis deciſione aduertendū eſt ad plu
ra.Primo enim videri oportet quid ſit in-
ſultus Secundo an confundatur in alijs de-
lictis illum ſecutis.Tertio vbi cōfundatur
an valeat ſententia quæ pœnam inſultus cū
pœna alterius delicti non confundit, vt qñ
ex forma ſtatuti pro inſultu imponitur cer
ta pœna puta librarū quinquaginta, & pro
percuſsione imponitur pœna centum vel
maior ſecundū qualitatē ipſius percuſsio-
nis Et his viſis patebit quæſtionis præmiſ-
ſe deciſio.Quo ad primum ſciendum quod
circa materiā iſtā iura varie loquuntur,&
etiam glo.Interdum.n.quē contra alium ir-
ruentem ius vocat inſultantē.C.de iude.l.ſi.
quandoq; aggreſſorem l. is qui aggreſſorē.
C.ad l.cor.de ſica.& ſic dicitur in l. qui de
crimine.C.de accu.Quādoque vocat appe-
tentem,& ſic patientem vocat appetitum l.
& ſi pcuſſor.§.ſi appetitus.ff.ad ſille. quod
ibi gloſ. exponit id eſt inuaſus,& ſic quan-
doq; dicitur inuaſor.C. vnde vi.l. inuaſor.
Quandoque etiam patiens dr̄ inſultatus l.
itē apud labeonē.§.pœ.ff. de iniur.Et hinc
deſcēdit nomen verbale quod vocatur in-
ſultus.& in hoc dixit Barto. in l.reſpicien-
dum.§.delinquunt.ff. de pe. quod inſultus
eſt in alium ſaltus alleg.d.l.is qui aggreſſo-
rem.& l.j.§.cū arietes.ff. ſi quadru. pau.fe.
dica.ſed in.§.cum arietes. dicit quod inſul-
tus eſt motio de loco ad locum, & in.§.de-
linquunt,concludit quod ſi exiſtens tecum

Source : BIU Cujas

in itinere vel menſa aut in alio loco deuenit tecum ad rixam, non dr̄ inſultum facere ſed potius proditorie feciſſe, ar. C. de dilati. l. j. lib. xj. Ex prædictis videtur aliqualis contrarietas inſurgere. Si enim inſultus eſt in aliũ ſaltus non verificatur in eo qui ſine ſaltu in aliũ ſiue contra alium ſe mouet de loco ad locum, cuius contrarium dixit Bart. in d. §. cum arietes. Sed aduertendum quia primo modo dicitur ſecundum alluſionem vocabuli. Secundo modo ſecundum diffinitionem. & ideo ſi quis inſultando aliquem facit in eum ſaltum, facit inſultum ſecũdum alluſionem & ēt ſecundũ diffinitionem, quia mouet ſe de loco ad locum, & facit in alium ſaltum, facit. ff. ad l. aquil. quemadmodum. §. ſi nauis. Si vero ſine ſaltu mouendo ſe de loco ad locũ vadit verſus aliũ tunc dicitur inſultum facere ſecundũ diffinitionem tantum, & tamen puniri poteſt de inſultu, quia diffinitio prępualet alluſioni qñ ſunt cõtrarie alias ab vtraq; argui licet, vt habetur. ff. ſi cer. pe. l. ij. §. appellata. de tut. l. j. de teſta. l. j. & in l. j. de acqui. poſ. per doctio, maxime per Bar. dr̄ etiam interdum facere impetum, vt d. §. delinquunt. ſed tunc aliter punitur, vt ibi habetur. & hoc de inſultu contra perſonam. Quandoque ēt dicitur fieri inſultus ſiue aſſaltus ad domum ſiue ad caſtrum, vt x. colla. qui. mo. feu. ami. §. ſimiliter. & ibi dicit Bal. quod tunc dicitur factus aſſaltus qñ appropinquat ſe tantum domui vel caſtro ꝙ põt proijcere iaculum & expugnare. Vt tamen omnis ceſſet dubietas cõſueuerunt cõiter accuſantes & inquirentes ponere in accuſatione & inquiſitione omnia dicta verba, quia dicunt B. deliberate, & appenſate mouendo ſe de loco ad locum fecit inſultũ impetũ & aggreſſuram contra C. &c. quæ ex abundanti ponuntur, vt patet ex prędictis, ex quibus expeditum eſt primum quando quis dicatur inſultum facere. & tunc ſine dubio ſi aliud non ſequitur vltra inſultum, pœna inſultus imponi poteſt. Si vero ſequitur aliud, vt quia percutit, vulnerat, vel occidit. dicit glo. quod de inſultu non fit punitio, ſed cũ delicto confunditur ſecuto, vt not. in l. qui de crimine. C. de accu. per l. illud. ff. ad l. aquil. & idē ibi Bart. Et ita determinarunt primo Dyn. ſic conſulendo, ſecundo Fran. acc. diſputando. & Gui. ēt de ſu. vt patet in ſuis quæſtio. ver. ſed pone de facto q. ſtatutum eſt quod ſi quis pugno & ſe. & idem tenuit Alb. Gan. in margarita. in ver. Sed pone ſtatutum eſt Mutine, in ti. de acc, & idem Guil. in Spec. de ſen. §. ij. verſic. ſed pone licet enim ſint cum ſunt ſeparata diuerſa delicta. ff. ad l. aqui. l. ij. & l. ſi ſeruus ſeruum. §. iij. capite. tamen ſi coniungantur dicuntur vnum eſſe delictum. ſ. vulneris vel motis l. illud. præal. §. ſi. alleg. etiam de act. & obl. l. qui ſeruum. in princi. & C. ad l. iul. de vi. l. quoniam multa Bart. autem in l. nunquam plura. ff. de priua. delic. limitat hoc dictum niſi ex inſultu imponeretur maior pœna q̄ꝫ ex percuſsione. Tunc. n. quatenus excedit non confunditur. ar. l. generaliter. & l. hæres a debitore. §. quod ſi hic ſeruus. ff. de fidei. ꝙ ibi reprehendit Ang. tenens indiſtincte gl. ſed non bene reprehendit, quia ſiue vnum ſit principale, & alterum acceſſoriũ, ſiue vtrunque principale, ſiue vnum prępparatorium ad aliud quod eſt verius non põt dici quod pœna vnius tollatur a pœna alterius, niſi ex vi confuſionis natura autem cõfuſionis eſt vt eatenus confundatur, & cõpenſetur quatenus cõcurrunt & non vltra l. j. C. ſi cer. pet. ad l. fal. l. licet. cum ſimi. & ideo ſi ex inſultu cũ armis quis veniret puniendus in cētum ex percuſsione manu vacua in quinquaginta. Inſultans cum armis, & percutiens manu vacua punitur in centum facta confuſione ſolum de quinquaginta in percuſsione, alias ſequeretur quod intantum puniretur inſultans cum armis, & percutiens manu vacua inquantum inſultans ſine armis, & ſic percutiens ꝙ eſſet abſurdum l. non ſolum. ff. de nox. Dico ergo quod inſultus ad caſtrum ſiue ad domum ponitur vt ſupra. Inſultus in perſonam aut eſt ſolus, & ſolus punitur. Aut ſecutum fuit aliud. Et tunc aut eſt maior pœna inſultus quam delicti ſecuti, non confunditur in totum ſed quatenus concurrunt. Aut eſt eadem pœna delicti cum pœna inſultus vel maior, & pœna inſultus confunditur, & de delicto damnatur, non de inſultu. Fallit in vaſſallo inſultante dominum, vt d. §. ſimiliter. & ibi per Bald. Prædicta intellige ſi inter inſultum & percuſsionem non fuit medius actus extraneus. ſi autem fuiſſet actus extraneus, puta quia inſultaſſet. Et cum ille retro ceſsiſſet vel arma extraxiſſet inſultãs redit domum, & arma ſumpſit, deinde reuerſus eſt & vulnerauit. Tunc enim de primo inſultu & de vulnere punitur ſecundũ Io. An. in addi. Spe. ſuper rub. de homi. vbi vide. Et hęc de ſecundo. Ad tertiũ breuiter dicendũ eſt, qđ cũ ſententia tunc ſit contra ius partis valere debet l. ij. §. j. ff. quæ ſen. ſi. ap. reſcin, ſi ex tenore ſentētie non apparet



Source : BIU Cujas

quid pro inſultu, & quid pro vulnere ſiue percuſsione impoſuerit. ſi autẽ condemnauit diſtinctim in tantum pro inſultu & in tãtum pro percuſsione dici poteſt ſentẽtiam non tenere, quia non intelligitur cognouiſſe de inſultu per dicta iura. Et ſic non valet ſententia l. de qua re. ff. de iud. & C. de ſen. l. prolatam, niſi in proceſſu ſiue inquiſitione vel accuſatione eſſent illa verba ſuper quibus omnibus & ſingulis &c. de quibus per Bald. in l. ij. C. de proba. Tunc enim valeret licet eſſet iniqua. & ex prædictis infertur ad deciſionem ſupra formatæ quęſtionis quod vbi bannito non fuit impoſita pœna inſultus ſed percuſsionum. Offendens eum modo prædicto punietur de offenſionibus factis manibus vacuis, quia in illis exceſsit modum. & ſic puniri debet de exceſſu. vt dictum fuit ſupra q. xlix. & etiam l. Si vero fuit ei impoſita pœna etiam pro inſultu, & taliter quod valeat condemnatio. & in nullo puniri debet, quia potuit vtroque modo offendere. Si aũt bannum fuiſſet nullũ, dixi ſupra in primo tẽpore parte iij. q. ix.

55 Quinquageſimo quinto ſtante ſtatuto† generali ꝙ a cẽtum libris ſupra poſsint impune offendi. Titius immiſit ignem in domum Sempronij banniti & eam combuſsit, vel in rebus ſuis aliter damnum dedit vel ei abſtulit. Queritur an veniat puniendus. in hac qõne me breuiter expediam. Nam licet glo. dixerit quod bona bãnitorum ſint extra cuſtodiam & a quocunque poſsint deſtrui & deuaſtari in tit. hic finit lex cor. & incipit cõſuetudo regni. in prin. & tangitur in c. j. §. ſi quis aliũ. de pace tenen. & de mili. vaſal. c. j. Tamen illud eſt verum de iure cõi, nec cautum reperitur. Eſt ergo potentia offendendi bannitum a ſtatuto proueniens. Dominia enim rerum & eorum tuitio & defenſio de iure gentium eſt, vt l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iu. ergo illam banniti de quibus agimus nõ perdunt, vt dictum fuit ſupra in hoc ſecundo tempore parte j. q. iiij. Et ideo inſpicienda ſunt verba ſtatuti l. ſemper. §. legem. ff. de iu. immu. quæ cum ſtricti iuris ſint l. conſtitutionibus. ff. ad muni. extẽdi non debẽt, vt in authen. quas actio. in l. quicquid aſtringende. Aut ergo ſtatutũ dicit ꝙ poſsint offendi qualitercunque vel ſimpliciter quod idem eſt quia indefinita equipollet vniuerſali. l. ſi ſeruitus ff. de ſerui. vrba. & poterũt offendi in perſona & rebus l. prima §. & generaliter. ff. de lega. præſtan. cum ſimi. Aut dicit quod poſsint in perſonam offendi. Et tunc non poterit offendi in rebus a perſona ſeparatis. Et idem ſi ſtatutum reſpectuaret offenſionem ad offenſam factam per bannitum, tunc enim talis permitteretur, qualis fuit illa ob quam bannitus eſt l. non. nunquam. ff. ad treb. & quod dictum fuit ſupra hac eadem parte quæſtio. ij. & hæc ſtatis ſunt de mente Bartol. in l. licitatio. §. qd illicite. ff. de publi. Et ibi vide qũ dicatur fieri offenſio in perſonam. Sed dicet quis tu dixiſti ꝙ ſi quis poteſt offendi ex forma ſtatuti in perſonam, non poteſt offendi in rebus a perſona ſeparatis. Iſtud videtur falſum, quia cui permittitur quod eſt maius videtur permitti quod eſt minus, vt patet in ar. a maiori. C. de ſacro ſanct. eccle. authen. multomagis. & extra de elec. c. cum in cunctis. Quelibet autem minima pœna corporalis eſt maior quacunque magna pœcuniaria vt l. in ſeruorum. ff. de pe. Ergo tuum dictum non procedit. Sed reſp. ꝙ hoc procedit vi verborum ſtatuti quæ aliquid debẽt operari. ſi enim ſimpliciter dicerent poſſe offendi, comprehenderent offenſionem in perſonis & rebus. Si ergo dicunt in perſonam operantur reſtrictionẽ, quia aliud operari non poſſunt l. ſi quando. C. de inoffi. teſta. cum ſimili. Præterea ſtatutum odioſum non extenditur etiam per maioritatem rationis, vt habetur in authen. quas actiones, de ſac. ſanc. eccle. Et vide quæ dicam infra in vl. tem. parte j. q. xij. vide etiam quæ dicam infra parte proxi. q. ix.

56 Nunc ex prædictis† ſtatutis particularibus queram de aliquibus pur circa hanc partẽ generaliter ad materiã facientibus. Et ideo quinquageſimoſexto dictum eſt ſepiſſime ꝙ bannitus de vna ciuitate, puta in Florentia, non perdit ea quæ ſunt iuris ciuilis, itẽ nec ea quæ ſunt iuriſgentium niſi aliud dicatur. Et etiam ſi diceretur illud non intelligitur extra territorium l. fi. ff. de iur. om. iud. quo ad perſonas non ſubditas. pone ꝙ Bononien. in ciuitate vel comitatu Florentino occidit bannitum de Florentia. Quem ſi Bononie occideret puniretur, quia illuc ſtatutũ ſe non extenditur. Queritur an poſſit Bononie, & ſis in loco ſue originis cõueniri per l. j. & ij. C. vbi de cri. agi. opor. aut Rome per l. roma. ad munic. Hęc queſtio reſidet in hoc an occidens bannitũ qui poteſt impune offendi dicatur delinquere. nam ſi ibi delinquere dr̃, licet aliqua dilatoria exceptione de tali delicto cognoſci nõ poſsit

tamē nō tolleretur quin alibi cognoſci non poſſet.l.decurionū, & ibi not.C.de his qui no.infa.Sed veritas eſt qđ non dicitur delinquere,facit enim lege permittēte, ergo &c. l.gracchus.C.de adul.facit C.de his qui ad ec.confu.l.ſi ſeruus.& l.ij.ne qui vela.re.& quod non ſit delictum firmat Bal.poſt gl.in l.ij.§.j.ff.ne quis eum qui in ius voc. eſt vi exi.Et idem in ſimili tenet in l.cunctos populos prope fi.in ver.viſo.& Bart.in l.vbi pactum.Et dixi ſupra hac eadem parte q. xiiij.& dicam latius infra in ſeq.parte huius temporis.q.j.Cum ergo in loco actus fa cit ex eo actu non tenetur, ergo nec in loco originis,inſpicit enim in cōtractibus quantum ad ipſius actus ſolennia.et validitatem & obligationem inde inſurgentem locus in quo fit.l.ſi fundus.§.j.ff.de euictio.ergo idē in delictis.l.omnem.ff.de iudic.Faciunt no. per Bart.in l.ij.ff.de eo quod cert.loc.dum reprobat illā glo.& quod no.per eū & alios in l.cunctos populos.& in d.l.ſi.de iuriſdic. om.iudic. Si autem aut Bononie, aut alibi extra territorium florentinum occideret, vbi occideret,& etiam Bononie poſſet conuenire per iura prædicta.

57 Sed tunc ecōuerſo.† Quinquageſimo ſeptimo queritur an florentinus occidens bannitū de Florentia Bononie vel alibi extra territorium florentinum poſsit virtute dictarum, ll.j.& ij.vbi de cri.agi opor.conueniri Florentie.Et videtur ꝙ ſic,quia in loco in quo occidit poſſet tanquam delinquens conueniri,& ſic ibi delictum commiſit, vt ſupra proxi.q.dictum eſt.ergo ſuccedit regula dictorum iurium.Sed dic cōtrariū, quia quātum ad municipium florentinum illa pœna perſonalis comitatur eum quocunqꝫ vadat ſecundum doct.in d.l.cunctos populos.& ibi in ſpecie.ita determinauit Bal.in Aretino occidente Aretinum bannitum in territorio florentino,non enim attenditur ſecūdum eum territorium, ſed ſolum an ſecundum locum conuentionis ſit licitū vel permiſſum.l.nō ſolum.§.& qui & l.propter litem.ff.de excu.tuto.Et dicit eſſe caſum in l.iij.§.transfugas.ff.de ſicar.& ita ſeruatur.

Quinquageſimooctauo circa idem

58 quero.†Bononien.occidi florentinum bānitum de Florentia in quadam eccleſia poſita in comitatu florentino, an poterit Bononie conueniri ac ſi eum in territorium florentinum occidiſſet.Et videtur quod ſic, quia eccleſiæ non ſubiacent ſeculari poteſtati, ergo &c. in authen.quo.opor.epiſ.in prin.et inſti.de re.di.§.nullius.et ff.ne in lo. ſacr.l.ij.Sed cōtrarium eſt verum, eſt enim eccleſia in territorio florentino.in auth.de man.princ.§.ſed necꝫ.in fi.§.Non obſt.qđ non ſit ſub protectione iudicis ſecularis,qꝛ verum eſt ſpecialiter, ſed bene eſt ſub quadam generalitate propter hoc, quia adheret territorio iudicis ſecularis.ar.ff. de contrahen.emp.l.in modicis.& l.ſi id quod.in fi.de peri.& com.rei vē.& C.de epiſ.& cle. in l.ſi quis in hoc genus.& ſic non dicitur extra territorium fieri ſecundum Guil.in l. pleriſqꝫ.de in ius vocan.& ſequitur Bal.& tenet Bar.in l.cunctos populos.alleg.eo.tit. l.ij.& C.de adul.auth.ſi quis.Si non ſit extra territorium ergo locū habet ꝙ dixi ſupra proxima q.Et iſtud verius qꝫ id ꝙ ipſe Bal.dixiſſe videtur in d.l.cunctos populos. in verſic.viſo.allega ſupra proxi.quæſtio.

59 Quinquageſimonono querit. †An citatus in cauſa ciuili non comparens & propter inobedientiam condemnatus & bannitus fiſco dicatur bannitus pro maleficio, vt ſic in eū locum habeāt ſtatuta prędicta & poſsit offendi.Et videtur quod ſic, quia contumacia eſt delictum.l.omne delictū.ff.de re mili.Item quia vbicunqꝫ negligentia ordinatur ad contemptum illa facta dicitur qū ad contemptum partis patet in l.ſed & ſi alia & ibi no.ff.de conſt.pe.qū ad contemptum iudicis probatur in l.de ætate.§.qui tacuit. cum gl.ſua.ff.de interro.act.Facit ꝙ habetur in c.quanto.de ſent.excom. & in c.dilecto.& ꝙ not.per Guil.in l.metum.§.ſed licet.ff.ꝙ met.cau.in q.illa.An puniar tanqꝫ occidens ſi potui iuuare hominem, qui ab alio necabatur,& non feci.quādo enim dicitur eum teneri non dicitur teneri ex negligentia, ſed ex facto, vt ibi patet, & in l. necare.ff.de lib.agno.de quo etiam in l.culpa caret.ff.de reg.iu.per Guil.in Specu.de leg.§.iuxta.ver.quid ſi potui.& per doc.in l.vt vim.ff.de iuſti.& iu.Si ergo talis negligentia reputatur factum, ergo pro maleficio damnatus eſt, quia pro maleficto. In hac materia aduertendum eſt ꝙ Barto.in l. aut facta.in prin.ff.de pœn.diſtinguit malefactum a maledicto ſecundum propriam ſignificationem.Et ideo dicit ibi ꝙ dānatus pro verbis iniurioſis nō dicitur damnatus pro maleficio cum verba debeant proprie intelligi maxime in iſtis odioſis,l.interpre-

Source : BIU Cujas

tatione.ff.de pœ.& in d.l.omne dicit quod talis non eſt damnatus pro maleficio ſic dicens. Omnis ex bannitus exbannitur propter contumaciam.l.j.ff. de requi. re. Statuta ergo quæ dicũt ꝙ bannitus pro maleficio poſſit impune offendi, volunt requirere ꝙ cauſa illa propter quam citabatur ſit maleficiũ. Et ideo ſi quis fuit citatus in cauſa pecuniaria vel pro teſtimonio ferendo, & fuit contumax & bannitus non dicetur bannitus pro maleficio. Sed ſi quis fuerit citatus pro aliquo maleficio, & fuerit ob contumaciam bãnitus dicet̃ bannitus pro maleficio, licet fuerit contumax. Ex cuius dictis ibi, & in l.aut facta.concludit̃, ꝙ aut ſtatutũ loquitur per nomen criminis ſiue delicti & habet locum in quocũq; ſiue ſit crimẽ in faciendo, ſiue in negligendo, ſiue in dicendo per not. in l.j.& ij.C. ſi aduer.delic. & d.l. omne. Si vero loquatur per nomen maleficij vt quia dicit de bannito pro maleficio, vt in themate quæſtionis dictum eſt, tunc non verificentur in bannito pro negligentia, alias pro verbis iniurioſis vel pro malo conſilio. Sed aduertẽdum quod vt ſepius dictum eſt ſtatuta intelliguntur ſecundum communem vſum loquendi. Sed communis vſus loquendi eſt vt condemnatus pro verbis iniurioſis ſit condemnatus pro maleficio. & hoc puto verius vbi de cõmuni vſu appareret, alias verum puto ꝙ dixit Bart. Nec prædictæ concluſioni obſtant iura ſupra in contrarium alleg. quia verum eſt q̃d ibi dicitur ſecundum largam & propriã ſignificationem, quæ non verificatur in ſtatutis niſi vſus communis loquẽdi aliud inducat, vt l.labeo.de ſupp.leg.cũ concor.& ſi plene hanc quæſtionem cum iuribus ad eã allegatis videre velis, ſcias ꝙ ipſam diſputauit Mar.de fano.de qua habetur per Cy. ſuper rub.C.de cri.ſtel.& in Alb.de gan.in iiij.& v.col.& in Alb.xxij.q.in materia bãnitorum vbi concluditur pro maleficio nõ intelligi bannitum. & ibi etiã ponunt quid iuris ſi in ſentẽtia banni iudex appoſuit ꝙ poſſit impune offendi.& dicunt ꝙ tũc quaſi iudex declarauerit illum eſſe bannitum pro maleficio & iuſſerit offendi, offendens excuſatur per l.furti §.qui iuſſu.de his qui no.infa.& l.nõ videtur §. qui iuſſu.de reg. iur. Sed hęc deciſio non eſt vera quia ad iudicem non pertinet, & quia de hoc nulla facta fuit cognitio.ff.de iudi.l.de qua re. & l. prolatam.C.de ſent. De hoc habetur.ff. de cuſt.reo.l.ſi quis reũ.nec excuſatur offendens quaſi iuſſu iudicis fecerit, quia verbũ, poteſt, iuſſum nõ importat, l.ſepe.ff.de offi. præſi.& l.j.C.quomo. & quan.iu. niſi forte fuiſſet deſcriptus in libro bannitorum pro maleficio in quo ſeruata ſolennitate tradita a ſtatuto deſcribitur ſolum nomen bãniti cũ eis pœna. De quo dic vt dicam infra i vltimo tempore parte prima queſtio.ij.

60 *Sexageſimo* q̃ritur † ſupra in rub. q̃ritur. An bannitus pro crimine in contumaciã dicatur bãnitus pro maleficio.& q̃a deciſa eſt ſupra proxi.q.per no, per Bar. in l.omne delictum.de re mili. aliter non proſequor, ſed dic vt ſupra.

61 *Sexageſimoprimo* queritur. † Titius pro maleficio fuit bãnitus in ere & perſona, deinde fuit captus a iudice qui vult eũ decapitare, queritur an poſsit. dicit Bal. in l. data opera.C.qui accu.nõ poſ. ſic videtur ꝙ pœna perſonę intelligatur in ſuo potiori ſignificatu.i.de pęna mortis, vt no.in auc.de armis. §.oportet.& hoc ſi cauſa meret̃ tantã pœnam. nam ex genere cauſæ metiendum eſt genus pœnæ ar.ff.ad turp.l.j.§.primo. Vel dic quod iudex qui profert verba illa poterit interpretari, & declarare cum illa verba ſint generalia.ar.ff.de ap.l.ab executore. Et ideo iudices qui dant bannum in hauere & perſona. Itẽ qui recommendant pro hauere, & perſona poſſunt poſtea declarare anteq̃ ſunt functi officio, ar.ff de executu.l.ſi duas. Diſinitiua vero ſentẽtia debet intelligi in mitiorẽ partem.ff.de pœ.l.ſi preſes.& not.in l.ij.C. quæ res vend. non poſ. Credo verum quod dicit de recommendatione. Quod autem dicit de ſententia, puto eſſe verũ ſi ex forma ſtatuti appareat quæ pœna perſonę imponi debeat pro maleficio pro quo fuit talis captus bannitus, tũc enim illa intelligitur impoſita per nota.in §.pœna grauior. Si vero poterat imponi maior & minor, intelligitur tunc impoſita minor pœna per dictam l.ſi præſes. Si vero erat in eius arbitrio, puto inherendum verbis, quę ſic de conſuetudine interpretantur, vt importẽt mortem per no.in d.§.pœna grauior.& l.athletas.§.calumniator.eo. tit.& in l.hodie.ff.de pœnis.

62 *Sexageſimoſecundo* † Titius fuit bannitus in amputatione mẽbri alio non expreſſo, fuit deinde ad tempus captus a iudice qui vult contra eũ facere executionem, quæritur in

Source : BIU Cujas

quo membro poſsit executionem facere. & præſuppoſita declaratione quę dicantur membra, vt dictum fuit ſupra hac eadē parte q.ij. videretur primo dicendum ꝙ intelligatur de eo ꝙ minus diminuit, quia ſemper defertur ad minus, vt in l.ſi præſes.de pœ. Sed Bal. in l.data opera.C.qui accuſ.nō poſ.dixit ꝙ intelligitur bannitus in amputatione manus.alle.auth.vt nul.iud.§.pe.cū glo.ſua,quod indubie credo verum niſi ex relatione delicti commiſsi & alicuius ſtatuti,aliud colligatur,puta quia amputauit alicui pedem vel auriculam.& cauetur ſtatuto quod amputanti membrum ſimile membrum amputetur. Tunc enim ſecundum naturam inquiſitionis vel accuſationis regulabitur ipſa ſententia banni, ar.l.nonnunꝗ. ff.ad treb.& quod no.per Bart.in l.ij.de publi.iud.& quod dixi ſupra in d.l.j.qō.

63 Sed pone Sexageſimotertio † quod in ſentētia bāni nihil fuit expreſſum, ſed ſimpliciter fuit in bāno poſitus, in quo intelligetur bannitus,an in perſona, an in membro,an in pecunia. Iſtam q.tetigi ſupra in j.parte huius temporis q.iij.in ver. vnum tamen.& ideo hic non multum inſtabo concludens quod aut loquimur in banno,i.comminatione aliqua quæ fit puta per præconem aliquod facientibus, vel non facientibus,& dic vt ibi dixi. Aut in banno lato contra contumacem ex forma ſtatuti. Et tunc in hac ciuitate in qua antequam feratur ſententia banni diffinitiui per præconem fit bānum comminatorium in quo exprimitur pœna quæ ei imponetur ſi nō venerit,parua eſt dubitatio,quia ex tali comminatione declaratur poſtea ipſa ſimplex ſententia banni.l.titia.§.idem reſpondit.de verb.obli.l.pacta nouiſsima.C.de pac.proprie in l.ait prætor.§.j.de re iudi.& habetur in l.hæc ſententia.C.de ſenten.quæ ſine cert.quan.cū concord.Ex actis enim incertitudo ſentētiæ declaratur. Nec illa verba nec plus & minus arbitrio rectoris quæ in banni proclamate ponuntur aliquid operantur.l.pe.C.de con.inſtit.et in l.j.§.j.ff.de hære.inſti.& quod habetur in l.admonendi.ff.de iureiuran.Si vero talis ſolennitas ſiue expreſsio non pręcedit,ſed ſimpliciter formato proceſſu fiunt citationes poſt quas citatus habetur pro cōfeſſo. Aut ex delicto eſt ex forma ſtatuti impoſita certa pœna,& tunc illa in banno videtur expreſſa.l.iiij.§. ſi ex conuentione cum ibi no.ff.de re iudi. & quod habetur in iuribus ſupradictis. Et idem ſi eſt arbitraria pœna,& ex conſuetudine eſt declaratum arbitriū ſecundū quod habetur in l.quid ergo.§.pœnā grauior.& in l.athletas.§.calumniator.de his qui not. infa. Sicut enim lex tale bannum declarat, vt dixi ſupra & etiam in d.q.iij.vbi allegaui iura,ita & conſuetudo.l.de quibus.ff.de legi.& quod habetur in l.ſi finita.in princ. ff.de dam.infe.& in l.dedit.qui ſatiſda.cog. & in l.ita ſtipulatus.de verb.obli. Si vero nulla eſſet ex conſuetudine facta declaratio,putarem tale bannum non valere tanꝗ̄ incertum & ꝙ nulla ratione certificari poſſet,vt in.§.curare.inſtit.de act.iuncta l.omnem.ff.de iudi.quod forte nō procederet ſi inquiſitio eſſet formata ſuper crimine. Ex quo ſecundum formā iuris communis deberet in exilium poni. Tunc enim ita importaret ipſa ſententia & exul eſſet effectus.& ita intelligo quod habetur per gloſ.& Bal. in c.j.hic finit lex cornelia,& incipiunt cōſue.regni. Et quid importet talis pœna habetur in iuribus allegatis ſupra in prohemio circa ipſam diuiſionem bannitorum.

64 Sexageſimoquarto quæritur. † Titius fuit bannitus ſecundum quod cōiter fertur bannū in perſona vel membro,ſtetit a die lati banni vel annos xxx.quibus ad locū ex quo erat bannitus non acceſsit, & elapſis annis xxx.illuc accedēs captus eſt. An iudex poteſt facere executionē. Videtur enim quod non,quia ſicut cuicunq; actioni etiā ex ſententia præſcribitur ſpacio xxx.anno. vt l. omnes.& l.ſicut.C.de præſcri.xxx.ann.ita & in propoſito etiam ſi dicatur ſolum iudicis officium ortum fuiſſe,vt d.l.ſicut.iuncta l.omnem.de iudi.quinimmo & minori tempore præſcribi videtur, vt l.querela.C.de fal. Dic contrarium ſecundum Bald.in l.data opera.C.qui accuſ.non poſ. quia cū eſſet bannitus ſi quo tempore peruenerit in fortiam &c.non cucurrit præſcriptio antequā in fortiam venerit l.j.in fi.C.de anna.exce. & in l.cum notiſsimi.§.in his.C.de pręſcri. xxx.ann. quod etiam dicit eſſe verū ſi pure & ſimpliciter bannitus eſſet in pecunia, quia cū ſit malefidei non præſcribit, vt no. xvj.q.iij.c.per ſingulas. Vide ibi eum in repetitione ſua, vbi etiā dicit,quod ſicut poſt xxx.ann.bannum habet effectum ita ſi eſt ab initio nullum etiam poſt xxx.ann. pōt nullum dici.de quibus omnibus ibi vide.

65 Sexageſimoquinto †Pone ſtatuto cauetur quod ſi bannitus damnum dederit debeat capi per vicinos,& ſi non fuerit captus damnum da

Source : BIU Cujas

tum emendetur per cōmunitatem ſiue villam propinquiorem. Ex hoc ſtatuto inſurgit triplex dubitatio. Prima qui dicant vicini. Secunda quæ cōitas ſiue villa dicatur propinquior, ſiue qualiter debeat mēſurari an a territorio an ab edificijs. Tertia quid iuris ſit qñ ambe cōmunitates ſiue ville pariter ſunt propinque. Quo ad primum quia in voluminibus habetur, parum inſtabo. Ille enim quantum ad propoſitum dicitur vicinus qui exaudire vocem clamantis poteſt l.j.§.eodem autem tecto.ff.ad ſille.niſi ex cōi vſu loquendi aliud appareret.ff.de verb.ſig.l.vt alphenus.intelligendo de voce cōi nō altiore vel depreſsiore.ff.de hęr.inſti.l.ſuus quoq;.§.puto.& l.continuus.§.cum ita.de verb.obli. Et ſecundum communem naturalem curſum temporum l.j.§.ripa.ff.de flumi.ſecundum Bar.in l.ſi tertius.ff.de aqua plu.arcen. Vbi vide de vicinitate perſonarum,& etiam Bald.in l.ſi vicinis.C.de nu.de vicinitate aūt caſtrorum & ciuitatum dicitur etiam per eundem Bart.in l.iiij.§.ſi tam vicinum.ff.de dam.infect. qualiter autem intelligatur ꝙ bānitus delinquēs capi debeat per vicinos. Vide in conſilio Bar.ꝙ incipit, Chariſsime iſti noſtri nucerini.ꝙ effectiue poſuit in l.i.§.occiſorum.ff.ad ſill.debet enim intelligi ſi poſſunt. Quid enim ſi aliquis bannitus venit in villam cū tanta gente cui villa non potuiſſet reſiſtere, certe non tenentur. Facit C.de epiſ.aud.ē.l.abditos. Item quid ſi deliquit clam, certe tenentur vicini.ad ſill.l.iij.§.ſi maritus. Item quid ſi fuit factum maleficiū in loco ex quo ſtatim tranſijt in locum ad quem accedere nō poterant, certe non tenentur, vt in.§.occiſorum.& de acqui.re.do.l.naturalem. cū alijs iuribus vbi ſupra per eum alle. Vnum circa hoc no.ꝙ ſi ſtatuto cauetur ꝙ bānum debeat notificari coram duobus vicinis bāniti, intelligi debet de vicinis prædio vrbano non ruſtico, arg.ff.fini.reg.l.ſed ſi riuus.& ibi per Ray.ad ſecundum aduertendum quod vera ratio ſtatuti inducentis emendā fieri a cōmunitate ſiue villa propinquiore ſumitur a negligentia hominum non curantium ne damna fiant,& ſi fiant non capientium. ex hoc ſequitur ꝙ non territorio ſed hominibus talis culpa impingi poteſt,& ſic illa cōmunitas ſiue villa cuius domus ſunt magis propinque loco commiſsi delicti dicetur propinquior l.adigere.§.quanuis, de iurepa.cum ſi. Quod etiam probatur, quia ſtatutum aſtringit cōitatem magis propinquam. ergo intelligitur de hominibus qui communitatem repreſentant, de colleg.illi.l.ſodales.& l.j.& ff.quod cuiuſq; vni.nomi. Tertio ſecundum no.in.§.ſi tam vicinū. Ciuitas caſtrum vel villa dicitur magis propinqua vel magis vicina ſecūdum arbitriū iudicis, niſi in caſibus a iure expreſsis. Certum autem eſt quod iudex nō arbitrabitur vicinitatem niſi a potentia ſuccurrendi vel aliter prouidendi, vt in.§.occiſorum.& eo.tit.l.iij.§.ignoſcitur.& C.eo.l.fi. Et ꝙ ita ſit colligitur ex no.per Barto.in d.l.ſi tertius. Sed viſo ꝙ conſideratur propinquitas ab edificijs non a territorio dubitatur qualiter fieri debeat menſuratio.& in hoc Barto.in tracta.de inſula.figura decima.quæ incipit, his quo ad finem &c.ſic loquitur ꝙ menſurator debet incipere ab illa parte loci quæ propinquior eſt loco menſurando. vnde in caſtro erit clarum, in villa poteſt dubitari, quia domus ſunt ſparſe, ſecundum quod ſi eſſet aliqua domus quę diſtaret multum ab alijs, illa non dicetur de vicinia maxime ſi inde vox exaudiri non poteſt vt in.§.eodē autem tecto. & dixi in l.ſi tertius. de aqua plu.arcen. Et ſubdit ibi aduertendum eſſe quod lex dicat mille paſſus debere menſurari a cōtinentibus edificijs, vt l.mille paſſus.de verb.ſig. Hoc tñ caſu debeat inchoari ab ipſo muro ciuitatis, vel caſtri, vel ab ipſo loco vbi terminatur villa. Tu aduerte ꝙ ibi loquitur in alio ſtatuto non facien te ad propoſitū.& ēt puto quod debeat fieri mēſuratio ab ipſis edificijs in quibus homines habitant non autem a muro. Quid enim ſi vnum caſtrum ex vna parte totum eſt inhabitatum, ex alia habet edificia certe ab illis ratione prædicta fieri debet menſuratio. Puto ēt eadem ratione quod licet vbi alias ad alios effectus debeat fieri menſuratio per viam rectam,& non per tortuoſam, l.eos.in fi.ff.de fal.& nō per aera, quādoq; ſecundum tecta per Bar.in l.j.ff.ſi quis cau. Tamen hoc caſu fiet mēſuratio potius per aera quam per viam cum exauditio vocis ſit illa quæ inducit hoc, vel per viā tortam, ſi eſt proximior per illam loco cōmiſſi maleficij. Vndecunq; enim ſuccurri pōt menſuratio fieri debet. Sic enim dictat ratio conſecturata ipſius ſtatuti quæ regulat diſpoſitionem, vt in d.l.quod dictum.cum ſi. Et hoc de ſecundo. Quo aūt ad tertiū recurrendum eſt ad ea quę tanguntur in Spe.de rapto.verſi.ſed pone. Vbi finaliter in ſimili concluditur quod pro quantitate patrimonij locorum fiet diuiſio.ff.de cenſi.l.cum poſſeſſor, C.de naufra.lib.xj.l.fin.ff.de

Source : BIU Cujas

incen.rui.& naufr.l.pedius. Et dicit ibi lo. An.ꝙ idem tenet Dy.in l.ne quid.de incen.rui.& nau.& ita ẽt ibi refert Bar.& nõ decidit remittẽs ad no.per ſe. in l.iiij.§.actor.de reg.iur. Vbi querit quid in delictis vniuerſitatis. & remittit ad not.per ſe in l.ne quid.& ſic vt vides non videtur decidere hunc articulum. ſed puto ꝙ cum inſpiciaт cauſa propter quam imponitur collecta, vt ipſe idem dicit. Et cauſa ſit propter perſonarũ negligentiam debeat imponi per capita ſicut quando ponitur vt mittantur homines in exercitum per eadem iura. Et videtur caſus in l.ij.& l.nauis.§.cum autem.ff.ad l.rhod.de iac.

## Sexageſimoſexto quero

66 † Statuto cauetur quod officialis cõis Florentie qui ceperit bannitum in perſona uel membro debeat incontinenti lapſis tribus diebus poſt capturam facere executionem ſecundum tenorem banni ſub certa pœna puta librarum mille. Poteſtas ciuitatis Piſtorij quę eſt de comitatu Florentie, & recepit poteſtatem a ciuitate Florẽtie cepit Titium bannitum ab officiali cõis Florẽtie in hac forma, videlicet in mille florenis, quos ſi ſoluere nõ poterit amputetur ſibi caput, queritur an debeat incontinenti lapſis tribus diebus nulla facta ſolutione facere ipſum decapitari, & ſi nõ facit incidat in pœnam. Hæc quæſtio ſubtilis eſt & habet plura dubia. Primum an poteſtas ciuitatis Piſtorij comprehendatur in d.ſtatuto. Secũdo poſito quod comprehẽdatur quãdo dicatur Titium ſoluere non poſſe, & ſic poſsit fieri executio in perſonam. Tertium qñ incipiãt currere tres dies, an ab ipſa captura, & ſic de momento ad momentum, an vero poſt diem ipſius capture. Quartum an poſito qđ non faciat executionem, niſi poſt menſem incidit in pœnam ſtatuti etiã ſi ex qualitate officij a dicto ſtatuto intelligatur aſtrictus.

At ad primum rediens reſpondeo quod ſi in ciuitate Piſtorij eſſet ſtatutũ quod traderet formam executioni fiende de bannitis, & eſſet conditum vel approbatum authoritate ſuperioris ſecundum ea quę habẽtur in l.oẽs populi. ſtatutum de quo agitur eum non comprehendit. Nõ enim poteſtas ciuitatis Piſtorij a populo florentino tranſmiſſus eſt officialis cõis florẽtie, ſed ibi pro cõi Florentie conſtitutus, vt probat text.ff. de interro.act.l. volutt.§.j.vbi præſides ꝓuinciarum nõ vocantur magiſtratus populi Romani, licet ab eo eſſent conſtituti, ſed ponuntur vt ſpecies differentes. Pro quo ẽt facit quod habetur in l.j.§.quibus.ff.quod cuiuſq; vni.no.& ꝙ no.per Cy.poſt Iac.de Are.C.etiam per procu.l.j.& ita in hac ciuitate extit in ſimilibus iudicatum. Ex quo patet quod dictum ſtatutum quod loquitur de officiali cõis non verificatur ex vi verborum vel ſententię in officiali prædicto q eſt officialis pro cõi.ff.ſolu.ma.l.ſi vero.§.de viro.cum ſi. Si vero nullum ſtatutum haberetur Piſtorij aliter diſponens. tunc licet non comprehenderetur ex vi interpretationis & diſpoſitionis quæ eſt vt loca ſubdita regantur legibus ſuperioris, vt habeт in l.oẽs populi. per Bar. & ſic tunc teneret illud ſtatutum obſeruare. & vide quę dixi ſupra eodẽ tempore parte j.q.lvj. Poſito ergo quod ſimus in caſu in quo teneaт obſeruare ſtatutum videndum eſt ſecundum ſcilicet qñ dicatur verificata conditio banni. ſ.quod Titius ſoluere non poſsit. Et in hoc videri oportet ſignificatum, et importantia verbi poteſt. Pro quo ſciendum quod dictũ verbum qñq; ponitur in oratione principaliter & per ſe. Quandoq; ponitur incidenter, & conditionaliter, vt in propoſito thematе. Primo caſu aut ponitur negatiue, & tunc importat neceſsitatem preciſam & ipſo iure eradicat potentiam.ff.de leg.j.l.nemo poteſt.ff.de fur.l.non poteſt.& in c.j.de regu.iur.lib.vj.ibi per Ioan.And.probatur etiam in l.ſolemus.§.latrunculator.ff.de iudi.& in l.de his.& ibi ẽt per Bar.ff.de tranſa. Per quod multe qõnes quotidie terminãtur & in hoc tractatu, pluries mentio facta erit. Si autem ponitur affirmatiue, tunc aut in vltima uoluntate. Et quandoque inducit neceſsitatem. & quandoque non habita diſtinctione an referatur ad grauatum an ad honoratum. vt habetur in l.peto.in prin.ff.de le.ij.& not.ff.de off.pręſi.l.ſepe. Aut in contractibus legibus vel reſcriptis. & tunc non importat neceſsitatẽ præciſam ſed cauſatiuam, vt habetur de primo in l.ſi tibi mãdauero.§.ſi.ff.man. De ſecundo in l.gallus.in prin.ff.de libe.& poſthu.& ibi per Bar. Et de eiſdem & de tertio in d.l.ſepe. Quæ omnia intelligit Bal.eſſe vera niſi verbum poteſt aut poſsit, ponatur pro forma. Dat exemplum, vt ſi ſtatutum dicit quod poteſtas poſsit inqrere de certis maleficijs. Tũc enim dicit importari neceſsitatem vt ſic teneatur inquirere, quod ſi non facit de negligentia puniatur, vt ipſe no.in d.l.gallus. in prin, alle.in ar, ea quæ no, in l.j.C.de deſer.

Source : BIU Cujas

lib.xij.Sed videtur ēt quod tunc ſi neceſsitas cauſatiua ſi non vult in pœnam incurrere. Secundo caſu principali, qn̄ verbū poteſt ponitur incidenter & conditionaliter. Aduertendum eſt primo quod triplex eſt potentia hominis, vt habetur in l.j.ff.de iniuſt.teſta.& de verb.ſig.l.nepos proculo. Pro quo vide Innocē.in c.ſciſcitatus.extra de reſcrip.Itē quod aliud eſt potentia.aliud eſt deductio potentie in actum.l.inter illā.de verb.ſig.& infra patebit. Quibus præmiſsis ſciendum eſt ꝙ Bar.& poſt eū Bald. in d.l.j.ſic diſtinguūt.ꝙ aut verbum poteſt ponitur abſolute in oratione,vt quia nō refertur ad actum certe perſone,& tunc intelligitur,vt denotet potentiam naturæ, vt d.l.j.& l.cum in ſecundo,eo.ti. & quod habetur in l.continuus.§.illud.de verb.obl.cum ibi no.Aut poſitum in oratione refertur ad actum certe perſone. Et tunc aut ille actus cū explicatur cōtinet commodū certe perſone aut non. Primo caſu aut ille ad quē refertur ex hac potentia vult agere, & requiritur potentia cum actu.l.iij.§.ſi quis ſic acceperit.ff.de ſtatu libe.vbi eſt notabilis caſus. Aut vult ab alio conueniri, & ſufficit quod habeat potentiam deducendi in actū, vt l.nepos proculo.de ver.ſig.Secundo caſu.ſ.qn̄ actus explicandus non continet cōmodum certe perſone.Et tunc ſufficit potētia deducendi in actum illius ſpecialis perſone ad ꝙ̄ refertur,adeo quod non ſufficeret poſsibilitas naturæ, vt l.inter illam.de verb.ſig.Quod eſt verum niſi addat̃ dictio poſtquam,quia tunc requiritur potentia cū actu,ut d.l.inter illam,ſecundum aliam lec. Et ex prædictis videretur dicendū ad propoſitum cum potentia ſolutionis referatur ad actum certe perſone.ſ.fiſci cui ſolui debet & nolit agere,ſed velit ab alio conueniri ſufficiat quod ſoluere poſsit.i.habeat potentiam ſoluendi, licet ac actum non deducat,vt d.l.nepos.Sed nō ſic eſt.nam ſi recte conſideras prædicta loquuntur qn̄ verbum poteſt ponitur in oratione incidenter affirmatiue. Sed in themate quæſtionis noſtræ ponitur negatiue,ergo non eſt eadē diſpoſitio,vt habetur in l.quod ſeruius.ff.de cōdi. ob cau.Sed tunc recurrendum eſt ad doctrinam Bar.no.quā ponit in l.ſuus quoq;.ff.de hære.inſtitu.in.§.ſed & ſi filio.dicitur enim quis deſinere poſſe, & ſic non poſſe multis modis.Quādoq; ex perſona eius qui debet aliquid facere.qn̄q; ex tempore ex quo fieri debet,Quandoq; ex materia de qua fieri debet. Quandoq; ex perſona eius in quem fieri debet.Primo caſu habet locum diſtinctio.l.ſuus quoq;. Aut eſt conditio poteſtatiua quæ poteſt impleri vltimo vite ſpiritu & non deſinit poſſe niſi cum eſt in articulo mortis, vt ibi,& quod habetur in l.fin.ff.de condi.inſti.Secūdo caſu qn̄ ex tempore dicit quod deſinit poſſe fieri qn̄ lapſum eſt tēpus illi actui limitatum ſiue ab homine ſiue a lege.ff.de hær.inſti.l.ſed ſi in conditione, & de verb.obli.l.in illa,cum ſi. Sed an tempus intelligatur adiectum ſaltem a lege. Dicit ibi Bar.quod quandoq; adijcitur talis diſpoſitio in vltima volūtate.Et tūc aut adijcitur inſtitutioni hæredis, & nullum tēpus intelligitur limitatum.et ideo expectat tempus mortis niſi per iudicem aliud inſtituat, vt ibi,& l.ſi quis inſtituatur.eo.ti.Aut adijcitur legato.& tunc habet tempus limitatū ſcilicet quod impleatur cum primum pōt. l.hæc conditio.ff.de condi.& demō.& no. in d.l.ſi quis inſtituatur. Quādoq; adijcitur in diſpoſitione inter viuos.& tunc aut incipit a præcedenti diſpoſitione,& tunc intelligitur tēpus limitatum,ſcilicet quo ad quis fuerit conſtitutus in mora.Si vero incipit a præcedenti conditione, & tunc requiritur quod deſinat poſſe fieri, vt hæc probantur in l.ita ſtipulatus,de verbo.obl.Ex quibus Bar.infert ad propoſitum quæſtionē dicens cogitandum an ſententia equiparetur vltime voluntati an contractibus & ſic inſolutum dimiſit. Ex prædictis tamen colligitur quod ſi ſententiam equiparas vltime voluntati cū non ſit vniuerſalis diſpoſitio,ſed particularis,& ſic equiparetur legato dicatur non potuiſſe ſoluere ſi cum ſciuit ſe ſic bannitum valens ſoluere non ſoluit, vt d.l.hæc conditio.Si equiparas contractui cum ceperit a pręcedenti diſpoſitione non intelligitur ſoluere non poſſe,niſi cum fuerit de ſoluendo requiſitus,& ſic neceſſe ſit ſibi terminum aliquem aſsignari,arg.ff.de ſol.l.tātum.& l.quod dicimus. Quid ergo dicēdū, Bal.in d.l.ſuus quoq;.dicit quod iudex poterit aſsignare terminum ſuo arbitrio, arg. ff.de iur.delibe.in l.j.in fi. Et ſic ſecundum hac determinationem non haberet ſeruare dictum ſtatutū officialis.de quo ſupra. Sed deberet aſsignare dicto bannito terminum ad ſoluendum. Cæterum hoc non videtur expeditum,quia in caſu thematis propoſiti nullus terminus fuit appoſitus in banno. & ſic potius videtur cadere in tertio caſu qn̄ ex materia ex qua fieri debet.In quo membro Bar.vbi ſupra ſic dixit, quod aliquando materia ex qua ſumitur ſtricte. Exem-

Source : BIU Cujas

plum in l.quod ſeruius.de condi.ob cau. & tunc illa materia diſſoluta deſinit poſſe fieri, vt ibi, & in authen.cui relictum.C.de indi.vidui. Si vero materia ex qua eſt generaliſsima, vt ſi dicatur. Si decem dederit in genere &c. Tunc ex parte materie non dicitur deſinere poſſe, quia genus perire nõ poteſt, vt l.incendium.ſi cer.peta.& l.in ratione.§.incerte.ad leg.fal. Ex quibus videtur dicendum in propoſito quod condemnatio capitis nunquam ante mortis articulũ poſſet habere locũ quia reſpectu pecunie nunquam deſineret poſſe ſoluere. Quartum vero membrum.ſ.quando pendet potentia a perſona eius in qua debet impleri nõ facit ad propoſitum, ſed dic vt per Barto.in d.l. ſuus quoq;. Per hoc igitur nondum expeditus eſt caſus noſter, tum quia omnia debent redigi ad ſuum intellectũ, vt ſic res potius ſortiatur effectũ quam non.l.j.in fi.ff.quod quiſque iuris, et quia ſententia equiparatur aut contractui, aut vltime voluntati ſecundum benigniorẽ intellectum ſecundũ Bart. in l.centeſimis.in fi.de verbo.obl.& dicam infra parte proxima hoc eo.tempore quæſtio.lxxix. Dico quod aut in ſententia banni fuit adiectum tempus, & tunc lapſo tempore intelligitur ſoluere non potuiſſe, & ex tunc purificata fuit condemnatio perſonalis. Si autem nullum fuit adiectum tempus, tunc non habet locum dictum ſtatutum, ſed debebit officialis ei aſsignare terminum ad ſoluendum ad ſimilitudinem contractuum vt ſic conſtituatur in mora, qui non debet eſſe minor dierum x.arg.eorum quæ habẽtur in l.ſi debitori.ff.de iud.iunctis.quæ habentur in l.j.in fi.ff.de iur.delib.& per hoc ſit expeditum ſecundum. Intelligitur ergo ſtatutum prædictum in eo qui tempore capture erat bannitus in perſona vel membro l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxal. Si tamen aliud ſtatutum non eſt lapſo tempore ſibi aſsignato adſoluendum, & nulla facta ſolutione ſuccedet diſpoſitio ſtatuti, vt incontinenti poſt tres dies debeat facere executionem.l.non poſſunt.ff.de legib. cum ſi. Sed reſtat tertia dubitatio qñ currat dictus terminus, & in hoc examinari oportet. An in dubio terminus currat de momẽto ad momentum, an vero a die actus, vt ſic dies termini non cõputetur in termino. Circa quod docto.varie loquuntur in iuribus quæ infra allegantur. Sed aduertendum puto quod qñq; terminus aſsignatur ſine aliqua præpoſitione, puta quia dicitur habeat pro termino ad executionem ſententiæ ſiue banni tres dies. Quandoq; aſsignatur cũ aliqua præpoſitione, a, vel, ex, vt quia dicitur a tali vel ex tali actu, vel a tali ſiue ex tali die habeat terminum trium dierũ. Aliquando cum præpoſitione infra, vel intra, vel ante tres dies. Aliquando aſsignatur cũ dictione, poſt, vt in themate noſtro dictum eſt. Primo caſu quando ſimpliciter aſsignãtur certi dies pro termino. Sciendum eſt triplicem eſſe diem. quidam enim dicitur dies naturalis ſcilicet xxiiij.horarum & iſte incipit, quandoq; ab ortu ſolis, quandoq; ab occaſu, quandoq; a meridie, ſecundum diuerſitatem gentium, more autem romano ĩcipit a media nocte, & alia media nocte finit, vt hæc habẽtur in l.more.ff.de fer. Quidam eſt dies artificialis, & iſte incipit in mane, vt ibi not.ꝙ intelligitur.i.ab ortu ſolis & durat vſq; ad occaſum, vt habetur in l.j. C.de cuſto.reo.per Bar.in l.aut facta.§.tempus.ff.de pœ.per Ioan.And.in c.j.de homi. Eſt et alius dies qui vocatur dies emergens qui eſt quãdo computatur de momento ad momentum vt habetur in d.l.more. & ibi per Iacob.But.& alios. Et cum hæc vltima appellatio nõ ſit communis, vt de ſe patet, intelligam ſtatutum prædictum intelligi de tribus diebus, aut naturalibus, aut artificialibus, quod effectiue in idem recidit. & ſic non computabitur de momento ad momẽtum. & ſic dies capture non computabitur in termino, vt ſic tunc nullo verbo ad aliũ ſignificatum inducente intelligatur ſecundum communem vſum loquendi.l.annicu-lus.de verbo.ſignific.cum ſimil.& habetur per Iaco.Bu.& Bart.in l.j.ff.ſi quis cau.qui allegant.l.eum qui cal.in prin.de verb.obl. per Iacob.de Are.in l.j.§.dies.ff.de liber. agnoſcen. & etiam alibi habetur, vt infra patebit. & hoc credo verius ratione prædicta quam id quod dixit Ioan.And.in capit. ſuper eo.ij.de appella. vbi dixit in dubio tempus computandum de momento ad momentum, ꝙ etiam voluerunt alij, vt infra dicam, ſed debet intelligi, vt infra dicetur.

Sed tunc dubitatur an dicti dies ſint vtiles, an continui. Et tex.in d.§.dies.facit qđ ſint continui. In contrarium facit text.in l. ij.§.dies.ff.quis ord.in bon. poſ.ſer, & in l. j.§.dies.ff.quando appella.ſit, per quæ iura credo quod intelligatur de vtilibus ſaltem quo ad actum de quo agitur. Cum enim debeat expediri in forma iudici ſaltem quo ad initium debent eſſe vtiles, vt in iuribus ſecundo loco allegatis. Vtiles intelligo ſecundum naturam criminalium & actus

Source : BIU Cujas

executionis.l.ſi vno.ff.loca.cum ſi.& ideo ſi quis eſſet bannitus ex tali cauſa ex qua etiam quacunq; die fieri poſſet executio ſecundum quod habetur in l.præſides.C.de fer. nulla eſſet ratio quare differri poſſet. Et pro materia temporis vtilis continui & partim continui.vide quod habetur in l.j. ff.de diuer.& tempo.præſcriptio. & extra de conceſ.præben.c.ij.& c.quia diuerſitatem,& de reſti.in integ.c.j.in clemen. Secundo caſu quando aſsignatur tempus cum propoſitione,a,vel,ex , vel,ab.Et iſto caſu dicunt cõiter docto.quod dies termini non computatur in termino.Et ſic etiam hoc caſu dies capture non computabitur in termino trium dierum.l.ratio.§.fina.ff.de action. emp.& ita no.in Specu.de dila.§.j.ver.ſed pone.& per Ioan.An.in c.ſtatutum.de præben.lib. vj.per Iaco.& Barto.in d.l.j.ſi quis cau. Nec ob.l.j.§. dies.de libe.agnoſ.& de adul.l.pater.§.ſi.vbi text.dicunt quod dies computantur ex die diuortij computatur quia ibi contingit , ex eo, quia in alia parte dictum fuerat tempus currere poſt diuortium,& ſic vna particula reſtringitur et declaratur ab alia l.ſi ſeruus plurium.§.fin.de lega.j.& C.fami.herciſcun.l.quoties ,cũ ſi.

Prædicta quidem vera ſi tales dictiones apponuntur tempori.Si vero apponuntur actui, vt quia dicatur a captura vel ex captura,& ſic de ſimilibus , tunc computabitur in termino dies capture , & procedet de momento ad momentum.l.j.§.biduum. &.§.dies , qñ appel.ſit & C.de tempo.app. authen.hodie.& idẽ ſi apponitur dictio demonſtratiua extremitatis temporis vel initij,vt ſi dicatur habeas terminum inde vel hic ad ſex dies.Tunc enim ſimiliter computantur de momento ad momentum.l.iij.§. minorem.ff.de mino.& per docto.in d.l.j.ſi quis cau.& iſtud puto verius quã id quod dixit Iacob.But.ibidem qui generaliter dixit computari tempus de momento ad mométum ſiue dilatio ſtatuatur ab homine ſiue a lege ſiue detur dilatio dierum ſiue in dies ſiue ad dies, ſiue intra dies. Ex prædictis enim & ex his quæ inferius dicentur patet quod illud non eſt ſimpliciter verum nec.ll.per eũ allegate de quibus ſupra mẽtio facta fuit aliter probant quam ſupra dictum ſit.& vt dixi ſupra ſic debet intelligi & ſaluari dictũ Ioan.And.in d.c.ſuper eo. ij.de appella.licet Bal.aliter dixerit in aliquibus in l.eos.§.ſinautem.C.de appel.vbi alle.prædicta & alia iura , vbi vide ſi libet.

Et quia natura dictarum dictionum ſeparatiuarum qñq; eſt diuerſa & pro prædictorum declaratione neceſſarium eſt, id ſciri. pro dictione,a,recurre ad no.in l.a caligato. C.de nup.& in d.l.ratio.§.ſi.de act.emp.ff. de flumi.l.pe.xxxj.di.ante trienium.xvj.q. iij.placuit.ff.de excuſ.tuto.l.j.§.qui autem de reſcrip.c.dilectus.l.j.& ij.ff.de ſena.l.ſi. §.ſi.C.de aduo.diuer.iud.l.poſt duos.& C. de ero.mil.an.l.iubemus. Ex quibus patet quod quandoq; ponitur excluſiue , qñque incluſiue , vt etiam habetur in multis alijs iuribus.Ponitur etiam aliquãdo cauſatiue xxiij.q.vij.coniuges. Interdum aſſumit naturam aliarum dictionum,qñq; enim ponitur pro,ex xv.q.iij.inter cętera.& c.item ſi de rebus.Quandoq; pro,per ff.de leg.j.l.ſeruo legato.§.j.& ſol.mat.l.ſi ſocer.§.j.& vide etiam quod habetur in c.abbate. de re iudi.li.vj.De dictione,ab,ſimpliciter poſita quæ ſeparationẽ denotat , habes.ff.de duo. reb.l.ſi ex duobus.in prin.ff.de euic.l.ſi rẽ. §.ſi.de hære.inſtit.l.ſeruum.§.hæreditas.ff. ad l.fal.l.hæreditatem & not.extra de app. c.ſuper eo.iiij.q.vj.c.quiſquis.xxxv.diſ.ab iſto.ff.de minor.l.emilius.C.de ſepul.viola. auth.ſed nec.vbi ponitur excluſiue. Quandoq; etiam ponitur ĩncluſiue in auth.vt ab illu.et qui ſuper eos ſunt in rubro & nigro. Si vero iungitur cum alijs dictionibus , vt quia dicatur abhinc qualiter intelligatur vt C.de ſa.ſan.eccle.placet.Intelligi enim ab hoc tempore in antea.Si autem adijcitur ante intelligitur.i.ab hinc retro.ff.de iudic.l.proponebatur.Si autẽ dicitur ab hoc vide de origi.iur.l.ij.§.poſt hunc. Tertio principali caſu qñ dicit infra vel intra tres dies.dixit Iaco.de Bel.in d.l.j.quod terminus computatur de momento ad momentum , & ſic dies prima.ſ.termini & vltima computãtur in termino , vt d.l.ij.§.quod in ſententijs.ff.qñ appel.ſit.Sed hoc non uidetur verum per ea quæ dixi ſupra in primo caſu.Non ob.§.quod in ſententijs.ff.qñ appel.ſit.quia ibi ideo eſt,quia dicitur a ſentẽtiæ recitatione intra x.dies de quo ibi.& de re iudi.c.quo ad conſulta.Dies tñ tertius vel decimus qualitercunq; fiat computatio erit in termino , & illa die actus fieri poterit,vt no.in c.frequens.de reſtitu.ſpo.li.vj. in glo.quia dies quæ allegat iura, vbi tamẽ computatur de momẽto ad momẽtũ neceſſe eſt conſtare de hora qñ ſit in vltima die,vt ſic appareat factum eſſe intra tempus ſecundum Ioan.And.no.id differentem in addi. Spe.in tit.de inſtru.edi.§.ij.verſi.poſt indictionem . De natura autem harum dictionum

Source : BIU Cujas

num ,ſ.intra & infra.vide de intra in l.pomponius in neg.de nego.geſt. vbi ponitur qđ interdũ vel interim,quia dicitur intra moras. Item denotat extremitatem.ff.ſi cert. peta.l.non omnis. & non dicitur quis eſſe in mora, niſi lapſo illo die, vt cum dicitur intra decem dies dabo.ff. de verbo. obli.l. quicquid aſtringẽde.§.ſi ita ſtipulatus. Quãdoque tamẽ ponitur pro circa.ff. de iur. fiſ. l.vltima & ad propoſitum noſtrum dictio, intra ponitur incluſiue.ff.de ver.ſignifica.l. ſi quis ſic dixerit.de contrahen. emp.l. ęde ſacra.§.ſi quis intra de offic.præf.vrb.l.j. in initio.& de actio.emp.l.fundus.& l.quero. Dictio vero infra eodem modo denotat extremitatẽ,vt d.l.non omnis. licet quandoq; id non faciat.ff.de ſucceſ.edic.l.j. Item ponitur incluſiue inſti.de gradi.in princip. & ff.de actio.emp.l.in venditione.& vide extra de authori. & vſupal.c.j.& c. ex tuarũ. & idem in dictione,ante,de quo.ff. de verbo.obligatio.l.qui ita.§.qui ita.& l.ſi ſtipulatus fuero.& l.qui ante.licet aliter videatur poni in l.anniculus.de verbo.ſigni.Sed reſponde per not.per Barto.in l.ij.ſi cer.peta.& alijs pluribus locis. Quarto autem principali caſu quãdo aſsignatur terminus cum dictione,poſt.Dixit Guil.in Spe. de citatio.§.viſo.verſicu.pen.quod dies dati termini non computatur in termino ẽt ſi dicatur poſt citationẽ,& ſimilia. Sed verius dicendum eſt quod aut dictio, poſt, adijcitur diei vel tempori. Et tunc non computatur de momento ad momentum,licet dies dati termini non computetur in termino. ponitur enim excluſiue.ff. de minori.l. emilius. & de verborum ſignificatio.l.anniculus.& l.ſi quis ſic.facit.ff.de leg.iij.l.poſt diem.ponitur tamen cauſa neceſsitatis incluſiue, vt quia alias non eſſent decẽ dies, niſi ille dies computaretur, vt dicit gloſ.xxiij. quæſtio. iiij.ea vindicta & allegat.lxxvj.diſtin. ſcire.ſed c.ea vindicta.illud non probat,vt ſtatim dicam. Si vero adijcitur actui,vt quia dicat poſt citationem vel poſt publicationem teſtium. & ſimi. tunc computatur de momento ad momentum l.j.§.dies.ff. de liber.agnoſ. & dicta l.pater.§.fin.de adulte. cum ſimi.& ideo ad propoſitum dum dicitur poſt capturam intelligũtur tres dies de momento ad momentum,dum tamen intelligatur poſt capturam perfectã. id eſt poſtquam ad ipſum officialem ductus fuerit & ſciuerit ductum eſſe l.laqueum.ff. de acquirẽ.rerũ domi.l.ſi barſatoram.C. de fideiuſſorib.per Cyn.in l,licet,C,de acqui,poſſeſſio.& per Barto.in l.j.ff.eod.titu. Nõ enim currit terminus ei antequam ſciuerit.l. genere.de his qui notan. infa. cum ſimilibus. quinimmo nec antequam executionem facere poſsit,argumen.ff. de ſtatu.libe.l.iij.§. ſi quis hæredi.& l.ſi in diem.de conditio.& demonſtratio. cum ſibi. Vltima dubitatio fuit,an elapſis tribus diebus ſi nõ facit executionem incidat in pœnam ſtatuti,& dicẽdum eſt quod non,quia licet teneatur illum terminum ſeruare ad ſimilitudinẽ eius qui capit ſimpliciter bannitum ad mortem l. in teſtamento.ff.de condi.& demonſtra.nõ tñ incidit in pœnam ſtatuti, vt ibi & l. multa. in eod.titu.Sed ſi differt vltra debitum teneatur per titu. vt diff. iud. Not. tamen quod licet non faciat ſic repente lapſo triduo non propterea punitur.ex cauſa enim dictio,incontinenti,& ſic ſimiles recipiunt temporis interualla, vt probatur in iuribus infraſcriptis.primo in verbo, confeſtim in l.ita ſtipulatus de ver.obli.l.j.C.de compẽ. depo.l.pe.C.vnde vi.l.momẽtanee. iuncta. l.j.ff.de penu. leg.l. qui procuratorẽ dat.ff. de procu.in verbo,cõtinuo.de verbo.obli. l. ſi ſtipulatus ſum damna cum glo. ſua. de arbi.l.licet.& l.iij.§.in admittenda. vbi gl. ff.de acqui.poſſeſ.In dictione mox.in l. per interualla.de iudi.ff.ſolu.matri.l.fructus.In dictione,ſtatim.ſolut.matri.l.diuortio §.ex contrario.In dictione,incontinenti,& mixtim in prædictis.l.j.§.item ſi ita.ff. ad leg. fal.in cap.quia propter de electi.de non nu. pecu.c.j.glo.in cle.j.de offi.delega. Inno. in capitu.fina.de præſumptio.Barto. in l.cum pecuniam.ff.de nouatio.C.quo. bo.poſ.l.fina.& ff. ſi certum peta. l.prima. Et vide in Specu. de diſpu.aduo.§.poſt hæc verſicu. item clauſula.

### Rubricæ quæſtionum tertie partis ſecundi temporis videlicet de his quę fiunt in fauorem bannitorum.

POST EXPEDITIOnem ſecundæ partis ſecundi temporis,reſtat,vt ad tertiam eiuſdem temporis,particulam veniamus , & ideo aliarum partium ordinem ſequens præmittam rubricas ſiue titulos quæſtionum quæ in ea verſabuntur. Deinde ad illarum examinationem particulariter deſcendetur.Sunt ergo huius partis rubri.quæ ſequuntur.



Source : BIU Cujas

## SVMMARIVM.

1 An iudex poſſit inquirere de offenſione facta bannito de qua ipſe accuſare non poteſt.

2 An formato proceſſu de offenſa facta bannito proſit ad vtilitatem proceſſus, ſi poſtea bannitus ſoluit vel a banno eximitur.

3 An valeat ſententia lata pro banno cõtra debitorẽ qui banni exceptionem nõ oppoſuit.

4 Incidenter quando talis banni exceptio poſſit opponi.

5 Si cauetur ſtatuto quòd bannitus non poſſit ad ſui vtilitatem cõtrahere, An valeat pactium de inquilino non expellendo.

6 An valeat ordinamentum factũ in fauorem banniti, ſtante ſtatuto qđ nihil poſſit proponi in conſilio in fauorem bannitorum.

7 An bannitus pluribus bannis præſentans bãnitum virtute ſtatuti diſponentis eum exbanniri debere debeat ab omnibus bannis rebanniri.

8 An ſtante ſtatuto quod bannitus præſentans bannitum rebanniatur ſi eſt bannitus de pari vel minori crimine. An præſentans bãnitum pro homicidio facto cum armis debeat rebanniri a banno ſibi dato pro homicidio facto cum veneno.

9 An ſtatutum factum in fauorem bannitorũ certum quid ſoluentium porrigatur ad bãnitos carceratos.

10 An tale ſtatutũ trahatur ad poſtea bãnitos.

11 Stante ſtatuto quòd banniti rebãniantur ſoluendo. v. ſolidos pro libra, ſit aliud quo cauetur quòd banniti rebanniantur ſoluendo medietatẽ banni, An bannitus ante confectionem ſecundi ſtatuti habeat beneficiũ primi ſtatuti an non.

12 An generale ſtatutum in fauorem bannitorum comprehendat bannitos pro falſitate.

13 An petens ſe rebanniri virtute ſtatuti ſoluẽdo certum quid habeat beneficium ſecundi ſtatuti facti poſt venditionem talis introitus, & eſt prolixus titulus quæſtionis.

14 Si ſtatuto cauetur quòd falſatores monete & robatores ſtratarum non poſſint rebanniri ẽt habita pace. Et ſit aliud generale ſtatutum quod omnes banniti habita pace debeant rebanniri, an comprehendat falſarios & robatores.

15 An in ſecuritate data venientibus ad nundinas comprehendantur banniti.

16 An data generali ſecuritate quòd nullus poſſit capi pro debito bannitus pro maleficio poſſit vti dicta ſecuritate.

17 An ſecuritas valida conceſſa bannito intelligatur conceſſa etiam pro redeundo.

18 An intelligatur pro vna vice tantum.

19 An illi qui non poteſt rebãniri, poſſit dari ſecuritas ad annos centum.

20 An receptans bannitum ignorans eum bannitum puniatur pœna receptantiũ.

21 An conſanguineus receptans bannitum ſciẽter puniatur pœna ſtatuti.

22 An vxor receptans virum bannitum incidat in pœnam receptantium bannitos.

23 An receptans in domo extra villam poſita incidat in pœnam ſtatuti punientis receptãtem in caſtris vel villis.

24 An ille qui ſcienter pluribus diebus receptauit bãnitũ, poſtea eũ prodidit & curie præſentauit debeat puniri vel premiari.

25 Si vicinia eſt cõdemnata ex eo quòd in illa vnus recuperauit bãnitum. An poſſit agere contra receptantem.

26 Stãte ſtatuto qđ nullus poſſit dare bannito auxiliũ, conſiliũ, vel fauorẽ. An aduocans pro eo incidat in pœnam ſtatuti.

27 An incidat in pœnam allegans pro eo cauſas abſentie.

28 An incidat in pœnam ſi pro eo teſtimonium dicit. & quid ſi eum capit deinde relaxat.

29 Aliquis eximit captũ de manibus familie. An teneatur vt eximens & an etiam vt præſtans auxilium vel fauorem.

30 Poſito ſtatuto quòd pacis beneficium aperiat bannito viam ad eum rebanniendum. An bannitus pro crimine adulterij poſſit habere tale beneficium.

31 A quo debeat haberi pax de adulterio vt ei proſit ſtatutum.

Source : BIU Cujas

32 An minor poſsit facere pacem de morte patris, vt ex ea bannitus talis ſtatuti beneficiũ conſequatur. & in hac inferuntur due ſequentes.
33 Si non poteſt. An poſsit tutor vel curator. & an poſsit peti reſtitutio.
34 An talis pax requirat iudicis decretum, vt bannito proſit.
35 An ſi requiritur pacem fieri ab hæredi occiſi ſufficiat bannito quòd illam habeat a filio non expreſſo nomine hæreditario et in hac ſubditur.
36 An ex tali pace videatur adire etiam ſi aliquid recipiat.
37 An bannitus debeat cancellari habita pace pro generali procuratore cum libera.
38 An ſufficiat bannito ſi habeat pacem ſine ſcriptura.
39 An ſufficiat ſi bãnitus habet pacem ab vno ex pluribus hæredibus.
40 An ſufficiat pax habita ab occiſo dictante ſtatuto ſimpliciter bannitum debere rebanniri ſi pacem habuerit.
41 Quid ſi ſtatutum dicit quòd rebanniatur ſi habuerit pacem ab hærede occiſi. An ſufficiat habita ab ipſo vulnerato.
42 Ex forma ſtatuti requiritur quòd de pace conſtet per publicum inſtrumentum, & de pace conſtat per inſtrumentum, ſed de aditione hæreditatis conſtat per teſtes. An ſufficiat.
43 An ſufficiat pacem fuiſſe factã abſente bannito intra terminum ſtatuti.
44 An ſufficiat quòd bannitus ratificet poſt pacem receptam intra tẽpus ſuo nomine, & in eſt.
45 An ſufficiat quòd nomine offenſi vel hæredis alius fecerit bãnito pacem intra tẽpus.
46 An ſtante dicto ſtatuto bãnitus ex eo quòd blaſphemauit Deum poſsit habere beneficium pacis.
47 An ſtante eodem ſtatuto ſufficiat bannito ſi habeat pacem a patre offenſi.
48 An ſtante dicto ſtatuto ſuccedens hæredi offenſi poſsit ſubipſi pacem reddere, vt habeat beneficium ſtatuti.
49 Quid iuris ſi ſtatutum ſimpliciter dicit de offenſo & nil dicit de hærede. & quid ſi moritur ſine hærede.
50 Si vniuerſitas eſt bannita, An requiratur quòd ſiat pax ſingulis de vniuerſitate & quòd ſinguli ſoluant.
51 An offendens illum cum quo panẽ fecit tempore quo erat bannitus incidat in pœnam pacis ipſi bannito offenſo.
52 Quid iuris poſt pacem bannitus fuit.
53 Quid iuris in caſibus prædictis ſi facientes pacem erant fratres.
54 A quo tempore computetur decennium cuius curſus requiritur antequam bannitus poſsit rebanniri, an tempore dati banni an a fine primi.
55 An ſindicus teneatur denuntiare offendentẽ bannitum.
56 An vniuerſitas talem offendentem non capiens incidat in pœnam nõ capientis malefactorem.
57 An bannito poſsit ſolui durante banno.
58 Stante certo ſtatuto quot pœnis puniri debeat aſſocians bannitum cum eo contrahẽs & in domo retinens
59 An attentans rebellare caſtrum ad actũ proximum perueniens, inde bannitus comprehendatur in ſtatuto prædicto loquente de bannito ob rebellionem caſtri.
60 Si vno ſtatuto cauetur quòd banniti poſsint impune offendi altero cauetur quòd non poſsint offendi in feſto ſancti Ioannis Baptiſte & per octo dies ante et per octo dies poſt, An offendens bannitum in bonis incidat in pœnam ſecundi ſtatuti.
61 Bannitus de Florentia fuit aſſumptus Bononie ad honores. Queritur an poſsit illud officium exercere.
62 An valeat geſta per bannitum electum ad officium vetante ſtatuto.
63 An dictante ſtatuto quòd banniti non poſſint eligi ad officia, bannitus poſsit eſſe ambaſsiator orator ſiue legatus.
64 Qui ſunt illi qui poſsint bannitũ rebãnire.



Source : BIU Cujas

65 An poteſtas ciuitatis poſſit rebannire.

66 An quis poſſit coram poteſtate petere quòd pronuntietur ſe non eſſe illum de quo dictat bannum. & an ſufficiat ſi poteſtas declarat, & qui in tali cauſa ſint citandi.

67 Qui poſſint petere q̄d bānitus rebāniatur.

68 An cancellatio banni per viam iuſtitie poſſit peti per procuratorem.

69 Quis poſſit petere quòd ſibi detur ſcriptura banni.

70 Qui dat curatorem minorem bannito.

71 Qui det tutorem, vel curatorem filio banniti in alio loco exiſtenti.

72 Si quis eſt bannitus pluribus bannis, An ſufficiat vna abſolutio.

73 An poſſit abſolui ab vno banno tantum.

74 Statutum factum eſt quòd certi banniti rebanniantur & habeantur pro cancellatis. queritur an requiratur cācellatio de facto.

75 An cancellatio totius cōdēnationis ſiue bāni virtute vnius reformationis reſtringatur ad illos de quibus loquitur reformatio.

76 An ex forma ſtatuti bannitus ꝑ debito poſſit de bāno eximi ad voluntatē creditoris.

77 An talis bannitus pro debito offerens ſtare iuri debeat cācellari dictante ſtatuto quod eximatur de banno ſi fuerit in concordia cum creditore.

78 An ſtante ſtatuto quod nullus bannitus rebanniatur niſi ſoluerit certā quantitatem camere apoſtolice. Facto poſtea contrario ſtatuto, bannitus qui vult rebanniri teneatur illam quantitatem ſoluere.

79 An bannitus ſit liberatus a banno eo ipſo quòd fecit illud propter quod ex forma ſtatuti intelligitur rebannitus, An vero requiratur declaratio, & eſt bimembris, quia primo tractatur quando in banno dicitur ſaluo quòd ſi ſic fecerit &c.

80 An debeat cancellari a banno de mille integris, ſi ſoluit intra decem dies cū beneficio quarti ex forma ſtatuti.

81 An poteſtas qui vltimis .xv. diebus non pōt quē eximere de banno poſſit pronuntiare eū eximendum eſſe. et quid de officialibus qui prohibentur rebannire ex bannitos, An ſaltem poſſint ordinare qualiter debeāt rebanniri etiā aliquid detrahendo ſolennitatibus in rebanniendo antea requiſitis.

82 An ſt..tibus certis ſtatutis capitaneus qui propoſuit aliquem rebanniendum, & fuit ordinatum vt propoſuit, intelligatur priuatus officio capitaneus, Et ſic non valeat ordinamentum, an vero valeat.

83 Si cauetur ſtatuto quòd bannitus in certa quantitate incidat in pœnam capitis ſi petierit ſe ab aliquo in officium admitti, An ignorans ſe eſſe bannitum excuſetur, vel an perdat in eius rebannitione generaliter ordinatum.

84 An bannitus receptus in ciuitate & tractatus longo tempore vt ciuis ēt in officijs intelligatur rebānitus, & an ſententia lata contra offendētem illum poſſit retractari.

85 An bannitus Vicētiæ & regiſtratus Paduæ virtute vnius ſtatuti Paduani, præſentans bannitum Paduæ debuerit rebanniri virtute alterius ſtatuti Paduani, de præſentante bannitum loquentis. Et in ea tractatur plene de virtute ſucceſſionis & acceſſionis vnius rei ad aliam.

## Tertia pars ſecundi temporis.

1 POSITIS ergo tertie partis queſtionum titulis, Capio primam quæ fuit talis.† bannitus qui ex forma ſtatuti nō debet audiri in ciuili, vel criminali fuit offenſus a titio, Iudex non ad alicuius inſtantiā ſed ex ſuo officio inquirit contra Titium, queritur an poſsit, Hæc qō eſt antiqua & in multis locis tractatur. Fuitq; per Iaco. de Are. & Iac. But. diſputata, quod effectiue refert Bar. in l. cum lex. ff. de fideiuſ. & in l. non ſolum. §. quanquā. ff. de iniur. & l. j. ff. ad treb. & nouiſsime poſuit Ang. in l. ſi vacātia. C. de bo. vac. lib. x. Ad finē eius qđ ibi ſcripſit faciēs mentionē de opi. aliorū & ſuā ponit notabilē concluſionē quā ego hic inferā additis & mutatis aliquibus in multiloquio non iſtando. Sciendū ergo eſt vt patet ex multis qōnibus ſupra formatis quod circa hūc effectū ſtatuta varie loquūtur, Aliqn̄ enim di.

cunt quod bannitus poſsit impune offendi. Quãdoq; quod bannitorũ querele non audiantur. Interdum quod audiantur agẽdo, vel defendendo. & quãdoq; quod non fiat eis ius vel non reddatur. Aliqñ non ſimpliciter excluduntur, ſed ad tẽpus denegatur audiẽtia, puta quouſq; in banno fuerint, vel ſoluere diſtulerint, de quorũ virtute verborũ, ſcilicet an in ipſo iure actionem tollant, an nõ tangetur inferius. & ideo vt hæc q̃õ omnia cõplectatur dicendũ puto ꝙ aut ſtatutum ſimpliciter dicit q̃d poſsit impune offendi. & tunc iudex minime poſsit inquirere quia id non eſt maleficiũ vt dixi ſupra per te proxi. q. lvj. & ſic vnicuiq; præcluditur via l. ſi ſeruus. C. de his qui ad ec. cõfu. & l. ij. ne quis vela. oc. & iſta pars eſt ſatis clara. Excluditur. n. tunc iudex ex eo, quia id de quo agitur non eſt delictũ. Si tñ in inquiſitione non narratur offenſum fuiſſe bãnitum, tenet inquiſitio & proceſſus l. cũ puterem. ff. fami. hercis. l. cũ quædã. de iur. om. iud. & neceſſe eſt ꝙ opponatur & iudici ꝓbetur exceptio banni quæ eſt litis finite. & ad proceſſum poteſt opponi ẽt per aliũ quã inquiſitũ vt dixi ſupra parte proxi. q. xiiij. Omnis. n. exceptio per quã oſtenditur accuſantẽ non habere ius accuſandi. inquirentem non haberet ius inquirendi ante lit. cõte. opponi põt ſecundũ not. doctrinam Bar. in l. nam & poſtea. ff. de iureiu. & in l. elegãter. §. ſi quis poſt. ff. de condi. inde. & dixi ſupra in proximo tẽpore parte j. q. ij. Si vero ſtatutũ dicit aliter vt quod nõ audiatur, vel non fiat eis ius, & ſimiliter q̃õ eſt magis dubitabilis quia licet pars non poſsit accuſare tñ iudex ex officio põt inquirere. ff. ſi tu. non geſ. l. j. C. de cal. l. j. & ibi not. & in l. querela. C. de fal. & ita tenuit Iac. de Aret. & ſecutus fuit Ray. ſ. quod poſsit cognoſcere ad vtilitatem fiſci non banniti, argumẽ. l. licitatio §. non illicite. ff. de publi. vt ipſe ſcribit in l. j §. quod aũt de alea. & in l. falſi. C. de fal. vbi ẽt Cy. tangit. In contrarium tamen eſt veritas quia vbi præcluſa eſt via parti ibi eſt iudici. l. non ſolũ. §. quãquam. ff. de iniur. & ibi bonus tex. & in l. j §. quod aũt. ff. de Alea. vbi melior. l. prætor. §. prætetea. ff. de iniur. & ibi per Iac. de Are. & per Bart. in iuribus ſupradictis, & Iac. & Bal. in l. j. ff. de his q̃ ſunt ſui vel alie. iur. Nec huic & præcedẽti mẽbro ob. l. decuriones. C. de infa. vbi Iac. But. & Bal. aliter vñr velle, q̃a ibi a lege nõ fuerat offenſio reddita impunita, vel ſimpliciter audiẽtia denegata ſed fuit excluſum certum genus pœnę, & ideo alia potuit imponi & maleficiũ factũ pronũtiari fuiſſe & propterea ſi ſtatutũ diceret q̃d offendẽs bannitũ nõ poſſe perſonaliter puniri, vel non poſſet puniri maiori pœna librarũ mille, nõ excluderetur cognitio ꝓ minori pœna. Caſus eſt ibi & de ſe patet l. cum prætor. ff. de iudi. & de legi. l. cum lex. cum ſimi. Diuerſa. n. ſunt tollere delictũ & tollere certã pœnã ꝙ latius ꝓſequitur Bal. in l. cum mulier, in fin. repetitionis. ff. ſolu. mat. Nec prædictis ob. l. querela, quia illa gl. non eſt vera per l. põponius. §. tali. ff. de procu. & l. ita demum. C. eo. & ita dicit Ange. quod eo audiente reprobabat Bart. illã glo. Bal. ẽt in d. l. j. de his qui ſunt ſui vel ali. iur. Reſpondet quod illud procederet quãdo ex poſtfacto non ab initio tollitur ius accuſandi vt per præſcriptionẽ ſecus ſi ab initio. Sed prima reſpõſio eſt communior. Si vero ſtatutũ dicit quod nõ audiatur donec fuerit in banno vel ꝙ qui non ſoluerit collectas non audiatur in ciuili, vel criminali donec diſtulerit ſoluere. Dicit idẽ Ang. vbi ſupra quod tunc iudex a ſeipſo poterit inquirere per d. l. j. C. de cal. & l. j. ff. ſi tut. non geſ. Hic tñ aduertendũ puto quod ſi iudici ex forma ſtatuti datur potẽtia inquirendi, requiſito tamẽ prius iniuriã paſſo an velit accuſare. Quo reſpondente quod nõ, iudex poſsit inquirere & aliter non. Tunc deciſio prædicta non procedit. Cum. n. ſuccedat in locum partis, eo iure ꝙ pars habet vti poteſt & non alio, vt in regula ſi quis in ius. lib. vj. præſertim quia lex ſiue ſtatutum volẽs requiri iniuriã paſſum debet intelligi de habili ad accuſandũ l. j. C. de ſac. ſanc. eccle. & l. vt gradatim. §. ſed ſi lege. de mu. & hono. cum ſimi. aliter. n. termini ſtatuti verificari nõ poſſunt, & ſic non poteſt ſuccedere inquirẽdi potẽtia l. ita autẽ. in prin. ff. de admi. tuto. cum ſimi. diſputando tenuit Ray. qñ ſtatutũ dat potẽtiam iudici inquirẽdi prius tñ accuſatione recepta. & ibi allegat multa iura. & inter alia ꝙ not. in l. plane. ff. ꝙ cum fal. tut. aut. & ff. de acqui. poſ. l. pomponius. §. cũ quis. & incipit eius diſputatio. Lege municipali cauetur. Accedant quæ dixi ſupra parte. j. huius temporis. lix. & lx. quæſtioni. Si aũt ſimpliciter datur potentia inquirendi, forte eius dictum verum eſt. Non. n. redditur quod ſit in eũ impunitũ. Nec in totũ denegatur audiẽtia pro pter q̃d iuris natiuitas ſit impedita, ſed qualificate denegatur ad tẽpus. Cũ ergo illud ſit maleficium ex eo oritur ab initio duplex ius. Vnum parti ad accuſandum, & ab iſto pars

Kk 3

Source : BIU Cujas

ipſa excludit donec diſtulerit ſoluere, vel donec fuerit in banno. Aliud iudici ad inquirendum, & ab iſto non reperitur iudex excluſus, ergo remanet ſibi ſaluum ius ſuũ l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pac. & ſatis oſtendunt d. l. j. de calum. & l. j. ſicu. nõ geſ. & facit quod no. in l. j. C. qui accu. non poſ. & d. l. decuriones. in ratione ſui. Prædicta quidem intelligo in offenſa facta tempore quo quis erat malpagus. Si autem ei fiat offenſio ante ceſſationẽ ſolutionis. ſed antequam iudex inquirat labitur tẽpus & efficitur malpagus. Dixit tunc Bald. in d. l. cũ muliuer. quod tũc iudex poteſt inquirere, quia iam erat fiſco ius quæſitum quod negligentia illius tollere non poteſt, alleg. no. in l. querela. C. de fal. & l. fi. ff. de pac. quod habetur in l. ij. §. quod ſi in patris. ff. ſolu. ma. & ſic licet tunc ipſe excludatur exceptione perſonali, vt l. pen. C. accu. non poſ. tamen non excluditur iudex ſecundum eũ, quod intelligo niſi ad potentiam inquirendi requiratur requiſitio iniuriam paſsi ſecundum ea quæ ſupra dixi. Quo caſu etiã ſufficiet ſi requiſitio eſſet facta ante ceſſationem ſolutionis, & ſic eo tempore quo non erat malpagus vt in iuribus per Bal. alleg.

2 *Sed tunc* ſecundo circa idem quero †ſtante ſtatuto quod bannitus non audiatur etiã in criminali quouſq; diſtulerit ſoluere condẽnationem, vel quouſq; ſteterit in banno & idẽ diſponente in non ſoluente collectas, bannitus, vel malpagus fuit offenſus accuſauit de offenſione ſibi facta, vel iudex eo requiſito an vellet accuſare, reſpondente qđ non, formauit inquiſitionem fuit appoſita exceptio & probata ſecundum no. in l. hoc iure. ff. de verbo. obli. per Barto. poſt quod bannitus fuit rebannitus, vel ipſe aut malpagus ſoluit, & iudici productio facta fuit. Queritur an ex eodem proceſſu poſsit ad vlteriora procedi. An vero requiratur nouus ꝓceſſus. Hæc qõ eſt magni effectus. Pone enim ꝙ tempore ſolutionis, vel exẽptionis a bãno, tẽpora cognitionis ſunt decurſa quæ non erant tẽpore accuſationis, vel inquiſitionis, & ſic dicatur locũ eſſe l. accuſaturus. ff. de adul. & in ea varie conſuli & iudicari vidi. Meo tamen paruo iudicio huius quæſtionis virtus ſtat in eo an acta facta cũ bannito in eius fauorẽ valeant, vel non. De quo dicam ſtatim in ſeq. q. Si enim non valerent per ſolutionẽ, vel exemptionem, a banno ſuperuenientẽ non validarẽtur vt in regula ꝙ ab initio. de reg. iur. & C. ꝗ da. tu. poſ. l. in vniuerſis. & ff. de ſer. expor. l. ſi minor. cum ſi. præſertim qñ lapſum eſſet tẽpus cognitionis, quia tunc fictio attractiua operari non poſſet l. bonorum. ff. rem ra. habe. Si vero acta valent videtur contrarium verum eſſe. Quando enim tenet iudiciũ licet agens ius non habeat agendi. l. cum putarem. ff. fa. hercil. Si poſtea ſuperuenit ius ſequi debet condemnatoria l. ſi rem. §. fi. ff. de pig. act. & ſecundum hanc ſecundam partem pluries iudicari vidi per ibi not. & l. ſi mandauero tibi. ff. manda. Illa tamen iura prima facie non videntur adaptari ad propoſitum, quia loquuntur quando ius ſuperuenit ex cauſa de præterito, & ſic retrotrahitur, quod hic non videtur eſſe, ergo &c. l. non poteſt. ff. de iudi. Aduertẽdum tamẽ puto quod ẽt ſi acta teneant debeat conſiderari qualiter a banno eximatur. Nã aut eximitur ꝙ ſoluit, & puto veram eſſe concluſionem prædictam. ſuperuenit enim pendẽte iudicio replicatio contra exceptionẽ. exceptio excluditur l. his oneribus. §. auctis. ff. de vaca. mu. & quod ple. no. per Bart. in l. j. ff. de exce. facit. ff. de pecul. l. quæſitum. in princi. vbi bonus tex. ad propoſitum. Si vero fuit exemptus a banno per viam gratie vt quia fuit rebannitus, non puto procedere concluſionem. prædictam. Cum. n. oppoſita exceptione eſſet opponenti ius quæſitũ vt pronũiaretur procedendum nõ eſſe, vel abſolueretur ab obſeruatione iudicij quod regulariter idem eſt in effectu per nota. in §. fi. inſti. de diuer. & tempo. præſcri. per illam rebannitionem tolli non intelligitur vt in c. quãuis. de reſcri. lib. vj. & quod not. in l. gallus. §. & quid ſi tãtum. de lib. & poſthu. & in l. fi. C. de ſen. paſ. Nec habet locum hæc ratio in caſu quo eximitur quia ſoluit, tum quia illa exceptio cũ hac qualitate opponebatur, & ſic per illam non poterat tolli ſoluendi facultas quæ conſiderari debebat, vt l. ſi quis domum. §. j. ff. loc. num ſi. ꝙ non erat in abſolutione per viam gratie, l. apud iul. in fi. de leg. j. tũ quia vna exẽptio ſit per viam iuſtitiæ alia per viam gratie, & ſic prima pinguius ſuccurit quam ſecũda vt no. in l. antique. C. ad velle. cum ſi. Facit quod no. per Inno. in c. veniens. de fil. presby. cum ſimi. & vide quæ dicam infra in vlt. tempore parte. j. q. iiij. & v.

3 *Pro* declaratione præcedentis q. Tertio quero †bannitus non debet audiri ex forma ſtatuti egit in iudicio contra ſuũ debitorẽ, non fuit ſibi oppoſita exceptio bãni, & ideo pro bannito fuit

Source : BIU Cujas

lata ſententia. Queritur an valeat. In hoc articulo Iac.de Are.dixit primo videri qđ acta valeant & ſic ſententia arg.l. extat.ff. ꝙ met.cau.& qđ ibi not. & C.de iuriſ. om. iudi.l.in criminali,debet.n.intelligi tale ſtatutū quo cauetur ius non reddi,vel non debere audiri exceptione,ſcilicet oppoſita,al leg.ff.ad treb.l.j.§.ſublata. Ipſe terminauit contrarium,ſcilicet ꝙ ipſo iure non valeāt acta pro bannito, quia in ſuis fauoribus hr̄ tanquam mortuus. Itē quia omnis iuriſdictio & omnia iudicia ſunt de iure ciuili vt no.inſti.de oblig.in princi. Conſtat autē tale ius non competere deportato ergo nec bannito,quod Bal.in l.ſcire oportet.§.cōſequēs,de excu. tuto. dixit eundem tenuiſſe arg.illius.§.& in l.j.C. de hæredi.inſti. dixit eſſe verum, quia a quo remouetur genus remouetur quælibet eius ſpecies l.ſi cā cognita.C.de tranſa.ſed ei non debet reddi ius in genere,ergo nec ſententia quæ eſt in ſpecie.Io.aūt And.in addi.Specu.in titu. de ſenten.& his quę ipſam ſe.§.iuxta.verſi.Itē eſt nulla ratione litigatorum refert Iac. aliter tenuiſſe, videlicet ꝙ aut fuit expreſſus error vt ſi dixerit condemno.Titium Gaio bannito aut non. Primo caſu dixit ſententiam nullam l.j.§.itē cum contra ſacras.ff. quæ ſen.ſine app.re.C. quando prouo. non eſt ne.l.ij.& ij.q.vj.§.diffinitiua.Secūdo dixit ꝙ aut fuit oppoſita exceptio aut non.ſi fuit oppoſita aut iudex iudicauit ex contēptu iuris quaſi illa exceptio nulla eſſet, & tunc idem arg.ff.de fer.l.j.§.ij.Aut quia exceptionem non habuit pro probata,vel bānum exiſtimauit non rite datum.ff.de re iudi.l.iiij.§.condemnatum,vel illum reputauit de damno exemptum,dixit valere ſententiam.ff.de re iudi.l.cum prolatis.C.de ſi de inſtru.l.fi.ff.de compen.l. quod in diem. §.ſi ratione.dixitq; hoc ſciri poſſe ex qualitate diſceptationis facte ſuper exceptione.ff.de iureiur.l.fi.Secundo caſu qn̄ exceptio non fuit oppoſita, dixit ſentētiā nullā, quia contra formam ſtatuti,& ſic contra legem.ff.de leg.l.contra legē.& l. non dubiū. C.eod.Itē quia in caſu iſto defecit perſona actoris, ergo iudiciū nullū de verb. ſig.c.forum.§.in omni.Paria.n.ſunt nō eſſe vel eſſe ſed inhabilem.ff.ꝙ cuiuſ.vni. no.l.j.§.fi. ff.ad velle.l.q̄uis.§.ſi cum eſſet. Allegat ēt quia paria ſunt denegari alicui potentiam agendi fauore ſue perſone vt in minore ſiue tutore,& curatore &c.& denegari odio ſue perſone vt in bannito,vt contrariorum eadem ſit diſciplina.ff. de leg.iij.l. fina. ſed in primo caſu iudicium eſt nullū.C. qui leper l.prima & ij.& ſi aduer.rem iudi.l.cum & minores vos.Ergo & iſto caſu & fortius vt in regula odia.li.vj. & in hoc reſidet ibi Ioan.Andre.Iaco.autem But. in l.adulterā. C.de adulte. videtur velle quod quonſque non opponatur exceptio valeant acta, & abinde in antea non.& idem ſentit Bart.in l.eleganter.§.ſi quis poſt.de condi.inde.per cap.pia de excep.lib.vj. Idem etiam Ioan. And.in capitu.ſtatutum.de reſcrip. lib. vj. in glo.ſuper verſicu.nec audiantur ſimpliciter,dixit quando alicui denegatur audiētia valere iudicium ſi non opponatur exceptio.Et idem dixit Angel. eum allegans. in l.iiij.C. pro emptore. Mihi ex prædictis non videtur quod hæc quæſtio ſit bene ſopita.Aliud enim eſt habere legitimā perſonam ſtandi in iudicio,ſed non haberi ius agendi. quo caſu tenet iudicium, vt ff. fami.herciſcun.l.cum putarem iuncta l. ſi pupilli.§.videamus.ff.de neg.geſt.Et aliud eſt habere ius agendi ſed non habere legitimam perſonam ſtandi in iudicio.de hoc C. qui le.perſ. per not. Aliud etiam ſimiliter eſſe debet quando vtrunque concurrit ſcilicet quod quis non habeat legitimam perſonam nec ius agendi ſumpto argumento a coniunctione quæ fortius operatur quā in ſeparatis l. qui fundum.§. ſi tu ex parte.ff. ad legem fal.l. qui patri.ff.de acqui. hæredi.cum ſimi.& etiam a maiori.de electio.c. cum in cunctis cum ſimi. Ad propoſitū itaque rediens dico ꝙ banniti de iure communi de quibus non agimus ſunt illi qui quandoque perdunt iura ciuilia vt patet ex his quæ tacta fuerunt in prohemio.Banniti vero noſtri temporis de quibus eſt quæſtio illi non perdunt vt dictum fuit ſupra parte prima huius temporis quęſtio.v.ſed perdūt iura ſtatutorum ſue ciuitatis a qua banniti ſunt. Aut igitur valerent acta ſolummodo de iure ſtatutario,vtputa quia ex forma ſtatuti citatus contumax habetur elapſo tempore pro conteſtante litem,& quod proptere a poteſt actor ſuam intentionem probare & peruenire ad diffinitiuam ꝙ de iure ciuili non eſt permiſſum l.properandum,C. de iudi.& iſto caſu indiſtincte puto non tenere ſententiam. Cum enim perdiderit talis bannitus ius ſuorum ſtatutorum. non dicitur habuiſſe ius agendi eo modo quo egit. Item nec legitimam perſonam ſtandi in iudicio propter ſtatutum quia audiri non debet, & ſic omnino iudicium nullum vt in iur.ante dictis.Facit.ff.ꝗ ſa.cog.l.ij.§.j. & l.



Source : BIU Cujas

quoties.cum ſimi. Facit etiam ratio. Iac. de Are. facta per argu. a contrarijs hoc modo, quia ſicut in eo qui fauore ſui remouetur a iudicio tenet ſententia lata pro eo & nō cō tra eum, vt l. non ideo minus. C. de procu. Ita econtrario quando quis remouetur ſui odio tenet ſentētia lata cōtra eū & nō pro eo. & poteſt adduci argumentū ſimilitudinis per contrariū vt not. gl. C. de pig. l. ſicut. & ff. quibus mo. vſuf. amit. l. ſicut. Si vero ſententia poteſt ſuſtentari de iure cōmuni, vt quia reus comparuit & fuit litem conteſtatus & ſeruata fuerunt talia quæ facerēt valere ſententiā in quocunque vt l. prolatā. C. de ſen. & l. ij. de ſen. ex peri. reci. Aduertendum puto ad diſtinctionē Iac. de qua ſupra. Ad cuius primū membrū faciūt not. per Inno. in c. præterea. de dila. & per Bart. in l. ij. ff. ſi quis in ius voc. non ie. Addēs qđ idē eſſet ſi per relationem ad acta expreſſus error diceretur in ſententia contineri ſecundum diſtinctionē quæ habetur in l. j. C. de erro. cal. per doctores & maxime per Barto. & quod tangit Bal. in l. libertorum. C. de teſti. Ad aliud membrum quando iudex contempſit exceptionem, adde no. per Bal. in d. l. ij. ff. ſi quis in ius voc. non ie. vbi dicit quod quādo iudex oppoſita exceptione ad proceſſum ex arrupto ad vlteriora procedit non tenet iudicium. Alleg. de iudi. c. exhibita. Tertium membrū quando exceptionē non habuit pro probata, verum puto niſi pars obtuliſſe ſe paratam probare, & iudex non admiſiſſet per ea quæ habentur extra de app. c. interpoſita, & c. ex parte. Vltimū vero membrum quo dixit ſententiam nullam quando exceptio non fuit oppoſita eſt mihi valde dubium quando ſcilicet poteſt de iure communi valere pro nō bannito, videtur enim potius lata cōtra ius litigatoris q̄ legis vt d. l. ij. §. j. quæ ſen. ſine ap. re. Si enim intelligamus quod requiratur oppoſitio exceptionis vt ſatis colligitur ex no. in iuribus ſupra alleg. illa non oppoſita deberet tenere iudicium l. ſi accuſatoribus. C. qui accu. non poſ. cum ibi not. & per Bar. in l. hos accuſare. §. leg. iul. de accu. Ad hoc quod no. Inno. in c. poſt ceſſionem. de proba. & habetur in c. pia. de excep. lib. vj. Dicam ergo ſententiam quæ de iure cōmuni valere poteſt hoc caſu validam eſſe etiā in ſui fauorē latā. Nec verū puto quod illa verba non audiantur reddant extra ius ſtatutorum eius perſonam inhabilē pœnitus ad iudicium. Poteſt enim etiam vbi prohibeatur defenſio in iudicio intereſſe, negando vt dictum eſt ſupra in parte præcedentis huius temporis quæſtio. ſecunda quod non poteſt facere minor ſine curatore vt in iuribus ſupradictis. Nō ergo eſt bona cōparatio eius cuius perſona eſt inhabilitata ad iudicium & eius cui ex forma ſtatuti audientia denegatur, & hanc partem tenuit Abb. vbi ſupra quæſtio. lvj. vbi poſt multarum opi. relationes concludit tenere ſententiam, vbi vide ſi libet. Hoc etiā ſentit Bald. in l. per hanc. C. de temp. ap. in vj. col. verſi. Item pone exemplum vbi dixit ꝙ talis exceptio banni nō poteſt opponi in cauſa appellationis ꝙ eſt mirandum. Sed aduerte quia illud verum quando ſtatutum ſpecialiter loquitur in poteſtate. Si autem ſimpliciter dicit ꝙ bannitus non audiatur. Credo illud dictū non procedere per ea quæ dicā in ſeq. q. Facit tamen etiam contra dictum Bal. ꝙ not. per Bart. in l. ij. ff. ad ter. Sed reſpondet ꝙ ibi loquitur quando iudices ſunt pares. Dictum Bal. qn̄ vnus eſt ſuperior, ſcilicet iudex appellationis quo caſu dictum in minore non extenditur ad ſuperiorē ſed non tranſit ſine dubio. Poſſet tamen & forte non male dici ſententiam talē eſſe nullā eo caſu quo iudex ſciret illum eſſe bānitū. & ſic ſcienter faceret contra ſtatutum arg. eorum quæ habentur in l. quæſitū & l. furioſo. ff. de re iudica. per locum a cōtrarijs. De quo dictum eſt ſupra.

*Quia in caſibus* in quibus teneret ſnia poſſet diſputari an in illius executione poſſet ante nō oppoſitam banni exceptio allegari. Queritur quarto
4 loco † quando hæc exceptio. Tu nō debes audiri debeat opponi. In quo aduertendum ꝙ vbi talis exceptio redderet iudicium retro nullum, ſine dubio poteſt opponi quandocunq;. C. de iudi. l. licet. Semper enim dicitur opponi in initio cum acta non teneāt per Inno. in fi. extra de reſcr. c. ſuper literis. Si vero non redderet iudicium retro nullū. Dicendum etiā eſt quod ſemper poteſt opponi. i. in quacunque parte iudicij. Semper enim infertur nouum grauamen ſi ille audi tur, ergo licet non tollat acta prçterita tollit tamen futura vt in c. pia. de exce. lib. vj. ita tenet Bar. in l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de condi. inde. Idem Iac. But. in l. adulterā. C. de adul. proprie in bannito. Sic etiam dicimus in exceptione citationis ad locū nō tutum vt not. Archid. iij. q. ix. hortamur. & Vinc. extra de reſcri. c. dilectus. el ij. & Cō. poſt. eo. ti. c. nōnulli. Pro quo vide ꝙ habe-

Source : BIU Cujas

tur in Spec.de cita.§.j.ver.quid ſi reus. & eſt adeo hoc verum  etiam poſt cõcluſionem in cauſa opponi põt dum enim actor petit ſententiam, petit ſibi ius reddi,& ſic audiri,l.iij.§.hoc aũt iudicium.ff.de dam. inſe.&  not.in l.ad peremptorium.ff.de iudi.& in l.properandum.§.ſin autem reus. C.de iudi.& ſic ad illum actum opponi poteſt.Nec obſtat ſi dicatur iudex etiam nemine petente tempore ferende ſententiæ poteſt a ſeipſo ſententiam ferre vt habetur in l.properandum,quia quãdo pars nõ poteſt petere, ipſe ferre non poteſt vt dictum fuit in hac parte.q.j.Nec obſt.prædictis qd no.per Cy.in l.alia.C.de his q.vt indi.vbi dixit poſt concluſionem non poſſe fieri illud,quod poſſet fieri poſt ſententiam, quia illud verum niſi iuris ſiue ſtatuti verba cõtrarium patiantur.l.non aliter.de leg.iij.cũ ſimi.Poterit etiam opponi dicta exceptio poſt ſententiam,nõ ut ſententiam quę alias valeret reddat nullam ſed vt executionem impediat,vt habetur in ſimili poſt doc.in l.j.C.de iur.& fac.igno.& ita determinauit Guil.de Suza.in ſuis quæſtionibus ſtatutorum ſub litera S.Cũ talis exceptio ſit anormala.alle.gl.ordo.& l.ſi vt proponis.C.de excep.rei iudi.in quibus probatur quod in executione ſententiæ ius redditur quod a ſtatuto denegatur, & ita refert & ſequitur Ioan.And.in addi.Specu.in ti.de ſen.exc.§.ſi.ver.xvij.& etiã ita tenuiſſe videtur Alb. vbi ſupra q.lvj.vbi multa alia dicit vt dixi ſupra proxima.Nec prædictis opponi poteſt  patiendo litem conteſtari videatur renuntiaſſe, vt in l.ita demum.C.de procu. & l.põponius.§.rati.ff.eo.quia dato quod verum eſſe videretur renuntiaſſe illi exceptioni quæ tunc ſibi ad illum actum competebat, & ideo poſtea cum alius actus fieri petitur poteſt tunc opponi quaſi ſit alia exceptio tunc orta non autẽ quaſi ſit illa cui renuntiaſſe dicitur ſecundum not.per Iaco. But.in d.l.adulteram.Ad quod facit.l.ij.C. de conſor.eiuſdem lit.cum ibi not.& vide quę dixi ſupra proxi.q. Quinto queritur

5 † viſo an valeat ſententia pro bannito, an valeat pactum.Pone enim  ſtatuto cauetur  bannitus non poſſit ad vtilitatẽ contrahere, Titius locauit Seio domum ad certum tempus,deinde fuit bannitus, & demũ vendidit illã domum Gaio eo pacto quod emptor pateretur Seium habitare domum vſq; ad finem termini.Queritur an iſtud pactum valeat,Hanc q.format Ioan.Andre.in addi.Spec.in ti.de ſen.& his quæ ipſam ſequuntur.§.iuſta.ver.Item eſt nulla ratione litigatorum,ſuarum additionum,ver.viſo. & quod valeat arguit a differentia nominis & pacti de pac.l.conuentione a diſpoſitione ſtatutorũ ſtricti iuris,l.quicquid aſtringende.de ver.obl.ab abſurdo quod eſſet ſi puniretur inquilinus qui nõ deliquit.C.de pœ.l.ſancimus.& quod ſtatutum ponderat vtilitatem banniti de qua hic non agitur, ſed de dam.vitando.l.ſi.C.de codi.determinat contrarium diſtinguendo quod ſi bona ſunt confiſcata pactum non tenet vt ſuperfluum ſiue ſuperuacuum.l.ſi.ff.de iur.ſi. Si nil fuit confiſcatum dixit non tenere pactũ quia bannito proueniret vtilitas ſi nõ poſſet inquilinus expelli qui expulſus haberet regreſſum contra ipſum cui bona remanſerunt.l.ſi merces.§.j.ff.loc.Si vero certa quota bonorum fuit publicata & certa non.C. ad l.iul.de vi.l.ij.tunc idem iuris in parte quo ad partem,  in toto quo ad totum.de re.ven.l.quæ de tota.& ibi vide.& ſi plenius videre cupis, vide in Albe.vbi ſupra q.xliij.Secundum membrum eſt mihi dubium qñ ex illo pacto quereretur actio inquilino puta ex forma ſtatuti vel per l.pe. C.ad exhi.tunc enim eſſet principaliter factum in vtilitatem inquilini.& ſic non haberet locum ſtatutum vt dicam in qõ.ſeq.

## *Ex quo de ſtatutis* impedientibus fauorẽ bãnitorum

6 mentio facta eſt. Quero ſexto † ſtatuto cauetur  nihil poſſit proponi in conſilio,in fauorem bannitorum, & ſi proponatur & fiat,non valeat.factum eſt ſtatutum  bannitus capiens alium bannitum rebanniatur,queritur an valeat dictum ſtatutũ,Queſtio hæc habet duo puncta. Vnum an tale ſtatutum dicatur continere fauorem bannitorum.& hoc dixit Iaco.But.quod nõ,quia tale ſtatutum eſt factum in fauorem reipublice vt malefactores puniantur.l.ita vulneratus.ff.ad legem aqui.& l.ij.C.qñ lic.ſine iudi.vin.Nec ob.quod redundet etiam in fauorem banniti capientis, quia illud nõ attenditur.l.qui exceptionem de condi.inde.& quod not.in l.rogaſti.ff.ſi cer.peta.& l.ſi quis nec cauſam.eo.tit.& ita ibi terminatur per Iac.& Bar. etiam ſequitur Bal. Faciunt omnia iura quæ alle.ſupra parte proxima.l.q.Secundus articulus eſt an regimina habentia arbritrium in negotijs ciuitatis potuerint illud ſtatutũ facere.& dixit Bart.quod ſic.l.non omnes.§.ſi.ff.de re mili.per illum tex.& ibi dixit quod tale ſta

Source : BIU Cujas

tutum ſieri non poteſt per poteſtatē & ca-
pitaneum ad quos non ſpectat parcere con
demnatis.l.j.in fi.ff.de quęſti.& vide quod
dicam infra hac eadem parte.lxiiij.& ſeq.
7 Septimo quero† circa dictũ ſtatutũ Ti-
tius bannitus pluribus bãnis, ꝙ fieri poteſt
vt dixi ſupra in j.tempore parte.j.q.iij.ce-
pit alium bannitum & curie præſentauit,
queritur an rebanniri debeat ab omnibus
aut ex diuerſis factis, & tunc ab vno tantũ
argu.ff.ad tur.l.j.§.ſi plura.& l.de pupillo.
§.ſi pluribus.ff.de noui ope.nun.Et idē ſe-
quitur ibi Bal.& ſubdit ꝙ electio a quo ve
lit cancellari erit fiſci,quia debitor eſt.l.ple
runq;.in fi.ff.de iure do.remittens circa id
vltimum.de electi.ad no.per ſe in l.quicũq;
C.de ſer.fugi.Alb.autē vbi ſupra q.xcviij.
refert ſimpliciter dictum Iaco.de Are.quod
etiam dicit tenuiſſe.Old.& alleg.vltra prę-
dicta.ff.ad tur.l.in ſenatus.& de adul.l.vim
paſſam.§.qui duos.Puto quod aliter ſit cõ-
ſiderandum videlicet quia dictum ſtatutum
ſit ob fauorē publicum, & ideo ab illo de-
bet regulari tanquam a ſua cauſa.l.ꝙ dictũ.
ff.de pa.& ideo puto ſi bannitus captus &
præſentatus erat bannitus pluribus bannis
ex diuerſis factis, quod tunc bannitus eum
capiens debeat rebanniri ex pluribus bã-
nis ex diuerſis factis impoſitis vt ſupra.Si
vero captus erat bannitus ex vno tunc ex
qualitate illius cognoſcetur a quo capiens
eum debeat rebanniri argumento.ff.de cõ-
pen.l.ſi ambo cum ſimili. Octauo quero
8 †ſtante ſtatuto prædicto ꝙ præſentans bã-
nitum rabanniatur ſi eſt bannitus de pari,
vel minori crimine.Titius bãnitus pro ho-
micidio facto cum veneno,& ſic pro vene-
ficio pręſentauit captum Gaium bannitum
pro ſimplici homicidio cũ armis facto,que-
ritur an debeat rebanniri,Alberi.ſupra q.
xcix.in terminis dicit ꝙ non, quia plus eſt
hominem veneno extinguere quam occide
re gladio.C.de male.& ma.l.j.Ad quod etiã
alleg.in lombard.de homicidijs.l.fi.vult al-
legare de ho.liberorum homi.li.j.Sicq; cũ
ſit bannitus de maiori crimine rebanniri
non debet.Idem dixit alijs terminis Ia.Bu.
in d.l.j.videlicet ſi ſtatuto cauetur ꝙ de ho
micidio poſsit cognoſci intra tres menſes
ꝙ poſt intra annos xx.poterit cognoſci de
veneficio vt ibi per eum.Fateor ꝙ eſt di-
uerſum crimen vt dicit Iac.ſed hoc noſtro
caſu non nocet, quia ſufficit ꝙ ſit par, vel
minus licet diuerſum. Item fateor ꝙ regu-
lariter maius eſt delictum ueneficiũ q̄ ſim-
plex homicidium,ſed cauſaliter poteſt eſſe
contrarium,& ideo puto dicendum ꝙ ſec
dum qualitates talibus criminibus inheren
tes iudicabitur vnũ aut minus, aut par, aut
maius altero.ff.de pœ.l.aut facta per totam
9 legem. Nono pone ꝙ factum eſt †ſtatutũ
validum ꝙ omnes banniti debeant cancel-
lari de banno ſoluendo certam q̄tita.taxa-
tam a ſtatuto ſecũdum banni q̄titatē.Qui-
dam erant banniti & carcerati queritur an
tale ſtatutum porrigatur ad eos,Hanc q.for
mat Bar.in l.domitianus.ff.ad tur.per quã.
l.Dy.dixit ꝙ non, quod etiam tetigit Bart.
arguendo.l.ij.de cuſt.reo.per illum tex.ſed
in d.l.domitianus.concludit ꝙ aut diſpoſi-
tio eſt taliter facta quod in totum eximat
bannum a banno vt in prædicto ſtatuto &
tunc comprehendit etiam carceratos pro-
pter eius generalitatē & quia ſic eſt in ſpe-
ciali abolitione quæ delictum extinguit vt
l.mulier.ad tur.& C.de abo.l.j.& proba-
tur.eo.ti.l.fi.circa prin.Si vero non eximit
totaliter a banno, ſed illud differt vt ſi eſt
facta reformatio ꝙ banniti habeant ſecuri-
tatem durãte guerra, & tunc porrigitur ad
carceratos ſicut dicitur in generali aboli-
tione, quæ in totum non tollit crimen cum
ab eodem intra certum tempus repeti poſ-
ſit vt l.ſi quis repetere, & l.aut priuatim.§.
fi.ff.ad tur.& ideo carceratus non relaxa-
tur,vt d.l.domitianus,Fortius thema diſpu
tauit Fran.acc.Videlicet ſtatuto cauetur qđ
omnes condemnati pro maleficio poſsint
redire ſoluendo certam q̄tita.& concluſit
illud ad tunc carceratos extendi, alle.ff.de
lib.leg.l.non ſolum.§.liberatio.vbi libera-
tio debitori legata valet antequam debitũ
ſit exactũ.per ꝙ patet quod captio,vel de-
tentio perſone non impedit legatum libe-
rationis durante debito,id eſt ſolutione nõ
facta.Adduxit etiam ꝙ liberatio eſt fauora
bilis & ſic amplianda.l.arrianus.de act.&
obli.Item quia eſt beneficium, & ſic large
ſumendum de conſti.prin.l.beneficium.Itē
quia in dubijs ſit interpretatio cõtra fiſcũ.
l.non puto.ff.de iur.fiſc.Itē quia carcer non
eſt ad pœnam.de pœnis.c.q̄uis.li.vj.Ita re-
fert Ioan.And.in addi.Spe.in titu.de ob.&
ſol.ſuper rub.in pe.q.ſuarum addi.ver.di-
ſputauit.& ibi contra deciſionem Fran.ac.
inducit detenti pręſumuntur ſoluere ꝙ nõ,
ſic de non detentis ſperatur & ideo ab il-
lis recipitur totum, a non detentis modicũ.
Item quia illud verbum redire poſitum in
themate videtur notare bannitos non detē
tos.In illis enim non ſperatur reditus.Item
quia de condemnationibus maleficiorũ lo

Source : BIU Cujas

quitur quæ puniri publice intereſt vt in c. ſane, de ſen. excom. & ibi concor. Et ſubdit ꝙ quia pia eſt ſolutio ſupra dicta tenenda ſit. & dicit ad contraria reſponderi poſſe ꝙ illa vltima ratio eſt cōis omnibus condemnatis. & ſic non reſtringit generalitatē.

Ad ij. rationem de verbo redire dicit dare reditum ad libertatem eundi cum familijs ſuis &c & ad libertatem manſionis. Nā etiam in non carceratis ſe occultantibus in certis locis ciuitatis talis eſt redditus. Ad primam dicit ex multis apparere poſſe longe minus poſſe cōtribuere carceratos ꝙ̄ fugitiuos. Ex his patet ꝙ illa deciſio non fuit ſibi viſa multum tuta. Credo tamen illā veram per ea quæ dicta ſunt ſupra maxime per Bart. & quia equa eſt & fauorabilis. Illud enim verbum, redire. ſic abſolute poſitum nihil obuiat quia pōt intelligi ad priſtinam conditionem et libertatem. Dubium autem faceret ſi diceret ſtatutum poſsint redire ad ciuitatē. Videtur enim tunc ad carceratos non extendi, quia videtur loqui de his quibus talis qualitas poteſt inherere. l. fi. §. cui dulcia. de vino leg. & l. hos accuſare §. omnibus. de acc. & l. nam ꝙ liquide. §. fi. de pœn. leg. cum ſi. Ad iura & rationes in contrarium facientes reſpōderetur tunc ꝙ verba ſtatuti illā diſpoſitionem reſtringunt l. j. §. ſi is qui nauem, ff. de exerc. cum ſimil.

*Circa idem ſtatutum de*cimo † queritur. an locum habeat in bannitis poſt ſtatutum, an verificetur tantum in illis qui tempore ſtatuti banniti erāt. Formatur quæſtio in hac materia diuerſimode in l. cum lex. ff. de legi. & dixit ibi Bart. ꝙ ſi ſtatuto cauetur ꝙ quilibet bannitus in pecunia, ſoluendo quinq; pro centenario debeat rebāniri. Et arguit ꝙ poſtea delinquēs & bannitus habeat illud beneficium, quia de natura legis eſt dare formam futuris. C. de legi. l. leges. determinat contrarium per d. l. cū lex. & l. ij. C. de abol. gene. Et eſt ratione detur materia delinquendi. & ſic non ob. d. l. leges. Odof. vero ibidem format q. ſtatuto cauetur ꝙ ſi quis commiſerit homicidium, ſi pacem habuerit cum hærede occiſi poſsit exire de banno. Prima die Ianuarij poteſtas iurat ſeruare ſtatuta intra quæ eſt dictum ſtatutum. Intra octo dies aliquis commiſit homicidium, & tēpore dicti poteſtatis habet pacem cum hæredibus occiſi et dicit quod nō poteſt extrahi de bāno, quia poteſtas iurauit prima die Ianuarij ſic quicunq; commiſit maleficium. & ideo cū concedit de præteritis in futurum negat, vt d. l. cum lex. & d. l. ij. de gene. abo. declarat hoc Cy. ꝙ Odof. dixit, ꝙ ſi ſequens poteſtas illud ſtatutum iure poterit tunc extrahi de banno, q̄a verificātur verba ſtatuti ꝙ Odo. non dixit ibi nec in l. ij. de gen. abo. Sed puto Cy. ex eo tacite collegiſſe. Dicit tñ idem Cy. ꝙ hoc vltimum non eſt expeditū, quia ſtatutum nouas vires nō reaſſumit per nouum iuramentum per no. per Dy. in l. neq; C. de teſta. tut. Sed debet attēdi quibus verbis ſtatutum loquatur. An ſint verba de futuro. An implicita quibus caſibus ſtatutum trahitur ad futura. l. cum tale. §. pe. cum ſua glo. de condi. & demon. Si de præterito dicit etiam videri dicendum ꝙ futura delicta contineantur quia verba legis ſiue ſtatuti præterita reſpiciunt & futura. l. j. de condi. ex le. & ibi no. Bald. in d. l. cum lex. dicit ꝙ aut ſtatutum eſt prolatum cum determinatione certi temporis, vel certi caſus, & ad illud nō extenditur. Si vero eſt omnino indefinitum trahitur etiam ad futura. Sed in l. leges. vbi male refert Cy. dicit ꝙ opi. Cy. haberet locum in diſpoſitione indifferenti. l. illicitas. in prin. de offi. præſi. Secus quando ratio præteriti & futuri diſcrepant quia tunc interpretamur legem in ſenſu equo & benigno, non vt det cauſam delinquendi.

Iudicio autem meo ipſi nō declarāt hunc articulum qui non eſt parue importantie, et ideo aliter dico quia qñq; ratione vel cauſa aliqua ſit una reformatio in ſtatutorū corpore non clauſa. & iſta ſecundum cauſam, vel rationem declaratur vt contineat, vel non contineat bannitos in futurum. Ab illa enim diſpoſitio reſtringitur ampliat & declaratur. l. fi. de hæredi. inſti. l. hæc actio. de cal. per Bar. plene in l. ambitioſa. de decre. ab or. fa. Si vero nulla eſt cauſa ex qua colligi poſsit intentio ſtatuentium tūc idem ꝙ in ſimplici ſtatuto in quo ſic dicendū ꝙ aut ſtatutum loquitur expreſſe in futurum, vt quia dicit quicunq; bannietur, & tunc non eſt dubium, quia ad futuros tantum etiā ſi eſſet lex dura. l. proſpexit. ff. qui & a qui. Aut in præteritis vt quia dicit ſtatutū, quicunq; bannitus fuit, & tunc ſolum de præteritis intelligitur, vt d. l. cum lex, aut ſtatutū loquitur dubie vt quia dicit quicunq; bannitus fuerit ꝙ poteſt intelligi in præteritis & futuris vt l. ſi iam facta. & l. ſolemus. de condi. & demon. & in l. j. de his quæ pro nō ſcrip. hab. et tunc puto dicendum, ꝙ aut ſtatutum eſt talis nature ꝙ maleficium reddat

Source : BIU Cujas

pœnitus impunitum, vt in exemplo Odof. dum dixit de ſtatuto diſponente ꝙ bannitus habita pace cancelletur, & tunc nõ trahatur ad futuros bannitos, ſ. ex maleficio commiſſo poſt ſtatutũ, quia talia verba quę poſſunt habere vtrunque ſignificatum reſtringuntur a ratione prædicta vt habetur in d. l. j. & per Bar. in l. omnes populi. Bannitos autem poſtea ex maleficio iam commiſſo bene comprehenderet, quia in illis non eſt aliqua ratio quę reſtringere debeat regulare ſignificatum verborum ſtatuti, & eadẽ ratione comprehendit etiam eos ante bannitos qui tamen tempore ſtatuti pacem nõ habuerant ſed habuerunt poſtea ſecundũ Bald. in l. cum in ſecundo, de iniu. teſt. argu. gl. ibi poſite. Si vero ſtatutum nõ reddit maleficium pœnitus impunitum, ſed condemnationem mitigat, tunc ceſſante illa ratione locum habebit etiam in futurum vt d. l. j. de condi. ex leg. & l. arriani. C. de hære. & ideo in exemplo Bar. eius deciſio non procedit vt patet ex prędictis.

11 *Vndecimo* †ſtante ſtatuto ꝙ banniti rebanniantur ſoluendo. v. ſolidos pro libra ſit aliud ſtatutum quo cauetur ꝙ banniti rebanniantur ſoluendo medietatem banni queritur quid ſoluere debeat ille qui tẽpore confectionis ſecundi ſtatuti erat bannitus in mille. An ſecundum primum ſolidos quinq; pro libra. An vero quingentos libras ſecundum tenorem ſecundi ſtatuti. Cum hæc quęſtio eſſet Padue determinatũ fuit ꝙ ſoluere debeat medietatem ſecundũ tenorẽ vltimi ſtatuti, quia illud nõ dat formam futuris bãnitis, ſed futuris exemptionibus bannitorum & ſic futuris liberationibus vbi debet ſeruari lex noua. C. de vſur. l. eos. & l. ſeq. vt refert Cyn. in l. leges. C. de leg. Sed Alber. vbi ſupra q. liiij. addit idem referendo latius ꝗ Cy. rationem quia ſicut lex noua loquẽs ſiue dans formam probationibus locũ habet etiã in præteritis obligationibus C. de teſti. l. teſtium. ita & hoc ſtatutum locum habeat cũ loquitur de diſſolutione præterite obligationis ſiue præteriti banni. Nec ob. in auth. hæc conſtitutio interpretatur &c. vbi dicitur ꝙ non habet locum niſi in futuris ingredientibus monaſterium per quem tex. dicit quoſdam contrarium tenuiſſe, quia ibi expreſſe dicitur ꝙ habeat tantum in futuris. & ita dicit intelligi per Azo. in ſum. illius tit. hæc conſtitutio &c. Idem etiam tenet Bal. in d. l. leges. Nec ob. ꝙ ex primo ſtatuto eſſet ius queſitum illi bannito tempore ſecundi. & ſic nõ videatur ei auferre debere. l. ij. §. merito, & §. ſi quis a princi. ne quid. in loc. publ. propter quod quidam contrarium dicebant quia illud ius erat queſitum ex mero beneficio ſtatuti. et ideo potuit reuocari. l. ꝙ ſemel de decre. ab or. fa. Iſta ratio Bald. non multum vrget quia aliud eſt dicere, an potuerit tolli talle ius. & certum eſt ꝙ ſic niſi tranſiſſet in contractum vt habetur in d. l. ꝙ ſemel. & in c. in noſtra. de iniu. & dã. da. & aliud eſt dicere an tollere voluerit, quo caſu ſuccedat q. ſupra dicta. Dico igitur quod aut ante confectionem ſtatuti ſecundi quis bannitus venerat ad ſoluendum, & aliquid fecit propter ꝙ dici poſſet ſtatutum tranſiſſe ſecum in contractum ſecundum not. ibi & in l. iij. §. emancipatus. ff. de col. bo. & tunc a ſecundo ſtatuto nõ comprehendatur ſed poſſet ſoluere ſecundum tenorem primi, ſi vero nihil fecerat vera ſit deciſio ante dicta. In qua aduerte quia quæſtio formatur in bannitis de præterito, & ſic in nullo eſt ſuperflua. Aut contradicit his quæ ſupra proxi. q. dicta ſunt.

12 *Duodecimo* †circa idem ſtatutum quo cauetur bannitos debere eximi de banno certam ꝗtitatem ſoluendo. Queritur an bannitus pro falſitate habeat beneficium dicti ſtatuti. Vel pone ꝙ ſtatutum dicebat ꝙ banniti carcerati deberent relaxari certa ꝗtitate ſoluta. Cõmuniter dicitur ꝙ non per l. fallaciter. §. j. C. de abol. & l. lucius. ff. ad tur. & ibi Bart. niſi appareat ſtatuentes aliud ſenſiſſe. l. ſi docueris. C. de fal. Deciſio prædicta uera eſt poteſt autem ex pluribus de voluntate ſtatuentium apparere puta ſi alij non erant carcerati vel erant tres, quorum duo erant bãniti pro falſitate. tũc enim cum aliter rectus ſermo pluralis numeri verificari nõ poſsit ad illos porrigitur arg. ff. ad tre. l. fi. Gut. tñ in Spe. de abo. & purg. §. j. in ver. item no. Intelligit illam. l. lucius. ꝙ ibi non erat nomẽ accuſati receptũ inter reos, & ideo cũ accuſatori non eſſet neceſſaria abolitio ad illum non refert ſubdens ꝙ etiã ad crimen falſi alias extenditur per d. l. ſi docueris. Sed primum dictũ eſt cõius, & ita tenetur. Sed pro hoc ſciendum eſt quod non intelligetur bannitus pro falſitate niſi qui bannitus fuerit pro falſo punito aliquo ex capitibus legis cornelie de fal. ut habetur per Barto. in l. quid ſit falſum. ff. de fal. et C. eo. ti. l. nec exemplum. Adeo ꝙ etiã bannitus per conſtitutiones principum tã.

Source : BIU Cujas

tum poſitas in ti.de fal.nõ intelligetur bã-
nitus de falſo.& ideo vt illos comprehen-
deret, ſtatutum Florentinum diſpoſuit ex-
cipiendo a beneficijs nõ ſolum condemna-
tos pro fallitate ſed etiam pro falſamẽto ꝙ
eſt interpretatum in punitis per principum
conſtitutiones.& ita poteſt etiam reſponde
ri.ad d.l.ſi docueris.

13 *Decimotertio* †ſciẽdum eſt ꝙ Ia
co.But. diſputauit
talẽ q.ſtatuto caue
batur qui intelligeretur bannitos pro graui
crimine & qui pro leui & inter bannitos
pro graui maleficio ponebat bannitos pro
inſultu cum armis animo occidendi.Huius
ſtatuti tempore cõe vendit Titio ius per-
cipiendi a quolibet bannito vel banniendo
pro graui maleficio qui voluerit cancellari
ſolidos.xx.& ſolidos.x.a.bannito pro leui
maleficio. Facta tali venditione factum eſt
nouum ſtatutum declarans qui dicãtur bã-
niti pro graui maleficio & qui pro leui, &
inter bannitos pro leui crimine ſiue male-
ficio ponit bannitos pro inſultu cũ armis
animo occidendi.cuius ſtatuti tempore vẽ-
ditione durante quidam fuit bannitus pro
inſultu cum armis animo occidendi,& pe-
tit ſe cancellari de banno ſoluendo condẽ-
nationẽ.Queritur quid ſoluere debeat di-
cto emptori.An ſecundũ tempus primi.An
ſecundum tempus ſecundi ſtatuti & ſic an.
xx.an vero.x.& in d.diſputa.effuſiue alle-
gauit pro vtraq; parte,q̃s allegationes hic
non inſeram, ſed ponam ſubſtantiam deci-
ſionis quæ fuit ꝙ ſoluere teneretur ſecun-
dum primum ſtatutum. Et antequam ve-
niam ad rationes ſuas aduertendum eſt ꝙ
q.xj.non habet cõionem cũ iſta,quia in illa
nullus contractus factus fuit cũ aliquo.Itẽ
ſi fuit facta mentio de futuris bannitis non
ad impunitatẽ maleficij, ſed potius ad gra-
uamen.Probauit ſuã deciſionem inter alias
his rationibus. Prima quia attẽto tempore
contractus.Dictum maleficiũ ex forma ſta-
tuti erat inter grauia numeratum propter
ꝙ in d.contractu facta relatione ad ſtatutũ
intelligitur nominatum.Vbicunq; enim in
vna ſcriptura ſub indeterminatum aliquid
prolatum refertur ad aliam quę cõtinet de-
terminatum et certum.Illud determinatũm
& certũ intelligitur expreſſe & omni cer-
titudine poſitum in ſcriptura quæ ſe ad il-
lam refert.ff.de re iudi.l.ait prætor.de ver.
obli.l.vbi autẽ.§.quod vere.C.de ſen.quæ
ſine cer.quan.l.ij.ff.ad treb.l.ſi quis priore.
inſti.qui.mo.teſt.infir.§.ſed & ſi quis.Sed
cum ſcriptura ſtatuti veteris contineret &
numeraret grauia crimina ad ipſum ſtatutũ
venditionis ſcriptura ſe referat.habet per-
inde ac ſi omnia grauia crimina in ipſo cõ
tractu vẽditionis nominatim numerata fuiſ
ſent,vt dictis iuribus Secundo ex eo ꝙ non
obſtante ſecundo ſtatuto crimẽ de quo tra-
ctatum eſt manet ſicut erat graue vere ſim-
pliciter & naturaliter, Cum ſ;.ſ.eſſe graue
procedat a cauſa immutabili.Cum iure di-
uino & huma.delicta diſtinguntur ex ani-
mo delinquentis & ſecundum illum aggra-
uãtur.Vnde dicitur in iure diuino ꝙ q̃ ve-
nerit ad cõcupiſcentiam iam mechatus eſt
in corde ſuo. Item & ius humanum inſul-
tum cum armis animo occidendi punit vt
homicidium conſumatum.C.ad l.corne.de
ſica.l.j.Cum ergo ex iure diuino & huma-
no tale delictum eſt graue, non potuit a.l.
municipali ſuperueniente in ſui veritate
mutari vt in.§.ſed naturalia.inſti.de iu.na-
tura.& ciui.licet ex ſtatuto potuerit pœnæ
impoſitio alterari.Hinc eſt quod dicit pro
leui crimine magna pœna.et pro graui par-
ua, quaſi mutatio pœnæ non faciat crimen
eſſe leue,vel graue.C.de lib.& eo.li.l.ſi ma
numiſſus.& de hære.l.omnes.Licet ergo
ſtatutũ reſpectiue ad ius municipale ſit im-
mutatum.Tamen in veritate illud maleſi-
cium remanet graue,& ſic in ipſo venditio
nis contractu cõtinetur, quia emens & vẽ-
dens intelliguntur ſe retuliſſe ad veram &
naturalem grauitatem non ad fictam & ci-
uilem,l.pe.C.de his qui ve.eta.impe.& l.ſi
ita quis.§.is cui.& l.cum pater.§.hæredita-
tem.de leg.ij.Tertio quia factum nõ poteſt
a.l.tolli.ſed ipſa venditio facta fuit & ius
queſitum emptori ſecundum primum ſtatu
tum, ergo non potuit illud ius a ſtatuto le-
di.de contrahen.empt.l.ſepe.§.fi.de condit.
ob cau.l.iij.§.fi.& qui.mo.vſuf.amit.l.ſicut
§.fi.& de aqua plu.ar.l.in concedendo.cũ
ſimi. Addunt vltimo ꝙ regulariter leges
noue ad præterita non trahuntur.ſ.ad regu
landum contractum prȩteritum & ius ꝙ vl
timum in aliquo aduerſatur.xj.deciſio.Sed
reſpõſio patet quia ſ; erat ius queſitum ex
contractu maxime oneroſo ibi ex ſimplici
diſpoſitione ſtatuti.præterea ſtatutum no-
uum hic nihil dicit de cancellatione ibi ſe-
cus,& ideo vera eſt deciſio ſupra dicta qua
ſi ſtatutum ſecundum factum videatur ſine
diminutione iuris tertij.id eſt ipſius empto
ris.ff.de priui.cre.l.anthiocenſium.& l.ij.§.
merito.&.§.ſi quis a principe.ne quid in lo
co pub.& iſta eſt melior ratio quam ſecun-

Source : BIU Cujas

da, quã tamen not. & vide pro ipſius declaratione, quę habẽtur in l. leuia. ff. de accuſa.

14 Decimoquarto quero † ſtatuto cauetur ꝙ falſarij & robatores ſtratarum banniti non poſsint cancellari de banno poſito etiam ꝙ habeant pacem ab offenſis. Poſtea factum eſt aliud ſtatutũ quo cauetur ꝙ omnes hanniti poſsint cancellari de bãno habita pace ab offenſis ſoluendo vnum ſolidum pro libra condemnationis. Queritur nunquid falſarij & robatores poſsint cancellari virtute ſecũdi ſtatuti, & videtur qđ ſic, quia primum ſtatutum tollitur per ſecũdum inſti. qui. mo. teſ. infir. §. poſteriore. Dy. determinauit contrarium quia etiam noua ſtatura diſtinguntur & limitantur per priora argumen. de leg. j. l. talis ſcriptura. Item quia ſtatutum ſpecialiter præcedens derogat generi de ali. & ci. leg. l. libertis. de ver. obli. l. doli clauſula. de pœ. l. ſanctio legum. & de le. iij. l. vxorẽ. §. feliciſsimo. & ita ſcribit in d. l. talis ſcriptura. & eum ibi ſequitur Ray. Pro qua deciſione facit. l. nõ eſt nouũ. & l. ſed & poſteriores. ff. de leg. & ꝙ ibi ꝑ Guil. & alios & in l. ſciendum. ff. qui ſatiſd. cog. & de lit. conteſta. authen. offeratur. Ad ꝙ facit quod no. per gl. ſuper verbo, quinquennium in auth. de nup. §. ſi vero incertũ. & ita ẽt tenet ſolummodo referens Dy. Albe. vbi ſupra q. lvij. Hanc deciſio. tenet Bal. quando in ſecundo ſtatuto nihil eſſet additũ de ſolutione vnius ſolidi pro libra. Sed propter illam additionem dicit ſe dubitare, quia primum ſtatutum diſponit ſolummodo reſpectu pacis habite. ſed ſecundum diſponit mixtim reſpectu pacis & ſolutionis. Vnde non eſt iſta cancellatio gratuita ſicut erat prima. Statutum ergo ſecundum loquitur generaliter in vno caſu, et antiquũ ſpecialiter in alio. ergo ſpeciale non derogat generali ar. ad ſil. l. ſi quis in graui. §. hi quoque. de annu. legat. l. titia. §. qui marco.

Quantum ad falſarios retẽta determinatione præcedentis xij. q non eſt dubium ſecundum ſtatutum non extendi per d. l. lucius, niſi aliud appareat. Quantum ad robatores ſtratarum veram credo opi. Bal. & propterea dicam non obſtante primo ſtatuto dictum bannitum pro robaria habita pace ab offenſo ſoluendo ſolidum vnum pro libra poſſe cancellari virtute ſecundi ſtatuti. Non enim ſemper ſpeciale derogat generali vel qualificat ſiue reſtringit ut habetur plene per Bar. in l. queſitum. §. pe. ff. de fun. inſtru. Additio enim, vel detractio inducit rei diuerſitatem. l. ius ciuile. & l. ius autem. ff. de iuſti. & iu. & ſic ſequitur rerum diuerſitas & ceſſat regu. d. l. doli. cum ſimil. Facit etiam ꝙ prima diſpoſitio ſimplex eſt odioſa ergo de ſimplici loquens non verificatur in mixto. l. mariti lenocinium. §. hoc quinquennium. & l. vim paſſam. §. præſcriptione. de adulte. & ꝙ no. per Bar. in l. ij. in principi. ff. de verbo. oblig.

Decimoquinto queritur.

15 † data eſt ſecuritas omnibus veniẽtibus ad nundinas ſiue ad feſtum ſancti Ioannis Baptiſte duratura per octo dies. Querit' an banniti libere & ſecure venire poſsint, Dixit Bar. quod non in l. j. ff. ad l. iul. maie. per l. j. C. de nun. quæ dicit ꝙ quicunque vadit ad nundinas non debet inquietari. & tamẽ nõ habet locum in hoſtibus ciuitatis. l. mercatores. C. de commer. & merca. Banniti autẽ qui poſſunt impune offendi ſunt hoſtes, vt l. amiſsione. §. qui deficiunt. ff. de capi. dimi. & dictum fuit ſupra in prima parte huius temporis qõ. iiij. Habes ergo ꝙ in generali ſecuritate, non continetur niſi aliter appareat. Poteſt enim ſecuritas veniendi concedi vt dixi ſupra in ſecũda parte huius temporis q. xv. & ex hac deciſione Barto. paret quod banniti qui non poſſent de dicta ſecuritate generaliter data venire, quia iſti non eſſent hoſtes, & ſic ceſſare d. l. j. C. de nund. cum d. l. mercatores.

Ex dictis ſupra proxima

16 qõne inſurgit decimaſexta quęſtio. † In qua conſuluit Bar. Statuto cauetur ꝙ ſi quis fuerit citatus ad ſe excuſandum ab accuſatione, uel inquiſitione, et comparuerit illa die, vel ſequenti, non poſsit capi pro aliquo debito. & ſi captus fuerit debeat relaxari. Cõtingit quod Petrus qui in certa quantitate erat pro maleficio bãnitus fuit citatus ad ſe excuſandum a noua accuſatione, vel inquiſitione qui comparuit & poſt excuſationẽ eadem die fuit captus pro banno, fuit in q. an de iure capi potuerit. & in d. conſil. arguit primo quod ſic, quia illa ſecuritas debet intelligi præterquã pro maleficio. C. de his qui ad eccle. confu. l. ij. cum gl. ſua in authen. de ma. princ. §. neque autem. Secundo ſecuritas data a lege in domo ſua, vt l. pleriq;. ff. de in ius vocan. & de regul. iur. l. nemo de domo, nõ intelligitur pro maleficio

vt ibi. Tertio quia talis ſecuritas nõ extenditur ad debita publica in authen. de man. princ. §. publicorum. & ſic dictum ſtatutum debeat limitari. l. vt gradatim. §. ſed ſi lege. de mune. & hon. Quarto quia ſtatutum debet intelligi ſecundum propriam confiſcationem, l. non aliter. de leg. iij. l. j. §. ſi is qui nauem. ff. de exerc. ſed debitor & creditor proprie eſt qñ quis alienam fidem ſequitur ff. ſi cer. peta. l. j. ſed in maleficio ex eo nullum eſt debitum quod quis ſit alterius fidẽ ſecutus ergo &c. Determinauit contrarium quia poſt ſententiam non dicitur quis conueniri ex maleficio ſed ex quaſi contractu. l. iij. §. idem ſcribit. ff. de pecu. hinc eſt ꝙ dicit lex qñ agitur de crimine ad aliquẽ condemnandum debet agi coram præſide, quia dicitur cauſa criminalis, ſed facta condemnatione tunc ageretur corã procuratore ceſaris, qui eſt iudex inter fiſcum & priuatũ, & ſic eſt cauſa ciuilis non criminalis. C. vbi cau. fiſ. l. j. & ij. & per hoc patet reſponſum ad primam & ſecundam rationes, quia loquuntur, quãdo quis capitur pro maleficio inueſtigando & puniendo, & ſic qñ maleficiũ eſt proxima cauſa capture. Sed hic proxima cauſa capture eſt ipſe priuatus cõtractus qui ſentẽtia celebratur, Vnde ſicut ſententia lata per iudicem pro priuato non poteſt exequi capiendo. ita nec lata pro fiſco. Præterea ciuitas vtitur iure priuati. l. ſimile. ff. ad muni. C. de iu. reipubl. l. ij. libr. xij. ſed ad petitionẽ priuati capi non poſſet pro ſibi debito, ergo nec ad petitionem cõmunis. Tertio appellatio debiti refertur ad omne debitum ſiue ſit ex contractu, ſiue ex delicto l. grece. §. ſed ſi ex delicto. ff. de fideiuſſ. de verbo. ſigni. l. ſi cui. ſed ſtatutum dicit ſimpliciter ꝙ non poſsit capi pro debito ergo &c. Et per hoc patet reſponſum ad rationem quartam quia ibi loquitur ſecundum alluſionem vocabuli, argu. no. in l. j. ff. de tu. Adduxit vlti. l. ij. §. legatis. ff. de iu. & de accu. l. hos accuſare circa prin. Non ob. alia in contrarium alleg. quia illa erat ſecuritas voluntaria. hæc vero neceſſaria. Credo Bar. cõſuluiſſe in caſu in quo non habeatur ſtatutum ꝙ bãniti poſsint impune offendi, vel ſi eſt ſtatutũ in illo non comprehẽdatur talis bannitus, alias cum tũc eſſet hoſtis rei publ. talis ſecuritas eũ non cõprehenderet, vt dictum eſt ſupra proxi. q. Nec poteſt fieri differentia inter voluntariam & neceſſariam, tum quia itio ad nundinas etiam qñq; poteſt eſſe neceſſaria vt patet ex ſeq. & iñ generaliter dixit bannitum non contineri, item quia per expreſſam conceſsionem ſecuritatis poterat & debebat ſibi prouideri vt pluries dictum eſt per no. plene per Bar. in l. is qui reus. de pub. iudi. & per id ꝙ dixi ſupra in parte ſecunda huius temporis. q. xv. Vbi ergo talis bannitus non reputatur hoſtis poteſt procedere dictum Bar. pro quo allego caſum in l. j. C. ad l. iul. ambi. ex prędictis etiam patet ꝙ vbi aliquo caſu de maleficio poſsit iterum cognoſci per no. in l. ſenatus. C. de accu. & in l. ij. C. de ſpor. & in ſimi. nõ haberet locum prædicta deciſio. Tunc enim poſſet detineri pro maleficio puniendo nõ pro quantitate banni. & ceſſarent rationes Bar. de quibus ſupra et propterea tales bãniti debent eſſe multũ cauti.

## *Queritur xvij. & xviij.*

17 † in caſu in quo ſecuritas † videlicet & ſe-
18 curatum defendet. an conceſſa pro veniendo intelligantur conceſſa pro redeũdo. gl. facit ꝙ ſic in l. vltima. ff. de ſepul. vio. & ibi Bar. idem dicit. Non enim intelligitur ſecure venire, qui ſecure diſcedere non poſſet. l. ſciendũ. §. j. ff. de legi. ad treb. l. de etate. Et idem tenet in l. iiij. ff. de pœn. Communiter tamen cauſa tollendi dubitationem apponitur etiam ſtandi & recedendi, immo etiam apponitur tempus. Sed circa hoc queritur an talis ſecuritas intelligitur pro vna vice tantum. De hoc dic vt per Bar. in l. j. ff. ad l. iul. ma. & ibi ſcripta intelligo qñ ſecuritas non habet tempus, tunc enim illud verum ꝙ intelligitur pro vna vice tantum. ſi vero habet tempus, quo concedens durare voluit illam non finitur licet bannitus reuertatur ad locum extra dominium concedentis, quia ex tẽmporis appoſitione colligitur contraria voluntas cõcedentis. l. nõ aliter. de leg. iij. cum ſimil.

*Factum eſt ſtatutum* ꝙ bãniti pro vitio ſodomitico, pro robaria & homicidio in perpetuum non poſsint rebanniri. & ꝙ non poſſint receptari ſub graui pœna. Nulluſq; eis dare poſsit auxilium, vel fauorem. Banniti vero pro alijs maleficijs poſsint rebanniri elapſis duobus annis a die lati banni ſi habuerint pacem ab offenſo vel eius hærede, quo caſu ſoluendo certam quantitatem eximantur de bãno. Et hoc ſtatuto varie oriũtur quæſtiones. Primo ergo & ſic ex ordine, xix, queritur.
19 † An bannito pro vitio ſodomitico, pro robaria vel homicidio qui

Source : BIU Cujas

non poteſt in perpetuum rebanniri, poſsit dari ſecuritas pro annis centum, dicto ſtatuto non obſtante. Facit ad hanc quæſtionem quod ſic. glo. in l. codicillis. §. inſtituta, ff. de le. ij. ſed illa glo. non eſt vera. Et ideo dicitur ꝙ talis ſecuritas non poteſt concedi nedum ad annos centum per l. fi. C. de ſac. ſan. eccle. ſed nec longeuo tempore, l. cum hæres. in prin. ff. de ſta. lib. ibi habetur in quibuſdam lec. per Bar. & eſt veritas quia per indirectum eſſet bannum iuribus euacuare l. j. §. quæ onerande. ff. qua. re. act. non da. faciunt not. per Bar. in l. ambitioſa circa regulam negatiuam de decre. ab ordi. facien.

20 *Vigeſimo* † loco circa idem ſtatutum ad partem prohibite receptationis. Quęritur Titius receptauit Gaium bannitum pro homicidio ignorans eum eſſe bannitũ an incidat in pœnam receptantis? Dic breuiter ꝙ dictum ſtatutum ſic generaliter loquens intelligitur ſecundum ius cõe. l. ij. C. de noxa. & not. in l. fin. §. in computatione. C. de iu. deli. Ius autem commune non punit ignorantem ſed ſolummodo ſcientem, vel ſcire debentem, vt habetur in l. ij. §. nõ enim. ff. de incen. rui. & nau. et in l. metrodorum. ff. de pœn. & no. per glo. & Bart. in l. j. ff. de recep. vbi glo. dicit ꝙ ſciens præſumitur ſi in conuiciniia notorium erat illum eſſe bannitum, ꝙ eſt no. & idem no. in ſimili in l. ſi tutor. C. de peri. tut. & idẽ ſi eius bannum publice præſcriptum erat vt not. in l. ſi. ff. de decre. ab ordi. fac. & ſi latius videre velis vide Albe. de Gan. in parte bannitorũ quæſtione quę incipit, Alia eſt quæſtio Dixerunt tamen quidam prædicta vera ſi bãnitus erat perſona nota licet bannum ignoraretur. Si autẽ erat perſona incognita receptanti, dicebant ꝙ tenebatur cum debuerit explorare ſuam conditionẽ vt l. ſeruos. C. de agri. & cen. niſi eſſet hoſpitator qui explorare non tenetur conditionem hoſpitum. l. j. in fi. ff. fur. aduer. nau. ꝙ non tenuit Bar. ſed dicit indiſtincte non teneri receptãtem ignoranter, adeo quod niſi ſcientia in accuſatione apponatur ſemper veniat abſoluendus. de quo per eũ in l. ij. C. in quib. cau. coloni do. &c. li. xj. ſcientes ergo, vel ſcire debentes illum bannitum ſi receptant puniuntur, nec eſt neceſſe ꝙ ſciant cauſam banni, vel eius qualitatem. Poſtquam enim ſciunt bannitum inueſtigare debent an ſit de prohibitis receptari. & ita intelligitur ꝙ not. per Bartol. in l. prima, C. de colo. il. li. eo. lib.

21 *Vigeſimoprimo* † queritur An conſanguineus bãniti ſcienter eum receptans incidat in pœnã ſtatuti. Bar. in l. ij. de recep. quæ videtur dicere quod non, dicit ꝙ aut eſt talis bãnitus qui poteſt occidi ex forma ſtatuti. Et tũc quia dicitur hoſtis ciuitatis, ſicut eum perdit ciuitas ita eum perdunt agnati & cognati l. poſtliminium. §. filius. ff. de capti. Et quod ipſe dixit in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. liberto. ff. de adul. Si vero non poteſt impune occidi & ſic non eſt hoſtis tunc aut ſtatutum imponit certam & determinatam pœnam, & illa pœna eſſet imponenda propter generalitatem ſtatuti. Non ob. d. l. ij. quia loquitur de iure cõi ſecundum ꝙ eſt limitata certa pœna. poſſet tamẽ iudex ſi vellet vti arbitrio per legem ſibi conceſſo. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui no. infa. & ſic cauſa cognita poſſet minuere pœnam. & ſic ſecundum Bar. impoſitio pœnæ limitare facit vt dictum ſtatutum a iure cõi non reſtringatur ꝙ eſt mirandum, maxime quando ſunt tales coniuncti quibus non ſolũ ciuilia nomina ſed naturalia conueniunt vt in patre matre & econuerſo, quæ nomina propter bannum non perduntur. Et vide ꝙ dixi ſupra in prima parte huius temporis. qõ. xx. & ideo credo potius iudicis arbitrio relinquendum vt etiam cum ſit certa pœna locũ habeat ex cauſa, d. l. ij. per no. in l. hodie. de pœn. & in. §. pœna grauior. & in l. athletas. §. calumniator. eo. ti. licet enim de iure nõ eſſet pœna determinata vt l. hodie. tamen a cõſuetudine determinata dicitur vt ibi no. & ſic vtroq; caſu ſtatutum determinetur a d. l. ij. Dixit ex cauſa quia ſi ſine aliqua iuſta cauſa receptaret locum haberet opinio Bar. l. aut facta, per totam, ff. de pœnis, & l. reſpiciendum. §. delinquunt eo. titu.

22 *Vigeſimoſecundo* † queritur quid i vxore, an incidat in pœnam ſtatuti ſi receptat virum bãnitũ, Guil. in Spe. de dona. inter vi. & vxo. §. ſi. verſic. quid ſi vir eſt in banno. dicit ꝙ vxor banniti & etiam excõmunicati cõmunicabit cum eo non obſtante banno, vel excõicatione alle. xj. q. iij. c. quoniã. de ſenten. excom. c. inter alia. & ſic vr̃ concludere ꝙ ſine pœna poſsit eum receptare. facit ff. de adul. l. vim paſſam. §. muliere. Nec ob. ꝙ vir ſit hoſtis ciuitatis, quia ſtatutum vires matrimonij ſoluere non poteſt cũ ſit de iure diuino ſecundum Fran. de Are. in d. l. ij. &

ij.& idem etiam tenuit Albe. vbi ſupra q. vij.al.l.j. C.de repu.& quia vxor debet ſequi infortunium viri,l.ſi cum dotem.§.ſin autem,ſolu.ma.

23 *Vigeſimotertio* †pone ꝙ ſtatuto; cauetur ꝙ bãniti nõ poſſint receptari in caſtris, vel villis ſub certa pœna. Titius de villa ſancti Martini quæ habet domos cõtiguas excepta vna domo quæ diſtat per miliare a Burgo ville eſt tamen in agris ſiue in confinibus ville prædictæ receptauit quendam bannitum ſcienter in dicta domo. Queritur an incidat in pœnã ſtatuti. Dicit enim Titius ſe nõ teneri, quia non receptauit in caſtro, vel villa, ſed in agro inter quæ eſt differentia, vt l.j.ff. ad l. iul.de vi publi.& cum ſtatutum ſit ſtricti iuris & pœnale debet reſtringi.ff. de pœnis.l. interpretatione. Contrarium tenuit Albe. vbi ſupra q.cij.per identitatem rationis & reipublicæ fauorem. Ad quod alleg.l.j.§.j. C.de ſal.mo.& de hære.l.quicunq; §.quod ſi fecerit.quod eſt verum, quia villa ſecundum noſtrum vſum non cõſtituitur ex vallo vel foſſa, ſed ex ipſis domibus & agris. Et ideo licet non ſint domus cõiunctę nihilominus villã conſtituũt. Pro quo vide plene per Bar.in conſilio quod incipit. Queritur vtrũ iuriſdictio.& in l.j.ff.de dam. infe. & plenius in extrauagã.qui ſint rebelles.ſuper verbo lõbardie. In quibus declarat qd ſit villa,caſtrũ,ciuitas,prouincia &c. Et ad propoſitũ melius in tractatu de inſula.xv.ſi gura quę incipit.His quo ad finẽ &c.vbi ſic loquitur. Villa dr̃ ſecundũ propriam ſignificationẽ a vallo.hoc eſt ciuitas quæ non cingitur muro, ſed vallo ſecundũ Hugutionẽ. Sed in vſu noſtro villa appellatur quædã vicinia pluriũ habitantiũ ſiue aliquod municipium ſiue aliqua municeps quę proprie loquendo appellatur vicinia. & ita accipit gl.in l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iure. Et ſic quia ſcdm cõem vſum debet intelligi ſtatutũ de quo dixi patet ꝙ receptator, tenetur. An aũt pro eo teneretur vicinia recurrendum eſt ad no.per Bar.in l.j.§.eodẽ autẽ tecto ad ſil. & in l.ſi tertius de aqua plu.ar.& in d.l.ſi.vbi ponit qualiter villa debeat mẽſurari. de quo dixi ſupra eodem tempore par.ij.quæſtio.pe.

24 *Vigeſimoquarto* †Titius receptauit in loco prohibito Gaiũ bannitũ pluribus diebus, Deinde eum prodijt. cœpit,n.eum,& poteſtati ſiue eius curie præſentauit queritur an debeat puniri vt receptato, An premiari vt capiẽs & præſentans. Hæc quæſtio fuit Albe. vbi ſupra q.lxviij.& quod puniatur arguit, qa ſemel deliquit quod ſufficit ad legem iul. maieſta.l.ſi.de arbi.l. ſi duo.§.ſi. quibus ex cau.in poſ.eatur l.hæc autẽ.j.reſpõ. & quia inſpicitur tempus quo eum recepit variatione non admiſſa.l.diſpenſatorẽ in ſi.ff. de ſolu. Et quia in delictis non eſt locus pœnitentie de fur.l.qui ea mẽte.& de edil. edic. quid ſit fugitiuus.§.j. & quia incõſtantia reprobatur de ꝑcuratore.l.in cauſę. Et quia maleficium non debet remanere impunitũ ad l.aquil.ita vulneratus.in contrarium arguit ꝙ excuſari debet ex quo pœnituit obediens fuit & prodijt argu.de in integ. reſti. l.pen.quia ſatisfactione ſe liberauit a delicto.C.ne tut. vel cu.l.j. & de crimi. ſtel.l.j. & quia regulariter pœnitentia prodeſt in criminibus.C.de apoſta.l.hi qui. de hæreti. l.manicheos.dixit finaliter;ꝙ vt audiuit Bononie fuit determinatum eum puniri debere pœna ſtatuti contra quod fecit receptando per iura ſupra inducta.ipſe tamen dixit pœnã mitigari debere.arg. de man. prin.§. ſed quia delinquentes & plu.§.illius titu. pro quo.C.de his qui ſe defe.lib.x.& ff.de iure fiſ.l.deferre. Nec prædictis ob. ꝙ per pœnitentiam tollatur delictum.vt extra de teſti.c.teſtimoniũ.& de peni.& re.in decre. per totum quia illud verũ iure poli non iure fori & in hoc reſidet. Sed tu dic ꝙ aut conſtat ꝙ ab initio retinuit eum animo receptandi & poſtea mutato propoſito deliberauit eũ iudici præſentare. Et veram credo deciſionẽ prædictam.ſ.ꝙ puniatur ex receptione. in delictis.n.conſumatis non habet locũ pœnitentia vt in iuri ſupra allegatis. Licet autẽ puniatur ex receptatione nihilominus premiari debebit ex præſentatione,ſunt.n.actus diuerſi. Vnus enim eſt receptatio de qua punitur,& alius præſentatio de qua premiatur. Et ſic nõ ob.ꝙ ex eodem actu conſequatur pœnã & premiũ. vt l.ſiue hęreditaria.ff.de neg.geſt.quia immo ex diuerſis ſicut dicimus in ſi. in l. j.ff. de his qui.vt indi.& per Dyn. in regula ꝙ ob gratiã lib.vj.& ꝙ no.per eũ,& Ray.in l.de creto.ff.de ſuſpe.tu. Si vero hoc nõ conſtat tunc non puto eum puniri, ſed ſolummodo premiari, præſumitur eum receptaſſe & tenuiſſe vt eũ curie præſentaret,ar.ff. ad mace.l.ſed iul.§.proinde, & ꝙ ibi per doct. & in l.macedoniani.C eo. niſi probetur aliqd propter ꝙ talis præſumptio excludatur, qa

vna præſumptio tollit aliã l. diuus.ff. de in integ.reſti.Puta ꝙ tũc ꝑſentauit eũ curie ꝙ et aliquis minatus fuerat ꝙ eũ accuſaret vel aliquid ſimile arg.no.in l.fulcinius.§.qd ſit latitare.ff. quib. ex cau.in poſ.ea. & quod habetur plene per Dy.& Bar.in l. poſt contractum.ff. de donatio.

25 *Vigeſimoquinto* queritur† quidam in villa receptauit bãnitum propter ꝙ ex forma ſtatuti tota vniuerſitas ville fuit condemnata. An agere poſsit contra illũ receptantem.Albe.vbi ſupra q.lxix.dicit ꝙ ſic & allegat qđ non reperitur.Tu aũt dic ꝙ aut villa fuit condemnata ex eo ꝙ nõ cepit illũ bannitũ,& tunc contra illũ receptantẽ agere non poſsit.Cõdemnatur.n.ex ſuo facto.i. non facto.ſ.vniuerſitatis quo caſu contra aliũ non agitur l.ẽt.§.pe.ff de peti.hære.& ꝙ no.in l.ſi quis dolo §.j.in vlti.glo.in fi.ff.de re iu. & ar.ff. man.l.ſi procuratorem.§.ſi ignorãtes. ver. ſi hi qui.aget tamen ad ratam cõdemnationis ſecundũ no.in l.iiij.§.actor.ff.co.ti. vbi per Bar.Si vero fuit condẽnata ex eo ꝙ ille receptauit,& ſic ex facto receptantis.Et tunc poteſt agere contra illũ.ar.ff.de verb. ob.l.ij.§.fi.& ꝙ ibi per Iaco.de Aret.l.nam & ſeruus in princ.ff.de ne.ge.nau.cau.ſta.l. licet.§.fin.de his qui deie.vel effu.l.ſi vero. §.cum autem & de euic.l.ſi plus.§.j. & C. de exacto.tribu.l. miſsi opinatores.lib.x.

26 *Vigeſimoſexto.* †Stante ſtatuto ꝑdicto qđ nullus poſsit dare bannitis auxilium, vel fauorẽ ſub certa pœna.quero an in cauſa ciuili vel criminali talis banniti quis poſsit aduocare pro bannito,an non quaſi dicatur ei dare auxilium vel fauorẽ. Antiqua qõ eſt,vt patet in Albe.vbi ſupra q.xxxiij.Bar.in l.quiſquis, C.ad l.iul.maie.videtur velle ꝙ talis aduocatio vel ẽt procuratio facit eũ incidere in pœnã per illũ tex.& ad participationẽ quę fit cũ excõicato.Rñdet quod illa eſt medicinalis.Iſtud bannũ eſt mortale. Sed in l.in fur.§.ope.ff.de fur. notabilius loquitur pręmittẽs ꝙ qñ prohibetur auxilium ſimpliciter nõ habito reſpectu ad actũ intelligitur multũ late pro quolibet adiutorio ſiue mutuetur pecunia, ſiue ꝑ iter aſſocietur l.j.C. de his qui latro. qđ etiam tenuit Albe. qõ. xxxv.ſiue quid aliud fiat ꝙ ad eius vtilitatẽ pertineat allegat.ff.ad l.iul.ma.l.iiij.poſt prin.hoc præmiſſo ad ꝓpoſitũ concludit ꝙ qñq; auxiliũ prębetur ſciẽte ſuperiore per viã iuſtitie,vt quia petitur pronunciari bãnum nullum, vel petitur caſſari allegando aliquã iuſtitie cãm puta per l.j. in fine.ff.de qõ.& pone ꝙ ſuccũbit. Et non vř aduocatus præſtare auxilium vel fauorẽ ſecundũ Inno.in c.ſolet de ſenten.excõi.in glo.mag. Quandoq; per viam gratie vt implorando ſimplicem miſericordiam,vt ſic procuro ꝙ aliquis rebanniantur.Et hoc eſt licitũ regulariter & non fit contra ſtatutũ l.ſi fuerit.ff. de re.dub.l.in metallum.ff.de pen. Fallit in eo qui eſſet damnatus ſiue bannitus pro crimine læſæ maieſtatis pro quo nõ licet ſupplicare,vt d.l.quiſquis.Quandoque præſtatur auxilium in iudicio ſuperiore ignorante,vt mutãdo pœcuniam vel quid aliud vt ſupra,& tunc punitur aduocans vel procurans,vt d.l. iiij. Sed ex his verbis Bar. non deciditur quæſtio ſupra poſita , quando in alia cauſa fuit aduocatus vel procurator bãniti in aliqua cauſa ſeparata a banno,& tũc aut illã cauſam poteſt agere , vt quia ſe defendit non excluſa defenſione a ſtatuto,vel qui agit bonis non publicatis non prohibita audientia a ſtatuto l. ſi tibi mãdauero.§. is cuius bona.ff.man.& tunc non habet locum ſtatutum,quia dat ei auxilium & fauorem in relicta arg.ff. de iuriſdi.om.iudi.l.ij. & de procu.l.j.§.vſus. & l. ad rem mobilẽ & l.ad legatũ.eo.tit. Si enim permittitur ei iudiciũ ergo cum ſuis qualitatibus, vt d.§. vſus in procuratore & in aduocato in l.j §. ait prætor.de poſtu.Et ꝙ dicam ſtatim qõ. xxviij. Si vero nõ permittitur ei agitatio talis cauſe puto talem procuratorẽ vel aduocatum,ſi ſciunt eũ bannitũ teneri de auxilio per d.l.quiſquis.Si vero agit cauſam banni aut obtinuit. & clarũ eſt ꝙ nõ debet puniri vt ſupra.Aut ſuccubuit, & tunc aut cauſa erat dubitabilis, & non punitur. Aut erat manifeſte friuola ſiue iniuſta,& debet puniri.arg.eius quod dicimus de eo qui recurrit aduerſus laudũ & ſuccũbit,quia ſi habebat iuſtã cãm credendi ſe iuſte petere,& excuſatur a pœna, alias non vt hæc hñr in l.tres fratres.ff.de pact.& per Io.An.in addi.Spe.in ti.de arbi.§.ſequitur.verſi.quid ſi compromiſſum.

27 *Vigeſimoſeptimo* †pone. Inquirit vel ex accuſatione proceditur contra Titium bannitum cui nõ põt ex forma ꝑmiſsi ſtatuti præſtari auxiliũ vel fauo.quidã cõparet corã iudice,& allegat illũ eſſe abſentẽ ex aliqua cauſa.Queritur an incidat in pœnã ſtatuti:Gui

..la de Suz.in q̃onibus ſtatutorũ ſub litera. ..b.in ſtatuto dicẽte qđ nullus poſsit bãnitũ defendere tenet quod in pœnã incidat,quia talis allegatio eſt defenſio vt in omnibus legibus dicentibus abſentẽ defendi. In contrariũ alleg.Albe.vbi ſupra q.xxxiij.ꝙ dictũ ſtatutũ videatur loqui de auxilio extra iudiciali.C.de his qui latro.l.ij.extra de homic.ſicut dignũ.§.ſi.& ibi ꝑ Inno.de ſchiſma.c.j.lib.vj. Itẽ quia ſpeciale vr̃ in l. quiſquis,ergo in alijs cõtrariũ debet ſeruari.ff. ad mun.l.j.Sed pro deciſione Guil.alleg.quia occidit quis lingua ſicut facto.l. diſtin.ſi quis viduam. Et quia clamore & ploratu ſi quis auxiliũ præſtare.ff.ad ſille.l.ij.§.poſuiſſe,&.§.ſeq. Finaliter cõcludit ꝙ in pœnam non incidat.Sed ſi recte aduertatur loquitur in aduocato allegante cãs cauſæ, de quo dixi ſupra proxima q.Puto tñ ꝙ dictũ eius verũ ſit per l.ſeruũ quoque.§.publicę. de procu.vbi patet ꝙ talis allegãs nõ dicitˀ agere cãm propriã ſiue abſentis ſed publicã.Preterea facit in iudicio ſciẽte iudice.ergo &c. vt dictũ ſupra ꝓxima q. & facit qđ no.in l.in eo.§.nemo.de reg. iu. Et intelligo hoc verũ in themate quod propoſui. in caſu autẽ Guil.de Suz.forte procedit dictum ſuum,quia ſtatutum prohibet defenſionẽ iudicialẽ ꝙ patet,quia eius thema dicit ꝙ bãnito non fiat ius,ꝙ nulli permittatur & ꝙ poſsit ipſum defendere,l.ſi.ff.de iuſt.& iur. & intellige de allegante cãs abſentie in facto conſiſtentes. Pro quo vide quæ dixi in primo tempore iij.q.v.

28 *Vigeſimooctauo* †circa idẽ ſtatutũ quero,an ille q̃ tulit teſtimonium pro tali bãnito,dicatur ei cõtra ſtatutũ præſtaſſe auxilium & fauorẽ? Bart. in l.poſt legatũ.§.his vero.ff.de his qui. vt indig.dicit quod ſic ſi præſtitit teſtimoniũ ſponte,ſecus ſi coactus per illũ tex.cũ gloſ. Hoc intelligo,vt dixi ſupra proxime,ſcilicet in q.xxvj.qñ cauſa per bannitũ agitata non erat ei permiſſa,ſed forte admiſſus fuerat non oppoſita exceptione vel quia non cõparuit aduerſarius. Si aũt ei fuiſſet permiſſa locũ habet ꝙ ibi dixi, ꝓhibitio.n.generaliter auxilij intelligitur, niſi in caſu licito arg.l.j.§.denique.ff. quod vi aut clam. & C.de adul.l.ita pudor. Si autẽ quis cœpit bannitũ volẽs ducere ad curiã,& deinde eũ relaxauit.Dicit Ray. in l.j.§.vnuſq̃ſque.de ſer.fugi.ꝙ aut relaxauit eum gratis, & nõ punitur vt opẽ præſtans vt ibi. Aut per pecuniã,& tunc punitur arg.l.ij. de receptato. quod forte verũ eſt non exiſtente ſtatuto ꝙ poſsit impune offendi alias forte non præcedit per ea quæ dixi ſupra parte proxima q.j.& q.xxxviij.

29 *Vigeſimonono* queritur† an ille qui eximit bannitũ captũ de manibus familiæ qui vt dictũ fuit ſupra parte proxima huius tẽporis q.xxxij. tenetur fiſco ad ſoluendũ condẽnationẽ per l. ad cõmentarienſem,& per l.quiſquis ibi allega. teneatur ẽt vt præſtans auxiliũ vel fauorẽ. In hac q̃one poſſent multa dici concluſiue tñ tenendũ quod vtraq; pœna teneatur cũ ex diuerſis factis oriãtur, vna quia eximit, alia quia auxiliũ dedit,itẽ quia vna ciuilis, vt ff.ſi quis eum qui in ius vo.eſt vi exi.per totum.alia criminalis.l.ſi.de fur.Pro quo vide.ff.de fur.l.nunquam plura.& in l.qm̃.C. ad l.iul.de vi.ff.de pen.l.ſanctio legũ. & ꝙ hr̃ in l.ij.§.qui aduerſus.ff. de poſtu. & C. quando ciui.ac. præiudi. crimi.l.j.

*Ex prædicto* ſtatuto de quo dictũ eſt in q.xix. vbi de pacis beneficio ponitur,inſurgunt multe q̃ones.Et ideo.xxx.

30 quero.†An tale beneficium competat bannito pro adulterio. Et dubiũ facit quia ſuper crimine adulterij non licet tranſigi nec paciſci.C.de trãſac.l.trãſigere, immo regulariter non licet tranſigi a contumace ſecundum Barto.in diſputatione ſua quæ incipit Lucane ciuitatis in ſi.ſed hic fuit cõtumax ergo &c.Sed in ſimili articulo Bar. conſuluit contrarium dicens.ꝙ quædam eſt tranſactio quæ fit de re dubia & lite incerta.& illa fit ad impediendum proceſſum ne amplius ſuper tali crimine ꝓcedatur. Et iſtud nõ poteſt fieri ſuper crimine adulterij, nec etiam pacto. Quædam eſt pax & concordia per q̃ rancor qui eſt in animo iniuriati reijcitur.nec per hoc proceſſus impeditur, licet pœna minuatur ex forma ſtatuti. Et iſta pax eſt permiſſa in omni maleficio vt inſti.de iniur.§.ſi.& de pact.l.j.& l.ſi tibi.§. quædam, Et quod de adulterio poſsit fieri pax eſt text.expreſſus,C.de adulte.auc.ſed hodie,& in corpore vnde ſumitur, vbi dicitur maritum per adulterium iuxta poſſe reconciliare eam ſibi,quod nil eſt aliud,niſi pacem facere. Aduertendum eſt quod ille text. loquitur de remiſsione quæ fit vxori non de illa quæ fit adultero quæ videtur prohibita l.ſecunda.§.lenocinij.ff.de adul. paria enim videntur ab initio cõſentire & poſtea adulterium cõmittere. Pariter enim

punitur retinẽs vxorẽ in adulterio depre-
henſam & ipſam alij adulterãs, vt ibi, & l.
mariti lenocinium in prin. Retinendo tamẽ
opi.Bar.dic ꝙ lex tranſigere, & iura ſupra
allegata loquũtur ante ſententiã latã cõtra
adulterũ,poſt aũt ſententiam latã in cauſa
adulterij licitũ eſt trãſigi ſuper pœna.ff.de
pac.l. iure gentiũ.§.ſi paciſcar. &.§.item ſi
experiar ſecundũ Bart. in d.l.tranſigere.&
in l.quid ergo.§.pœna grauior. de his qui
not.infa.Et ſic non ob.contraria.Et ſic con
cluditur quod ſtatutũ prædictum locum ha
bet etiam in bannito pro adulterio.

31 *Sed circa* idem.xxxj.dubitatur† a
quo pax de adulterio ha
beri debeat vt locum ha
beat beneficium ſtatuti.Dicit Bar.in prçal
leg.cõſi.quod incipit Poteſtati terre roche,
quod ſufficit habere pacẽ a marito. ipſe.n.
eſt ille cui principaliter infertur iniuria vin
dicanda.ff.de adul.l.ij.§.fin.& C.de adulte.
l.quamuis adulterij cũ muliere aũt non ca-
dit pax cum non poſsit dici ei illatam iniu-
riam,quia in volentem factum eſt.Prçterea
ipſa non poteſt cõqueri accuſando, quia ſo
cia criminis.C.de lib.cau.l.ſi filium.xiiij.q.
iij. Nemini, ergo ab ea non requiritur re-
miſsio, quia non eſt iniurie perſecutio. de
iure deli.l.ait prætor. Præterea prohibitio
nes facte contra adulterũ non præiudicant
mulieri.l.denunciaſſe.ff.de adulte. Et ſic cũ
mulier non confitetur ſe adulteram vel nõ
dicit ſe iniuriam paſſam,nõ eſt ab ea requi-
renda pax,quia videretur confiteri ſe adul
teram l.quoniam.ff.de his qui not.infa.Sed
in contra.facit.C.de rap.vir.l.j.& in authẽ.
de rap.muli.& quod not.Dy.in regula ſciẽ-
ti in primo contrario,lib.vj. ſed illud verũ
in muliere rapta, ſecus in ſimplici adulte-
rio.hæc Bart.nõ intelligas per hoc vltimũ
ꝙ ſtatutũ non habeat locũ in raptore, ſed
intellige ꝙ tũc requireretur pax ẽt a rapta,
quia ei principaliter iniuria facta eſt.

32 *Trigeſimoſecundo* †in quo e-
xaminabo
xxxiij. &
33 †xxxiiij.qões.† Quero bannitus in ſtatu-
34 to prædicto comprehenſus habuit pacem
a filio eius quẽ offendit,poſtea mortui, mi-
nore tamen, & ſine iudicis decreto.Queri-
tur an habeat beneficiũ ſtatuti.Hæc queſtio
multas habet partes.Prima eſt, an ipſe mi-
nor ẽt pupillus poſsit de morte patris pacẽ
facere,Secunda ſi poteſt an requiratur au-
thoritas tutoris.Tertia ſi nõ requiritur,an
poſsit petere reſtitutionem in integrum.Et
erit alia qõ circa quæ dicit Bal. in l.j.C. de
in inte.reſti.mi.quod ſic. Et ſi habet tutorẽ
pupillus cum eius autho. ſi non habet cum
authoritate iudicis ſupplentis tutoris defe-
ctum.Et ſi adulter habet curatorem cũ eius
authoritate. & idem dicit in prodigo ſub-
dẽs quod non põt petere reſtitutionem in
integrum quia non intelligitur ledi qui pa-
cem facit.Ad primum & ſecundum allegat
not.l.creditor.§.j.ff.man. Sed aduerte quia
prædicta latius examinantur in Specu. &
ſuis additionibus in ti.de homi.verſic.illud
autem.& ibi refert prius opi.Albe. Galeo-
ti.in titu.de accu.§.pen.qui poſt allegatio-
nes hincinde concludit quod aut pupillo
aliquid datum fuit, & tunc valet.l.præſes.
C.de tranſact.Si non eſt datum idẽ quia in-
tereſt minoris ſumptibus & litibus non ve
xari.ff.de mino.l.minoribus. & de iniur. l.
ſed ſi vnius.§.ſi filio.nam & ciuitas pacem
ſeruans commendatur.ff.de cenſi.l.j.Dein-
de ſubdit opi. Vbert. de bobio quæ fuit, vt
infans nullo modo poſsit.ff.de pact.l.j.ſi au
tem exceſsit infantiam, dicit requiri tuto-
ris authoritatem & iudicis decretũ. Vi-
deamus ergo per ordinẽ articulos ſupra ta-
ctos. Primus articulus ſit de infante.& in
hoc omnes cõcordant quod non,nec ſolus,
nec cum tutore l.j.ff.de pact.& de noua.l.j.
cum ſi.Secundus articulus eſt an tunc ſolus
tutor poſsit pacem facere vt ſic ſufficiat bã
nito.In hoc fuerũt opiniones.Sed cõis opi.
ſe habet quod aut homicida eſt incognitus,
vt quia dubitatur,an ille cui pacẽ reddit cõ
miſerit homicidiũ patris vel non,& tũc po
teſt, vt l.præſes.C. de tranſac.& ideo dixit
Ioã.And.vbi ſupra referens dictũ Guid.qđ
cautela eſt facere pacem, vel recipere tan-
quam illi vel ille qui dr̃ inculpatus.Si vero
eſt certum.& tunc aut intereſt pupilli, puta
propter periculũ ſue perſone. & tũc poteſt
tutor facere,vt l.j §.ſed nonnullos de tute.
& ratio.diſtra.alias non,quia talis remiſsio
l.interdũ.§.qui tutelam.ff.de fur.& iſta fuit
opi.Iaco.de But.quã ibi ſequitur Bald.Sed
aduertendũ puto,quia hæc quæſtio alio nõ
dato debet eſſe ſopita. de iure.n. communi
nulla põt fieri vindicta.l.iij.§. eũ qui.ff. de
vi & vi arma.& l.vt vim.Sententia de ho-
micidio lata eſt,ergo amplius non põt accu
ſari.l.licet.§.pen.ff.nau.ca.ſta. & ideo nihil
videtur remittere , ſed potius iure reipub.
vti.& ideo faciliter defendi poteſt talẽ pa-
cem valere. Sed dubium facit quando ex
forma ſtatuti eſt permiſſa vindicta. Tũc.n.
videtur illud ius donari. & ideo tunc tenẽ

Source : BIU Cujas

di eſt opi.Iaco.de But.ꝙ poſsit ſi eſt ei periculoſa inimicitia alias non.Sed conſidera quod tutor etiam euidentem damnoſam hęreditatem infanti delatam ſolus repudiare non poteſt ſine conſanguineorum infantis conſilio,vt no.ff.de auc.tut.l. ſi ad pupillū. & l.is poteſt.ff.de acqui.hære.& in l. tutor de bo.poſ.& in l.prima.§.ſi tutor.ff.de ſucceſ.edic.& in l.eius eſt nolle.ff.de re.iu.vbi glo.not.loquitur.c.quinimmo ſecūdū Azo. in d.l.tutor requiritur etiam iudicis authoritas quod ibi ſequitur Bar.& Bal.in l. bonorum.C.qui admit.ad bo.poſ. Cum ergo hoc caſu ſit expreſſe alienare & illud facere quod quantum ad mondanam vitam verecundum eſt.puto ſolius tutoris non ſufficere pacem,ſed requiri conſiliū coniunctorū ſecundū l.magis puto.§.ne paſsim de rebus eorū,& iudicis decretū per ſupradicta. Id autem ꝙ dr̄ cautelam eſſe fieri, vt ei qui dr̄ inculpatus non prodeſſet ad beneficium ſtatuti,quia requirit pacē fieri de contentis in banno in quo continetur ꝙ fecit. & ſic confeſſus intelligitur.& ſi tunc non eſſet ſatisfactum ſtatuto per nota. & maxime per Bar.in l.j. §.i.ff.de dolo.& l.j.ff.ſi qua.pau.fe.di.& quod ſcripſit in conſilio quod incipit quidā Mattheus ſuper verbis illis enūtiatiuis,vt dicitur &c.quæ dicit tanquā dubitatiua ſummi non tanquam affirmatiua. Pro quo videtur tex.in l.ſi in venditione in fin.ff. commu.pred. Tertius articulus ſit de pupillo cum tutore & adulto cum curatore.& in hoc concordant omnes ꝙ ſic, vt ſupra dictū eſt. Sed an tūc requiratur iudicis decretum,quidam quod ſic vt in prædicto verſi.illud autem.Bal. aūt contra quod nō requiratur iudicis decretum,quia nihil alienat.& quia in executionibus pœnarū non ſubuenitur minori.ff.de mino.l.auxiliū. & quia nō dicitur damnum pati.de ſepul.vio. l.ſepulchri. vt ipſe ſcribit in l.j.ff. de pac. Sed vt dixi ſupra id pōt eſſe verū inſpecto iure cōi tantum ſecundū quod actio iniuriarum remitteretur,non.n.dr̄ eſſe in bonis.& propterea dici ſolet quod dicitur hæreditas adiri,vt dicā infra in q.xxxvj.inſpectis vero ſtatutis vindictā permittentibus maior eſt dubitatio,licet.n.tale ius non dicatur in bonis, vt l.cū emancipatus.ff.de col. bo. & in l.ſed ſi vnius.§.ſi ante de iniur.tamen alienatio dicitur ſicut in repudiatione hæreditatis in qua ante aditionem nullum ius dicitur in nobis eſſe,vt l.pretia rerum.ff.ad l.fal.Qui tamen in caſu noſtro loquimur de effectu pacis ad cancellationem fiendā non gratuito,ſed aliquo ſoluto,& ſic pur in aliquo punitur, ſatis putarem verū eſſe iudicis decretū non requiri,vt d.l.præſes. Cautela tamen eſt vt eius authoritate fiat, vt omne dubium remoueatur,vt in d.verſi.illud autem. Vltimus articulus ſit,an poſsit peti reſtitutio in integrū vt ſic interim pax non dicatur firmiter facta. In hoc dicit Iac. de Are.in d.l.j.C.de in integ.reſti.mi.ꝙ nō, quia in executionibus pœnarum &c. vt l. auxilium & quia non eſt læſus qui voluit fugere inimicitias de vſufruc.l. generali.§. j.in princi. & idem vt dixi ſupra tenet ibi Bal.& in d.l.j.de pac.& ſic propter hoc nō retardabitur cancellatus maxime cum in talibus non inſpiciatur quod euenire poteſt de iure ſpeciali.l.iiij.circa princ.ff.de fideicom.liber.& per Bar.plene in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.de verbo.obli. ex prædictis itaq; patet qualiter requiratur pax qn̄ filius mortui paſsi iniuriam eſt minor.& patent expedite. xxxij.xxxiij. & xxxiiij.q.

35 Quero ergo trigeſimoquinto † circa idem.Filius occiſi maior vt ſic ceſſent alie dubitationes fecit ſimpliciter pacē de iniuria facta patri cum remanſiſſet patri. An hoc ſufficiat ad cancellationem bāni poſito ꝙ pax ſit ſpecialis de contentis in ſententia banni.In cuius deciſione primo vidēdum eſt an ſtatutum prædictum ꝙ loquitur de hærede intelligatur de filio & deſcendēte.An vero etiam de extraneo. Si enim primo modo intelligitur non videtur ꝙ ſit neceſſaria hæreditatis aditio.ff. de ope. liber. l.vt iureiurā.§.ſi liberi. cum ibi notatis. & ita voluit Bar.in l.dāni.§.ſabini.ff.de dam. infec.vbi dixit tale ius non competere iure hæreditario.ꝙ ſecus eſt ſi intelligitur generaliter de quocūꝗ l.iij.§.ſi quis hæredi.ff. de ſta.libe.& l.qui hæredi.ff.de cōditio. & demon.Et quod debeat intelligi de filijs videtur probari quia idē iudicatur de remiſſione iuris ꝙ de ipſo iure l.manumiſsiones. ff.de iuſt.& iur. & quod not.in l. de tutela. C.de in integ.reſti.mi.ſed ipſum ius vindicandi non tranſit in hæredem l.iniuriarum actio.§.j.de iniur. ergo debet intelligi.i.de filio.l.lex facta.§.ſi.ff.ad trebel.& ꝙ habetur per Bartol.in l.gallus.§.etiam ſi parente.de liber.& poſthu.& ita dixit Bartol. in l.ſi filius qui patri.de vulga.& pup. vbi dixit ꝙ ſufficiebat pax habita a filio etiam qui abſtinuerit propter beneficium ſuitatis quæ operatur ad commodum filij. Et idem tenet ibi Bald,quia nomen hęredis præfer-



Source : BIU Cujas

tur ratione naturali. Ex quo ſi verum eſſet ſequeretur ꝙ non ſufficeret pax habita ab eo qui adiuiſſet filio abſtinente puta qui nõ eſſet de deſcendentibus. Quantum ad me paſſus eſt dubitabilis propter naturam materie ſuper qua profertur tale nomen, ſed propter materiã fauorabilem cõmunis interpretatio ſe habet quod intelligatur de quocunque vniuerſali ſucceſſore l. ſciendũ. de verbo. ſig. & ita tenuit Bal. contra Bart. in l. ij. C. de libe. & eo. li. & etiam Bart. in l. eadem. §. cato. de verbo. oblig. vt dicam infra in q. xxxix. Non ob. ꝙ ius vindicandi non ſit tranſitorium, quia immo tranſitoriũ eſt de ſui natura lite conteſta. vt ibi cũ concor. de quo ar. vide in d. §. etiam. per Bart. & Bal. per doc. in l. antiquas. C. de vſufruc. & in l. annalibus. C. de lega. requiritur ergo quod ad verificationem ſtatuti quod ſit hæres ideo &c.

36 *Trigeſimoſexto* videndum† eſt an ex tali pace dicatur adire hęreditatem. Albe. vbi ſupra q. ix. tenuit ꝙ ſic ſi aliquid recipit, quia illud datur cõtemplatione mortis arg. ff. ad tre. l. j. de lib. & poſthu. l. in ſuis. Communis vero opi. ſe habet in contrarium l. pro hærede. §. fin. & ibi per Bar. ff. de acqui. hęre. & ẽt per alios. & in l. quęſitũ. ff. de ſe. vio. facit l. eum qui. C. ar. tute. de his qui ef. vel deie. l. ſi vero. §. hæc actio. & ita determinauit Odof. vt refert Guid. de Suz. qui idẽ tenuit in ſuis. qõ. ſub litera S. Quod intellexit idem Odof. in d. §. hęc actio. nullo exiſtẽte ſtatuto. Sed vbi ſit dictum ſtatutum tribuens pacis beneficium dixit eũ intelligi adire hæreditatem. & nil allegat. & idem ſequitur Cy. in dicta l. eum qui. quod non credo verũ, niſi in inſtrumento pacis dicatur quod fecit pacem vt ille conſequeretur beneficium cancellationis. Tunc enim intelligitur adire, quia alias habere non poſſet beneficium arg. d. l. pro hærede. §. papinianus. & l. illud. eo. tit. ita debet intelligi dictum Odofre. Simplex ergo inſtrumentum pacis habite ab eo qui poteſt hæres eſſe non dat beneficium cancellationis, niſi de aditione tunc facta aliter appareat. Vide tamen quod dicã infra hac eadem parte q. xlvij. ad fi.

37 *Trigeſimoſeptimo* † queritur procurator Titij offenſi cum generali & libera adminiſtratione fecit bannito pacem de contentis in banno, queritur an virtute dicte pacis bãnitus poſſit propter dictum ſtatutũ certum quid ſoluendo cancellari. & videtur quod ſic, quia tutor poteſt. l. præſes. C. de tranſac. ergo & procu. cum libera. l. pro cur. cui liber. ff. de procu. In contrariũ eſt veritas, quia aut nõ venit in mandato hominis eo quod nõ conſiſtit in adminiſtratione patrimonij, vt l. nec mulierem. C. de manu. vin. aut ſi venit requiritur ſpeciale mandatũ. ff. de procu. l. mandato. extra de arbi. cap. per tuas. & de tranſa. c. contingit. & ff. de pac. l. nam & nocere. & ita not. in Spe. de treug. & pa. ver. hoc quoque no. & de procura. §. ratione igitur ſur ver. xxij. Et ita ſeruatur.

38 *Trigeſimooctauo* †queritur an ſufficiat haberi pacem verbis vel factis ſine ſcriptura. Puta quia probat bannitus quod offenſus, vel eius hęres habens eius cognitionem bibit ſecũ vel cœpit eum per manum & ſimilia. & videtur quod ſic, quia per tales actus alio nõ dato intelligitur fieri pax & remiſsio iniurie. Facit quod notatur in l. j. ff. de pac. & inſti. de iniur. §. ſi. & ff. eo. ti. l. non ſolum. hoc autem probatur, quia non reperitur hic caſus inter illos in quibus requiritur ſcriptura de quibus habet per Dy. in ſuo tractatello. per Gui. in Spe. de inſtru. edi. §. reſtat verſic. ſed ſi vnus per glo. in c. j. de cen. lib. vj. & probatur ex no. in l. iij. §. pen. ff. de adimen. le. per Bar. in l. j. ff. de pac. Et videtur caſus in l. in ipſius. C. fami. herciſ. Et ibi per Guido. & hoc verum licet Gui. in Spe. in ti. de homi. ver. illud in duobus verbis videatur ſenſiſſe contrarium per c. pactum de verb. ſig. qđ non ob. vt ibi no. in glo. Quia tamẽ facilius poſſent fieri fraudes communiter per ſtatuta prouidetur quod de tali pace debeat cõſtare per publicum inſtrumentum. & tunc dicit Bal. quod producens tale inſtrumẽtũ non debet detineri ſed ſtatim relaxari. ff. de in ius vo. l. neque in fi.

39 *Trigeſimonono* †queriť an ſufficiat bãnito ſi habet pacẽ ab vno ex pluribus hæredibus occiſi ſiue aliter offenſi. Quæſtio hęc in diuerſis titulis qõnum ad idem tendentium reperitur diuerſimode terminata. & licet in voluminibus habeantur. tñ pro contrarietate determinationem opus eſt vt aliqualiter inſiſtať. Et ideo ſciendum ꝙ iſta quæſtio fuit de facto Bononiæ & ibi Osber. de Cremona determinauit talem pacem ab vno habitam non ſufficere per tex. l. j. §. denunciari in fi. de libe. agno.

Item quia indefinita æquipollet vniuerſali de leg.ij.l.ſi pluribus. Sed Old.tunc tenuit contrarium quia ſtatutum ſupra relatũ dicit ab hærede ergo ſufficit ab vno cum hæres ſit. Item quia vindicare necem defuncti eſt quid indiuiduum ergo competit cuilibet hæredum inſolidum ff.fami. herciſcun. l.hæredes §.antea.& de ſerui.ruſti.l. via.§. fin.Nec ob.lex ſi.ff.communia prædi. quia ibi ius illud indiuiduum reſpicit corpus hæreditarium, ideo ibi requiritur conſenſus omnium.ſed in propoſito tale ius non reſpicit quid hæreditarium ergo ſufficit voluntas vnius.& ita dixit Cy.in d.§.denunciari fuiſſe Paduæ determinatum.Bar.autem in l.eadem.§.cato.de verbo.oblig. dicit quod licet in indiuiduis apud quemlibet hæredũ ſit ius inſolidum,tamen eſt ſine effectu niſi cæteri conſentiant de ſerui.ru.prædio.l. itinere,& quod licet in tutoribus apud quemlibet ſit inſolidum ius actiones exercendi non tamen ſic in iure per quod tutelam finitur l.clarum.C.de aucto.præſtan. & ideo in propoſito cum extingueretur ius vindicandi non debet tenere pax ab vno habita niſi cæteri conſentiant, quod etiam apparere dicit ex eo quod ſtatutum dicit ab hærede.& ſic de eo qui ex aſſe.i.in totum hæres eſt l.ſi defenſor.§.j.de interroga.act. Ac etiã quia hæres pro parte non repreſentat defunctum,niſi pro illa parte.C. de rei ven.l. cum a matre,pro alia enim habetur vt extraneus vt ibi, & no.de præto.ſtip.l.ij.§.ſi. ff.de quo ſtatuto non cogitauit. Finaliter tamen concludit ſtandum maiori parti hæredum intelligendo maiorẽ partẽ pro numero perſonarum & vnciarum,& vbi ſint pares ſtandum eſſe dignioribus.& ſi in omnibus ſint æquales ſtandum eſſe remittẽtibus & ſic pacem facientibus de pac.l. & ſuũ.§. ſi.& l.maiorem in prin.& C.qui bo.ce.poſ. l.ſi.reputans iniquum eſſe ꝙ vnus ſolus qui forte eſſet vnus triſtis poſsit pacem facere. Contra l.ſi vnus.§.ſi filio.ver.ſed interdum ff.de iniur.quam ſententiam dixit æquitate conſonan.Bal.vero in hac q.multum variauit.Nam in l.cõmunis libertus.ff. de in ius vo.ſequitur opi.Cyn.quia cum non agatur de pecuniario commodo pœnes vnũquẽq; hoc ius faciende pacis conſiſtit inſolidum, ſed non ſic vbi agitur de pecuniario cõmodo.& ita reſpõdet ad not.in l.ij.C.de liber. & eo.libe.vbi allegaꝰ lex ſi qs hac lege.§. ſi.ff.qui & a qui.ma.li. non fuerit. Sed in l. j.ff. de pact. dicit ꝙ aut tractamus de pace ad effectum tollendi proceſſum inchoatum, & tũc ſi ille qui inchoauit remittit ſatis eſt l.per fundum.ff.cõia prædi. Aut ad effectũ tollendi ſententiam latam.& tunc ſecus eſt. Et ſic tenet directo contrarium, dicẽs verã eſſe opi.Osber.& ſubdit ꝙ opinio Bartol. de maiori parte loquens non poteſt eſſe vera,qa illud verũ regulariter qñ aliquid cõpetit pluribus collegialiter.i. vniuerſis ſecus ſi ſingulariter.Tunc enim contradictio vnius qui vtitur iure ſuo liberationem excludit ſecundum Innoc. de maio. & obe.c. humilis. Implicat ergo ibi contrarietatẽ ꝙ pax vnius ſufficiat & non maioris partis, ſed debet intelligi ꝙ pars vnius ſufficiat alijs non contradicentibus.Si vero aliquis contradicat nedũ habita ab vno, ſed nec a maiori parte ſufficiat in l.autem.ij.C.de libe.& eod.lib.vbi dicit Oldra.vacillaſſe ꝙ non eſt verum.cum ſemper dixerit inſpici verba ſtatuti,an loquatur in ſingulari an in plurali.poſt relatã omnium opi. concludit ꝙ aut ius indiuiſibile accedit rei communi. & tunc rei cõmunis habet naturam & melior eſt conditio prohibentis.& plus valet prohibitio vnius ꝙ̃ multorum conſenſus. vt d.l.fin.communia prædio.& ibi concor. Aut tale ius ſtat per ſe, & tunc aut attendit ad percipiendum aliquod commodum. Et tunc omnes debent requiri, ſed ſi diſcordãt præfertur maior pars vt l. maiorem & ꝙ not.per Bar.in l.hæredes.§.peto.ff.ad treb. Aut tale ius tendit ad vindictam,& tũc prȩfertur magis idoneus, & cuius magis intereſt de ſepulchro viola.l.iij.§.ſi ad plures.& l.ſepulchri. Aut tendit ad remiſsionem vindicte.& idẽ quia fauorabilior eſt liberatio ꝙ̃ vindicta.& qa agitur de publica vindicta ꝙ̃ reſpublica remittit,nec poſſunt ꝑtendere coheredes aliꝙ̃ leſionẽ,qa nihil agũt niſi vt officiãt.ff.de rei vẽdi.l.in fundo.itẽ ꝗa illa verba.Si pacẽ habuit &c.nõ cõferũt aliquid hȩredibus ꝙ poſsit extingui,ꝗa verba cõditionalia nõ diſponũt, ſed facultatẽ denotãt.ff.ſi quis omiſ.cau.teſt.l.ſi quis ſub cõditione.Et ſic ceſſare dixit omnia cõtraria quæ loquũtur de pluribus ius habentibus. Cõcludẽs qđ ſi ſtatutũ loquitur per verba ſingularis numeri ſufficiat pax facta ab vno ex hȩredibus,qui ſit honeſta perſona,& eã fecerit bona fide. Nã & ius diuinũ ad hoc hortaꝰ offenſum.vt not.de his ꝗ not. infa.l. furti.§.pactus. Ang.vero eius frater faciens de eo mẽtionẽ in d.§.cato.dicit de rigore iuris opi.ꝑdictã,& ẽt Bart.nõ poſſe ꝓcedere, ſed verã eſſe opi.Ober.per iura per eũ allegata,quia in iuribus ſingulorũ nõ habet lo-

cum lex quod maior, niſi in caſibus.l.maiorem.& l.conſilio de cura.fu. De humanitate autem dicit veram eſſe opi.Bar.vt ſtetur maiori parti ſecundũ eius diſtinctionẽ dum tamen in maiori parte non computetur fœmina, quia ad eam ius vindicandi non pertinet, vt no.per glo.in vſi.feu.in tit. qui feu. da.poſ.ver.hoc autem not. Dicit etiam qđ ſi in numero minoris eſſet vnus conſors occiſi, & alij eſſent extranei vox illius conſortis eſſet omnibus alijs præferenda.ff.de accu.l.ſi cui.§.j.& l.ſi plures. Vides ergo in hac.q.quæ & quanta ſit diuerſitas opi. Sed ſaluo iudicio cuiuslibet melius & ſubtilius intuentis mihi videtur aliter eſſe dicendũ. Nam quandoq; ius vindicãdi incipit a perſona offenſi, quandoq; incipit a perſona hæredis. Primo caſu vt ſi ſtatutum dicit quod nullus poſsit rebanniri, niſi habuerit pacẽ ab offenſo vel eius hære. Et iſto caſu ius fiende pacis quo ad ſtatuti beneficium incipiat & ortum habeat in perſona offenſi, & ex eius perſona tranſeat in hæredem puto verum eſſe de iure non ſufficere pacem habitam ab vno, quinimmo nec a maiore parte, cum ab hærede requiratur propter reſpectum defuncti. Et ſic propter repreſentationẽ dicta verba non verificantur, niſi in his qui totum eum repreſentant l.cum a matre ſuperius allegata. Pro parte.n.pro qua non eſt hæres cẽſetur extraneus. Et ſic hoc caſu ſit vera opi. Osber. per iura per eum allegata.& per d.l.ſi quis hac lege.§.fin. in quibus iuribus ius apud quemlibet eſt indiuiduum. vt l.carmelia pia. de iur.pa. Et tamen omnes requiruntur. Secundo caſu puta cum ſtatutum dicit occidẽs decapitetur, niſi habuerit pacem ab hęrede occiſi. Et ſic ſolum fundatur ius in perſona hæredis nõ reſpectiuatũ ad ius defuncti. Et iſta fuit quęſtio propria Osber.Old.& Cy. Et hoc caſu puto conſiderandum duplex vindictę genus. Vnũ ius vindicandi ex forma ſtatuti quod datur hæredibus mortui propria authoritate. Aliud ius accuſandi, vt per iudicẽ puniatur vel banniatur & bannitum offendendi quod datur cuilibet ex forma ſtatuti. Quo ad primũ ius quod datur ſolummodo ex ipſo facto homicidij etiam nullo ſecuto proceſſu.& quia vnicuique competit inſolidum, licet vnus pacem faciat nõ propterea præiudicat alijs quin poſsint vindicare & offendere, nec etiam ſi maior pars pacem faceret. Ille enim qui pacem non fecit tale ius vindicandi authoritate propria non perdit, vt d.l.fina. communia prædio, & l.clarum, de aucto.pre.cum ſi. Et eſt verum quod in iure competenti pluribus vt ſingulis diſpoſitio l.quod maior.ad muni.locum non habet, niſi caſibus ſpecialibus de quibus iſte non eſt. Quo vero ad ſecundum ius vindicandi per viam iudicij. & ſic accuſandi & faciendi puniri per iudicem, & ẽt bannitum propria authoritate offendendi virtute ſtatuti permittentis a quocunque offendi, ꝙ ius eſt publicum & in quocunque reſidet vt in perſonã quãlibet, vt ff. de publi.iudi. per totum. Puto verum eſſe dictum Old.ſcilicet quod ſtatutum ꝙ loquitur in ſingulari locum habeat ſi vnus hæredum pacem facit. Cum enim ſtatutum ſic loquatur in ſingula. ſufficit pax habita ab vno l.non aliter.de leg.iij.l.j.l. ſi is quis nauem de exerci.cum ſimi. Nec obſt. ꝙ præiudicetur alijs, quia ſic in iure publico ſiue pluribus ſiue omnibus competenti contingit, vt l.ſi plures.ff.de accu.& nau.caup.ſtabu.l.licet.§.penul. Si enim vnus accuſat & nulla interueniẽte colluſione accuſatus abſoluitur, cęteris ius accuſandi ſublatum eſt. Item ſi agitur cauſa nullitatis, vel cancellationis vel exemptionis a banno ſufficit ꝙ citetur reſpublica ſiue ipſam repreſentantes, non autem eſt neceſſe ꝙ ſinguli de vniuerſitate citẽtur, vt habetur plene per Bar. in extrauag. ad reprimendum.ſuper verbo citata, & ſi ad petitionem vnius cancellationis tale ius offendendi omnibus perit. Et hoc caſu verificantur verba Bal. in d.l.j.ff. de pac. Nec ob.l.clarum.& l.fi. communia prædi.cum ſi.quia loquuntur in iure priuato competenti cuilibet iure publico.& ſic in eo potuit ſtatuẽs diſponere quicquid voluit, de iniur.& dam.da.c.in noſtra.& ff.de priui.cre.l.anthiocenſium cum ſi. cum plene no.per Bar.in l.toties.ff. de pollici. Hoc tamen caſu verum eſt ꝙ ſicut vbi accuſans præſumeretur colluſiſſe non habeat locum abſolutio vt habetur in tit.de præuari. per totum. Ita & tunc non habeat locum tale beneficium ſtatuti quando perſona vnius hæredis quæ pacem fecit eſt vilis vel praue conditionis, vt ſic ſtatutũ a iuris regulis ordinetur ar.l.ſed vnius.§.ſi filio de iniur. Nec ob.ſi dicatur ratio prædicta locum habet ẽt in primo membro, & tamen dicis diuerſam eſſe cenſurã, quia vt dixi a diuerſitate verborum diuerſa cognoſcitur intentio l.labeo.de ſupel.le. In illa aũt quæſtione, & ſic in primo membro verba ſtatuti fundata ſunt in iure competenti offenſo.& de eius pſona in perſonas hęredũ, hic in iure ipſorũ

Source : BIU Cujas

hæredum nō reſpectiuato ad defuncti perſonam & ſic diuerſa colligitur cenſura.l.ſi idem.C.de codi. Nec etiam obſt. quod per hoc dicant alij perdere ius vindicandi propria authoritate, quia non eſt verum vt dicam infra in tertio tēpore parte j.q.x.dum tractabo, an contra rebannitum poſsit fieri vindicta permiſſa ex forma ſtatuti contra offendentem.

40 *Quadrageſimo* †circa eandē pacis materiam pone ſtatuto ſimpliciter caueri ꝙ bannitus rebanniatur ſi habuerit pacem, an ſufficiat ſibi pax habita ab occiſo. Pone enim quod erat capitalis pœna pro vulnere facto animo occidendi, vt ſic ante mortem potuerit in banno poni ſecundum no.per Bar. in l.damni.§.ſabini. de dam.infe.& in Spec.de accuſatore.§.vi ſo.verſi.ſed pone.& etiam in tit.de inquiſitione.verſi.pone ꝙ habuit pacem antequā eſſet bannitus. In hac q.primo videndū eſt an occiſus poſsit liberare occiſorē in quo Bar.in d.§.ſabini.dixit primo videt ꝙ nō, quia homicidiū non poteſt remitti.l.diuus.ff.ad ſil.& ibi no.& ideo dicit ꝙ debet poni ſtatutū in his terminis ꝙ qui occidit occidatur,ſed ſi habuerit pacem minus puniat. Et arguit ꝙ videtur facta pax de occiſo,vt in §.ſabini cum omnibus iuribus ibi allegatis. In contrarium arguit de.l.ita vulneratus.& l.qui occidit.ff.ad l.aquil. & ſubdit ꝙ ſecundum Guid.de Suza. tutius eſt fieri pacem de vulnere & de omni eo ꝙ ex vulnere ſequi poteſt.& allegat Gui.in d.verſi. ſed pone vbi latius per Ioan.Andr.& deinde relato dicto Iac.de Are.concludit ꝙ aut eſt certum de mente contrahentium & ſtare debemus certo l.j.§.ſi conuenerit.ff.depoſi.aut nō cōſtat.& tunc ille remiſit actionem iniuriarū & non videtur remiſſa actio de homicidio.l.ſi duo patroni.§.iulianus. de iureiur.aut remiſit iniuriam,tūc aut vulnus erat mortale.& omnia videntur remiſſa,vt in.§.ſabini.cum ſimi.Aut non erat prima facie mortale.& mors non videtur remiſſa,vt l.ſi vulnerato.ff.ad l.aquil.quia de ea non videtur cogitatum, vt l.qui cum tutoribus.ff.de tranſa. & intelligo hoc ꝙ vere erat mortale. Si autē ex alia cauſa mors fuiſſet ſecuta non minus valeret pax,vt d.l. qui occidit.ex quibus patet ꝙ concludit qđ quis poſsit reddere pacem de morte ſui ipſius & proſit homicide.non obſt.l.diuus ad ſil.quia illud verum de iure cōi de quo dic vt ibi,& per Bar.in l.ſi maritus.§.ſi negauerit.ff.de adul. Ad propoſitum ergo dictante ſtatuto ſimpliciter vt propoſui de bannito dico quod ſi erat bannitus tempore quo pacem habuit.& pax fuit taliter compoſita ꝙ comprehendit etiam de morte & debebit cācellari ſi ſtatutum requirit ꝙ aliquid ſoluatur ſine dubio,quia nō propterea eſt immunis ſed mitius tenetur. Idem ſi ſimpliciter dicit ſtatutum cancellandum eſſe ex beneficio pacis,quia lex diuus cum gol.habet locum ante latam ſententiam nō poſt vt dicitur per doc.in l.tranſigere.C.de tranſa.& dixit ſupra hac eadem parte.q.xxx.Sed ſi non comprehenderet mortem nō haberet beneficium. Si vero non erat tunc bannitus non videtur ei prodeſſe beneficium pacis, quia bannitus non habuit pacem.& ſic non verificantur verba ſtatuti.l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxal.& l.titius.ff.de milite.& ꝙ ibi per doct.Nec ei videtur ſufficere aditio here.per q̄ videtur ratificari omnia geſta per defunctum,vt dicam in ſeq.q. quia illa trahitur retro cum illis qualitatibus cum quibus facta fuit,& ſic tali qui bānitus non erat vt in regula rati lib.vj.cum ſimil.& in l.eius qui.ff.ſi cer.peta.Niſi ergo illam habuit ab hęrede non videtur ꝙ poſſe cancellari.Sed aduerte ꝙ iſtud vltimum poſſet eſſe verum ſi ſtatutum diceret ſi fiat pax bannito &c.Tunc enim requiritur ꝙ ſit bānitus tempore quo fit pax. Sed in propoſito dictum fuit ſtatuto caueri eum debere cancellari ſi pacem habuit.& ſic ſignificat etiam tempus præteritum,ut l.ſi iam facta.& l.ſolemus.ff.de condi.& demon.& ꝙ no.per Bar.in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iur.dum tractat de ſignificatu verbi ꝙ pōt eſſe præteritū & futurum. Nec ob.ꝙ leges ſiue ſtatuta non trahantur ad præteritum quia verum eſt quantum ad præteritos bannitos &c.ꝙ declara vt dixi ſupra hac eadē parte,q.x.vbi pro hoc vltimo oīno vide.

41 *Sed pone.* xlj.†ſtatuto caueri ꝙ bannitus qui habuerit pacē ab hærede occiſi debeat cancellari &c.Et ſic ſufficiat ſiue habuerit ante bannum ſiue poſt,Titius qui vulnerauit ad mortem Gaium, habuit pacē ab eo vulnerato etiam de morte. Aut tacite vt dictū eſt ſupra proxi.q.aut expreſſe.an ſibi ſufficiat hæc pax,Bart.in præal.§.ſabini arguit primo ꝙ ſic,quia qui habet a defuncto, habet ab hærede.ff.de proba.l.pactum.& videtur expreſſum.ff.de excu.tut.l.athletę.§. dat remiſsionem,credit contrarium cū hoc fauore heredis ſit inductum & ſic nō poteſt

Source : BIU Cujas

teſtator remittere.C.vt in poſ.le.l.pe.& ꝙ ibi not.& quia ex hoc quis inuitaretur ad delinquendum cum vulneratus expectans de proximo mortem faciliter pacem faceret,adduxit ad ſui deciſionem ꝙ huiuſmodi iniurię perſecutio non competit iure hęreditario ar.ff.de ſepul.vio.l.queſitum.& l. pro hærede.§.ſi.de acqui.hære.Sed Bar.in l.ij.C.de lib.& eo.li.allegans pro hac parte ꝙ ſtatutum loquitur de hærede non teſtatore.& ſic in eo locum non habet ſol.mat. l.ſi vero.§.de viro.Determinat cōtrarium quia ſtatutum ꝙ loquimur de hærede conſiderat perſonam defuncti prout repreſentatur ab hærede ſecundūmet Bart.in l.eadem.§.cato.de verbo.obli.ſed fortior virtus eſt.in repreſentato ꝙ̄ in repręſentante arg.C.de iure deli.l.cum aliquis.item quia hæres tenetur habere ratum factum defuncti,C.fami.hercíſ.l.in ipſius & l.ſi ergo.§.j. de iure do.Et ideo hoc caſu voluntas hæredis non debet requiri.ff.de ſer.expor.l. iij.Patet etiam hoc ſecundum eum naturali ratione quia quicquid eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati.ff.man.l.hæredem.ſed defunctus eſt cauſa cauſę.i.hęredis.ff.de le.ij.l.codicilis.§.pe.ergo eſt cauſa cauſati.i.pacis et ſic pax ab eo dependet.Et ſi poteſt per aliū ergo per ſeipſum & multo fortius arg.ff.de mino.l.ꝙ ſi minor.§.ſceuola.Nec ob.l.j.C. de vſuf.& l.ſcire vt in poſ.le.alle.per Bart. in contrarium quia illa cautio pręſtatur hęredi vt domino,et ſic recipit eam tanquam quilibet proprietarius nō tanquam hæres, hic vero tanquam hæres & defunctam repręſentans facit.Credo hanc opi.Bal.verā & fauorabilem.Non ob.ꝙ ſtatutum loquitur de hærede , quia cum de homicidio loquatur habuit reſpectum ad id ꝙ frequentius accidit ſcilicet quod plurimum interficiuntur incontinenti, & ſic pacem reddere non poſſunt.Si ergo aliter contingit idē eſt per identitatem rationis.ff.de legi.nam ad ea.& ꝙ no.in l.tale pactum.§.ſi.de pact.

Aduertendum tñ eſt ꝙ bannitus debet oſtendere aditionem hæreditatis alias non diceretur habita ab hęrede l.iij.§.ſi quis hęredi.ff.de ſtatu li.& l.qui hæredi.de condi. & demon.Et ideo ſi quis decederet ſine hærede ſecundum no. in l.ſi.ff.de inſtito.& l. ſine hęrede.in prin.de admi.tut.& l.poſtꝗ̄. vt leg.no.ca.Puta quia facta diligenti inueſtigatione & excuſsione ſecundum formā. l.pen.C.ad treb.non reperiretur qui hæres eſſe vellet,forte ſibi pax habita a defuncto non prodeſſet,Faciunt no.per Bar.& Bald, in l.j.C.de acti.& obli.quod & ſi ſubtile ſit, tamen non ſapit equitatem , & forte etiam non eſt verum,quia ſi dicimus ſufficere pacem habitam a defuncto de eius hæredis pſona non eſt curandum,quinimmo ſi aditur hæreditas q̄ſtio remaneret clara.cū adeundo omnia geſta defunctum ratificare dicatur vt dictum eſt ſupra proxi.q.& probat. C.de liber.cau.l.ſi ab eo. niſi in his quæ in fraudem ipſius hęredis geſta eſſent ſecundū not.in l.ij.C.de his quæ in frau.pa.Concludatur itaq; pro parte fauorabili quod etiā tūc ſufficiat pax habita a defuncto licet tutius ſit aditionem hæreditatis oſtendere.Vide tamen quæ dicam infra q.xlix.

42 Quero †circa idem xlij.Dictum ſtatutum requirit quod de pace habita ab hærede conſtet per publicum inſtrumentū,de pace conſtat per inſtrumentum taliter quod aditio nō inducitur ſecūdum ea quæ dixi ſupra q.xxxvj. ſed de illa probatur per teſtes.Queritur an beneficium pacis proſit bannito vt poſsit cancellari.Iac.Bu.diſputauit q.in ſimili,de qua doc.ponunt in l.certi condictio.§.quoniam.ff.ſi cer.pet.& cōcluſit quod licet per teſtes non poſsit probari ex forma ſtatuti debitum vltra cētum ſolidorum.Si probatur per inſtrumentum promiſsio indēnitatis vel intereſſe per teſtes poterit probari de quantitate damni vel intereſſe,quia ſtatutum loquitur de pace non de aditione.Secundo quia uerū eſt quod non eſt facta probatio per teſtes,ſed per teſtes,& inſtrumentum.& ſic confectum eſt vnum mixtum.ergo ſtatutum in eo locum ſibi non uendicat, per no.in l.ij.de verb.ob.Sed iſta ratio ad propoſitum non adaptatur,quia illud ſtatutum eſt prohibitiuum,ſcilicet quando non poſsit probari per teſtes . Iſtud affirmatiuū quod debeat conſtare per publicum inſtrumentum.Et cum iſtud ſit fauorabile debet habere locum in mixtis,vt not.per Bart.in d.l.ij. Sed attende quod immo effectiue iſtud ſtatutum eſt prohibitiuum,id eſt quod pax non poſsit probari per teſtes ſicut dicimus in negatiua.l.ſi.in prin.de doli excep. & in l.inter ſtipulantem.in prin.de verbo. obli.Et ideo argumentum prædictum facit ad propoſitum, ſcilicet quod dictum ſtatutum non habeat locum in hoc mixto.Et ſic poſsit aditio probari per teſtes.Pro hac deciſione allegatur tex.dicti.§.quoniam.cum glo.ſua.nam tex.ibi dicit quod ille contractus mutui fit re & verbis. & glo.exponit, id eſt verbis interueniente re,ſic in propo.

Source : BIU Cujas

ſto iſta probatio pacis ſit per inſtrumentū interuenientibus teſtibus quod hoc facit qđ vbi alteratur natura probationis ſuper aliquo, vt quia dicitur quod infamis admittatur ad probandum ſimoniam vel adulterium. Illa alteratio non extenditur ad circūſtantias de ſimo. c. per tuas. & per Bar. in l. in quæſtionibus. ff. ad l. iul. maie. & per Bal. in auth. ſi dicatur. C. de teſti. ita in propoſito cum iſta forma probationis detur ſuper pace non trahitur ad circunſtantias. Et ſic aditio poterit probari per inſtrumentum. quod eſſe verum oſtenditur hæres non pōt eſſe niſi poſt mortem de regu. iur. l. hæreditas. de vulg. & pup. l. ij. §. j. De morte aūt regulariter non ſit inſtrumentum maxime in occiſo ſecundum no. per Bar. in l. in ſenatū. ff. ad turpil. & C. de proba. l. fina. & C. ad l. aquil. l. contra negantem. Si enim intelligitur quod mors non poſſet ꝓbari per teſtes, ſtatutum quaſi de nihilo ſeruiret quādo daret beneficium pacis habite ab hærede. Intelligitur ergo quod ipſa pax probetur per inſtrumentum. Circunſtantie vero poterūt probari per teſtes. ad quod etiā facit quod habetur in iuribus ſupra proxime allegatis. In quibus dicitur per contrarium, quod licet maleficium nō probetur per inſtrumētum, tamē circunſtantie maleficij bene probatur per inſtrumentum, vt puta adulteriū probatur per teſtes. Matrimonium poteſt probari per inſtrumētum, & ſic de ſi. vt ibi & per Bal. in l. optimam. C. de contrahē. & commit. ſtip. Et intelligo prædicta procedere ſtatuto dictante, vt ſupra. Si vero ſtatutū diceret quod in cauſa cancellationis nō admittatur probatio ꝑ teſtes ſecus eſſet, quia tūc haberet locum in quolibet articulo cauſe arg. ff. de tranſa. l. cum hi ſecundum Bart. in fi. in l. ſolet. de ali. & cib. leg. & Bald. in l. ij. de iureiur. Puto tñ quod etiam tunc poterit probari mors et filiatio, alias redderetur ſtatuti diſpoſitio inutilis, Cum enim ſtatutū det beneficium pacis habite ab hærede, & dicat quod in cauſa cancellationis non admittatur probatio per teſtes debet intelligi ſuper his quę poſſunt probari per inſtrumēta vt ſuper pace, ſuper aditione, ſuper matrimonio, Sed in his quę regulariter nō poſſunt probari niſi per teſtes, vt de morte & filiatione vel parentela ſtatutum non intelligitur, l. ita autem in prin. cum ſi. ff. de admini. tuto. & ne iuris diſpoſitio reddatur inutilis. l. talis ſcriptura. in fi. & l. ſi quando. de legatis. j. & l. titia. §, idem reſponſo primo de verbo, obliga.

43 *Quadrageſimotertio* † pone ſtatutū

dans bānito beneficium pacis reſtringit ſe ad certum tempus, puta quia dicit dum tamen pax facta ſit intra ſex menſes a die lati banni. Et hoc ſtatuto poſſent oriri multe quæſtiones. & ſubtilis inueſtigator a ſeipſo poterit reperire. Quarum ad præſens duas tantum gratia breuitatis attingam. Prima erit an pax poſsit fieri abſenti. & ſic an ſufficiat pacem fuiſſe factam abſente bannito intra terminum ſtatuti quam quæſtio. format. Bal. in l. ij. C. de libe. et eo. lib. & ibi primo allegat quod nō per l. ſi cum cornelius. de ſolu. In cōtrarium allegat quod ſic quia liberatio poteſt fieri abſenti, ut no. ff. de lib. le. l. non ſolum. §. ſi liberationis verba. Concludit quod pax perfunctoria qualis ſit in foro pœnitētiali poteſt fieri inter abſentes. vt no. inſti. de iureiur. §. ſi. pax vero ſolēnis nō poteſt fieri, niſi interueniente præſentia vel organo iuxta no. C. de ſacroſan. eccle. l. illud & de actio. & ob. l. conſenſu. Et demū arguit contrarium de l. labeo. ff. de iureiur. & non ſoluit. ſed Bart. in d. §. ſed liberationis. reſpondet quod ibi interuenit nuncius vel epiſtola. In hac q. conſiderandum puto quod interdū pax eſt neceſſaria hincinde, quia ex omni parte ſunt facte iniurie. et tūc talis pax eſt de natura pacti, vt l. j. ff. de pac. & ſicut pactum non poteſt fieri inter abſentes, vt ibi. ita nec pax. Si vero pax requiritur ſolum ab vna parte, quia ex altera parte tm̄ fuit illata iniuria, tunc non requiritur promiſsio ſeu concordia, ſed ſolummodo requiritur ſimplex remiſsio facta a paſſo ei qui intulit ſecundum Guil. in Spe. de treug. & pa. verſi. Item ſi ex altera. Et ideo cū ex forma ſtatuti requiratur pax ſecūdo modo, id eſt remiſsio iniurie ab offenſo vel eius hærede, dicendum eſt in hoc articulo illud quod in remiſsione dicitur ſiue in liberatione in qua gl. ſunt contrarie. Nam gl. in l. idem in duobus. ff. de pact. & in l. pōponius ſcribit de neg. geſt. tenent quod non valet in. §. ſi liberationis verba. Tenet gloſ. quod valeat ſed veritas eſt ſecūdū doc. quod aut ſit remiſsio abſenti ſimpliciter. & tunc non valet, vt in iuribus ſupra alle. Aut ſit remiſsio alicui recipienti pro abſente, & tūc valet vt in iuribus ſupra alleg. & vbi alias ꝗ̄ritur actio ſi cedat, & non alias vt nota. in l. huius. de leg. j. Hoc caſu querit exceptio ipſo iure l. reſcrip. §. fin. ff. de pac. & per Bart. vbi ſupra & i l. tale pactū. Et hęc de prima.

Source : BIU Cujas

## Secunda quæſtio & ſic.

44 † xliiij.eſt an ad beneficium ſtatuti obtinendum ſufficiat quod talis remiſsio facta abſenti recipienti pro bannito fuerit facta ante tẽpus, licet ratificatio fuerit facta poſt tempus. Dixit Bal.in l.j.ff.de pact.quod nõ ſufficit.ff.de app.reci.l.j.rem ra.ha.l.bonorum.& quod no.per Innoc.in c.cum in tua. qui ma.accu.poſ.Quod vt patet ex his quæ ibi dixit & ex his quæ dixi ſupra proxi.q. debet intelligi in pace facta ſecundum primum modum per quem requiritur hincinde promiſsio.Sola vero remiſsio ex altera parte quæ etiam pax dicitur, vt ſupra proxi.q.dixi poteſt quandocunq; ratificari,qa illud ius quæritur ſibi ignoranti, & ratificatio requiritur non vt quæratur, ſed vt perdatur, ſicut dicimus in legato.l.cum pater. §.ſurdo.ff.de leg.ij.& de condi.inſti.l.ſi qs ita.Sic itaque vbi apparent duo banniti de offenſionibus hincinde, factis, & tractaretur de vtriuſq; cãcellatione pax requiritur reciproca & in forma ſolenni.Si autem vni tantum fuiſſet illata offenſio, vel de vnius tantum cancellatione tractaretur ſufficeret pacem factam extraneo recipienti pro bannito.ꝙ maxime verum eſt ſi eſt notarius recipiens per no.per Guil.& doc.in l.non aliter.de ado.rem pupil. ſal.fo.l.non quaſi.de magi.conue.l.j.§.exigit. & per Barto.ff.de verb.obl.l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis inſulam. Quinimmo etiam ſi ſiat ſacerdoti recipienti nomine banniti.l.j.§.ius publicum.ff.de iuſti.& iur.iuncta d.l.non aliter.ſecundum Guid.de Suza.conſulendo. Et ſic debet reſtringi & declarari ꝙ dixi ſecundum Bald. ſupra proxima quæſtio. Pro quo vide ꝙ ſcripſit Bart.in l.non ſolum.§.j.ff.de iniur. quæ debent intelligi procedere. Aut cũ inſtrumẽto,aut ſine,vt dixi ſupra xxxviij.q. et ſic xlv.

45 *Si autem econueoſo* † Aliquis nomine offenſi pacem faceret bãnito & offenſus poſt terminum ratificaret abſq; dubio bannitus beneficium ſtatuti non haberet,vt d.l.bonorum cum ibi no.& ſic ſit expedita xlv.q.

46 *Quadrageſimoſexto.* † circa eandẽ materiam cauetur ſtatuto,quod omnes banniti rebanniantur ſoluendo quartam partem cõdemnationis,dum modo nullus poſsit rebanniri,niſi habuerit pacem ab offenſo vel eius hærede.Titius fuit poſitus in bãno ex eo ꝙ blaſphemauit deum.Quæritur an poſſit habere beneficium ſtatuti? In hac q.conſuluit Bar.& incipit conſilium.Miniſter fratrum de pœnitentiaria, in quo dixit talem bannitum habere poſſe beneficium ſtatuti, quia aut pacem ab offenſo. blaſphemando enim Deus principaliter offendit. Sed nos uidemus ꝙ Imperator ei qui ipſum blaſphemat facit pacem & remiſsionem de iure ſtatuto & ſcripto.C. ſi quis imp. ma. dixe.l.j. ergo magis deus, cuius proprium eſt miſereri & parcere. Et hoc eſt quia in epiſtola inter claras.C.de epiſc.& cle.dicitur ꝙ eccleſia nunquam claudit gremium redeuntibus.& alibi. Veniam petentibus damus.C. de hæreti.l.manicheos in fin.Vnde ſine dubio ſola cõfeſsione & remiſsione ſimplicis ſacerdotis dicitur talis habere pacẽ ab offenſo.Aut ſi diceremus eum non habere pacem cum non reperiatur offenſus qui poſſit pacem facere. tunc dicendum eſt ꝙ illa clauſula, Nullus tamen &c.non poteſt referri ad iſtos terminos in quibus nullus offenditur, ſed ideo punitur quia contra bonos mores. Facit quaſi verba illius clauſulæ ad iſtos terminos adaptari nõ poſsint ar. ff.de admi.tut.l.ita autem.in princ.&.§.j.facit ff.de poſtu.l.j.§.deinde.& quod ibi not. ſcilicet ꝙ clauſula vltimo poſita referẽ ad ea ad quæ commode referri poteſt.ſecundũ hoc hic bannitus remanet in præcedẽti parte in diſpoſitione ſtatuti.Ad quod facit collatio illorum verborũ,vel eius hærede quę ad deũ offenſum adaptari non poſſunt arg. ff.de vino le.l.fi.§.cui dulcia.& l.qui nõ militabat.§.lucio.de hęre.inſti.Et faciunt quę dicam infra in fi.xlviij.q.Nec ob.ꝙ dixi ſupra xl.q.iuxta fi.quia ibi ſtatutum habebat vnicam partem tantum diſpoſitiuã hic vero diſpoſitiuam & limitatiuam.

## Quadrageſimo ſeptimo

47 † ſtante eodem ſtatuto Titius fuit bannitus pro iniuria facta filio Gaij. habuit pacẽ a Gaio debito tẽpore. Quæritur an ei proſit dicta pax? In hoc Bar.breuiter dixit quod ſic, niſi pater ſit vilis perſona l.ſed ſi vnius. §.ſi filio.ff.de iniur.per illum tex. ꝙ etiam intelligitur ſiue ſit in poteſtate ſiue emancipatus ſecundum gl.inſtit.de iniur.§.itaque. quam gl.tenuit Dy.& ſequitur Cy.in l.ſi nõ cõuitij.C.de iniur.in q.iiij.Sed Iac.de Are. & Oldr.dicunt ꝙ remiſsio quam pater facit de iniuria facta filio nocet ipſi filio vi

Source : BIU Cujas

uo patre, eo autem mortuo non l.ij.§.cæte-rum.ff.ſolu.matri.& ſic ſecundum Fran.de Are.in.§.filio.hęc q.non eſt expedita.Ang. autem ibidē dixit opi.Bart.veram ſi ſtatutū loquitur in rem puta quia dicit cancelleť ſi habuit pacem.Habet enim tūc ab eo qui fa cere potuit.Si vero ſtatutum dicit ſi habuit pacem ab offenſo,vel eius hærede dicit di-ctum Bar.non procedere,quia filius eſt ille qui eſt offenſus l.lex cornelia.§.illud.eo.ti.

Subtilius aduertendum puto ꝙ in iuri-bus ſupra allegatis,agitur de actione priua ta remittēda non de pœna publica.Et ideo forte illa iura non ꝓbant id ad qđ allegant. Pro Bar.tñ facit l.in perſonam.§.j.de pact. & quod ibi no. Et ideo mihi vř ſic dicen-dum,ꝙ poſtꝗ ciuitas ſtatuēs remittit pœnā ſibi applicanda ſub prætextu pacis habite ab offenſo,quod illa pax debeat procedere ab illo cui ius priuatum competebat arg.l. eius eſt nolle.de reg.iur.et l.is poteſt,de ac-qui.hære.& quod habetur in l.iure gentiū. §.ſi paciſcar.ff.de pac.& ideo aut bānitus fuerat quis ex iniuria facta filio per ꝗ com petit actio prætoria patri,quia non pro ver beratione,pulſatione,vel domus filij introi tu.Et tunc ſi vera opin.Bar.illa enim actio patri competit & non filio.& principaliter dicitur pater offenſus ſicut filius ita intelli-go l.j.§.vſq; adeo.de iniur.& l.ſed ſi vnius. §.filio.& l.in perſonam.& ꝙ dixit Bart.in l.ambitioſa.circa princi.Sufficit enim tunc pax habita a patre etiam emancipati, niſi pater reſpectu filij ſit vilis perſona vt ibi. Si vero fuit bannitus pro offenſione manu facta vel introitu domus filij, vt ſupra.Pro quibus iniurijs competit filio ciuilis ex le-ge cornelia iniuriarum actio,vt l.lex corn. in prin.&.§.illud.& tunc ſit vera opi.Ang. tūc enim filius eſt principaliter iniuriatus, quia pulſatus vel verberatus.ꝙ factum nō poteſt principaliter ad patrem trahi.l.in li-bello.§.facte.de capti.l.nec vtilem.ff.quib. ex cau.ma.Et ſic nō ſufficit quia patri actio ius prædictæ exercitium competat,vt dixit gl.in.§.illud quia nomine filij exercet non ſuo vel exercet actionem filij non ſuam. Et ſic vtroq; modo non eſt ille de quo ſtatutū loquitur.l.ſi vero.§.de vtro.ſolu.ma.ſiue di camur ſtatutum intelligi de offenſo princi-paliter ſiue de eo in quo actio radicatur. Vnum tñ poſſet eſſe verum ꝙ ſi eſſet banni tus propter filij mortem,pater eſſet ille qui ex morte filij principaliter offenditur . Et tunc poſſet reddere pacem etiam ſi non ſit hæres filij per dicta iura, & ſic poteſt limi-tari ꝙ dixi ſupra in qō.xxxv.vt ibi tetigi in ſi.An autem ſufficiat pax habita a domi-no pro iniuria facta ſeruo.pro iniuria facta vxori a marito & ſi. Vide per Bar.in l.j.§. vſq; adeo.de iniur.ver.idem ait. & per Cy. in d.l.ſi non conuitij.quæ etiam per prædi cta poſſunt declarari.

Stante dicto ſtatuto dāte beneficium bānito ſi habeat pacem ab of-fenſo vel eius hærede de qua conſtat publicum inſtrumenta interuenien te pacis oſculo vel non.Contingit caſus ꝙ bannitus ſucceſsit hęredi offenſi,& fecit fie ri publicum inſtrumentum a notario quali ter ipſe vt hæres offenſi ſibijpſi proprio no mine pacem faciebat de offenſionibus pro quibus bānitus fuerat. Queritur an habeat beneficium pacis , & ſic debeat cancellari.

48 xlviij.†Iſta quęſtio fuit de facto Bononie, & eam diſputauit dñs Bartolucins de Pre-tis ſolennis doctor. Et dixit quæſtionem ha bere duo dubia. Primum qñ ſtatutum ſine prouiſio dicit ſine oſculo.Secundum quan-do cum oſculo.Ad primum qñ ſtatutum di cit ſine oſculo,arguit ad negatiuam.Primo a verbis ſtatuti a quibus recedendum non eſt.l.conſtitut. ad muni.l.j.§.ſi is qui nauē. de exerci.Ipſa autem videntur requirere actum duorum,dum dicunt habita pace ab offenſo vel eius hærede.ff.de pact.l.j.§.pa-ctum.l.ille a quo.§.tempeſtiuum.ff.ad treb. cum multis ſim.Cum ergo hic non ſit actus duorum,ergo nō habet beneficium.Secun-do quia vbi quis habet actionem contra tu torem, cum nō poſsit ſuſtinere vicem duo-rum datur curator ad litē de tute.l.qui ha-bet.C.de in li.dan.tu.per totum . Tertio a natura extinctionis quam operatur aditio hoc modo ius retinendi in banno, id eſt ip-ſa diſcordia videtur extincta per ſucceſsio nē ſicut debitor ſuccedit creditori vel ecō-uerſo de ſolu.l.ſtichum.§.aditio.C.de pact. l.debitori.de neg.geſt.l.ſi ab eo.cum ſim.Si ergo eſt extincta diſcordia,nō poteſt habe-re locum ſtatutum.Ad affirmatiuam arguit ſic. In actibus voluntarijs quis vtitur vice duorum ar.ff.de offi.præſi.l.j.& ij.de offic. præſi.l.præſes.de adop.l.ſi cōſul. de ſti.ſer. l.j.§.ſi cōis.Sed actus pacis eſt voluntar ius. ergo &c.Secundo quia tutor ſibijpſi aucto ratur emendo bona fide vel ſoluendo.C.de contrahen.emp.l.cum ipſe.& ff.eo.ti.l.ſiſtu las.§.qui fundum.Item quis ſibijpſi parcit. ff.de edil.edic.l.cum aūt.ergo ſibi dat pacē. Præterea quis dat ſibi vicem.l.plane quod cuiuſq; vni,no. ergo & pacē.Pro hac par-

Source : BIU Cujas

te adducit argumentum de tanquam quia iſte bannitus non fecit vt ipſe ſed tanq̃ hæres, vnde alius ſibi non ipſe ſibi vr̃ pacem facere. de adop. l. ſi pater. §. qui duos. cũ ſi. allegat ad hanc partẽ multa iura. l. fi. C. vbi & apud quem. l. filius. de inoffi. teſta. & multa alia ſoluit valere pacem & prodeſſe ſibi per prædicta. Ad contraria reſpondit quia licet requiratur actus duorũ hic adeſt, quia eſt actus banniti & hæredis. Nam non facit ſi ſibi pacem vt ipſe ſed vt hæres. Non ob. quod ius diſcordie ſit extinctum, quia fatetur quo ad ſe non quo ad ius cõe, ſicut in ſimili no. in l. frater a fratre. & de duo. re. l. fi. & de fideiuſſo. l. vrannius. Preterea dixit non videre effectualiter extinctũ. l. ſi ei. §. ſi is cui. de euic. vera eſt eius deciſio pro qua Albe. in opere ſtatutorum. quæ. cclxiij. breuiter dicit qõ. fuiſſe diſputatam, & ita determinatum fuiſſe per dictam. l. filius. dixit melius facere. l. ſtatu libera §. ſi filius. ff. de ſtatu. & eundem. §. allegat Ray. idẽ tenens in d. l. filius. Secundum dubium qñ ſtatutum requirit pacis oſculum non fuit proſecutus dicẽs illud eſſe magis dubitabile, ſed poteſt dici idem qua ſi illud requiratur vbi interuenire poteſt, alias non, ſicut dicitur in pupillo conſtituente domicilium in quo requiritur animus, quia intelligitur qñ conſtituitur ab eo qui habet animum ſiue cognitionem, alias nõ requiritur animus, quia intelligitur qñ conſtituitur ab eo qui habet animum ſiue cognitionem, alias non requiritur argumentum. C. de emancipatio. libero. l. penul. ſecundum Bart. in l. placet. ff. ad muni. Et ſicut dicimus in renũtiatione quæ debet fieri in manibus ſuperioris. quia intelligitur qñ poteſt, alias non requiritur, vt Papa renunciante papatui, vt not. in c. j. de renuncia. lib. vj. ſicut ẽt in matrimonio qđ requirit verba, quia intelligit̃ qñ ſit ab eis qui loqui poſſunt, alias nõ, vt in cap. tue de ſponſa. Et facit quod habet̃ in l. j. §. lex falci. ff. ad l. fal. et quod dixi ſupra. q. xlvj. Preterea ſecundum morem aliquarum partiũ etiam hic poteſt interuenire pacis oſculũ, ſcilicet oſculando ſibi ipſi manum &c. Poteſt ergo ipſe bannitus vt hæres offenſi, ſibi vt bannito qui offendit pacem reddere ꝙ eſt notandum.

## *Sed pone quadrageſimo-*

49 nono. †Loco ſtatuto cauetur bannitũ debere rebãniri habita pace ab offenſo & nihil dicit de hærede, an ſufficiet pax habita ab hære. Albe. in quæſtionibus ſtatutorum. q. cclxiiij. formauit quæſtionem hoc modo. Statuto cauetur quod quis nõ exeat de banno ſine voluntate offenſi, & nihil dicit de hærede. Queritur ſi offenſus moritur ſine hærede, an poſsit de banno exire. Et dicit quod ſic. argumen. C. ſi man. ita fue. l. j. et qa poſt mortem velle nõ poteſt. C. de ſac. ſan. eccle. l. ĵ. Et pro hoc bene facit ſecundũ eũ. ff. loca. l. iiij. & extra de reſcriptis. c. ſi gratioſe. lib. vj. cum ibi not. per Archidi. & Io. Andre. de offic. delega. cap. ſi delegatus. eo. lib. & quod no. C. de contrahẽda empt. l. ſi. Idem putat ſi ſtatutum loqueretur de hærede & offenſus decederet ſine herede. Dixit etiã Odof. tenuiſſe quod ceſſante omni ſtatuto bannitus non poſsit eximi de banno ſine licentia offenſi per l. ſi manumiſſus. C. de liber. & eo. lib. & C. de epiſ. et cler. auth. Item nulla cõitas. Si recte conſideras termini ſunt omnino diuerſi. Aliud enim eſt dicere quod bannitus rebãniatur habita pace ab offenſo. Et iſto caſu puto ꝙ ſufficiat pax habita ab hærede in authẽ. de iureiu. a mo. præſti. §. j. cum concor. Eſt enim ſtatutum fauorabile ergo ſic debet intelligi l. illud. C. de ſac. ſan. eccle. et quod no. per Bar. in l. ſi conſtante. ſol. mat. in j. q. Et iſto caſu ſi moritur ſine herede non habebit beneficiũ ſtatuti, vt dixi ſupra q. xlj. Non. n. habuit a defuncto, nec ab herede. Et ſic non poſſunt verificari verba ſtatuti l. hos accuſare §. ſi. ff. de accuſ. cum ſi. Non tñ ſequeretur ꝙ de banno per aliam viam exire non poſsit ẽt ſi verum eſſet vltimũ dictum Odof. per ea quæ dixi ſupra proxi. q. in fi. Et aliud eſt dicere quod quis non poſsit exire de banno ſine voluntate offenſi. Quo caſu locum habere non põt quod dixit Alb. per iura per eum allegata. Sed recurre ad plene not. per Bar. in l. centeſimis. §. fi. ff. de verb. ob. Vbi patet quod aliud eſt requiri ad eſſe voluntatem, & aliud ceſſare voluntatẽ. Illud autem quod dixi ſtatuto non diſponente aliquid bannitum non poſſe eximi de banno ſine voluntate offenſi mihi non placet, quia aut vult eximi de banno per viam iuſtitie puta ſoluendo cõdemnationem & clarum, quod voluntas non requiritur cum debeat illam fiſco, inſtitu. quib. mod. tol. obl. in princi. &. §. j. Aut per viam gratie & idem quia fiſcus poteſt ſuum remittere vt ibidem. Fateor tñ ꝙ ex illa remiſsione non tolleretur ius ipſius offenſi, vt d. l. ſi manumiſſus. pro quo tamen vide quæ dicam infra in vlt. tẽpo, parte j. q. x. Vbi tractabo an per reſtitu

Source : BIU Cujas

tionem a banno tollatur ius quæſitū tertio.

50 *Quinquageſimo quero* † dixi ſupra i primo tēpore parte j.q.v.quod vniuerſitas quāq; banniri poteſt. Pone quod vniuerſitas ſuit bannita, & quod dictat ſtatutum quod banniti debeant cancellari ſoluendo certū quid ſi pacem habuerint ab offenſis. Queritur an cuilibet de vniuerſitate debeat fieri pax, & an quilibet debeat quantitatem taxatam ſoluere? Alb.de Gand.in opere ſuo in rub.de bannitis, verſi.item quid ſi.quem ſequitur Alb.vbi ſupra q.x.tenet ꝙ cū fuerit tm̄ vnum factum ſufficiat pacem reddi ſyndico, & quod ſoluatur tm̄ vnica quantitas,allegat.ff.quod cuiuſq; vni.nomi.l.ij.ibi non erit hoc dicēdum quaſi a pluribus &c. & ff.de fideiuſſ.l.mortuo. Iſta qō eſt facilis ſtatuto ſimpliciter dicente de bannitis. Sed magis eſſet dubitabilis ſi ſtatutum diceret quod quelibet perſona bānita &c. idem tū putarem.ſ.quod haberet beneficiū ſtatuti, quia ēt appellatione perſone comprehēdit vniuerſitas.Caſus eſt in l.j.C.de iuriſd.om. iudi.licet Inno.dixerit contrarium in c.graue.de ſent.excō.vbi dixit quod ſi facio Titium procuratorē contra oēs homines,non erit procurator contra vniuerſitatē, quia id eſt nomen iuris quod ēt non ſequit Bald. in l.ſed ſi hac.§.qui manumittitur.ff.de in ius voc.per l.metum.§.animaduertendum. ff.quod me.cau. Item quia vnica ſufficeret ſolutio,vt d.§.qui manumittitur.& l.in tantum.§.vniuerſitatis.de re.diui.& quod dixi ſupra parte proxima huius tpis.q.xxvj.

*Poſtquam in materia* pacis verſamur

51 circa idem,lj.quero.†bannitus ex eo ꝙ Titium interfecit vel percuſsit fecit pacē cū quodam alio ſuo inimico, vel cum eodem Titio non exiſtente ſtatuto ꝙ debeat cācellari, & in ea pace fuerunt facte promiſsiones de inuicē nō offendendo,deinde ille qui pacem fecit ſub prætextu ſtatuti quo permittitur bannitū poſſe impune offendi,verberauit dictum bannitum cum quo pacem fecit vel aliter,offendit.Queritur an inciderit in pœnam rumpētis pacem ſtatuti quod imponit maiorem quam promiſsionis facte in pace.Hanc q.diſputauit Bar.quæ eſt vulgaris & incipit Lucane ciuitatis &c. & cōmuniter habetur.& ideo breuiter me expediam.Concludens vna cum eo quod nec in pœnam ſtatuti incidit,nec in pœnā conuentionalē.De pœna ſtatuti eſt clarū,quia illud ius perdidit bannitus,vt dictum eſt in j.parte huius temporis.q.iiij.De conuentionali probatur, quia talis pœnalis ſtipulatio fuit nulla tanꝗ adiecta cōtra illud ꝙ erat inductum publica vtilitate, vt l.ij.C.qñ lib.vni. ſine iu.vin. iuncta l.iure gentium.§.ſi paciſcar.ff.de pact. item quia licuit ei rumpere fidem datam Hoſtien.ut dixi ſupra in parte præcedenti q.xv.per l.j.§.non fuit.ff.de dolo. Tertio quia cū publico iure vindictam proſequatur,vt dixi ſupra eadē parte præcedenti q.xliiij.illud ius remanſiſſe non vr. facit ff.de inoffi.teſta.l.filius.de bo.liber.l. ſi filius. De quo dic plene vbi ſupra ꝙ ſequitur Bal.in multis locis in.§.item ſi paciſcar.in d.l.ij.qñ li.ſine iudi.vin.vbi ēt Bart. ponit.Sed in l.j.ff.de pac.referendo opi.aliquid addit.dicit enim deciſionem veram in bannitis qui ſunt extra protectionem ſcilicet qui poſſunt impune offendi. De quibus dixit Bar.& addit rationem quia ius offerēdi eſt introductum in odium bānitorum ergo ei renunciari non poteſt, vt no.in l.ij.C. ne fi.do.den.in l.ſi diuerſa.C.de tranſact.in l.ius publicum.ff.de pactis.Et ſiue propter publicam vtilitatem ſiue propter odiū bannitorum ſit introductū renunciari non potuit.In bannitis qui ex forma ſtatutorū nō poſſent offendi dicit ꝙ offendenti imponit pœna iuris cōis non ſtatuti, quia illud perdit bānitus,niſi pœna ſtatuti ſit minor.Tūc enim illa imponit non ꝙ illud beneficiū capiat bannitus, ſed quia offendens eſt illius beneficij capax.ff.ad l.fal.l.cū dotē.iſtud dictum credo verū ſi ex forma ſtatuti diceret ꝙ bannitis non fiat ius ſcd̄m formā ſtatuti. Si aūt nullū eſt ſtatutum ꝙ contra bannitos loquat nihil perdunt, niſi illud ꝙ in banno cōtinetur ēt ſcd̄m Bal.in l.j.C.de hær.inſti. & dixi ſupra.in j.par.huius tpis.q.iij.Subdit ēt in d.l.j.qd̄ ſi pax eſſet iurata talis bānitū offendēs deberet puniri ſi accuſaretur, quia tunc pax valeret iure diuino & humano. Licet aūt poſſet accuſari non tū poſſet cōtra eū inquiri,quia reſpublica nō eſt offenſa,quia voluit eū offendi poſſe. & ſic ei non ſit iniuria.credo ꝙ iſtud dictum in foro ciuili non ſeruaret,quia ſi ponimus tale pactū contra publicā vtili.factū eſſe cōtra bonos mores,tale iuramentū nullius eſſet momēti ēt de iure cano.ut in regula nō eſt obligatoriū.et idē ſi diceret alia rōne nullū ipſo iure,vt d.l.nō dubiū. Poſſet aūt forſan in foro eccleſia.cōueniri ꝙ canoniſtis relinquo.

Sit ergo cōcluſio in hac q.licet aliqui aff

dixerint, vt refert Bal. in d. l. j. C. de hæred. inſti. & Alb. vbi ſupra quęſt. xxix. vbi dicit Odof. diſputando ſic tenuiſſe per l. qui ſeruum. de verb. obl. quod in bannitis de quibus quæſtio loquitur, talis offendens illum qui erat bannitus tempore pacis, vt in themate ponitur non dicitur pacem rumpere, & ſic nec pœna ſtatuti nec conuẽtionali pœna tenetur ꝙ limita vt dicam ſtatim in ij. q. Et procedunt prædicta qñ ſtatutum permittit generaliter offendi bannitũ. Sed ſi permitteret occidi bannitũ inimicũ ſecus eſſet, vt l. j. §. fi. de adimen. lega. ſecundum Bal. in l. reos. C. de accu.

*Quinquageſimoſecundo*

52 queritur† prædicta qđ loquitur qñ erat bãnitus tempore pacis ille qui poſt pacẽ fuit offenſus. Quid ergo ſi fuit poſtea bannitus. Hæc qđ minus habet dubij. eam tñ diſputauit Iac. de Bel. ꝗ poſuit C. vt intra cer. tem. l. j. & eius determinationem, ſed decurtatam refert Ioan. And. in regula fruſtra. lib. vj. in iiij. qõ. quæ fuit cum diſtinctione. ſ. an perderet bona an nõ. De qua ibi licet Bal. aliter illam referat in l. j. §. non fuit. ff. de dolo. Sed Old. qui ẽt ipſam diſputauit, tenuit ſimpliciter talem offendentem in pœnã nõ incidere ſiue perdiderit bona ſiue nõ. Sufficit enim ꝙ virtute ſtatuti poſsit ĩpune offendi. & ſic propter publicã vtilitatẽ ſuperuenientem priuata & cõuentionalis lex rumpitur. ff. ad ſil. & l. ſi quis in graui. §. verũ. Secundo quia per legis auctoritatem ſuperuenientem cauſatam a delicto non ſolũ tollit lex cõis, ſed ẽt priuata ſiue conuentionalis. ff. de leg. j. l. quid ergo. §. ſi hæres. de verbo. obli. l. qui ſeruum. vbi And. Zaf. dicebat eſſe caſum. Item quia vř eſſe diuerſis homo ab illo qui erat tẽpore ſtipulationis ad tre. l. ex facto. §. ex facto. & ita firmat Ioã. And. in dicta regula fruſtra. & ſequitur Bal. in d. §. nõ fuit. & in l. iuriſgentium. §. item ſi paciſcar. & Bar. vbi ſupra & in prædictis iuribus. Siue igitur fuerit bannitus tempore pacis ſiue poſtea, nulla pœna committiť. & ita ſeruať. Vide tñ quæ dicam infra proxi. q.

*Quinquageſimotertio* queritur

53 †duo ciues fratres habentes caſtra quę recognoſcebantur a ſua ciuitate habebant ad inuicem guerram, perueneruntꝙ ad pacem, & promiſerunt vnus alterum non offendere ſub certa pœna, pro ꝗbus certi ciues hinc. inde fideiuſſores extiterunt. demum vnus ex iſtis fratribus commiſit graue maleficiũ propter quod fuit bannitus. & ſic ex forma ſtatuti poterat impune offendi. Alter frater ei bannito caſtrum abſtuliť. Hãc quæſtionẽ diſputauit Egidius de foſcaris & altius exordiuit ſuccincte tangens aliqua de materia bannitorum quæ Bart. in dicta ſua diſputatione latius fuit proſecutus. & poſt argumẽta pro & contra concluſit quod quia offenſa permiſſa trahitur ad modicam offenſam. de ſer. vrb. prędio. l. duas. & C. de inoffi. teſta. l. filia in orbitate. offenſa autem bonorũ facta contra fratrem reputatur grauis. Ita quod propter hoc conceditur exheredatio in auth. de nupt. §. ingratitudinem. Ac etiã conſiderato quod ei bona non ſunt adẽpta & quia hoc caſu indefinita non equipollet vniuerſali, quia non comprehendit fratrẽ ſtipulationem pœnalem fuiſſe commiſſam. hoc maxime per l. ex ſententia. de teſta. tu. vbi tex. dicit non admittendum excuſationem quam ex iure publico recipit quoniã promiſiſſe videbatur. Sed aduertendum ad dicta ſupra in proximis duabus quæſtionibus ex quibus colligitur quod hæc deciſio non eſt vera. Non ob. l. ex ſentẽtia, quia loquitur in iure priuato cui renũciare poterat. hic in iure publico. Præterea ibi loquitur in eo qui ſciebat ſibi cõpetere, hic ignorabat. & ideo non intelligitur remittere. l. ſi quis tutor. de iurepa. quæ contrariatur dictæ. l. ex ſentẽtia. Sed eſt hæc deciſio Egidij not. pro eo quod noluit in generali ſiue indefinita promiſsione offendẽdi comprehẽdi fratrem quod eſt cõtra deciſionem Bar. in l. ſi adulterium. §. liberto. ff. de adulte. de qua dixi ſupra in ſecunda parte huius tẽporis. q. x. & iſtam puto veriorem, quia ſecundum quod dixit Egidius indefinita eqpollet vniuerſali. ſi in quolibet eſt eadẽ ratio ſecundum Dy. in l. ſi pluribus. de leg. j. ſed nõ eſt eadem ratio in fratre quę in extraneo, vt de ſe patet ergo &c. Pro diſputante etiam facit, quia indefinita equipollet vniuerſali de equitate. l. ſi ſeruitus. ff. de ſerui. vr. prędi. In fratre autem quod poſsit alterum fratrem offendere nõ eſt equitas, immo repellitur etiam per viam iuris, vt l. ſi magnum. C. qui accu. non poſ. Concluditur ergo quod deciſiones de quibus in duabus proximis quæſtionibus vere ſunt in extraneis non in fratribus quod alij non tangunt & eſt no. & equitati cõſonum. attentis maxime his quæ dixi in dicta. q. x. quibus hęc adde, & illa hic etiam videas.



Source : BIU Cujas

*Materia pacis quo ad* præſentem tractatum ſic taliter expedita ad alia accedens. Quinquageſimoquarto 54 quero.† Statuto cauetur quod qui ſtetit in banno per decenniũ ſoluta certa quantitate debeat cancellari. Titius fuit bãnitus ꝓ vno maleficio, deinde ad duos annos fuit bannitus pro alio quod fieri põt, vt ſepius dixi, elapſo decennio ſoluit, & petit ſe cancellari a primo & cãcellatus eſt, elapſis deinde duobus annis vult cancellari a ſecundo, dr̃ ſibi quod non poteſt, quia debet ſtare decem annis poſt finẽ primi banni, queritur quid iuris. Iſtam qõnem in interdictis domibus vicinis maleficio formauit Guido de Suz. in q. ſtatu, mihi, charta. v. ij. colũ. & ibi plene relatis omnibus concludit fuiſſe determinatum ꝙ aut. n. dñi domorũ erãt præſentes tempore ſecundi maleficij. & currit quinquennium, poſt finem primi aut nõ, & currit a die interdicti etiam durante tempore primi. ex qua deciſione ad propoſitum infertur quod cũ ſecundum bannum datur ex proprio delicto decenniũ currat a tempore finiti primi. Bart. autem in cõfinato in l. in ſenatus. ff. ad turpil. dicens fuiſſe alias pluries diſputatũ, poſt alleg. cõcludit quod aut ſtatutũ ſimpliciter loquitur, vt dixi, ponendo annos decẽ vt genus, & tunc ſecundum decennium currat a tẽpore primi finiti, vt ſic illi tempori non imputetur, niſi illud bannum, ar. l. ſeruus qui in teſtamẽto. §. j. de ſtat. lib. & ſic in ꝓpoſita quæſtione nõ debeat cancellari. Si vero illud tempus decennij apponitur vt ſpecies, puta quia ſtatutum dicit quod ſtet in banno per decẽniũ a die lati banni. Tunc finitis dictis duobus annis deberet cancellari, quia tunc illud tẽpus ponitur vt ſpecies, ſic intelligatur de illo quod ſtatim ſequitur & non de alio. vt l. ũ vſufru. mihi in biennium. ff. de vſufruc. leg. ſpecies enim non duplicatur l. lucius. §. impuberem. de lega. ij. Si latius videre velis, ibi vide.

55 *Quinquageſimo* quinto. † Incipiam de aliquibus generalibus ad hanc materiã ſpectãtibus. & primo ſtatuto cauet quod ſyndicus vniuſcuiuſque ville debeat denũciare omnia maleficia cõmiſſa in confinibus ville infra certũ tẽpus ſub certa pœna. Titius bannitus fuit offenſus in villa, vult ꝙ ſyndicus denũciet poteſtati, ſyndicus dicit ſe nõ teneri, quia ex forma ſtatuti poteſt impune offendi, queritur an tranſacto tempore intra quod debet denunciari ipſe non denuncians inciderit in pœnam. Item eſt ſtatutũ ꝙ homines de villa teneantur trahere ad rumorem & capere malefactores ſub pœna. homines de villa nõ cœperunt talem offendẽtem bannitũ, queritur an villa incidat in pœnã ſtatuti, & ſic 56 eſt quinquageſimaſexta qõ. † Determinationes harũ duarũ qõnum ſunt contrarie, quia in prima ſyndicus non denuncians tenetur ad pœnam l. fi. §. diuus. ff. de publi. & ibi per Bar. Sed villa non capiens talẽ offendentem in pœnam non incidit. ff. ad ſil. l. iij. §. ſi maritus. & ꝙ ibi per Dy. & Bart. & eſt ratio diuerſitatis, quia denunciatio quæ fit a ſyndico fit ad cognoſcendum an illud ſit maleficiũ vel non, quæ cognitio ad eum nõ ſpectat, ſed ad iudicem, ar. ff. de no. ope. nun. l. de pupillo. §. meminiſſe. ver. quoties. & ita diſputando tenuit Thom. de Azo. & incipit eius diſputatio. Duo ſunt ſtatuta. & pro ratione allegat, quia denuncians eſt merus executor. & ideo non habet vlterius querere. l. j. §. ſane. ff. de offi. præfe. vr. & de cuſto. reo. l. diuus. Captio aũt fit ad executionẽ, immo eſt pars ipſius executionis. Vñ ſi liquet executionem non debere fieri, villa non exequens non tenetur. & ita firmat Bar. in iur. ſupra dictis. Facit. ff. ad turpil. l. j. §. j. vbi etiam tangitur. Facit etiam, quia captus in flagrãti crimine poteſt ſine proceſſu puniri, vt habetur in l. ictus fuſtium. ff. de his qui no. infa. & ideo ipſa captura dicitur fieri ad punitionem non ad cognitionẽ, merito non cogitur villa ipſum capere, maxime cum pro eo ꝙ ſcit non eſſe maleficiũ, non debeat ſe exponere periculo qđ alias ſubire deberet. vt d. §. ſi maritus. iuncta. l. j. §. potuiſſe. eo. ti.

57 *Quinquageſimo* ſeptimo† queritur, quidã debitor Titij in centum. Titius fuit bannitus. hoc non obſtãte debitor ei ſoluit. queritur an fuerit liberatus. dixit Bar. ſimpliciter ꝙ non in l. fina. de requi. re. per illum tex. ad l. reo. de ſolu. reſpondet ꝙ ibi loquitur in reo comparente non in contumace. Sed puta aliter dicendũ ꝙ aut bona erant confiſcata, & verũ dicit Barto. ibi. n. loquitur in bannito de iure communi cuius bona erant adnotata aut adnotari debebant. per l. j. eo. tit. Si vero bona non erant publicata non video rationẽ quare ei ſolui non poſſit alio non dato. & ideo liberatur debitor ſoluens creditori. in

ſti.qui.mo.tol.oblig.in prin.&.§.j.

58 Quinquageſimo octauo.†Sciendũ eſt ꝙ Ray. diſputauit qõnẽ habentẽ duo membra, quorum vnũ hic ponam. Aliud ponã in vlti.tẽp. cũ de filijs banniti mortui loquatur. Statuto cauetur ꝙ bannitus ob rebellionẽ caſtri ſit in perpetuum priuatus omni commodo ciuitatis, & deſinat eſſe ciuis, & quod nullus cum eo contrahat ſub pœna librarũ mille. Item ꝙ nullus audeat eum ſociare vel in domo tenere. Titius cõtraxit cũ tali bannito ob rebellionẽ, eũ aſſociauit, & in domo retinuit, queritur an veniat puniendus in mille tantum, an in tribus milibus, vel quibus pœnis. Et arguit hincinde multũ late, ſed ſuccincte referam multis trũcatis. Et ꝙ vt pœna puniatur, facit quia vna lex plura habẽs capitula vnica cenſetur cenſura.l.etiã.§.ex cauſa.ff.de mino.de verb.obli.l. ꝙ dicitur. Præterea etiam ſi plures leges intelligerentur punitus vna non puniretur alia.l. ſenatus. de accu. Secundo ſeparatorũ ſeparata ratio eſt l.fi.de calum. Sed contractus & delicta ſunt ſeparata igitur pœna impoſita cõtractui non intelligitur appoſita delicto ſcilicet aſſotiationi & retentioni in domo, & ſic in mille tantũ puniatur. Tertio arguit a verbis claris l. non aliter. de leg.iij. dicens illa verba clara ex quibus obſcuritas non reſultat, ſed ſtatutũ ſolum contrahenti pœnã imponit. Ergo arguit quarto ab actus poteſtate, quia pœna nõ poteſt eſſe ſine lege, ſed lex poteſt ſine pœna.l. ſi qua pœna, de verbo.ſigni.ergo non requiritur ſuppletio. ad legẽ, & ſic vnica pœna puniatur alijs nõ ſuppletis, quinto a ſufficientia vnice pœnę in vno delicto.l.ſancimus.C.de pœnis. Sed hic eſt vnũ delictũ, quia fecit cõtra ſtatutũ, vt l.cõtra legẽ.ergo &c. Sexto arguit a legis ſimplicitate quæ in aſſociando & retinendo ſimpliciter loquitur.ergo pœna non ſuppeletur.l.j.§.ſinautẽ.ff.ad turpil. In contrarium arguit alijs ſex rationibus. Et prima eſt a potentia legis repetitiua per dictionem, Item l.in repetendis.de leg.iij. cum ſi. Secunda a pluralitate delictorũ ad l. aquil. l.illud.§.fi.& ſic plures pœnę.l.nunquã plura.de priua.delict. Tertia ab excluſione immunitatis pœnę, quia ꝙ ſit ad pœnã nõ operatur immunitatẽ l.ſiue hæreditaria. de nego.geſt. Et ideo prima pars ponens pœnam nõ arguit reliquis in partibus immunitatẽ. Quarta a proportione legis ſpecialis & generalis, quia ſic ſę habet generalis ad generalem ſicut ſpecialis ad ſpecialem.ff.de teſt. l.iij.§.fi.& C.de ediſi.priua.l. an in totũ.cũ ſi.& de admi.tut.l.ſi duo. Sed ꝙ in lege cõmuni & generali in principio dicitur intelligitur in fine repetitũ.l. regula.§.penul.ff. de fa.& iu.igno.inſti.ad l. aquil.§.hoc tamẽ capite. de eden.l. ſi quis ex argentarijs.§.ſi initium tabularum.ergo idẽ in hoc ſtatuto ſpeciali.& ſic in alijs capitulis ẽt pœna mille intelligatur repetita. Quinto arguit a grauitatis diuerſitate delictorũ & contractuũ, quia grauius debet punire delinquens quã contrahens l.in actionibus, de in litem iurã. l.non dubium.C.de legi. Sed in hoc ſtatuto punitur contrahens, ergo fortius delinquens.ſ.aſſocians & retinens. Sexto a durante qualitate cauſę prohibitiue, quod ſic oſtẽdit. Poſt delictum durat ẽt virtus legis pœnalis, quia illa perpetua.C.de diuer.reſcrip. l.falſo, ergo licet ſemel contrafecerit & in pœnam inciderit, nihilominus durante lege contrafaciendo iterum in pœnam incidit. Soluit quod imponi debet pœna mille tantum determinata, quia contraxit. In alijs autem nõ imponetur determinata pœna mille. Quod duabus probat rationibus, quia illa pœna eſt contra ius commune.l.ſi tibi.§. is cuius.ff.manda.de pœnis l.quidam. in fi. ergo non trahitur ad alia.l.quod vero.ff.de legi.& quia impoſitio pœnę eſt odioſa, ergo reſtringenda, vt in regula odioſa. & ſic non habet locũ repetitio, allegat.l.talis ſcriptura.in fi.de leg.j. Sed pro aſſociatione & retentione in domo punietur extra ordinẽ per tit.de recepta.cũ ibi no.& quia ex prędictis ſatis patet reſponſum ad cõtraria nõ inſto, ſed remitto ad no. in d.l. nunquã plura.& in l.ſenatus. Et nota hanc deciſionẽ quę vult quod licet in ſtatuto imponatur in principio vni delicto certa pœna, illa tantum non intelligitur in alijs capitulis inducentibus alia delicta repetita, ſed remanet in arbitrio iudicis. Pro quo vide quod habetur per Bartol.in l.iij.§.eritq; differẽtia. ff.vi bono.rapt.& in dicta l. talis ſcriptura, de leg. primo.

59 Quinquageſimonono †circa dictum ſtatutũ queritur. Quidam attentauit rebellare caſtrum, & ad actum proximum peruenit. & ſic contra eum proceſſum fuit, & in banno fuit poſitus. Titius cum eo contraxit. Queritur an incidat in pœnam contrahentis cũ bannito ob rebellionem caſtri vel pro rebellione, & videtur ꝙ ſic, l.ſi quis non dicã

Source : BIU Cujas

rapere cum materia ſua.C.de epiſ.& cleri.
Sed dic contrarium quia aliud eſt rebellio
nem feciſſe,aliud attentaſſe l.ſi.ff.de re.di-
ui.& l.& ſeruorū.ff.de ſtatu homi.& l.aliud
de verbo,ſigni.Rebellio enim denotat rem
perfectam.l.j.in fin.ff.ꝙ quiſque iuris. Pro
hoc ꝙ not.Cyn.in l.is qui cum telo.C. ad l.
corne.de ſica.vbi dicit ꝙ ſtatutū ꝙ eſt factū
contra occidentem,non habet locum in eo
qui attentauit occidere,licet punitus fuerit
eadem pœna.Non obſt.l.ſi quis non dicam.
cum ſi.quia licet puniatur attentās ſicut fa-
ciens in atrocioribus,non tamē punitur ea-
dem lege,quia non eſt idem factū.l. in lege.
ff.ad l.corn.de ſica.l.aut facta.§.euentus.ff.
de pœnis.& vide in Spec.de accuſatore.§.
j.verſi.quid ſi primo.De rebellione autē in
genere vel de rebellionibus.Vide Bar.in l.
reſpiciendū.§.delinquunt.ff.de pen.& la-
tius in extraua.qui ſint rebelles.ſuper ver-
bo,rebellare.& ſuper verbo,rebellando.

60 *Sexageſimo* queritur† ſtatuto ca-
uetur ꝙ bānitus poſ-
ſit īpune offendi. Al-
tero ſtatuto cauetur quod non poſſint of-
fendi banniti in feſto ſancti Ioannis , quidā
offendit bannitum in rebus in feſto ſancti
Ioānis Baptiſte,Queritur an incidat in pœ-
nam ſtatuti. Vel pone quod non eſt niſi ſe-
cundum ſtatutum.Queritur an puniatur de
iure communi an ex forma ſtatuti. Alberi.
vbi ſupra q.cxj.dicit fuiſſe determinatum
ꝙ ſolum pœna iuris cōis,& qđ pœna ſtatu-
ti locū haberet in offenſione perſonali non
in reali.Allegat pro hoc.l.j.§.hæc autē ver
ba.ff.de his qui deie.vel effu. Sed dices tu
hoc eſt cōtra ea quæ dicta ſunt ſupra parte
proxima q.lv.vbi dr̄ ꝙ ſtatutū intelligitur
de quacunq; offenſione quod ēt dixit Bart.
in l.licitatio §.quod illicite de publica.Sed
reſponde qđ ibi loquitur in ſtatuto affirma
tiuo,ꝙ tanꝗ factū in fauorē reipublicæ &
quorumcūq; offendentium debet large in-
telligi.ff.de cōdi.& demō.l.hoc genus.Iſtud
vero fuit factū in fauorē bānitorum quibus
non debetur tantus fauor, & ideo reſtringi
tur.Cū igitur negatiue loquatur reſtringi-
tur ad offenſionē perſonalē, vt hic. vel dic
quod ibi tractatur de ſtatuto abſoluente a
pœna,ergo extenditur hic de condemnan-
te,ergo reſtringitur, vt in regula fauorabi-
liores.lib.vj.

61 *Sexageſimoprimo* quero, †an bannitus de
Florētia poſ-
ſit Bononiæ exercere officium ad quod ibi
fuit electus.Iſta fuit quæſtio Albe. qui alle-
gat vbi ſupra ea,quæſtio.quod ſic.ff.de ori.
iu.l.ij.§.exactis.& in prohemio ff.orum.§.
hæc autem tria.& C. de epiſco. audi.l.ma-
thematicos.Allegat in contrariū, quia ſunt
infames ſaltem infamia facti quæ eos con-
comitatur vbique ſicut lepra leproſum, vt
not.in l.fratre a fratre . Pro hoc de poſtu.l.
ex ea.C.de digni.l.neque.de regu.iur.c.in-
famibus.lib.vj.Et dicitur quod vidit ſerua
ri primam partem niſi eſſet in loco ſubdito
eidem domino. Quo ad primum vide quæ
dixi ſupra in prima parte huius temporis
quæſtio.xlviij.vbi plene tractaui an ſit in-
famis. Quo ad ſecundū vide quæ dixi ea.
parte.xvij.quæſtio.

62 *Sexageſimoſecundo.* †Statu-
to cauet
quod bā
nitus non poſſit eſſe de conſilio ciuitatis.&
quod ſi fuerit aſſumptus quicquid factū fue
rit non valeat,bannitus fuit electus ad con-
ſilium & interfuit & officiū exercuit, que-
ritur an ſit remouendus,& an valeant ge-
ſta. Hæc quæſtio fuit Guid.de Suza,& po-
nitur in l. nominationes.C. de appella. &
eius effectus refertur per Ioan.Andre. in ti-
tu.de accu.§.ſequitur. verſicu. quid ſi quis
bannitus ſuarum additionum.verſicu.cum
tractauerimus,qui tenuit ꝙ debeat ab offi-
cio remoueri per dictam l. nominationes.
& de appella.l.ſi conſtat.& quia factum cō
tra legem l.non dubium.C.de legibus. Nec
ob.ꝙ geſſerit officium, quia etiā tutor poſt
geſtionem remouetur l.hæc enim.§.fina.de
ſuſpec.tu.dixit tamen per eum geſta vale-
re per l.barbarius.de of.præto. de teſta.l.j.
de ſenten.l.ſi arbitri.cum ſi.Si latius videre
vis,recurre ad notata per docto.in l.barba
rius.Primum procedit niſi bannitus fuiſſet
admiſſus in conſilio tali modo quod cum
eo videri poſſet diſpenſatum ſecundum l.
quidem conſulebat de re iudi. ad quod fa-
ciunt not.per Bart.in l.ſi is qui pro empto-
re in eo qui in conſilio fuit admiſſus vt ci-
uis &c.Secūdum intelligo verum præter-
quā in geſtis in ſui fauorem,quia in eo ceſ-
ſat ignorantia quæ facit geſta valere,vt di-
ctis iuribus,niſi etiam ipſe ignoraſſet ſecun
dum quod dicam infra hac eadē parte.quę-
ſtione vltima.

63 *Sexageſimotertio.* †Stante ſta
tuto quod
bānitus nō
poſſit eligi ad officia,queritur,an poſſit eſ-
ſe ambaſſiator ſiue legatus. dixit Alberi.

vbi ſupra.q.lxxxvij. quod non, quia illud officium.C.qui.ex cau. ma.l.j. Probatur ẽt in l.legatus,ff.de legatto.& in alijs iuribus.

*Cum a modo* ſequatur tertium tẽpus quod erit poſt finium bannum,expedit, vt ad ea quæ illud finiunt accedamus. propter quod quęrã de pluribus.ſ.qui poſſint rebannire,qui poſſint talẽ rebannitionẽ petere, & de forma circa eius petitionẽ & expeditionem. Et incipiens a primo.

64 Sexageſimoquarto quero† qui ſunt illi qui poſſunt bannitos rebannire, vt ſic effectiue bannum dicatur extinctum. Bart. in l. relegati.ff.de pœnis,dicit per illum textum ꝙ ſolus princeps poteſt hoc facere.ꝙ intelligit de bannitis a ciuitatibus ſub illo principe exiſtentibus.& ideo bannitus in comitatu non poteſt rebanniri niſi ab ipſa ciuitate cuiuslibet comitatus.In ciuitatibus autẽ quæ non recognoſcunt principem vel ex pace cõſtantie, vel ex conſuetudine poteſt illud facere conſilium ciuitatis ꝙ totum populum repreſentat.l.aliud.§.refertur.ff. de reg.iur.& ꝙ not.C.quæ ſit longa conſue.l. ij.& ita tenuit Raymũ. in l.j.§. ſi conſulto. ff. de ſecũ.tab.per l. nihil tam naturale. de reg.iur.& idẽ in alijs quibus ipſum conſiliũ commiſiſſet.Poteſt.n.ſtatuta facere,vt l.omnes populi.ergo &c.l.prohibere.§.plane.ff. quod vi aut clam.de quo vide per Bar.in l. ambitioſa.Et ibi an talis poteſtas veniat in generali cõceſsione arbitrij ſuper bono ſtatu ciuitatis.

65 *Sexageſimoquinto* querit̃ † an poteſtas ciuitatis poſſit rebannire.Gui.de Suz.in ſuis quæſtionibus ſub litera.S.terminauit ꝙ ſic quod facit ex eo ꝙ bannitus malefactores facit capi,per l.non omnes.§.fin.ff.de re mili.& ad velle.l.j.& ij.§.verba.& C.in qui. cau. ſer. pro pre.li.ac.l.j.niſi ſtatutum aliter ſe haberet, vt l.oẽs populi.Et idẽ tenuit Gan.vt refert etiã Albe.vbi ſupra qõ.lxvj.Et allegat ad idẽ.l.ſi quis in graui.§.vtrum.ad ſille.& C.qui ad liber.procla.non licet.l.ij. Bart. aũt in diſtinctione tenuit contrariũ,vt tetigi ſupra hac eadẽ parte.q.vj.in fi.per text. in l.j.in fi.ff.de qõ.Pro qua parte Albe.prędictus alleg.C. de tranſa.l.præſes,l.diſt. c.j. ij.& iij.ff.de pœ.l.diui.& l.relegati. Et dicit videri expreſſe probari in l.prohibere. §.plane.ff.ꝙ vi aut clam. Et hanc opinionem dicit tenuiſſe Hugo de fontana . Ipſe vero concludit ꝙ prima opinio eſt vera,nõ exiſtente ſtatuto ꝙ vetet bannitos de banno eximi . Si autem tale ſit ſtatutum,tenet opinionem ſecundam.Hæc ſua opinio parum ſapit,quia quando eſt ſtatutum , poteſtas qui iurauit illud ſeruare non poteſt cõtra facere.Et ſi dicis poteſt ex cauſa.vt l.ſi. qui ſatiſd. cogan. Reſpondetur quod tunc eſſe vel non eſſe ſtatutum nihil releuat , vt de ſe patet.Puto aũt in hoc ſic dicendum ꝙ aut ſtatutum in ciuitate dat formam rebannitioni.& illa ſeruãda eſt l.cum hi.§.ſi prętor.ff.de tranſactio.Si vero ſtatutum formã non tradit & poteſtas eſt electus cum mero & mixto imperio aliquo non excepto. & poterit pro rebannitione banniti legem facere ſeruata forma quam ſeruare debet in ſtatuto condendo ſcilicet vocatis proceribus &c.ſecundum quod traditur per glo. Cy.& Bar.in l.j.ff.ꝙ quiſque iuris.& etiam per Bar.in l.oẽs populi.q.j.& hoc modo poteſt ſaluari dictũ affirmatiuũ Guid. cũ dicto tamen Albe.quia ſi eſſet ſtatutũ in cõtrariũ licet illud poſſet tolli a populo non tñ põt tolli a poteſtate , quia non poteſt contra illud quod a concedente ſibi authoritatẽ eſt ordinatum.C.de offi.præfec. præto.l. normam.& ff.man.l.ſi hominẽ. & ita intelligo quod not.prædictos in d.l.j. quod ẽt voluit Bar.in l.ambitioſa.licet de poteſtate nõ loquatur.Si vero vult facere per ſeipſum,aut per viam gratie ſiue legis,& non poteſt. vt d.l.j.in fi.de quæſtio.& ꝙ per Bar.no. ind. l.omnes populi.Si vero per aliquam viam iuſtitie, vt per viã reſtitutionis in integrũ ex iuxta cauſa.Vel per viã cognitionis ordinarię vt dicam in ſeq.Et tunc poteſt,quia ſub iuriſdictione ſiue arbitrio generali talia continentur.l.abſentem.C.de accu.& in titu.de reſti.in integ.Dixit etiam Ray.ꝙ ſi ex forma ſtatuti poteſtas põt differre bannum ad tempus, & illud diſtulit. quod eius ſucceſſor poteſt illam dilationem reuocare arg.ff.de diuor.l.ꝙ ait.& ibi per eum,quod mihi non eſt clarum niſi intelligatur ſecundum not.in l.fi.ff. de pœn.

66 *Sexageſimoſexto* quero. †Titius comparuit coram ptãte dicens Titiũ fuiſſe bannitum, & dicitur per multos quod ipſe eſt ille qui continetur in banno . Ipſe autem dicit ſe nõ eſſe illum de quo dictat bannum . Quero an id poſsit petere , & iudex ſic declarare, & ſi poteſt qui ſint citandi. In hoc primo qualiter hoc poſſet contingere,vide ſupra in j.tẽpore parte,iij.q.vlti.Et etiam vide quæ di-

Source : BIU Cujas

xi ſupra parte proxima q.xxvj. Et dic ꝙ ſic,arg.C.de inge.& manu.l.diffamari.ff.ad munic.l.de iure.& ita in ſimili determinat Bart.in conſtitu.qui ſint rebelles.in glo.ſuper verbo,rebellando.verſicu.circa primũ quęritur.Ad quod facit quod etiam ipſe te tigit in l.vbicunq;.§.interdum.ff.de ven.in poſ.mit.Debet autem citare regimina ciuitatis,ſecundum not.per Bar. in conſti.præceden.ſuper verbo citata.quæ punctualiter obſeruantur. Poterit ergo cauſa cognita declarare illum non eſſe illũ de quo in banno dicitur.Et ita iam ſeruari vidi. Faciunt not.per Bartol.in l.demonſtratio.de condi.& demon.in l.inter ſtipula.de verbo. obli.& in l. diuus. de cuſto. reo. de quo dixi in parte præced.q.xxxiiij.

Viſo ergo qui ſint illi qui poſſunt rebannire. Quæro ſexageſimoſeptimo

67 †qui ſunt illi qui poſſunt petere, vt bannitus rebanniatur? Dicunt quidam ꝙ aut petitur remiſsio poſt banni executionem. Et tunc extraneus petere non poteſt, ſed affinis ſic allegant.ff.de pœnis.l. in metallum. Si vero petitur ante executionẽ. tunc põt quilibet.ff.de appella.l.non tantum. Mihi autem nõ videtur quod illa iura faciant ad propoſitum,lex enim non tantum loquitur in appellatione eius qui pœnę ſeruus eſt l. qui vltimo.ff.de pœnis.cum ibi no. & ideo aliter dicendum puto ꝙ aut petitur remiſſio banni per viam gratie, & vnuſquiſque poteſt illam petere.& ſi concedatur ab habente poteſtatẽ valet remiſsio. Nihil enim obſtat l.j.§.vſus.ff. de procura. quinimmo motu proprio fieri poſſet. Si vero petitur per viam iuſtitie.tunc puto quod ipſe poſſet petere, vel per viam appellationis, vel nullitatis,vel per viam ſupplicationis, vel in integrum reſtitutionis. De quibus modis aliqua dixi ſupra in j. tempore. parte vlti. in pluribus particulari.quæſtionibus. Ac ẽt quia velit probare ſe ſeruaſſe illud quod ſecundum reformationem eum a banno eximit,puta ſe ſeruiſſe in exercitu & ſi,licet.n. alias ſit ei audientia denegata nõ tamen in talibus denegatur,iuxta not.per Inno.in c. cum inter. de excep. & in c. intelleximus. de iudi.& pluries dictum eſt.

68 Sed tunc ſexageſimooctauo quæritur†an talis petitio poſsit fieri per procuratorem? Et videtur quod ſic,quia ſi per ſe ergo per procuratorem l.filiuſfamilias.de procu.ff. qui pet,tu,l,ſecunda cum ſimi,Non enim diſputatur,de crimine, ſed ſolũ de proceſſu.colligitur ex not.per Innocen.in cap. dudum. de ele.& ſic admitti debet procurator.C.ad l.fa.de pla.l.prima.& l.præſes. In contrarium videtur quod non poſsit quia in cauſa appellationis venit cauſa nullitatis,& tamen non poteſt interuenire procurator. Primum patet in l.ſi expreſſum,de ap.& C. quando prouo.non eſt ne.l.j.ſecundum probatur in l.prima.an per alium cauſa ap.Dicit Bald.quod vbi directe vel indirecte cognoſcitur de crimine non poteſt procurator interuenire alias ſic.& ita dicit ſeruari, vt ipſe ſcribit in l.reos.C. de accu. iuxta fi. quod verum eſt. & ita ſeruamus. & habet locum quod dictum eſt in bannito a relegatione ſupra.Si autẽ fuiſſet bannitus in pœna pecuniaria. tunc ſine dubio poteſt per procuratorem petere. Nec habet obſtare. quod bannitus non audiatur ex forma ſtatuti in ciuili agendo vel defendendo. & ſic videatur tractari de pœna perſonali vt l.hi qui ſanctam.C. de apoſta. quia quædã ſunt pœnę afflictiue, & de illis loquitur materia l.reos.cum concor.Quædam ſunt pœnę excluſiue,vt eſt pœna prædicta. & in illis poteſt procurator interuenire ſecundum Iaco.in d.l. hi qui. Præterea illa pœna haberet locum poſt bannum decurſum non ante ſecundum Bal. in l.ſeruum quoque.§.publice. de procu. Aduerte tamen, quia in tali cauſa etiam vbi de remiſsione tractatur debet eſſe ſpeciale mandatum ſecundũ Gui.in Specu.de procu..§.primo. verſi.ſed nunquid media.& Bald.in dicto.§.publicę. & per Bartol.& Ioan.But.non ſolum.§.fin. ff.de procu.vbi bonus text.Facit ad propoſitum optime.l.Pomponius.de procu.& qđ dixit Barto.in conſilio quod incipit.In cauſa Vanniſgerij.vbi per aliam legem conſuluit in petitione relaxationis a captura perſone etiam pro cauſa pecuniaria requiri ſpeciale mandatum.ex quo patet ꝙ per talem viam petendi remiſsionem a banno in iudicio non admitteretur coniuncta perſona ſine mandato.l.patri.& illud,ff. de mino.& per docto. in l.ſed & hæc in princip. de procura.

69 Sexageſimonono. †Viſo quod quilibet poteſt per viã gratie remiſsionem banni petere. Quæro quia ſupplicatio debet formari certa.l. vt reſponſum.C.de tranſac.& C. vt lit. pen.l. ij. quomodo poterit extraneus hoc facere cum ſcriptura banni ad eum non pertineat



Source : BIU Cujas

& ſic non poterit petere ſibi edi.ff.de eden. l. quædam.§.pertinere. dic quod ſcriptura banni eſt publica,& ideo debet edi cuicũque petenti,maxime quando bannitus poteſt a quocũque offendi, quia vniuſcuiuſq; intereſt.ff.de poſtu.l.ex ea ſecundum Bar, in l.ij.§.diuus.ff.de iure fiſci.

70 Septuageſimo quero†minor reperitur in banno, non habet curatorem,vult ipſum curatorẽ petere, vt poſſit ꝓuidere de ſua cancellatione vel de alijs iuris negotijs,queritur quis dabit ei curatorem. An iudex loci a quo exulat. An iudex loci in quo permanet.Gui.de Suz. in l.j.C. vbi tutor. vel cura, pe. dicit quod propter neceſsitatẽ licet illud ꝙ alias nõ licebat.ff. de of.con.l.vna.& ibi concor.ſed in propoſito propter perſone periculũ imminet neceſsitas cũ illuc ire non poſsit ſine vite diſcrimine , & ideo ille iudex ſub quo degit curatorem dabit Facit.ff.de inter, & rele.l. relegatorũ.§.interdicere. & ad muni.l.filij. .§.relega.& l.eius qui.§.fin.& ita ſequitur Ioan.And.in addi.Specu.in titu.de cura. in prin.Ratio deciſionis prædicte locum habet vbi ſit bannitus pro perſona vel membro,vel tanta quantitate quæ ſecundũ ſtatũ ſuum ſit maior pars ſuæ ſubſtantie , vt l. propter litem.ff.de excuſa.tu.Sed vbi eſſet parua quantitas ſecundum ſui quantitatẽ. iuxta not.in auth.præterea.C. vnde vir & vxor.talis ratio ceſſaret.& ſic non haberet locum diſpoſitio.l.ꝙ dictum.ff. de pac. niſi eſſet ſtatutũ ꝙ impune poſſet offendi, quia tunc talis timor diſpoſitionem prædictam inducit,vt vbi ſupra.

71 Septuageſimoprimo †bannitus expulſus ď ciuitate Florentia cum tota ſua prole mortuus eſt in ciuitate Bononie vel alibi relicto filio impubere qui habebat omnia bona ſua Florentie qui non habet tutorẽ teſtamentarium vel legitimum,& indiget tutore queritur qũo & per quem iudicem ſibi conſulatur.Iſtã q.diſputauit Osber. de Cremona.& eam refert Albe.vbi ſupra q. xc. In qua prolixe procedit ſuccincte referam ſubſtantialia.& ꝙ pupillus ſit omni auxilio deſtitutus. arguit quia ſunt plures ſpecies tutellarum regulariter,teſtamẽtaria, legitima,& datiua.Primis duabus ceſſantibus locus eſt tertie.C.& ff. & in li. inſti. in materia tutelarum, & ab ordine titulorum. Sed due prime ceſſant,& tertie locus non eſt vt probabo ergo &c.Probat autem ,quia certa ſunt loca, vbi poſſunt peti tutores & dari.ſ.locus originis & domicilij & ibi innuitur,ſaltem a ſufficienti partiũ enumeratione.ſed ibi non poteſt dari obſtante ſtatuto ergo &c.quia paria ſunt non poſſe fieri de facto vel de iure.l.j.§.ꝙ ſi nemo.ff.ꝙ cuiuſque vniuer.no.cum ſi.Item quia iſte non eſt de iuriſdictione illius iudicis. ergo ei dare non poteſt.ff.de tut.& cu da.ab his.l.ius dãdi.iunctis not.in.§.relegati.inſtitu. qui.mo.ius pa.po.ſol.Item cum non habeat voluntatẽ cum æquiparetur furioſo cũ non poſsit ire ad imperatorem vel Romam , maxime propter expenſas & diſtantiam itineris, & quia non poteſt ſibi conſtituere domiciliũ. Itẽ quia non poteſt dici fugitiuus. videtur omni auxilio deſtitutus. Allegat ad prædicta per ordinem de acqui. hære.l. pupil.ſi cer.pet.l.certi conditio.§.quoniã. de polli. ſi quis rem.§.voto.de tu.& cur.da.ab his l. pupillo.de ſer. expor.l. titius. In contrarium arguitur primo quia pupillus poteſt ſuam conditionem facere meliorem etiam ſine tutore.inſti.de auto.tut.in prin.ita puncto dicitur ꝙ indiget tutore, ergo debet petere poſſe de iur.om.iudi.l.ij.cum ſi.Secundo ſi cum tutore litigat poteſt petere curatorem de tute.l. qui habet.§.ſi pupillus.& ille poteſt dari quocunque loco & tẽpore, vt ibi ergo &c. Tertio quia põt impetrare iudicẽ.C.quando impera.inter pupil. & vi. l.j.Quarto quia impetrare põt ius annulorum.ff.de excuſ.tu.l.cũ ex oratione.Quinto , quia iurat & obligatur.ff.de ope. lib.l. vt iur.iu.& de lib.cau.l.fina.Sexto, quia ſit miles.C.qui teſta.fa.poſ.l.fin.& per conſequens nouũ contrahit domiciliũ.C.vbi mi. cã.Septimo,quia contrahit ſponſalia.ff. de ſpon.in l.in ſponſalibus.Octauo, quia petit in iudicio alimenta a tutore.ff. vbi pupil. edu.de.l.fin.Nono, quia implet & impedit cõditionem.ff.de condi.& de.l.conditionibus pupillus.Decimo,quia ad tutores petẽdos Romam vadit.C.de nego.geſt.l.ij. Vndecimo quia propter neceſsitatẽ ceſſat iuris diſpoſitio.de offi.conſul.l.j.& ideo propter neceſsitatẽ non iudex dat tutorem. de tu.& cu.da.ab his.l. vbi abſunt. Duodecimo,licet datio tutoris ſit mixti imperij tamẽ fauore pupilli delegatur.vt no.ff. de iu. om.iudi.l.j.Decimotertio,quia propter neceſsitatẽ interuenit pupillus in iudicio momentanee poſſeſsionis.C.qui le.per l.ſi.Decimoquarto quia põt perdere domicilium ꝓpter deportationẽ,ff.de tute,l.ſi deportati

Source : BIU Cujas

ſed deportari & relegari pōt. ergo ſortit' domiciliū pp deportationē, ad mu. l. fi. §. relegati & l. eius. §. fi. Decimoquinto, qa cōſentit manumiſsioni per quā efficitur ciuis & incola. ff. ad muni. l. j. ergo cōcluditur ꝙ in loco in quo degit poteſt ſibi tutor dari. Soluēdo tenuit pupillo cōſuli poſſe altero de duobus modis, vel per tranſlationē facultatis ad aliū locū vel per electionē domicilij ſecundum Azo. in ſum. vbi pe. tu. licet Hug. aliter dixerit in cōſti. domicilij. de tu. & cu. da. ab his l. j quia tñ trāſlatio facultatis eſt difficilis reſidet in conſtitutione domicilij, & quod poſsit ſibi conſtituere domicilium probat. domicilium. n. patris de neceſsitate nō ſequitur. ff. ad muni. l. aſſumptio. §. j. & l. filij liber. §. patris vbi expreſſum ꝙ eligere poſsit vbi velit ꝙ patet, quia non reperitur ei prohibitū ergo permiſſum. ff. de proba. l. ab ea parte. & ideo arrogatur de conſilio ꝓpinquorū. ff. de adop. l. ij. ꝓpter ꝙ ſortitur domiciliū. ff. ad muni. l. j. ſubdit ſe credere eū petere poſſe a iudice Bononię. C. q admi. ad bo. poſ. l. fi. dicit ēt ꝙ epiſcopus loci vnde eſt expulſus poſſet ſibi dare in defectū iudicis ſecularis. C. de epiſco. audi. l. ſi ꝑſes. & l. fi. de anna. excep. l. vt perfectius. & ad contraria dicit faciliter patere reſpōſum. Inſerui hanc pp duo. Primo propter particularia quæ tangit fieri poſſe per pupillum ſine tutore. Vide tñ quæ hñr in l. j. ff. de noua. Secūdo propter hoc vltimū dictum per ꝙ patet ꝙ vacāte ptāte vbi ſolus ſit qui poſsit dare tutorem poterit recurri ad epm, ꝙ credo debere intelligi ſi decuriones non dant illum, poſſunt. n. in l. vbi abſunt. de tu. & cu. da. ab his. Pro eo aūt ꝙ dictum eſt. ſupra pupillum ſibi conſtituere domiciliū. vide Bar. ff. ad muni. l. placet. & qđ dixi ſupra iuxta fi. xliiij. q. hac eadē parte. & pro principali materia. q. vide in l. pupillo. de tu. & cur. da. ab his. & l. legitimos. in prin. ff. de legi. tu. vbi plene. Sed pone in q. ꝙ talis pupillus haberet bona alibi non in domicilio originis a quo exulat, ſed in alio in quo nullū habet domiciliū, quis dabit ei tutorem. Dixit tūc Bar. dari tutorē per iudicē originis, & illam dationē extendi ad bōna alibi ſita, allegat l. propter litem. §. licet. ff. de excu. tu. & l. magis puto. §. illud. de re. eo. reprobata gloſ. l. non ſolum. §. qui teſtamento. de excu. tu. & in. l. legitimos. dicit ꝙ talis tutor poterit adminiſtrare ſine authoritate iudicis loci ī quo ſunt bona ſita ſi nō habet contradictorē, alias illius iudicis requiritur interuentus, vt ibi per eum, Intelligunt quidā id verū qñ iudex originis ſimpliciter dat tutorē. Si aūt exprimeret ſe dare ēt ad bona alibi ſita, dicunt nō valere dationē quo ad illa bona. Quædā. n. tacite veniunt quæ expreſſe nocent. l. nonnunquā. de condi. & demon. cum ſi. & ita ſoluūt gl. d. §. qui teſtamēto. In propoſita igitur q. ſit cautus iudex vt ſimpliciter det pupillo tutorem non expreſſe quod extra ſuā iuriſdictionē ſe intromittat l. fi. de iuriſ. om. iudi.

*Hæc de* præambulis ad abſolutiones a banno. ſed ſeptuageſimoſecundo quero. † Titius

72 erat bannitus pluribus bannis ꝙ fieri pōt, vt ſæpius dictū eſt maxime primo tempore parte j. an ſufficiat ſibi vna abſolutio, an vero habet neceſſe plures abſolutiones habere? Dixit Cy. in l. ſi libertā. C. de nup. ꝙ aut talia banna deſcēdunt ex eodē facto, & tūc ſufficit vna. Si vero ex diuerſis factis deſcēdunt plures abſolutiones requiruntur, allegat. ff. ad turpil. l. j. §. ſi plura. de no. ope. nū. l. de pupillo. §. ſi pluribus. Quando ex eodem facto deſcendunt, dixit Bar. eſſe poſſe. vt quia iudex inquirit venit ſyndicus & denuntiat, ſuperuenit pars & accuſat ſup omnibus, iudex fert ſententiā contra Titiū cōtumacem, de quo per eum in d. §. ſi pluribus. Sed Ray. in d. l. ſi libertam. dicit ꝙ etiā ſi ex diuerſis factis deſcendunt ſufficit vna abſolutio ſi omnes cauſe in abſolutione exprimantur, allegat not. extra de ſenten. excom. c. cum pro cauſa. & ita etiam tenet Iaco. de Are. in d. l. ſi libertam. Sed Barto. elegantius more ſuo in hac materia diſtinxit in dicto. §. ſi pluribus. quod aut quis petit ſe abſolui a iudice ex mera iuſtitia propter aliquam cauſam, & tunc vna abſolutio generalis non porrigetur niſi ad cauſas expreſſas in petitione l. licet. C. de iudi. & de arbi. l. de rebus. Quandoq; petitur vera abſolutio ex mera gratia, vt a principe vel a populo ſecundum ea quæ dixi ſupra in q. lxiiij. tunc ſi fuit abſolutio generalis ſine aliqua pactis petitione vel ēt præcedēte petitione generali, & ſufficit & porrigitur ad omnes cauſas, quia princeps vel populus videtur hoc feciſſe ex certa ſcientia. C. de aboli. l. ſecunda. Sed ſi petens aliquas cauſas expreſsit adiecta clauſula generali. & tunc fuit tacita aliqua cauſa grauior expreſsis. & tunc eſt veriſimile cōcedentem ſi ſciuiſſet non fuiſſe conceſſurum. & ideo tunc erit nulla ſuper toto, argu. C. ſi contra ius vel vtili. pub. l. præſcriptione. extra de reſcri. c. ſuper literis, & facit clemē. nō pōt,



Source : BIU Cujas

de procura. Si vero ſit abſolutio a patre ad cuius petitionẽ fuit datum bãnum. De quo dicam infra. q. lxxvj. & tũc ſine dubio ſufficit vna abſolutio generalis. l. emptor. §. lucius. ff. de pact. & de noua. l. ſi. niſi fieret ex cauſa tranſactionis, quia tunc refertur ad ea de quibus erat lis. C. de tranſactio. l. ſi de certa. & l. age. & l. ſub prætextu. & hoc communiter tenent omnes.

73 *Septuageſimotertio* queritur econtra. † An ex pluribus ex bannitus poſsit abſolui a banno tm̃? Bar. in d. §. ſi pluribus. proxime allegato dicit ꝙ bannum ꝙ remanet eſt tale, ꝙ facit eum perdere iura ciuitatis ſuę ſecũdũ ea quæ dixi in l. quidã, de pœnis, & melius dictum fuit ſupra in prima parte huius temporis. q. v. & tunc in eũ non põt cadere abſolutio ab vno, quia abſolutio eſt redditio beneficiorũ ciuitatis. Sed poſtea cũ ab alio banno abſoluetur prima abſolutio confirmabitur. arg. ff. cõia prędi. l. ſi. Si vero bannum quod remanet non facit eũ hoſtẽ ciuitatis nil obſtat quin vnum poſsit tolli alio remanẽte. l. ſi. C. qui. mod. pig. vel hypo. ſol. & l. ſiquidẽ. C. de tranſa. Iſta deciſio in primo membro eſt periculoſa. Si. n. ante liberationem ab alio bãno caperetur poſſet fieri executio ſecundũ eũ quod eſſet iniquũ. & ideo dixit Ang. in d. §. ſi pluribus. ꝙ immo etiam vbi aliud remanens facit eum hoſtem ciuitatis poteſt vno tali alio remanente nihil allegat. Facit de reg. iur. ſcdm naturam. & de ſolu. prout quiſque. Sicut. n. ſeparate dantur, vt dixi ſupra ſcilicet in primo tpe parte. j. q. iij. ita poſſunt ſeparate tolli.

74 *Septuageſimoquarto* † In ciuitate ordinatum eſt quod banniti in pœcunia rebanniãtur & quod habentur pro cancellatis, queritur an eoipſo ꝙ ſic ordinatum eſt ſint rebanniti abſque eo quod de facto cancellentur? Dixit Barto. in l. emptor. §. lucius. ff. de pac. ꝙ aut in reformatione dr̃ ꝙ debeãt rebanniri. & tunc niſi de facto rebãniantur rebanniti non erunt. C. de ſolutio. l. inductus. & ꝙ ibi no. & ff. de peti. hæredi. l. ſi quis libertatẽ. Aut dr̃ ꝙ habeantur pro rebannitis, & tunc abſque cãcellatione de facto rebanniti intelliguntur per dictum §. lucius. & de adimẽ. lega. l. nihil. ꝙ ſequitur ibi Bal. & allegat. ff. de lega. j. l. huiuſmodi. §. ſi cui ita. Sed prædictis opponitur ꝙ aliud eſt haberi pro cancellato, & aliud eſſe cancellatum de verbo. ſigni. l. mercis. & ꝙ ibi no. Sed illud verum in his quæ ſunt facti. In his autem quæ ſunt iuris talia verba important veritatem l. ſi maritus. §. legis. & ꝙ ibi per Barto. ff. de adult. & plenius in l. ſi is qui pro emptore. de vſuca. Si tamen vis ꝙ in eorum fauorem plenius diſponatur, facias ꝙ reformatio dictet ꝙ habeantur & ſint rebanniti & cancellati & pro legitime cancellatis. Hoc tamen intellige ſecũda ea quæ dicam infra in ſequenti tempore parte. j. q. ij. & etiam j.

75 *Sed circa idem.* Septuageſimo. quinto querit. † tres erant bãniti in eadem ſententia, virtute reformationis duo debebant cancellari. Notarius aſſerens ſe facere virtute reformationis cancellauit omnes cũ deberet tantum duos cãcellare, queritur an tertius de quo nõ dictat reformatio dicatur a bãno liberatus ſiue exẽptus, dic ꝙ non, quia cancellatio reſtringitur a cauſa ſuę cancellationis l. cancellauerat. ff. de his quæ in teſta. delen. Et ibi per Bar. in terminis. Et idẽ dicẽdum eſt ſi vnus habens plura banna deberet ex aliquibus cancellari & fuerit ex omnibus cancellatus eadem ratione. Vide tamen quæ dicã in q. ſupra proxime allegata.

76 *Quero ſeptuageſimo* ſexto. † Statutum eſt in ciuitate ꝙ ad petitionem creditoris poſſit debitor non comparens pro debito non ſoluto condemnari in certa quantitate ſoluenda fiſco ſecundum debiti quantitatẽ, & in dicta quantitate banniri. Titius debitor ad petitionem creditoris fuit bannitus. An ad dicti creditoris petitionem debeat de bãno eximi & cancellari. Dixit Gui. in l. ſi. de offi. procu. ceſa. quod non per illum tex. & per. l. ij. in fin. C. de lib. & eo. lib. Sed Bar. in l. prima. §. & poſt operis. ff. de nouis ope. nun. vbi tex. facit in contrarium. Dixit qd quandoque bannum continet aliquid tedioſum ſolum fauore creditoris, vt puta quod non audiatur ad ius niſi ſoluat, & tunc poteſt tolli ſimplici conuentione, ar. illius tex. ſicut poteſt tolli res iudicata, argu. l. iiij. §. ſi ex conuentione. de re iu. & C. de execu. rei iu. l. ij. Quandoꝗ continet aliquid pœnale præciſe, vt ſi non ſoluerit vſque ad kal. ſoluat tm̃ fiſco nomine pœnę, vel ſit priuatus officijs &c. Et tunc poſtꝗ incidit in bannũ nõ poteſt toli partium cõuentione, qꝛ alteri eſt ius quæſitum, vt l. iuriſgen. §. ſi paciſcar.

Source : BIU Cujas

le pac. Sed ſi in bannum nõ incidit, ſed adhuc eſt intra terminum banni ex ſola partium voluntate poteſt terminus prorogari & adueniente termino prorogato incidit in bannum, niſi ſoluat, quia prorogatio intelligitur facta cum omnibus ſuis qualitatibus, ff. de iudi. l. ij. §. ſi iudex. & vide latius ibi per eum. Nunc ad propoſitum cũ in terminis præſumatur bannum eſſe decurſum, conſtat quod illud ad voluntatem creditoris cancellari non poteſt. In hac tñ ciuitate eſt ſtatutum quod ẽt poſt datum bannũ & decurſum terminũ poſſet tolli intra certum terminũ quod hic ſeruandũ eſt. Aduertendum tñ ad illud quod dixit Bart. qđ vbi adhuc durat terminus banni poſsit fieri prorogatio, & quod adueniente ſecundo termino ſi non ſoluerit in pœnam appoſitã in primo termino inciditur, quia hoc nõ videtur bene tñ. Nam ex tali ſententia quaſi contrahitur, l. iij. §. licet de pecul. ſed in pœnis conuentionalibus pœna adiecta in primo termino nõ videtur ſaltem effectiue repetita in termino prorogato l. cum ſtipulatus ſim mihi a proculo, de verb. obli. & qđ ibi no. Præterea talis ſententia eſt conditionalis, & ideo non debet committi niſi proprie exiſtat conditio ſub qua fuit concepta ff. iudi. ſol. l. ſi ſine. & l. cũ apud. Et ideo forte illud eius dictum in hac parte non procedit. & aut in nullam pœnam incidit, aut incidit in illam adueniente primo termino, pro cuius declaratione vide quæ dicam in quæſtione. ij.

77 Septuageſimo ſeptimo q̃ro † circa prædicta dictat ſtatutum quod talis bannitus ad petitionem creditoris debeat eximi de banno abſq; eo quod ſoluat communi ſi fuerit in concordia cum creditore. dictus bannitus comparuit coram iudice, & fecit citari creditorem obtulitq; ſe paratum ſtare iuri cum eo. Queritur an debeat cancellari? Albe. vbi ſupra q. cxij. dixit quod ſic, quia cum ex illis verbis ſtatuti fiat relatio ad concordiam creditoris intelligitur facta relatio ad arbitrium. Conſtabat autem illud debere intelligi de arbitrio boni viri. l. hæc venditio. ff. de contrahen. empt. ff. pro ſocio. l. ſi ſocietatẽ. de fideicommiſ. li. l. thais. §. ſorore. & l. labeo. & de operis liberto. l. ſi libertus iurauerit. Nullus autem bonus vir arbitrabitur creditorem nolentẽ ſtare iuri vt recto arbitrio, ſic habeat per inde ac ſi eſſet in concordia, vt dictis iuribus. Facit ff. de condi. & de. l. iure ciuili, licet ipſe non ſic declaret. Sed aduerte, q̃a aut bannitur, quia nõ ſoluit debitum liquidum contra quod nõ poterat opponi exceptio. & tunc non puto deciſionem prædictã procedere. Rectum enim arbitrium eſt nolle pro liquido debito litigare. l. quidam eſtimauerunt. ff. ſi cert. pet. Si autem fuit bãnitus pro debito contra quod ſi cõparuiſſet, potuiſſet exceptionem opponere. & tunc compareat dicens ſeparatum ſtare iuri. & tunc aut eſt talis perſona de qua non obſtãte prima contumacia nulla eſt ſuſpitio, ſed quia diues eſt & ſoluendo creditur ꝙ ſoluet. & ſic ſuccumbet, & ſufficiat talis oblatio, arg. l. ſi pecunie. in ſi. ff. vt in poſ. le. quæ etiam facit ad primum membrum. Si vero reſtat ſuſpitio inducta propter cõtumaciã, & iſto caſu non puto eum debere eximi de banno niſi ducat ſecum fideiuſſorẽ qui promittat ſoluere iudicatum, argu. ff. qui ſatiſ. cog. l. fideiuſſor. §. fi. l. iij. §. fi. ff. de ſta. lib. Si vero pro parte eſt liquidum pro parte nõ, pro parte liquida debet ſoluere, ꝓ alia põt litigare ſecundum ſupra dictam diſtinctionem. l. quidam eſtimauerunt. ſi cer. pet. Pro quo vide no. tex. in l. ſtatu liber. rationem. ff. de ſtatu liber. Sed pone ꝙ fuerit bannitus ad petitionem multorum creditorum ſimul. & in eadem accuſatione gentium. An debeat cancellari ſi fuerit in concordia cũ maiore parte creditorum dicente ſtatuto ꝙ cancelletur ſi fuerit in concordia cum ſuis creditoribus. In hoc aduertendum ꝙ qñq; actus in quo requiritur concordia refertur ad plures, vt vniuerſos. & tunc dicit Bal. in l. nulli. per illum tex. cum glo. ꝙ Federicus tenuit ſufficere qđ due partes faciant. Sed in l. j. de pac. dicit quod ſufficit maior pars, quia in illa reſidet collegium. ff. ad muni. l. quod maior. Sed in l. & ſuum. §. fi. dicit cõtrarium, ꝙ debet intelligi, vt dicam ſtatim. intelligo hæc ſua dicta ꝙ requiritur qđ due partes collegij ſint pręſentes dum tñ maior pars præſentium faciat. Ad hoc ꝙ habetur in c. ea noſcitur. de his quæ fi. a præla. ſine conſen. ca. Quandoq; vero refertur ad plures vt ſingulos, vt in caſu noſtro. & tunc puto quod ſufficiat quod ſit in cõcordia cum maiore parte creditorum ſecundum formã l. & ſeruum. §. hodie. & l. maiorem. videlicet quod illi ſint citati, & ſit ſeruata illa forma, alias ſecus. eo. ti. l. reſcriptum. & ſic loquitur dictum Bal. in. §. fi. Et aduertendũ quod licet non conſentiant eodem tempore, ſi tñ omnes conſentiant ſeparatim dicũtur eſſe ſecum in concordia. l. ſi. cõmu. præ-

Source : BIU Cujas

dio,ſecundum Bald.in d.l.j.de pac.ff.

78 *Septuageſimooctauo* †Statutũ erat in ciuitate quod nullus bannitus poſſet rebanniri niſi ſoluatur prius certa quantitas camere apoſtolice.& ſi ſecus fieret non intelligeretur rebannitus.deinde in illa eadem ciuitate illud ſtatutum fuit per nouum ſtatutum annullatum.Queritur an bannitus qui poſtea rebannitur teneatur illam quantitatem ſoluere,adeo quod ſi non ſoluit rebannitio non valeat?Hanc q.mouet Bald.in l.fi.ff.de pac.& dicit quod fuit de facto Florentie,et quod vidit in ea ita bene allegari ſicut unq̃ viderit in aliqua quæſtione.& dicit fuiſſe determinatum ſecundum ſtatutum non valere.& ſic ſecundum illam determinationẽ dicta quantitas ſolui deberet. Sed aduerte quia ſi vera eſt deciſio ſupra dicta in qõ.lxxvj.anteq̃ ius ſit queſitum poſsit per cõuentionem tolli fiſco.Deciſio prędicta procedere non videtur.Pro quo facit.l.qui rome.§.flauius hermes,de verb.obli.& ff.de ſer.expor.l.j.per quæ iura dixit ibi Bar.qđ ſi donauit tibi rem hoc acto quod poſt mortem tuam perueniat ad quandam eccleſiam illam conuentionem de eccleſia potero reuocare,licet ex tali pacto ipſo iure queratur ius eccleſiæ.l.quoties.C.de dona.quæ ſub modo.In quo tñ moderni variant, ſed illius diſputatione omiſſa quę eſt extra rem noſtram rediens ad propoſitum in quo multa dici poſſent inclino in hanc ſententiam, quod aut talis bannitus erat rebannitus ante reuocationem illius ſtatuti, & tunc cum iam eſſet ius queſitum camere apoſtolice illud tolli non potuit per ſtatutum, per d.l.fi.de pac.cum ſi.Cum illud ius camera apoſtolica ad ſuum commodum eſſet habitura, non ad commodum ſtatuentium tunc enim ſecus eſſet.l.in cauſæ.in fi.ff.de procu.cum ſim.& ſoluere tenebitur illam quantitatem alias de iure cãcellari non poterit.Nec obſtat quod habetur extra de iniur.& dã.da.c.in noſtra.quia aliud eſt quod ſuperior inferiori ius ex ſuperioris ꝓuiſione queſitũ, de quo ibi.& aliud quod inferior, vel per id facere poſsit,l.ille a quo.§.tempeſtiuum,ff.ad trebel.cum ſi.Si vero fuit rebannitus poſt reuocationem ſtatuti cũ illud ius nondum eſſet queſitum,& ſic potuit reuocari, vt in.§.flauius,ſoluere non tenetur.

79 *Septuageſimonono*.† Titius erat bannitus cum ſaluo ꝙ ſi faceret certum quid eſſet exemptus a banno, vel erat bannitus ſimpliciter ſed facta fuit lex quod omnes banniti deberent rebanniri qui ſeruirent duobus menſibus in exercitu ſuis ſumptibus, vel dicebat quod eſſent a bãno liberati.Titius fecit illud ꝙ erat in ſaluo vel ſeruiuit in exercitu,queritur an ſtatim dicať liberatus a banno,vel requiratur iudicis declaratio.Vt patet hęc quęſtio eſt duplex.Cõſtat em̃ quod iudex poteſt in ſua ſentẽtia apponere verba illa ſaluo quod infra dicam &c.vt not.in l.item labeo.§.j.ff.fami.hær.itẽ quod licet non debeat ferre ſententiam conditionalem,tñ lata ſub cõditione valet.l.ij.§.biduum.ff.qñ app.ſit Et ideo videndũ eſt an ſtatim dicatur bannitus.Hoc pendet ab eo an dicta ſentẽtia ſit conditionalis. Et videtur quod nõ ſit conditionalis,vt no.per gl.in l.obligationum fere.§.conditio,ff.de act.& obli,quod maxime verum eſt ſi illa verba appoſuit poſt verbum,bannitus.tunc.n.non vř quod aliquid poſtea addere potuerit,vt l.iudex poſtea.ff.de re iudi.Et ſic tũc certum ſit eum eſſe bannitum.& hoc tenuit Bart.in d.l.iudex, & in l.j.ad turpil.& in l.moris.de pœnis. In contrarium quod immo ſit conditionalis.& quod interim nõ dicatur bannitus.& ſic nulla declaratio requiratur,probatur ſic, Aut dicta ſententia quoad banni dationem habuit verba ſuſpẽſiua & tunc clarum quod eſt conditionalis ſiue, equiparetur contractui ſiue vltime voluntati.l.ij.cum ibi no.ff.de in diẽ adic. Si vero non habuit verba ſuſpẽſiua.& idem, qa licet in contractibus,tunc actus ſit purus,& veniat ſub conditione reſoluendus. vt ibi. Tamen in vltimis voluntatibus ſecus eſt, quia ſemper eſt cõditionalis diſpoſitio l.de quibus diebus.§.quidam titio.de condi.& demon.& l.legatum pure.de adimẽ.le.cum ſimil.Conſtat autem ſententiam equiparari vltimis voluntatibus.l.non eſt mirum.ff.de pig.act.l.ſi ita fuerit.de manu.teſt. Et quod no.per Gui.in l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cau.& per Bar.in l.centeſimis.in fin.de verb.obli.ſaltem hoc caſu qñ hic eſt benignior interpretatio,vt in c.ſi delegatus iudex de offi.deleg.lib.vj.Nec ob.ꝙ in ſentẽtia quaſi cõtrahatur. vt l.iij.§.idem ſcribit.de pecul. quia omiſſo examine, an illud ſit verum reo nunquam cõparente in iudicio, aliud eſt contractus, & aliud eſt quaſi contractus.et ſic de vno ad alium regulatur argumẽtatio non procedit.vt in propoſito patet ex l.ex maleficijs.§.hæres,de acti.& ob.

Source : BIU Cujas

& l.apud iul.in fin.qui.ex cau.in poſ.ea.& quod ibi per Bar.Non obſt.glo.§.conditio. quia illa gl.non eſt vera, vt ſcribit Inno.in c.præterea.extra de appel.Nec ob.l.iudex poſtea.& ꝙ per illam dixit Bar.quia aut illa verba ſunt appoſita in principio vt qñ dixit ſaluo quod infra dicam,& tũc lex illa non obſt.vt in d.glo.§.j.in l.item labeo. pro qua videtur caſus.ff.de conſti.pe.l.quidam.Aut fuerunt appoſita poſt verbũ,bannimus.& idem donec enim ſententia non habeatur pro expedita per iudicem,illa lata non dicitur.C.de fide inſtr.l.contractus. in fi.quicquid ergo continetur in illa ante illam clauſulam quæ ſemper apponitur lata data &c,ineſſe dicitur ipſi ſentẽtię ſi cer, pet.l.lecta ſecundum Ange.in d.l.iudex.In hoc vltimo non enim nocet talis præpoſteratio, quia cum ſint omnia in eodem actu, intelliguntur ſecundum ordinem iuris, vt ipſe idem Bar.dixit in illo libello peto cogi & condemnari.in l.j.C.qñ prouo.nõ eſt neceſ.& in l.cum prolatis.de re.iur.& cum de mente iudicis conſtet talis ordo non attenditur de ſolu.l.non enim.& ꝙ Bar.ſcripſit in l.ij.§.prius.de vulg.&pupil. Intelligitur ergo d.l.iudex.poſtea qñ iudex appoſuit aliquid poſtquam habuit ſententiam pro expedita.& ideo ſi illa verba aperirentur poſt illam clauſulam lata data &c. Vera eſſet Bart.deciſio alias non procedit.& hæc de prima.De quo etiam tetigi in primo tẽpore vl.q.iiij.& vide quę dixi vbi hoc declaratur in ſecundo tẽpore parte.ij.q.xxj. in fi. Quo autem ad aliam.f.qñ poſt bannum perfectũ fit reformatio &c.an requiratur declaratio non multum laborabo, licet multa dici poſſent.Cõcludo enim quod aut ipſa reformatio dicit ꝙ extũc ꝙ ſeruiet ipſo iure ſiue ipſo facto ſit liberatus a banno. & tunc poſtq̃ ſeruierit quantũ eſt in ſe erit non bannitus,adeo ꝙ ſi agat & ei opponatur exceptio banni vel ad bono res eligatͬ & ſi probando id feciſſe nõ repelletur a iudicio vel a dignitate.Ita enim important illa verba ipſo iure ſiue ipſo facto etiã in cõdemnando, vt dixi, & ibi allegaui iura in primo tempore parte vltima.q.vlti.& habetur etiam in capit.j.de reſcriptis.lib.vj. & C.de legi.l.non dubiũ. Valebit ergo eius teſtamentum ꝙ faciat ſecundum formã ſtatutorum ſue ciuitatis,quod ante nõ valuiſſet,Poterit etiam ſuccedere ſecundum illa quod ante nõ feciſſet, & ſic de ſingul.Quãtum autem ad alios vt ſi ante declarationẽ, vel cancellationem offenderetur,Dicã infra in vltimo tempore.parte.j.q.ij.Si vero illa verba non apponuntur ſed ſimpliciter dicitur,vt in themate quęſtionis dictum eſt. Videtur eum non eſſe rebannitum, niſi ſequatur declaratio,quod id factum fuerit ſecundum doc.Inn.in c.bone.de eta.& quali. Pro quo facit qđ habetur in l.eius qui delatorem.ff.de iure fiſ.& in l.ij.§.ꝙ ſi actor.de iur.calum.& quod ſcribit Bal.in c.ſi vaſallus.x.colla.ſi de feud.fue.cõtrouer.vbi ponuntur caſus in quibus declaratoria requiritur,ſed illis reſpondetur quod loquuntur in priuatione iuris.& ſic in re odioſa,hic in executione pœnę.Et ſic acquiſitione abſolutionis & re fauorabili.Sed per ſupra allegata primum dictum videtur verius, ante enim q̃ ſit facta declaratio quod id factum fuerit ſecundum doctrinam Inno.incertum eſt an ſic factum ſit,& ideo id certũ eſſe debet.l.iã hoc iure.& l.ita ſtipulatus.de ver. obli.Facit.l.j.C.qui & aduer.quos & ꝙ tetigi vbi ſupra.Nec obſtat quod lex ſit ſemper certa l.cum quidam.§.quod dicitur.ff. de acqui.hære.quia illud verum quantum ad ſententiam legis, vt dictũ eſt ſupra quo autem ad ſententiam hominis, quæ hic requiritur non eſt ita,vt ibi.& in l.antiqui.ff. ſi pars hær.pet.Sic ergo talis qui ſeruiuit in exercitu vel quid aliud fecit habet tria tempora.vnum poſtquam ſeruiuit ante declarationem,et hoc tempore quo ad omnes & omnia ſtantibus verbis, vt ſupra repeto ipſum bannitum.Nec ob.quod no.per Ioã. And.in regula quod quis.lib.vj.vbi dicitur capitulum non dubium de ſen.excom.per quod fundatur dictum Inno.loqui in ſentẽtia medicinali,quæ difficilius tollitͬ q̃ mortalis,quia eius dictum loquitur in ſoluente id quod continetur in banno.& ſic naturę ordinarie ipſius banni ſatisfacit.inſti.quib. mod.tol.obli.in princ. & §.j.merito declaratio non requiritur.ſed hic loquimur in eo qui aliud pro alio facit,quo caſu nõ ita cõtingit liberatio ipſo iure ſicut qñ ſoluitur. idem.l.ſi cũ fundum.ff.de pac.& quod habetur in l.ſolutum.§.ſolutum.ff.de pigno. acti.Fateor tñ quod ſi caperetur talis exceptio impediret executionem & probato ſe ſeruiuiſſe ſecundum formam ſtatuti relaxari & cancellari deberet, quia ſaltẽ ope exceptionis fiſcus excluditͬ vt dictũ eſt. Aliud tempus habet poſt declarationem ante cãcellationem.Et quo ad ſe eſt rebãnitus,quo ad alios dicam vbi ſupra.Aliud poſt cancellationem.& tunc quo ad omnia eſt rebannitus,vt dixi ſupra q.lxiiij.

Source : BIU Cujas

80 *Octuageſimo pone* † Titius fuit bannitus in mile ſoluēda intra menſem ſine diminutione cum eſſet ſtatutū ꝙ dat beneficiū quarti, id eſt quod poſsint ſolui tres partes condēnationis tm̄ ſi ſit ſolutio intra decem dies a die late ſententię. Titius ſic bannitus ſoluit tres partes, & a toto fuit de libris omnibus cancellatus. Queritur an dicatur legitime cancellatus, vt ſic elapſo menſe amplius nō dicatur bannitus. Iſta queſtio fuit hic de facto, & cōſultum fuit per totū collegiū fuiſſe licite cancellatum. Iſta enim verba ſine diminutione appoſita in ſententia beneficiū ſtatuti auferre non potuerunt. l. nemo poteſt. de legat. j. Præterea qñ aliquid debet ſolui, & de voluntate eius cui ſolui debet fit remiſsio intelligitur impleta cōditio ſolutionis etiam ad pœnæ euitationem. ff. de ſolu. l. ſolutionis, & ibi per Bart. Facit. ff. de verb. obli. l. in executione. §. fi. allegabatur caſus in l. iiij. §. ait prætor. iuncto. §. ſoluiſſe ff. de reg. iur. Nec ob. l. meuius. de condi. & demon. vbi dicitur ꝙ implementum debet fieri in forma ſpecifica, quia de voluntate eius cui debet fieri implementum etiam in conditionibus poteſt ſolutio alterari. Caſus eſt ſecundum vnam lect. in l. filium quē habentem. C. fami. hercīſ. l. iure ciuili. de condi. & demon. cum ſim. Pro iſta determinatione do caſum in l. iuſiurandum a debitore. ff. de iureiur. quod no. per Bar. in l. labeo quæ ſequitur illam.

81 *Octuageſimoprimo loquitur.* † Dictat ſtatutū quod poteſtas vltimis quindecim diebus ſui officij nō poſsit aliquem eximere de banno. poteſtas vltimis quindecim diebus pronunciauerit Titium bannitum eſſe eximendum de banno. Queritur an talis pronuntiatio valeat, & quid operetur? Formatur hæc qnæſtio per doc. & maxime per Bald. in l. j. C. ſi aduer. li. & concluditur per eos ꝙ valeat talis pronuntiatio. Sicut enim aliud eſt bona publicare, & aliud pronuntiare bona eſſe publicāda. ff. pro ſocio. l. cum duobus. §. idem reſpondet. & quod ibi no. Item ſicut aliud eſt deportare, aliud pronunciare deportandum. l. j. §. deportatos. de le. iij. l. ſi quis filio exheredato. §. eius qui. ff. iniu. teſta. Item ſicut aliud eſt mittere quē in poſſeſsione, & aliud eſt pronuntiare immittendū, vt no. in l. cognitio. §. vt bonorū. ff. de offi. eius cui mād. eſt iuriſ. Itē ſicut aliud eſt reſtituere, et aliud pronuntiare reſtituendum. l. fi. vbi & apud quem. Item ſicut aliud eſt exequi ſententiā, & aliud pronuntiare illam exequendam, ut habetur in l. ab executione. C. quo. appella. non reci. Ita aliud eſt eximere de banno, & aliud pronuntiare eximendum eſſe. & ideo ſtatutum quod debet ſtricte intelligi. l. conſtitutiones. ad munici. loquens in eximente non habet locum in pronuntiante eximendum. l. fi. de calum. & l. ſi vero. §. de viro. ff. ſol. mat. cum ſi. Valebit ergo pronuntiatio, ſed tunc demū habebit effectum ſi ſucceſſor illam exequatur. l. iure noſtro. ff. de teſta. tut. & ideo interim tractabitur vt bannitus, & poterit impune offendi ſecundum Bald. in d. l. j. Non obſt. l. procurator. C. vbi cau. fiſc. vbi dicitur quod ſicut procurator fiſci non poteſt exigere pœnam, ita non poteſt pronunciare exigendam, quia ibi loqtur qñ nō poteſt ex carentia iuriſdictionis. Hic aūt non carebat iuriſdictione, ſed exercitio ipſius. Nulla enim priuatio iuriſdictionis inducitur, ſed ſolummodo exercitium impeditur, quod patet, quia poſſet cognoſcere illis quindecim diebus, quod ibi non poterat procurator, vt ibi patet in fi. gl. quę ponit ibi caſum, & ibi etiam dixi. ex quibus infertur quod ſi certis officialibus habentibus largam authoritatē a populo ſuper bono ſtatu eſt interdictū quod non poſſint rebānire bannitos, poterunt tm̄ ordinare qualiter debeant rebanniri banniti aliquid pro bono ſtatu facientes. etiam detrahendo ſolennitatibus antiquis per no. in l. omnes populi. & per dicta iura. & ideo ſi poſtea ſecundum per eos ordinata illi rebanniuntur erunt legitime rebanniti. Facit ꝙ no. per Ioan. An. in c. ij. de offi. vic. in notabi. & ita pluries fuit obſeruatum. qñ. ſ. ex iuſta cauſa id fecerunt. ff. mand. l. hominem. Nec obſtat ꝙ nō poſſunt mutare regimina ciuitatis per quamcunq; latam authoritatē eis conceſſam, vt no. per Bar. in d. l. ambitio ſa. quia nō pro mutatione, ſed pro illius ſtatus regimine & ſaluatione a toto populo dicitur fuiſſe ſtatutum. l. item eorū. §. ſi decuriones. ff. ꝙ cuiuſq; vniuer.

82 *Octuageſimoſecūdo* † Statuto cōdito a toto populo & cōi cauetur ꝙ per conſiliū ciuitatis nihil poſsit firmari niſi prius per capitaneum proponatur. In illo alio ſtatuto cauetur qꝺ ſi capitaneus proponat de aliquo pro homicidio bannito cancellando

Source : BIU Cujas

de banno ipſo iure deſinat eſſe capitaneus.
Contingit quod qui erat capitaneus propo
ſuit de aliquo bannito pro homicidio can-
cellando de banno, & concilium confirma-
uit. Queritur an ipſa reformatio in cuius
propoſitione qui erat capitaneus deliquit
vitietur. Hanc quæſtionem diſputauit Iaco.
But. Et arguit latiſsime quod non vitietur.
ego vero vt in alijs referam aliqua reſecan
do plura. Primo ergo arguit ſic. Tempo-
re inchoate propoſitionis capitaneus qui
propoſuit erat capitaneus, licet ergo po-
ſtea deſinat debet inſpici tempus initij. de
negot. geſt. l. pomponius. ff. pro ſocio. l. ſi
id quod. §. ſi filius. non ergo nocet mutatio
cõditionis. Secundo qñ res vtiliter inchoa-
tur, licet poſtea inutilis fiat tota vtilis indi-
catur. ff. de neg. geſt. l. ſed an vltra. ff. mand.
l. qui mutuam. §. ſi. cum ſi. Tertio quia tem-
pus conſumationis trahitur ad tempus in-
choationis l. ſi filius. de verb. obli. cum con
cor. Quarto quia res dijudicatur ſecundum
id ꝙ potentius operatur l. queritur. ff. de ſta
tu homi. & de acqui. re. do. l. quicquid. §. pa
ries. Sed principium fuit potentius fine. l. j.
de ordi. iud. ergo iudicatur ſecundum illud
facit in auth. quo. opor. in princ. Quinto ex
ordine delictum præcedit pœnam. C. de pœ
nis. l. ſancimus. Sed propoſitio eſt delictum,
pœna eſt priuatio capitaneatus. & ſic quan-
do deliquit, quia ꝓpoſuit erat capitaneus,
ergo tenuit propoſitio, & ſic valeat refor-
matio. Arguit ẽt a generali natura diſpoſi-
tionis vt effectus conſideretur, vt id quod
in conditione eſt non ſit in obligatione l. j.
§. item ſi ita. ff. ad l. falci. ex natura pœnalis
diſpoſitionis quæ actum non annullat. l. ſi.
ff. de diuor. quod pœnalis diſpoſitio requi-
rit effectum. l. j. in fin. ff. quod quiſq; iur. &
quod in fauore & odio concurrentibus in-
ſpicitur fauor. l. cum quidam. ff. de liber. &
poſthu. cum ſi. In contrarium arguit, qñ
lex puniẽs delictum refertur ad tempus nõ
conſumatũ punitur delinquẽs ex ſolo prin-
cipio. Si vero ad tempus perfectum & con
ſumatum ſpectatur perfectio C. de ſer. fugi.
l. ij. de iuriſd. om. iud. l. ſi quis id quod. quod
ſi dum proponeretur & quod quiſq; iur. l.
j. in ſi. Sed in noſtra q. ſit relatio ad tempus
inchoatum. dum dicit ſi capitaneus propo-
nat, ergo eoipſo quod cepit proponere de-
ſinit eſſe capitaneus. Et ſic non eſt verũ capi
taneum propoſuiſſe, ſed inchoaſſe. ergo ex
ipſa lege ipſo facto inſurrexit pœna. l. quid
ergo. §. cum autem. ff. de his qui not. infa. &
l. qu annis. §. ſi cum eſſem. ff. ad velleian. ex
quo infertur ꝙ non valet. reformatio, quia
quando ex aliquo actu expectatur effectus
ante cõſumationem non poteſt effectus in-
ſurgere, nec cepiſſe prodeſt ff. de acqui. rerũ
domi. l. naturalem. §. illud. C. de teſtam. l. ex
imperfecto. de leg. iij. l. fideiuſſ. §. j. cum ſi. Se
cundo arguit quia res ſumit eſſe per formã,
& forma per conſumationem. ad l. falci. l. ſi
is qui. §. quædam. ad exhib. l. iul. §. quantũ.
vel. §. ſed & ſi quis. ſed ante propoſitionem
propoſitio non habet eſſe nec formã. Ergo
non fuit facta a capitaneo, & ſic non valet
l. cũ ſilea. C. ad ſill. Tertio arudit quod per
multa iura oſtendẽtia quod qñ ab initio eſt
habilitas ſi pendente explemento ſuperue
niat inhabilitas actus vitiatur l. patre furio
ſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. l. inter
ſtipul. §. ſacram. de verb. obl. & C. de teſta.
l. furioſum. cum ſi. Quarto cum multis tẽpo
ribus requiritur aliqua conditio perſone ſi
vno tẽpore illa conditio deſijt actus vitia-
tur l. ſi alienum. §. in extraneis. de hære. in-
ſti. cum ſi. Ergo & vitietur. Quinto probat
ſic. Quando ſic ſe habente duo, vt effectus
ſurgat ex eo quod per prius ſit, ſi erit cõcur
ſus eorum, non erit vitium, alias ſic l. cum
hic ſtatus. §. ſi ambo. de donat. inter virum
& vxo. Sed reformatio in propoſito debe-
bat ſumere effectum a duobus a propoſitio
ne capitanei & deliberatione cõſilij. Et per
prius ex eo quod capitaneus proponeret.
Si ergo antequam opponat deſijt eſſe capi-
taneus ergo deſijt concurſus, & ſic erit vi-
tium. Inducit ſexto q. de puncto, vt qñ non
apparet quod præcedat & quod ſequaẽ po
tius inducatur totius vitiatio. ff. de reb. du.
l. ſi fuerit. & l. ſed & ſi. de teſtamẽ. tute. l. duo
ſunt titij. Sed hic non apparet quod prius
fuerit an propoſitio, an priuatio. ergo totũ
uitiari debet. Induxit ẽt quod ex eodẽ facto
non ſequitur pœna & premiũ. de neg. geſt.
l. ſiue hæreditaria. Item quia duorum con-
trariorum non dicitur eſſe eadem ratio de
capi. dimi. l. ij. §. nemo, & pro ſocio. l. de il-
lo. Item ꝙ factum l. prohibente valere non
poteſt l. non dubium. ff. de leg. Inducit gene
rale quod inutile per ſe alij non poteſt vti-
litatem operari. de ſerui. ruſti. l. qui habet.
Adducit etiam l. cum pater. §. libertis. de le
ga. ij. l. iubemus. §. ſane. de ſacroſan. eccle. in
authen. de non alie. §. quia vero leones. vbi
actus ex quo quis priuatur non valet. Fina
liter conſuluit reformationem non tenere
maxime tali argumento, quædam effectum
expectant a iure, quia ſunt iuris & de iure.
Quædam effectum non expectant quia ius

Source : BIU Cujas

eis non aſsiſtit nec de iure ſunt. In primis expectatur perfectio,& quo ad cõſumationem actus, & quo ad iuris effectum. Et ſic inchoata tm̃ vel etiam terminata ſine iuris aſsiſtentia nihil ſunt, l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de teſta. de fide inſtr. l. cõtractus. in fi. cum ſi. In ſecundis qñq; expectatur conſumatio, vt quia lex de eo loquens eſt præteriti & perfecti temporis qđ exigit rem perfectam & vbi delictũ eſt de leutoribus non fingit rem inchoatã eſſe cõſumatam, & ita perfectio quæ exigitur ex natura verbi non ſuppletur a fictione iuris. d. l. j. in fi. ꝙ quiſq; iur. qñq; nõ expectatur conſumatio. Aut quia lex de eo loquẽs non eſt ſub tali verbo, ſed præſentis vel præteriti imperfecti cõcepta, vt l. ſi fugitiui. C. de ſer. fugi. Et probatur hæc differentia in l. ſi quis id ꝙ. §. quod ſi dum proponeretur, & in d. l. ſi fugitiui. in ſolutione contrarij. de l. poſtliminij. §. transfuge. de capti. & poſtli. reuer. Aut quia eſt de atrocioribus in quibus inchoata finguntur a lege conſumata l. ſi qs non dicam rapere. de epiſ. & cle. cum in eis effectus & aſsiſtentia nõ accedit l. eum qui. C. de adult. Cum ergo in propoſito ſint due leges quarum vna eſt prodita ad delictũ, & pœnam. ſ. illa quæ capitaneum proponentem punit & priuat officio, vt in hac cum prolata ſit per verbum præſentis temporis & præteriti imperfecti, apparet quod ante conſumatam propoſitionem fuit delictũ vt d. l. ſi fugitiui. & l. ſi quis id quod. Ergo & pœna inſurgens ſine hominis facto, vt d. §. cum aũt. eſt etiam alia lex quæ diſponit de reformatione ex qua apparet quod reformatio de homicida bannito cancellãdo nõ fuit talis, vt debuit. eſt enim de his quę a iure ciuili & municipali expectant et ſortiuntur effectum. de iuſtitia & iure. l. ius ciuile. & l. oẽs populi. ergo inchoata & non perfecta quo ad effectum iuris habentur pro infectis, vbi ergo inchoata propoſitione capitaneus reliquit ſatis fuit quo ad pœnã priuationis. & ſic tempore quo finiuit propoſitionem nõ erat capitaneus, & ſic quantum ad legem quæ de forma reformationis loquitur, nihil actũ debet intelligi. Finaliter reſpondet ad contraria. & quia patet ex diſtinctione prædicta non inſiſto. Vides ergo quod talis nõ intelligetur rebannitus, & ſic non poterit cancellari. Vt tñ iſta dubitatio tollatur ſolem apponi in reformationibus illa, videlicet quod non poſsit opponere in conſilio. & ſi ad actum propoſitionis peruenerit vel proponere ceperit ipſo facto priuatus intelligitur. de qua doctrina, vide in l. filiusfa. §. diui. de lega. j. per Bar. per alios & maxime Bal. in l. ea lege. C. de condi. ob cau. & etiam per Bar. in l. ſi ita quis. §. ea lege. de verb. obli. & de quæſtione prædicta in dictis iuribus pauca tanguntur ex deciſione prædicta colligitur triplex materia. Vna qñ actus ceptus habeatur pro conſumato. de qua in iuribus ſupra alleg. Et vide quod no. Bar. in l. ſi is qui. ff. qui. ex cau. ma. vbi tractat qñ executio facta dicatur. Secũda qñ debet inſpici initiũ vel finis. De hoc vide in l. iij. §. ſcio. ff. de mino. & ibi latius. Tertia eſt de natura verbi præſentis præteriti imperfecti, & verbi præteriti perfecti. de qua habetur in iuribus ſuperius allegatis, maxime in d. l. j. ꝙ quiſq; iuris. & no. qđ in hac diſputatio. Iac. But. oſtendit ſe fuiſſe doctorem ſubtiliſsimũ. & vide quæ no. per doc. in l. aretuſa. ff. de ſta. homi. & tãgit Bar. in l. ſi poſt mortem. in fi. prin. de leg. j.

## *Octuageſimatertia* quõ partis erit.

83 † Fuit factum ordinamentum quod oẽs banniti cõmunis exiſtentes in territorio Ducis Mediolani, qui illud territorium exiuerint intra duos menſes. & iuerint ad ſeruiendum cõi in exercitu ſuis ſumptibus per quatuor menſes debeant rebanniri. Qui vero non exiuerint intelligantur rebelles & in perpetuum de banno exire non poſsint. & omnia eorum bona intelligantur elapſis dictis duobus menſibus confiſcata Titius exiſtẽs & habitans in ciuitate Papie fuit Florentie inquiſitus, & fuerant facte citationes ſecundum formam ſtatuti. Et cum nullus comparеret iudex poſuerat eum in bãno, & inter alios bãnitos cõis extiterat regiſtratus, quę omnia, Titius ignorabat. Elapſis duobus menſibus in exercitu cõis fuit facta reaſsignatio bannitorum ibi ſeruientium. & cum non eſſet inuentus Titius eius bona fuerũt incorporata. Ipſe autem id audiens diſceſſit de territorio ducis & in exercitum venit. Queritur an inciderit in pœnam rebellionis & confiſcationis bonorũ &c. An vero ſeruiens per quatuor menſes debeat rebanniri? Iſta quæſtio habet duo mẽbra principalia. Primum eſt an dictum bannum potuerit dari contra illum ignorantem. Secũdum poſito quod dari potuerit, an eius ignorantia ſibi proſit. & hoc erit etiam duplex. ſcilicet an excuſetur a pœna, & ſic excuſatur, an ſeruiens habeat ſtatuti beneficium, & ſic debeat cancellari. Quo ad primum re

Source : BIU Cujas

currere ad ea quæ dixi in primo tempore
parte tertia,quæſtione iij.ex quibus patet
quod aliquando põt dari & aliquando nõ.
ſi ergo in caſu noſtro bannum fuiſſet inua-
lidum,quæſtio non procederet,quia nõ eſ-
ſet bannitus.l.iiij.§.condẽnatum.de re iu-
dicata.Oportet ergo præſupponi bannum
validũ.ex quo reſtat ſecunda dubitatio.&
licet dubitabiles paſſus ſint, tamen conclu-
dendum eſt quod nõ inciderit in pœnas ſu-
pra dictas.Certũ enim eſt quod ſtatuta pœ-
nalia non ligant ignorantes.l.fi.ff.de decre.
ab ordi.faci.extra de conſtitu.c.cognoſcen
tes.per Arch.no.xvj.diſtin.c.quod dictis.ẽt
ſi talis reformatio fuiſſet per ciuitatem pu-
blice bannita,vt no.in d.c.cagnoſcentes.Id
enim quod in ciuitate eſt notoriũ ligat ibi
habentes,non autem exiſtentes extra pro-
uinciam.& ita intelligitur quod habetur in
l.ſi tutor.C.de pericu.tut.& in l.ij.C.de re-
cepta.extra qui matri.accu.poſſ.c.cũ in tua.
& probatur ſecundum Roffr.vt refert Ar-
chidi.vbi ſupra in l.optimam.C.de contra-
hen.& commit.ſtipu.& ibi notanter dicit
quod illud quod dicitur ſufficere ꝙ quis ſit
voce præconia citatus,Intelligitur quando
præco mittitur per totam ciuitatem,quo
caſu dicit neminẽ excuſari. facit authẽ.qui
ſemel,C.quomodo & quãdo iudex.et quod
ibi per Iaco.But.Nec obſtat ſi dicatur ſtatu
tum eſt præciſum & lapſi fuerunt duo men
ſes antequam exiret,ergo in pœnam inci-
dit,cum ſtricte debeat intelligi.l.conſtitutio
nibus.ad municip.etiam ſi durum ſit l.pro-
ſpexit.ff.qui & a quibus,quia ille terminus
non currit,niſi a die ſententię etiam ſi dica
tur de proxime futuris.Debet enim ſubau-
diri a die ſcientie ſecundum Barto.in con-
ſil.quod incipit, Domine Iacobe.&c.alle-
gat.l.iij.§.ſi quis hæredi.ff.de ſtatu lib.& l.
ſi in diem.ff.de condi.& demon.Sed in hoc
Franciſ.de Aretio in l.ſi cui.ff.de leg.j.dicit
notanter,quod aut diſpoſitio demonſtrauit
initium temporis, puta quia dixit hinc ad
duos menſes. Et tunc aut pars ignorauit
impedimento iuris,& non cedit tempus ni
ſi a die ſcientie.l.ſi quis in graui §.vlti.ff.ad
ſil.& facit l.ſcimus.§.donec de iure delibe-
ran.ſecundum eum.Poteſt poni exemplum
in propoſito,vt quia fuit ordinatum quod
dicta reformatio non poſſet propalari inde
ad certum tempus.Si vero ignorauit impe-
dimento facti , vt quia non fuit ei notifica-
tum.Et iſto caſu tempus ſic limitatum cur-
rit ignoranti , quia currit ab initio demon-
ſtrato,vt eadem.l.ſi cui.& l.qui duos.§.j.de
manumiſ.teſta.ſecundum eum.Pro quo vi-
de.no.tex.cum.glo.in l.qui filio impuberi.
§.j.ff.de hæredib. inſtiuen.& idem dixit
Bar.in conſil.quod incipit,Queritur vtrum
elapſo.&c.& allegauit.l.placet.C.de ſacr.
ſan.eccle.& l.iubemus nulli.eod.titu.quæ
fuerunt verba Iaco.But.Qui vltra prędicta
conſulendo allegauit authẽ.hodie.de appel
la.& de mino.l.emilius.Puto tamen quod
hoc caſu poterit reſtitui ex iuſta ignoran-
tia.l.j.in fi.quib.ex cau.maior.& ꝙ vi aut
clam.l.ſemper.§.hoc interdicto ſcilicet ad
remiſsionem pœnę.Si vero non demonſtra
uit initium,quia non dixit hinc,ſed dixit in-
tra menſem ſimpliciter,vel dixit intra du-
os menſes proxime venturos.& tunc intel-
ligitur ſcilicet a die ſcientie,argumen.C.de
appel.authen.hodie.& quod ibi not.& de
ſtatu libel.l.iij.§.ſi quis hæredi,quia ante-
quam ſciat non videtur poſſe petere.l.an-
nus.de calum.Plus enim dixit Oldr.in cõ-
ſil.cxxxviij.quod non ſimpliciter currit a
die ſcientie,ſed cum poteſt actus ille exer-
citium deduci.ff.de iure dotium.l.tali.& di
cto.§.ſi quis hæredi.& dicta l.ſi in diem.qđ
eſt valde no.& utile ad multa.ex qua diſtin
ctione colligitur deciſio ſupra dicta inſpe-
cto themate quod in pœnam non inciderit.
Pro quo facit ff.de adminiſtr.tut.l.quidam
decedens.§.fi.& de his qui not.infa.l.gene
ro.& ſic reſtat videndum an ſi ſeruiuit per
quatuor menſes cõi debeat rebanniri , iſta
quæſtio eſt fortior,quia licet in pœnis euitã
dis excuſet ignorantia,et ſimiliter in graua
minibus,vt dictum eſt ſupra tñ in lucris nõ
eſt ita l.ſi is.§.ſi ſeruus.de acqui.re.domi.&
ꝙ dixi ſupra hoc eodẽ tpe, par.ij.q.xxij.&
xxiiij.Magis enim ſuccurritur primo ꝙ̃ ſe-
cundo l.fi.C.de condi.Item quia dicta ſupra
locum habent in eo qui ignorat ordinamẽ-
tum. hic autem præſupponitur quod igno-
ret ſe eſſe in ordinamento comprehenſum.
& ſic ignoret qualitatẽ ſue perſone quę non
ſolet tribuere beneficiũ.l.tametſi.ff.ad ma-
cedo.l.fi.ff.pro ſuo . & ſic videat̃ concludi
debere ꝙ licet excuſetur a pœna quodcun-
que ignorauerit.Si tñ intra duos menſes a
die ſcientie ſeruierit,vt ſupra non tñ debet
præmium cancellationis conſequi per iura
prædicta.Quod verum erit ſi illi quatuor
menſes fuerint electi,vt tempus ſpeciale,pu
ta in obſidione alicuius loci,propter,quam
cauſam illa reformatio facta fuerit,tunc eñ
cum amplius illud ſpeciale tempus nõ poſ-
ſit ſuppleri.ff.de vſufruc.lega.l.ſi vſufruct.
mihi in biennium rebanniri non debebit.

Source : BIU Cujas

Si vero illud tempus fuerit adiectum in genere, puta quia ſi cōſiderauerit ſtatutum de quocunq; tempore durante guerra, tūc debeat rebanniri per iura prædicta quę omni modo ignoranti tempus currere nō permittunt. Nec ob. quod dictum fuit ſupra per. §. ſi ſeruus, quia aut quis tempore quo ſeruiſſet cōi ignoraſſet ſe eſſe bannitum, & ſic nō vt bannitus ſeruiſſet, & tunc nō deberet rebanniri vt ibi, & l. ij. de condi. & demon. ff. Sed ſi tempus quo ſeruit ſcit ſe bānitum & ut bannitus ſeruit, cum ei ignoranti tempus generaliter traditum non cucurrerit, vt ſupra eſt oſtenſum habere debebit ſtatuti beneficium quod eſt latiſsime interpretandū. ff. de conſti. prin. l. fi. cum ſi.

*Poſt operis expeditionem*

ſuperuenit mihi notitia duarum quæſtionū Oldra. quas per alios tactas aut relatas non inueni, quæ licet alibi decentius ante locate fuiſſent, tamen cum de fauoribus bannitorum etiam tractēt, & quia fuiſſet plurima quotarū mutatio neceſſaria huic loco quaſi oportune locantur. & prima eſt in qua con-
84 ſuluit. & ideo lxxxiiij. querit. † Titius fuit bannitus pro proditione ciuitatis propter quod ex forma ſtatuti ipſe, & filij erant bāniti. Poſt bannum Titius ſuſcepit filium nomine Gaium, qui Gaius patre mortuo reuerſus fuit ad ciuitatem de qua pater fuerat bannitus. & ibi ſtetit longo tempore ſicut ciuis exiſtens de conſilio, equum tenens & omnia alia faciens, quę alij ciues faciunt. & dum iſta ſic ſe haberent venit ad rixam cum Sempronio de qua rixa facta eſt pax coram poteſtate ciuitatis poſt quam pacem Sempronius eum interfecit, & aufugit. Poteſtas fecit eum citari. & quia nō venit ex vigore arbitrij ꝙ habebat banniuit eum. Nunc coram ſucceſſore poteſtatis prædicti petitur reuocari prædicta ſententia bāni lati contra Sempronium. & dicitur quod licitum fuit ei impune occidere dictū Gaium, quia bannitus erat ex forma ſtatuti, de quo ſupra mentio facta eſt. Queritur an poſsit dicta ſentētia reuocari. Et primo videtur quod non ex vigore publice authoritatis, quia ipſe Gaius habebatur vt alij ciues. Ne ergo ſub eius prætextu decipiatur idem debet de ipſo ſicut de alijs ciuibus iudicari, arg. C. de his qui ve. eta. imp. l. j. & cū communem cum alijs vitam duceret eandē ſentire debet in legibus diſciplinam, ut tex. ibi legitur, extra de ſtatu mona. c. recolentes. et cum eadē particula experiretur iura quoq; eadem ſibi uendicare debet ff. de bo. poſ. ex teſta. mili. l. vnica. circa princ. & cum par ſi. miliſq; militia ſit iuſtum, videt eiſdem priuilegijs gloriari. C. de proxi. ſacra. lar. & rerū priua. l. iubemus. Secundo facilius pœna remittitur quam priuilegium auferatur, eo quod vnum eſt fauoris & gratie, alterū vero ſupplicij & pœnæ. ff de conſti. prin. l. beneficium. de lib. & poſth. l. cum quidam. de pœnis. l. interpretatione. Sed habitus in communi contrarius veritati tollit priuilegium. ff. ad maced. l. ſi quis patrem. & loca. & condi. l. ſi quis ignorans. Immo etiam aliquando facit ceſſare ius cōe. ff. de intur. l. itē apud. §. ſi quis virginem. de iure fiſ. l. ſed & ſi accepto. ergo multofortius tollit pœnam ſiue ſupplicium ex banno inflictum. Tertio ſicut ſubſiſtentia veritatis actum aliquē reddi illicitum, ita & opinio cōis quāquam ſit veritati contraria, ſicut ergo ſi vere bannitum non fuiſſet licitū occidere, ſic nec qui vere erat bannitus cōi opinione in contrarium ſe habente, vt probatur aperte ff. de acqui. hære. l. cum quidam. in verſi. quod ſi ipſe. & in eodem titulo. l. ventre. & ibi nor. Quarto nōne regula cōis eſt quod error publicus facit ius, vt inſtit. de teſta. §. teſtes. ff. de offic. præto. l. barbarius. C. de teſta. l. j. ff. de ſuppel. lega. l. iij. in fi. Faciat ergo hoc caſu error publicus, quo credebatur filius Titij non bānitus ius. ſ. tam fauorabile, tam benignum. ſ. vt impune occidi nō poſsit, ſicut nec alij ciues, talis namque error inmutat aliqū ſtatum alicuius. Nam de ſeruo ciuilium actuum non capace liberum facit, & actum ciuilium capacem. vt ad literam legitur. C. de lati. libe. tol. l. vna. §. ſed & qui domini. ſic ergo hic de bannito faciat nō bānitū. Dico ergo ego Old. de ponte de laud. ll. doctor ſalua ſemper veritate, quod ſucceſſor poteſtatis dictam ſententiam reuocare non poterit, & hoc præter iam dicta triplici ratione. & prima ſi aliquis pulſet legatum hoſtiū, traditur hoſtibus vt ſeruus eorum fiat. ff. de legatio. l. vlti. Pone ergo ꝙ talis pulſans & hoſtibus traditus reuertit ad nos, ſi non recipitur a nobis, non recuperat iura ciuitatis poſtliminij iure. ſi vero recipitur ea recuperat. Sic ergo in propoſito cum hic bannitus rediens receptus fuit, & in omnibus tractatus, vt ciuis iura aliorum ciuiū habeat, vt legitur. ff. de cap. & poſtli. reuer. l. iij. §. fin. Secunda eſt talis. Talis bannitus non poteſt cenſeri deterioris conditionis quam hoſtis, immo hoſtis proprie dicitur, ff. de

ff.de capi.dimi.l.amiſsione.§.qui deficiunt. & ad legē corne.de ſica.l.iij.§.vlti.& de re mili.l.proditores. Tamen ſi ei pax ſit promiſſa ſeruanda eſt.xxiij.q.j.noli. & xxij.q.iiij.innocens. & qui non ſeruat capite puniendus eſt.ff.de re milit.l.vlti.§.fi.licet er go potuiſſet occidi ex forma ſtatuti, non tamen per eum qui cum eo pacē fecerat. Tertio & vltimo dato ꝙ ſententia banni fuiſſet iniqua,fuit tamē contra ius litigatoris tantum lata,& ſic non poſſet ſucceſſor eam reſcindere.C.ſenten. reſcindi.non poſſe l.j.& quando pro.non eſt neceſſ.l.j. ēt ſi hoc ſtatutum quod faciebat eū bannitum fuerit corā banniente allegatum,quia propter probabiles dubitationes ſuperiores & alias non putauit cauſam illo ſtatuto iuuari.ff. de re iudica.l.præſes.& l.cū prolatis. vbi eſt caſus. Hæc Oldra. Si recte conſideras ipſe propoſuit talē filium ēt poſtea natū ex verbis ipſius ſtatuti ex ſua perſona intelligi bannitū,immo eſſe bannitū.& ſic non cōtradicit his quæ dixi ſupra in primo tempore parte prima q.vlti.nec quæ dicā infra in vlti. tēpo.parte ſecunda q.xiiij.Id aūt ꝙ dixit eū qui pacē fecerat non potuiſſe impune occidere bannitū non eſt per omnia contrariū ei quod ipſe in ſua diſputatione quæ incipit Titius fecit pacem, concluſit.ſ. facientē pacem non obſtante pace potuiſſe offendere bannitum,quia in hoc themate erat bannitus tēpore pacis,in illo fuit bannitus poſtea. In hoc tū recurre ad ea quæ dixi ſupra hac eadē parte qōnibus. ij.iij. & iiij.& ex hac deciſione collige duo notanda.Primum quod per actus publicos quos bannitus facit intelligitur rebāniri.Secūdo quod ſententia lata contra offendentē bannitum valet.Quo ad primum aduerte quod id põt eſſe verū,niſi quando ad actū rebannitionis requiruntur aliæ ſolennitates, tunc enim illis non ſeruatis in publicis actibus ſicut nõ valeret expreſſa rebannitio, ita non valeret tacita,l. qui ad certum.ff.loca. Puto tamen quod licet non intelligatur rebannitus nihilominus offendi nõ poterit.Illud.n.ſtatutum tolli poteſt alia ſolennitate ab alio ſtatuto requiſita,vt in materia l.omnes populi.& l.ſi quis in principio teſtamenti. de leg.iij.Licet ergo tunc non intelligatur rebannitus non tamen poterit offendi, cum qualitas hoſtis ſublata ſit per eius receptionem ad actus publicos de qua ſupra. Si aūt actus publici fierent coram toto populo ad parlamentum vocato,vt fit in introitu dominorum & priorum & etiam in introitu vexillorum ſocietatis in ciuitate Florētiæ, dicerem tunc intelligi rebannitum Gatum, de quo ſupra.Præſumeretur enim ſciſſe populum omnia quæ in ſuis legibus continētur,& ſic contra illas in totum diſpenſare, C.de teſta.l.omnium.& l.quidam conſulebat.ff.de re iudica. & quod habetur in d.l. ſi quis in principio teſtamenti.Vis.n. communis publici erroris inducta a populo qui poteſt maxime per viā parlamēti facta a cõſilijs quæ illum repreſentant, vt l. aliud.§. refertur,& ibi not.ff.de reg.iur.& C.quę ſit lon.cõſue.ſuper rub.reuocare. & ſic faciendo intelligitur reuocare, vt habetur in l.ij. C.de decre.decu.& quod not.in l. ita tamē. in prin.ff.ad trebel.iuncta.l.de quibus.in fi. cum ſua materia.ff.de leg.ſecundū quam intelligitur hæc deciſio,vt patet ex themate, & ita fuit in legibus ſiue ſtatutis loquentibus de conſortibus epiſcopi Florentini iudicatum per totum collegium Florentinū.

Quo ad ſecundum vide quæ dixi ſupra hac eadem parte q.iij. Et conſidera ꝙ hic non fuiſſet lata ſententia ad petitionem bānniti agentis,ſed alterius accuſantis, vel ipſius iudicis inquirentis pro iniuria facta bānito,& in proceſſu non expreſſo,licet fuerit exceptum.Id autem ꝙ vltimo dicitur tale bannum reuocari non poſſe tempera per ea quæ dixi in primo tempore,parte vlt.q. & ſic. lxxxv.

85 *Altera quæſtio* ſub† hoc themate formata erat. Duo ſunt ſtatuta in ciuitate Paduæ. Vno quo cauetur quod quicūque fuerit bānitus de maleficio, præſentando alium bānitum de ſimili maleficio liberetur & eximatur a banno. Alio quod quicunque fuerit bannitus de maleficio in ciuitate Vicentiæ intra octo dies banniatur,& in libro bānitorum ponatur in ciuitate Paduæ eiſdem modis & conditionibus & formis quibus bānitusfuerit in ciuitate Vicētię.Accidit ꝙ Titius cõmiſit maleficiū in ciuitate Vicentię,& de maleficio eſt ibi bānitus,& ex forma ſecūdi ſtatuti bānitus eſt ſimiliter in ciuitate Paduę repetitis verbis ſecūdi ſtatuti ī ipſo banno.Qui Titius bannitus præſentat Paduæ alium bānitum de ſimili maleficio, & vult liberari a bāno ciuitatis Paduę virtute primi ſtatuti,licet hoc non poſſet in ciuitate Vicentiæ.Quæritur an hoc poſsit de iure petere,& ſic an debeat liberari.Et dicta Oldra. in hac quæſtio. multum diffuſe proſequitur,ſed multis omiſsis,& maxime reſponſionibus ad argumenta facta hinc-

inde referam truncate eius intentionem, & primo ad negatiuã, quando vnus locus adijcitur alteri naturam eius cui adijcitur aſſumit, arg. ff. de publi. l. ſi ego. §. ſi tamen. de vſufru. l. ſi titio. §. j. & de pac. do. l. inter ſocerum. §. cum inter. Sed ciuitas Paduę adijcitur Vicentiæ a qua per prius Titius erat bannnitus. ar. ff. de ſenato. l. pe. & exerci. l. ſi eum §. j. ergo ex loco Vicentiæ vbi nõ liberatur debet iudicari. Secundo ſic. bannũ Paduæ fuit datũ propter bannũ Vicentiæ, & licet fuerit ex interuallo propter neceſſitatẽ apparentem, tamen intelligitur ſimul datum. arg. ff. ſi pars hære. peta. l. antiqui. de mili. teſta. querebatur. de hære. inſti. l. hæredes palam. §. fin. ergo licet tollatur ſecundũ durat primum, quia talium quorum vnum propter aliud eſt ademptũ virtute permanentis perdurat. ff. de libe. & poſthu. l. ſi ita. §. j. & arg. ff. ad carbo. l. iij. §. ibidẽ. Tertio ſententia eſt lex. ff. de iuſti. & iur. l. pen. & apparet ex equiparatione ad vltimã voluntatẽ. ff. de manu. l. ſeruus. de pigno. actio. l. non eſt mirũ. iuncto in authẽ. de nup. §. diſponat. Sed ex diuerſitate locorum effectus legis non variatur. C. de vſuc. tranſ. l. vlt. & de temp. in integ. reſti. l. fina. ergo nec effectus ſententie. & ideo ſicut Vicentię non liberaretur, ita nec Paduæ. facit. ff. de poſtu. l. ex ea. & ꝙ ibi no. Quarto quia bãnum translatum nõ debet immutari ex loco ad quẽ eſt trãslatum. C. de his qui in prio. cre. lo. ſuc. l. j. de noua. l. aliam. de adimen. lega. l. legatum. cum ſi. Et ſic remanente qualitate banni ex loco Vicentiæ eximi non poterit. Quintum bannum latum Paduæ dicitur ortum Vicentiæ. ff. ꝙ vi aut clam. l. nã origo. ergo ſequitur ꝙ in exemptione ille locus attenditur. ff. de euict. l. ſi fundus. de vſur. l. j. ergo quia Vicentiæ non liberatur, ita nec Paduę. Sexto dicta bãna ſunt eiuſdem forme, ergo & eiuſdẽ ſubſtantię. ff. ad exibend. l. iul. §. ſed & ſi quis. ff. de auro & argen. leg. l. ſeia. & de verbo. ſig. l. mulier §. j. & ſic eſſe debent eiuſdẽ vite, ad leg. falc. l. qui quadringenta. §. quid ergo. & de ſerui. ruſti. predi. l. vna eſt via. bannum Vicentię durat & viuit, ergo & Paduæ. & maxime quia fortior eſt actus obligationem conſeruans quã extinguens C. de duob. re. l. fina. Vltimo ab adequatione facta de bannis, & ſic eiuſdẽ vite debent eſſe C. de inoffi. dona. l. fi. In contrarium arguit ſeptem alijs nominibus quas ſimiliter decurtabo. Primo a natura ſuperaddit quæ eſt vt ſuis cõditionibus & qualitatibus proprijs iudicetur. C. ſi plu. vna ſen. l. j. & ij. & ff. mand. l. ſi mandato. §. paulus. de conſti. pecu. l. item ſi la. §. j. bannum vero Paduæ ſuperadditur banno Vicentiæ, ergo debet ſuis qualitatibus iudicari, & ſic Titius liberari debet.

Secundo obligatio ex bãno & eius diſſolutio ſunt diuerſa quinimmo & contraria, ergo diſpoſitio ſuper vno non trahitur ad aliud l. ſi vero. §. de viro. ſol. mat. & ſi a pa. quis fue. manu. l. pater. cum ſi. & ſic diſſolutio quæ ſit Paduæ remanet in ſuo ſtatuto l. omnes populi. Tertio licet plures leges prodeant a diuerſis circa eaſdẽ perſonas & eundem effectum dirigentes non tamẽ ſunt eiuſdẽ vite, ſed vnaqueꝙ durat ſecundum naturam ſuã inſitam producenti, vt patet in bonorum poſſeſsione de iure prætorio & aditione de iure ciuili, inſti. de bo. poſ. §. aliquando, de bo. poſ. ſecundum tabu. l. hi qui. & C. de iure delibe. l. licet, & qui admit. ad bono. poſ. l. ij. & de ſucceſ. edic. l. j. §. largius. cum ſi. In propoſito ergo bannum Vicẽtiæ duret perpetuo Paduæ tollatur pręſentatione alterius banniti. Quarto extenſio vnius loci ad alium intelligitur ſecũdũ quid non quo ad omnia. C. de ſac. ſan. eccle. l. omni. de pre. vrb. conſtant. l. j. ti. xj. & no. de legi. l. princeps. Sic ergo & tunc extenſio banni de Vicentia ad Paduam fiat ſecũdum quid, ne vnico verbo ſtatutum Paduę videatur tollere ſuas leges proprias. C. de inoffi. teſta. l. ſi quando. & extra de ſepul. c. certificari. Quinto pœna debet eſſe proportionata delicto C. de epiſ. & cleri. l. ſi quemquam. de hære. l. quicunque. prolixitas in duratione dicitur magnitudo pœnę, de pe. l. aut damnum. §. inter eos. plus autẽ eſt delinquere in aliquem immediate ad leg. iul. mateſt. l. iul. & de capti. & poſtli. re. l. ſi quis ingenuam. Sed ſi bannum datũ Paduæ pro delicto commiſſo Paduæ tollitur præſentatione, & ſic minus durat fortius tolli debet aliud datum propter delictum commiſſum Vicentiæ, quia quo ad ciuitatem Paduę lõge minus delictum eſt. Sexto variatio loci plerũq; inducit diuerſitatem quo ad exemptionem ab onere. ff. de excu. tu. l. ſed milites. §. ignominie. ff. de re mili. l. milites. §. miſsionum. & patet. C. qui nu. libe. l. j. non ergo mirum ſi diuerſimode eximitur quis a bãno Paduæ ꝙ̃ Vicentiæ. Septimo redhibitoria & quanto minoris ab eodẽ inducte ſunt. ſ. a prætore. ff. de edi. edic. l. j. §. j. & l. quod ſi nolit. §. ſi plures. & l. ediles. & aliqñ vtriuſque idem eſt effectus. ff. de edili. edic. l. bouem. §. aliqñ. & ſentẽtia lata ſuper vna

Source : BIU Cujas

parit exceptionem rei iudi. in alia. ff. de excep. rei iudic. l. ſi is qui hæres. §. j. Sed vna tollitur anno. Alia ſex menſibus de edili. edic. l. ſciendum. §. fi. Ergo fortius in propo ſito cum nõ ab eod. ſed a diuerſis bãna pro cedant. His rationibus factis licet proli- xius facit ipſe Oldra. reſpõſiones ad vtriuſ- que partis argumenta. Et illis poſitis cõclu dit vt ſequitur. His ſic decurſis ſubijcio ſolutionem quæ mihi verior eſſe videtur. Et credo ſimpliciter dicente ſtatuto quod qui eſt bannitus Vicentiæ, banniatur & Pa duæ. Et ſic ſit factum iſto caſu præſentando alium bannitum liberaretur a banno ciui- tatis Paduæ ſecundum formam primi ſtatu ti ſuperius allegati. Et hæc per allegata pro hac parte & maxime, quia qñ vni propter delictum non in ſe, ſed in alium cõmiſſum competit actio, ita ꝙ etiam nihilominus cõ petit principali. Et ſic vtrique vnaqueque actio ſuam legem habet, & ſuũ propriũ ſor- titur effectũ, & ſuum diſſoluendi modũ & faciliorem principali ſicut ſi fiat iniuria fi- lio competit actio filio & patri. ff. de procu ra. l. non ſolum. §. ſi pater. & de iniur. l. pa- ter cum ſimi. & tamen non erit eadem exi- ſtimatio vtriuſque actionis, ſed vnaqueq; habebit propriam ſecundũ conditionẽ eius perſone cui cõpetit. ſic dico quod & ſi pro pter maleficiũ & in vno loco cõmiſſum in duobus locis quis banniatur vnumquodq; bannum ſecundum naturam loci ſui pro- prij iudicabitur. ff. de iniur. l. ſeruo. §. vlt. & l. ſeq. Et quia identitas & vnitas ſententie ex qua diuerſe pœnę ſequuntur non arguũt identitatem durationis in pœnis ſicut in ſen- tentia relegationis ad tempus habet enim in ſe pœnam quã verbum ſonat. ſ. relegatio nẽ & aliam, ſcilicet remotionem ab ordine decurionatus amiſſi. ff. de decurio. l. ij. Et ad tempus ab ordine decurionum redditus eſt inhabilis ad honorem, & tamen finito tẽ pore principalis pœnæ, ideſt amotionis ab ordine non finitur inhabilitas ad nouos ho nores, ſed tanto tẽpore expectat quãto fuit in pœna. ff. ad munici. l. ordine. & de decu- rio. l. ad tẽpus. ex quibus apparet ꝙ pœna acceſſoria nõ cõmenſuratur ex tẽpore prin cipalis, ſed habet per ſe propriã in legẽ ſe- cundũ quã finitur & durat. Verũ quia in themate noſtro in ſtatuto fuit vltra proceſ- ſum, & dictum quod banniatur eiſdẽ modis & conditionibus &c. Contrariũ credo de ſtricto iure propter virtutẽ prædictorũ. mo dus nãq; dr̃ a moderor moderaris, & dici- tur moderamentũ ſiue tẽperamentũ rei cui adijcitur. ff. ad leg. falci. l. j. & inſtitu. eo. in princi. & ff. de dona. cau. mortis. l. ꝙ condi- tionis, & ibi not. & de ſerui. l. ſeruitutes. §. modus. Temperamentũ vero obligationis duo reſpicit. ſ. ius creditoris, & eius qđ põt ſolui reſpectu debitoris, & hoc vult dicere lex. de acti. & obliga. l. obligationũ fere. §. modus. Poſito. n. ibi obligationis modo per eum exẽplum alternatiue obligationis. per exemplum alternatiue obligationis ſtatim ſubdit rationẽ quare illa obligatio dicitur ſub modo. Nã alterius ſolutio &c. Et ſic mo deratur ſolutio reſpectu creditoris. Cũ igi- tur debeat eſſe idẽ modus banni dati in ci- uitate Paduæ, qui eſt banni dati in ciuitate Vicẽtiæ. oportet idẽ eſſe in petitione & ſo- lutione ſed in ciuitate Vicentiæ nõ eſt prę- ſentatio banniti in ſolutione, ergo nec Pa- duę. Item hoc nomen conditio interdum di cit obligationis ſuſpenſionẽ per adiectionẽ vel ſubintellectum alicuius extrinſeci exe- cati. ff. de condi. & demon. l. legatum. & l. aliquando. de verbo. obli. l. interdum. & de verb. ſigni. l. cedere. Interdum dicit ius per- ſone competens ſiue præſentem ſtatum ali cuius rei. ff. de procura. l. ignorantis. de reg. iur. l. non ſolum. & l. melior. & de teſta. ma- nu. l. meuia. De primo modo intelligẽdi cũ dicit ſuſpenſionẽ non videtur ſtatutũ debe re intelligi eo quod appellatione ius nõ eſt ſecũdũ legem. ff. qñ appellã. ſit l. j. §. biduũ. & verbum habens duas ſignificationes pro latum a lege, eam ſignificationem aſſumit quæ eſt ſecundum legem, non eam quæ prę ter. C. de inſtitu. & ſubſtitutio. l. generaliter. & de ope. liber. l. qui libertinus. §. fina. ergo ſecundum vltimum modum. Itaque æqua debet eſſe conditio banniti in ciuitate Pa- duæ cum bannito in ciuitate Vicentiæ, ſed hoc non eſſet ſi ſe poſſet liberare Paduæ per repreſentationem banniti cum Vicen- tiæ hoc non poſſit, immo eſſet melior con- ditio Paduæ quam Vicentiæ ſicut eſt me- lior conditio domi quo ignorante ſeruus delinquit, quia liberatur dãdo eum pro no- xa, quã eius, quo ſciẽte delinquit, quia ne- ceſſe habet damnũ emẽdare. ff. de noxa. l. ſi plurimus ſeruus delinquerit, & de vſufruc. l. cũ fructuarius, & l. ſeq. Præterea ſicut fa- cultas & difficultas diſſolutionis obligatio- nis facit obligationẽ eſſe melioris cõditiõis vel deterioris, ita facultas diſſolutionis bãni facit alicubi bannũ eſt melioris cõditionis alibi deterioris. Sed hoc nõ debet eſſe in ꝓ- poſito, imo debet eſſe eiuſdẽ cõditiõis vtro biq;, vt ex ſtatuto apparet, ergo debet eſſe



Source : BIU Cujas

par & eadem diſſolutio in vtroque Prædicta probantur.ff.de fideiuſſ.l.græce.§.idem iulianus.& de in diē addic.l.vbi aūt.§.fi.& l.ſeq.& ſic intelligitur ſtatutum de cōditionibus extinctiuis, vt eadē ſit cōditio extinctiua banni in vtroque loco, vt no.ff.de ſeruit.l.iiij.ſic & ſeruus qui intolerabiliter afficitur a dño debet bonis conditionibus vēdi non ſuſpēſiuis, ſed extinctiuis, ita.ſ. quod contractus nō diſſoluatur per redditum ſerui ad dominum, ſic nec per redditum banniti ad ciuitatem vt inſtit, de his qui ſunt ſui, vel alien.iur.§.ſed & maior. & ſi quereretur a n ſi talis bannitus præſentaretur per alium in ciuitate Paduæ præſentans habere beneficium præſentationis ex forma ſtatuti primi. Crederem quod ſic, quia negari non poteſt eum eſſe bannitum ciuitatis Paduæ, quæcunque fuit ratio bāniendi. Et ad hoc poſſunt diuerſimode ſuperiora deduci, & potiſsime hoc dicerem per l.de interdic. & regu.l. relegatorum.§.interdicere, cū.§. ſeq.& in.§.ſi quis.ibi vel pluribus prouincijs &c.& de capti.& poſtli.re.l. non dubito. Hæc Oldra. Vt ergo vides ex ſolu. p̄dicta cum diſtin.ſatis patet reſponſum ad rationes vnicuiq; parti diſtinctim aduerſantes, quapropter illas non curaui referre.

Sed mihi primum membrum deciſionis eſt dubium, quia cū ſtatutū Paduæ ſemper loquatur, & bannitus Vincentiæ remaneat Vincentiæ bannitus reſtat primū ſtatutum, vt ſic etiam poſt cancellationem debeat bāniri & regiſtrari.C.de hæreti.l.arriani. Nec ſufficiat prima deſcriptio cū non durauerit l.ſi pro parte.§.verſum.ff.de in rem ver. & ꝙ habetur per Bar.in l.ſicut.§.ſuperuacuū. ff.quib.mod.pign.vel hypot.ſol. Videt ergo verius ꝙ vtroq; caſu talis bannitus aliū bannitum præſentans non eximatur a banno, & quod ſtatutū primum intelligatur de bannitis tantū in ciuitate Paduæ & non de alijs, vt ſic vnum ſtatutū declaretur ab altero.ff.de peti.hære.l.cū ſi. Quia tū authoritas tanti viri ampla eſt, non audeo ab eius deciſione diſcedere, eo caſu quo ſtatutū tantum diſponit, ꝙ bannitus Vicentiæ banniatur Paduæ. Semel enim fuit bannitus, ergo &c.per not.in l.qui duo.§.fin.ff.arbi.cū ſimi. Verum quia prima ratio facta ad partem negatiuam, & etiam ad affirmatiuā nō concordant ex prædictis. Et quia etiam circa illas ſolutio & diſtinctio eiuſdem vtilis eſt ad multa & maxime ad materiam l.iij. §.hæc actio.ff.ſi quis te.li.eſ.iuſ.fu. Ac etiā ad conuentiones quæ ſæpe fiunt inter communitates & ſtatuta quæ quotidie fiunt ꝙ banniti in vno loco intelligantur banniti in alio, & ſic de ſimi. Solutionē quam ponit ad dictam primā rationem hic ad literā inſeram, prout iacet. Dicebat.n.ꝙ non ob.primum arg. Nam aut ſit ſucceſsio aut acceſſio. Si ſucceſsio, tunc id ꝙ ſuccedit eſt eiuſdem conditionis & cauſe ſicut id cui ſuccedit.ff.de conditio.& demon.l.filie.& de do. inter vi. & vxo.l. ſi donate.§.ſponſus. niſi diuerſitas æquitatis inter vtrūque diuerſitatem inducat.ff.de fun.do.l.cum in fundo. §.ſi fundus. Fit enim reſtitutio rei immobilis dotalis ſtatim, quia cum per l.iul.ſit inhibita alienatio ipſius.ff.de fun.do.per totū, & maxime in l. lex.iul.& C.de fun.do.l.j. & ij. Facile poterit eius reſtitutio fieri. Pecunie vero cum facile expendantur & conſumantur.ff. de leg.iij.l. ſi coreus.§.j.immo adhuc quando in dotē datur res mobilis & ſe mouens cum alienari poſsit.C.de ſer.pi. da.ma.l.fi.ff.de manu.l.ſeruum.ſo.ma.l.dotalem.& no.inſti.qui.ali.li.vel non in prin. non ſic eſt facilis reſtitutio iuxta illud non enim eſt ſemper facilis nominis emptio cū numeratio totius debiti non ſit in expedito ff.de fideiu.l.ſi dubitet.in princ.& ideo ad reſtitutionē eius datur annus.C.de rei vxo. ac.§.exactio. Ad ſimilitudinē eius ꝙ dicitur inſti.de offi.iud.§.j.cum ſi. Si vero ſit acceſsio aut eſt acceſsio perſone, aut rei, aut actionis. Primo caſu accedens habet eaſdē cognitiones cum eo cui accedit, niſi contrarium exprimatur.ff.de ver.obli.l. vlti.§.fi. ff.de publi.l.ſi ego.§.quod cauſam. cum ſi. ſupra alle.primo arg. Et eſt ratio, quia non videtur quid nouū induci, ſed magis antiquum augeri.ff.de iur.do.l.iiij. & intelligo hic acceſsionē concretam quæ coheret prime quaſi ſit vnū cū prima.ff. de dam. infec. l.hoc amplius.§.de his.ver. ita demum.vel quæ coheret quaſi acceſſorium principali, vel vt ornatus ornato.ff.de auro.& arg.le. l.cum aurum.§.vlti.& l.& ſi non ſint.§.peruenĭamus.vel vt vnius cōplexu eiuſdē vniuerſitatis vtrumque pariter concludētis.ff. de leg.j.l.græce.& l.ſi legato.& de leg.iij.l. peculium.in prin. Si autē ſit omnino diſcreta acceſsio, tunc ſecus.arg.ff. de dā. infec.l.damni.§.ſi is qui vicinas & eſt ratio, quia ſeparatorum ſeparata debet eſſe ratio, C.de dona.inter vi. & vxo.l. ſi maritus.& ibi not. & ff.ad carbo.l.de bonis.in prin.niſi & modus illam acceſsionem inducēs aliquam tacitam repetitionem prior induceret, de lega.iij.l.in repetendis. Tertio caſu

Source : BIU Cujas

...nt eſt acceſsio quæ deuolutio nuncupatur,& tunc aut fit hominis facto puta nouatione & perduntur priuilegia prime.ff. de noua.l.aliam.aut per legem, & tunc obtinet lex diuortio.& quod ibi not.in l.ſi nautem.§.j.ff.de neg.geſt. & l. quod debitori. de dona.cau.mor. Si autem ſit vera acceſſio quæ dicitur eſſe cum prime ſubſiſtẽti accedit ſecũda.ff.de re iud.l.iiij.§.ſi ex cõuentione tunc quod erat in prima deducitur in ſecundã ei accedentẽ, nec plus, nec minus loco re tempore vel cauſa.ff.vt le.no.ca.l.j.§.belliſsime.& .§.ſub conditione.& ſic aſſumit naturam prime, ſed non accidens.l.item veniunt.§.cũ prædiximus & ibi not. ff.de peti.hære.vnaqueꝙ tñ habet ſuũ proprium tẽpus.vnde ſi prima erat temporalis non ſequitur ꝙ ſecũda ſit talis.ff. de conſti.pec.l.item illa.§.adijcitur.& de leg.j.l. ſi creditori.in ij.reſponſo.Fallit quando ſecũda adijcitur prime non ad nouam principalẽ obligationem contrahendã,ſed ad dandã executionẽ & exitũ iam cõtracte qualis eſt ſtipulatio de iudicio ſiſti. tunc enim prima extincta de cuius executione & exitu tractabatur,& illa quæ dabat viã perueniẽdi ad exitũ ex conſequentia tollitur & ſic loquitur.l.ſi eũ.§.qui iniuriarũ.ff. ſi quis cau. & ſic debet exponi ibi,ꝗa tales ſtipulationes propter rem ipſam darentur ideſt propter ipſum principale q̃d poterat ipſa actione peti & eius petitio facilius & ſolidius perducatur ad finẽ.Ad hoc facit.ff.de ſerui.ruſti.prædi.l.iij.§.vlti.& quemadmo,ſerui.amit.l. labeo.ſecundum vnam lectu. & de libe.le.l.pretio.cum ſi.Oldra. An aũt omnia prædicta procedãt, & maxime quia ad l.j.& ij.C. ſi plures vna ſenten. & alijs iur. Vnde in prima ratione ad partem affirmatiuam,alleg.non reſpondet. non examino, quia extra materiã principalẽ. Sed ſi libet vide doc. in d.§.qui iniuriarum. & in.§.ꝙ dicitur,& Bar.in d.§.hæc actio.

### Rubrica de quæſtionibus occurentibus poſt finitum bannum,aliter quam per mortem.

RESTAT poſtremo vt tertium & vltimũ tempus attingatur. Cuius materia eſt de contingentibus poſt finitum bannum. Et quia bannum finitur quãdoque remanente vita,quandoque per mortẽ. In duas particulas diuidam tempus iſtud, Prima enim erit de quæſtionibus occurrentibus poſt finitum bannum aliter quam per mortẽ.Secunda erit de occurrentibus poſt mortem banniti.& quia more aliarum partium hæc vltima expedietur. Præmitto rubricas queſtionum,quæ in j.parte veniũt agitande quæ ſunt.

## SVMMARIVM.

1 *An dato termino menſis ad ſoluendum omnibus bannitis.*

*Titius infra illum menſem potuerit offendi, facta deinde ſolutione intra menſem illum.*

2 *An rebannitus & non cãcellatus poßit impune offendi in qua multe quæſtiones ſimiles inſeruntur.& hic quando bannum eſt nullum, puta quando clericus bannitur a iudice ſeculari.*

3 *Quid econtrario de eo qui offendit bannitũ cancellatum ſed non legitime.*

4 *An ſimpliciter rebannitus dicatur in integrum reſtitutus.*

5 *An reſtitutus recuperet etiam alienata per fiſcum.*

6 *Si non recuperat alienata an recuperet a fiſco pretium eorum.*

7 *An recuperet fructus præceptos a fiſco ex bonis quæ reſtituuntur.*

8 *An reſtitutio taliter fieri poßit quod ad alienata trahatur.*

9 *An rebannitus recuperet partem quæſitam hæredibus occiſi ex forma ſtatuti.*

10 *An ex rebannitione tollatur ius vindicandi quæſitum alicui ex forma ſtatuti.*

11 *An rebannitus intelligatur reſtitutus etiam aduerſus condemnationem factam de bannito damnum paſſo.*

12 *An rebannitus poßit agere pro robaria ſibi facta tẽpore banni ſtante certo ſtatuto in themate illius quæſtionis narato.*

13 *An agere poßit pro cõtractu quem facit tempore banni.*

14 *An tẽpore banni bannitus deceptus vltra dimidiam iuſti pretij ſtante ſtatuto quòd nõ poſſet ad ſui vtilitatẽ contrahere exẽptus*



Source : BIU Cujas

*a banno agere poßit per l.ij.de reſcin. vẽ.*

15 *An rebãnitus poßit teſtificari & alios actus facere qui infamibus ſunt interdicti, & in hac tractatur quis poßit fame reſtituere.*

16 *Si bannitus infamis iurauerit tẽpore banni & poſteaquã fuit rebãnitus depoſuit quid iuris ſcilicet an valeat eius dictum.*

17 *An rebannitus poßit admitti ad honores ciuitatis.*

18 *Si eligitur vel imburſatur ad officium prohibitum tempore banni & poſtea extrahitur de banno an ſit habilis & ibi etiam ſequens.*

19 *De eo qui ante bannum fuit imburſatus et exactus poſt rebannitionẽ in præcedenti.*

20 *An exẽptus a bãno poßit ratificare quæ geſſit tempore banni etiam ſi ſint inualida.*

21 *An exemptus de banno poßit a ſuis antiquis creditoribus conueniri.*

22 *An poßit agere contra ſuos debitores qui poſtquam fuit in banno ante rebannitionẽ ſoluerunt communi.*

23 *An rebãnitus ex eo, quia ante terminũ banni occidit rebellẽ prohibeatur habere officia prohibita bannitis rebannitis.*

## Prima pars tertij temporis.

1 PRIMA igitur.q.†facta fuit in fauorem bannitorum ſiue reipubli.reformatio qđ bãniti ſoluentes intra menſem certam quantitatem intelligerentur a banno exẽpti. pẽdente dicto menſe Gaius bannitus fuit offenſus a Sempronio,deinde poſt offenſionẽ & ante lapſum dicti menſis Gaius ſoluit, queritur an Sempronius veniat puniẽdus. & videtur quod non,quia tẽpore offenſionis bannitus erat,ergo potuit ex forma ſtatuti impune offendi.l.iiij.§.condemnatum. ff.de re iudi. Ad quod poſſent multa allegari ſed cauſa breuitatis omitto. Et etiã quia ſciendum eſt ab olim hanc quæſtionẽ fuiſſe diſputatam,vt refert Ioan. And.in addi. Spec.in ſæpius alleg.ti. de accu.§.ſequitur. ver.quid ſi quis ſuarum additionũ.verſi.eſt ſciendum. Et ibi dicit quod diſputator determinauit Sempronium puniendũ & duas rationes aſsignat.Prima eſt quia aut beneficium trahitur ad tempus ſolutionis, aut econtra ſolutio ad tempus beneficij ex primo remanet delictum impunitum,ex ſecundo venit puniendum,ergo præeligendũ eſt ſecundum cum publica vtilitas exigat maleficia puniri de ſentẽ.excom.c. vt fame.& ibi concor. Inducit ſecundo legem ſufficit. de condi, inde. Equiparat enim conditionem ſuperuenientem ad actum purum ei, quæ a principio fuiſſet annexa.Sed certum eſt quod ſi ab initio bãnitus ſic fuiſſet quod ſoluendo intra menſem tantum a banno eſſet exemptus interim non potuiſſet impune offendi, ergo nec hoc caſu. Aduerte quia prima ratio nihil facit quia cap.vt fame cum concor. loquitur in delictis.ſed pluries dictum eſt, quod illud ꝙ fit lege permittente non eſt delictum l. ſi ſeruus.C. de his qui ad eccle.confu.& not. in l.prima. & per Bald.ff.ne quis eum qui in ius vo.eſt vi exi.Præterea ibi concurrunt interpretatio delicti & interpretatio excludens delictũ. Secunda aſſumitur l. merito.ff. pro ſocio, de pen.l.interpretatione. Tertia etiam ratio poteſt tolli ex eo ꝙ hic non eſt conditio adiecta. ſed terminus certus poſitus ſolutioni qui interim obligationem non extinguit ſicut faceret conditio, vt ibi nota, ſcilicet in l.ſufficit.& ſic cum interim eſſet bannitus potuit impune offendi. pro hoc ff.ad ſen.li.l.ſub conditione. & l. iiij.§.ſed & marcellus.de in diem addic. & ideo puto ſubtilius aduertendum retenta tamen deciſione prædicta & ſic vbicunque poſt actum perfectum apponitur ſuſpenſio illa, non reddit actum conditionalem ꝙ ſecus eſt quando ab initio habet ſuſpenſionem l.ſecunda.ff.de in diem addi. cum ibi nota. Et iſtud verum in contractibus, ſed in vltimis voluntatibus ſecus eſt, quia ſemper actus redditur conditionalis.ff. de adimen. lega.l.legatum pure.& de condi.& demonſtratio.l.quibus diebus.§.quidã titio. & dixi ſupra parte præce. q.lxxviij.Sed regula traditur ꝙ vbi inter contractus & vltimas voluntates eſt differentia. legis diſpoſitio adaptatur ad diſpoſitionem vltime voluntatis l.prima.C.de his qui.vt indi.& ibi no. per gloſſ.& Bartol.ff.ad ſille.l. in cognitione.& de adimẽ.lega.l.tranſactio.& latius in l.ita ſtipulatus.de verbo.obliga.Sic ergo in propoſito facta æquiparatione ad vltimas voluntates dicetur interim non bannitus. & ſic Sempronius veniet puniendus,pro

Source : BIU Cujas

hoc quia facta prorogatione termini inte-
rim executio fieri non pôt l.iiij.§.ſi ex con
uentione,de re iudi.facit.ff.ſi cer.peta.l.pe-
cuniam,cũ ibi no.& hoc verũ ſi aſsignatur
terminus omnibus bannitis vel aliquibus
ſpecialiter enumeratis,& offenſus ſit de il-
lis.Si vero fuerint ordinati certi officiales
qui haberẽt reuidere qui bãniti debeãt ha-
bere tale beneficiũ, puta quia in ordinamẽ
to dr ꝙ illi banniti qui fuerint declarati in
tra mẽſem ab officialibus turris poſſent in-
tra menſem a die declarationis ſoluere ta-
xatam quãtitatẽ.&c.Puto iſto caſu ante de
clarationẽ poſſe impune offendi quia præ-
ſens ſtatus nõ tẽdit de ſua natura ad exclu
ſionem banni.& ideo non inſpicitur ꝙ eue
nire poteſt,ſed poſt declarationẽ factam,ſe-
cus eſt,tendit.n.tunc præſens ſtatus ad ex-
cluſionẽ banni cũ iã ſoluẽdi beneficiũ datũ
ſit,& ideo hoc caſu offendi non poteſt alio
ſic vt in dictis iuribus probatur.faciunt no.
in.§.ſacram,per Bar.& melius quæ ſubtili-
ter ſcripſit in l.iulianus verum debitorẽ.ff.
de cõdi.inde.in vlt.op.Aduertat ergo mul-
tum ad verba deliberationis qui talem bã-
nitũ vult offendere,& conſideret ꝙ in du-
bio cautius eſt abſtinere.& prædicta vera
in ſciente legem.In ignorãte autẽ vide quæ
dicam ſtatim in ſeq.q.

*Secundo quero* †dictum eſt ſupra proxime de offen ſo ante ſolutionẽ.
Sed quero quid ſi ſoluerit intra tempus vel
aliter fuerat rebannitus,ſed nõ fuerat cãcel
latus.An offendẽs eũ puniatur?Iſta eſt anti-
qua q.& formatur diuerſimode quãdoque
in offendente bannitũ,cuius bannũ eſt ipſo
iure nullũ.vt in clerico incedẽte vt laicus,
bannito & occiſo de qua facit mentionem
Alb.de Gandi.in ti.de bãnitus.in vj.col.&
ibi refert per multos fuiſſe determinatũ ta-
li offendi potuiſſe,ꝙ Ioan.And.late exami
nat referẽs diſputationẽ Egidij Cremon.&
Nico.de Mat.in regula ꝙ quis.lib.xj.& in
ſoluẽte cancellato.Idẽ Io.An.refert diſputa
tionẽ Vianniſij & eius determinationem in
addi.Spe.ſuper rub.de obli.& ſol.in ti.ſua-
rũ additionũ.Iac.Bu.poſuit in l.de etate.§.
ex cã.ff.de inter.ac.& ibi ẽt Rayn.Iaco.de
Are.in l.j.§.ſi oẽs.ff.de ven.inſpi.In bãnito
non legitime poſuit Dyn.in l.pe.ff.de adul.
& ibi Bar.in l.genero.de his qui nota.infa.
Quæ omnia iura faciũt qđ offendẽs excuſe
tur a deſcriptione banni ẽt ab initio inuali-
di ſiue validi ab initio & ſublati,ſed nõ cã
cellati,& ſic cũ occidẽs nõ veniat punien-
dus.& vt patere poteſt lectori in locis prę-
dictis omnes concordãt ꝙ ſciens prædicta
puniatur,quia cãcellatio de facto nõ eſt il-
la quæ eũ faciat rebannitum, vt dixi ſupra
parte proxima q.lxxv. Et ita intelligitur
ꝙ not.in ſæpius alleg.addi.in verſic.quid ſi
quis.in ver.addi.ꝙ incipit quartum mem-
brũ.euanuerat.n.virtus banni,& ſic cũ nõ
eſſet bannitus ceſſat ſtatutũ.In ignorãte ve-
ro cõcludunt ẽt oẽs ꝙ nõ teneatur pœna le
gis cornelie,qa illa requirit dolũ,& habet
non locũ ẽt in lata culpa.l.in l.corne.ff.ad
l.corne.de ſic.An aũt in aliquo puniatur va
riauerunt do.in aliquo.dixit.n.Egidius ꝙ
nullatenus punitur cũ ignorans in illa fue-
rit culpa.ff.loca.l.ſi ignorãs.& in c.ij.de cõ
ſti.lib.vj.ſed Nico.Mat.latius declarans di
xit ꝙ aut erat perſona offendens in qua ca-
debat iuſtus error, aut non, vt primo caſu
non teneatur ſecũdo ſic,qđ refert Ioã.And.
in d.c.ꝙ quis.Bart.vero.in d.l.pen.quia de
buit diligentius inueſtigare an bannum fue
rit rite datũ ꝙ punitur de homicidio cul-
poſo.ff.vi bo.ra.l.ij.§.hac actione.& d.lege
cornelia.maxime cũ error iuris ſit lata cul-
pa.l.liberorum.§.notantur.ff.de his qui no.
infa.pro hoc alleg.quia cũ alio cõtrahẽs de
bet ſe informare de conditionibus eius.ff.
de reg.iur.l.qui cum alio.multofortius qui
alium interficit.de reg.iur.l.qui in alterius.
Ioan.And.in eo qui ſoluit,ſed non fuit can
cellatus occiſor tenet occiſorẽ non puniri
de dolo,ſed iudicis arbitrio ſecundum facti
qualitatem.ff.de ſic.l.j.§.ſed ſi claua,& alia
iura alleg.in d.rub.& de ob.& ſolu. Ve-
ritas ergo eſt ꝙ vbi ei poteſt imputari cul-
pa ẽt ignoranti poteſt extraordinaria pœ-
na imponi,alias non.Et ideo ſi elapſo tẽpo
re appellandi nulla cauſa agitatur ẽt nulli-
tatis,ſed non rite bãnitus regiſtratus eſt in-
ter alios bannitos,& ita bannitus creditur.
certe nullo modo erit puniendus eum occi
dens, præſumitur.n.pro ſententia l.heren-
nius.§.gaia,de vſur.Similiter ſi bãnitus nõ
veniſſet ad ſoluendum, ſed alius pro eo ſol
uiſſet, & occidens non fuiſſet ibi tempore
ſolutionis,& dum veniret inueniret illum
qui erat bannitus veniẽtẽ ad ciuitatem &
illum occideret.certe in nulla culpa eſſe po
teſt.Si vero publice diceretur bannũ fuiſ-
ſe nullum vel facta eſſet reformatio in fauo
rem aliquorum quod ſoluerent & publica
eſſet reformatio, certe tunc debuiſſet inue-
ſtigare,an id ꝙ de nullitate dicitur verum
ſit,& an eſſet de illis qui ſoluiſſent alias eſt
in culpa,& ſic tunc opinio.Barto.verifica-



Source : BIU Cujas

tur,non tamen intelligas ꝙ ſemper pariter puniatur,ſed pro modo culpe,vt l.aut facta §.delinquunt.ff.de pe. Adeo ꝙ dubitatur, an pro leui culpa poſſit criminaliter puniri,de quo ibi per Bart.& per eũ & alios in l.j.ff.de legi. In dubio autẽ maxime vbi eſt ſtatutum quod ille intelligetur bãnitus qui reperitur deſcriptus in certo libro alio nõ probato non põt talis occidẽs extra ordinẽ etiã puniri.C. de adul.l.grachus. & d.§. ex cauſa.& vide ẽt quod ſcribit Bald. in l. huiuſmodi.§.ſi cui ita.ff.de leg.j.

3 *Sed tertio* quero in caſu conuerſo. †T.rite bannitus fuit cãcellatus ſed nõ legitime. G.eum interfecit,queritur nunquid puniatur tanquam occidẽs non bannitũ, an excuſetur a pœna quaſi in veritate bãnitus exiſteret.Certe non inſiſtendo dicendum eſt ꝙ excuſetur,& non puniatur,l. non ſecundũ, & ibi per Ray.de do.inter vi.& vxo.ff. facit.l.quoties.ff.qui ſa.cogã.cum ſi. Actus.n. qui nullus eſt,nullum producit effectum,& paria ſunt non fieri & fieri, ſed non legitime,vt ibi,ita etiam tenet Bar.in c.j.in prin. hic ſi.lex cor.& inci.conſue.re.& alle. Ioã. And.in c.veniẽs de accu. & eſt verũ etiam ſi occidens putauerit illũ rite cancellatum, excuſatur.n.a pœna,licet non admittatur ad premiũ,vt dixi ſupra in ij.tempore.parte.ij.in q.xxiij.xxiiij.& xxv.

4 *Quarto queritur* †Titius bannitus fuit per reformationẽ ſimpliciter rebannitus vel a banno exẽptus & deinde cancellatus an dicatur recepiſſe ſolum indulgentiam,an vero fuerit in integrũ reſtitutus.Et vt videatur importãtia q.ſciendũ eſt ꝙ differentia inter indulgentiã & reſtitutionẽ.nam vbi filius exiſſet ptãtem patris,puta ſi ſtatutum ita dictaret, quia alias banniti de quibus agimus illam non perdunt,vt dixi in prima parte ſecundi tẽporis q.xxj.Et tunc ſi aliquis conſequitur ſimpliciter indulgentiã illã non recuperat l.inſulam,C.de ſen.paſ.Quandoq; tamẽ conſequitur quis indulgentiam non ſimpliciter,ſed cũ aliquo adiũcto. Et tũc eatenus extenditur indulgentia quatenus illud adiũctum importat,vt eo.ti.l.ſi pater.Si aũt quis reſtituitur dr̃ totũ econtra, quia ſi conceditur ſimpliciter reſtitutio omnia reſtituta videntur,eo.ti.l.j.ſed ſi cum limitatione eatenus reſtringitur quatenus operatur limitatio eo.ti.l.iij.quandoque tamen conceditur indulgentia & reſtitutio,& tunc omnia cõplectuntur.niſi aliud ſit expreſſum,eo. titu. l.ſi.& ibi per Bar.ad qõnem ergo an rebannito importet reſtitutionem vel ſimplicem indulgentiam rediẽs dico ꝙ Iac.But. refert Bar.in d.l.ſi.diſputauit hanc qõnem & tenuit in dubio importari reſtitutionẽ motus principaliter per duas rõnes.Prima quia diſpoſitio ſuper præparatorio porrigitur ad illud cuius eſt præparatoriũ.ff. de contrahen.emp.l.clauibus.& C. de dona.l.j.ad ꝙ facit.ff.de his quæ in te.delen.l.cancellauerat,ſecundum Bar.Sed cancellatio ſiue rebannitio eſt præparatoriũ ad reſtitutionẽ, ergo &c.Secunda beneficia debent latiſſime interpretari.ff.de conſti.princi. l.ſi. pro qua deciſione dicit Bart.eſſe caſum in l.j.in ſi.ff.de quęſtio.& ita etiam ſentit Cy.in d.l. fin.ſi aliter videre cupis , vide ibi per Moderniores.

5 *Viſo ergo* quod intelligitur reſtitutus queritur quinto, †an talis reſtitutus ſiue rebãnitus recuperet omnia bona etiam alienata per fiſcum,de bonis non alienatis clarũ eſt l.prima & l.fina.C.de ſenten.paſ. Sed in alienatis eſt quæſtio , & cõis concluſio eſt vt ad illa talis reſtitutio non porrigatur ꝙ probatur ſecundũ Bar.in d.l.ſi.Primo quia qui emit a fiſco nullo modo poteſt inquietari.l.bene a zenone.C. de quadri. præſcrip. Secundo quia idem debet eſſe in qualibet ciuitate.conſtat enim ꝙ poſt publicationẽ fiſcus legitime tenuit illa bona tanquã hæres l.iij.C. ad l.iul.de vi. ſed qui emit a tali non poteſt inquietari.ff.de peti. hære.l.ſed & ſi.l.§.item ſi rẽ. & pro hac parte alleg. in l.gallus.§.& quid ſi tantũ.de lib.& poſt. quæ dicit quod reſtitutio non trahitur ad ius quęſitum. Tertio facit ff.de minor.§.ſceuola . vbi difficilius conceditur reſtitutio poſt alienationem quam ante.& ꝙ habetur in l.ſi. C.de repu.hære.

6 *Sed tunc ſexto* queritur †an recuperet a fiſco pretium bonorũ alienatorum dixit Bar.ꝙ ſic, quia poteſt recuperare a fiſco illud in quo eſt factus locupletior per dicto.§.item ſi rem. ſed aduertẽdum quod ille.§.loquitur in eo qui ſuo iure cõi vendicat,& ſic nõ facit ad illum qui iure ſpãli ſibi reſtituto nititur cõtra reſtituentẽ.Pręterea aduertendũ ꝙ illud dictũ poſſet eſſe verũ in expreſſa ad priſtinũ ſtatum reſtitutione,ſed i ſimplici rebãnitione,licet intelligať reſtitutio, vt ſupradictũ eſt. forte nõ eſt verũ, niſi quo ad illa de gbus in ipſa

Source : BIU Cujas

rebānitione cōtinetur. docto. tamen cōiter ſequuntur dictum Bart. ſed hic non ſeruat.

7 *Septimo* circa idē quero † viſo ꝙ talis rebannitus recuperat bona non alienata, an recuperabit etiā fructus interim a fiſco perceptos, quidam quod non, per auth. idem de neſtoria. C. de hære. Contrarium vidi iudicari propter naturā reſtitutionis, quæ eſt in priſtinum ſtatum repoſitio. non ob. illa authē. quia non loquitur in reſtitutione, ſed in noua conceſsione. Preterea loquitur in diſpoſitione limitata non in ſimplici & larga. Et ideo dici poteſt ꝙ aut per reformationem bannitus expreſſe reſtituitur in ſtatum priſtinum. & tunc recuperet fructus. aut ſimpliciter rebānitur, & tunc ſecus, vt in d. authē. idem de neſtorian.

8 *Octauo queritur* † dictum eſt ſupra quod reſtitutio bāniti non trahitur ad bona alienata, queritur an poſsit taliter fieri quod ad illa trahatur, dic quod aut rebannitio fit ſolum ad vtilitatem bannientis et non poteſt. Aut ad vtilitatem publicam. & tunc poteſt, quia eo caſu pōt auferre ius alteri queſitū. l. lucius. ff. de euic. item ſi verberatum. §. fi. de rei ven. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. commu. præd. & ita firmat Bart. in l. quecunꝗ. C. de fide inſtru. & iure haſte fiſ. lib. x. & vide quæ dicam ſtatim in ſeq. qō.

9 *Nono queritur* † dictū eſt ſupra ꝙ recuperat bona non alienata & alienata non, ſed pone ſtatuto cauetur quod bona homicide applicentur fiſco pro medietate, & pro alia medietate occiſi. Titius bannitus ſecūdum formam ſtatuti fuit rebannitus, queritur nunquid talis rebannitio quæ eſt reſtitutio, vt ſupra in q. iiij. trahatur etiam ad partem queſitam hæredibus occiſi. Dixit Cyn. in d. §. & quid ſi tm̄ quod non, quia reſtitutio non trahitur ad nō integra, vt ibi, & l. fi. C. de ſen. paſ. dicit tamē quod de conſuetudine nō ſeruatur. Alb. vbi ſupra q. xlv. dicit idem, ſ. quod nō trahitur ad illa bona. alle. vltra prędicta. l. ei qui ſoluendo. ff. de hære. inſti. & l. ꝙ ſi minor. §. ſcęuola. ff. de mino. & l. fi. C. de repu. hære. & ibi etiam dicit ꝙ non recuperat officium, vel honores, alij aſsignatos, de quo dicā infra xvij. q. Bal. etiam in d. §. & quid ſi tm̄ tenet quod ad dicta bona talis reſtitutio non trahatur, maxime ſi ante rebannitionē bona fuerint hęredibus occiſi aſsignata, & facta fuit executio, quia non præſumitur rebannientes ſiue principem habuiſſe animū ledendi ius tertij. l. ij. §. merito. & §. ſi quis a principe. ff. ne quid in loco pu. Sed ibi vlterius querit Cy. an ſtatutum ſiue reformatio poſsit hoc facere. Et dicit quod fuit Padue determinatum quod non. & nihil alleg. ſed Bal. allega. no. in l. j. in fi. ff. de doli excepti. & de polli. l. toties. & quod no. in l. fina. C. ſi contra ius vel vti. pu. quod intelligo niſi ꝑ publicam vtilitatem illud fieret. Cum enim hæredes occiſi habuerint a ſtatutis illius ciuitatis, videtur ꝙ ex tali cauſa eis tolli non poſsit. de iniur. & dam. dat. c. in noſtra.

## *Decimo ſtatuto cauetur*

10 † quod quicunque fuerit offenſus poſsit ſe vindicare faciendo vindictam competentē, & quod hæres occiſi poſsit occidere occiſorem. Titius ob homicidium Gaij fuit bannitus. deinde ad certum tempus fuit rebannitus, queritur an tollatur tale ius vindicādi. Et primo vr̄ ꝙ non, quia per reſtitutionem non tollitur ius queſitum. Secundo vt ſupra dictum eſt in v. q. Et videtur caſus in c. ꝙuis. de reſcrip. li. vi. In contrarium videtur probari per l. ſiue patronus. ff. de iure pat. & l. ſed ſi hac. §. patronum a contrario ſenſu. ff. de in ius voc. Vidi dum ſtudebam vt ſcholaris in hac ciuitate quæſtionē hanc de facto, & vidi in ea ſubtiliter allegari. Et finaliter determinatum fuit tale ius nō tolli per iura primo loco alleg. Sed aduertē dum vlterius quod quodā eſt ius qđ queritur ex banno iuncto ſtatuto vt quod bānitus poſsit impune offendi, & iſtud ius tollitur per rebannitionem per c. in noſtra ſupra proxime alle. de iniur. & dam. da. & dictis. l. ſiue patronns. §. patronum. Quodā autem eſt ius quod queritur non ex bāno, ſed ex delicto tm̄. vt in iure vindicandi, de quo ſupra & illud non tollitur per reſtitutionē. Nec mirum quia reſtitutio fit aduerſus bānum. et ſic eſt limitata, nō ergo tollit ius bānum queſitum ex ipſo maleficio vt dictum eſt ſupra in q. iiij. facit de mino. l. ꝙ ſi minor. §. reſtitutio. Reponit enim eū in eo ſtatu in quo erat ſine banno. & ſic non trahitur ad anterius tempus. & ideo puto ꝙ cum tale ius queratur ex forma ſtatuti, & maxime contra ius cōe ſi rebannitio eſſet facta per viam reſtitutionis & taliter ꝙ fieret ēt aduerſus delictum reponendo eum in loco in quo eſſet ſi non deliquiſſet, tale ius etiam tolleretur per ea quæ dicta ſunt ſupra dua-

Source : BIU Cujas

bus proximis quæſtionibus.

11 *Vndecimo queritur* † ex inquiſitione fuit bannitus Titius ex eo ꝙ hoſtiliter venit cõtra patriam in recompenſationem damnorum datorum damna paſsis ſimpliciter ex contumacia condemnatus. Deinde ob publicam ex cauſa pacis vtilitatẽ motu proprio fuit aduerſus bannum & omnia in illo contenta reſtitutus & ſic eius bannũ regiſtratum fuit cãcellatum, an poſsit a dictis damnum paſsis conueniri, an vero intelligatur liberatus? Hæc quæſtio eſt ſubtilis, & habet duos paſſus principales. Primus eſt an potuerit ſic damnari preſuppoſito ꝙ ſtatuto non dicatur aliter q̃ dictum fuit ſupra in princi. tractatus. Secundus eſt an ſi tenet condemnatio facta pro damnum paſsis. Illa intelligitur remiſſa. Circa primũ fuerunt ab olim opi. Cy. enim & alij vſq; ad ſua tẽpora tenuerunt ꝙ nõ potuerit fieri talis cõdemnatio, quia in eodem proceſſu non põt uenire cauſa ciuilis et criminalis. Ita no. per eum in l. ſi quis a ſe fundũ. C. ad l. iul. de vi. vbi etiam glo. & idem tenet ibi Ray. alleg. ff. de publi. iudi. l. interdũ. idem tenuit Bal. niſi in caſu qñ damnatus habet pœnes ſe rẽ ſubtractam l. interdũ. §. qui furem. ff de fur. & vt ipſe no. in l. iiij. C. vnde vi. Hoſti. autẽ in c. ad noſtram. de iureiuran. & in ca. cum oportet. de accu. & ibi Inno. tenent contrarium ſiue enim per viam inquiſitionis ſiue per viam accuſationis procedatur dicũt talem condemnationem fieri poſſe. Hoc etiã tenuit Guil. in criminibus extraor. vt ipſe ſcripſit in l. j. C. ſi quis ali. teſt. prohi. Sed ipſe idem indiſtincte dixit id verum eſſe in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui no. infa. quod tenuit Iaco. Bu verum qñ ex eadem lege tenetur inquiſitus criminaliter & ciuiliter, alias non, & ita dixit concordari iura, vt ſcripſit in l. j. C. qñ ciui. ac. cri. præiu. Bal. etiam in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offi. procon. & le. videtur ſequi opi. Inn. & Hoſti. Bar. autem indiſtincte tenet iudicẽ criminalium ex eodẽ proceſſu poſſe vtrãq; pœnam ſcilicet criminalem & ciuilem imponere, & alle. C. ꝙ met. cau. l. quod euitandi, ff. de calum. l. pe. de extraor. cog. l. medicus. & d. §. qui furem. & ibi per eum & in l. j. in fi. ad turpil. alle. etiam l. iiij. §. ſi dicantur. ff. ſi. regun. & eſt caſus ſecundum vnam lectu. in. §. pœna grauior ad l. interdum, alleg. per Ray. reſpondet ꝙ loquitur quando vtrumq; iudicium principaliter intẽtatur, quo caſu iudex criminalium de ciuili non cognoſcit l. ſolemns. §. latrunculator. ff. de iudi. & hæc pars ſemper fuit mihi viſa vera & equior, maxime vbi per ſtatuta generaliter permittitur iudicibus maleficiorum per inquiſitionem procedere per not. inſti. de publi. iudi. in princi. per Iaco. Bu. & per Bar. in l. ij. §. ſi publico. de adult. Tenuit igitur in propoſito dicta condemnatio, quia cũ habeatur pro confeſſo & poſsit condemnari, perinde ac ſi comparuiſſet & confeſſus fuiſſet nulla eſt ratio quin etiam in damnis tenere debeat condemnatio, niſi diceretur quod eſſet nulla propter incertitudinẽ per ti. C. de ſen. quæ ſine cer. quanti. Sed reſpondetur per l. j. & quæ ibi no. C. de ſentẽ. quæ pro eo ꝙ intereſt. & in l. j. de eden. & in l. j. iudi. ſol. Faciant etiam quæ no. in l. certi cõdictio. in prin. & in d. l. ij. de ſenten. quæ ſine cer. quãti. Venio ad ſecundum ſcilicet an dictum ius per talem rebannitionem dicatur remiſſum. & primo ad affirmatiuã verba reſtitutionis comprehendunt omnia cõtenta in cõdemnatione & banno, ſed in eo continetur condemnatio damnorum, ergo illa intelligitur remiſſa l. non aliter. de leg. iij. & l proſpexit. ff. qui & a qui. cum ſi. Secundo quod talis liberatio fuit tollere ius. de iniur. c. in noſtra. & quod ibi per Innoc. Tertio quia ob publi. vtilitatem, ergo &c. l. quecunque. cum ibi no. C. de fide inſtru. et iure haſte fiſca. libr. x. & dictum fuit ſupra q. viij. Quarto quia de natura reſtitutionis eſt tollere ius etiam priuati. l. j. C. de ſentẽ. paſ. & l. fi. & quod ibi no. eo. ti. ſaltem quando queſitum eſt ex illo actu aduerſus quem fit reſtitutio l. ſiue patronus. de iure patr. & dixi ſupra q. x. Quinto a natura diſpoſitionis factæ motu proprio quæ latius debet extendi, vt ſic ius tertij contineat l. ſi quando. C. de bon. vac. ſecundum vnum intellectum quem ſequitur Cy. in l. fi. ff. de conſti. princ. in lectu. maxime quando fit ex certa ſcientia l. quidam conſulebat. ff. de re iudi. & l. ſed ſi hac. §. patronum. de in ius voc. ſaltem quando ſtatuẽs eſt de negotio informatus, vt habetur in c. paſtoralis. §. præterea. de offi. deleg. quę videntur vera etiam ſi talis particula non fuerit cancellata per not. per Bar. in l. emptor. §. lucius. de pact. & qđ dixi ſupra in parte præcedenti. qõ. lxxiiij.

Pro parte vero negatiua faciunt primo, quia pars remittẽs omnem iniuriam ex maleficio non intelligitur remittere dãna. l. ſed ſi vnius. §. ſi ante. de iniur. & ibi per Dy. & Bart. & Bal. in l. ſi vnus. §. & generaliter. de

Source : BIU Cujas

puſt.ergo nec ſuperior cuius factum inter-
pretatur a patre factum l.ij.C.de prętio.pig.
& C.de euict.l.ſi ob cauſam.Secundo ꝗa di
ſpoſitio ſuper publico iure non trahitur ad
priuatum tanquam ſpecie differens dicta l.
ſi vnus.§.item ſi paciſcar.adeo ꝙ ſi mixtim
fiat valet ſuper vno & ſuper alio nõ. Ergo
& hic ſumpto argumento a contrarijs l.&
ſi contra.de vulg.& pupil.cum fiſcus in du
bio vti velit iure priuati.C.de peti.hæred.
l.j. Tertio quia licet principis ſuam pœ-
nam remittat, tamen ius priuato queſitum
ex delicto non tollit l.ij.C.de in ius voc.&
ibi concor.ex quo ibi Bar.& Bal.dicunt ꝙ
conuentiones facte per rectores Marchie,
cum duce ducatus,non intelliguntur remit
tere pœnas partibus debitas. Quarto ꝗa
talis reformatio dicitur reſcriptum l.ſecun
da.C.de legi.ergo reſtringi debet,vt ius ter
tij nõ ledat.l.ij.§.merito.&.§.ſi quis a prin
cipe.ne quid in loco publico.Et in hanc ſe
cundam partem inclino per rationes prędi
ctas,quod maxime poterit apparere ex nar
ratis ante liberationem l.fi.ff.de hære.inſti.
& ꝙ habetur per Bar.in l.ambitioſa.de de-
cre.ab ordi.fa.Licet enim ob pacẽ, ob pu-
blicam vtilitatem & legem generalem ſta-
tuendo poſsit princeps et eius iura obtinẽs
ius priuato queſitum tollere, vt in iuribus
in contrarium allegatis,nõ tamen in dubio
intelligitur id facere voluiſſe vt in iuribus
ſupra pro hac parte allegatis.& C.de eman
ci.libe.l.nec auus.& no.in l.fin.ff.de conſti.
prin.& in l.omnes.C.ſi contra ius vel vtili.
pu.ſicq; non eſt defectu poteſtatis, ſed volũ
tatis ad tale ius non porrigitur. Facit ff.de
mili.teſt.l.in fraudem.iuncta l.j.eo.tit.Id ꝙ
dixi de motu proprio non probatur lege.
Præterea verum eſſet quo ad ius conceden
tis non quo ad ius priuati.Cõcluditur ergo
ꝙ dicta reſtitutio condemnationem factam
damnum paſsis tollere non videtur, ꝙ ſine
dubio verum eſt ſi agere vellent damnum
paſsi actione in factum primitiua per l.qui
nomine.ff.de fal.per tit.vi bon.rap.vel per
ti.vnde vi.Licet enim tolleretur ius ex ſen
tentia queſitum, primum tamen ꝙ reman-
ſit.vt l.nepoti. de fundo inſtru.& quod ha-
betur in l.j.C.de iudic.non diceretur ſubla-
tum per prędicta.et l.ſi vnus.§.ante omnia.
de pac.cum ſim.& ꝙ dixi ſupra q.x.prædi
cta vera in reſtitutione quæ fit per viã gra-
tie.Facta vero per viam iuſtitie tolleret om
nia iura queſita ex illo actu aduerſus quem
fit reſtitutio.ff.ꝙ ſi minor.§.reſtitutio,ff.de
mino,& l.j.C.de repu.quæ fi.in iudi.

12 *Duodecimo queritur* † dictũ eſt ſu-
pra qđ
bannitus & rebannitus poteſt a priuato cõ
ueniri.Sed queritur econuerſo tempore bã
ni facta fuit robaria ipſi bannito an nũc re
bannitus agere poſsit ſtãte ſtatuto quo pro
hibetur fieri rationem bannito pro malefi-
cio niſi pro maleficio vel membri mutila-
tione.Dixit Ioan.And.in ſepiſsime allega-
to verſi.quid ſi quis in.§.ſequitur in titu.de
accuſa.ſuarum additionum. verſic.habetur
alia Iac.de Are.ꝙ Iac. idem diſputauit hãc
qõ.& ibi aliqua refert.Et primo allegat ad
negatiuam ff.de aleato.l.j. Item quia regu-
lariter prohibita caſualiter licent C.de cõ.
& merca.l.ij.& de homi.c.ij.& iij.& pluri
bus alijs iuribus ibi allegatis.Et ideo vbi ta
lia permittuntur non eſt locus querele.C.
de adulter.l.gracchus.Pro hoc facit gene-
ralis conſuetudo,quæ habet bannitos talia
pati in vſib.feud.de mi.vaſ.qui contu.fu.c.
j.in fi.& in titu.hic finit lex cor.in princip.
Item quia conſuetudo facit licitum,ꝙ alias
eſſet de ſe illicitum.xxxij.q.iiij.c.obijciun
tur.& communia prędio.l.venditor.§.ſi cõ
ſtat.Nec obſt.exemptio a banno cũ a prin-
cipio nata non fuerit actio inſti.de noxa.§.
ſi ſeruus. & ff.de fur.l.ſerui & filij.In con-
trarium arguit ꝙ poſsit quia ſtatutum vi-
detur debere reſtringi ad iniuriam perſona
lem propter exceptionẽ quam fecit de ho-
micidio vel mutilatione ff.de penu.le.l.nã
ꝙ liquide.§.fina. & poſitio verborum ſta-
tuti eſt attendẽda de poſtu.l.j.§.ait prætor.
nec ſunt exaggeranda quæ dant certũ mo-
dum ff.de decurio.l.generaliter.§.impera-
tor.Item quia res non delinquunt ſed homi
nes.in authen. de manda.princi.§.oportet.
Illis ergo rebus leſio inferri nõ debet. Sed
ad hoc reſpondetur quia ille qui non ob-
temperat ius dicenti. videtur diffidatus vt
hoſtis.ff.de capi.dimi.l.quinta.§.primo. &
C.de his qui ad eccle.confug.l.ſi ſeruus.Et
ille qui eſt diffidatus in perſonam fortius
eſt diffidatus in rebus.ff.de capti.& poſtli-
mi.reuer.l.quinta.§.in pace. & l.hoſtes. &
de pœnis.l.in ſeruorum. Ter[illegible] quod age-
re non poſsit.allegat C.de epiſcop.& cleri.
l.fina.§.penultimo. extra de hæretici capi-
tu.vergentis.C.qui ad liber.procla.non li-
ce.l.prima. de pœnis.cum filius de ma.teſt.
l.ariſto. Nec obſtat quod hodie contractet
& ſic poſsit conueniri per dictam l.ſerui &
filij.& C.de noxal.l.prima quia loquuntur
qñ initium illicitum, hic vero fuit initium

Source : BIU Cujas

licitum C.de vſu.tranſ.l.vna.§.hic tãtūmodo & de vſu.ſequi ur.§.de illo.ff.ſi prædicta latius videre velis recurre ad Albe.vbi ſupra in ij.q.& in lxxxix. vbi refert illam diſputationem de qua facit mentionem Io. And.vbi ſupra de verbo ad verbum.Conſidera tñ quod hæc deciſio loquitur in ſtatuto quo cauetur ius vel rationē non fieri bãnito & ſic indiſtincte.& ideo vera eſt deciſio quia ab initio nullum ius oritur, cū factum licitum fuerit. Si vero verba ſtatuti dicerēt quod bãnitus poſsit offendi in perſona ſecus eſſet per ea quæ dixi ſupra parte ij.ſecundi tempo.q.lv.& idem ſi dicerem quod non reddatur eis ius quouſqꝫ fuerint in banno.per ea quæ dixi ſupra parte pręcedenti.q.j.& no.bene deciſionem prædictam quod illa exceptio niſi pro homicidio vel mutilatione non reſtringit generalē regulam ad perſonales offenſiones.ſed remanet in cęteris generalis diſpoſitio ꝙ videt contra.l.generali in princip.ff.de vſuf.& l. queſitum.§.idē reſpondet domo.ff.de fun, inſtru.& quod d.l.nam quod liquide.§.fin. Sed reſpondet quod hoc contingit propter naturam maioritatis rationis per d.l.in ſeruorum quod eſt not.

13 *Eodem loco* †ſcilicet in d.ver.habetur formaliter alia quęſtio ſuper eo.ſtatuto ſcilicet an exemptus a banno agat ex contractu quem tempore banni fecit. & ibi etiam vbi ſupra proxime dixi determinatur qđ poſsit quia licet alias ex commiſsis in bannitum & eius res non agat a banno exemptus ex contractu tamen recte aget. allegat ff.de pecu.l.ꝙ tuberonis.§.ſi.& l.ſed ſi dãnum in princip.Item quia ex vi banni non fuit impedita origo actionis quæ eſt de iure gentium ff.de pac.l.iuregen.Igitur fides eſt ſeruanda C.de pac.l.debitori.& hoſti & rebelli.in auth.de mãda.in prin.§.ſed neq; & xxiij.quæſtione prima.ſed noli.

*Vides quod* queſtio pręcedens habet terminos ſecundū quos bannitus poterat
14 contrahere.Sed xiiij.† pone vt ponebat Guil.de Suza.in ſuis quæſtionibus ſtatutorum ſub litera S.verſus finem.ſtatuto cauetur quod banniti & eorum petitiones pro eis facte non audiantur,nec damna ſeu iniurie eis facte & illate in rebus ſuis emendētur.Item quod contrahere non poſsint per ſe vel alium ad ſuam vtilitatem, contingit ꝙ Titius poſitus fuit in banno,& dum erat in banno vendidit quędam ſua bona, quia non fuerunt cōfiſcata,& in ipſa venditione fuit deceptus vltra dimidiā iuſti pretij.Scio quod durante banno nō poterat agere propter principium ſtatuti.Queritur an exemptus a banno agere poſsit per l.ij.C.de reſcin.ven.& eandem.q. diſputauit Thomas de Piperata quam ponit Albe.vbi ſupra q. xliiij.& videtur quod agere poſsit,quia durante officio non poteſt officialis contrahere,& tñ finito officio agere poteſt ex eo cōtractu.ff.de contrahen .emp.l.non licet.& C.de contra.iudi.l.vna.Idem probatur per princip.inſti.de nup.ſecundum Guid.prædictum.Sed contrarium tenuit dictus Tho. quia ſi licet damnificari in delictis fortius in contractu .& dicit videri expreſſum inſti tu.de exhere.li.in prin.ſed Lamber.de Rãpo.ſecundum Ioan.And.in addi. Spec.in ti. de empti.& vendi.§.nunc dicendum reſtat ſuper ver.vbi autem,aliter tenuit.Dixit.n. quod ex primo capite ſtatuti non impeditur agere quia non eſt bannitus.Ex ſecundo etiam non impeditur,quia licet regulariter appellationem damni intelligatur omnis diminuto patrimonij.ff.de dam.infec.l. ij.tamen appellatione damni dati vel facti continetur damnum interueniēs culpa vel facto hominis delinqnentis vt patet in dãno legis aquilie, quia actio illa nō competit in damno procedente ex cōtractu.ff.ad l.aql. l,ſi ſeruus ſeruum.§.inquit lex.&.§.rupiſſe.

Tertio etiam capitulum ab ipſo initio ſibi non obſtat,quia hic contraxit ad damnū non ad vtilitatem.& ſic cōcludit quod agere poſsit.Sed meo iudicio hoc vltimum nō multum ſtringit, Negari enim nequit quin contractus emptoris & venditionis de ſui natura ſit contractus cōtinens vtriuſqꝫ parti vtilitatem.& ſic talis contractus in ſtatuto continetur.l.nō aliter de lega.iij.Sed dato ꝙ contractus ſit nullus nihilominus agere poterit.Aut enim aduerſarius excipiet de nullitate contractus & cogetur reſtituere rem vel pretium recipere illo rem ſuam vendicante.l.emptor.ff.de rei ven.Aut dicet contractum validum , & tunc nulla reſtat ratio quare agere nō poſsit per d.l.ij.

*Decimoquinto queritur*
15 †bannitus qui erat infamis ſecundū ea quæ dixi in ſecūdo tempore parte.j.q.quinquageſima,& etiam in præcedenti fuit rebannitus & cãcellatus reuerſus in ciuitate vult teſtificari vel alios actus facere qui infamibus nō competunt, Queritur nunquid poſ-

Source : BIU Cujas

ſti.In hac q. eſt primo videndum quis poſſit aduerſus infamiam reſtituere. Et de papa, Imperatorem, ſenatuq́ꝫ non dubitatur. l. §. de qua. ff. de poſtul. per Inno. in ca. cum Tab. de re iudi. & per Bar. in l. infamem. ff. de pub. iudi. & vtrobiq́ꝫ de collegio cardinalium & regibus. Sed dubium eſt in ciuitatibus de quibus agitur in quo Barto. in l. infamem, dixit quod licet olim non poſſent tamen cum hodie ciuitates Italiæ & maxime in Tuſcia non recognoſcant ſuperiorē, & ſic habent liberum populū & merum & mixtum imperium, habent in ſuo populo tantam poteſtatem quantam imperator in vniuerſo. ff. de capti. l. hoſtes. & ſic concludit quod poſsint infamiam tollere. ſed in d. §. de qua dixit. quod aut infamia irrogatur de iure cōi, aut per ſtatutum. Si per ſtatutū quelibet ciuitas poteſt illam tollere. de reg. iu. l. nihil tam naturale. Si de iure cōi, aut ciuitas recognoſcit ſuperiorem, & nō poteſt, alias ſic, vt d. l. hoſtes. In l. ſi vero. C. de ſen. paſ. dicit ſimpliciter quod aut infamia infertur ex forma ſtatuti vel ex proceſſu habito ſecundum formam ſtatuti, & tunc poteſt per ſtatutum infamia reſtitui alias non. eſt igitur inter prædicta aliqua ſed parua veritas. In effectu enim cōcludit quod ſi aliquis damnatus ex forma ſtatuti eſt infamis ciuitas illa poteſt infamiam tollere. Si vero eſſet infamis de iure communi, tunc aut ciuitas recognoſcit ſuperiorem, & non poteſt, alias ſic. & ita effectiue tenuit Iac. de Bu. in ſua diſputatione ut refert Alb. vbi ſupra q. lxx. vbi illam diſputationem refert. Vide etiam Bal. in l. cum mulier. ff. ſolut. matri. in ſua repetitione. Sed aduerte quod fundamentum Bar. qui vult quod qn̄ nō recognoſcit ſuperiorem ciuitas reſtituat famam vndecunq; infamia ſit incurſa eſt propter præſcriptionem per not. in l. imperium. de iur. om. iu. Sed hoc eſt ſumme dubium, maxime in his quæ ſunt de reſeruatis principi. in q. bus pręſcriptio aliqua locum non habet C. de pręſcrip. xxx. an. l. cōperit. extra de pręſcri. c. cum nobis. & no. per gl. in c. j. de cle. ęgro. lib. vj. Et ideo forte tunc verius eſt qđ eo caſu non poſsit infamiam irrogatam de iure communi tollere. eius tñ opi. ſeruatur communiter in talibus ciuitatibus, ſed diſputatio vtilis eſt in locis illi ciuitati non ſubditis. In quibus infamia eum commitatur vt l. ex ea. de poſtu. tunc enim ab alijs præterquā a ciuitate a qua bannitus eſt reſtitutus non habebitur forte pro alio q̃ꝫ infame, & ita tenuit Ray. in d. l. fin. C. de ſen. paſ. reprobando Bar. & ex prædictis ſequitur quod talis bannitus quem dixi infamē eſſe vbi ſupra in prin. huius q. a banno exēptus, & ſic reſtitutus a talibus actibus nō repelletur. ſed clarius eſt dicendum quod aut fuit rebannitus & cancellatus per viam iuſtitie, aut per viam gratie. Primo caſu, aut quia iniuſte fuerat rebannitus, & qualitercunq; infamiam fuerit incurſus aduerſus illam reſtituitur. vt d. §. de qua. aut fuit cācellatus quia ſoluit. & tunc niſi a ſtatuto aliter prouideatur, famam non recuperat. ar. l. cācellauerat. de his quæ in teſta. delen. ſecundum Bar. in l. non ſolum. §. fi. ff. de procu. Si vero fuit cancellatus per viam gratie, tunc intelligitur ſublata infamia per d. l. cancellauerat ſecundum Iac. de Bu. & Bar. in d. §. fi. & ſicut tunc a talibus actibus nō repellatur. Hoc puto verum niſi fuerit bannitus ex tali cauſa quæ a ſe ipſa infamet ſine ſententia. vt l. j. de his qui no. infa. Tunc em̄ cum reſtituatur ſolum aduerſus bannū, reſtat factum, & ſic infamia non tollitur. vt d. l. cancellauerat. Idem etiam puto ſi rebannitur ſoluendo certam quantitatem quia tūc non cancellatur ex eo quia reſtituatur, ſed quia ſoluit quantitatē diminutam. & ſic ex vi ſolutionis diminute pœnę. Nec ob. §. pœna grauior. quia illa diſpoſitio habet locum ante condemnationem perfectam ſeu in ipſa condemnatione & ſic ante incurſam infamiam. & ideo non trahitur ad caſum poſt condemnationem contingentem. l. q́ꝫ vero. ff. de legi. Facit quod habetur in l. tranſigere de tranſa. per docto. præterea non habet locum qñ ſit diminutio pecuniarie pro pecuniaria vt ibi. & in l. & ſi ſeuerior. C. de infa. Et vide quæ dicam ſtatim in ij. q.

16 *Decimo ſexto bānitus* † infamis tē pore quo bannitus erat fuit productus in teſtem & iurauit deinde fuit reſtitutus taliter qđ exiuit infamiam. & dictum ſuum depoſuit. Queritur an valeat eius dictum. Albe. vbi ſupra q. lxx. dicit quod ſic allegat. ff. ad carbon. l. iij. §. duæ cauſæ. Sed contrarium videtur eſſe verum, quia dictū teſtis trahitur ad tempus iuramenti. vt l. ſi qñ. C. de teſti. et l. iureiur. Et ideo dixit Bar. in cōſilio q́ꝫ incipit. Ser Ioannes de Caſtro dirute. Quod ſi tempore iuramenti teſtis non erat infamis ſed poſtea fuit effectus infamis antequā deponeret q́ꝫ ualeat eius dictum cuius contrarium videtur velle in d. §. duę cauſę, vbi dicit q́ꝫ ſi teſtis mutauit ſuam conditionē pro-

Source : BIU Cujas

pter ſuum delictum, & inſpicitur tempus redditi teſtimonij. vt ibi. poteſt dici ꝙ aut teſtis mutat conditionem in melius, aut in deterius. & tūc habeat locū diſtinctio Bar. ſed in hoc me nō extendo remittens ad notata in iuribus prædictis. & in l. dāni. §. ſabini. ff. de damno infec. & per Gui. in Spe. de teſte. §. j. ver. quid ſi teſtis. & vide etiā ꝙ habetur in l. j. de teſt. & in c. j. ſi teſtes pa. eſſe deſierint, x. col. & aduerte ꝙ dictum Alber. eſſet verum ſi omnino tolleretur infamia. Si autem remaneret infamia facti, tunc putarē hoc caſu omnino dictum eius non valere. licet enim alias dicatur teſtem infamem de facto non repelli a teſtimonio, ſed ei dari minorem fidem vt dicitur in d. §. duę cauſę. & in l. cunctos populos. vbi declaratur qđ dicitur in l. caſsius de ſenato. tamen hoc caſu qn̄ tempore iuramēti erat infamis de iure. & tempore depoſitionis tantum infamia facti verificari poteſt gl. dictæ l. caſsius. Cū enim non valeat dictum teſtis ſine iuramento. vt l. iniur. et illo tempore erat infamis de iure non eſt depoſitio talis teſtis ſimpliciter infamis infamia facti. Vnum tamen nota qđ ſi teſtis infamis de facto deponit & habet conteſtem note authoritatis eius dicto ſtatur & creditur ſicut ſi non haberet aliquam infamiam, quia ſuppletur per dictum conteſtis arg. ff. de eden. l. ſi quis ex arg. §. j. & ibi per Iac. But. & Bal. & per eundem Bal. in d. l. j. C. de teſta. an autē remaneat infamia facti vel non, tangam ſtatim in ſequen. q.

17 *Decimoſeptimo quero* † an talis bāni tus rebannitus poſsit admitti ad honores ciuitatis, & procedit hæc quæſtio vbi ſtatutū aliter non prouideat, Bart. ſimpliciter dixit ꝙ ſic in l. & qui. §. ſi in metallum. ff. de mu. & ho. Sed aduertendum ꝙ ſi dicimus eum intelligi reſtitutum aduerſus infamiam iuris. reſtare infamiā facti per l. honori. ff. de obſequi. Deciſio prędicta habebit locum in honoribus non habentibns dignitatem. Ab illis autem qui haberent dignitatē talis infamia eum repelleret. l. ij. C. de dig. & no. ff. de his quis no. infami. in rub. & l. nullam. C. eo. tit. Si dicamus etiam aduerſus illam reſtitutum indiſtincte ad quoslibet honores admitteretur. & ideo puto qnod ſi reſtitutio concernit ſolum bannum cū remaneat confeſsio non intelligitur ab infamia facti reuelatus alias ſecus. hoc tn̄ credo reponēdum eſſe in arbitrio indicatis qui examinet an cōi reputatione teneatur eum commiſiſſe delictum ob quod fuit bannitus vt primo caſu locum habeat diſtinctio honoris cum dignitate ab alio ſine dignitate. Secundo vero caſu indiſtincte admittatur niſi ex rebannitione aliud ſtatuatur, vt dixi ſupra q. iiij. & quod dixi rebannientem admitti ad honores, & ſic ad officia intellige dum tamen alijs aſsignata nō recuperet iuxta no. in l. gallus. §. & quid ſi tm̄. de lib. & poſthu. & tetigi ſupra q. ix. & probatur ex his quæ not. in l. quid ergo. §. pœna grauior. de his qui no. in fa. in ſi. gloſ. magne. Si autem officium ꝙ perdidiſſet vacans eſſet illud recuperaret l. ꝙ ſi minor. §. reſtitutio de mi. & no. in d. §. pœna grauior.

*Decimooctauo queritur*

18 † dato quod rebannitus aduerſus omnem infamiam reſtituatur vel quod de hoc non dubitetur vt quia officium non habeat dignitatē. quidam fuit ſcruptinatus & imburſatus tempore quo erat bannitus extrahitur autem de marſupio poſtquam rebannitus eſt queritur an poſsit ad dictum officiū admitti. vt refert Ioan. And. in ſep. iſsime al. legato. §. ſequitur. verſi. quid ſi quis in inu. de accuſa. hæc quæſtio fuit diſputata per d. Iaco. de Bu. in electo a rebannito ante tempus iuramenti extante ſtatuto ꝙ nullus bānitus poſsit eſſe cōſul vel in aliquo officio, & ibi poſt plura argumenta de quibus ibi videre poteſt facta ad partem affirmatiuā concludit negatiue ipſum tale officium acceptare non poſſe dicens tria in officiali pōderanda electionem, confirmationē, et exercitium officij. Probat autem quia cōſul vel proconſul habet hoc nomen ēt priuſquā ſit egreſſus vrbem, & antequam ad prouinciā ſibi decretam perueniat l. pe. de offi. procō. coadiuuat per l. j. C. de magiſtr. muni. li. xij. & ff. de mune. & hono. l. ſi quis magiſtratus vbi nomen magiſtratus habet ex electione dato quod reſiſtat. & ff. de admi. tu. l. quidā. §. ſi. Item cum eſſet prohibitus eſſe in officio, ergo eum eligi prohibitum erat cū per electionem perueniatur ad illud. ff. de ſponſa. l. oratio. Adducit illud generale qđ vno prohibito dicatur prohibitū omne id per quod peruenitur ad illud. ff. de fideiuſſ. l. cū lex. C. de natu. li. l. fin. cnm ſi. Ex quibus dicit concludi ēt electionem fuiſſe contra ſtatutum, nec per habilitatem ſuperuenientē potuiſſe conualeſcere. Quod etiam reſpondendo ad quędam obiecta ſequitur ibi Ioā. And. quia ſufficit ꝙ ab initio talis exceptio

Source : BIU Cujas

poterat eſſe perpetua.l.ſufficit.de conditio. inde.adducit ẽt ad dictam deciſionẽ de ele. cum in cunctis.§.inferiora. & ibi per eum. Concludit itaq; ꝙ talis rebannitus ad dictũ officium non admittitur.pro quo facit de in.expor.l.ſi minor.& C.qui da.tut.poſ.l. in vniuerſis.Albe.autẽ vbi ſupra q. xcj.vbi diffuſe quæſtionem ponit,dicit fuiſſe diſpu tationem Iac.de Are.vt ſupra concludit, & ita etiam dicit Bal,ſuper rub.C.de condi. ob tur.ca.vbi videre potes.Et alleg.etiam ff.de pœn.l.fratres. Sed puto aduertendũ ad q.noſtram. An ex forma ordinamenti ſuper ſcruptinio talis bannitus fuerit prohibitus ſcruptinari, & ſic eligi.Et tunc ſit vera etiam in caſu noſtro deciſio prædicta. Si autem vnuſquiſque etiam inhabilis potuiſſet ſcrutinari cum ex forma illius ſcrutinij non deberet tuncfieri exactio, ſed inde ad tempus putarem tunc poſſe talem rebãnitum dictum officium acceptare, quaſi tũc fuerit facta imburſatio quando habilis reperitur per relationem ad illud tempus l.in tempus,de hæredi.inſtituen.cum ſimilibus.

Caſum vero eius qui fuit imburſatus tẽpore quo non erat bannitus, & demum fuit bannitus & poſtea rebannitus,& deinde exactus.

19 *Et ſic ſit quæſtio.xix.* † non aliter proſe quor quia clara videtur deciſio quod poſſit acceptare & exercere cum media tẽpora nocere non ſoleant l.ſed & ſi in cõditione.§.ſolemus.ff.de hære.inſti.cum ibi no.et quod tangitur per Bal,ſuper prædicta rub. de condi.ob turpem cau.

20 *Vigeſimo queritur* †bãnitus in iudicio egit aliqua eo modo quo non valuerunt de quo dixi ſupra parte præcedenti.q.iij.Fuit deinde exẽptus de banno, ratificat omnia illa antea geſta,an valeant tanquam tunc tẽpore ratificationis geſta.iſtam q.tangit Alber. vbi ſupra q.xlvj.& primo arguit quod ſic arg.ff.de iniu.te.l.ſi quis filio exhæredato. §.irritum.& de lega.iij.l.j.in prin.&.§.deportatos.C.de his qui nõ poſ.ad liber.perue.l.j.& ff.de pœ.l.fratres.Sed dicit priora iura loqui in teſtamento quod ſolum depẽdet a voluntate teſtantis.Alie leges loquuntur in libertate,cuius fauore multa ſunt cõtra ius introducta.ff.de fideicom.liber.l.generaliter.§.ſi quis ſeruo ad l.falcid.l.pœnales.§.vlti, Sed quod non valeat arguit per generalem regulã quę ab initio &c.& quia non fuit iniuriatum cum perſona legitima. C.qui legi. per l.ij.& qui da.tut. poſ.l.vniuerſis.finaliter intra illũ articulum. An valeant acta vel nõ,de quo dic vt dixi vbi ſupra,Sed ad quęſtionem propoſitam quę eſt qñ acta non tenent, dic ratihabitionem nihil operari vt dictis iur.& quod habetur in l.j.C.qui pro ſua iur.etiam ſi omnia acta repeterentur in eodem inſtanti per vtranque partem ſecundum not.in l.omnium.& l.in cauſæ.ff.de procu.quia illa doctrina locum habet,quando acta ualebãt ſed ſpirabat iudicium. hic vero nulla erãt ſi tamen partes eſſent in concordia & daretur ſententia valeret vt conuentio non vt ſententia, vt habetur in l.ij.C.commu.vtri.iud.de quo in l. ſi conuenerit.ff.de re iudi. & in l.j.C.de iuriſdi.omni.iudi.

*Vigeſimoprimo queritur*

21 † an bannitus rebannitus teneatur creditoribus quos ante bannum habebat.Quæſtio hæc leuis eſt.& ideo breuiter pertranſeam. Nam aut recuperauit bona ſua per reſtitutionem & habuit. & poteſt a creditoribus cõueniri C.de ſen.paſ.l.ſi deportationis.& ff.eo.ti.l.iij.in fi.aut nõ habuit quia noluit. Fuit enim ad ea reſtitutus.ſed ea capere neglexit & conueniri poteſt.ff.de ſen.paſ.l.ij. Aut ea nõ rehabuit quia reſtitutio ad ea nõ fuit porrecta ſecundum ea quæ dixi ſupra iiij.& v.q.& non tenetur nec ab illis cõueniri poteſt, ſicut nec ante poterat l.tutelas. §.fina.ff.de capit.dimi.& d.l.iij.de ſenten. paſ.in princip.

*Vigeſimoſecundo queri-*

22 tur † an talis rebannitus poſsit agere contra debitores qui interim dum eſſet in banno ſoluerunt cõi.Hæc quæſtio eſt ita vulgata quod in ea non eſſet inſtandum.formauerunt enim eam Dy.in l.creditor.ff.de ſol.& multi alij ibi & alibi vt refert Gui.in Spe. de obli.& ſol.§.nunc aliqua.ver.illud queritur. Ac etiam multi eandem quæſtionem diſputauerunt vt refert ibi Ioan.Andre,in addi.qui effectiue ponit omnium intentionem. Si ergo latius videre vis ibi vide & Bar.in d.l.creditor.qui ibi ſic concludit,qđ aut reſpublica habebat bona illius creditoris banniti obligata ſibi ex aliqua iuſta cauſa,& tunc non eſt dubium ꝙ ſolutione facta reipublice debitor liberatur l.nõne,C,quæ

Source : BIU Cujas

res pig.ob.poſ.Si vero hẽbat illa obligata,
tunc aut bona illius creditoris banniti erãt
publicata ex aliqua iuſta cauſa. & idem fi-
ſcus enim habetur loco hæredis l.ſi debito-
ri deportato.ff.de fideiuſ.& l.tutore.C.ad l.
iul.de vi.Si vero bona non erant publica-
ta vel erant ſed iniuſte.& tunc aut reſpubli
ca exigit iniuriam debitoris aut creditoris
banniti,aut ſimpliciter exigit nõ debita cõ
templatione ad iniuriã alicuius. Primo ca-
ſu eſt periculum debitoris. vt d.l.creditor.
in prin.Secundo caſu eſt periculum credito
ris.l.ſi merces.§.culpe.ff.loca.& l.penul. in
prin.ff.ſolu.ma.& l.Paulo calimacho.in fi.
ff.de lega.iij.& l.liberto.§.lucius.de an.leg.
Tertio caſu qñ exigit exactura cuiuſcunq;
fuiſſet.tunc erat ſpecies debita,aut quanti-
tas.Si ſpecies eſt periculum creditoris,ſed
quantitas eſt periculum debitoris.l.lectos.
& l.ſe.de peri.& com.rei ven.ibi gl.Ad idẽ
l.fi.i fi.ff.de pig.act.facit ff.de euic.l.lucius.
de rei ven.l.idem ſi uerberatum.§.j. Hæc
Bar.in d.l.creditor. Videamus & nũc par
ticulariter an omnia vera ſint. Dixit ergo
primo ꝙ ſi fiſcus habet bona obligata,debi
tor banniti ſoluens liberatur per l.nomen.
Iſtud membrum eſt veriſsimum,ſed dubita
tur an requiratur excuſsio,& idem Bart.in
l.ſi cõuenerit.de pig.ac.dixit quod nõ. Sed
Cy.tenet contrarium in d.l.nomen. quẽ ſe-
quitur Bal.i l.ij.C.qñ fiſ.vel priua.& latius
ponit in l.hæredem mariti.C.de hære.ac.p
l.j.C.de conue.fi.lib.x.Sed credo opi.Bart.
veriorem non per ſuam rationem quia con
cluderet ꝙ auth.hic ſi debitor.C.de pig.nõ
haberet locũ qñ poſſeſſor haberet cauſam
lucratiuam quod eſt contra generalitatem
illius auth.ſed per rationem Guil.qui idem
tenuit.ſ.quia illa authẽ.eſt correctiua & lo-
quitur in poſſeſſore pignoris, ergo non ha-
bet locum in propoſito l.fi.C.de act.& obl.
Nec ob.l.j.C.de conue.fiſ.deb.quia loquit
quando conuenitur tertius qui promiſit ſer
uare indemnem creditorem qui eſt alterius
debitor.de quo dic ut ibi.Vbi ergo bona bã
niti erant obligata fiſco,& ſic ſine excuſsio
ne perueniri poterat ad nomina,debitor bã
niti fiſco ſoluens non poteſt a tali rebanni-
to conueniri.Si autem fuiſſet debitor ad cõ
ſeruationem indemnitatis ſecus eſſet excuſ
ſione non facta.vt d.l.j. Secundum mem-
brum eſt qñ bona erant publicata iuſte &
iſtud non habet dubitationem, ammodo.n.
fiſci debitor eſt l.j.§.an bona.de iure fiſc.&
ideo ſoluendo liberatur C.dẽ noua.l.iij.&
hoc certe verũ eſt ſi ſoluiſſet exactus ſi ve-
ro non inſtigatus ſed ſponte ſoluiſſet, putas
illum rebanniri debere ſine reſtitutione bo
norum quæ aliquam habuiſſent innouatio-
nem,forte tunc nõ eſſet liberatus arg.l.j.§.
idem iunio.ff.de qõ.& l.& qui data.qui.ex
cau.ma.cum ſi.niſi excuſaretur, quia ſoluiſ-
ſet vt in pœnam non incideret l.item illa.
cum ibi not.C.de conſti. pecu. Tertium
dictum.ſ.qñ bona non ſunt confiſcata, vel
ſunt iniuſte & fiſcus exigit iniuriam debi-
toris non eſt mihi vſquequaque expeditum
in ea parte qua confiſcatio facta erat ſed in-
iuſte. Nam tunc aut fiſcus volens iniuriari
debitori exegit ſimpliciter non allegata cõ
fiſcatione,& credo dictum Bart.verum,aut
allegauit confiſcationem & eius prætextu
exegit a debitore,et tũc aut eſt iniuſtitia cõ
fiſcationis poterat opponere debitor & nõ
oppoſuit,& non videtur verum dictũ Bar.
ar.ff.man.& l.ſi fideiuſſor.quaſi per totam.
Aut oppoſuit. Et tunc cum ſibi facta fuerit
iniuſtitia bannito poſtea rebannito imputa
re non poteſt.ff.de euic.l.ſi per imprudẽtiã.
Si vero de confiſcatione iniuſta non pote-
rat opponere,puta ex forma ſtatuti,vel qa
ſententia confiſcationis valebat , licet eſſet
iniuſta.& tunc vr̃ mihi durum quod non li
beretur cum a cauſa bãniti proceſſerit eius
ex actio licet in ſui pernitiem & odium fa-
cta fuerit per no.in l.pe.ff.ſolu.ma.per om-
nes doc.& etiam per Bar.qui ibi tenet con-
tra gl.l.ſi merces.§.culpe.& ꝙ id ꝙ Bar.di
xit de confiſcatione iniuſta debeat ſic intel
ligi l.facit ad eos.& ꝙ ibi nota.ff.commo.

Aliud membrum diſtinctionis eſt quãdo
fuit coactus ſoluere iniuriam banniti,quo
caſu dicit Bart.eum liberari.vt in.§.culpe,
& alijs iuribus ſupra alleg.Iſtud puto verũ
quecunq; opi.teneatur in.§.culpe.Dedit.n.
cauſam committendo id propter quod ban
nitus fuit & nõ parẽdo iudici, & ſic ſua cul
pa præceſsit. Sed aduerte quia forte hoc
erit verum niſi bannum fuiſſet latum cõtra
abſentem & ignorantem non culpabilẽ ſe-
cundum ea quæ dixi ſupra parte proxima,
q.antepen.in prin. & propterea fuiſſet po-
ſtea reſtitutus. Tunc enim cũ in nulla fuiſ-
ſet culpa ceſſat ratio facta p.§.culpe. Vlti-
mum membrũ eſt qñ ſimpliciter exigit non
ad iniuriam alicuius,& iſtud ſubdiuidit,qa
aut debitum eſt in ſpecie. & dixit periculũ
eſſe creditoris,aut in quantitate & eſſe peri
culum debitoris.Dicunt quidem vt Ang.in
d.l.creditor.ꝙ primum eſt verum niſi debi
tor ante bannum fuerit in mora. Secũdum
eſt verum niſi creditor alias fuerit in mora
recipiendi,

Source : BIU Cujas

recipiendi.l.qui decem.in princi.de ſolu.& intelligit qñ mora fuit ad illum caſum ordinata alias ſecus.argu.ff.ad l.rhod.de iac.l.ſi vehenda.§.idem iuris.Prædicta omnia quę dixi debitorẽ non moroſum non accuſari, debent intelligi niſi virtute ordinamẽti pœnalis facta contra eum in ſpecie vel in genere contra omnes debitores bannitorum ſolueri.Tunc.n.ſemper excuſatur & liberatur.l.ſi.§.primo.ff. quod met.cau.& l.j.§. quæ onerande.ff.de qua re ac.non da. ſecũdum Bar.in d.l.creditor in princi.in ſi.eius quod ibi ſcribit.

23 Vltimo & vigeſimotertio† circa hãc partem quero ſtatutũ dictat, quod ille qui fuerit ex bannitus elapſo termino banni non poſsit eſſe de prioribus etiam ſi fuerit rebãnitus. Alio ſtatuto cauetur ꝙ qui interfecerit aliquem rebellem ſit exemptus vel eximatur a banno omni quod incurriſſet, vel incurrere poſſet propter præterita delicta. Contingit quod Titius poſt bannum ſibi datum intra terminum banni tamen interfecit quendam rebellem propter quod habuit beneficium exemptionis a banno. Queritur an poſsit eſſe de prioribus ſtatuto prædicto non obſtante.& videtur quod ſic,quia nunquã fuit ex bannitus,quia durante termino ſuperuenit cauſa quæ bannum perfectũ extingueret. Ergo impedit bannum incurrere.Sed certe cũ hæc cauſa tẽdat directo ad liberationẽ nec de banno poſsit exire vel eximi niſi ille qui illud incurrit in eo puncto quo terminus banni currerit eſt bannitus exẽptus,& ſic verũ eſt eũ fuiſſe ex bannitũ. vt l.ſi ſub conditione.ff.de ſol. cum ſi. Secus ſi ſtatutum decetero redderet perſonam inhabilem ad exbanntendum per ea quæ dicta ſunt.Hæc Bart. in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de ver.ob. Ang.vero ibi tenet contrariũ,quia illud verbũ poſſet eſt prętteritũ imperfectum. Vnde impedit bannũ incurri quaſi circũducto edicto banni per ſtatutum quod relaxat neceſsitudinẽ cõparendi.ff. de iud.l.& poſt edictũ §.circũducto & hæc differunt inter ſe obligationẽ diſſolui & illam impediri ne contrahatur.C. ſi cer.pet. l.ſi.& infra eo.l.decem.Nullo ergo tẽpore ipſe ſe inueniret bannitũ, & per cõſequens nec rebannitum vnde eſſe poterit de prioribus.Subdit tamẽ quod ſi contingat in pũcto quo quis occidat rebellem ipſum occiſorem ex alto maleficio banniri, & ſtatutũ non loquatur de exbanniendis ſed exbannitis non gaudebit talis occiſor beneficio ſtatuti.Dicit enim eſſe caſum ſecundũ Iac. de But.in l.ſi quis id quod.ff.de iur.om.iud. §.quod ſi dũ proponentur ſtante ſtatuto vt retulit Bart. Ego ſto cum Ang.cum.n.ipſum ſtatutũ eximat occidentẽ rebellẽ a banno quod nondum latum fuiſſet propter maleficium præteritum,apparet quod non intellexit de illa vera exẽptione quæ requirit omnino bannum præcedere. Voluit.n. quod banniretur vt patet ex verbis eius & ideo cum vocet exemptũ nondũ bannitũ. & ſic impediat ortũ eius, impediat etiã ipſum effectum.vt in.§.ſacrã. Cũ ergo tẽpore termini reperiat ſe inhabilem ad banniendum ſine dubio non dicetur bannitus rebãnitus,ſed nõ bannitus. Talis.n.terminus reſolutionis octo dicetur potius importare cõditionẽ quã diem certum ſecundũ ea quę dixi ſupra parte proxima q. lxxviij. & ideo cum illo tempore reperiat ſe inhabilẽ non erit dare punctum in quo reperiatur bannitus,& ſic nec rebannitus l.quoties. in fin.ff. de nouati. Poterit ergo eſſe de prioribus non obſtante ſtatuto.Pro eo aũt quod vltimo dixit Ang.per ver. ꝙ ſi dum proponeretur.Vide quæ dixi ſupra parte proxima. lxxxij.quæſtione.& vide Barto.in l.ſi poſt mortem. in princi.de leg.j. vbi dicit quod inſpicitur cauſa fauorabilior.& ſic pro parte quam tenui.

Rubricę de quæſtionibus occurentibus poſt mortẽ ipſius banniti.

NOVISSIME reſtat ſecũda pars huius vltimi temporis quæ eſt de quæſtionibus occurrentibus poſt mortem ipſius banniti, & ideo vt illa expediatur aliarũ partiũ more pmitto rubricas quęſtionum in ea agitandarum, quæ ſunt.

## SVMMARIVM.

1 *An teſtamentum factum a bannito tempore banni ſecundum formam ſtatutorũ valeat eo mortuo poſtquam fuit rebannitus.*

2 *An corpus banniti mortui in banno poſsit ſepeliri in ciuitate a qua erat bannitus.*

3 *An interficiens bannitum & poſtea auferẽs bona quæ habebat ſuper ſe poſsit puniri de robaria vel furto.*



Source : BIU Cujas

4 Si cōtingit bannum non finiri morte, hæres banniti non bannitus repellatur exceptione banni virtute ſtatuti.

5 An regulariter bannum pecuniarium poſſit exigi ab hæredibus banniti.

6 An contra fideiuſſorem poſſit fieri executio mortuo bannito.

7 An mortuo bannito cuius bona fuerunt confiſcata ſed non incorporata fiſcus poſſit illa hæredibus banniti auferre.

8 An hæres banniti poſſit agere pro robaria facta viuente bannito præſuppoſito certo ſtatuto, & quid de mutuo.

9 Si pater tenetur ex forma ſtatuti aſſignare partem filio bannito.

An poſſit cogi illo filio bannito mortuo.

10 Si patre bannito ex forma ſtatuti fiſcus diuiſit bona patris cum filio. An filius poſtea habitus a bannito poſt mortem bāniti poſſit aliquid petere.

11 Si pater aſſignauit partem filio bannito & poſtea habuit alium filium.

An filius ſecūdus poſſit aliquid petere a fiſco.

12 An filij bāniti ob rebellionē caſtri mortuo patre redigentes caſtrū ad obedientiā intelligātur reſtituti ſtante certo ſtatuto.

13 Si cauetur ſtatuto quod vxores bannitorum perpetuo ſint bannite. An duret effectus bāni marito bannito mortuo.

14 Si cauetur ſtatuto quod filij bannitorū expellantur de ciuitate.

An debeant expelli mortuo patre bannito.

15 An hæres banniti poſſit vti contractibus factis per bannitum cum beneficio ſtatutorū ciuitatis a qua bannitus erat.

16 An bannita vniuerſitate duret bannum illis qui tūc erant de vniuerſitate mortuis.

Secunda pars tertij temporis.

1 PRIMO igitur quero Titius exiſtens † in banno fecit teſtamentū ſecundū ordinamenta ſuæ ciuitatis, puta corā quinque teſtibus quę dictum eſt eū perdidiſſe ſupra in ij. tēpore parte j.q.v. Et ſic illud teſtamētum non valere eadē parte q.ij. deinde fuit rebannitus, & demū alio teſtamento nō cōdito mortuus eſt. Queritur an valeant in eo diſpoſita. Si quis vellet hāc q. diſputare, haberet neceſſe videre q. quæ tangitur in ca. quanq́ de vſuris, lib. vj. ſ. An teſtamentum vſurarij factū ſine cautione reconualeſcat eo poſtea cauente, de qua ibi per Ioā. And. per Barto. in l. filius. de teſta. & latius in l. filio præterito. de iniu. teſt. per Bal. in l. vniuerſa. C. de pre. impe. offe. Verum quia mihi videtur clarum tale teſtamētum de quo agimus ab initio fuiſſe nullū ex vitio perſone a ſuo delicto procedente, & ſic ex vitio intrinſeco ſecundū opin. omnium nō poteſt ex poſtfacto conualeſcere, debet. n. teſtator eſſe habilis ad ſic teſtandū tēpore teſtamenti & mortis l. ij. ff. de teſta. & l. filius. & ff. de bo. poſ. ſec. tab. l. j. §. exigit. vbi bona gloſ. & per Cyn. in l. iij. §. ſed ſi filius. de leg. iij. in addi. vbi etiam. Ray. ſic format in terminis. Nec me trahit quod fuerit inhabilis ad teſtandū ſecundū ius ciuile, quia ſecūdum illud non fuit teſtatus, ſed ſecundū ſtatutum ſecūdū quod inhabilis erat, & quod iuris in toto idem in parte l. quæ de tota. de rei ven. Et ex notatis in dictis iuribus apparet quod ſi ante bannum feciſſet teſtamentum cum ſolennitate ſtatuti, & deinde bannitus fuiſſet & demum rebannitus tale teſtamentum valeret, cum mediū tempus nō attendatur vt dictis iuribus. Vide tamē quę habentur in l. qui ex liberis. §. teſtamēto. de bo. poſ. ſecundū ta. quæ in propoſito nō videntur habere locū, cum talis rebānitus intelligatur reſtitutus, vt dixi in parte præcedenti q. iiij. Ad quod quæ not. per glo. in d. §. exigit. Ex dicto ergo teſtamento de quo quæſitū eſt agi non poteſt niſi ex eo fuerint inſtituti tales qui de iure communi faciunt tale teſtamētū valere. l. hac cōſultiſſima. §. ex imperfecto. & §. ſi quis aūt. C. de teſt. vel niſi in teſtamēto facto corā quinq́ teſtibus, vt exēplificaui eſſet appoſita clauſula codicillaris. Tunc. n. & iuris fideicōmiſſi, & legati valerent in eo diſpoſita l. ex ea. §. j. de teſt. & l. poſthumus. §. j. de iniu. teſta. & de teſta. mili. l. querebatur. ad trebel. l. ſi patroni. §. vlti. & plene Bar. in l. j. ff. de iure codi. Prædicta vera niſi illud teſtamentum cōfirmaſſe &c. Pro quo vide iura quæ allegaui ſupra parte præcedenti. q. xx.

2 Secundo † queritur an corpus banniti qui mortuus eſt durante bāno poſſit ſepeliri in ter-

Source : BIU Cujas

ritorio a quo bannitus erat. In l. ſecunda. ff. de cada. puni. per illum tex. dicit quod nõ. Et pro hoc quod dicitur de excommunicato vt eius corpus non ponatur in eccleſiaſtica ſepultura vt in clementi. j. de ſepultu. cum concor.

3 *Tertio* Ex forma ſtatuti† bãnitus poterat impune offendi in perſona & bonis. Titius interfecit bannitum, & poſtea eum derobauit hoc eſt res quas inuenit pœnes eum abſtulit & in ſuos vſus conuertit. Queritur an licite facere potuerit, tex. videtur quod ſic. ff. de ſepul. vio. l. ſepulchra. iuncta determinatione præcedenti. dixit Fran. de Are. Dic contrarium quia cum ſit mortuus bona amplius non ſunt ſua. Item nec poteſt offendi. & ideo nunc verificantur verba ſtatuti. Nec obſt. l. ſecunda. ff. de cada. pu. & quod dictũ fuit ſupra proxima quæſtio. quia illud eſt verum quantum ad corpus banniti, nõ autem quo ad bona. Ita determinat in dicta l. ſepulchra, allegat quæ habentur per Cyn. in l. prima. §. fina. C. ſi reus vel accuſa. mor. fue. Et dicit quod Cyn. refert ita fuiſſe determinatum. Aduerte quia Albe. vbi ſupra quæſtio. xciij. format quæſtionem in eo qui interfecit bannitum qui poterat impune offendi, & eum ex interuallo poſtea derobauit, & allegat quod non puniatur quia cum ille fuerit hoſtis ciuitatis. l. amiſsione. §. quid deficiunt non debet iuuari legũ beneficio, de vſuris cap. quia fruſtra. Item allegat effectiue dictam. l. ſepulchra. & l. ſecunda, de cada. puni. Allegat in contrarium quia poſt mortem non poteſt dici bannitus mors enim omnia ſoluit, ergo non poteſt dici quod ipſe bannitus fuerit offenſus in authen. de nup. §. deinceps. Facit quod not. in l. eius qui in prouinciam. ff. ſi cert. peta. Itẽ quia non eſt homo ſed cadauer de cõditio. inde. l. ſeruo manumiſſo. vt ibi not. Allegat pro hoc. C. ſi pen. appel. mors interue. per totum, & ſi reus vel accu. mor. fu. per totũ. Item quia ille qui derobauit potius videtur ſpoliaſſe hæreditatem ꝙ defunctũ de intur. l. j. §. quoties. Item quia quando alicui conceditur quod aliũ occidat intelligitur in flagranti crimine, vt l. quod ait de adulte. Et dicit quod pro hac parte dr̃ fuiſſe determinatum Piſtorij, & derobatorẽ fuiſſe bannitum de robaria filijs occiſi eum accuſantibus quaſi robaria fuerit commiſſa de rebus hæreditarijs ad ipſos filios pertinentibus. Dicit primã partẽ ſibi videri leuiorẽ ẽt vbi ſtatutũ non excuſaret ſpoliantẽ, quia robaria exegit vim perſone illatã quod hic non fuit. Itẽ quia licet dominiũ tranſlatum fuerit in ſuum hæredem tamen poſſeſsio non tranſit niſi fuerit apprehenſa. ff. de acqui. poſ. l. cum hæredes ex qui. cau. ma. l. cũ miles. Fatetur tamen quod ciuiliter poſſet peti reſtitutio rerum ablatarum per iura prædicta. Si conſideres quæſtionem & termini non videtur vniformes. Nam aliud eſt derobare & occidere eodẽ inſtãti, vel occidere & derobare. & iſto caſu credo talem nõ poſſe puniri. Omnia enim in ipſum viuum illata dicuntur. Quinimmo potius dicitur facta occiſio propter robariã quã econuerſo. Et ſic non veniat puniẽdus l. lecta ſi cer. peta. l. ſi in rixa de ſica. C. ad leg. iul. de vi l. quoniam. & ff. de fur. l. verũ. Id enim quod fit incontinenti non videtur factum poſtea. Immo illud ad contiguũ tempus redigitur, vt habetur in l. quoties. §. ſi quis ita, ff. de hę re. inſti. & in l. fructus. ff. ſolu. mat. per Dyn. & Bar. videtur enim eodem conflictu bannitum derobaſſe & occidiſſe. & ſic in partẽ abſolutoriã fiat interpretatio l. eum actum de neg. geſt. C. de probatio. l. matrem de no. oper. nuncia. l. non ſolum. §. ſed vt probari. Aliud eſt occidere, & ex interuallo ſcilicet ad actus extraneos facta collatione ſecũdum l. contractus in fi. C. de fi. inſtru. de verbo. obli. l. continuus de duo. re. l. reos cum derobare. Tunc enim ſuccedunt rationes prædicte facte vt teneatur & non excuſetur a ſtatuto. Sed aduertendum quod non tenetur de robaria quia illa requirit vim. vt ff. vi bo. rap. per totum quæ hic nõ potuit eſſet vt dixit Alberi. Et hoc reſpectu bene dixit illos non potuiſſe condemnari quia fuerat intentatum crimen quod non reſultabit ex accuſatione l. liberorum. §. quod ſi libelli de accuſa. l. iij. §. docere. ff. vi bono. rapto. cum ſimili. Dicendum ergo eſt quod aut incontinenti ſpoliant occiſores ipſum bannitũ & non puniantur aut ex interuallo. vt ſupra & tunc veniant puniendi, quo autem iure vide in l. rei hæreditarie. ff. de furt. & C. eo. ti. l. ſi abducta.

4 *Quarto* ſtatuto cauetur† qđ bãnitus nõ audiatur in ciuili vel criminali, & ꝙ bannũ pecuniariũ poſsit exigi ab hęredibus bãniti. Titius bãnitus in pœcunia reliquit hęredẽ Gaium qui adiuit hęreditatẽ. Agit deinde in iudicio Gaius cõtra aliquẽ opponitur ſibi exceptio qđ nõ debet audiri quia bãnitus cũ ſit hęres bãniti queritur quid iuris. Recordor ꝙ de hac qõ. feci mentionẽ ſupra in ſcđo tẽ-

pore parte prima in fi.lxxij.quæſtionis, in qua eſt caſus conuerſus quando bannitus ſucceſsit non bannito. & dixit Alberi. vbi ſupra ꝙ vbi agit iure hæreditario videtur obſtare exceptionem de reg. iur.l.in his.§. non debeo,& C.de acqui. poſ. vitia rerum cum ſi.Dixit alios tenuiſſe contrariũ, quia bannum eſt pœna contumacie, vt ex ſuperioribus patet, vnde nõ tranſit ad hæredes ſed morte criminoſi finitur.ff.de priua. deli.l.fi.de requi.re.l.j.§.j.C.de delict.defun.l. vna, ſicut nec tranſit priuilegium.C. de re. iu.l.priuilegia & de pac.l.idem.§.perſonale ſecundum la.de Are. & dicit quod vidit ita ſeruari, ſi ſtatutum ſimpliciter iacet ꝙ bannum poſsit exigi ab hæredibus.deciſio clara eſt. Eſt enim talis exceptio ꝙ non audiatur mere perſonalis, & ideo non tranſit in hæredem. Si autem in ſtatuto diceretur ꝙ hæres intelligatur bannitus,& vt bannitus poſsit conueniri, aliud eſſet dicendum. Nam aut diceret quod intelligeretur bannitus, cum illud verbum denotaret fictionem.ff.de relig.l.oſſa in fi.& not.in l. hæres quandoq;.ff.de acqui.hære. ſtatutum quod dicit denegari audientiam,bannitis, niſi aliter loqueretur,non verificaretur in tali hærede.l.iij.§.hæc verba.ff. de neg.geſt. & qđ not.in l.merces de verbo.ſigni.Si aũt ſtatutum tranſmittens bannũ ad hæredem diceret quod hæres intelligatur eſſe & ſit bãnitus,vel alio diceretur quod bãnitus vel habitus pro bannito non audiatur, videretur dicendum ei obſtare exceptionem per no. per Bartol. in l. ſi is qui pro emptore.ff.de vſuc.& in l.ſi maritus.§.legis.ff. de adulte. vide tamen quæ dixi in ſecundo tempore parte vlti.q.lxxiiij.ſi vero agit nomine ꝓprio quãdo ſub nomine hæreditario eſt bãnitus ſibi obſtat exceptio ſecundum ea quę dixi in d.lxxij.q.vbi vide.

5 *Quinto pone* quod bannitus † in pœcunia mortuus eſt relictis hęredibus qđ fieri poteſt vt dixi ſupra in ſecundo temp. par.j.q.lij.Qui hæredes adiuerunt hæreditatem,quæritur an dictum bãnum poſsit ab eis exigi.Albe.vbi ſupra quęſt.xxvj.refert Gand.Et primo allegat quod teneantur,quia tale bannum eſt ſententia diffinitiua & pecuniaria,& in ea quaſi contrahitur.l.j. in fi. ſi quis ius di.non obtẽ. & l. iij.§.idem ſcribit de peculio. & ſic tranſit in hæredes, de actio.& obli.l.ex cõtractibus, refert ipſum Gand.tenuiſſe contrarium.C.ex delict. defun.l.vna,ff.ſi quis omiſ.cau.te.l.ſi quis ſub conditione.l.j.in fi.ſi quis ius di. non obtẽ. licet.n.vulgariter actiones tranſeant ad hęredes,quando ſunt ex contractu vel quaſi, tñ fallit hoc caſu de actio.& obligatio.l. in honorarijs, & ibi ẽt refert ſic tenuiſſe Dy. per l.ex iudiciorum in fi.ff.de pub.iudicijs. Subdit autem diſtingui poſſe quod aut in banno dictum eſt quod non poſsit exire niſi ſoluat centum & dicatur tunc hæredes non teneri per l.ſi quis ſub conditione.ſi qs omiſ.cau.teſta.Si aũt dictum eſt condemno vel mulcto eum in tãtum puta mille libris, tunc dixit hęredes teneri per ea quę not.in d.l.j. in fi.ff.ſi quis ius di. non obtem.Bald. aũt in d.l.vna.C.ex deli.defun.dicit Barto. tenuiſſe contrarium in d.l.ex iudiciorũ. & ad materiam tangit aliqua ſubtilia ibi vide. Et concludit quod quando ex forma ſtatuti bannum non requirit aliam ſentẽtiam vt in caſu noſtro teneantur hæredes alias non per not.in d.l.j.in fin.& ibi dicit quod idem eſt in cõdemnatione pecuniaria quod in confiſcatione bonorũ.ipſe tamẽ Bald. in authen.bona damnatorum.dixit ꝙ tale bãnum non mandatur executioni contra hæredes, vt dixi in ſecundo tempore parte j. q.xij. Et hoc credo verum cũ enim hoc ſit exorbitans a iure communi & contra abſentem feratur diffinitiua ſententia,nullatenus ad conſequentia trahi debet l. quod vero.ff.de leg.& nullo modo ſententia debet extendi. l. ſi patronus teſtamento.§.ſi quis cum eſſet.ff. de bo.lib. quod eſt verum niſi ſtatutum diceret quod bannum haberet effectum ſicut ſententia lata contra præſentẽ per l.primam.de leg.j. cum ſi. Non igitur mandabitur bannum executioni contra hæredes,niſi aliter appareat de mente ſtatuti, vt dixi ſupra proxima q.Item nec cõtra bona vt dixi in dicta xij.q.niſi ſtatuto diceretur ꝙ illa eſſent obligata. Tunc enim licet eſſet extincta principalis ex poſtfacto ſiue perſonalis,nihilominus durat hypothecaria l.intelligere.C. de luiti.pigno.& l.cum notiſsimi,de præſcri.tri.an.per Dyn. de fi. deiuſ.Nec prædictis ob.quod dixit Barto, in d.l.ex iudiciorum quia loquitur in ſententia confiſcationis bonorum vt dicam ſtatim in quæſtio.ij.

6 *Sexto. Titius* † dedit fideiuſſorẽ iudici de ſe repreſentãdo & de ſoluendo oẽm cõdemnationem & bannũ, deinde fuit inquiſitus nõ cõparuit ſeruata forma ſtatuti habitus pro cõfeſſo fuit bãnitus in mille,dictũ eſt ſupra ꝓxima q.quod non

Source : BIU Cujas

poteſt tali ſnīa mandari executioni nec cō
tra hæredem nec in bonis. An mortuo ban-
nito poterit fideiuſſor cōueniri. Et videtur
quod non, quia liberato principali libera-
tur fideiuſſor l. fideiuſſor. in prin. de fideiuſ.
de ſolu. l. modeſtinus. cum ibi not. Contra-
rium puto quia tenetur ex ſua obligatione
quæ vna cum banno mandatur contra ip-
ſum executioni ſecundum plurale not. per
Iaco. & Gui. in l. ij. qui ſatiſd. cog. & ideo li
cet bannitus moriatur, nō tñ contingit libe
ratio. ſed eius perſona in obligatione exi-
mitur, & ꝓpterea remanet fideiuſſoris obli
gatio. ff. de fideiuſ. l. Vrannius §. ſed cū duo.
& probatur eo. titu. l. vbicunqꝫ. quæ lex ſic
poteſt exemplificari, quod eſt verum ſiue
habeat bannitus hæredes ſiue non cum. n.
moriatur poſt perfectā obligationē fideiuſ-
ſoris obligatio non extinguitur l. ſine hæ-
rede in prin. ff. de admi. tut. licet ſecus ſit qñ
ſine hærede ante purificatā obligationē de
cedit l. poſtquā. in prin. vt le. no. ca. In cuius
legis intellectu variauit Bar. vt patet ex his
quæ dixit ibi. & in l. ſine hærede. & in l. j. §.
idem pomponius. ff. depoſi. vbi bona glo. in
quo non inſiſto, quia nō eſt materia noſtra.
Poteſt ergo fideiuſſor exigi nō obſtāte mor
te banniti. Alb. tamen vbi ſupra q. xliij. re-
ferens Gan. ꝙ cauti iudices antequam pro-
cedant ad dationem banni faciunt requiri
fideiuſſorem quod repreſentet principalē,
ꝙ ſi non facit eum condemnat. Pro quo vi-
de quæ hñr in l. ſi quis reū. ff. de cuſto. reo.

7 Septimo Pone† Titius fuit bannitus in pſona & omnia eius bona fuerunt confiſcata ante-
quā fiſcus ea incorporaret, mortuus eſt Ti-
tius relictis hæredibus. Queritur an fiſcus
poſſit virtute dictæ ſnīe auferre eis bona q̃
fuerant confiſcata. Dy. in l. ex iudiciorū. de
publi. iud. dixit quod non, quia illa lex re-
quirit litis conteſtationē & ſententiā, quæ
in propoſito caſu non ſunt, igitur &c. Bar.
aũt ibi tenuit contrarium, quia ſufficit con-
demnationem eſſe ſecutam. Ideo enim ibi
ponitur de litis conteſtatione, quia regula-
riter ſine illa non poteſt fieri condemnatio
quod patet, quia vbi pœna imponitur a le-
ge ipſo iure ſine condemnatione illa tran-
ſit ad hæredem. vt l. commiſſa. ff. de publi.
requirit ergo illa quod pœna inceperit cū
defuncto, quod fit regulariter lite conteſta-
ta & lata ſentētia. Sed ſi poneremus caſum
in quo non requireretur cōteſtatio, ſufficit
ſnīa. Idē ſi reperiretur caſus in quo non re-
quiritur ſnīa nec litis cōteſtatio, vt in caſi-
bus in quibus pœna ipſo iure infligitur vt
dictū eſt. Et hanc partē vt dixi ſupra q. v. te
net Bald. in d. l. vna. C. ex delic. defun. Et
iſtud verū. & ita ſeruatur licet aliter ipſe di
xerit l. iij. ſi pen. app. mors inter. De quo te-
tigi in primo tēpore parte vlti. q. iij. ad fin.
Non ob. quæ dixi in d. v. q. quia ibi nō fuit
lata ſnīa quo ad bona. Et ideo ibi erat ne-
ceſſaria extēſio quæ non fit vt ibi dixi. hic
vero nulla extenſio requiratur, ſed ſufficit
ipſam ſententiā ſeruari l. non aliter. de leg.
iij. cū ſi. Aduerte quia cū ſnīa lata cōtra de-
functū eo viuente litis conteſt. tranſit in hę
redē vt dictis iuribus ſi per ſtatutū induci-
tur quod contumacia habeatur pro litis cō
teſtatione nihil erit dubij quin eodē modo
mandetur cōtra hæredem executioni. l. j. §.
lex falcidia. ff. ad l. falc. Si vero nō ſimplici
ter permitteret dānari abſentē, locū habet
ſupradicta diſtinctio. Quicquid aũt ſit de iu
re in hac ciuitate ſeruatur qđ bānū pecunia
riū nō mādetur executioni cōtra hæredes.

8 Octauo queritur† bānito fuit facta robaria qui mortuus eſt. Queritur an eius hęres agere poſſit,
& qđ ſi ipſe bannitus viuēs aliquid mutua-
uit Io. An. in addi. Spe. in ſepius allegato. §.
ſequitur. ver. quid ſi quis in ti. de accu. ad fi.
ſuarū addi. refert hāc q. fuiſſe antiquitus di
ſputata per Iac. de Are. & deinde reaſſum-
ptam per d. Nico. Cappocium de vrbe. quā
totam de verbo ad verbū poſuit Albe. vbi
ſupra. q. lxxxix. quę incipit Nicolaus. & di
xit Io. And. ſuccincte ꝙ hæres banniti pro
rapina furto vel damno dato tēpore banni
agere nō poteſt cū nulla actio cōpeteret tā
quā hoſti licite paſſo prædicta, cū bonus ſit
dolus quē quis machinatur in hoſtē. de do-
lo. l. j. §. j. & nemo plus commodi relinquit
hæredi quā ipſe habebat vt de reg. iur. l. in
his. & l. nemo plus. Ad hoc vt iſta deciſio
procedat oportet præſupponi talia ſtatuta
ex quibus tollatur ortus actionis ipſi banni
to, qđ qñ ſit dixi in ſecūdo tēpore parte vlt.
q. j. Si aũt poneres ei natā fuiſſe actionē, li-
cet non haberet exercitiū obſtāte bāno lo-
cū haberet ꝙ ſtatim dicā de mutuo. In quo
in iiſdem locis terminatur qđ hæres agere
poſſit. Cū. n. tenuerit contractus vt l. ſi tibi
§. is cuius. ff. man. & ſic ratio fuerit banni-
to quæſita. ſed propter bannū obſtaret ſibi
exceptio, quia illa exceptio eſt perſonalis
ideſt perſonam repellens, non autē actionis
æquitatē reſpuens cōtra hæredē non trāſit
vt l. exceptiones quæ perſone. ff. de excep.
& de acqui. hære. l. pan. in fin. & ad mu. l. ſi.



Source : BIU Cujas

bertus.§.patris.Item abolitio nomine banniti per mortẽ & pœna & ex nomine banni extracta cenſetur abolita.C. de fer.l. a nullo.& de infir.pe.cœli.l.j. quod etiã verum eſt niſi eſſet ſtatutum quod contractui repugnet & taliter ꝙ actionis natiuitati reſiſtat.ff.de fideiuſ.l.cum lex cum ſi.Et vide quæ dixi ſupra parte proxi. huius tẽporis q.xij. & xiij. & quod dicam infra q. xv. ſi autem latius videre cupis vide vbi ſupra.

9 *Nono pone* ex forma † ſtatuti pater tenetur aſsignare partem filio bãnito cõputata perſona patris in numero filiorũ pro vno capite quæ pars deſtruatur & deſtructa remaneat in cõi.Queritur an filiofamilias bannito ſecundũ tenorem illius ſtatuti. & demũ mortuo partem illã teneatur pater aſsignare cum in banno fuerit expreſſum quod bona eius deſtruerentur,& deſtructa & publicata remanerent in cõi. Hanc queſtionẽ dixit Io. And. vbi ſupra proxime dixi ſuarũ additionum,verſi.duas nunc quæſtiones fuiſſe diſputatã per Lamber. de rãpo.quem dicit determinaſſe obiectũ mortis filij banniti obſtare fiſco, & quod ex verbis banni non fuit ſufficienter facta bonorum ademptio his rationibus. Petitio deſtructionis,& publicationis eſt contra formam iuris ſaltẽ in eo quod de deſtructione dicitur.de contrahen.emp.l.ſenatus. Et de publicatione patet C.de bo.dam.authẽ.bona damna.Itẽ eſt cõtra ius quod ex delicto filij ꝓcedatur in res patris.C. ne filius pro pat.per totum.Item quod cogitur pater filio dare partẽ.C.de eman.lib.l.fi. Item apertius eſt cõtra ius quod filiofa.delinquẽte caſu quo erant publicanda bona delinquẽtis, tamen non publicatur caſtrenſe peculiũ filij,ſed remanebit illeſum apud patrem.C. de bo.dam.l.ſi filius. Et hic quod peius eſt agitur de publicatione rerum paternarum ex delicto filij. & his rationibus dicit eſſe diſtinguendum vt tot legum contrarietates vitentur.Et dicit quod ſi reus decedit ante accuſationẽ pendente iudicio pereunt acta, & crimen cum pœna extinguitur.C.ſi reus vel accu.mor.fue.l.j.& ij.& ff.de publi.iudi.l.publica accuſatio.& l.defuncto. Si aũt accuſatus moritur lata ſententia condẽnatoria,& appellatione pendente tunc diſtinguitur an expreſſe bona fuerint adẽpta vel non,vt C.ſi pend.appel. mors interue.l. iij. & ſi reus vel accu.mor.fue.l.ſi. Si autẽ decedat accuſator accuſatione pendente etiã pereunt acta,ſed datur cæteris licentia repetendi reum intra certos dies.ff. de accu. l.libellorum in ſi.Si moritur poſt latam ſententiam appellatione pendente acta etiam pereunt,de quo remittit ad notata in d l.publica.& l.fin.C.ſi reus vel accu.& ſubdit ꝙ caſus de quo agitur nõ adaptat̃ nec ſub primo nec ſub ſecũdo articu. ſed ſub tertio.Et intellige ꝙ tertiũ vocat qñ moritur reus lata ſententia.Sed aduerte,qa nec ſub illo qa in themate non proponitur fuiſſe appellatum, aut eſſe intra tempora appellandi, de quo dixi in primo tẽpore, parte vlti. q.iij. & ideo ſubdit quod per ſententiam banni non fuit facta expreſſa bonorum ademptio quia dictum fuit quod bona ſua deſtruerẽtur &c.Debebat aũt dicere quod pater deſignaret ſibi &c. vt in ſtatuto apparet. Illa enim verba,bona ſua, non cadunt in filiũ. fami.Cũ bonorũ appellatio, alia ſit ciuilis, alia naturalis, Ciuilis deſignat bona fide poſſeſſa exempto vel aliter, licet ſint aliena.Naturalis cũ poſsidemus quæ noſtri dominij ſunt.de verb.ſigni.l.bonorũ. in prin. &.§.in bonis.at in filiumfa. neutra iſtarum cadit.ff.de acquir.poſ.l.poſſeſsio quoque.§. qui in aliena.& eo.ti.l. quicquid. hinc dicit eſſe ꝙ in hypothecaria probandum eſt rẽ non fuiſſe in bonis.i.in dominio debitoris, nec ſufficit poſſeſsio.Et in hoc dicit differre a ſaluiano interdicto.ff.de pigno.l.j.§.cũ prædium.& l.& quæ nondum.§.ꝙ dicitur. Ex quibus concludit ꝙ cũ ſit peremptum crimen & bona expreſſe adempta nõ fuerint pater nõ tenetur̃ deſignare partem. Et in hoc remanet ẽt ipſe Io. And. Ex quibus verbis habetur ꝙ ſi ſententia fuiſſet recte lata ſecundum formam ſtatutorum nõ obſtante filij morte deberet contra patrẽ executioni mandari. de quo vide quæ dixi ſupra parte.j.ij. tempo.q. xxxiij. quod facit pro his quæ dixi ſupra quæſtio. vij. Nota ex hac deciſione plura. Primũ ꝙ inepta verba ſententiæ ad aptitudinem nõ referuntur.& ſic aptitudo ſententiæ vitiat illam ſicut libellũ. Vide in l.in ſumma.ff. de re iudica. Secundum quod vbi bona debent pro delicto publicari licet fiat condẽnatio de delicto,non tamẽ venit publicatio bonorum niſi expreſſe dicatur in ſentẽtia. Pro quo vide quæ habentur in d.l.iij. ſi pẽdente appella.& quæ dixi ſupra in ij. tẽpore parte j.q.xj.vbi de hoc mentionem feci.

Tertium quod pro nomen ſuum prolatũ in ſententia nõ refertur niſi ad dominium, de quo vide per Bar. in l. quintus.§. argento,ff.de auro & ar,leg.& in rub.de no,ope,

Source : BIU Cujas

non.& ibi remiſsiones. Quarto ꝙ in hypothecaria non ſufficit probatio poſſeſsionis,hoc declara vt habetur per Cyn.in l.cũ res.C.de pig.per Bart.in l. rem alienam,de pign.act.ff. Quintum quod in ſaluiano ſecus, de quo.C.de ſalui. inter. l.j. Deciſio prædicta æqua fuit.Tamẽ cum omnia verba ſtatuti ſint appoſita in ſententia, excepto quod dixit ſua, & non patris &c. ſatis videtur durat deciſio. cum in circũſtantijs declaratur quod iudex intellexit ſua, ideſt ſibi hoc caſu a patre debita argumen.ff. ſi certum peta.l.ſi & me & Titium.& ibi cõcordat.iunctis quæ not.in l. ſed & ſi priori. §.item ſi iurauero.ff.de iureiur. & in l.j.C. de vſufru,ergo idẽ in ſententia l.vt fundus. communi di.& l.fin.C.de fideicom.lib.Sed reſponde ꝙ ille eſt improprius ſignificatus,ſententiæ autem verba non impropriãtur,vt C.quan.plu.vna ſen,l.j.& l.paulus reſpondet.ff.de re iudica.& per Bar.eo. tit.l. miles.§.decem. niſi expreſſe retulerint ad libellum l.fi.de ſenten. quæ ſine cer. quan. & per Bar.in d.l.j.ſi plu.vna ſentẽ.Et ideo in caſu propoſito inquiſitio ſine accuſatio fuiſſet apte formata, & ſententia ad illam ſe retuliſſet, dicta verba improprıarentur, & locus eſſet deciſioni contrarie, vt patet ex præmiſsis.

10 *Decimo pone* ex forma ſtatuti † cauetur ꝙ patre bãnito perſonaliter bona eius diuidantur inter fiſcum & filios bãniti pro rata, Titius fuit bannitus tempore quo habebat vnicum filium, propter quod fiſcus diuiſit pro dimidia bona banniti cũ eius filio,vxor ſequuta eſt virũ bannitum, & ex eo peperit filiũ,mortuo deinde bannito filius ſecundo loco natus vult petere a fiſco & fratre partẽ ſuam.Queritur nũquid poſsit,Io.And.in d.verſic.duas. allegato in prin.proxime præcedẽtis qõnis refert hãc q.fuiſſe diſputatam per Iaco. de Tenca. & ponit eius determinationem quæ eſt talis, ꝙ cum fuerit bannitus ex ea cauſa qua debuit deportari, cum bannum deportationi ſucceſſerit.ff.ſi quis cau.l. ſi eum.§.qui iniuriarũ.& de infa.l.quid ergo.§.vlti.& ſic deſijt habere filios in poteſtate.inſti. qui. mo. ius pa.po.ſol.§.cũ autem. Iſte filius conceptus & natus poſt bannum nec a communi nec a fratre aliquid poterit petere. Nam commune eũ repellet per l.ij.de ſen.paſ.& de accu.l.ex iudiciorum.Putabat tamen ꝙ ſi commune non apprehendit bona licet illa deuaſtauerit, poterit ille ingredi poſſeſſionem illius partis ac etiam illam vendicare ab iniuſte detinente,allegat ad prædicta ff.fa.her.l.lucius.de inof.teſta.l.mater. & ſi frater vellet habere partẽ in bonis deuaſtatis poſſet cõferendo partẽ quam habuit de concepto poſt bannum.Dixit Ioan. And.ſe ideo dixiſſe.quia ſi prius conceptus fuiſſet, licet poſtea natus quo ad partẽ fratris dicẽdum vr̃ cõtrarium per l. qui in vtero.ff.de ſta.ho.Fatetur tamẽ quod ſi relegatus fuiſſet vel minori pœna bannitus, cum teneat tunc filios in poteſtate, natus poſtea ſuccederet cum alijs ex teſtamẽto & ab inteſtato.de inter. & rele.l.iij.& iiij. & inſti. qui. mo. ius pa.po.ſol.§.relegati. Ad qđ homo bonus poſtea reaſſumens q.adduxit l.ſi totas.C.de inoffi.do.& l. ſi vnq̃. de reuo.dona.Et ibi ſubdit quo iure partẽ petat a fratribus ſiue a fratre, de quo ibi. Si tenes qđ dixi in ij.tẽpore. parte j.q.iij.& q. xx.ſ. ꝙ bannum non ſuccedit loco deportationis, & quod bannitus nõ perdit poteſtatẽ filiorum.Prima deciſio nõ procedit.& ideo tractandum eſt de ſecunda. Et aduerte quod ſi ſtatutum dicat ꝙ fiſcus teneatur diuidere cum filijs pro rata. Quæſtio de qua dixi locum habet ẽt quo ad partem fiſci. Si vero ſimpliciter loquitur,& ſic ipſe dimidiã habere debeat.ff.de vſufru.accr.l.ſi quis titio. & quod nota.in l.fin.C. de impu.& al.ſub. Quo ad eius partem nõ poteſt eſſe quęſtio, ſed ẽt tunc quando debet habere pro rata, puto quod inſpiciatur tẽpus ſententię. arg. ff.de aur.& argen.lega.l. ſi ita.cum ſi.& ff. de iudi.l.non põt. quo caſu remanebit qõ. & etiam in alio ſolũ de parte fratri vel fratribus aſsignata,& aſsignatis Quibus caſibus credo ſuperueniẽti filio deberi portionem ſuam conditione ex dicto ſtatuto vel per conditionẽ dictarũ legũ, ſi totas. vel ſi vnquam.quaſi illa ſit tacita donatio ſiue filijs aſsignatio patiendo ſe in banno poni ſciẽdo ſe eſſe taliter condemnandũ.ff.de poſtulan.l.j.§.beſtias.& quod ibi no. Facit de leg.j.l.ſeruo legato.§.ſi teſtator.cũ ſi. Si tenemus illis filijs ſtatutũ aſsignare partẽ priuãdo dominio eorum bonorum.Si autẽ tenemus patri reſtare dominium,haberet ſuo iure vt hæres vna cum illis, quia illud ius non perdit bannitus vt dixi in ſecundo tẽpore,parte j.& multis qõnibus,& maxime in quinquageſimaprima.

*Ex his quæ dixi* ſupra ſcilicet inſpici tempus ſententiæ patet deciſio qõnis, xj.ſ. † Si pater ex forma 11



Source : BIU Cujas

ſtatuti tenetur aſsignare filio bãnito legitimã dandã fiſco, tunc.n. filius poſtea non poterit aliquid petere a fiſco, quod maxime verum eſt quia pœnes patrẽ remanſit integra legitima filij poſtea nati, per ea quæ habentur in l.j.C.de inoffi.do.

12 *Duodecimo* ſecundũ ea quæ † promiſi ſupra in ſecundo tempore parte vlti. q. lviij. reſtat vt ſecunda pars qõnis Rayn. de qua ibi dixi hoc loco inſeratur. Thema.n. erat quod cauebatur ſtatuto quod banniti propter rebellionem alicuius caſtri & eorũ deſcendentes ab omni ciuitatis commodo & honore perpetuo ſint excluſi, nec ꝓ ciuibus habeantur, niſi dictũ caſtrũ in fortiã ciuitatis redegerint &c. Titius ob caſtri rebellionẽ fuit condemnatus, ideſt bannitus. Et demum eo mortuo, filij eius illud caſtrum in fortiam ciuitatis redegerunt. Queritur an a pœna dicti ſtatuti debeãt relaxari. Et dictus Raynutius ſeptem rationibus multum diffuſſe, & ordinate arguit ad affirmatiuam, ſcilicet quod filij beneficio ſtatuti gaudeãt & relaxari debeãt a pœnis prędictis. Quas iuxta poſſe truncabo vt in alijs factum eſt. Primã fundat ab identitate perſonarum. ſ. patris & filij. C. de impube. & alijs ſubſtitutioni. l. fi. Et ideo ſicut patri redigenti caſtrum competebat beneficiũ ſtatuti, ergo & filijs qui idẽ cenſentur. Cõſtat enim perſone cõceſſum beneficium locum habere etiam in perſona præſentata l. minor. §. quoniam. & l. ſed & hæc. §. defendere, de procurato. & pro ſocio l. verum. §. j.

Secundo fundat ab euitanda abſurditate, quod argumentum eſt validum in iure l. ſcire oportet. §. aliud, de excu. tuto. & allegat ad hoc multa iura. Sed patri qui deliquit redigenti caſtrũ conceditur beneficiũ, ergo abſurdum eſſet ſi non competeret filijs qui non deliquerũt. ff. de noxa. l. non ſolum. & l. ſeruus. ff. quod vi aut clam. Ne ergo hoc contingat abſurdũ, dicamus filijs cõpetere ſtatuti beneficiũ. Tertiam a benignitate in dubijs præferenda dicens illud dubium quod omnibus non liquet l. quod labeo, ad carb. cum ſi. Sed an filij habeãt beneficiũ vel non, eſt omnibus clarũ. ergo in hoc dubio ſumenda eſt benignior interpretatio vt habere dicãtur de his quæ in teſta. delen. l. proxime. de re. du. l. ſi fuerit cum ſi.

Quartam a pœnarum acerbitate reſtringenda. conſtat enim quod non eſſe ciuem, & non habere honores eſt magna pœna, adeo quod dicitur capitalis pœna, de lega. iij. l. j. §. deportatos, de pe. l. ſecunda. & l. capitalium &c. Si pœna ergo reſtringenda eſt l. hæc enim, de excu. tut. & de re. iu. l. factũ, §. fina. cum ſimi. & ſic vt reſtringatur filij euadent pœnam caſtrum in fortiam redigendo. Quintam ſumit ab æquitate hoc ſuadente quam probat, quia cuilibet ſuaderet æquitas quod nõ delinquens facilius eximatur a pœna l. ſancimus. C. de pe. Equitas autem præfertur rigori. l. ij. §. item. varus. ff. de aqua plu. arcen. C. de iudi. l. placuit. Ergo æquitate ſuadẽte filij qui nõ peccauerunt redigentes caſtrum debent eximi a dicta pœna. Sextam a paritate iuris ſeruanda in paribus caſibus, ſed ſtatutũ in vno ſeruatur in ſimilibus l. loci corpus. §. ſi fundus, ſi ſerui. ven. l. ſecunda. C. ſi vnus ex plu. & l. non poſſunt de legi. Sed in impoſitione pœnæ pater & filij iudicantur pares vt patet in ſtatuto, ergo eodem modo in ipſius pœnę remiſsione. Septimam fundat ab indennitate ciuitatis in qua multa dicit, ſed iſte eſt effectus. Remiſsio pœnæ fit per indẽnitatem ciuitatis qua ſequitur ex redigentia caſtri in eius fortiam, ergo a quocũque redigatur ſequi debet effectus remiſsionis l. fi. C. ſi man. ita fue. al. ff. de manu. l. iiij. §. nihil. cum ſi. Vltimo pro hac parte allegat ꝙ filij tenentur ex quaſi maleficio. Titius ex vero maleficio l. ij. & iij. ff. de his qui deie. vel effu. & ſic facilius conſequi debẽt hoc beneficium ꝙ̃ pater dicit facere, ꝙ no. in l. fin. §. quorum. ff. nau. cau. ſta. & inſti. de obli. ex quaſi delic. §. fi. Item ꝙ pater & filij ratione eiuſdem pœnæ dicuntur conſortes, ergo ꝙ ſtatuitur in vno trahitur ad aliũ l. ſi communem. ff. quemad. ſer. amit. & C. de nup. l. pen. Ad negatiuam ſimiliter arguit ſex rationibus. Primam fundat ab eo ꝙ vnius incluſio alterius a beneficio cõſequitur excluſio. quod ꝓbat per l. cum prętor. ff. de iudi. de condi. & demon. l. cum ita. & C. de procur. l. maritus. ſed ſtatutũ dat beneficium ipſi patri rebelli. Ergo non competit filijs quia tantum valet denegatio tacita quantum expreſſa. ff. ſi cert. peta. l. cum quid cum ſimi. Secundam ſumit ab eo ꝙ prouiſio beneficij perſonalis facta vni ad alium non eſt extendenda, de aqua quoti. & eſti. l. j. §. permittitur, de cẽſi. l. forma. §. quãquã, de iu. immu. l. j. Sed vbi alicui quid ſpecialiter conceditur, illud perſonale beneficium appellatur, inſtitu. de iur. natu. §. ſed quod principi. de conſtitu. princi. l. j. in fin. cum ſimi. ergo dictum beneficium conceſſum bãnitis ad filios nõ extẽditur. Tertiã

Source : BIU Cujas

licit ab eo ꝙ unius caſus exceptio a nō exceptis eſt regule confirmatio, in auth. de nō alie. §. vt autem. col. ij. de fun. inſtr. l. queſitū. §. idem reſpōdit domo. & quod no. de reg. iu. l. j. Sed conſtat vbi procedit regula vniuerſalis affirmatiua, & ſequitur dictio niſi inducitur exceptio a regula. ff. ſi quis cau. l. cum §. qui iniuriarum. C. de tranſac. l. actionem. extra de reg. iu. c. peccatū. lib. vj. de manu. te. l. titia. §. fi. Sed in propoſito procedit regula vniuerſalis quod banniti &c. & ſequitur exceptio niſi &c. Ergo ſicut regula loquitur in bannitis ſic debet intelligi exceptio vt dictis iuribus. & ſic quando ipſi bāniti redigunt caſtrum in fortiam habeat locum beneficiū alias non. Quartam ſumit ab omiſsione huius caſus facta per ſtatuentē. In legibus enim municipalibus quæ ſunt ſtricti iuris id demum intelligitur ſiue includitur quod in verbis exprimit᷑ & non vltra, argumen. ff. de verbo. obli. l. quicquid de excer. l. j. §. ſi is qui nauem. Et ideo caſus omiſſus pro omiſſo debet haberi. ff. ſol. ma. l. ſi cum dotē. in princip. de libe. & poſthu. l. commodiſsime. & ideo cū de filijs in exceptione nulla fiat mentio, ergo tanquā omiſſi remanent in regula ſupradicta, & ſic non habent beneficium. Quintam arguit ab euitanda verborum legis offenſione. l. non dubium. C. de legib. ff. eo. titu. l. contra legē. & l. fraus, ſed ſi volumus quod filij qui non continentur in verbis legis habeant beneficium legis eius verba offendimur, ergo facere nō debemus. Sextam facit a remotione cauſę ipſius beneficij. Ceſſante enim cauſa conceſsionis ceſſat illud beneficium. l. generaliter, C, de epiſco. & cleri. l. cum pater. §. dulciſsimis. de lega. ij. in fi. de donatio. l. j. §. ſexum, de poſtu. illa autem dicitur finalis quæ colligitur ex verbis legis. ff. de adminiſtra. tuto. l. iij. §. j. & l. ita autē. in princ. & de flumini. l. j. §. non autem omne. Et de adulte. l. patri. cum l. ſequen. Sed ex verbis dicti ſtatuti colligitur quod ideo conceditur beneficium vt bannitus redigendo caſtrum in fortiam purget infamiam. Sed iſta ratio ceſſat in filijs, ergo non habebunt beneficium. Finaliter ſoluit quod filij Titij non habeant tale beneficium his verbis, quia vbicunꝗ lex imponit pœnā filijs ob delictum patris videtur imponere propter præſumptionem culpe & malitia quę a patre deſcendit in filios, l. quiſquis. C. ad legē iul. maie. Si ergo pater bannitus non reduxit caſtrum in fortiam ciuitatis non purgauit contumaciam & culpam ſuam, durat ergo poſt mortem eius præſumptio culpe patris quæ deſcendit in filios. Ergo nō debet euitare hanc pœnam redigendo caſtrum in fortiam ciuitatis, quia pœnitentia vnius nō purgat alium. l. edicto. §. hæredes. ff. de iur. fiſci. Multum enim differt purgatio patris a purgatione filij. C. de reb. credi. l. generaliter. Ad quod de purga. iud. l. is qui reus. & ratio legis, quæ eſt in l. ſi pœna. ff. de pœnis.

Præterea pater iſtorum iam fuit propter delictum damnatus, & ſic eius filij delictum eius non purgabunt, vt l. ex iudiciorum. cū materia ſua. de accuſat. Præterea lex ipſa perſonaliter ſcripta fuit niſi bannitus redegerit &c. Ergo non debet trahi ad alium. l. aut qui aliter. §. j. ff. quod vi aut clam. reſpōdet ad cōtraria multum diffuſe, ſed breuiſsime referā quia aliquid boni dicit. Ad primam de identitate perſonarum reſpondet id verū qn̄ per omnia eſt repreſentata quæ hic non eſt cum filij non ſint bāniti, & quia ipſi purgant delictum patris ſicut ipſe pater, alleg. de ſolu. inter artifices. & alia iura.

Ad ſecundam reſpondet quia non eſt eadem ratio vt ſupra quia pater purgat contumaciam, filij nō. Ad tertiam reſpondet quia hæc verba ſunt clara cum loquitur de bannitis &c. l. continuus. §. cum ita. de verbo. obli. Et eodē modo reſpondet ad quartam. Non ob. v. de equitate, quia locum habet vbi equitas eſt ſcripta. At hic eſt ſcriptus rigor, ergo ille ſeruandus. C. de legi. l. j. & ꝙ ibi no. Non ob. vj. ratio, quia habet locum in eo in quo ſunt pares. non autē in eo in quo ſunt diſpares, ſed hic non ſunt pares vt dictum eſt, quia bannitus purgat delictum, ipſi non. Non ob. vij. ratio, quia illa ratio locum habet quādo plures eſſent obligati ad intereſſe, ſed hic erāt obligati ad meram pœnam, quare &c. l. adeo & ibi not. de iuriſ. om. iudi. Ad alia iura reſpondet quę nominatio facta de bannitis tollit contrarium. & multa dicit, & inter alia ꝙ ratio facta quia ſunt conſortes locum habet in iure indiuiduo alias non. C. ſi vna eademꝗ; cau. in integ. reſti. po. l. j. Quia vt dixi in prohe. hæc antiqua nō poſſunt haberi correcta, nō poteſt percipi qualiter loqueretur ſtatutū. Ex vna enim ratione facta ſupra. ſ. tertia ſumitur ſiue colligitur quod ſtatutū non dicebat expreſſe de bannitis ſed ſimpliciter niſi redigerint &c. Ex deciſione autem & reſponſionibus ad contraria colligit᷑ quod de bannitis expreſſe dicebat. & ideo hæc deciſio videtur mihi tuta. Si enim ſtatutum loquitur ſimpliciter in exceptione niſi re-

Source : BIU Cujas

degerint caſtrũ in fortiam &c. videtur per eadem iura exceptionem debere intelligi in illis de quibus præcedebat regula, ſed regula erat de bannitis ergo &c. Et ſic meo iudicio concluditur quod aut ſtatutum loqtur ſingulariter vt quia dicit bannitus pro rebellione & eius deſcẽdentes &c. Et ſubdit niſi bãnitus redegerit caſtrũ &c. Et hoc caſu ſit vera deciſio ſupradicta. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſo. ma. cum ſi. Si vero loquitur in plurali & idẽ ſi dicit niſi banniti &c. Si vero ſimpliciter dicat. vt in themate dixi. puto deciſionem contrariam veram eſſe per rationes cõtrarium allegatas, ſiue earũ partem. & quia pluralis ſermo reſoluitur in ſingularitates l. falſa. §. fi. de condi. & demon. & ibi concor. & ſic intelligitur ꝙ eatenus habeant beneficium quatenus redegerint ſi omnes omnes, ſi aliqui aliqui. l. ſtichũ qui meus erit. de lega. j. quod intellige ſi alij fuerint reſiſtentes, vel non conſentientes. l. ita autem. §. geſiſſe. de admini. tut. & hoc ſi filij banniti hæreditatem non adeunt. Si autẽ illi ſe immiſcent, dubium eſt leuius quaſi tũc videatur in eos tranſmiſiſſe ius conditionis implende. l. ij. C. de pact. inter empto. & vẽdito. cum ibi not. & per Bart. in l. ſi decem cum petiero. de verbo. obliga. Niſi dicas qđ in diſpoſitionibus legalibus id locũ nõ habeat per ea quæ dixi ſupra hoc eodem tempore. parte j. quæſtione j. Vnum tamẽ cõcludo quod quia hæc lex eſt fauorabilis, et vtilis reipublice vt inuitentur filij ad redigendum caſtrũ in fortiã ciuitatis debet larga interpretatione iuuari, vt ſic filij prædicti gaudeãt in dubio ſtatuti beneficio. l. hoc genus. ff. de condi. & demonſt. & l. j. ff. ſolu. mat. Nec mireť quis de deciſione Ray, quia vt ſcriptum reperi hanc diſputationem fecit tempore iuuentutis. l. nõ tante perfectionis quante poſtea fuit. fecit eñ ipſam in M. cccxxvij. & mortuus eſt eodem M. anno ccclviij.

13 *Decimotertio* pone† ſtatuto cauetur quod vxores bannitorum perpetuo ſint bannite. titius bannitus premortuus eſt vxori. Queritur an vxor prædicta intelligatur bannita, an vero bannum intelligatur extinctum, Iac. de Are. in l. titia ſeio. §. vſuras. de leg. ij. dixit non durare bannũ, quia illud verbũ perpetuo intelligiť quandiu mãſerit vxor, ar. illius tex. ſed ipſa amodo non eſt vxor. l. quintus. de donati. inter vir. & vxo. & ff. de au. & arg. leg. l. qui tibi. ſicut i ſimili alias accipitur illud perpetuo, ad carb. l. ideoq;. et l. de bonis. §. j. et de capi. l. ij. §. fi. Sic etiam dicitur ꝙ quis ſit perpetuo excõicatus, ſcilicet quandiu non purgauerit contumaciam. j. q. j. c. reperiuntur. Item et alia ratione, quia impoſita eſt pœna ſub nomine appellatiuo, quia ſtatutũ dicit vxores, ergo finito nomine finitur & pœna, ſicut & finito nomine agnationis finiuntur tutele quæ deferuntur vt agnato. ff. de capi. di. l. tutelas. pro hoc C. de infir. pe. celi. l. j. §. j. ff. de adul. l. adulter diem ſuum. & de contratabu. l. ſi emancipatus. §. fi. Idem ſeq. tur ibi Ray. alleg. vltra Iaco. ff. de condi. ob cau. l. ꝙ ſeruius. de verbo. obli. l. continuus. §. illud. de poſtulan. l. cui eorum. §. affinitatis. de annu. lega. l. annua. §. j. de cõdi. & demon. l. filio. & de ſtipu. ſeruo. l. cõmunis ſeruus. & ff. pro ſocio. l. j. & ꝙ ibi not. circa ſignificatum illius dictionis perpetuo. alle. et quod no. per Pe. C. de iudi. l. properandum. §. ſinautem &c. & xj. q. Idem etiã tenet ibi Bal. & nihil alleg. facit etiam ff. de diuor. l. fi. §. ait lex. & ad muni. l. fi. §. idem reſcripſerunt mulierem. In contrarium tamen facit ff. de ſena. l. fœminę. & l. filij. §. uidua. ad muni. C. de bo. ma. l. iij. Sed reſpondeo ꝙ verũ eſt ꝙ quo ad fauorem dicitur durare matrimonium, non quo ad odium. Et vide plene in d. §. vidua. Bart. autem in. §. vſuras. dicebat ſimpliciter ꝙ ſtatuto diſponente vxores rebellium non poſſe ſtare in ciuitate, illud nõ habere locum viro mortuo, quia finita eſt cauſa odij, vt d. §. affinitatis. Sed habet illa quæſtio minus dubij, quia non dicitur perpetuo. & idem probatur in l. fi. C. q ad lib. pro. non poſ. & ibi per Bald. & per prædicta dicitur ꝙ ſtatuta pręmentia vxores ceſſantium non habent locum ſi remanent vidue. Nec ob. ꝙ alibi dicitur ꝙ ſufficit nomina demonſtratiua demonſtrari ſecundum tempus diſpoſitionis. l. ſi cognatis. ff. de re. du. l. peto. §. fratre. ff. de leg. ij. quia illud verum ſecundum Fran. de Are. niſi demonſtratio ſtet loco cauſę finalis vt in propoſito, quod eſt no.

14 *Decimoquarto* † ſtatuto caueť ꝙ filij bannitorum debeant expelli de ciuitate tẽpore facti ſtatuti, bannitus habens filios erat mortuus. An debebunt filij de ciuitate expelli, Albe. vbi ſupra q. lxv. dixit ꝙ nõ, quia nõ ſunt filij banniti. l. emãcipatum. §. j. de ſena. Et forte idẽ erit ſi erat viuus tempore ſtatuti. Nam licet ab initio legatus fuerit a ſtatuto tamen poſtquã executio non eſt facta cum amodo qñ expelle-

Source : BIU Cujas

[...]tur non eſſet filius banniti nõ excluditur
[...]ſtatuto, debet enim intelligi ſecundum tẽ-
pus expulſionis. l. in delictis. §. ſi extraneus.
ff. de noxa. de mili. teſ. l. titius cum ſi. Faciũt
quæ dixi ſupra proxi. q. Et vide ſupra in ij.
tempore parte ij. q. xlij.

## *Decimoquinto queritur.*

[15] An heres banniti poſsit vti cõtractibus fa
ctis cum beneficio ſtatutorũ ciuitatis a qua
bannitus erat. de ipſo banno tetigi ſupra in
ij. tempore, parte j. q. lxxix. Et ideo quia il-
la conferunt ad deciſionẽ huius paucis cõ-
tentus ero. Nam aut inſtrumentum quo hę-
res vult vti confectum fuit ante bannũ cũ
beneficio & ſolennitate ſtatutorum. Et iſto
caſu hæres banniti illo inſtrumẽto cum om-
nibus beneficijs ſtatutorum vti poterit. Va-
luit enim ab initio, licet ipſe bannitus pro-
pter bãnum executionem ſtatutariam per-
didiſſet. Erat enim exceptio perſonalis quã
dixi in hæredem nõ tranſire. l. exceptiones
quæ perſone. ff. de exce. Et vide in hac ea-
dem parte quæſtionibus, iiij. & viij. Si vero
fuit confectum tempore banni. Et tunc aut
taliter ꝙ valebat de iure cõi, & tunc poteſt
hæres vti illo inſtrumento cũ qualitatibus
iuris cõis, non autem cum qualitatibus ſta-
tutorum, quia ille ab initio fuerunt habite
pro nõ appoſitis. Et ſic cum bãnitus ius il-
lud non haberet tanquam non natum in hę
redẽ nõ tranſmiſit vt in regula, nemo plus.
& in l. in his. §. non debeo. & l. hæredem. de
reg. iur. cum ſi. Si vero fuit confectum cũ ſo
lennitatibus ſtatutorum tñ, & taliter ꝙ de
iure communi non ualebat. & tunc cum ip-
ſum inſtrumentum nullum fuerit, ad hære-
dem nihil tranſit vt dictis iuribus. & eadem
q. & deciſio locum haberet quando bãnum
finiretur cancellatione. An ipſe bannitus
exẽptus a banno agere poſsit, pro qua deci
ſione vide regulam iuris q̃ ab initio. li. vj.

16 *Decimoſexto* & vltimo queritur †vniuerſitas quæ-
dam puta ville, vel
alicuius collegij fuit bannita ſecũdum ea q̃
dixi in primo temp. parte j. q. v. per multos
annos ſtetit ciuitas banniens, quibus condẽ
nationem nõ exigit, deinde mortuis omni-
bus qui tunc erant de illa vniuerſitate vult
bannum exigere. dicunt illi de vniuerſitate
quod bannum fuit extinctum per mortem
eorum qui tunc erant. Queritur quid iuris.
Bar. in l. ſi. C. de colle. illic. per no. in l. eis. §.
fin. ad mu, & in l. ſicut. ff. quod cuiuſq; vni.
no. dicit ꝙ omnibus mortuis collegium eſt
diſſolutum. ex quo ſequitur ꝙ bannum eſt
finitum. & ſic nõ poſſet a ſucceſſoribus exi-
gi. aduerte quia iſtud eſſet verũ, ſi ante om-
nium mortem nullus alius fuiſſet in colle-
gio ſubſtitutus. Tunc enim verum eſt quod
diſſoluta eſt vniuerſitas per mortẽ omniũ,
& ſic bannum extinctũ. Et licet alij poſtea
vel ex conceſsione ſuperioris, vel propria
authoritate conſtituerint ibi collegium, vel
vniuerſitatem, non tñ illud eſt antiquũ col-
legium, vel illa antiqua vniuerſitas, ſed eſt
noua, & ab ea bannũ exigi nõ poterit, arg.
ff. de ſolu. l. qui res. §. aream. & l. inter ſtipu-
lantem. §. ſacram. ff. de verbo. obli. & quod
ibi tangitur per Bar. Si autem & plerumq;
contingit vno mortuo, alius ſubrogatur, &
ſic de ſingulis licet omnes illi qui tempore
banni viuebant mortui ſint, tñ eadẽ eſt vni
uerſitas vt dictis iuribus. & ff. de vſufr. l. ve-
tus eſt queſtio. in ſi. cum l. ſeq. & ff. de iudi.
l. proponebatur. & ideo poterunt ad bannũ
conueniri ſecundum ea quæ habentur in l.
iiij. §. actor. ff. de re iudic. per Bar. Quid au-
tem iuris in excõicatione tangit Bar. & re-
mittit ad ea que habentur in c. grauem. de
ſen. excom. vbi nihil dicit, ſed examinatur
an vniuerſitas poſsit examinari, ſed ad ꝓ-
poſitum faciunt quę habentur vt ipſe alleg.
in c. ſi aduerſus conſules. de immu. eccle. q̃
canoniſtis relinquetur.

*Huic opuſculo finem fa-*
ciens xix. menſis Iulij, currẽtibus annis M.
ccccxxiij. oculis cunctorum ſubijcio, vt ſi
quid boni fuerit in eo, omnium conditori
gratie referantur. & vt ea quæ minus bene
compoſita fuerint, non aſpera ſed benigna
correctione emendẽtur. Ad laudem & glo-
riam omnipotentis Dei & ſanctorum An-
tonij, & Catharine patronorum meorum
& totius cœleſtis curie.

FINIS.

Source : BIU Cujas



D. BALDI PERVSINI.

# TRACTATVS

multum conductibilis de carceribus d. Baldi Peruſini, fama ſuper ethera noti.

## SVMMARIVM.

1 *Sermo quilibet de quauis re ſeu negotio ſuſpectus a diffinitione proficiſci debet.*

2 *Carcer quid proprie dicatur.*

3 *Carcer vnde dicatur, & quare ſic vocetur.*
*Mulier quæ & quando incarcerari poſſit.*

4 *Doctor legū an poſſit pro debito incarcerari.*
*Filius familias incarcerari poteſt, & cedere bonis.*
*Pupillus ꝑ delicto an poſſit carceri mācipari*

5 *Appellatio intra. x. dies a ſententia lata interponi debet.*

6 *Incarcerari nemo debet die feriato pro hominum vtilitate.*

7 *Iudex qui die feriata aliquem incarcerari fecit die feriata poterit eum abſoluere.*
*Debitor de fuga ſuſpectus die feriato capi poteſt.*

8 *Creditor debitorem de ſuſpecto accuſans & eum capi petens an debeat iudici oſtendere inſtrumentum crediti.*

9 *Carcerari nemo debet pro debito die feriata in honorem dei.*

10 *Tonſura auferri poteſt ob enorme crimē die feriata etiam in honorem dei.*

### Caput primum de carcere.

QVIA legum præcepta principaliter ſunt inuēta ne pauperes pſonę moleſtijs affligantur, ideo viſum eſt ꝙ inter pauperes perſonas nulla adeo triſtior & pauperior inueni͂, ꝗ̄ perſona incarcerata, ideo de carcere aliqua ſum dicturus & conſequenter de perſona incarcerata & ſimiliter de cuſtodibus,
1 †Ex quia vt ait Tullius primo de officijs. Omnis enim qui de aliquo ſuſcipitur ſermo debet a diffinitione proficiſci, vt intelligatur quid ſit de quo loquatur. ad qđ concordat. ff. de mino. Ideo primo videamus quid ſit carcer, & vnde dicatur carcer. Et ſubſequenter videamus de perſona incarcerata, quis poteſt incarcerari, pro quo debito, & in quo loco poteſt incarcerari, & qualiter puniatur fugiens de carcere, & ſimiliter videamus quis poteſt eſſe cuſtos carceris. Veniamus ad primum ſcilicet diffinitionem.
2 & poteſt ſic diffiniri. †Carcer eſt locus ſecurus, horribilis repertus non ad pœnam, ſed ad delinquentium vel debitorum cuſtodiam. Primum membrum huius diffinitionis dum dicitur locus ſecurus colligitur, ex l. j. in verb. ſoluetis, C. de cuſ. re. Nā carcer debet eſſe ſecurus ne incarcerati effugiant. & ibidē dicunt eſſe cathene ferree & compedes & alia ſimilia. quibus mediantibus poſſit ſub fida cuſtodia retineri vt eſt tex. in l. j. C. de cuſ. re. vbi dicit, vt cruciatio deſit. Item dum ſubditur horribilis. Nā carcer eſt locus horribilis, tum propter conuerſations hominū priuationem, tum propter immunditiam. & iſtud colligitur in l. ſi quis in ea culpa, ff. de cuſt. re. ibi dum dicit ſchalorum carcer. Nec tñ debet eſſe horribilis ꝙ ad pœnam incarceratorum reddundet, cum carcer ſit inuentus ad cuſtodiam, non ad pœnam, vt ff. de pœ. l. aut damnū. §. ſolent. fallit autem in vno caſu ſpeciali in l. j. §. fi. ff. de alea. Hinc eſt ꝙ de iure ciuili nemo poteſt ad perpetuum carcerem damnari, vt d. §. ſolent, ſecus vero eſt de iure cano,

Source : BIU Cujas

in c.ꝗuis.extra de pœ.lib.vj.& c.reperiū-
tur.in glo.Circa ſecundū,vnde dicitur car-
3 cer,pōt dici a claritate ſecluſus, † quia ibi
nulla claritas.vel poteſt dici quaſi carēs cla
ritate,quia ibi eſt magna cecitas,& obſcuri
tas.quidam aliter & aliter interpretātur ſe-
cundū diuerſas opi. Tertio quero, quis po-
teſt incarcerari,& primo quero an mulier
poſsit incarcerari.Sic diſtinguendū eſt.Aut
querimus pro debito ciuili,aut pro delicto.
Primo caſu,aut eſt mulier honeſte vite,aut
eſt meretrix.Si eſt mulier honeſte vite, tūc
non poteſt incarcerari,immo iudex capitis
pœna punitur,qui facit eam incarcerari,vt
no.in l.fi.de offic.diue.iu.& in authē.nouo
iure quæ poſita eſt.C.de cuſto.reo. Vnū tñ
dico quod ſi mulier ſubijſſet tutelam filio-
rum ſuorum & renūtiaſſet velleiano & om
ni alteri exceptioni ſibi competenti , quod
per renunciationem poteſt carcerari.iſtud
expreſſe notabiliter tenet Bart.ff.de teſta.
tute.l.ſi quis ſub conditione. Aut iſta mu-
lier eſt ifamis & meretrix.& tūc dico ꝙ po
teſt incarcerari , non tamen debet poni in
eodem carcere cum marito.& eſt caſus.C.
de cuſto.reo.l.quoniam.& not.Arch.xviij.
q.j.diffinimus.etiam pro debito ciuili, vt
not.de cuſto.reo.auth.ſed nouo iure. Se-
cundo caſu principali cū queritur an poſ-
ſit incarcerari pro delicto vide in d.authen.
4 ſed nouo iure.† Tertio quero an legum do
ctor poſsit incarcerari pro debito.dicendū
eſt ꝙ non ſicut miles, immo puniuntur iudi
ces capite.Iſtud not.glo ſingu.C.de profeſ-
ſo.& medi.l.medicos.lib.x.Quarto quero
an filiusfamilias poſsit incarcerari.dic ꝙ
ſic probatur.nam filiusfamilias poteſt cede
re bonis vt l.j.C.qui bo.ced.poſ.ergo prę-
ſupponitur ꝙ poteſt incarcerari, licet glo.
videatur tenere contra.in l.iij.§.ſed vtrum
ff.de mino.ſed illa gl.reprobatur communi
ter per doc.& per Bart.ff.ſolu.ma.l.ſi filia.
Quinto quero, nunquid pupillus poteſt in-
carcerari pro delicto.& videtur ꝙ non, vt
not.in l.fi.C.de cu.re.vbi dicit , eodēꝗ; &c.
Idem credo in debito ciuili,dummodo non
ſit doli capax.Sed an poſsit in integrum re
ſtitui,ſi aliquo caſu ſit leſus,vt l.partu.ff.de
minori.Idem puto de quacunque perſona
pro delicto poteſt carcerari.Idem pro debi
to niſi creditores renuntiaſſent iure carce-
randi,vt not.Barto.in l.j.C.qui bo.ced.poſ.
dummodo non ſit ſoluendo.nam ſi eſſet ſol-
uendo,de iure ciuili non poſſet incarcerari,
vt eſt gl.ſingu.in l.iij.ff.de ſuſpe.tut.et ſi in-
carcerentur dum ſunt ſoluendo , poſſunt a
tali ſententia ſuper incarceratione lata ap-
pellare & reappellare poterūt incarcerati
ſi ſteterint per tres menſes uel plures in car
ceribus numerando a die late ſententiæ ſu-
per incarceratione.nec obſtat auth.ſed no-
5 uo iure.C.de appel.† Et dic ꝙ appellatio
debet interponi a ſentētia lata intra x.dies,
quia illa intentatur in actu momentaneo.
Sed ſi interponatur ab actu ſucceſſorio , vt
eſt in caſu noſtro,tūc appellatio ſemper po-
teſt interponi, quia omni die dum tenetur
detinetur debitor indebite in carceribus,
vnde ſemper reſtat ſententia ſuper ipſa in-
carceratione omni die.ita videtur tenere
do.Bar.in l.iij.C.de epi.audi.Secūdo prin-
cipaliter quero quando poteſt incarcerari
& pro debito & pro delicto.& primo que-
ro nunquid poteſt incarcerari die feriato.
& iſta quæſtio poteſt ſubdiuidi in tres.Pri-
mo an poſsit incarcerari die feriato ad vti-
litatē hominum.Secundo an die feriato ad
honorem dei.Tertio an die feriarum repē-
6 tinarum.† Ad primum dico ꝙ non poteſt
incarcerari die feriato ad vtilitatem homi-
num ꝙ probari pōt ſic. Nam ſi de quo ma-
gis videtur ineſſe nō eſt nec de quo minus.
auth.multomagis.C.de ſac.ſan.eccle.ſed ſic
eſt ꝙ magis videtur ꝙ in tempore meſsium
poſsit quis cogi venire ad iudicium,cum ſit
minor citatio verbalis ꝗ̃ perſonalis.ꝙ not.
Cy.in l.cum clericum.C.de epiſ.audi.alias
incipit.omnes & tamen hoc eſt falſum, vt l.
j.in fin.ff.de fer.ergo nec citatio perſonalis
poterit fieri.Et ratio, vt dicit tex.ne homi-
nes ab agricultura remoueantur.hoc eſt ve
rum niſi caperetur pro executione ſenten-
tię,quo tempore poteſt iuſte fieri,iuxta no.
per Inno.in c.fi.de iudi.& ideo propter in-
ſtrumentum guarentigie ꝙ habet executio
nem paratam & per ſententiam ex forma
ſtatutorum iuſte poſſunt tali tempore cape-
re debitores.hæc ſunt verba Bar.in l.vj.ff.
de fer.& Ioan.de Imo.Prædicta autem reci
piunt diſtinctionem, niſi renuntiaſſet debi-
tor,ar.l.ſi quis in conſcribendo.C.de pact.
nam talibus ferijs bene poteſt renuntiari.ut
7 no.in cle.ſepe.extra de ver.ſigni.† Item no.
ꝙ ſi iudex in die feriata feciſſet aliquē in-
carcerari ꝙ die feriata poterit eum excar-
cerare.vt no. Accur.in l.minor.ff.de eui.Itē
ſecus ſi debitor eſſet oriundus de partibus
vbi non recolligitur triticum neq; vinum
neq; alia neceſſaria ad vitam .iuxta no.per
Inno.in c.conqueſtus.extra de ferijs.Item
ſecus eſſe ſi debitor eſſet ſuſpectus.ita ꝙ de
eius fuga timeretur,iuxta,no,per doc,inſti,

Source : BIU Cujas

de act.in princ.& in l.j.C.de ſer.fu. Nã propter ſuſpitionem fuge poteſt debitor capi in die feriata, vt eſt gloſ.in d.l.fi.C.de fe.& propria authoritate poteſt capi, vt ait prętor.§.ſi debitorem.ff.de his quę in frau.cre. Nec hoc caſu eſt citãdus debitor qui accuſatur tanquam ſuſpectus per creditorem.ut no.Bart.in l.ſi creditor.& in l.ij.ff.ſi cer.pe-
8 ta.†Sed circa prędicta quero, nunquid quãdo creditor accuſat debitorem ſuſpectũ de fuga.& a iudice petit & requirit, vt ſibi det familiam qua mediante poſsit capere debitorem, nunquid creditor habet neceſſe oſtẽdere iudici ſummatim inſtrumentum debiti vel alia iura. Reſpondetur ꝙ ſic, ſicut in ſimili videmus. Nam ſequeſtrum quando fit ob timorem fuge nõ poteſt fieri niſi oſtẽdatur inſtrumentum debiti, & tex.in l.ex hoc.C.de ero.mili.anno.li.xij.ergo multo magis ꝙ debet perſona capi, & addit hoc Ioan.de Imo.poſſet ꝙ ſufficeret iuramentũ petẽtis vel vnius teſtis, ſicut dicitur de miſſione in poſſeſsionem contra contumacem ex primo decreto.vt no.gl.in c.quoniam.§.in alijs.vt lite non conte.Circa ſecundum ſcilicet an ferijs inductis ad honorẽ dei poſ-
9 ſit quis capi pro debito † dicendum eſt ꝙ non, vt in l.fi.C.de fer.niſi eſſet timor fuge, vt prædixi.ideo credo in ferijs repentinis ꝙ non poſsit capi ſicut inductis ad honorẽ dei, quod patet, quia prædictis nõ poteſt renuntiari, vt no.Ioan.And.in d.cle.ſepe.niſi forte ex forma ſtatuti aliter diſponeretur. Nam ſtatutum ſecundum quoſdam poteſt tollere ferias inductas in honorem dei. & hoc videtur ſentire gl.& Bar.in l.quinquaginta.C.de ferijs.Sed Albe.de Roſa.l.fi.de ferijs.tenet contrarium de qua quæſtione ibi vide vbi ad plenum examinat iſtã materiam.& prædicta locum habent in ciuilibus, in criminalibus autem puto ꝙ quecunque die poteſt fieri incarceratio, dum tamẽ ſit graue delictum, vt no.in l.iij.de epiſ.audi.C.& ibi not.per.Bart.ſecus ergo ſi tantũ eſſet leue ſecundum dictum Ioã.de Imo.qa cum in leuibus criminibus capi nõ debeãt illo tempore relaxantur, vt eſt tex.in illa l.iij.C.de epiſco.audien.modo ergo non debent capi ſecundum Ioan.de Imo.Item ſecus eſſet ſi eſſet periculum.nã propter enormitatem criminis & periculi multa conceduntur quæ alias non concederentur in l.ſi quis filio exhære.§.penult.ff.de iniuſto ru-
10 pto & irrito teſtamen.†Nam propter magnitudinem criminis poteſt auferri tonſura in die feriato in honorem dei, vt ſignanter no.Bar.& eſt tex.in l.iij.C.de epiſc.au. vbi omnia vide quantũ ad tempus quo poteſt fieri incarceratio.

## SVMMARIVM.

1 *Incarceratio fieri poteſt pro quolibet debito.*

*Incarceratio an fieri poßit pro fiſcali debito.*

2 *Incarcerari poteſt quis pro collectis non ſolutis.*

*Debitorem eximens de manibus poteſtatis an teneatur.*

3 *Incarceratus pro debito fiſcali recommendari poteſt pro debito priuati.*

4 *Incarceratio in quo loco fieri debeat.*

5 *Carceres frangens ad fugiendum, cenſetur confiteri delictum.*

*Cuſtos carceris diſcretus eſſe debet.*

6 *Cuſtos carceris in officio delinquens qualiter puniendus ſit.*

*Proceſſus qualis fiat in cauſis incarceratorũ.*

7 *Perſona miſerabilis quæ dicatur, iudicis arbitrio relinquitur.*

8 *Cauſa carceratorum & aliarum perſonarum miſerabilium diebus in honorem dei feriatis agitari poteſt.*

*Debitor non ſoluendo & non habens vnde ſe alat, cuius expenſis in carcere ſit alẽdus.*

## Caput ſecundum de carcerato.

RESTAT modo videre propter quid poteſt fieri incarceratio. & primo quero an pro debito priuato poſſit quis incarcerari. Secundo an pro debito fiſci. Tertio an incarceratus pro debito priuato poſsit ibi recommendari pro debito fiſci. Item an incarceratus pro debito poſsit pro delicto recommendari. Item
1 an econtra. † Circa primum reſpondeo ꝙ pro quolibet debito poteſt fieri. vt no.l.iij.§.tutores.ff.de admi.tut.& per canoniſtas, extra de pigno.c.ij.in gloſ.xxxvj.diſt.non ſatis.& in l.j.C.qui bo.cede. poſſ.pro debito autem conditionali, non puto ꝙ poſsit incarcerari, ſicut nec poteſt efficaciter peti. Item puto ꝙ pro debito naturali tantum vel ciuili tantum nõ poteſt fieri incarcera-

Source : BIU Cujas

tio,ar.l,ſi is.§.flauius.ff.de ſolu.& arg.l.j.§.
j.ff.ne vis fiat ei. Circa ſecundum.ſ.an pro
debito fiſci poſsit incarcerari.reſpondeo ꝙ
ſic ſi non vult ſoluere.tex.eſt in l.j.de exac.
tri.C.libr.x.ꝙ probatur ratione.nam debi-
tor fiſci poteſt cedere bonis,vt eſt gl.ſingu.
in l.pro ſocio.§.ſi quis.& gloſ.in l.ij.C.qui
bon.cede.poſſ. Sed ceſsio bonorum fit vt
cedens liberetur a carceribus , ergo &c.
2 † Sed nonne pro collectis poteſt quis in-
carcerari de iure reſpondeo ꝙ ſic vt ſi ſta-
tutum faciat collectam eſſe munus ordina-
rium poteſt vt eſt tex.C.de iudi.lib.x.Di-
co tñ ꝙ iudex propter paupertatem poteſt
collectam remittere,vt eſt glo,in l.oẽs.C.de
mu.& ori.lib.x.vnum tñ dico ꝙ ſi debitum
eſſet iam ſolutum vel ſatisfactum, ita quod
incarceratus fuiſſet iniuſte,poteſt ab amico
cum violẽtia extrahi de carcere. Hoc tenet
d.Dy.in l.nemo,C.de exa.trib.Nam iudici
iniuſte faciẽti põt reſiſti vt priuatn,vt infra
videbitur. Quid ſi iudex non vult differre
appellationẽ ab amicis interpolitam in cau
ſa criminali,ſed velit facere executionẽ in-
tra x.dies datos ad appellandũ,dic ꝙ amici
impedire poſſunt,vt no,Inno,in c.ſi qñ,ex-
tra de offi.delega.& Bar.in l.addictos,C.de
epiſ.audi,dico tñ in debito ciuili, qui debi
torẽ de manibus familie eximeret, tenet ad
illud debitũ ad quod incarceratus tenebat
vt C.de exa.tri.l.quoties.per d.Roſ.de Pe-
ruſi.& not.Ioan.de Imo.quod reus accuſa-
tus de crimine debet incarcerari. text.eſt
ordinarius,ij.q.viij.quiſquis , & ibi etiam
3 no, † Circa ſecundnm an incarceratus pro
debito fiſci poſsit recommendari pro debi
to priuati, & reſpondeo ꝙ ſic vt eſt text.in
l.quoties,de exa.tri.Reſtat videre an incar
ceratus.pro debito poſsit pro delicto recõ-
mendari,& ſecundum docto. dicitur ꝙ ſic.
not.Barto,in l,iij.ff.de cu.& exhi.reo.ſed ſi
eſſet incarceratus pro delicto non poſſet re
commendari pro debito,vt ibi no.Bar.Sed
ſi eſſet in carcere pro vno delicto an poſſet
pro alio delicto recõmendari,diſtingue aut
delictũ pro quo erat prius incarcerare erat
tale,vt impediret talem executionem fien-
dam in alio pro quo recommendatur , &
tunc bene poteſt fieri recommendatio,vt ſi
erat primo incarceratus pro manu,& tunc
recommendatur pro capite, quia tunc iſte
exceptiones ſe compatiuntur, vnde primo
ſit executio in manu , deinde in capite , vt
eſt glo.not.in l,cotem.C.de dela.libr,xij.&
prædicta ſufficiant circa debitum pro quo
poteſt incarcerari , & circa delicta , Reſtat
4 videre in quo loco poteſt incarcerari.† Et
circa iſtum paſſum vnico modo expedito,
quia nullus debet incarcerari niſi ĩ loco pu
blico & communi deputato alias ipſe qui
incarcerat aliquem ſi teneat ipſum per xx.
horas dicitur committere priuatum carce-
rem,vt not.C.de priua.carce.l.j.et l.capite.
ff.de adulter.Fallit tamen ſi pater incarce-
ret filium ad corrigendum eum,nam tũc pa
ter nõ dicitur committere priuatum carce-
5 rem,vt no.Cy.de priua.car.l.j.†Immo plus
ſi ipſe filius eſſet clericus pater non incide-
ret in canonem,ſi quis ſuadente.xvij.quæ-
ſtio.iiij.iſtud tenet Ray.in titu.de ſentẽ.ex-
commu.§.ſequitur.vel circa.Quod autẽ di-
xi,ꝙ non poteſt quis incarcerari pro debi-
to in loco priuato,eſt verũ niſi debitor ipſe
per ipſum iuramentum præſtitum promi-
ſiſſet ad ſtandum in aliquo loco, vt not.In-
nocen,in c.ex reſcripto.extra de iureiurã.
Sinautẽ ſimpliciter ſuo iuramento ille pro-
miſiſſet debitum , tunc dico ꝙ per iſtã pro-
miſsionem non artatur vt not.Barto.ff.ſol.
matri.l.alia cauſa.§.eleganter. & per eun-
dem ff.de conditio.& demon.l.titio centũ.
Hæc de loco ſufficiant nunc reſtat videre
de pœna fugientis , dico ꝙ capite punitur,
vt l.j.C.de effract.& expi.& vide Io.And.
in c.penul.de apoſt.ſuper glo.& certe ſcien
dum eſt,ꝙ ille qui fugit de carceribus vi-
detur delictum confiteri,vt l.ad commenta
rienſem.C.de cuſto.reo.idem no.Archid.in
c.vt commiſſo.de hære.lib.vj.vnum tamen
dico ꝙ nunquam præſumitur quod reus fu
giat ſi eſt ſpes de proximo ꝙ debeat relaxa
ri,glo.eſt not.in l.ſi pecuniam.ff.de condit.
ob cau.& no.in l.arg.§.j.ff.de re iudic. Sed
iuxta prædicta quero quid ſi oſtium carce-
ris erat apertum & effugerit incarceratus,
nunquid punietur, dico ꝙ ſic, facit optime
text.in l.j.§.j.C.de exac.tri.& effra.Reſtat
modo videre quis poteſt eſſe cuſtos carce-
ris,& dico ꝙ cuſtos carceris debet eſſe ho-
mo diſcretus.nam cum ipſe habet incarce-
ratos in cuſtodia debet eſſe in eo diſcretio,
& dico ꝙ prædicta debent eſſe in arbitrio
iudicis,& addit hic do.Ioan.ꝙ quandoque
poteſt dari parti ad cuſtodiendum de aucto
ritate iudicis,ſi melius cuſtodiatur, vt dicit
Archid.ij.q.j.in primis.Quero vlterius qua
pœna punitur cuſtos carceris qui deliquit
6 in cuſtodia.† dico ꝙ ipſe capite punitur, ſi
propter dolum vel culpam,incarcerati ex
delicto effugerint,vt eſt tex.in l.miles.in ſi.
ff.de cuſto.reo.In ciuili autem credo ꝙ ipſe
tenetur ad illam quantitatem creditori ad

Source : BIU Cujas

quã debitor erat obligatus, hoc tenet Tullius,& Claudius in l.quoties.C.de exa.tri. lib.x.Et dic ꝙ agitur contra illum cuſtodẽ ex illa l.Vltimo quero nunquid plures poſſunt eſſe cuſtodes.Dico quod quilibet familiaris poteſt cuſtos eſſe,& quilibet retinere vnam clauem carceris, gl.eſt in c.multarũ. de hære.xl.claues. Item quero qualiter in cauſis incarceratorum procedatur,dico qd proceditur ſummarie & de plano. Nam in cauſis miſerabilium perſonarum proceditur ſummarie & de plano. ita tenet Cyn.in l.j.C.ſi quis alte.vel ſibi, ita Specu.in l.j.C. quãdo imperator inter pu.& vi.& ibi Bar.
7 in l.fina.C.de cuſto.reo.† Nam miſerabilis perſona dicitur illa eſſe ſecundum ꝙ iudici videbitur, vt no.Pet.de Bellaperti.l.prima quando imperator inter pup. & vi.C.not. glo.in authenti.præteriti.C.de colla. quod itaque ſint miſerabiles perſonæ patet quod relictum incarceratis dicitur relictum ad pias cauſas etiam ſi ſint incarcerati pro debito,vt no.in l.illud.C.de ſacroſan.eccle.& ideo credo quod in tali cauſa procedatur ſummarie,& de plano. Sed an in cauſis incarceratorꝝ poſſit procedi diebus feriatis ĩ honorem dei,& videtur quod non,quia licet in cauſa poſſit ꝓcedi ſummarie, vt iam dixi , tamen in talibus cauſis non proceditur diebus feriatis in honorem dei , not.in clemen.ſepe.de verb.ſignifica.Contrarium [illegible]ato per tex.in c.fin.cum glo.ſua de ferijs.
8 † vbi cauſa miſerabilium perſonarum poteſt tali tempore tractari.ſed iſte ſunt miſerabiles perſonæ,vt hic dicit gloſ.& ad hoc tex.l.iudices.C.de epiſco.audien. do.Ioan. de Imo.dicit quod ſi quis fecit ſuum debitorem incarcerari & non ſit ſoluendo , ita quod non poteſt ſe ſuſtentare,debet de bonis creditoris ſuſtentari , facit ad hoc optimus,tex.xvj.q.vj.de lapſis,licet gloſ. dicat quod rector carceris prouidebit.xvij.quæſtio.iiij.diffinitionem,& vide quod no.Ioã. And.in c.ex reſcripto. de iureiurã. Ioan.de Imo,dicit quod creditor tenetur ipſum alere in carceribus,& iſtud tenet glo.in l.fina. ſuper verbo , agnoſcere C.de ero.mil.an. libr.xij.Iſtud tenet do.Rapha.in l.iudices. C.de epiſco.audi.& querit hic do.Ioan.de Imo,quid ſi aliquis incarceretur pro debito deſcendente termino , alias pendente an debeat relaxari ſi præſtet cautionem ſatiſfaciendi.glo,dicit quod ſic,in c.nuper allegato , & hæc ſufficiant.

FINIS.




# DE RELAXATIONE Carceratorum, Tractatus do.Pauli Girlandi Caſtillionis Florentini, Criminalium cauſarum Romæ auditoris.

## SVMMARIVM.

1 *Relaxationum diuerſe ſunt ſpecies.*
2 *Relaxationes quæ lite pendente fieri poſſint.*

CVM ſepius cõtingat quod rei pro diuerſis criminibus in carceribus deducuntur,ex qbus poſtea diuerſimode relaxãtur ideo,congruũ mihi viſum fuit in hoc tractatu de relaxatione carceratorũ, & de extremis actis
1 cauſarũ quædã breuiter exponere. † Verumtamen quia reorum relaxationes diuerſe ſunt,quarum quedam fiũt poſt cauſę deciſionem,et ſic poſt latam ſententiam,alie vero fiunt lite adhuc pendente. Relaxationũ vero quæ fiunt poſt litis deciſionem,quædam eſt quæ fit per ſententię executionem. Quædam alia eſt quę fit per gratiam ex beneficio & indulgentia principis,alia autem relaxatio eſt quæ fit per cõpoſitionem pœnæ factam cũ curia aut fiſco. Alia eſt quæ fit propter

Source : BIU Cujas

ſit propter innocentiã incarcerati quando plene de illius innocentia conſtat. †Relaxationũ vero quę fiunt lite pẽdente quędã eſt quæ ſit propter fideiuſſorem præſtitum de ſe repreſentando & ſoluendo pœnam &c. Quædam alia eſt quę fit licentioſe & de facto per fugã incarcerati & iſta quãdoque accidit cũ fractura & violentia carcerũ, quandoq; aũt clanculo abſque aliqua fractura aut violentia. Breuiter igitur cuiuſq; relaxationis speciẽ declaremus. Videndum erit primo de relaxatione illa quę fit per ſentẽtię & pœnæ executionẽ. Secũdo de illa quæ fit ex beneficio & indulgentia principis. Tertio de illa q̃ fit ex propria innocentia incarcerati. Quarto de illa quæ fit per cõpoſitionem pœnæ. Quinto de illa quæ fit per fideiuſſorem præſtitũ de ſe repreſentando & ſoluendo pœnã &c. Sexto de illa quæ eſt illicita quæ fit per fugam ipſius rei vt ſupra dictum eſt. Septimo & vltimo poſt præmiſſa breuiter & ſuccincte videbimus de calumniatoribus ac de expenſis damnis, & intereſſe.
QVARTO quero quid ſi incarceratus criminis delati innocens demum repertus eſt de cuius innocentia plene conſtat iudici nihilominus paſſus fuit maxima damna in corpore & in bonis, quia habuit torturam & carcerationem ſatis longam, adeo quod fecit magnas expenſas tam in captura ꝙ̃ in carceratione prædicta, an habebit aliquod remedium ad recuperãdum damna & expẽſas huiuſmodi & cõtra quẽ, de hoc dicetur infra eo. lib. in tit. de expen. dam. & intereſ.

## SVMMARIVM.

1 *Pœne ſuos tãtũ tenẽt et ſequuntur auctores. Homicida puniri debet, ſed qui gladio non feriere gladio non debent perire.*

2 *Homicidium an omnibus imputetur ſi tres vnum aggrediantur ſed vnus tantum feriat & occidat.*

3 *Iura municipalia regulariter factũ puniũt.*

4 *Ius municipale non punit eum qui cum occidente eſt aggreſſus ſed tantum occidit.*

QVINTO quero quid ſi Gaius, Sempronius, & Meuius enſibus armati agreſſi fuerunt Titium ſolum qui ab ipſo Gaio unico vulnere interfectus eſt, an cęteri duo ab iſto homicidio, vt innocẽtes poterunt abſolui, ex quo conſtat per vnum tantum. ſcilicet Gaium homicidium ipſum fuiſſe commiſſum, & videtur dicendum ꝙ ſic
1 †quia pœna ſuum tantum proſequitur authorem qui facinus ipſum patrauit. l. ſancimus. C. de pœni. nec vlterius progrediatur metus ꝙ̃ reperiatur delictũ. & l. fi. C. de epiſco. audiẽ. vbi dicitur homicida ꝙ fecit ſemper expectet, ſed illi qui gladio non feriere

Source : BIU Cujas

gladio perire non debẽt. vt habet Mathe. xxvj.& lo.xviij.c.xxiij.q.viij.in prin.nec debent propterea amici, conſanguinei, affines,& ſocij,& qui fuere noxij alterius criminis luere pœnas.d.l.ſancimus.diſtingue aut loquimur de pœna corporali quæ infertur in perſonam aut de pœna relegationis vel pecuniaria vel alia ſimili, primo caſu, aut homicidiũ fuit commiſſum in rixa vel quadam repentina & inopinata violentia & aggreſſu, aut ſcienter & appenſate communicato conſilio & deliberatione præhabita.
1 †Primo caſu videlicet qñ loquimur de pœna corporali aut homicidium fuit cõmiſſum in rixa inopinato rumore, & tunc aut loquimur de iure cõi ſecundum terminos legis cornelie,de ſicarijs,& nõ tenetur de homicidio niſi ille qui percuſsit.cęteri vero vt innocentes ab homicidio & a pœna corporali erũt abſoluendi. vt l.j.§.diuus & l.ſi in rixa.& ibi Bar.ff.ad leg.cornel.de ſica.& ratio eſt quia iſto caſu iura non pręſumunt alios habuiſſe animum occidendi. d.l.ſi in rixa.in princip.ſi vero probaret qd omnes pariter habebant animum occidendi,& eo animo inſultarunt dictum Titium omnes pariter tenentur de homicidio.licet vnus tantum percuſſerit quia in ea lege nõ factum ipſum cõſumatum ſed animus principaliter conſideratur,ita dicit Bar.in d.l.j. §.diuus.& d.l.ſi.in rixa.& l.in leg.cornel. ff.ad leg.corne.de ſica.& l.is qui cum telo. C.eo.tit.vbi ſi aliquis cum telo armatus ambulauerit animo aliquem interficiendi licet ipſum non occiderit neq; tetigerit nihilo-
3 minus pœna illius legis tenetur. †Aut loquimur ſecundum iura municipalia quę regulariter puniunt factum, quia regulariter imponunt pœnam illi qui commiſerit homicidium,& tunc iſta pœna corporali non punitur niſi ille qui re ipſa homicidium perpetrauerit, ar.l.ij.ff.ad leg.aquil.in qua lege aquilia principaliter conſideratur & punitur factum ſcilicet,qui occiderit &c. vide Bart.in d.§.diuus.& in d.l.ſi i rixa.in prin.

Secundo autem caſu principali qñ animo deliberato & cõicato cõſilio, aut loquimur de iure cõi ſecundum terminos d.l.cornel.& omnes tenentur quia omnes dicuntur habuiſſe animum occidendi,vt eſt gl.no.& ibi Bar.& doc.in d.l.ſi in rixa.in princi.&
4 Cyn.&Bar.in d.l.is qui cum telo. †Aut loquimur de iure municipali ſecundum ſtatuta locorum & non tenetur niſi qui occiderit & realiter percuſſerit,ratio quia ſtatuta ipſa puniunt factum,& non ſolum animum,& ſic potius attenditur factum quam animus, quamuis ex facto ſolo ſine dolo & animo occidendi non infertur pœna corporalis in tantum quod lata culpa iſto caſu nõ equiparatur dolo,vt eſt tex.in d.l.in l.cor. & per conſequens cæteri qui non percuſſerunt a pœna corporali erunt abſoluendi, ſed tenẽtur de auxilio et fauore minori pœna,vt ibi per eum.idem etiam tenet Bal.in l.non ideo minus.in pe.col.i ver.iuxta hoc quero.C.de accuſa.vbi dicit ꝙ qñ plures ſunt ſimul in eodem loco congregati et cõtra vnum quem occiderunt aut vulnerauerunt vnuſquiſq; tenetur de eo quod fecit, non autẽ de eo quod alij fecerunt licet niſi factum magis diſtincte probaretur quomodo & qualiter vnus impendiſſet auxilium alteri,& hoc qñ facta ſunt diſtincta non cumulata & clare probantur vt l.ij.§.ſi quis ff.vi bo.rapto.

## SVMMARIVM.

1 *Homicidium ſi vnico ictu factum ſit & neſciatur a quo ex tribus,an omnes debeant condemnari.*

2 *Probatio in cauſis criminalibus luce clarior eſſe debet.*

3 *Percuſſus ſi quis ſit a pluribus & moriens poſt aliquod tẽpus neſciatur ex cuius ictu, an debeant omnes percuſſores puniri.*

4 *Occidens qui dicit ad ſui defenſionem occidiſſet,an ratione dubietatis debeat abſolui.*

5 *Clericus de iure canonico potius irregularis quam innocens cenſetur in dubio.*

SEXTO quero proſequẽdo materiam quid ſi non apparet, & iudici conſtare nõ poteſt cuius ictu & vulnere
1 Titius interemptus ſit† retẽtis eiſdem terminis ſcilicet ꝙ Titius vnico tantũ vulnere percuſſus & interemptus fuerit an omnes ſint condemnandi de homicidio vel omnes ꝓpter hanc dubietatem abſoluendi.dic breuiter ꝙ ſi eſt tanta dubietas ꝙ nullo modo conſtare poteſt de vero percuſſore, potius omnes erũt abſoluendi ꝗ̃ omnes vel vnus eorum condemnandus. ita tenet eleganter d.Specu.in ti.de homi.in ij.col.verſic.Pone quod quatuor.vbi dicit ꝙ ſi quatuor erant in vna do

Source : BIU Cujas

mo & vnus proiecit lapidem ex feneſtra &
prætereuntem occidis ſi conſtat quod vnus
ex illis quatuor proiecit lapidẽ tamen nul-
lo modo conſtare poteſt quis illorum proie
cerit non erunt omnes cõdemnandi pœna
capitis, quia certum eſt ꝙ vnus tantũ proie
cit, ergo tres ſunt innocẽtes nec debẽt vnius
delicto cæteri innocentes puniri per l. ſan-
cimus. C. de pœ. & l. abſentem. ff. eo. tit. quia
tunc non deficit ius ſed probatio, vt l. duo
2 ſunt Titij. ff. de teſt. tutel. † quæ quidẽ pro-
batio debet eſſe luce clarior in cauſis cri-
minalibus & maxime in his in quibus tra-
ctatur de pœna corporali l. ſciant cuncti. C.
de proba. ij. q. viij. ſciant. hoc tñ limitandũ
eſt niſi omnes illi quatuor ſtudioſe & cõica
to conſilio acceſsiſſent ad illam domum in
eaq; ingreſsi fuiſſent eo animo & intentio-
ne vt dictum Titium tranſeuntẽ lapide in-
terficerent, quia iſto caſu oẽs pariter cõdẽ-
nandi erunt pœna capitis, ille qui proiecit
ex facto proprio, cæteri vero de mandato
tenentur ita dicit Spe. in d. tit. da homi. ver.
3 pone. † Poſſet etiam hic inſeri alia q. q̃d
ſi plures iſti percuſſerũt Titiũ & intulerũt
ſibi plura vulnera q̃ poſt aliq̃d tp̃s reperit
mortuus & neſcit ex quo vulnere, quia ha-
bebat plura vulnera letalia in perſona ſua
& a pluribus aggreſſoribus illata, aut ſcitur
ex quo vulnere perijt tñ neſcitur a quo vul
nus ipſum fuerit illatũ, & q̃d ſi hẽbat vni-
cum vulnus letale, cętera vero duo vel tria
minora non letalia & a pluribus illata &
mortuus fuerit. an omnes teneantur de ho-
micidio quaſi omnes occiderint vel nullus
ratione dubietatis, de oĩbus his vide Bart.
in d. l. ſi in rixa, in ij. & iij. col. quæ hic non
inſero breuitatis cauſa quia ſunt notiſsima.
4 † Et quid ſi duo adinuicem ſe inſultarunt
& eodem tempore & quaſi momento ad-
menantes adinuicẽ euaginatis enſibus unus
venit occiſus ab altero, ſuperſtes vero qui
occidit dicit ſe defendendo illud feciſſe ad
ſui defenſionem & probari non poteſt quis
primo & quis ſecundo inſultauerit, an ra-
tione iſtius dubietatis ille occidens debeat
abſolui, vide Barto. in l. j. §. cum arietes. ff. ſi
quadru. pau. fe. dica. & ibi late per d. Alex.
in apoſtil. nunquid in dubio præſumendum
ſit illum feciſſet ad ſui defenſionem vel ad
offenſam qui prius inceperit. Quæ autẽ
diximus ſupra de eo qui pluribus vulneri-
bus confeſſus mortuus eſt, & apparere non
poteſt, cuius ictu perierit ratione dubietatis
nemo punitur pœna homicidij, illud eſt ve-
rum de iure ciuili qñ agitur de pœna cor-
porali quia tunc neceſſe eſt ꝙ adſit dolus
& luce clarius probet, l. in lege cor. ff. de ſi-
5 ca. & l. fi. C. de proba. † De iure aũt cano
nico ſecus eſſet, quia in dubio clericus po-
tius cenſetur irregularis q̃ꝫ innocẽs & pro-
pterea debebit ſe abſtinere a diuinis licet
clare perpendi nõ poſsit an ictu clerici vel
alterius ille perierit, vt eſt tex. in c. ſignifica
uit. de homi. et ibi Abb. Ioan. de Imo. & alij
canoniſte. ratio eſt quia illud fit fauore ani-
mæ & nullum corporis detrimentum infer
tur abſtinendo, ſed ſe immiſcẽdo poſſet eſſe
periculum vt ibi dicitur. vide etiam Bar. in
l. ſi ex plagijs. §. j. ff. ad l. aquil. Bal. & Imol.
in l. cum mulier. ff. ſolu. ma. in d. l. ſemel mo
ra. eodem titu.

## SVMMARIVM.

1 *Conſanguinei homicide ipſum cum armis aſſociantes ad locum tutum defendendo a manibus inimicorum & curie an cenſeantur participes & conſocij criminis.*

2 *Aſſocians malefactorem ad receſſum, an cenſeatur aſſociaſſe ad maleficiũ cõmittendũ.*

1 SEPTIMO & vltimo ſi-
lentio non † prætermittam
hanc vlti. q. in hac materia
quæ ſepius cõtingit in facto
quod ſi plures armati cõſan
guinei, vel amici ipſius ho-
micide ſtatim completo homicidio in loco
commiſsi criminis comparuerunt ipſumq;
homicidam aſſociarunt & reduxerũt ad lo
cum tutum ipſum defendendo a manibus
inimicorum & curie an vt participes & cõ
ſcij criminis & auxiliatores ſint condẽnan-
di, & ſimiliter an præſumendum ſit ꝙ fue-
rint conſcij a principio de homicidio per-
petrando, & quod cõicato prius cõſilio il-
lud fieri mãdauerint vel ſtudioſe procul ſte
terint et noluerunt ſe diſcooperire niſi poſt
factum an teneantur de homicidio pœna ca
pitis vel alia pœna & qua. reſpon. quod aut
iſti aſſociantes a principio cõicato conſilio
cum ipſo homicida venerunt eo animo &
ad illum effectum vt occultarent ſe prope
locũ criminis & expectarẽt ibi donec perfi
ceretur & caſu quo oporteret aſsiſteret, &
tunc tenerentur vt ſocij vel de auxilio aut
caſualiter trãſeuntes per illum locum inue-
nerunt eorum conſanguineum occidiſſe Ti
tium, idem eſt ſi poſt factum audito rumore
occurrerunt eorum agnatum quia nõ præ-

Source : BIU Cujas

ſumitur a principio illos fuiſſe conſcios, & non tenentur prout in ſimili decidit Spe.in ti.de homici.ver.pone quod quatuor homines &c.ita dicit Salyc.in l.vnica.in iiij.col.verſi.ex.vj.parte.& v.col.verſ.ex nunc trãſeamus.C.de raptu virg.& Bal.in l.nõ ideo minus.C.de accu.in viij.col.verſi.quero an aſſocians &c.vbi melius declarat iſtũ articulum,† & querit an ille qui aſſociat ad receſſum videatur aſſociaſſe ad maleficiũ cõmittendum,ita quod puniri poſsit vt auxiliator.& dicit quod aut quis aſſociauit ante factum & nulli dubium eſt quod tenetᷣ aut poſt factum,et tunc aut immediate facto maleficio illi apparuerunt,& aſſociarunt maleficiorem ſiue homicidam,& tũc certum iudicium eſt contra ipſos quod fuerint dicti maleficij conſcij & participes, vt auxiliatores tenentur,ita dicit Bal.ibi qui alleg.tex.in l.ſi ventri.§.fin.ff.de priui.credi. & ita dicit ꝙ tenet Albe. ibi & Cyn.in l.j.C.de nili agger.non rump.Aut aſſociarunt ex interuallo & non potuerunt puniri vt ſocij de auxilio ꝙ opem præſtiterint maleficio, ſed poterunt puniri quemadmodũ punitᷣ receptator.ita dicit ipſe qui dicit ꝙ Albe.& alij doc.hoc idem tenent. qua pœna teneantur receptatores videri poteſt in toto titu.ff.& C.de receptato.

SVMMARIVM.

1 *Compoſitio quid ſit & quotuplex.*

2 *Qualitas eſſentialis triplex reperitur in qualibet anima rationali.*

3 *Compoſitio pœnarum quæ dicatur & qualiter fiat.*

4 *Compoſitio pœnarum de concordia & communi conſenſu fieri debet.*

5 *Eccleſia ſanguinem abhorrere dicitur.*

6 *Compoſitiones pœnarum abſque cauſa rationabili non poſſunt fieri.*

7 *Mulieri facilius quam viro ignoſcitur.*

8 *Iudex veniam indigno concedens prouocat vniuerſos ad ſimilia perpetranda.*

9 *Compoſitio lite pendente fieri poteſt,non autem poſt ſententiam.*

10 *Pecunia quæ pro compoſitione ſoluitur, fiſco ſolui debet.*

11 *Infamia ex crimine quibus verbis abdeleatur in compoſitione.*

*Paciſcens cum parte vel pecunia corrũpens, ne ſe accuſet,infamiam non euadet.*

12 *Abolitio proceſſus et litis extinctio per quæ verba fiat in compoſitione.*

De pœnarum compoſitionibus.

SEQVITVR nũc declaranda alia ſpecies relaxationis quæ fit per compoſitionem pœnę factam cum fiſco aut cum curia. Et hęc eſt prima quæ fit lite pendente, vt
1 ſupradiximus. †Primo enim quero quid ſit compoſitio, vt præcedentium ordo ſeruetur. Reſpen.ſumendo hoc verbũ compoſitio ſimpliciter & generaliter. Compoſitio eſt plurium ſimplicium cõmixtio partis ad partes quæ cadit tam in rebus ſenſatis & intellectualibus q̃ inſenſatis,et materialibus, vt eſt gl.no.in c.j.de ſum.trini.in verſi.ſimplex.quæ dicit ꝙ in diuina eſſentia triplex figuratur perſona ſub eadem tñ ſubſtantia
2 & ſubiecto.eodẽ modo † in qualibet anima rationali & in una eſſentia naturali ſiue ſubſtantia ſpiritu li triplex reperitur qualitas eſſentialis.ſ.intellectus ratio & memoria. intellectus.n.eſt qui comparatur patri ratio.i. ſapientia quæ cõparatur filio , & memoria quę comparatur ſpiritui ſancto,de his tamẽ vlterius nõ me intromitto,quia non faciunt ad materiam noſtrã.hæc modica dixiſſe volui pro aliquali notitia iſtius verbi.vide gl. ibi,& latius do.Fely.in c.nouit.in ij.col.de
3 iudi. † Redeundo ad materiam noſtram quero quid eſt compoſitio in iſtis terminis. Reſpon.Compoſitio eſt conuentio quedam per reum cum præſide facta ex cauſa lite pendente de dubio criminis ſtatu de ſoluẽdo fiſco certã pecuniarum ſummam ad effectum redimendi vexationes litis vt probatᷣ in l.ab accuſatione.l.deſtitit , & l.ſeq.ff.ad ſenatuſcon.turpil.& in auth.de defen.ciui. §.quia vero.& c.fi.de tranſac.vbi eſt text. no. Et anteq̃ ad vlteriora procedã,no.ꝙ in hac materia due ſunt ſpecies compoſitionum,vna eſt quę fit cũ fiſco vel pręſide quę concernit intereſſe reipu.Altera vero eſt q̃ fit cũ parte offenſa quæ dr̃ priuata ex quo concernit intereſſe priuatũ l.tranſigere.C. de trãſa.& d.c.fi.eo.ti.Examinemus mõ ſingula verba dicte cõpoſitionis publice quæ fit cũ præſide vel fiſco . Dicitur.n.primo ꝙ
4 eſt conuentio quædã &c.† nã cõpoſitio iſta fienda eſt de cõcordia et cõi conſenſu.alias ſi violẽter fieret diceretᷣ potius extorſio q̃.

Source : BIU Cujas

dam illicita l.j.C.ſi per vim vel alio modo
l.extat.ff.ꝙ met.cau.& l.j.& iij.& l.lex iu-
lia repetun.ff.ad l.iul.repetũ.& ideo iudex
vel alius magiſtratus teneretur in ſyndica-
tu ad reſtitutionem parti d.l.j.& l.lex iul.et
l.extat.quamuis enim compoſitiones iſte ſe
pius fieri conſueuerunt per iudices eccle-
ſiaſticos etiam vbi de crimine plene cõſtat,
maxime in criminibus capitalibus & in q-
bus veniret imponenda pœna ſanguis,& q̃
commutatur in pecuniaria pœna.xvij.qõ.
iiij.ſi quis diaconus.& c.ſequen.& hoc eſt
5 quia†eccleſia abhorret ſanguinem.c.ſentẽ
tiam ſanguinis.ne cler.vel mona.& c.in Ar
chiepiſcopatu.de rapto.li.diſtin.c.j.& de
exceſ.prælat.c.ex literis.l.diſtin.ſi quis vi-
duam.vide Abb.& do.Ioan.de Imo.in d.c.
ſi quis diaconus.xvij.q.iiij.& propterea iu
dices eccleſiaſtici ſunt faciliores in compo-
nendo commutando pœnas quam in rigo-
roſa ſanguinis effuſione per iura prædicta,
ſed iſta non dicitur proprie compoſitio ſed
potius diſpenſatio & commutatio pœnæ,
vide Abb.in d.c.ſicut.& c.ſententiam.Item
dicitur conuentio facta cum præſide ad dif
ferentiam illius quæ fit cum parte aduerſa,
nam illa proprie appellatur tranſactio.l.trã
ſigere.C.de tranſact.l.fallaciter.& l.fi.C.de
aboli.l.deſtitiſſe, & l.ab accuſatione.ff.ad
6 ſenatuſconſul.Turpil. † Ex cauſa ideo
dictum fuit,quia compoſitiones huiuſmodi
abſque cauſa rationabili fieri non poſſunt.
l.aut facta.§.fi.et l.capitalium.§.ſolent.ff.de
pœn.c.ſicut dignum.de homici.in his enim
compoſitionibus plura ſunt conſideranda,
& primo perſone conditio,vt ſi alias ſit no
bilis & honeſta perſona & in ſimilibus ex-
ceſsibus alias non incederit, vt cum eo ad-
mittatur compoſitio,alias ſi eſſet turpis per
ſona & crimmoſus vel aſſuetus non admit-
titur compoſitio ſicut non admitteret diſpẽ
ſatio.vt d.c.fin.de tranſa.& l.tranſigere.C.
eodem titulo & l.fina.C.de abolitio.& l.iij.
in fin.C.de epiſcopa.audien.Item qualitas
facti.ne ſit de atrocioribus vt eſt crimen hę
reſis, læſæ maieſtatis, & ſimilium. item
tempus,locus,intẽtio delinquẽtis,etas,quia
facilius cum minore ꝙ̃ cum maiore compo
7 nitur. †Item ſexus, quia mulieri facilius
ignoſcitur propter ſexus fragilitatem ꝙ̃ vi
ro,dummodo non ſit mulier maligna & ri-
xoſa & in ſimilibus aſſueta,quia nõ erit di-
gna principis largitate & legis begnitate.
d.l.iij.in fi.C.de epiſ.audi. cum enim iudex
indigno veniam indulget ad prolationis cõ
tagium prouocat vniuerſos, quia facilitas
venie incentiuum tribuit delinquẽdi xxiij.
eſt iniuſta.in fi.& in c.vt clericorum.de vit.
& honeſt.cleri.l.j.C.de emẽda.propin.Spe.
in tit.de aduo.§.conſequenter in fi.de qua-
litatibus enim prædictis conſiderandis ha-
betur.in l.reſpiciendum.§.delinquunt.et l.
aut facta.§.j.& ſequenti.ff.de pœ.& l.capi-
talium.§.ſolent.eo.ti.c.ſicut dignum de ho-
8 mici. †Lite pendente, ideo dicuntur iſta
verba,quia poſt latam ſententiam ſero fie-
ret compoſitio quæ fieri non poſſet per iu-
dicem qui ſemel functus fuit officio ſuo.l.iu
dex poſtꝙ̃.& ibi Bar.ff.de re iudi.c.in lite-
ris.& ibi Abb.& Innoc.de offi.delega.fieri
tamen poſſet poſt latam ſententiam princi-
pis authoritate et decreto.l.j.in fi.ff.de quę-
ſtio.& ibi Bar.& Moder.antequam plene
conſtet de crimine.ideo dictum eſt quia li-
quidato crimine ferenda eſt ſententia & iu
xta determinationẽ iuris pœna erit certa
ſtatuenda ſiue declaranda in ſententia.l.ij.
& l.fi.ff.de cuſto.reo.& l.capitaliũ.in prin.
ff.de pœn.l.j.§.j.verſi.nam ſi quidem.ff.ad
turpillia.niſi euidens ratio & vrgens cauſa
aliud ſuaderet. quod pœna iuris permutari
vel alterari deberet quod iudex facere po-
teſt,quia iſtud arbitrium habet a lege vt la
te ſupra diximus in tit.de legiti.ſentẽ.exe-
cut.quæſtio.vj.ſiue vltima.& habetur per
Bar.& docto.in d.l.aut facta.§.fi.& l.quid
ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui not.infa-
mia.& alijs iuribus ibi no.ex quo ſequitur
quod poſtquam reus fuerit confeſſus crimẽ
non poterit amplius fieri iſta compoſitio,
ſed debebit ferri ſentẽtia a certa pœna de-
clarari.Sequitur in themate de ſoluendo fi-
9 ſco.&c. † pecunia enim quæ ſoluitur pro
compoſitione regulariter debet perſolui fi-
ſco,quia iſta compoſitio ſuccedit loco pœ-
næ.l.ſenatus.§.ſi quis delaratorem. &.§.ſe-
quen.ff.de iure fiſc.de iure tñ canonico in
foro eccleſiaſtico alio modo applicãtur iſte
pecunie compoſitionum,quia illarum me-
dietas applicatur eccleſiæ, altera vero me-
dietas diſtribuitur inter pauperes niſi epi-
ſcopus eſſet pauper.quia tunc poſſet illam
medietatem pro ſuis indigentijs retinere.c.
presbyteri.de pœnis.xvij.q.iij.qui ſubdia-
conum. alias.n.ſi iudex pecunias ipſas pro
ſe retineret vel imburſaret teneretur crimi
ne peculatus & de barrataria commiſſa,te-
nereturꝙ̃ illas integraliter parti reſtituere
cum maximo eius dedecore & ignominia.
l.j.ij.& iij.ff.ad leg.iul.repetun.& not.in c.
ſciſcitatus.de reſcri.dicitur etiam fiſco ap-
plicanda ad differentiam illius quæ appli-

catur

Source : BIU Cujas

tatur parti qñ ſit priuata cõpoſitio quę ſit per tranſactionẽ d.l.tranſigere.C.eod.titu. Supereſt vltima particula declaranda ad affectũ abolẽdi proceſſum & redimẽdi &c.
10 † hæc verba nõ abſq; miniſterio fuerũt appoſita ſecundũ Bar.in l.is qui reus.ff.de publi.iudi.& in l.ſi reus paratus.ff.de procur. nam ex iſtis verbis euitatur infamia q̃ oritur ex illo crimine qñ conſtaret de illo & ferretur ſententia,vt latius infra dr̃ in ſeq. quæſt.præterea ſi diceretur ad effectũ euitandi pœnã non valeret cõpoſitio tanquã facta in fraudẽ fiſci l.imperatores.ff.de pollicita.& reus per illa verba cenſeretur virtualiter fateri delictum,& non poſſet infamiam euitare l. qm̃.ff.de his qui not.infamia.qui vero paciſcitur cum parte vel illã pecunia corrumpit,nec accedat ad curiam ad illum accuſandum , non euadit infamiã nec tollitur propterea effectus accuſationis vel inquiſitionis & nihil ſibi prodeſt compoſitio quo ad curiam ac ſi nihil feciſſet, & ita ſępe faciunt Iudæi Rome quia pecunia corrumpunt aduerſarium ne accedat ad curiam & crimen iudici deferat.nihilominus poſtea per exploratores ſecretos quos ſpionos vulgariter vocant ſolent crimina poſtmodũ deferri & comperta veritate acrius puniuntur,& ſic illarum pecuniarũ expoſitio nihil ſibi prodeſt l.ſi.ff.ad turpi.l.fallaciter.& l.ſi.C.de aboli.vide Bartol.in d.l.is qui reus.per illa.n.verba ad effectum redimendi vexationes litis &c. nota quod per iſta verba fit abolitio proceſſus & litis ex-
11 tinctio,† & perdendo vexationis iudicum redimit quietem.argu.l.fin.C.de feri.l.properandum.C.de iud. & c.finem litibus. de dolo & contu.& not.ẽt quod per compoſitionem huiuſmodi fit abolitio proceſſus nõ tamen reus abſoluitur vt innocens per diffinitiuam ſententiam.quia ad illam deueniri non poteſt niſi plene conſtiterit de illius innocentia.vt ſupra dictum fuit in titulo de abſolutio.Inno.in ij.q.& no.in l.j.§.ſi.ff. de quæſtio.& l.cuſtodias.& ibi Bart.ff. de publi.iudi.vide etiam dominum Par. de Put. in d.ſuo tract.ſyndica. in c. compoſitio.fol. xl. vbi latius cæteris hanc compoſitionis materiam exponit.

SVMMARIVM.

1 *Compoſitio cum quibus perſonis fieri poßit.*

2 *Crimina venie remißionem ſemel tantum habere poſſunt.*

3 *Compoſitiones pœnarum quandam gratie ſpeciem continere videntur.*

4 *Venie facilitas incẽtiuũ tribuit delinquẽdi.*

SECVNDO quero cum
1 quibus † perſonis fieri poſſit compoſitio.reſpon. ꝙ nõ debet cum omnibus indifferenter fieri , ſed cum illis duntaxat de quibus ſperatur quod amplius in eiſdem criminibus nõ incident & qui erroris commiſsi facile ſe emendabunt,& cum illis quoque qui ſemel tantum inciderunt in crimen non autem cũ illis qui delinquendi conſuetudinem cõtraxerunt l.iij.in ſi.C.de epiſ.aud.vbi ſingula-
2 riter dicit Imperator † remiſsionem venie crimina niſi ſemel commiſſa non habeant, nec in eos liberalitatis auguſte referatur humanitas,qui impunitatẽ veteris admiſsi non emendationi potius quã conſuetudini deportauerint.& licet text. ille loquatur in caſu quo delinquens ex mera principis liberalitate veniam conſequutus fuit nihilo minus doc.ad hanc compoſitionis ſpeciem
3 frequenter accomodant & merito, † quia compoſitiones huiuſmodi ſpeciem quandã gratie in ſe cõtinere dicuntur per quas primo cõſeruatur fama illeſa & proprij criminis pœna minuitur.vt in c.de tranſ.xvij.q. iiij.ſi diaconus.& in c.ij.de pe.c.ſicut dignũ de homi.& ideo negari non poteſt ꝙ quãdam gratię ſpeciem in ſe non contineat, vide tex.not.l.j.C.de emẽda.propin.ibi quos ad vite decora domeſtice laudis exempla non reuocant correctionis ſaltem medicina compellat.ad idem eſt tex.iuncta gloſ. in c. vt clericorum.de vi.& ho.cleri.& Spec. in titu.de aduo.§.& conſequenter.in ſi. xxiij. q.iiij.eſt iniuſta in fine.dum dicitur cũ vni iudex indigno veniam indulget ad prola-
4 pſionis contagium prouocat vniuerſos.† facilitas enim venie incentiuum tribuit delinquendi.& propterea qui huiuſmodi moribus corrupti ſunt ab ipſius compoſitionis beneficio tanquam indigni merito repellẽdi ſunt per iura prædicta.

SVMMARIVM.

1 *Compoſitio in quibus caſibus,ſuper quibus criminibus,& an in omnibus fieri poßit.*

2 *Iudex in atrociβimis delictis principe inconſulto componere non poteſt.*



Source : BIU Cujas

3 *Iudex quibus caſibus ſeu cauſis moueri poſſit ad componendum & ad pœnas mitigandas.*

TERTIO quero in quibus
1 caſibus † & ſuper quibus criminibus fieri poſsit hæc cōpoſitio, & an liceat in omnibus generaliter componere. Reſpō. quidam dixerunt qđ in illis caſibus & criminibus in quibus reus tranſigere poteſt, in eiſdem quoq; ei componere licet ita econtra vbi tranſactio denegatur ibi etiam compoſitio non permittitur, quia compoſitio & tranſactio idē ſonant vt eſt tex. in l. ab accuſatione. in prin. ff. ad turpil. & in c. fi. in princ. de tranſa. tu. aūt dic aut loquimur de compoſitione priuata illa. ſ. quæ fit cum parte offenſa & quæ concernit intereſſe priuatum & iſta habet conformitatem & ſimilitudinem tranſactionis & fatendum eſt quod fieri poteſt in caſibus & criminibus illis in quibus tranſigere licet per d. l. ab accuſatione, & per ea quę notātur in d. c. fin. Aut loquimur de cōpoſitione publica quæ fit cū fiſco vel curia & quæ concernit intereſſe publicū. Et iſta indiſtincte in omnibus criminibus fieri poteſt ex quo ſuccedit loco pœnę d. c. fi. de trāſact. & c. ij. de pœnis. xvij. q. iiij. ſi quis diaco. no. Bal. & doct. in l. venia ſu-
2 per glo. fina. C. de in ius voc. † tu aūt clarius diſtingue quod aut nos ſumus in atrociſsimis delictis vt eſt crimē læſæ maieſtatis & hæreſis, raptu virginū, & ſimiliū, & in iſtis iudex componere non poteſt niſi principe cōſulto & de eius expreſſo mādato l. quiſquis. in princi. & l. meminiſſe. C. ad leg. iul. maieſt. & l. j. in prin. l. lege. xij. tabul. & l. fi. ff. eo. ti. ratio eſt quia per iſtud crimē in perſonam ipſius principis vel ſui ſtatus tranquillitatem machinatur, vt in d. iuribus. & l. maieſtatis. ff. eo. ti. & ideo in iſtis non licet componere abſq; illius ſcientia & conſenſu qui principaliter læſus reperitur, vt d. l. meminiſſe. & l. j. ff. eo. ti. & l. vnica. C. de raptu virg. §. penul. vbi eſt inhibita concordia patri puellę raptę cū ipſo raptore. Aut ſumus in alijs criminibus atrocioribus iſtis exceptis vt eſt crimen aſſaſsinij, falſe monete veneni propinationis, homicidij & ſimiliū, & tunc aut plene cōſtat de crimine, aut nō cōſtat plene, ſed ad ſunt præſumptiones vehementes & indicia vrgentia, primo caſu nō licet iudici ad cōpoſitionē ipſam deuenire, ſed debet proſequi cauſam vſq; ad finē, & certā ferre ſententiā pœnaſq; a iure ſtatutas imponere. l. cū reis. & l. ſancimus. C. de pe. l. fi. C. de cuſto. reo. quod verū pu-
3 to niſi † iudex eſt iuſtis & rationabilibus cauſis ad aliud declarandū moueretur, quia ſi aliqua iuſta cauſa eſt minoris etas, ignorātia, error, caſus fortuitus, aut iuſtus dolor, vel alia ſimilis cauſa animū iudicantis moueret ad mitigandū pœnas & iuris ſtatuti rigorē, tunc ad cōpoſitionē iſtam deuenire poſſet, quippe cū pœnas certas a lege ſtatutas ex qualitatibus & rationibus & cauſis ſupradictis minuere alleuiare vel in alterā ſpeciē commutare pōt etiam ſi feratur ſentētia, & hoc arbitriū ipſe iudex habet a lege, vt ſupra latius diximus in titu. de executio. ſent. q. vj l. reſpiciendū. §. delinquūt. & l. aut facta. §. fi. l. ſi quis aliquid. §. inſtrumenta. & l. abſentem. §. fi. ff. de penis. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa. l. ab accuſa. in princ. ff. ad ſenat. conſul. turpil. vide tex. valde not. in c. fi. de tranſac. & Specu. in tit. de præparat. iudicio. §. j. verſi. circa iudicē. & ver. cęterum & habetur xc. diſtin. ſtudendum. & v. q. ij. ſi primates. & ibi do. Archidia. xvij. q. iiij. qui ſubdiaconū vbi de multiplici compoſitione pœnarum habetur mentio. & per canoniſtas in d. cap. fi. de tranſactio. & in c. ij. de pen. & ibi Ab. ſecundo vero caſu quando non plene conſtat de culpa rei, & tunc nulli dubiū eſt qđ fieri poteſt compoſitio per iudicē concordata tamē parte læſa, & ita intelligatur tex. in d. cap. fina. de tranſac. & in d. c. ij. de pen. & v. quæſtio. ij. ſi primates. & xc. diſtin. ſtudendum. xxiij. quæſtio. v. circuncelliones. &
4 xxij. quæſtio. iiij. innocens, † alias ſi fieret compoſitio parte non concordata poſſet reclamare in iudicio & proſequi iudiciū cōtra ipſum reū pro ſuo intereſſe. ita notā. tenuit Saly. in l. ſi pro fure. ff. de condit. furt. & eſt gloſ. not. & ibi Bald. & in l. venia. in glo. fina. C. de in ius vocand. duntamen cōpoſitio ipſa fiat aliqua rationabili cauſa & cū perſona honeſta quæ iſtud beneficiū mereatur conſideratis etiam criminū qualitatibus, & facti circūſtantijs, & his ſimilibus, vt in d. cap. fina. in fin. de tranſactio. & habetur in c. ſignificaſti. de homici. & per Bartolum in dicta l. reſpiciendum. §. delinquūt, & l. aut facta. & l. ſi quis aliquid. §. inſtrumēta. ff. de pen. & Bartol. in l. iij. §. diuus. & in l. ſi in rixa. ff. ad legem corneliam de ſicar. & l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui
5 notan. infamia. † Aut ſumus in minoribus

Source : BIU Cujas

delictis, in quibus iudex habet maius arbitrium, & non eſt dubium quod iudex pōt in illis quandocunque deuenire ad compoſitionem parte maxime concordata, vt dicunt canoni. in d. cap. fina. de tranſactio. & in dicto cap. ſecundo, de pen. & Archidiac. in dicto cano. ſtudendum xc. diſtinctio. & v. quæſtio. ſecunda. ſi primates. & per Specu. in titu, de offi. om. iudic. §. deſeruit. verſicu. & generaliter. & idem Specu. in titu, de præparat. iudicio. §. primo. verſicu. circa iudicem, & idem etiam in titu. de treug. & pac. per totum vbi plenius vide, quibus ſic ſupra concluſus non obſt. text. in cap. j. & ij. de collu. deteg. vbi not. quod licet partes ipſe ſcilicet reus & accuſator inter ſe compoſuerint, & cōcardauerint, adeo quod crimen intentatum non proſequerentur vlterius, nihilominus iudex non debebit deſiſtere, quin ad vlteriora procedat vſque ad finem, quia ibi fuit facta colluſio fraudulēta inter partes ipſas interueniente pecunia, & ad effectum fraudandi iudicium ſiue fiſcū, & propterea non toleratur quin ea nō obſtante ad vlteriora in crimine procedatur, & hoc videtur innuere tex. ibi in fi. in ver. non ex charitate, & melius glo. in d. verſic. hoc declarat, quod facta bono zelo tolerari poteſt, per text. in dicto c. fina. de tranſact. & v. quæſtio. ij. ſi primatus. & xc. diſtin. vidẽdum, vide Abb. & Ioā. de Imo. in d. c. j. & ij. de collu. deteg. in d. titu. ff. de tranſa. & Specu. in d. titu. de offi. om. iudi. dicto. §. de ſeruitu. §. & generaliter. & per do. Felyn. in rub. de treug. & pac. & per Ioan. Andre. in addi. ad Specu. in titu. de præpara. iudicio. §. j. ver. ſed quid ſi eſt iam in cauſa concluſum &c. vbi allegat multas concordantias & doctrinas doc. ad hoc vide Bart. in l. congruit. ff. de offi. præſid. in fin. & Bald. in d. l. tranſigere. C. de tranſac. & idem Bal. in l. venia, in fin. C. de in ius vocan. & Ang. in authen. vt litig. iurent. §. fi. Bald. in l. eſtimauctunt. ff. ſi cert. pet. & in l. ex ſtipulatione. C. de ſenten. & interlo. om. iudi. & videas etiā licet confuſe loquatur in hac materia dominum Pari. de Put. in ſuo tract. ſyndi. in cap. compoſitio. fol. xl. & Bar. in l. is qui reus. ff. de pub. iudi. & Panor. & canoniſtas in d. c. fin. de tranſa. & c. ij. de pe. cum ſimi.

## SVMMARIVM.

1 *Reus an dicatur delictum confiteri per compoſitionem factam cum fiſco cum conſenſu partis læſæ.*

2 *Reus componens quādo delictum fateri cenſeatur.*

3 *Aduocati & procuratores compoſitionem fieri procurantes, qua debeant vti cautela, vt compoſitio ſit tuta.*

4 *Cōpoſitio priuata de famoſo crimine facta cum parte irrogat infamiam.*

QVARTO quero an per
1 compoſitionem † factam cū curia vel fiſco interueniente conſenſu partis læſæ reus cenſeatur fateri delictū, ita quod incurrat infamiam ſaltem facti. Reſpon. aut cōpoſitio ipſa fit mere cum præſide vel iudice pro publico intereſſe & ſecundū illā formam traditam ſupra q. j. ſ. ad effectum euitandi incommoda litis & redimendi vexationes iudicij & nullam incurrit infamiam iſto caſu, nec iuris, nec facti, quia per illa verba nunq̃ videtur fateri delictum ſecundum ꝙ dicit Bart. in l. infamen. ff. de pub. iudi. & in l. iuſiur. & ad pecunias. §. ait prætor. ff. de iur. iu. vide etiā Bar. in l. ſi reus paratus. ff. de procurat. vbi tradit iſtam cautelam quando fit iſta oblatio per compoſitionem cū curia, vide Bal. in d. l. ſi reus paratus. & in l. ſi ſeruum. §. nūc videamus. ff. de verbo. obliga. & Bart. in l. quoniam intelligitur. ff. de his qui notā. in-
2 famia. † Aut compoſitio iſta fit ad effectū euitandi pœnam criminis, & hoc exprimitur in compoſitione, & iſto caſu nulli dubium eſt quod reus per iſta verba cenſetur fateri delictum quia videtur timere pœnā ſibi inferri quam nemo timere debet niſi ille qui eſt peccator & in culpa vt not. in l. prima. in princi. ff. de iuſti. & iu. & per cōſequens iſto caſu euitare non poterit aliquam infamie notam ſaltem facti per quam grauatur eius opinio apud graues & honeſtos viros, vide Bartol. in dicta l. infamen. &
3 dicta l. quoniam. † Et ideo ſit bene cautus aduocatus, vel procurator qui habet clientulum ſuum incarceratum vel ſub fideiuſſore obnoxium qui cupit per compoſitionē iſtam a cura & illius moleſtijs liberari vt bene forment dictam compoſitionem & aduertant diligenter ad rationem ſiue cauſam compoſitionis quæ exprimitur vt nullam faciant mentionem de pœna neque de crimine ſaltem diſpoſitiue ſed ſolum aſſertiue & ſub generalibus verbis dicendo,



Source : BIU Cujas

quia Titius reperitur incarceratus ſiue in-
quiſitus & ſub fideiuſſore detentus pro tali
aſſerto crimine.ſ.furti,homicidij, vulneris,
inſultus,& ſimiliũ, vt dr̃ perpetrati in per-
ſonam vel in bonis Sẽpronij, vt dicunt, qđ
tamen eſſe verum per dictum Titium ex-
preſſe negatur,nihilominus quia dictus Ti
tius eſt pro ſuis negotijs grauiter occupa-
tus, vel eſt de proximo receſſurus ad lon-
ginquas partes ibi diu moraturus, vel eſt
debilis,infirmus,pauper,aut aliam ſimilem
iuſtam cauſam exprimere, idcirco cupiens
rebus ſuis quiete vacare & ab hmõi mole-
ſtijs criminalis curie & actis iudicialibus li
berari ad infraſcriptam compoſitionem de-
uenit cum Magnifico & excellentiſſ. viro
Do.N.Præſide,pretore,vel iudice vt ſolue
ret centũ fiſco,& liberetur ab omni inquiſi
tione & proceſſu pręſentis cauſe.vide Bar.
in d.l.ſi reus paratus.& d.l.infamẽ.& l.quo
niam.& Spec.in ti.de offi.om.iud.§.vj.ver.
& generaliter.& in titu. de præparat.iudi-
cio.ver.circa iudicem. & in titu. de teſte.§.
xj.verſi.fin.vbi dicit quod iudex ſi viderit
expedire concordiam poterit quandoque
partes terrere vt deueniatur ad compoſitio
nem. vide tex.in c.fi.de tranſac.& in c.ij.de
4 pen.& xvij.q.iiij.qui ſub diaconũ. †Aut
nos loquimur de compoſitione priuata quę
fit ſolũ cũ parte paciſcendo cũ illa & ſi cõ-
poſitio iſta fiat ſup crimine famoſo & reus
incurrit infamiã,quia per hoc vr̃ fateri de-
lictum.& iſte eſt caſus in d.l.quoniam.ff.de
his qui not.infa.& l.athletas.§.fi.eo.titu. &
ibi Bar.hoc tamen limitandum puto quan-
do iſta concordia fieret priuatim & extra
iudicium ignorãte iudice & curia,ſed ſi fie-
ret in iudicio mediante iudice poſtquã prę-
ceſſerat prior compoſitio cum curia & fie-
ret ad effectum eximendi reum ab ipſis ve-
xationibus & moleſtijs iudicialibus non
crederẽ ꝙ iſto caſu reus incideret in aliquã
infamiam per ea quæ ſupra diximus in prę
cedenti membro, vide Bar.in d.l.ſi reus pa-
ratus.in d.l.infamen.

## SVMMARIVM.

1 *Compoſitio an ſit valida cum fiſco abſque partis aſſenſu facta.*

*Compoſitio & pecunie ipſa media fiſco ſolute ſuccedunt loco pœnæ.*

2 *Compoſitio extraiudicialiter fieri potoſt iudice abſente, cui non præiudicatur.*

1 QVINTO quero an†valeat compoſitio facta cum
fiſco vel curia ſine conſen
ſu partis offenſe. Rñ. aut nos
loquimur de intereſſe fiſci
quo ad pœnam criminis,&
iſto reſpectu valet compoſitio, quia ſemel
cũ fiſco cõcordatũ fuit & ſatisfactũ & ideo
non poterit iſto reſpectu amplius moleſta-
ri.argu.l.tranſigere.C. de tranſa.& l. iiij.§.
ait pretor.ff.de re iudi.ea maxime ratione,
quia cõpoſitio ipſa & pecunie quæ ſoluun-
tur fiſco mediante compoſitione ſuccedunt
loco pœnę. vt l.ſi donare.§.j.ff.de dona.in-
ter vir.& vxo. & dicemus infra q. ſeq.aut
loquimur reſpectu partis & ſui intereſſe,&
ex quo pars huic non conſenſit non præiu-
dicatur ſibi quo ad ſuum intereſſe, & pote-
2 rit ꝓſequi iudiciũ contra ipſum,†ſicut ecõ
tra,qñ compoſitio fit cũ parte extraiudicia
liter abſente iudice per quã non præiudica
tur fiſco l.quoniã.ff. de his qui not.infa. &
not.in l.tranſigere.C.de tranſa.& ibi Bart.
eodẽ modo nõ debet præiudicare parti qñ
fuit facta cũ ſola curia,arg.l.fallaciter,& l.
ſeq.C.de abolitio.& ideo iſto caſu pars po-
terit proſequi iudicium ratione ſui intereſ-
ſe ſed reus tutus erit quo ad pœnam per ea
quæ ſupra diximus ſi vero facta fuerit cum
vtroq; ſcilicet fiſco,& parte, & tunc tutus
erit in omnibus,vt l.j.C.de abolit.

## SVMMARIVM.

1 *Iudex ſuperuenictibus nouis indicijs an poſſit inquirere de crimine ſuper quo fuit facta compoſitio.*

2 *Abſolutus ab inquiſitione poteſt iterato repeti ſi ſuperueniãt contra eũ noua indicia.*

3 *Procedi quando poßit ſuper eodẽ crimine iã compoſito, aut abolito.*

1 SEXTO quero poſtquam
reus† fecit cõpoſitionẽ cum
curia, an iudex poterit po-
ſtea ſi forſan ſuperuenerint
noua indicia ſuper eodẽ cri-
minę contra ipſum inquire-
re.Reſpon.in hoc caſu repetẽda eſt diſtin-
ctio,quã ſupra proxima q.poſui,ꝙ aut pars
& fiſcus ſimul concordati fuerũt,& non po
terit amplius nec curia nec priuatus ſuper
dicto crimine procedere d.l.j. & l.fallaci-
ter,C.de aboli.& per Bal,in d.l.tranſigere,

Source : BIU Cujas

quia compoſitio & illius ſolutio facta fiſco ſuccedit loco pœnæ.l.ſi donate.§.j.ff.de do na.inter vi.& vxo. idem tenet do. Pari. de Put.in trac.ſyndi.in c.an facta compoſitione fol.xlj.in ij.col.aut alteri iſtorum duntaxat fuit concordatus & ille qui fuit extra concordiã non impeditur quo minus iudicium proſequatur ſaltẽ pro ſuo intereſſe vt ſupra proxime dictũ eſt ar.d.l.fallaciter. in prin. Sed contra prædicta oppono de.l.ſi cui §.hiſdẽ.ff.de accuſa.& l.fallaciter.C.de aboliti. vbi ſemel abolita accuſatione vel inquiſitione, ſi poſtea noua ſuperuenerint indicia nõ impeditur iudex quominus poſſit de nouo contra dictũ reũ compoſitũ procedere.& eſt glo.not. in l.ſi quis adulter. in
2 fin.C.de adul.vbi ille † qui ſemel abſolutus fuit ab inquiſitione & proceſſu ſiue ab obſeruatione iudicij,non eſt tutus quo minus ſi poſtea ſuperuenerint noua indicia curia non poſſit iterum contra ipſum procedere de quo late diximus ſupra in titu.de aboli. in q.ij.Solu.iura illa procedunt qñ eſt facta abolitio criminis gratuita,vel quã reus purgauit indicia per torturã, & ſic qñ fiſcus nihil cõſequutus fuit pro pœna vel loco pœnæ,nos autem loquimur in caſum in quo facta fuit compoſitio & ſoluta pecunia fiſco quæ loco pœnæ ſuccedit vt d.l.ſi donate.§. fi.ff.de dona.inter vir.& vxo.& l. ſenatus. §.ſi quis delatorem.&.§.ſe.ff. de iur. fiſ.& hoc quo ad intereſſe publicum & fiſci, quo aũt ad intereſſe priuatum non putarem iſtũ etiã eſſe tutum qui cõpoſuit niſi quatenus cum parte concordauerit eo ꝙ ſua intereſt & quatenus concernit intereſſe priuatũ, vt ſupra proxime diximus.vide Bart.in d.l.ſi cui §.hiſdem Iterum oppo.de.l.j.& l.fal-
3 laciter.C.de abolitio.vbi diſtinguitur,† aut abolitio proceſſus fuit impetrata a præſide vel prætore aut a principe,primo caſu non tollitur quominus iterũ poſſit ex principis reſcripto ſuper eodẽ crimine procedi, ſecũdo aũt caſu qñ a principe obtinuit abolitionẽ erit tutus perpetuo,Solu.ibi loquitur in ſimplici abolitione gratuita quæ gratis fuit obtenta, hic vero in compoſitione quæ fit ex cã onoroſa,& ideo nõ eſt bona cõſequẽtia de vno ad aliũ ex quo ſunt diuerſa.l. fi. C. de codicil. & l.j.C. de impo. lucrat. deſcrip.lib. xij.

## SVMMARIVM.

1 *Reus pro quibus criminibus relaxari poßit ſub fideiuſſoribus.*

2 *Iudex retinens paratũ præſtare fideiuſſorem idoneum,ſyndicatu conueniri poteſt actione iniuriarum.*

*Mulier honeſta in leuibus delictis non debet perſonaliter detineri.*

3 *Mulieres impudice & inhoneſte etiam pro leuibus detineri poſſunt criminibus.*

*Reus non relaxatur fideiuſſoribus,ſi crimen atrox ſit.*

4 *Membrorum ſuorum nemo eſt dominus.*

5 *Reus an poßit relaxari fideiuſſoribus ſi pœna ſit arbitraria.*

6 *Reus an poßit fideiuſſoribos relaxari, ſi in defectum pœnæ pecuniarie eſſet imponenda corporalis. & nu.7.*

8 *Iudex an poſsit nobilem magne conditionis de aliquo crimine delatum ſub cautione relaxare,donec proceſſus fiat.*

9 *Iudex circa cuſtodiam & modum detentionis reorum amplum habet arbitrium.*

### De fideiuſſoribus reorum.

SVPRA proxime vidimus de cõpoſitionibus pœnarũ, primam ſpeciẽ relaxationis reorũ qñ de crimine nondũ plene conſtat, videndum eſt modo de alia ſpecie relaxationis quæ fit dũ crimẽ eſt dubiũ, & iudex eſt in actu inueſtigãdi veritatẽ quæ fieri ſolet mediante fideiuſſore præſtito per reum de ſe repreſentando toties quoties fuerit requiſitus vel de non recedẽdo ex certo loco ſine iudicis licẽtia,ſicut de non exeundo de ciuitate,oppido,caſtro,aut palatio prætoris
1 & de ſoluendo pœnam. † Videamus nũc pro quibus delictis ſit relaxandus reus ſub cautione prędicta, & dic aut ſumus in criminibus in quibus venit imponẽda duntaxat pœna pecuniaria,quo caſu aut reus fuit confeſſus vel plene cõuictus, & non debet relaxari,ſed detineri donec ſoluat pœnam l.ſi confeſſus.ff.de cuſto.reo.aut non fuit cõfeſſus neque cõuictus & debet relaxari pręſtita idonea cautione de ſe repreſentando vel de non recedendo ex certo loco,vt dicit Bar.in d.l.j.ff.de cuſt.reo.vbi poſt Iaco. de Arena declarat iſtum artic. reducẽdo ad practicam.pro quo facit tex.in l.fin.C.eod. tit.& l.j.& l.ſi quis.ff.eo.tit. in quibus iuri-



Source : BIU Cujas

bus in effectu diſponitur quod in crimini-
bus illis in quibus venit imponenda pœna
pecuniaria reus debet præſtito idoneo fi-
deiuſſore relaxari, & ratio eſt quia pœna
ipſa pariformiter ſatisfieri poteſt fiſco per
fideiuſſorem ſicut per ipſum & principalē
2 argu.l.deniq; & l.ſeq.ff.de iur.fiſ. † Qui-
nimmo ſi iudex vellet retinere eum qui eſt
paratus præſtare idoneū fideiuſſorem poſ-
ſet agi contra ipſum in ſyndicatu actione
iniuriarum,vt not.Bar.in l.ſi vero pro con
demnatione.§.j.ff.qui ſatiſ. cogan. Fallit
regula iſta quādo reus nō haberet fideiuſ-
ſorem idoneum quia tunc detineri poterit
ſecundum Bar.in d.l.j.ff.de cuſto.reo. & in
d.l.ſi vero.§.j. Mulier aūt honeſta in cau
ſis criminalibus ſi crimen ſit leue vel de nō
atrocioribus non debet perſonaliter detine
ri neque incarcerari, ſed fideiuſſoribus re-
laxari ſi habeat facultatem fideiubendi ſi
vero non haberet fideiuſſorem ſimiliter nō
detinetur, ſed ſtatur ſuæ iuratoriæ cautioni
& relaxatur.ſi autem crimen eſſet de atro-
cioribus,tunc nō incarceratur apud viros,
ſed intruditur in monaſteriū vel aſsiſteriū
cuſtodienda, vel apud honeſtas matronas
conſeruatur,ita dicit tex.not.in auth.vt nul
li iudi.§.neceſſarium.verſi. ſi vero crimen.
trāſlata in auth.nouo iure.C.de cuſto. reo.
hoc tamen intellige de mulieribus honeſtis
3 & quæ honeſtā vitam agunt.† mulieres ve
ro impudicæ & inhoneſtæ non habent iſtud
priuilegium.ita dicit Barto.in d. authen.vt
nulli iudi.d.§.neceſſarium.vide Bald.& do
cto.in d.auth.nouo iure. Quādo vero cri
mē eſt atrox vel eſt tale de quo venit impo
nenda pœna corporalis, ſiue corporis affli-
ctiua,iſto caſu non debet reus regulariter
fideiuſſoribus relaxari,ſed perſonaliter de-
tineri.ratio eſt ne eludatur iudiciū ſi poſtq̄
repertus fuiſſet culpabilis fugam arriperet
iudicium eluderetur, quoniam huic pœnæ
corporali non poteſt per aliū q̄ per ipſum
met reum principalē ſatisfieri ēt ſi fideiuſ-
ſor expreſſe ſe obligaſſet ad pœnam corpo
ralem, & diceret velle ſubire pœnā in cor-
pore ſuo in euentum in quem delatus curiæ
4 reperiretur culpabilis,non poteſt,†quia ne
mo eſt dn̄s membrorū ſuorū.l. liber homo,
& ibi Bar.ff.ad leg.aquil.& vide Bar. in d.
l.j.ff.de cuſto.reo. & vide.xxiij.quæſtio.v.
de occidendis.& cap. ſi non licet.& c. cum
homo, in quibus quidem iuribus habetur
quod quando ſumus in huiuſmodi crimini-
bus in quibus venit inferenda pœna cor-
poralis ſit diſtinctio perſonarum pro modo
facultatū,dignitatis,honoris, criminis qua-
litate,innocentia rei,& ſimilibus; ſecundū
quod dicit tex.in l.j.ff.de cuſto.reo.& ſecū
dum iſta iudex arbitrabitur an reus ſit de-
tinendus in carceribus,vel in palatio mili-
tibus cuſtodiendus,vel fideiuſſoribus com-
mittendus,qui erunt fideiuſſores non de re
preſentando,ſed deſiſtendo in incerto loco
& non recedēdo ab illo,aut in vinculis cō-
iiciendus ſecundum quod declarat Bart di-
ctum illud Iac.de Aret.in d.l.j.in ij.colū. &
ſic iudex ſecundū qualitates & cōditiones
iſtas arbitrabitur modum detētionis ipſius
rei ſecundum quod conſiderat iuriſconſul-
5 tus in dicta l.j. † Aut ſumus in crimine ex
quo venit imponenda pœna arbitraria, &
iſto caſu an reus ſit fideiuſſoribus relaxan-
dus vel non.Bar.in d.l.j.ff.de cuſto.reo. di-
cit quod aut delictum eſt adeo turpe quod
veriſimile eſt iudicem impoſiturum pœnā
corporalem & iudicatur ſicut de pœna cor
porali ſimpliciter.& ideo non erit fideiuſ-
ſoribus relaxandus.d.l.j.ff.de cuſto.reo.aut
veriſimile eſt iudice arbitrari debere pœ-
nā eſſe pecuniariam & poterit relaxari.d.
l. ſi vero pro condemnatione.§.j.ff. qui ſa-
tiſd.cog.quia iſto caſu iudicatur de eo ſicut
de crimine pro quo venit imponenda pœ-
na pecuniaria ſimpliciter d.l. ſi vero. & vi-
de Bar.in d.l.j.ff.de cuſto.reo.qui tamen nō
ita diſtincte loquitur. Sed querit quid ſi
in defectum pœnæ pecuniariæ veniret im-
ponenda corporalis an tunc poterit ſub fi-
deiuſſoribus relaxari.& cōcludit quod nō
regulariter. deinde dat modum & cautelā
quomodo poſsit relaxari vide ibi per eum.
Bal.aūt in d.l.nullus. C.de exhi. reis.ali-
ter diſtinguit & clarius ac copioſius dicēs.
6 †Quod aut ſumus in crimine ex quo venit
imponenda pœna ordinaria aut extraordi
naria & arbitraria. Primo caſu qn̄ ordina-
ria & determinata aut eſt pœna corporalis
aut pecuniaria,ſi corporalis non erit fide-
iuſſoribus relaxandus , immo detinēdus &
cuſtodiendus in carcerem d.l.nullus.in fin.
& l.ſi quis in ea. C.de cuſto.reo. & l.j.ff.eo.
titu.quando autem eſſet confeſſus delictum
aut legitime conuictus, non ſolum eſt deti-
nendus,ſed etiam in vinculis coniiciendus
& ſupponendus donec feratur ſententia &
mandetur executioni.d.l.nullus. in princi.
& l.ſi confeſſus.ff.eodem titu. ideo tunc nō
eſt fideiuſſoribus relaxandus , quia fugien-
do poſſet illudere pœnam & iudicem ſimul
quoniam nō eſt in poteſtate fideiuſſoris ſol
uere iudicatū,& ita dicit Bald,& in d.l.nul

Source : BIU Cujas

los. Si autem eſt imponenda pœna pecuniaria, aut reus eſt confeſſus delictũ aut conuictus, & ſimiliter non eſt relaxandus, ſed detinendus & confeſtim condemnandus d.l. j.& fi.C.de cuſt.reo.& l.ſi confeſſus.ff.eod.
7 tit. †Aut non confitetur ſed negat & debet fideiuſſoribus dimitti qui debent promittere de repreſentando illum & de ſoluẽdo pœnam delicti pro quo detinetur, vt d.l. j.ff.de cuſto.reo.& ex hoc not. quod Bald. vult quod ille text.in d.l.j.ff. de cuſto. reo. intelligatur etiam de fideiuſſore prẽſtito de ſe repreſentando & ſoluendo pœnam, licet Bar.ibi dicat quod lex illa debet intelligi de fideiuſſore præſtito de non ſeparando ſe nec recedendo de certo loco. quæ intelligẽtia Bar. mihi videtur quod nimis reſtringat text. Et ideo mihi magis placet intellectus Bald. vel dic ꝙ intelligitur de vtroque, ex quo text. ſimpliciter loquitur nec magis ſe reſtringit ad vnam ſpeciem fideiuſſoris ꝗ̃ ad alterã, immo ſecundũ declarationem gl. in verſic. fideiuſſoribus. videtur intelligere potius de fideiuſſore de repreſentando ſecũdũ ꝙ ipſa exemplificat.ſ. quando crimẽ eſſet leue, ſed pro leui crimine regulariter venit imponenda pœna pecuniaria, ideo fit relaxatio ſub fideiuſſore de præſentando. vt dicta l.fi.C.de exhiben.reis.& l.j.ff. de cuſto.reo. nimis enim durũ eſſe vr̃ quod quis detineatur ĩ palatio vel in alio loco ex quo recedere non poſsit pro tam leui crimine, quia videretur detineri in carceribus, ex quo locus ille pro carcere habetur, vt not. Ang.in l.ſecunda.C.de exhiben.reis.& Paris de Put.in tract.ſyndica.in c. an poteſtas qui aliquem tenebat arreſtatum.fo.xxix.in materia carcerationis. vide gloſ. in d. l.j.ff. de cuſto.reo.in ver. vel ſibi. quæ hoc idẽ tenet. Et clarius hoc ſentire videtur ꝙ text. loquatur de fideiuſſore de repreſentando dum allegat text.in l.cum clericis.§.j. &.§. ipſe vero.C.de epiſ.& cle. qui text. proprie loquitur de fideiuſſore de repreſentando & ſtando iuri & iudicatum ſoluendo ſub certa pœna ſi recte inſpiciatur. Tertio vero caſu quando ſumus in pœna arbitraria. & iſto caſu dicit Bald. conſiderandum eſſe criminis qualitatem loci conſuetudinẽ, & cõditionem perſone l.quid ergo.§. pena grauior.ff.de his qui not.infa. vnde ſi veriſimile eſt quod pœna ſit corporalis idem iudicatur quod de ordinaria corporali, ſi vero cõſideratur ꝙ ſit pecuniaria, idem ſeruatur qđ
8 in pecuniaria ordinaria. †Poſt prædicta quero & not, bene hanc quæſtio. quę ſepius occurrit in facto quidam nobilis vir & magne cõditionis aut diuitijs copioſsimus imputatur de crimine aliquo ex quo de iure cõi vel ex forma ſtatutorum venit imponenda pœna corporalis. citatus comparet, examinatus negat, iudex vult ipſum detinere donec perficiatur proceſſus & purgent indicia, iſte replicat dicendo qđ eſt paratus ſeipſum obligare de ſe repreſentando toties quoties &c. ſub pœna mille duca. &c. & de ſtando iuri & parendo iudicato, vel dicit ꝙ vult præſtare idoneam cautionẽ de ſe repreſentãdo vt ſupra. queritur an iudex poterit illum relaxare ſub tali fideiuſsione vel propria obligatione. & videtur dicendum quod non, quia cum ſit pœna corporalis poſſet illudi iudicium, vt ſupra proxime diximus & not.in d.l.ſecunda.C. de cuſto. reo.& l.fi.C.de requir. reis. Contrariũ tamen dicendũ eſt, & iſta eſt veritas quod iudex pro criminis qualitate & magna perſone conditione pro dignitate vel innocentia poterit arbitrio ſuo detẽtionem ipſam moderari, & dictum nobilẽ dimittere, aut ſub propria iuratoria, aut ſub fideiuſſoris obligatione de repreſentando vel de non diſcedendo ex certo loco ſecũdum quod notat
9 Bar.in d.l.j.ff.de cuſto.reo. †Concludendum eſt igitur ꝙ iudex circa cuſtodiam & modum detentionis ipſorũ habet magnum arbitrium a lege vt dicit iuriſconſultus in d.l.j.ff.de cuſto.reo. dum dicit quod de cuſtodia reorum proconſul exiſtimare ſolet an in carcerem ſit recipienda vel militibus tradenda aut fideiuſſoribus committenda vel ſibi, ꝙ eſt quando fidei proprie obligationis ipſius rei iudex ſtare intẽdit quod facere poteſt vt dixi propter arbitrium quod habet a lege, & hoc ſit aut ex criminis leui tate aut pſone nobilitate dignitate vel grauitate ſeu propter ampliſsimas facultates quibus coniecturis veriſimile eſſe videtur ipſum reũ non fugiturum nec iudicium deluſurum. vt d.l.j.& l.non omnes.§.a barbaris.ff.de re mili.& l.cũ clericis.§.j.&.§.ſeq. C.de epiſ.& cle.& per Bal.& Ang.in d.l.ij. C.de exhiben.reis.

## SVMMARIVM.

1 *Iudicis arbitrio remittitur qualiter reus cuſtodiatur.*

2 *Innocens præſumitur cuius nocentia non probatur.*



Source : BIU Cujas

3 *Modus rei cuſtodiendi ſecundū criminis qualitatem committitur iudici.*

1 IVXTA prędicta ſucceſsiue† quero quid ſi iſte nobilis vel ditiſsimus vt ſupra fuerit delatus de crimine graui ex quo venit imponenda pœna mortis, non tñ eſt de atrocioribus, & dicat nolle incarcerari, ſed habere palatiū vel vnā camerā in ipſo palatio loco carceris, & ibi per milites cuſtodiri vel p̄ſtare idoneas cautiones de nō diſcedēdo ex loco prędicto, donec fuerit cōpletus proceſſus, an iudex poterit ſine ſcrupulo iuſtitie illi cōplacere, & breuiter dic qđ iſtud remittitur arbitrio iudicis q̄ bene cōſiderare debet criminis qualitatē, perſone cōditionē & illius innocentiā vel culpam, quæ cōiecturari poſſunt ex qualitate indiciorū ſi.n. viderit indicia eſſe leuia vel procedere a maleuolis & ſuſpectis perſonis poterit cōiecturari potius pro innocentia quā pro crimine ipſius detēti, & propterea iſto caſu poterit retineri in palatio vel in aliqua camera cū cautione vel cuſtodia militum. & hoc eſt qđ dicit tex. in d. l. j. vel pro
2 innocētia perſone, & ibi gloſ.† quia potius præſumendū eſt pro eius innocentia quam pro culpa, q̄a de bono viro bonū præſumēdū eſt l. nō oēs. §. a barbaris. ff. de re mili. & per Bar. in l. ſi cui. §. ijſdē. ff. de accuſatoribus. & per Ab. & cano. in c. afferte, de præſump. ſi vero delatus ſit magis ſuſpectus de crimine vel quia indicia grauius ſtringunt cōtra ipſum vel quia alias cōmiſerit ſimile delictū & ſimilia & tūc non debebit ipſum extra carceres detinere ſecūdū ꝙ cōcludit
3 Bar. & doc. in l. j. †Pro quo facit l. diuus. la j. ff. eo. ti. & l. j. §. ſi quis in ea. & l. fi. C. eo. tit. in quibus omnibus iuribus cōmittitur iudici cuſtodiēdi modus ſcđm criminis qualitatē cuius arbitriū in his plurimum verſatur quēadmodū in exiſtētia & grauitate indiciorū ad torturam. vt l. j. in prin. ff. de qō. & per Bar. in l. fi. ff. eo. titu. & diximus ſupra. libro iiij. in princi. & l. teſtium. §. tu magis ff. de teſtib.

De fuga incarcerati.

NVNC videndū eſt de fuga reorū, & in iſto titulo nigrū erit generalius rubro iuxta notata per doc. in rub. ff. ſolu. mat. nam in proceſſu tractabitur de fuga carceratorum & illorū quoq; qui nondum fuerūt incarcerati. Et quāuis plures ſint fugarum ſpecies, de illa tñ reorum fuga qui criminis occaſione fugerunt hic tractandum erit. & iſta eſt duplex, quædam quæ fit ante incarcerationem, quædam vero quæ fit poſtquā quis eſt intruſus ex ipſis carceribus. Videamus primo de illa quæ fit antequā quis ſit incluſus in carcerē. & pro faciliori doctrina figurabo caſum.

SVMMARIVM.

1 *Fuga ante incarcerationem an faciat criminis probationem.*
*Probatio plena an inducatur ex fuga.*
2 *Probatio ſemiplena tātū ex fuga inducitur.*
3 *Fuga quandoque in delictum imputatur.*
4 *Fuga quandoque ad probationē alterius criminis inducitur.*
5 *Fuga officialis publici quid operetur.*
6 *Fuga ſola nonnunquā in criminalibus plenam facit probationem.*
7 *Fuga eius qui carceribus fractis aufugit plenam probationem facit.*
8 *Fugitiuus non præſumitur qui ſtatim ſponte ſua reuertitur.*
*Latitans in domo an dicatur fugiſſe.*
9 *Reus iurans ſe veritatem dicturum, an poſſit de mendacio puniri ſi mēdaciū dixerit.*
10 *Fugiēs præſentiam iudicis ſeu nō punitur.*
11 *Malum ſemper præſumitur de malo iudice.*
12 *Appellare præſumitur qui ad ſuperiorē iter aggreditur.*
13 *Fugiens ex camera vel palatio poteſtatis in quo detinebatur, pro confeſſo habetur.*
*Fugitiui an ſint ad ſn̄iam audiendā citādi.*
14 *Reus carceratus oſtiū apertum reperiens nō habetur pro confeſſo ſi fugerit.*
15 *Fugiēs de licētia cuſtodis non hr̄ pro cōfeſſo.*
*Fugiēs ex carcere priuato nō hr̄ pro cōfeſſo.*
16 *Carceres publici qui ſint & qui priuati.*
17 *Latitās domine capiatur an fugiſſe dicatur.*
18 *Debitor qui ob multa debita iā cōtracta fugit ſi reuerſus cū ei trāſigat, an poſſit per vnum ex illis ob fugam præcedentem vt ſuſpectus capi.*

Source : BIU Cujas

QVERO primo an fuga q̃
ſit ante incarceratione̅ † fa-
ciat probationem criminis
aduerſus fugientem. Titius
reperitur occiſus de nocte,
ingnoranter quis illum occi
derit & qui fuerunt eius ſocij aut fautores.
Meuius & Sempronius poſtquam dictu̅ ho
micidium factum eſſe dicitur a ciuitate fu-
gam arripuerunt & neſcitur ex qua cauſa,
queritur an ipſa fuga probet illos eſſe iſtius
criminis reos, & ſi non probatur plene an
ſaltem ex dicta fuga ſemiplena ꝓbatio oria
tur. Reſpond. dixerunt quidam ꝙ ex fu-
ga huiuſmodi inducitur plena probatio ex
quo fuga ipſa eſt maleficium l. deſertorem.
§. deſertor. ff. de re milita. & l. quis ſit fugi-
tiuus. §. apud labeonem. ff. de edil. edic. & l.
impuberibus. ff. de ſuſpe. tut. & ibi Bart. &
idem Bar. in d. l. deſertorem. §. j. † Quidā
alij dixerunt ꝙ ex fuga non inducitur ple-
na ſed tantum ſemiplena probatio, vt eſt gl.
in l. admonendi. ff. de iu. iu. & glo. in l. in bo
nefidei. C. eo. tit. c. fi. de ſucceſ. ab inteſta. &
c. fi. de iur. iu. & ibi per cano. Quidā alij
dixerunt ꝙ fuga de per ſe in cauſis crimina
libus nullā facit probationem plenam neq;
ſemiplenam, ſed ſolum quandam ſuſpitio-
nem, ita ꝙ fuga ſola non facit indicium ad
torturam. & adducunt tex. in l. vnica. C. de
rap. virg. vbi dicitur ꝙ contra raptores fu-
gientes ſi poſtea capti fuerint poſt legiti-
mas, & iuri cognitas probationes ſine fori
præſcriptione duriſsimis pœnis afficiantur
cum tex. ibi poſt fugam requirat exactiſsi-
mas ſiue clariſsimas probationes, ſequitur
ergo ꝙ fuga nullam facit probationem, ita
tenet Saly. in d. l. vnica. Circa quę breuiter
dicendum eſt quia cupio me expedire ſecū
dum ꝙ eleganter notat Bar. in d. l. admonen
di. ff. de iur. iu. & in l. lege cornelia. ff. ad ſil-
3 lan. † ꝙ quandoq; fuga imputatur alicui ad
delictum, & ſic fuga eſt ipſum delictum, &
tunc probata fuga probatum eſt delictū &
ita intelligitur text. in d. l. iij. §. deſertore̅. &
§. emanſor. ff. de re milita. & l. quis ſit fugiti
uus. §. apud labeone̅. ff. de edil. edic. Quā-
doq;, fuga non inducitur vt delictum princi
paliter, ſed ad probationem alterius delicti
tunc ſi quidem ad probationem alterius cri
minis probādi ſufficit ſola ſuſpitio ſicut eſt
in ſuſpecto tutore & iſto caſu ſimiliter pro-
batum eſt delictum ꝙ conſiſtit in ſola ſuſpi-
tione, & ita intelligitur text. in d. l. impube-
ribus. in fi. ff. de ſuſpe. tuto. & l. locorum. C.
4 de omni agr. deſer. lib. xij. † Quandoq; fu
ga inducitur ad probationem alterius cri-
minis in quo requiruntur plene & ordina-
rie probationes. vt l. ſciant cūcti. C. de pro-
bat. c. in literis. de teſti. & c. licet ciamor. eo.
tit. & tunc per fugam non fit plena proba-
tio. ſed nec ſemiplena, ſed qualis qualis p̄-
ſumptio ſiue ſuſpitio. vt l. lege cornelia. ff.
ad ſilla. & l. j. C. de rapt. virg. & ibi Cy. Bal.
Salyce. hoc idem tenent. & Bald. in l. j. in v.
col. C. de ſer. fug. Concluſio ergo regula-
ris ſit iſta ꝙ quotieſcunq; fuga non induci-
tur vt delictum principaliter, ſed ad proba
tionem alterius criminis ad quod proban-
dum requiruntur ordinarie probationes. vt
l. j. C. de rap. virg. & l. fin. C. de probatio. c. ī
literis. de teſti. & tunc fuga non facit plenā
neq; ſemiplenam probatione̅, ſed facit quā-
dam ſuſpitionem d. l. j. C. de rap. vir. & l. in
lege corne. ff. ad ſillā. & Bar. in l. fi. ff. de qō.
& per ea quæ diximus ſupra & notāt Mo-
der. practi. in eorum tracta. male de quibus
late memini ſupra in ti. de qō. & tortu. q. iij.
5 in materia indiciorum. † Quę quidem cō
cluſio fallit primo in omnibus officialibus
publicis ſiue ſint officiales qui preſunt iu-
ſtitie ſiue preſunt adminiſtrationi vt in au-
the̅. de coll. §. ſuper hoc. & l. iij. C. de exac.
tribu. lib. x. qui iſti ſi te̅pore ſyndicatus vel
quo reddere debent rationem adminiſtra-
tionis ſue aufugerint de loco in quo offi-
cium geſſerunt illorum fuga facit ſemiple-
nam probationem regulariter. vt d. authe̅.
de colla. §. ſuper hoc. & §. ſi quis autem. &
in auth. vt iudi. ſine quo. ſuffra. §. neceſsita-
tem & in authe̅. de exhibe̅. reis. §. ſi vero. e̅t
quidam ita ꝙ præcedente fuga hmōi actor
eius aduerſarius non cogit facere alias pro-
bationes de his quæ petit ſed ſolo eius iura-
mento ſtatur quo iuncto cū fuga officialis
inducitur plena probatio, vt in d. iuribus.
6 † Quandoq; vero inducitur plena proba
tio criminis contra reum propter odium fu
ge, vt eſt caſus in l. ſi apparitor. C. de coart.
lib. xij. vbi dicitur ꝙ ſi apparitor pendente
iudicio contra ipſum tempore ſyndicatus
ſiue redde̅de adminiſtrationis aufugerit iu-
dex debet contra ipſum emittere edictum
peremptorium, vt compareat ad ſe defen-
dendum quo non comparente poterit fer-
re ſententiam contra ipſum e̅t abſentem, &
nota ꝙ ibi eſt caſus ſingularis ꝙ in cauſa
criminali fertur ſententia contra abſentem
& contumacem & fuga habetur pro plena
probatione cuius cōtrarium diſponitur de
iure cōi l. abſentem. ff. de pœn. & l. j. & fi. ff.
de requir. reis. & l. in lege cornel. ff. ad ſille.

Source : BIU Cujas

& l.j.C.de rap.vir.cum ſi. Quandoq; au-
tem non contra ipſum fugientem,ſed cõtra
alium.ſ.receptatorem hũc fugitiuum ex fu
ga prædicta inducitur plena probatio.vt l.
conſiliarios.C.de aſſeſſo.& ibi Bart.& l.iij.
7 C.de exacto.tribu.libr.x. † Secundo fal-
lit in eo qui fractis carceribus cum conſpi-
ratione aufugit cuius fuga plenã facit pro-
bationem contra ipſum,vt l.in eos.ff.de cu.
reo.et latius declarabitur infra eo.loco ſuo.

Hæc tñ exceptio ſiue fallentia prior limi
tatur pluribus modis,vt non ꝓcedat,et pri-
mo quando quis aufugit animo reuertendi
& deinde reuerſus fuit ſponte,quia non ſu-
bijcitur pœnis prædictis nec fuga inducit
probationem contra ipſum iſto caſu,vt d.l.
deſertorem §.j.& ibi glo.ff.de re mili.& d.
l.quis ſit fugitiuus.in princip.&.§.apud la-
beonem.& ibi Bar.ff.de edil.edic.Sed qua-
liter probabitur ꝙ habebat animum reuer
tendi,dic ꝙ per teſtes, quia forſan antequã
fugeret declarauit animum ſuum corã te-
ſtibus ꝙ diſcedebat animo reuertẽdi. iuxta
no.per Barto.in l.j.§.ſi quis ipſi prætori.ff.
de oper.no.nunc.ſi vero per teſtes id pro-
bari non poteſt conſideratur conditio per-
ſone an ſit nobilis,honeſta & legalis vel po
tius vilis & ſuſpecta,& ſecundum illius cõ
ditionem iudicare fugam,vt l.nõ omnes.§.
8 a barbaris.ff.de re milit.† item attenditur
an ſit diuturna vel breuis abſentia, quia ſi
cito reuerſus fuerit, præſumitur ꝙ aufuge-
rit animo reuertẽdi,prout reuerſus fuit aut
diutius ſtetit abſens & præſumit̃ ꝙ animo
fugiendi & non reuertẽdi receſſerit d.l.de-
ſertorem.§.emanſor.& ibi gloſ.& Bart.qui
hoc bene notant.& d.l.quis ſit fugitiuus.in
prin.& idem tenet.Bal.in l.j.in v.col.C.de
ſer.fugi. Secundo limitatur , vt non pro-
cedat qñ quis aufugeret aut latitaret cau-
tus in domo non eundo per vrbem nec ap-
parendo in publicum poſt formatam inq-
ſitionem aut poſtquã curia cepit contra ip-
ſum procedere , quia iuſte timet qui timet
perſecutionem curie. ita no.dicit Bart.arg.
illius tex.in l.j.in fin.ff.de bon.eor.qui ante
ſent.&c.vbi dicit qđ fuga aut latitatio iſto
caſu ꝙ non fieret ſi adhuc nulla eſſet forma
ta inquiſitio vel accuſatio vel antequã cu-
ria cepiſſet contra ipſum procedere, quia ſi
tunc aufugeret fuga illa faceret indiciũ cõ-
tra ipſum aut ſaltem induceretur ſuſpitio,
vt l.lege cornelia.ff.ad ſilleia.ratio eſt quia
iſto caſu non ex alia cauſa q̃ propria crimi
nis conſciẽtia aufugiſſe prſumitur,ita dicit
Bar.in d.l.j.quam doctrinam diligenter no,
quia non reperi alibi,& eſt magni effectus,
9 cuius l.argumen.dixerunt quidam.†Quod
reus qui iurauit ſuper inquiſitione dicere
veritatem & poſtea dixit mendaciũ vt ſal-
uaret vitã,quia negauit omnia contenta in
ea vera eſſe ꝙ licite potuit hoc facere vt
mortem euitaret,quia iura permittunt vni
cuiq; vitam & ſanguinem proprium quo-
uis modo redimere & non tenebitur de pe
riurio,vt no.in d.l.j.ff.de bon.reo.&c. vide
Alex.in apoſtil.Bar.d.l.j.in fin.vbi dicit ita
fuiſſe conſultum per plures peritos docto.
prædicta tñ intellige eſſe vera quãdo eſt cri
men tale ex quo venit imponẽda pœna ſan
guinis.vt l.tranſigere,& quod ibi not.gl.&
Bal.C.de tranſacti.& d.l.j.ff.de bo.reo.&c.

Tertio limitatur prædicta exceptio qñ
conſtabat quod quis debebat capi de facto,
quia tunc licet aufugere & euitare violen
tiam facti,& tunc fuga prædicta non opera
tur aliquid contra ipſum,ita dicit d.Andr.
de Iſern.in conſtitu.reg.in c.vt participa-
tio,vt refert & ſequitur d.Par.de Pu.in tra
ctatu ſynd.in c.an iudex.fol.liij.in ij.colũ.in
10 volumi.meo. † Quarto limitatur vt non
noceat fuga qñ quis aufugit præſentiam ſe-
uientis iudicis,qui conſueuit eſſe multũ cru
delis cum ſubditis ſuis,& in quo plus ſeui-
tie q̃ iuſtitie reperitur ineſſe iſte enim dici-
tur iuſtus timor & fuga.iſto caſu dicitur eſ-
ſe facta ex iuſta cauſa,ita dicit idem Andr.
de Iſer.in conſti.reg.in c.grandis & c.penã
eorum.& do.Luc.de Pœn.in l.ſi coloni.C.
de agri.& cẽſi.lib.xij.vbi dicit ꝙ ſi quis ti-
met ſeuitiam impij iudicis in quo nulla eſt
iuſtitia, ſed tota crudelitas aufugeret ex cu
ria in qua tenebatur aut cuſtodiebatur de-
11 tentus non debet haberi pro confeſſo,†q͂a
de malo iudice malum præſumendum eſt l.
ſi quis per impreſsionem.C.quod me.cau-
ſa.argumen.l.non omnes.§.a barbaris.ff.de
re mili.pro quo facit ẽt quod not.Bar.in d.
l.j.§.ſi quis ipſi prętori.ff.de oper.no.nunc.
vbi dicit,ꝙ ille qui omnino aut probabili-
ter timet pœnitentiam iudicis dubitans ne
contra ipſum inuitum inſeuiat,actus ille q
fiendus erat coram iudice ſufficit ſi fiat co-
ram vicinis & amicis. idem tenet Paris de
Pu.in dicto ſuo tractatu ſyndica.in dicto ca
pitu.an iudex. qui demum offert bonam
cautelam officiali.cuius fuga faceret proba
tionem contra ipſum vt quotieſcunq; vide
ret officiales ſyndicatores ſibi inimicos &
ſuſpectos iter arripiat ad ſuperiorem cum
proteſtatione,ꝙ non intendit per illum re-
ceſſum arripere fugam,vt fugiat iuſtitiam,

Source : BIU Cujas

ſed accedere ad ſuperiorem vt audiatur in
12 cauſa ſua pro iuſtitia ſine ſuſpitione.†nam
qui arripit iter ad ſuperiorem videtur ap-
pellare & acceſſus ille loco appellationis
habetur ſecundum Hoſti.in c.vt debitus.de
appel.de quo Bal.dixit eſſe tex.in l.ſed ſi p
prætorem.§.fin.ff.ex quib.cau.maio.& ali
quid per Bar.in d.l.j.§.ſi qs ipſi prætori.de
ope.no.nun. Sequitur nunc ſecūda exce-
ptio declaranda qñ fuga ſit ex carceribus
quo caſu fuga facit plenam probationē, vt
ſupra diximus,immo facit fugientem habe
ri pro confeſſo crimen illud, pro quo deti-
nebatur l.in eo.ff.de cuſ.reo.adeo ꝙ iudex
poterit ferre ſentētiam cōtra fugientem ac
ſi fuiſſet uere cōfeſſus in iudicio,ēt ꝙ ſit ab-
ſens,ita ſentit gl.& Bar.in d.l.in eos, vt ſe-
quatur confeſsionis effectus & eſt tex.in l.
ſi apparitor.C.de coarta.lib.xij.ꝙ no.vt di
xi, quia eſt caſus exceptus contra regulā
iuris cōis vt abſens pro crimine damnari
poſsit d.l.abſentem.ff.de pœni.cum ſimili.
13 †Quod dictum amplia vt procedat etiā
in fugiente ex aliqua camera vel ex pala-
tio poteſtatis in quo detinebatur ſub cuſto-
dia.ita tenendum eſt argumen.illius text.d.
l.in eos.quia loca ipſa ſiue palatium dicitur
eſſe carcer qñ quis detinet in eo de manda-
to iudicis.vt eſt tex.& ibi notant docto.in
l.j.ff.de cuſto.reo.vide Ioan.Andr.in addi.
ad Spe.in ti.de præſum.§.ſpecies.ver.vio-
lenta. Vbi vult ꝙ ēt arreſtatus in ciuitate
aut palatio pro crimine ſi fugit in arreſto
habeatur pro confeſſo.vide ipſum qui co-
pioſe narrat iſtam materiā in d.addit. Qui
queritur an ſit neceſſe dictos fugitiuos cita-
re ad ſententiam qñ ſunt abſentes. & con-
cludit demum ꝙ non contra quem vr̄ eſſe
tex.in d.l.ſi apparitor C.de coartal.lib.xij.
vbi abſens per fugam citandus eſt ad ſentē-
tiam edicto peremptorio,vt infra certū ter
minum compareat,quo elapſo & non com-
parente iudex poterit ferre ſententiam con
tra abſentem.& hoc vr̄ eſſe magis tutū pro
ſententia,vt per edictum ſaltem citentur,vt
l.properandum.C.de indi.ꝙ tenet ēt glo.in
d.l.ſi apparitor.ideo cogita. Hæc ēt exce
ptio recipit nonnullas limitationes, & pri-
mo vt non procedat qñ quis eſſet incarce-
ratus pro inquiſitione generali,ſed ſolū qñ
ex ſpeciali inquiſitione & pro certo crimi-
ne,ita ſingulariter limitat Bal.d.l.eos.in cō
ſil.ccxxx.j.lib.ꝙ incipit primus queſtionis
articulus vbi dicit d.l.in eos,ita debere in-
telligi ſecundum ꝙ refert Ioan.Andr.in d.
addi,de qua ſupra. Secundo limitatur vt
non procedat d.l.in eos niſi fuga ipſa facta
fuerit cū conſpiratione prius habita in car
ceribus cum ſocijs hoc modo hr̄ pro cōfeſ-
ſo alias non vt dicit Bal.in d.conſi.ccxxx.
14 †Tertio limitatur vt non procedat illa
diſpoſitio, niſi qñ interuenit fractura carce-
rum alias ſi ſine fractura aufugiſſent, quia
exiuerunt per feneſtras aut per oſtium, vt
quia inuenerunt oſtium apertum, vt latius
infra dicetur non haberentur pro confeſ-
ſis,ita limitat.Bald.in dicta.l.penulti.in di-
cto conſi.qui dicit ita tenere Guil.de Cu.in
l.ſuccurrit.ff.ex qui cau.maior.idem tenet
Bal.in l.in bonefidei in.ix.col.C.de iureiu.
vbi dicit ēt ꝙ fuga incarcerati non probat
contra poteſtatē vel iudicem ſeu officialē.
Quarto limitatur vt non habeat locū in
eo qui aufugit animo reuertendi & deinde
ſponte reuerſus fuerit, quia ille non habe-
tur pro confeſſo nec incurrit pœnas de qui-
bus in d.l.in eos.quomodo autem & quali-
ter cognoſcatur ꝙ fugiens habuerit animū
reuertendi ſatis plene dictum fuit ſupra eo.
in præcedēti excep.in prima fallen. Quar
to limitatur d.l.in eos.vt non procedat qñ
fugiēs inuenit oſtium carceris apertum, ita
notanter declarauit Angel. illum text.in l.
verum.la ij.ff.de effrac.ſecundum ꝙ refert
idē Ioan.And.in d.apo.de qua ſupra, vide
aliam apoſt.ad Bart.in l.j.ff.de bo.eor.&c.
15 † Quinto limita vt non habeat locum
d.l.eos.qñ quis aufugit de licentia cuſtodis
quia iſto caſu tenebitur cuſtos & non ipſe
fugiens,ita tenuit Guil.de Cu.in l.quoties.
C.de exac.trib.li.x.& Bal.in l.ad commen
tarienſem.eo.tit.vide Ioan.And.in d.addit.
& facit text. optimus in l.conſiliarios.C.
de aſſeſſo. Sexto limita duntaxat habeat
locum in eo qui aufugit ex publicis carce-
ribus,non autem in eo qui ex priuatis car-
ceribus aufugeret,ita dicit Guil.de Cug.in
d.l.ſuccurritur.Bal.ēt ibi,ſecundum ꝙ refe-
runt Iaſ.& quidam alij Mode.in l.admonē
16 di.ſuper gl in ver.fuga.ff.de iureiuran.†&
notat ꝙ publici carceres non ſolum dicun-
tur illi qui fortibus clauibus aperiuntur &
habent perpetuos cuſtodes, verum ēt dici
poſſunt caceres publici aliqua alia camera
in palatio poteſtatis,immo totum palatium
quando pretor vel iudex ſtatueret alicui lo
cum pro carcere,quia carcer publicus dici-
tur locus ordinatione et decreto iudicis de-
putatus in quo cuſtodiat perſona ſicut eſſet
palatium poteſtatis,arx,vel alia domus, vt
notant doct.in l.j.ff.de cuſto.reo. & ideo ſi
tyrannus vel alia priuata perſona caperet

Source : BIU Cujas

aliquem & violēter detineret in aliqua arce,vel etiam in carceribus qui ſolēt eſſe publici nihilominus iſto caſu dicuntur carceres priuati, quia deſtinati ſunt per hominē nullam habentem iuriſdictionem ſuper homine capto.vide Bal.in d.l.ſuccurritur.&
17 Bart.& doct.in l.ij.ff.de priua.car. † Sed
quero quid ſi aliquis latitat & non apparet in publicum ne capiatur,an dicatur fugere. dic ꝙ non.ita dicit Bal.in l.j.in iij.col.C.de edil.actio.cui concordat dictum Bart.in l.j. in fi.ff.de bon.eor.&c.in ij.membro ſue diſtin. Et quid ſi mulier aufugit de carceribus cauſa euitande libidinis dic ꝙ non habetur pro confeſſa ſecundum Bal.in d.l.j,in iij.col. Et quid ſi aliquis fuit accuſatus ꝙ produxit falſum inſtrumentum & dum cōtra notariū qui de illo rogatus fuerat procederet de falſo, notarius aufugit, an fuga notarij noceat parti,& ī quo vide Io.An.in d. addi.de qua ſupra. Et no.vnū ꝙ dixit gl. no.ī auth.de exhi.re.§.ſi vero ēt quidā, vbi dixit arg.illius text.ꝙ ſi famulus aut ſeruitor aufugerit aut receſſerit a dño ſine licentia ꝙ omnia bona quę deficiūt in domo patroni,pręſumuntur a dicto ſeruitore fugien
18 te furto fuiſſe ſubtracta. †Poſt hęc quero
quid ſi vnus aufugit propter multa debita per ipſum contracta,quia timebat ad inſtātiam creditorum incarcerari,deinde reuerſus cum omnibus vel maiori parte concordauit an poterit poſtea per aliquem ex illis creditoribus aut per alios creditores poſteriores ratione præcedentis fuge capi,vt ſuſpectus de fuga.doc.in d.l.admonendi in gl. magna.in ver.fuga.tenent ꝙ ſic,vide latius ibi, pro quo facit text.in l.non omnes.§.a barbaris.ff.de re mili.& per hæc ſum expeditus de iſta materia fuge,de qua vide late per doct.maxime Mod.in d.l.admonendi.& quædam per Alex.in apo.ad Barto.in d.l.j.ff.de bon.eo.qui ante ſen.&c.& in l.in eos.ff.de cuſto.reo.& Ioan.And.in addi.ad Spe.in ti.de præſum.§.ſpecies. ver.uiolēta.

## De calumniatoribus,

POST carcerum liberationem vtile eſt videre de calumniatoribus q falſas vel calūnioſas accuſationes aut querelas proponunt aduerſus innocētes qualiter de ipſorum calumnia cognoſcatur & quibus pœnis puniendi ſunt, pro cuius faciliori notitia breuiter figurabo caſum,Titius a tribus nocturno tempore inſultatus fuit & tribus vulneribus percuſſus, Sēpronius qui alias ipſius Titij inimicus dicebatur hac de cauſa vel propter alias ſuſpitiones captus & incarceratus fuit,& inſtigante Gaio cōſanguineo vel amico vulnerati cōtra Semproniū proceſſum fuit in cauſa ēt vſq; ad rigoroſum examen incluſiue,ſed quia.d.Sempronius in veritate iſtius criminis innocēs erat inſtetit fortis ad omnem paragonē,quē cum iudex innocentem cognoſceret abſoluit & a carceribus liberauit, nihilominus quia in d.carceribus per plures dies ſtetit incluſus & magnas expenſas fecit , & calūnia.d.Sēpronij prętēdit ſe paſſum fuiſſe,& vult proponere contra d.Gaium accuſationem,aut querelam calumnie.

## SVMMARIVM.

1 *Iniuriam carceris & tutore paſſo quo ſubueniatur remedio aduerſus calumniatorē ſeu declaratorem eius.*

2 *Iudex reo abſoluto de accuſatoris falſi conſilio inquirere debet.*

3 *Calumniatorum tres ſunt ſpecies.*

QVERITVR modo quo
1 † iure & qua via ſuccurrit
huic Sempronio contra iſtū Gaium delatorem ſiue inſtigatorem.Reſpon.quidā dixerunt ꝙ contra Gaiū procedi non poteſt de calumnia, quia nō venit vt accuſator apertus, nec ſe inſcripſit ad pœnā talionis,& nulla acta in cauſa criminali facta fuerunt nomine ſuo, vt l.fi.C.de accu.& l.j.in princi.ff.ad turp.& l.ij.C.qui accu.non poſ. In cōtrarium eſt veritas ꝙ immo non ſolū accuſator, ſed & querelans inſtigator & ſolicitator cauſæ criminalis, ſiue ſit public.ſiue ſecretus quomodocunq; procedat tenetur de calūnia, vt eſt tex.not. in l.j.§.incidit,& ibi glo.& Bar.ff.ad turpi. & d.l.j.in prin..§.calumniari , &.§.ſed non
2 vtiq;.eo.tit.vbi dicitur †ꝙ iudex reo abſo-
luto,tunc incipit de accuſatoris aut delatoris conſilio querere qua mente & quo animo ad accuſationem proceſſerit & ſi inuenerit illum calumnioſe & doloſe ad accuſationem ipſam proceſsiſſe ſufficit ꝙ pronuntiet illum calumniaſſe quamuis pœnam certam non exprimat, lex tñ irrogat pœnā
3 d.§.ſed non vtiq;.ver,nā ſi quidem. † Et

Source : BIU Cujas

pro facilliori notitia iſtius materie premitte ꝙ tres ſunt ſpecies calumniantium principaliter,quidam enim dr̃ calumniator,quidã preuaricator,alius vero tergiuerſator. Calumniator eſt qui ſcientur & doloſe falſa crimina proponit in accuſatione vel inqſitione. Præuaricator vero eſt qui vera crimina diſsimulat. Tergiuerſator autem eſt qui in vniuerſum ab accuſatione recedit, vt no.in l.j.in prin.in ver.calumniari.ff.ad tur.his ſic præſuppoſitis deuenio ad qõnẽ.

## SVMMARIVM.

1 *Calumniator an illico præſumatur quis eoipſo quod crimen intentatum nõ probauit.*
*Pœna calumniantis eſt ſupplicij ſimilitudo.*
2 *Pœna ſenatuſ.tur.eſt in quinque auri libris fiſco applicandis.*
3 *Calumniator in probatione deficiens non punitur ſi deferre tenebatur.*
4 *Accuſans alium de crimine non auditur niſi cautione præſtita de lite proſequenda & expenſis reficiendis in caſu ſuccumbentie.*
5 *Deficiens in probatione an teneatur de calũnia,ſi per viam inquiſitionis procedatur.*
6 *Accuſans ob neceſsitatem officij,an puniatur de calumnia ſi in probatione defecerit.*
7 *Denuntiantes qui tenentur, & ſi in probatione deficiant an puniantur.*
8 *Iudex an incidat in turpillianum ex mero procedens officio,inſtigante nemine,ſi reus fuerit innocens repertus.*
9 *Iudex in dubio præſumitur proceſiſſe Zelo iuſtitie,non per calumniam aut doloſe.*
10 *Accuſator calumnioſus in extraordinarijs puniri poteſt pro motu iudicis.*

1 QVERO an eoipſo quod quis † non probauit crimen ꝙ intendit dicatur calumniaſſe, ita ꝙ de calumnia cõdemnari poſsit?quidã dixerunt ꝙ non,quia ſi iudex pronuntiat in cauſa calũnie contra accuſatorem & reliquos nõ probaſti,per iſta verba non dr̃ eſſe condemnatus de calumnia, ſed potius abſolutus,ibi dum dicit pepercit ei &c. ſi vero pronunciauerit calumniatus es ipſo incidit in turpillianum.d.§. ſed non vtiq; ver.nam ſi quidem. Sed cõtra prædicta facit text.in l.j.§.j.C.de aduo. diuer.iudicio.vbi dr̃ ꝙ eoipſo ꝙ quis defecit in probatione dr̃ calumniaſſe & calumniator condennari poterit pœna calumnie.

Quæ calumniantis pœna eſt ſimilitudo ſupplicij,vt eſt gloſ.in d.l.j.C.de aduo.&c.
2 & ibi Bart. † Pœna vero ſenatuſconſulti turpilliani.eſt.v.librarũ auri fiſco applicandarum,vt l.iij.§.fi.ff.de preuari.& ibi gl.ad contrarium ſupra formatum ita reſpondetur ꝙ reperiuntur quedam perſone,que cõpelluntur aliqua iuſta de cauſa ad accuſandum quarum quedam ſunt,que ratione ſanguinis vt vendicent necẽ defuncti ſicut mater quæ agit de morte filij,vt l.mater.C.de calum.& infra dicetur,item vxor de morte viri & econtra pater de morte filij & ecõuerſo l.calumniantes.C.eo.tit.& not.in d.l. mater & per gl.in l.athletas.§.pe.in ver.ex vtraqꝫ.ff.de his qui not.infa.quidam ſunt q ratione officij compelluntur ad accuſandũ, vt ſunt tutores,curatores,& ſimiles, vt l.ij. C.qui accuſ.non poſ.& infra clarius dicemus,quotieſcunq; enim ſunt hmõi perſone excepte que veniunt ad accuſandũ ex quadam neceſsitate vt diximus ille excuſant̃ a præſumpta calumnia,& ideo eoipſo ꝙ non probauerint non dicuntur calumniaſſe,ſed potius præſumuntur erraſſe, & iuſto errore ducti fuiſſe niſi expreſſe probetur contrarium ꝙ doloſe & malitioſe venerint ad accuſandũ,& ideo in iſtis perſonis qñ pronuntiatũ fuit non probaſti iudex pepercit ei, quia iura p̃ſumunt in eis ꝙ potius iuſto errore & iuſta de cã moti fuerint ad accuſandũ q̃ꝫ doloſe,vt ſupra diximus,& ꝓbat̃ in d.l.mater.C.de calũ.& d.l.ij.C.qui accu. nõ poſ.et ita intelligit̃ tex.in d.l.j.§.ſed nõ vtiqꝫ.ff.ad tur.& ꝙ ibi no.Bar.ita ẽt intelligit glo.illum tex.in l.athletas.§.pe.in ver. vtraq;.ff.de his de qui no.infa.ꝙ tex.ĩ d.l.j. ff.ad tur.loquit̃ in pſonis exceptis.tex.uero in d.l.j.C.de aduo.di.iudi.loquitur regulariter in perſonis priuatis & nõ exceptis in quibus procedit alia regula ꝙ eoipſo ꝙ qs nõ probat vr̃ calumniari & iura preſumũt illum calumniaſſe & de calumnia condemnari poterit niſi euidenter probauerit ꝙ aliqua iuſta de cauſa motus fuerit ad accuſandum, quæ poſſet ipſum excuſare ab illa p̃ſumpta calumnia,& ideo bene dicit Bar.in d.l.j.in prin.ff.ad tur.ꝙ iudex debet ſtatuere terminũ huic reo intra quem probet ꝙ habuerit iuſtam cauſam agendi intra quem niſi probauerit, poterit merito de calumnia condemnari,iuxta terminos d.l.j.C.de ad-

Source : BIU Cujas

uo.&c.& ꝙ ibi no.glo.& Bar.ad propoſi-
3 tum igitur quæſtionis noſtre dico † aut iſte
Sempronius eſt de perſonis exceptis qui
aliqua neceſsitate cõpelluntur ad accuſan-
dum,& deficiens in probatione non pręſu-
mitur calumniator ſiue calumniaſſe, aut nõ
erat de illis pſonis & in dubio crimine non
probato pręſumitur calumniaſſe & poterit
iudex ſibi ſtatuere terminum ad ſe purgã-
dum aduerſus illam præſumptionem intra
quem niſi ſe purgauerit poterit vt calũnia-
tor condemnari per ea quæ ſupra diximus
vide Bar.in d.l.j.§.incidit.& l.in ſenatus.§.
an ad eos.ff.ad turpi. Et ideo vt clarior ha
beatur notitia de præmiſsis diſtingue ſic.
Aut proceſſum fuit in cauſa criminis p viã
accuſationis via ordinaria,et accuſatus iſto
caſu ſi eſt innocens tutus erit & poterit iu-
re merito vindicare omnem iniuriam,quæ
ſibi inferretur in cauſa, quia accuſator non
auditur,niſi prius ſe inſcribat ad pœnam ta
lionis,vt l.fi.C.de accu.& l.j.in princi.ff.ad
4 tur.†& niſi præſtiterit ẽt idoneam cautio-
nem de proſequendo litem vſq; ad finẽ &
in euentum ſuccumbẽtie de reficiendis ex-
penſis,vt d.l.iij.C.qui acc.non poſ. Et vti
nam ordo iſte ſeruaretur hodie in omnibus
cauſis criminalibus vt iſti ẽt inſtigatores et
ſolicitatores ita facerent qñ proceditur per
viam inquiſitionis,quia non orirentur quo
tidie tot pauperum innocentium clamores
& querele, qui poſt multa damna & op-
probria graueſq; iniurias quas ſepius pati-
untur nõ cogerentur multas tollerare & dã
na ꝙ̃ plurima indebite ſuſtinere, & cautius
diſcerent viri maligni aliorũ crimina tum
falſa tum ſimulata in iudicio proponere &
in alienis calamitatibus gloriari, iuxta il-
lud Prouer.xvij.c.malus obedit lingue ini-
que, & fallax obtemperat labijs mendaci-
bus,qui deſpicit pauperem exprobat facto
ri eius,& qui in ruina letatur alterius, non
5 erit impunitus,& xiij.dr Riſus†dolore mi-
ſcebitur & extrema gaudij luctus occupat,
Quandoq; vero proceditur per viam in-
quiſitionis,& tunc aut per modum querele
& deſiſtens in probatione an cenſeatur in
dubio calumniaſſe recurrendum erit ad il-
lam diſtinctionem de qua ſupra aut erat de
perſonis exceptis,aut non , & dic vt ſupra
proxime diximus,ꝙ teneatur de calumnia
qñ conſtat ipſum calumniaſſe vel incidat
in pœnam ſenatuſconſulti turpilliani nemi
ni dubium eſt l.j.§.incidit.& ibi glo.& l.in
ſenatus.§.an ad eos,& ibi Bar,ff.ad turpit.
& diximus ſimiliter ſupra eo, Idem dicẽ
dum eſt de inſtigatore & illo qui ſolicitat
in cauſa contra aliquem vt illo deficiente
in probatione nõ euadat calumniantis pœ
nas,vt eſt caſus in d.l.j.§.incidit.et ibi Bar,
ff.ad turp.& l.in ſenatus.§.an ad eos, eo.ti.
vbi proprie loquitur qñ proceditur in cri-
mine via extraordinaria per inquiſitionẽ,
6 †Aut proceditur ad inſtantiam fiſci vel il-
lius procuratoris,& quidam dixerunt ꝙ il-
le in dubio excuſatur a præſumpta calum-
nia propter neceſsitatem officij,ſicut tutor
curator,et alij ſimiles de quibus ſupra in d.
l.ij.C.qui accu.non poſ.ſed ſi appareret de
illius calumnia ꝙ doloſe & calũnioſe egit,
non euitabit pœnas pręductas,vt d.l.in ſena
tus.§.an ad eos,& ibi Bart.ff.eo.tit.vbi lo-
quitur ẽt de iudice qui tenetur de calumnia
qñ doloſe & calumnioſe egit contra reum
ad quæ faciunt notata per Bar.in l.ſi poſtu
lauerit.§.ſi.ff.de adult.vbi ſi procurator fi-
ſci fecit torqueri ſeruum alienum nullam
habens cauſam,ex qua tortura ſeruus dete-
rioratus fuit,dicitur ibi ꝙ fiſcus & procura
tor tenentur ad eſtimationem ſerui ipſi do-
mino, & ad omnia damna quæ occaſione
prædicta paſſus fuerit, vide ibi,& vide Gã
di.in tractatu maleficio.in titu.qualiter co-
gnoſ.de malefi.per denunti.& infra proxi-
7 me dicam. † Quandoque proceditur ad
denuntiam officialis publici,prout ſunt Bo
noni,ex forma ſtatutorum in ciuitate offi-
ciales, quidam qui dicuntur magiſtrales &
in qualibet capella deputatur vnus, in co-
mitatu vero ſunt maſſarij ſiue ſaltuarij in
qualibet villa ſiue communi, & iſti tenen-
tur denuntiare curie omnia maleficia quæ
fiunt in ſua capella,vel in ſuo communi re-
ſpectiue,queritur modo ſi aliqua denuntia-
tio per officialem facta fuerit contra aliquẽ
de crimine non vero & ſic iniuſta & men-
doſa an ille denuntiator teneatur de calum
nia & incidat in turpillianum.dic aut con-
ſtat de illius calumnia & dolo, & nulli du-
bium eſt ꝙ tenetur, vt l.in ſenatus.§.an ad
eos,& ꝙ ibi not.Barto.ff.ad turpil.aut con
ſtat de illius innocentia quia deceptus fuit
ſeu aliqua alia iuſta cauſa & non tenetur,
vt d.l.j.in princip.&.§.ſed non vtique,ff.
ad turpil.aut ſumus in dubio & excuſatur
ratione officij a præſumpta calumnia,quia
quicquid facit illud agit ex neceſsitate offi
cij l.ſecunda.C.qui accuſa.non poſſ.l.ſecun
da.§.ſi publico,& ibi Barto.ff.de adulte.&
d.l.j.§.ſed non vtique, ſecundum Barto.ibi
& Bart.in l.in ſenatus §.an ad eos. in fi.eo-
dem titu, vbi expreſſe ponit caſum, & ita

Source : BIU Cujas

decidit quod maxime eſt verũ quando ali-
qua præcedebãt indicia ſecus ſi nulla, quia
tunc non euitaret aliqualem infamiam ſal-
tem facti, vt l. ob hæc verba, & ꝙ ibi not. ff.
8 de infami. † Quandoque autem inquiſi-
tio reperitur formata per iudicem ex me-
ro officio, & ex illo mero officio procedi-
tur in cauſa, nemine querelante vel inſti-
gante, & iſto caſu crimine nõ probato, que-
ritur an iudex incidat in turpillianum & te
neatur vt calumniator, breuiter dicas aut
cõſtat ꝙ iudex proceſsit nimis animoſe &
doloſe in cauſa nullis vel leuiſsimis & ina-
nibus indicijs præcedentibus, & nulli du-
bium eſt ꝙ tenetur de calumnia & incidit
in turpillianum & patitur omnes pœnas ac
ſi eſſet mere priuatus quando conſtat de do
lo ipſius, ita dicit expreſſe Bartol. in dicta l.
in ſenatus. §. an ad eos. ff. ad turpill. aut con
ſtat de eius bona iuſtitia & quod ex iuſta et
rationabili cauſa motus fuit ad inquiſitio-
nem & proceſſum contra inquiſitum pro-
pter multa indicia quæ contra ipſum ade-
rant, & non tenebitur de calumnia, immo
præſumptio iuris erit pro eo ꝙ motus fue-
rit ad litem zelo iuſtitie, prout ipſe tenetur
& non propter calumniam d. l. ij. §. ſi publi-
co. ff. de adulter. l. ij. C. qui accuſa. non poſſ.
& l. congruit. & l. obſeruandum. ff. de offic.
9 præſi. † aut ſumus in dubio & iſto caſu ſimi
liter potius præſumitur ꝙ zelo iuſtitie q̃
dolo & calumnia proceſſerit in cauſa. & ꝙ
fecerit propter neceſsitatem officij. d. l. ij.
C. qui accuſa. non poſſ. & l. ij. §. ſi publico.
ff. de adulter. & not. Barto. in dicto. §. an ad
eos. & Bart. & Bald. & docto. in l. prima. C.
de pœna iudi. qui male iudic. Alexan. in l. j.
ff. de iuriſdi. omnium iudi. ꝙ maxime præ-
ſumendum eſt attenta conditione perſone
ipſius iudicis l. nõ oẽs. §. a barbaris. ff. de re
mil. et attenta etiam conditione perſone in-
quiſite & natura cauſæ, & attẽta etiam qua
litate indiciorum iuxta not. in l. reſpicien-
dum. §. delinquunt. ff. de pœn. & l. aut facta.
eodem titu. cum multis ſimi. Et not. inquan
tum diximus ſupra ꝙ calumnie pœna eſt
ſimilitudo ſupplicij criminis obiecti. d. l. j. et
ibi gloſ. C. de aduoca. diuer. iud. hoc eſt ve-
rum in iudicijs criminalibus ordinarijs.
10 † Secus autem erit in extraordinarijs,
quia in illis calumnioſus puniẽdus erit pro
motu iudicis, ita dicit glo. q̃ ſequitur Bart.
in dicta l. prima. §. ſed non vtique in fin. ff.
ad turpilli. Quomodo autem & qualiter
probetur calumnia & qualiter procedatur
in cauſa calumnie, & quæ probationes re-
quiruntur, & multa alia circa iſtam mate-
riam, vide late Bartol. in dicta l. j. in princi-
pio. ff. ad turpillia.

## SVMMARIVM.

1 *Accuſator quocunque nomine cenſeatur de calumnia condemnatus ad expenſas etiam damnari debet.*

2 *Condemnatio expenſarum fieri debet in cauſis criminalibus parte petente ſicut in ciuilibus.*

3 *Iudex maleficiorum licet principaliter non poſsit cognoſcere de cauſis ciuilibus, poteſt tamen incidentur.*

4 *Reus abſolutus an ad ſolas agere poſsit expenſas cauſa calumnie omiſſa.*

### De expenſis, damnis, & intereſſe.

POSTREMO vidẽdum
eſt quibus modis prouidea-
tur reo innocenti vt releue
tur indẽnis a tot dãnis expẽ
ſis & intereſſe quæ paſſus
fuit in dicta incarceratione
& cauſæ proſecutione vſq; ad finem circa
quæ repetendus eſſet caſus ſupra figuratus
in ti. proximo procedenti, & ſucceſsiue oẽs
diſtinctiones & membra quæ ibi poſuimus
hic inferenda eſſent quæ tamen cauſa bre-
1 uitatis omitto. † Concluſio ergo ſit iſta ꝙ
in omnibus caſibus accuſator, delator, inſti
gator, querelans, procurator fiſci aut ſyndi-
cus, qui denuntiauit vel ipſemet iudex no-
tatur & condemnatur de calumnia in om-
nibus illis caſibus inſtante reo innocente
poterit iudex condemnare reum calumnie
in expenſis, vt expreſſe & no. tenet Bar. in
d. l. j. in prin. in fi. commenti. ff. ad turp. qui
poſt quorundam doc. opi. qui tenebant cõ-
2 trarium illis confutatis cõcludit † ꝙ in om-
nibus cauſis criminalibus ſiue proceſſum
fuerit per accuſationem ſiue per inquiſitio
nem, aut alio quouis modo fieri debet par-
te petente condemnatio expenſarum, ſicut
in cauſis ciuilibus, de quibus dicit eſſe ca-
ſum in l. fi. ſecundum vnam lec. C. de fru. &
lit. expen. circa quæ vide latius ibi per eũ.
Quę quidem expenſe peti poterunt, aut of-
ficio iudicis nobili humiliter implorato an-
teq̃ ferat ſnĩa abſolutionis vt vnico conte-
xtu ferat ſuper utroq;, aut iure actionis inſtẽ

Source : BIU Cujas

tando nouum iudicium, vt dicit Bar. in d. l. j. in prin. vbi vide latius dicta per eum, & probat tex. in l. iij. C. qui accu. non poſ. in ſi. & l. interdum §. qui furem. ff. de furt. & ibi
3 dicit, † nota quod licet iudex maleficiorũ non poſsit cognoſcere de cauſis ciuilibus, eſt verũ principaliter, incidenter tamẽ bene poterit cognoſcere cauſas, quæ deſcendũt ex crimine ſicut eſt reſtõ rei furto ſubtracte, item expenſas factas in cauſa poterit illas cognoſcere & reum in eis condemnare & taxare, vt dicit ibi Bar. & vide Bar. in l. ſi poſtulauerit §. ſi. ff. de adul. vbi dicit qđ ibi eſt quaſi caſus quod in cauſis criminalibus victus victori condemnatur in expen. vide Inno. in c. cum oporteat. in fin. magne glo. de accuſ. & per Abb. & cano. in c. calũ
4 nia, extra de pœ. † Sed quero an reus abſolutus poterit agere ad expenſas dũtaxat quas fecit, & omittere cauſam calũnie. credo quod ſic, quia iſte ſunt cauſę ſeparate ſecundum ꝙ dicit Barto. in d. l. j. in prin. ff. ad tur. tñ ad hoc vt poſsit obtinere ſententiam in cauſa expenſarum oportet ꝙ probetur calumnia accuſatoris, qua probata iudex poterit ex officio ſuo ipſum punire de calũnia, vt l. iij. C. q accu. non poſ. & hoc idẽ vñ eſſe de mente Bar. in d. l. j. in vlt. q. ff. ad tur.

FINIS.

# PERVTILIS ET QVOTIDIANVS

## TRACTATVS DE TORMENTIS SIVE DE INDIcijs & tortura, per præſtantiſsimum ac eminentiſsimum ea etate doctorem domi. Guid. de Suzaria Mantuanum, cum additio. domi. Ludouici Bolognini Bononien. Vtriuſque Iuris Docto. clariſsimi equitiſque digniſsimi in almo Bonoñ. ſtudio anno domini MCCCLXXXVIII. ad magnificos dominos. d. prætores, & eorundem aſſeſſores ac iudices ad maleficia deputatos.



GVIDO. DE SVZA.

### SVMMARIVM.

1 *Iudex torturus reum, iuris, & humanitatis meminerit nec repetere debet, ſi veritas impoſiti criminis, alia quauis via leuiori poſsit erui.*

2 *Quæſtio ſeu tortura non ex leui cauſa, aut pro quolibet crimine eſt indifferenter proponenda.*

*Indicia non quelibet ſunt ad torturam ſufficientia.*

3 *torqueri non debet quis, niſi duobus concurrentibus.*

*Tormenta reo ea ſunt moderatione inferenda, vt tortus aut innocẽtie, aut certe ſupplicio conſeruetur ſaluus.*

4 *Quæſtio, inquiſitio quædam dicitur, cũ tormentis & dolore corporis, facta eruende veritatis gratia.*

5 *Quæſtio fieri dicitur per tormentum, quaſi torquens mentem.*

6 *Iudex carcerato, qui torqueri non poteſt, alimenta denegare non debet.*

7 *Ferula in pueris, cenſetur quædam tortura.*

8 *Torqueri poteſt in caſu quilibet, cuiuſcunque ſit conditionis, aut ſtatus.*

9 *Torquendi non ſunt, qui in dignitate conſtituti ſunt.*

10 *ſtatuliber improprie dicitur, cui libertas in tempus certum, vel ſub conditione certa relinquitur.*

Source : BIU Cujas

*ta relinquitur.*

10 *Seruus quando, & contra quem torqueri poßit.*

11 *Minor quatuordecim annis nõ debet torqueri, poteſt tamen ferula vel corrigia cedi.*

12 *Ferula minoribus datur, vt veritas ſciatur, ſed non vt condemnatio ſequatur.*

14 *Decrepitus non eſt torquendus, & que dicatur decrepitas ætas.*

15 *Decrepitus in crimine læſæ maieſtatis, et hæreſeos torqueri poteſt.*

16 *Iudices eminentißimi, milites, decuriones, et eorum filij, nequaquam ſunt torquendi.*

17 *Torquens in dignitate conſtitutum in caſu non excepto in eo ſcilicet quo torqueri non debebat, capite plectitur.*

18 *Clerici presbyteri, an & quando ſint torquendi.*

19 *Quæſtio qualiter, & quo debebat moderamine fieri.*

20 *Iudicis æqui arbitrio relinquitur, & quãdo & qualiter quis torqueatur.*

21 *Iudex in dubio modum torture non præſumitur exceßiſſe.*

22 *Tortura quo ordine ſit applicanda, ſi plures torquendi ſint.*

*Pater & filius quando torquendi veniunt, a filio in patris præſentia eſt inchoandum.*

23 *Fæmina quare prius torqueri debeat quam maſculus.*

24 *Torqueri debet prius, qui veritatem nouit melius.*

25 *Iudex qualiter, & quo ordine, debeat reum interrogare.*

26 *Reus ex cauſa ciuili et criminali poteſt torqueri, ſi alias veritas non poßit haberi.*

27 *Tortura communiter in ciuilibus cauſis nõ eſt admittenda.*

28 *Indicia ſufficientia & veriſimilia quæſtionẽ præcedere debent, neque.n. in omni cauſa, aut qualibet perſona eſt proponenda.*

29 *Confeßio facta in tortura ſine indicijs veriſimilibus nulla cenſetur etiam ſi extra tormenta ratiſicetur.*

30 *Indicia qualia ad torturam requirantur, iudicis arbitrio committitur, & nu. 35.*

*Iudicantis arbitrio relinquitur quicquid a iure non determinatur.*

31 *Iudex prudẽs circa indicia indagãda ſolerter inſtare debet contra delatũ de crimine.*

32 *Conuerſatio mala eſt male operationis & conſcientiæ deprauatæ indicium.*

33 *Indicia contra delatum ſumi poſſunt ex conſtantia vel trepidatione.*

34 *Opera hominis attenduntur ex vitæ præterite geſtis.*

36 *Iuuenis cum puella repertus, vel de domo eius exiens, ſuppoſuiſſe præſumitur.*

37 *Furtum feciſſe an præſumatur is pœnes quẽ res ſubtracta reperitur.*

*Fama mala alicuius de præterito, facit eum malum præſumi, in eodem genere mali.*

38 *Iudex in quibus delictis ad torturam promptior eſſe debeat.*

39 *Mortuus iuxta domũ Titij repertus, an præſumatur a Titio occiſus.*

40 *Fuga quando indicium ſufficiens præbeat ad torturam.*

41 *Indiciũ conſurgit, ſi poſtquã dominus loquutus eſt in aure famuli, ipſe famulus aliquod crimen commiſerit.*

42 *Fama publica a ſide dignis orta perſonis, indicium ad torturam tribuit.*

*Confeßio ſocij in crimine indicium ad torturam cenſetur præſtare.*

43 *Quæſtionis ſeu torture effectus quis ſit.*

*Confeßio rei ſtatim in cauſa criminali non præiudicat ei, nec plenã facit probationẽ.*

44 *Confeßio in ciuilibus, in quibus differẽs ſit a confeßione facta in criminalibus.*

45 *Confeßioni in tormentis, vel eorũ formidine emanate, non creditur.*

46 *Cõfeßio rei de crimine, an debeat ratificari, vel reiterari antequam poßit condemnatio ſequi.*

47 *Conuictus de crimine non poteſt appellare, poteſt tamen confeſſus confeßionem ratificare aut reuocare.*

48 *Confeßio ſponte facta, poteſt ſtatim ratificari vel reuocari, ſed ea quæ in tormentis*



Source : BIU Cujas

fit, non ſtatim ratificari debet.
49 Defenſio non eſt deneganda ſponte cõfeſſo.
50 Torto contra alium confeſſo quando credatur.
51 Tortus de ſe confeſſus, de alijs interrogari non debet.
52 Torqueri cõtra alios in quibus caſibus quis poßit.
53 Inculpati ſeu accuſati a torto, an ob huiuſmodi præſumptionem poßint torture applicari.
54 Inculpatio ſola a torto facta, non facit indicium ſufficiens an torturam.
55 Inculpatus a torto, an ſaltẽ poßit ſubijci torture, ſi ſit male conuerſationis & fame.
56 Accuſatus de furto, ſi tortus cõfiteatur, an poßit torqueri pro aliјs furtis, de quibus cõtra eũ non habentur indicia.
57 Quæſtio an poſsit alicui repeti ſine nouo indicio.
58 Iudex dolo malo, & ſine cauſa, qõni ſeu torture aliquem applicans capite punitur.
59 Tortura & repetitio eiuſdem non niſi legitime fieri debet.
60 Iudex quid facere debeat, torto dicente ſe nihil ſcire, & nil dicturum etiam ſi per decennium torqueretur.
61 Indicia dicũtur noua, quæ a primis differũt ſpecie vel ſubſtantia.
62 Reus petens defenſionem contra indicia ad torturam, an ſit audiendus.
63 Reo ante torturam aduerſus indicia contra eum recepta datur defenſio.
64 Princeps poſt ſentẽtiã latã, ad confeſsionem factam in tormentis, defenſionẽ concedit, ſi de innocentia damnati conſtiterit.
65 Defenſio nullatenus eſt deneganda reo, etiã ſponte aut coacte confeſſo.
66 Teſtis tortus & in tortura cõfeſſus per errorem an poſsit ante ſententiam ſuum errorem reuocare.
67 Defenſionis facultas ante pœnæ impoſitionem nemini debet denegari.
Defenſio & probatio vſque ad ſententiam fieri poſſunt.
68 Confeſsio in tormentis facta & ſtatim reuocata, an poſsit aliquid operari in præiudicium confitentis.
69 Confeſsio metu tormentorum facta abſq; perſeueratione, nullo modo præiudicat.
Tortus confeſſus per diem naturalem quieſcere debet antequã cõfeſsionẽ ſuã ratificet.
70 Cõfeſsio torti, nullis, vel nõ legitimis præcedentibus indicijs eſt nullius valoris.
71 Confeſsio ſponte facta, nullis etiam indicijs præcedentibus, eſt valida, quam ſequi poteſt condemnatio.
72 Confeſsio quæ in tormentis facta dicatur.
Percutere, & frameam vibrando minari, paria ſunt.
73 Confeſsio quæ fit apud tormẽta, in tormentis cenſetur facta.
74 Quæſtio ſeu tortura etiam dicitur, ſi in turri recluſo alimenta denegentur.
75 Detentus in carcere vt ſiti moriatur, torqueri dicitur, & ſi confiteatur eius confeſsio nulla erit.
76 Territio ſeu timor leuis non inualidat confeſsionem de crimine delati.
77 Confeſsio facta ad verba iudicis dicentis reo, aut confitere, aut ad tormenta duceris quando valeat.
78 Reus confeſſus, ad quem locum duci debeat in confeſsione perſeueraturus.
79 Interuallum confeſsionis & reductionis rei ad perſeuerandum quantum eſſe debeat.
80 Quæſtio quibus præſentibus fieri debeat.
Aduocatus in examinatione non poteſt præſens eſſe, licet bene in iuramenti delatione.
81 Liber homo in quibus poſsit torqueri caſibus.
82 Homo liber & in ſe & in alios, ex aliquo crimine delatus, torqueri poteſt.
83 Liber poteſt torture ſubijci indifferenter.
84 Principales perſone, ſunt etiã ad veritatem eruendum, quæſtioni ſupponende.
85 Iudex in tortura modum excedens, & membra delati debilitans an & quo iure teneatur.
86 Propinquus propinquũ corrigẽdo modum

Source : BIU Cujas

*excedens tenetur.*

87 *Iudex in torquendo modum excedens non tenetur lege cornelia de ſicarÿs.*

88 *Iudex modum in torquendo excedens, non iudex, ſed priuatus eſſe fingitur.*

89 *Torto in tortura deficiente, non tenetur iudex, ſi indicia præceſſerint.*

90 *Teſtis vnicus an faciat indicium ad torturam ſufficiens.*

91 *Infamis teſtis indicium ad torturam nō facit, debet enim teſtis fame eſſe integre.*

92 *Teſtis ſolus de viſu non facit indicium.*

93 *Queſtio ſeu tortura an poſsit dari, maleficio tantum per famam probato.*

94 *Dictum vnius teſtis cum fama, indicium ſufficiens probet ad torturam.*

95 *Fuga fugientem ſuſpectum monſtrat.*

96 *Poteſtas habens arbitrium procedendi secūdum ſuam conſcientiam, an poſsit ſupplere defectum probationis indicÿ.*

97 *Iudex vigore arbitrÿ ſibi dati poterit torquere ad dictum vnius teſtis de viſu deponentis.*

98 *Præſumptio iuris, violenta dicitur, & quid operetur.*

99 *Indicia indubitata quæ dicantur, & quādo quis torqueri poſsit, ſtatuto ſtante quòd nullus ſine indicÿs indubitatis torqueatur.*

100 *Indicia plura probata an & quando faciant vnum indicium indubitatum.*

101 *Præſumptio violēta cōtra aliquē, q̄d quēpiam occidi fecerit, qualiter probetur.*

102 *Cauſa criminalis præſumptionibus et argumentis cognoſci poteſt & terminari.*

103 *Probationes diuerſi generis non iunguntur ad condemnandum in criminalibus.*

104 *Milites noſtri temporis an poſsint quæſtioni ſubÿci.*

105 *Milites hodierni, p̄ plateas quotidie occioſi, torture poſſunt applicari, ſicut alÿ priuati. Milites noſtri tēporis pro debito contractus vel vltime voluntatis carcerari nequeūt.*

106 *Inſignia ſola militie non faciunt quē militum gaudere priuilegÿs.*

107 *Presbyteri non ſunt torture ſupponendi, licet bene clerici de iure ciuili.*

108 *Iudices et aduocati an poſsint ſubÿci qōni.*

109 *Aduocati nec de iure nec de conſuetudine poſſunt torqueri.*

110 *Conſiliarÿ ciuitatum de iuris ſolennitate torqueri non debent, decuriones enim dicuntur.*

111 *Iudex conſiliarios torquens ſeu decuriones capite punitur.*

## Guido de Suzaria.

DE QVÆSTIONIBUS plenius tractaturus videndum eſt quid ſit qō. Quæ perſone poſsint torqueri & q̄ non. Et qūo debeat inquiſitio, ſeu qn̄ fieri, ſeu quo moderamine, & quo ordine ſint habenda tormēta, ſeu homines torquēdi. Ex quibus cauſis, & quę oporteat præcedere qōnem, & quis ſit effectus quæſtionis. Denuo formabo quaſdam vtiles, & quotidianas qōnes ſuper prædictis, & vt iudicibus immodice ſeuientibus aliqua tēperies imponatur vt C. de cuſt. reo. l. ij. prænotabis quinque magiſtralia ad hūc
1 tractatū. † Primum quod iudices qui de aliquo habere qōnem intendunt ante omnia iuris & humanitatis conſideratione habeant vt non facile ad tormenta procedāt nec repetent, quantuncūq; adſint veriſimilia argumēta, ſi aliqua leuiori via pōt obiecti criminis, prius veritas reperiri. ff. de qō. l. diuus. j. c. & ij. reſpōſo. l. edictū, C. eo. l. quoties. ff. de rei ven. & l. ſi poſſeſſor. & not. ff. pro ſoc. l. ſi inter. §. idem rn̄dit in glo. ordi.
2 † Secundū eſt notandum ꝙ ex qualibet leui cauſa, nec pro quolibet crimine, nec indifferēter de qualibet perſona habēda eſt qō. d. l. edictum. Tertium notandum eſt ꝙ non quælibet indicia ſunt ſufficientia ad tormēta habenda tunc enim torquendus eſt reus cum ſuſpectus eſt, & indicia præceſſerint, vel ſimilia, & alia ꝙ ſola quaſi torquendi ceſsio dicere videatur. l. j. j. & ij. rn̄ſo. ff. de
3 quæſtio. † Quarto notandū eſt ꝙ in quæſtione nō eſt aliquis torquēdus niſi duo cōcurrāt, ꝙ noua ſuperuenerint indicia, & ꝙ tortus i fortitudine corporis animiq; duraue

rit vt ff.de qõ.l.vnius.§.j. Quinto notandũ eſt,ꝙ iudices hoc tẽperamentũ teneant, vt tormẽta nõ ſumãt de aliquo in imenſum nec quãta poſtulauerit accuſator,ſed prout moderate rationis tẽperamẽta deſiderant, adeo,ꝙ tortus ſaluus innocẽtie vel ſupplicio conſeruetur.vt ff.de qõ.l.j.§.qõnis ibi,
4 teneri eum &c. †Quid eſt qõ?quæſtio eſt inquiſitio,quę fit ad eruendã veritatem per tormenta & corporis dolorẽ. Nuda igitur interrogatio vel leuis territio non pertinet ad hoc edictũ.vt.ff.de iniu.l.apud labeonẽ. §.adijcitur,verſicu,qõnem.& ff. ad ſille.l. j.§.quæſtionem.

Additio domini Ludouici.

Circa hanc quotidianam & vltimã materiã tormentorũ,non dico vtilem tamen pro torquendis, ſed potius quo ad eos horrendã & inutilẽ,licet multũ practicabilẽ,vt vides d.author fecit quinque principales dubitationes,in quibus vis tota eius conſiſtit,cũ declarationibus, interpretationibus,& limitationibus per me in vno quo
5 que paſſu inferius ſubijciẽdis. †Et primo circa hoc primũ ꝙ qõ fit ad eruendã veritatem per tormenta & corporis dolorẽ &c. dicas ꝙ hoc verũ eſt , ſed iudicio meo etiã dr̃ fieri per tormentũ,quaſi torquens mentem,a torqueo,torques, ita reperio dixiſſe do.Abb.in c.cũ in contemplatione in j.col. in prin.in ver.& ꝓ intellectu materie &c. extra de reg.iur. Plus dico ꝙ ẽt denegatio victus dr̃ ſpecies torture.text.eſt in d.§.
6 qõnum & ibi gl.†& ideo male facit iudex denegans alimẽta carcerato,qui non poſsit torqueri,ſecundũ Barto.in l.j.§.diuus.ff. de qõ.& do.Angel.Aret.in ſuo libello maleficio.in verbo,fama publica præcedẽte.in ij. col.& adeo requiritur corporis,vel mentis dolor,ꝙ ſi iudex fecit quẽ ſpoliare vt torture eũ præberet,ſi cõfiteatur crimen non dr̃ confeſsio eſſe extorta metu tormentorũ ſecundum Nico.de Nea.in l.nouiſsime.ff. de fal.tut.au,licet Salyc.in hoc vltimo teneat contrariũ in l.ij.C.de cuſto.reo. & forte melius.nã ſi denegatio victus inducit ſpeciem torture,idẽ in ſubiecto torture, & iam ſpoliato vt torqueatur,nã ineſſe vr̃ l.lecta,ver. dicebam.ff.ſi cer.pet.& facit l.pen.ff. de te-
7 ſta.mili.†pro quo facit qa ferula dr̃ eſſe ſpecies torture in pueris l.j.§.impuberes.ff.ad ſil.& eſt glo.ꝗ̃ commendat ibi Bal.in l.fin. C.ad ſil.& Bar.in l.ex libero.§.ex minore. ff.de qõ.ad idẽ facit,quia ſi filius torquetur, ꝓut torqueri debet ante patrẽ, corã patre, pater dr̃ quaſi tortus.l.ſed veteres.ff.de noxa. & infra dicemus poſt authoritatẽ in.§. quo ordine &c.& tñ corpus eius nõ tangitur,præterea ductus ſolũ ad locũ torture, ſi confitetur dr̃ cõfeſſus in tormentis l.ij.C.de quo app.in verſi.fortitudine tormẽtorũ. & dicetur infra poſt authoritatẽ in ver.quero quæ dicitur confeſsio &c. neque omnibus iſtis modis dicitur quæſtio habita.

Guido de Suzaria.

8 Quæ aũt perſone†pñt torqueri & quę nõ.& certe torqueri pñt tã liberi,ꝗ̃ ſerui,& liberti,& ſtatu liberi.l.edictũ.de qõ.l.ex libero & l.diuus.& tã maſculi,ꝗ̃ fœmine, niſi ſint prægnantes, vt l.prægnãtes.ff.de pe.& ꝗ̃ꝗ̃ contra dixerit, dic indubitanter liberos homines,tam in ſe principaliter,quã alios poſſe torqueri.ff.de qõ.l.ex libero in princi.l. vnius.§.teſtes.& C.ad l.corne.de fal.ſicut.& l. ſi quis decurio & ff.de re mili.l.proditores.& in auth. vt iudi.ſine quo.ſuffra.§.oportet.colũ.ij.& C. de qõ.l.milites vbi indiſtincte loquitur quo ad crimina.& quo ad perſonas cuiuſcũ
9 que cõditionis†excepto ꝙ in dignitate poſitos torqueri permittit, vt C. de infami.l. nullã vbi de hoc. & C. de aſſeſ.l. nullus.ad fin.omnia prędicta iura loquuntur de quæſtionibus habẽdis de liberis hominibus.

Additio domini Ludouici.

Circa hanc ſecundã concluſionem,de perſonis torquẽdis,ſeu quę torqueri pñt.adde ꝙ dictũ in liberis ipſemet author cõfirmat infra verſi.ſed nunquid liber homo &c.Et idẽ dicendũ eſt etiã in ſtatuliberis text. eſt in l. ſtatuliberũ.
10 ff. de qõ. †& ſtatuliber dr̃ ille cui libertas eſt relicta in certũ tẽpus, vel certa conditione interim.l.j.& per to.ff. de ſta. libe. & ita in terminis voluit do.Abb.in c.cũ in contẽplatione.in vlt.col.circa fi.in verſic.ſi vero ſunt ſtatuliberi &c.extra de reg.iur.& voluit Bar.in l.diuus pius.ff. de qõ. & Angel. Aret.in ſuo tract.maleficio,in ver.fama publica præcedente,in ver.vj.quero quę perſone &c.vbi dat regulã generalẽ ꝙ omnes
11 pñt torqueri niſi ſint excepti a iure. †De ſeruis aũt,dicas tu clarius, ꝙ aut volumus torquere contra extraneum. & indiſtincte poſſunt.aut cõtra dñm,& nõ pñt,niſi in ſubſidiũ,niſi ſit ſuper facto cõi domini & ſerui.l.quicũque.C.de ſer.fug.& niſi in criminibus exceptis,vt læſæ maieſtatis,& ſimilibus.ita voluit do.Abb.vbi ſupra in vlt.verbis licet do.Ange.vbi ſupra ſimpliciter dicat ſeruos torquendos,

Source : BIU Cujas

Guido de Suzaria.

12 *Excipiuntur* †quædã ꝑſone quas ius torqueri nõ ſinit ſcilicet quędã pp eta-
tē vt minores.xiiij.an,nã torqueri non pñt,
tñ poſſunt ferula cedi, vel terreri corrigia
ad eruendã veritatē. vt ff. ad ſil.l.j.§.impu-
bes.& l.excipiuntur.ff.de qõ.& l. de mino
re.j.reſpõſo.& l. ex liber.§.de minore.

Additio domini Ludouici.

13 *De* hoc ſupra dixi in j.c.ideo non repe
to hĩ.† Sed not.nũc vnum ꝙ feru
la qua torquentur iſti minores.xiiij.
an.datur ſolũ vt veritas ſciatur, nõ aũt cõ-
demnetur,ſecũm Barto.in d.l.ex libero.§.de
minore.& Bal.in l.fi.C.ad ſil.vbi dixit limi
tando prædicta,vnũ notabile verbũ,ꝙ hoc
procedit ĩ minore,maiore tñ infante, ſecus
autem in infante ſecundum eum ibidem.

Guido de Suzaria.

14 *Item* †etati decrepite ſubuenitur, &
nõ torquetᷣ.ſed quę dr̃ illa etas de
crepita,cui debeat ſubueniri, re-
ſpondeo vt ff.ad ſil.l.iij.§.ignoſcitur.

Additio domini Ludouici.

*In* hoc de decrepito adde tu,ꝙ idem vo-
luit Ang.in d.ſuo tract.maleficiorũ.in
verbo,fama publica pręcedēte &c.in
15 ver.vj.quęro quę perſone &c.†vbi limitat
pręterq̃ in crimine læſæ maieſt.& hæreſis,
& ſimilibus. Nã cũ in iſtis caſibus doctor
& miles & oẽs exceptuati poſsint torque-
ri,ꝓut infra dicemus in locis ſuis.idē & mul
to magis dicendũ eſt in de decrepito, vt nõ
excuſetur,quin torqueatᷣ, quo vero ad eta-
tē quæ dicatur vltra text.in d.§.ignoſcitur,
dicas prout hr̃ in c.vlti.lxxx.di.& per Io.
And.in prohemio.vj.li.& hr̃ in hoc verſu.
Infans,inde puer,adoleſcens poſt, iuuenis,
vir,Dicitur inde ſenex,poſtea decrepitus.

Guido de Suzaria.

16 *Item* in dignitate poſiti† nõ torquētur
vt eminentiſsimi iudices & mili-
tes,& decuriones,& filij,& nepo
tes prędictorũ,ne in eis aliqua pudoris ma-
cula aſpergatur,vt l.milites.& l.diuo Mar-
co,& l.decuriones.C.de qõ.& l.fi.ff. de de-
cu,ſed in quibuſdã caſibus, dignitas nec mi
nor etas prębet excuſationē,quin torqueatᷣ
vt in crimine læſæ maieſta.& in proditori-
bus,& quibuſdã alijs, vt l. de minore. pri-
mo reſpõſo.& l.ex libero.§.j.de qõ.& l. de
ſertor.ff.de re mili,& l.his.& l. proditores.
itē decuriones in alio caſu torquentur cum
tēpore decurionatus queritur de fi.inſtru.ꝙ
ante decurionatũ cõfecerant,& l.ſi quis de-
curio.C.ad l.corn. de fal. itē mulieres quo-
uſque ſunt prægnantes torqueri non poſ-
ſunt l.prægnantis.ff.de penis.

Additio domini Ludouici.

*Circa* has ꝑſonas priuilegiatas, adde
tu,ꝙ idē voluit,do.Abb.in c. cũ
in cõtemplatione,in j.col.in ver
ſi.v.quero homines &c.& Ang.in d.ſuo tra
17 cta.in ver.vj.quero &c.dicēs† ꝙ ſi quis tor
queret aliquē de prioribus,vel de ancianis,
qui ſunt loco decurionũ puniretur pœna ca
pitis,niſi eſſemus in criminibus exceptis al
leg.tex.in l.fallaciter.C.de abo.& Bal. in l.
qõnes.C.de decu. Plus dico ꝙ cõſuetudo
inducēs, ꝙ perſone priuilegiate torquean-
tur,non vʒ tex.eſt in l. oẽs iudices. per quē
tex.ita determinat ibi Bart.C.de decu. lib.
18 x. †Præterea ſcias,vltra perſonas enume
ratas per authorē, idē dicendũ eſt in cleri-
cis ſecundũ quoſdã,quos refert do.Abb. in
d.c.cũ in contēplatione. vbi tamē ipſe po-
ſtea decidit contrariũ, & plus dicit ꝙ etiã
ſi eſſent presbyteri poſſunt torqueri.ſubdit
tñ,ꝙ clerici in vno ſunt priuilegiati,ꝙ tor-
tura non debet eſſe ita ſeuera in eis, ſicut in
laicis,vnde nõ debent ſupponi aculeis,vel
funiculis, ſed virgis ſeu corrigeatis alleg.
tex.in c.j.in fi.xxiij.q.iij.

Guido de Suzaria.

19 *Qualiter* inquiſitio† ſeu qõ fieri de
beat & cũ quo moderami
ne ſint habēda tormenta?
dic nõ eſſe in immenſum tormēta habenda
nec quãta poſtulauerit accuſator,ſed vt mo
derate rationis &c.l. de minore.§.tormēta.
de qõ.circa hoc nõ põt certa tradi doctrina
ſed iudex conſideret torquendũ, cuius ſit
fortitudinis,vel debilitatis, cuius valitudi-
nis,cuius ętatis,& ſecundũ veritatē perſo-
ne varietatē, criminis ſeu alterius negotij
qualitatem,qñq; ſuperioribus, qñq; minori
bus tormētis vtatur.ꝙ hęc ſint conſiderãda
probatur per iura.ff.de re mili.l.iij.§.fin.ff.
ad ſil.l.ſi quis in graui.in prin. ſic ergo tor-
queat,vt innocētie,vel ſupplicio,ſeruet in-
columē,vt l.qõnis.ff.de quęſtionibus.

Additio domini Ludouici.

*Circa* modũ ſeu moderamē tormento
rũ,domi auctor recte loquutus
eſt cuius dictis adde,ꝙ idē vo-
luit.do. Abb.in d.c. cũ in contēplatione. in
j.col.in ver.iij.quero qualis debet eſſe &c.
idē voluit Dyn.in ſuo trac.maleficio.ĩ ver.
fama pub.ꝓcedēte &c.in ver.vij. quero cũ
20 quo moderamine &c.vbi ſubdit ꝙ†hoc re
ſidet in pectore boni iudicis, qui cõſidera-



Source : BIU Cujas

bit omnia prædicta, adeo ꝙ ſi indicia præcedãt, & ĩ actis appareat de eis, ſi iudex quẽ torqueat, & tortus moriatur, non tenetur. l. ſed an vltro. ff. de nego. geſt. & voluit Cyn. Bald. & Saly. in l. gracchus. C. de adulte. & Bar. in l. qõnis. ff. de qõ. & Ang. in l. iij. C. de adul. & do. author. infra in ver. an ſi iudex in tormentando &c. in quibus locis ſubdũt præfati ſcriben. ꝙ hoc eſt verũ, dummodo iudex non fuerit egreſſus terminos torture,

21 † & in dubio non pſumitur egreſſum fuiſſe, vnde dicenti contrarium incumbit onus probandi. ꝙ dicit ẽt not. dignum Ange. vbi ſupra de quo vide etiam per do. Gand. in ſuo tract. maleſi. in rub. de qõ. in queſtione quæ cõfeſſo dicatur facta metu &c. & Ang. in l. j. de vi pub. Bald. in c. iudices. in titu. de pa. iur. fir. in vſi. feu. & Bal. in rub. C. de pœna iudicis qui male iud. & do. Gaſpar. Calde. in c. j. extra de depoſito.

Guido de Suza.

22 *Quo ordine* † ſint habenda tormẽta, poſito ꝙ a pluribus ſint habenda, reſpondeo ſagax iudex conſiderabit a quo facilius erui poſſit veritas, vt ab illo quæſtio nẽ incipiat a timidiori, a magis ſuſpecto, a debiliori, & non a fortiori, vt l. j. §. j. & l. vnius. §. j. de qõ. itẽ ſi torquẽdi ſunt pater & filius a filio incipiendũ eſt in patris cõſpectu, quia per hoc dicet citius pater cum ipſe magis torqueatur, vt ff. ꝙ met. cauſa. l. iſti quidem in ſi. & l. ſi veteres. de noxa. itẽ fœmina priuſquã homo torqueatur, quia homo tanquam maioris conſtantie tardius cõfitetur, & mulier citius momentaneũ & inſtabile cor habet l. filia in obritate. C. de inoffi. teſta. c. forus. extra de ver. ſig. l. defer. re. in prin. de iur. iſi.

Addi. do. Ludo.

*Circa ordinem* torquẽdi do. author recte loquutus eſt, cuius dictis adde, ꝙ idẽ voluit Dy. in ſuo tracta. de qõ. in ver. quo ordine &c. & Bar. in l. j. ff. de qõ. & Ang. Aret. vbi ſupra proxime in ver. fama publica præcedẽte. in ver. nunc videamus &c. vbi alleg. Ang. in l. ſi. C. de queſtio.

23 † & dũ loquitur de fœmina quæ prius tor. torquenda eſt quam maſculus, alleg. ipſe aliam rationem quia fœmina eſt debilior, alleg. text. in l. filia. C. de inoffi. teſta. ſed tamen contra hoc facit glo. in l. nihil. de adul. quæ dixit, ꝙ fœmina ſuſtinet grauiora vulnera ꝗ̃ maſculus. vnde dicas, ꝙ tutior eſt ratio do. authoris, quia fœmina habet cor momentaneum & inſtabile, de qua materia vide per Bar. in l. j. ff. de offi. præfe. vigi. vbi dixit, ꝙ de re furata prius torqueri debet, & Bar. in l. diuus. §. reorũ. ff. loc. & Bar. in l. ſi ita. ff. de fun. inſtru. & Bald. in l. j. C. loca. vbi dicunt ꝙ vicinus pximior debet prius torqueri. & Bart. in l. quoties. C. de naufra.

24 lib. x. vbi dicit † ꝙ ille debet torqueri qui prius nouit veritatem. & fa. l. j. in prin. & l. ex libero. §. j. de qõ. vbi probatur ꝙ prius torquẽdus eſt iuuenis quã ſenex, tanquã minus ſtabilis. præterea ſcias circa iſtum ordinem tormentorum, ꝙ iudex debet cauere vt non interroget inculpatum, an percuſſerit Gaium in brachio, cum enſe tali die, & tali loco quoniã iſtud eſſet inſtruere ipſum & per ſuggeſtionẽ inducere eũ ad ſic confitendũ, vt eſt tex. in l. j. §. qui quæſtionem. ff.

25 de quæſtio. & in hoc voluit Bartol. † debet ergo interrogare eũ in genere, ſi cũ aliquo fecit aliquam rixam, & poſtea deſcendendo ad ſpecies, ſi cũ Gaio, & poſtea ſi Gaiũ vulnerauerit, nõ autem magis in ſpecie inclinet. vel rectius faciet iudex, ſi ſolum interroget, ſi aliquod maleficium cõmiſerit, nec vlterius interroget alias forte ille doctus diceret metu tormentorũ, ꝙ nunquã ſi ſciret diceret, nec dicere potuiſſet. ita voluit Ang. Are. in d. trac. ſuo in verbo, fama publica in ver. iij. ſit bene cautus iudex &c.

Gui. de Suza.

26 *Ex quibus* cauſis † torqueantur homines, reſpon. ex ciuili, & criminali, & tũc cum veritas haberi non poteſt, vt ff. de quæſt. l. diuus. & l. ex libero, & l. quoties. C. eod. tit. & no. Azo. in ſum. eo. ti. §. torquentur.

Addi. do. Ludo.

*Circa cauſas* queſtionis habẽde, optime loquutus eſt do. author, cuius dictis adde do. Abb. in d. c. cũ in contemplatione in j. col. extra de reg. iur. † tamẽ ſcias

27 ꝙ in cauſis ciuilibus regulariter tortura nõ permittitur, d. l. diuus. & l. etiam. & ibi Bar. de quæſtioni. & Ang. Are. in d. verbo fama niſi pro delicto ciuiliter conueniatur ſecundum Bal. in c. dilectus. extra de app.

28 *Non tamen* omni cauſa † quis torquendus nec quelibet perſona indifferenter, cum oporteat præcedere quæſtionem indicia ſufficientia & veriſimilia, nec a tormentis eſt incip. l. prima. j. reſpon. ff. de queſtio. nam ſine indicijs, vel ſine præſumptionibus quis torquendus nõ eſt, vt l. vnius. §.

Source : BIU Cujas

in ea.ff. de quæſtio. & l. maritus. & l. fina. C.de fal.l.ſicut in fin. & certe a rectoribus eſt valde conſiderandum, & ponderoſe, nũquid præcedentia indicia ſint veriſimilia, & ſufficientia ad habendũ torturam, cũ ad talia reſtitutio, vel appellatio ſubſequens prodeſſe non poſsit, nam plures dum torquētur perimere ſolent l. aut damna.§.j.ff. de pe,& quod torturã præcedere debeant indicia, probatur per iura in l.milites, & in l.cum cognitio naturalis.C. de qõni.

Addi.do. Ludo.

*In hoc* quod indicia omnino præcedere debeant torturã, idem reperio voluiſſe do.Abb. in c. cũ in contemplatione in j.colum. circa prin. extra de regu.iur.& do.Ang.Are.in ſuo libello male.in ver.nunc videamus &c. in hoc
29 nemo diſcrepat, ſed plus dicas† ꝙ intantũ debent præcedere indicia ad torturã, & ẽt ſufficientia,& legitima quæ qualia ſint infra dicam, ꝙ confeſsio aliter facta, ẽt ſi ex poſtfacto ratificetur, etiam ſi extra tormenta, non v3. nec poteſt illa confeſsione condemnari.caſus eſt not.in l.qõ nis.ſecundum vnam lectu.gl.approbata.ff.de quæſtio. do. Gan.in tract.male.in rub.incip.quero nunquid confeſſus in tormentis non præcedentibus &c.& Ang.& Pau.de Caſt.& Ioã.de Imo.in l. qui in aliena.§.celſus.ff. de acqui. hære.& Saly.in l.ij.in vlti.colũ.C. de cuſt. reo.& Pet.de Ancha.in clemen.j. extra de ho.& in conſi.xxij.incip. in Chriſti nomine viſa inquiſitione formata i philippũ &c. & do.me.Alexan.in conſi.v.in j.colum.incip.in cauſa inquiſitionis formate cõtra Va le.&c.in j.vol.& in conſi.lij.in ij.volu.per totum incip.viſo themate &c. & in conſil. cxlij.in ij.colum.in ij.vol.incip. an ille qui primo fuerat iniuſte tortus &c.quia ſecundum eum poſtquam ſemel fuit indebite tortus præſumitur ſemper ſubeſſe ea.cauſa iuſti timoris, & ideo non valet talis confeſſio, niſi præcedant indicia ſufficientia & legitima.& idem voluit author infra in ver. ſed quid ſi aliquis tortus eſt nullis &c.

Gui. de Suza.

30 *Quæ & qualia* indicia † requiratur vt qs poſſit poni ad torturã, reſpondeo nõ poſſunt dici, vel oſtẽdi, vel de eis certa deſcriptio, vel doctrina dari, ſed hoc cõmittitur arbitrio iudicãtis, vt ff.de teſti.l.iij.in prin.ibi tu magis ſcire potes,& ſicut dicimus de acceſsione & mora, vt ff.de diuer.& temp.pręſcrip.l.de acceſſionibus,& ff.de vſur.l. mora. & generaliter, omne ꝙ non determinatur a iure, relinquit arbitrio iudicãtis, vt eſt videre in pœnis a iure non determinatis vt l.hodie. & l. ſanctio.ff.de pen. & ff.de effra.l.j.§.quibus nulla.ſic de tempore dicimus, ꝙ indeterminate profertur, vt ff.de iure deli.l.j. cum ſi. poſſumus tamen in genere talem doc.trade
31 re, † ꝙ aſtutus iudex debet ſolenniter inſtare ad indaganda indicia cõtra delatũ ex aliquo crimine.nam indicia ſunt alijs probationibus proxima, & dicuntur quaſi demonſtratiua veritatis,& probationum adminicula, vt C.de proba.l.inſtru. & l. fina. ſunt.n.indicia pars ꝓbationis clare, vt C. qui teſta.fa.poſ.l.hac conſultiſsima.§.de inde.ibi indicia &c.Nã indiciũ dicitur ab indicando, vnde indicia.i.adminicula demonſtratiua ad indicandum veritatem, vt C.de adul.l.ſi qs adulterij. & l.ſolent.ff.de pręſc. verbis.Querat iudex & inſtanter indaget, cum quibus,& per quę loca conuerſabatur
32 delatus, quem torqueri intendit, †quoniã mala conuerſatio eſt male operationis indiciũ vt ff.de admi.tut.l. plures.§. aſsidue. nã ex mala cõuerſatione, quis ẽt bonus efficitur vitioſus, vt ff.de edi.edic.l. edilem.§.pedius.ibi alleg.fore, vel vinearius ad dictum Philoſophi, qualis quiſque eſt tali cũ ſocio delectatur.itẽ conſideret loca in qbus conuerſabatur, quia ſecũdũ locorũ varietatẽ varie colliguntur coniecture vt C. ſi man. fue.alie.l.fi.ff.de pe.l.aut facta.§.euenit. itẽ intereſt querere, ſi erat inimicus offenſi, vel ſi aliqua offenſio interuenerat inter eos, qa tũc eſt pręſumptio, qa inimico malũ cogitatur facere,& facile a iure pręſumitur, vt ff. de his quibus vt indig.l. ſi inimicitie.ff. de adimẽ.leg.l.iij.§.fi.& de qõnibus l.j.§.quęſtioni.itẽ ſtudeat inuenire cuius eſtimationis & fame ſit, qualis.n.fuerit fama & opinio cuiuſcũque in ciuitate, tale eũ eſſe præſumimus.l.de minore.§.tormẽta ibi, vel cuius eſtimationis &c.de qõnibus,& l.ſi a bonefidei, primo reſpon.de rei vend. in auth. teſta.§.ſancimus.col. vij. †Itẽ poterit iu-
33 dex indicia ſumere ex cõſtãtia, vel ex trepidatione vocis, vel mẽbrorũ vel pallore vt d.§.tormẽta.loquutio, vel conſtãtia, vel trepeditas, vel eſtimatio cuiuſcꝫ, ideo admittẽda eſt & indagãda, qm̃ multũ cõferũt ad illuminandũ veritatẽ & in lucẽ emergẽtia, vt d.§.tormẽta. Itẽ indaget cuius primo vite fuit & an talia,& ſimilia de quibus ad pręſens inculpatur, facere cõſueuit. nam de vno quoque bonum, vel malum pręſu-



Source : BIU Cujas

mimus,conſideratis primo actitatis ab illo,
vt ff. de re milit.l.deſertorē.§.his qui el ij.
ibi inſpecto vite eius præcedenti actu &c.
& l.nō oēs.§.a barbaris eod.tit.& ff.de ſuſ.
34 tu.l.tutor quoq;.§.queri pōt. †ex geſtis n.
præterite vite pœ̄na metimur, vt C. de agen.
in re.l.pe.§.fin.lib.xij.itē an fuerit ei mina-
tus qm̄ erit indiciū, ꝙ ipſe operibus adimple
uerit illud ꝙ verbis profudit , cū ex dictis
hominū facta pēſemus, vt C. ſi quis impe.
ma.dix.l.j. & ff.de ſup.leg.l. labeo. Item
conſiderandū eſt an ſit talis q̄ cōſueuerit,&
poſſe habuit talia cōmittendi, vt ff.ad l. iul.
maie.l.famoſi.ibi an potuerit facere , & an
quid ſimile fecerit. itē ſi aufugit eſt indiciū
cōtra eū, vel ſi ſtatim ſe abſentauerit poſt
perpetratū maleficiū de voce publica & fa
ma cū citra ꝓbata coadiuuāt indiciū ad tor
mēta vt,ff.de teſti.l.iij.& ff.de fene.l.j. Ex
multis alijs poterit curioſus iudex indicia
ſumere ad firmandum conſcientiam eruen
da veritate delicti.

Addi. do.Ludo.

*Circa* hāc materiā qualiter & qūo ſu-
mātur indicia & qualia requirā
tur vtquis poſsit torqueri d.au-
thor,vt vides multipliciter exēplificauit,&
finaliter cōcludit hoc deprehēdere ex iu-
dicis arbitrio,& ideo poſſumus in hoc certā
doc.dari nō poſſe,in qua materia primo re
perio do.Abb.in c.cū in contēplatione in j.
col.in ver.& quę indicia ſufficiant &c.vbi
35 †cōcludit ꝙ non pōt dari certa doc.ſed re-
linquendū eſt iudicis arbitrio & idē voluit
Bal.in l.j.in vlt.col.in prin.C. cōia delega.
& Bal.in l.ea quidē.C.de accu.& Bal.in ru-
bri.C.de ꝓba.in ij.colū.& in l.ſeruos.C.de
teſti.& in l.ij.C.quorū appella.& do. Ang.
Aret.in ſuo libello maleficiorū in verbo fa
ma publica præcedēte.in v.col.in ver.que-
ro an vnū indicium &c. vbi ponit fere oīa
exēpla,de quibus hic per dn̄m authorē, &
vltra ea ſubdit,qđ ſi res furata reperit̄ pœ-
36 nes aliquē.†& ſi iuuenis reperitur in domo
pulchre puelle, vel reperitur exire de do-
mo,pręſumitur ſuppoſuiſſe.alleg.Bart. poſt
Iac.But.in l.fi,ff.de hæred.inſti.vel ſi qs re-
pertus eſt cū cultello euaginato prope mor
tuū,nā iſtud eſt indiciū ſufficiēs immo mani
feſtum, ſecundum Bart.in l.fur manifeſtus,
ff.de fur.& idē ſi quis viſus fuit cū cultello
ſanguinolento exire de domo,cū facie palli
da,& repertus ex intus domo mortuus. al-
leg.Ioan. And.in additio.Specu. in titu. de
proba.§.j.verſi.xij.referentem do.Tho.de
piperata cōboſi.ita tenentem, & plus dicē-
tem,quod hoc vltimum eſt indicium ad cō-
demnationem, de quo latius poſuit domi.
37 Angel.vbi ſupra proxime. †Cuius dictis
adde etiam in hac materia indiciorum &
primo dum dixit , ꝙ ſi res fuit ſubtracta &
reperitur pœnes aliquem præſumitur ab
eo ſubtracta,nam hoc verū dūmodo probe
tur iliū ſolitū eſſe talia perpetrare alias nō
redditur ſuſpectus ex eo ſolo.ita voluit do.
me.Alex.in conſi.v.in ij.col.in j.volu. inci.
in cauſa inquiſitionis formate contra vale-
riū &c. Pręterea in eo quod dictū fuit, ꝙ
mala fama alicuius de præterito,facit pręſ-
ſumi de præſenti.d.l.non omnes.§.a barba-
ris,de re mili. & l. ſi cui.§.hiſdem.ff. de ac-
cu.nam hoc procedit in eodē genere mali,
alias aūt non,ſecundū Iac.de Raue,& Bar.
in l.caſsius.ff.de ſena.& Bart. in l.ſi pupil-
lus.§.ſed ſi quis preto. in vij. q. de no. ope.
nun.& Bal.& Ioan.de Imo.in l.fi. de hære.
inſti.& do.meus in d.conſi.v.in iij.colū.vbi
multū ſingulariter more ſuo loquutus eſt in
hac materia indiciorum & torture.& in cō
ſi.cxiij.in ij.volu.inci.an tortus &c.& in cō
ſi.lxvij.in vij.& viij.colū.in j.volu.incip.ſi
præcedentibus indicijs &c.in ver.ꝙ aūt in-
dicia fuiſſet ſufficientia, vbi ponit de teſte
deponente de viſu,& de fuga illius, qui di-
cebatur particeps eiuſdē delicti,& in conſi.
lxxvij.in ij.& iij.col.in eo.j.volu. incip.in
cauſa accuſationis de crimi.fal.&c. vbi dat
vnam doct.multū magiſtralem & declaran
38 tem totam hanc materiā,ꝙ†in delictis quę
occulte committuntur, vt eſt adulteriū ve-
nerare aliquem falſificare monetam , & ſi-
milia iudex debet eſſe facilior,& prōptior
ad torturam.alleg.Bald.in l.iij.C. de epiſc.
audien.qui dixit hoc eſſe mēti tenendum,
de qua materia etiam poſuit idem domi-
nus me.in conſi.xlj.per totum in j.volu.in-
cip.ſi præcedentibus indicijs.& in conſil.j.
in iij.volu.incip.in cauſa inquiſitionis for-
mate cōtra Ant.Fran.de Fon.&c. Simili-
ter illud ꝙ dictum eſt de inimico, vt præ-
ſumatur ab inimico offenſus, per l. iij.§.fi-
na. de alimen. lega. &c. dicas quod idem
voluit Specu.in titu,de præſumptio.§.j. &
facit tex.in l.j.§.ſi reſcriptum. ff. ad ſille in
verſi.in ſuſpitionem cedis &c.tamen intel-
lige hoc eſſe verum loquendo de inimico
capitali vel ſaltem cū quo erat lis de maio-
ri parte bonorū.ita voluit Spec. in d.§.j.&
Bartol. in d. l. iij.§.fina. & Angel. Aret. in
ſuo libel.male.in ver. fama publica præce-
dēte in ver.quero quid ſi reperiatur quidā
39 occiſus, argu.gloſſ.in l. licet de arbi. †vbi

Source : BIU Cujas

ponit etiam de eo qui repertus eſt mortuus
prope domum Titij, an præſumatur mor-
tuus a Titio, & concludit ꝙ ſic, ſi Titius
erat ſolitus committere homicidia, per glo.
in l.ciuilem. C.de fur. & Bar. in l.fi.ff.de via
publ. & ſimiliter, ſi quis reperitur mortuus
in ſtrata prẹſumitur mortuus ab illo q fre-
quentabat in illa, ſecundum Bart. in l.iuſte.
ff.de vſucap. in prin. tñ intellige ſi erat ma-
lus homo, alias non ſecundum do. Ang. vbi
ſupra proxime, in verſic. quid autem ſi quis
in ſtrata &c. vbi ponit etiam quid ſi quinq;
reperiuntur in vna domo, quorum vnus re
peritur mortuus, an præſumatur mortuus
ab illis de domo, poſt multa concludit, ꝙ
non poſſunt oẽs prædicti puniri, ſed bene
poſſunt torqueri alle. Ioan. And. in additio.
Specu. in tit. de homi. §.j. ver. ſed pone qua-
tuor &c. Similiter dum dixit d. author,
de minis præcedentibus, vt faciant indiciũ,
& etiam conſuetudo talia perpetrandi &c.
dicas ꝙ idem voluit Bal. in l.fi.ff. de hæred.
inſti. & d. Abb. in c. tertio loco. in vj. col. cũ
ſeq. extra de probat. & Cyn. in l.j.C. ſi quis
impe. & Cy. & Bal. in l. metum. C. ꝙ me. cã,
& Saly. in d.l.j. ſi quis imperatori. & Ange.
& Ioan. de Imo. in d.l.fi. de hære. inſti. tamẽ
intellige ſane ſecundum qualitatem perſo-
næ minantis, ſecundum Sal. vbi ſupra pro-
40 xime. † Item illud ꝙ dictum eſt de fuga, i-
ntellige ſane, ſi fuga ſequatur vel inquiſitio-
nem, vel accuſationem in cauſis non capita
libus, ſed in capitalibus poſt inquiſitionem,
vel accuſationẽ ex fuga, vel ſi reus ſtat cau-
te in domo, vel alibi, ne capiatur, nõ eſt prę
ſumptio, vel indicium, quia iuſte timet &
ſic iuſte facit ſecundum Bart. in l.j.ff. de his
qui ſibi mor. conſci. idem dicas vbi fugiens
propter terrorem familie, & poſtea citatus
compareret, quia tunc ex fuga non inducitur
indicium contra eum, ſecundum Bart. in l.
qui ſit fugitiuus. §.j.ff. de edil. edi. idem vbi
quis aufugeret de carcere ꝙ apertum inue
nit, ſecundum Bal. in l. ſuccurritur. ff. ex qui
41 bus cau. ma. † Similiter indiciũ reſultat
qñ dominus loquutus eſt ad aures famuli,
vel in ſecreto poſtea famulus delinquat, ſe-
cundum Bart. in l. ſi ventri. §. fin. ff. de priui.
credi. & Bal. in l.j.C. de ſer. fugi. Idem dico
ſi dñs diceret aperte famulo hæc verba vel
ſimilia, non redeas domum niſi ſenſero ali-
quid nouum de tali re ſecundum Bar. in l. ſi
quis mihi bona. §. ſed ſi mãdauerit. ff. de ac-
qui hæred. & Pau. de Caſt. in l.j. in ij. col. C.
de his quib. vt indi. & in conſil. cclx. incipi.
in Chriſti nomine, vñ ꝙ per prædicta &c.

42 † Similiter fama publica orta a perſonis
fidedignis, facit indiciũ ad torturam, ſecun-
dum Bart. in l. de minore. §. plurimum. ff. de
quæſtio. & ſimiliter fama cum fuga, ſecun-
dum Bal. in l. voluntas. in vl. col. C. de fidei.
ſimiliter confeſsio, ẽt in tortura, iuncta cum
fama publica, vel cum alio indicio, ſecun-
dum Bal. in l.fi.C. de proba. Similiter cõ-
feſsio ſocij criminis, ſecundum Cy. in l.fi.C.
de accuſ. & Ang. in l. & ſi certus. ff. ad ſill. &
Pau. de Ca. in conſil. cxvij. incip. notandum
eſt, ꝙ adulterium eſt graue &c. & in conſil.
cxcv. incip. hæc eſt quedam inquiſitio &c.
Similiter cõfeſsio iudicialis, vel etiam ex-
traiudicialis, ſecundum gl. & Bar. in l. capi-
te quinto. ff. de adulte. quæ omnia tene men
ti, cum his quæ inferius dicemus in progreſ
ſu, vbi ponemus q̃ dicant indicia idubitata.

Guido de Suza.

43 *Denuo uidere reſtat* † quis ſit quõ-
nis effe-
ctus, & ſi quidem abſq; formidine tormen-
torum, vltro quis crimen confiteatur, dixe-
runt antiqui & moderni quidam præcepto
res, eum non eſſe ſtatim damnandũ, ſed de-
bet iudex ſtare per diem, vel per aliud tẽ-
pus, ſecundum qualitatem criminis, & per-
ſone conditionem, & iterum facere coram
ſe præſentari, & interroget, an velit perſe-
uerare in confeſsione, an contradicere, vel
reuocare, & hoc ideo dicunt ipſi, quia con
feſsio rei ſtatim in cauſa criminali nõ præ-
iudicat, nec ſtatim facit plenam probationẽ
vt expreſſe dicit l.j.C. de cuſt. & exhi. reo.
in l.ij. & ita intelligunt illam legem, quę nõ
diſtinguit, an formidine tormentorum, vel
ſponte fuerit habita confeſsio. & ita intelli
gunt l.ff. de quæſtio. l.j. §. diuus. ibi nec ſta-
tim habere pro exploratis facinoribus, &
44 §. ſi quis vltro. & ſic dicebant ipſi. † Item
in confeſsione habita in ciuilibus, & habi-
ta in criminalibus, hoc intereſt, quia in ciui
libus non eſt opus perſeuerantia, per dicta
iura, nec mirum dicebant ipſi, ſi magis pon
derate & ſolertius in criminalibus, q̃ in ci
uilibus proceditur. nam vbi maius vertitur
periculum &c. l. vbi. C. de fal. & melius. C.
de pœ. l. qui ſententiam. nec mirum. ſi tam
varie, quia criminalia iura cũ ciuilibus nil
quaſi ſimile habent, vt inſtit. de pub. iudi. in
prin. tu dic contra & hæc eſt cõis opi. quia
ſi quidẽ quis in ſe confitetur ſpõte crimen,
ſtatim incarcerandus eſt, & illico ſtatim
abſq; alia perſeueratione damnandus eſt,
vt C. de cuſto. reor. l. diem. j. reſpon. & C. de

Source : BIU Cujas

pœ.l.cum reis.& ita intellige l.ij.de cuſto.
& exhibē.reo,ſecundum veriorem intelle-
ctum & lecturam vt patet in fi.legis, ibi,vt
ſic iudicibus immodice ſeuientibus &c.
45 † Sinautem in tormentis vel formidine
tormentorum fiat confeſsio,tunc nō ſtatur,
nec debet haberi pro exploratis facinori-
bus,vt.§.diuus.& C.quo.appell.non reci.l.
ij.& eſt ratio,vt ff.de quæſtio.l.ij.§.qm̄. ibi
quia qūo eſt res fragilis & pernicioſa,& vt
plurimum veritatem &c.& tunc habet lo-
cum l.ij.C.de cuſto.reo.vt iudex faciat cri
minoſum ad ſe redire,& querat, & vtrū ve
lit in ſua confeſsione perſeuerare,an retra-
ctare,vel contrarium dicere, & ſi perſeue-
rauerit tūc valet cōfeſsio,alias non,vt dicit
.§.ſi quis vltro,et d.l.ij.C.quo. app.nō reci.

Additio do.Ludouici.

Dominus author vt vides circa effectum quæ-
ſtionis multū
notabiliter loquutus eſt, faciendo differen
tiam inter confeſsionem ſpontaneam,& fa-
ctam in tormentis vel formidine tormento
rum,vt prima non requirat reiterationem,
46 ſecunda ſic. † Aſt,tu in hoc paſſu dicas,
ꝙ immo in puncto iuris verior eſt opi.ꝙ re
quiratur ratificatio ſeu reiteratio confeſsio
nis,vt eſt caſus non cauillando, in d.l.ij.in
verſi.atq; ita poſtmodum ductus &c.quem
tex.pondero in ſuo prin.in verſi.deprehen
ſus &c.& in verſi.cum de admiſſo conſtite
rit crimine &c. quæ omnia oſtendunt con-
feſsionem ſponte factam & maxime cū lex
illa ſit poſita ſub tit.de cuſto.reo.& nō ſub
tit.de quæſt. Pręterea,pro hoc conſidero
rationem illius tex.in fi.nam militat,nō ſo-
lum in cōfeſſo ſponte, ſed etiam in coacto.
& econtra ſi enim nō ratificatur confeſsio,
nimis ſeuiret iudex in delinquentes,ad idē
pondero tex.in l.fi.eo.ti.in prin.in verſi.ve
lox pœna ſubducat,iuncta gl.in verſi. ſub.
ducat,nam licet tex.dicat delinquentem ci
to debere puniri,ſed dicit gloſ.ſeruata for.
ma d.l.ij.& ſic ratificata confeſsione, quæ
tamen non dicebatur prius facta per tormē
ta. Nec ob.ꝙ iſtud requiratur, qn̄ confeſ
ſio fuit facta in tormentis,vt d.§.diuus.& l.
ij.§.tamen ſi quia reſpondeo, ꝙ non negat
ille tex.ꝙ idem non debeat fieri in alia cō-
feſsione,etiam ſponte facta. Non ob.etiā
d.l.ij.C.quo,appel.non reci. quia non pro-
47 bat hoc in mille annis,†nā dicitur ibi aper
te,quod conuictus de crimine nō pōt appel
lare,non tn̄ dicitur,quin confeſsio, etiā ſpō
te facta non debeat ratificari, itaq; ille tex,
non facit. Non ob.l.cum reis.C.de pœn.
quia ille tex.non loquitur primo in termi-
nis noſtris præterea tollit facultatem ſup-
plicandi,& alias artes ad differendum ſen-
tentiam , ſed ꝙ non debeat confeſsio facta
ratificari non negat ille tex.& iſta ratifica-
tio non tendit ad oppugnandum ſed potius
ad confirmandum ſententiam poſtea feren-
dam. Itaq; illa iura ſi recte ponderentur,nō
probāt opinionem dn̄i author.immo in cō
trarium, allego caſum in l.j.§.ſi quis vltro.
ff.de quæſtio.vbi text.diſponit, non eſſe fi-
dem adhibendam ēt confeſsioni factæ vltro
48 ſeu ſponte.† bene verum eſt, ꝙ vbi cōfeſ-
ſio eſt facta ſpōte,poteſt reiterari,etiam in-
continenti ad modicum tempus , ſed cōfeſ-
ſio facta in tormētis,poſtea ratificari ex in-
teruallo,& ſaltem debet quieſcere per vnā
diem naturalem,antequam ducatur ad rati
ficandum,propter metum tormentorum ſe
cundum Bar.in d.§.diuus.& Iac.But.in l.ij.
C.de cuſto.& exhibē.re.& do.author infra
in verſic.item quero quantum tempus &c.
cum quo ibi dicam de hoc , & idem voluit
Ang.Are.in ſuo tract.maleſi.in verbo,fama
publica præcedente &c.in pe.& vlt.col.in
ver.ij.nota &c.& licet ipſe ibi dicat, quod
vbi quis ſponte confeſſus eſt, nō requiratur
alia ratificatio,& ſic tranſeat cum opinione
do.authoris ſupra relata,tn̄ ſubdit,quod iu
dex cautus ſemper faciat confeſsionē reite
rare,ēt ſponte factam, & ſic vr̄ etiam incli-
nare in hoc & iudicio meo hoc eſt tutius &
melius,nec iura contradicunt immo requi-
runt,ſi bene pōderentur, vt ex ſupradictis
apparet quę omnia tene menti,quia ſunt no
ua in hac materia,& vltra prædicta vltimo
49 loco adduco,†quia etiam ſponte confeſſo
non eſt deneganda defenſio.d.l.j.§.ſi quis
vltro,ergo debet fieri ratificatio, quæ mul-
tum eneruabit defenſiones poſtea futuras,
& ſic citius ea expediet,& per conſequens
ceſſat ratio d.l.cum reis.C.de pœ.quod no.
de quo etiam poſuit Dy.in ſuo tract.maleſi
cio.in verſi.reſtat videre quid ſit confeſsio-
nis &c.Bar.in d.§.diuus. & Bar.in l.j.in fi.
ff.de cuſto.reo.& Saly.in l.ij.C.eo.titu.vbi
multū notabiliter loquutus eſt Ludoui.Bo.
50 Sed quid †de quæſtione occurrenti,
aliquis ſubijcitur quæſtio-
ni confitetur contra alium,
nunquid ſtatur dicto ſuo, diſtingue,aut tor-
quetur in alios vt in ſocios,& non in ſe , &
tunc procedi poteſt, vt C.de aſſeſſ.l.nullus,
in fi.& de quæſtio.l.edictū.& l.j.§.qui quę-
ſtionem,ibi efficaciſsimas cauſas ad requi-

Source : BIU Cujas

rendam ueritatem &c.idem Tullius in To picis.Nam tormentis verberibus igne fati-gati, q̃ dicunt veritas ipſa vr̃ dicere, ſaluo ſi dixerint de inimico,q̃a tunc facile credẽ-dũ non eſt,ſed nec oĩno fides detrahẽda,ſed cauſa cognita erit fides adhibenda vel nõ, ut l.j.§.præterea.& argum.ff.de teſt.l.iij.in prin.aut torqueretur in ſe & in alios, & ſi nihil de ſe cõfiteatur habent locum proxi-me dicta.Si confiteatur de ſe,& de alijs,tũc ſecundum Accu.cuius opi.præualet,eſt in-uenire regulam & inſtantias regula,regula eſt ut de primo ſcelere confeſſus ſuper con-ſcientia non ſcrutetur aliena, & ſic regula eſt,† ꝙ tortus de ſe confeſſus non debet in-terrogari de alijs,& maxime de conſocijs, vt ff.de quæſtio.l.qui de ſe,& C.eo.l.ſicuti. in prin.& C.de accu.l.fi.& ſi de facto inter rogatur,vel ſine interrogatione,dicat de fa cto aliorum,nõ ſtatur dicto eius,fallit in ca ſibus in quibus quis de ſe confeſſus torque tur & interrogatur de alijs, ſi tñ contra il-los alios præcedant indicia. Primus eſt in quibuslibet latronibus et maxime aſſaſinis, qui de ſe cõfeſſi,torquendi ſunt & interro-gandi de conſocijs, & mandatoribus,& de receptatoribus, vt ff.de cuſto.reor.l.diuus Adrianus.& C.de fer.l.pe. Secundus C.de fal.mone.l.j.Tertius ad exhiben.l.fi.Quar-tus C.de male.& mathe.l.fi.Quintus de ne-ce domini in ſe confeſſo, vt torqueaẽ & in-terrogetur quo mandato &c. vt ff.ad ſill.l. quo prius.& l.ſi percuſſor,& eſt ibi ſpecia-le,vt ſentit ibi apparatus,ut ff.de quæſtio.l. is qui ſunt. Sextus ad l.aquil.l.inde nera-tius.§.ſed & ſi ſeruus,et bene dixi,ſi aliqua præcedant indicia,quia alias non debet in-terrogari de alijs,vt C.de quæſtioni.l.item eius reſponſio non erit plena probatio con tra illos quos inculpauerit, ſed aliqua præ-ſumptio,vt in apparatu d.l.fi.C.de accu.

Addi.do.Ludoui.

*Licet do.author* nõ dicat,ħ fuit formalis doct. do.Gandin. in ſuo tracta.malefic.in titu.de quæſtio.& tor mentis.verſi.reſtat formare circa hunc tra-ctatum &c.et Dy.in ſuo tract.quæſtionum. in verſicu.nunquid per talem præſumptio-nem &c.& gl.& cõmuniter ſcriben.in d.l. fi.C.de accuſat.maxime per Bal.ibidem.& Bar.in l.repe.de quæſtio.& gl.Inno.& do. Abb.in c.j.extra de confeſſ.gl.in c.iij.extra de teſti.& glo.in c.fin.xv.q.iij.& do.Ange. Are.in ſuo tracta.maleſi.in verbo fama pu-blica præcedente,in viij.col.in verſi.quero

52 an participes criminis &c.vbi † ponit ali-quos caſus,in quibus poteſt quis toqueri cõ tra alios, & interrogari de alijs,vltra ſupra numeratos,videlicet in crimine læſæ maie. ut in criminibus quæ non committuntur ſi-ne ſocijs, & idem voluit ipſemet.in verſic. decimo quero an inculpato &c.vbi dicit ĩ caſibus in quibus quis poteſt interrogari de ſocijs,talis inculpatio eſt ſufficiens ad ponẽ dum inculpatum ad torturam,alle.tex.in l. editum. & in l.j.§.eum qui latrones.ff.de quæſtio. ſed tu intellige hoc ſane, ſi aliqua indicia procedant. & do,meus in conſilio lxxxix.in iij.vol.in c.an aſſertio ſocij &c. prout dixit d.author qui in hoc rectius,iu-dicio meo locutus eſt,nam d.Ang.nimis lar ga verba effudit,& dixit contra tex.in d.l. prima.C.de quæſtio.

Guido de Suza.

53 *Sed nunquid* † per iſtam præſum. poterunt iſti inculpa ti a torto ſeu a tormẽ tato, ad tormenta poni,reſpon. ſic in dictis ſex caſibus exceptuatis,arg.prælegat.l.nul lus.& l.edictum.ff.de quæſtio.& argumen. l.his.eodem titu.

Addi.domi.Ludo.

*Intellige prædictam* conclu-ſio.cum modifi-catione quam ſupra proxime dixi in fi.præ cedentis additionis.ſ.dummodo pręcedant
54 aliqua indicia contra inculpatos † nã ſola inculpatio facta a tormentato de ſocijs etiã in dictis caſibus exceptuatis non eſt ſuffi-ciens ad torturam,& ſi diceres,amice quid ſpecialitatis erit in dictis caſibus exceptua tis,cum in omnibus alijs caſibus indicia p̃-cedentia ſint ſufficientia ad torquẽdum, re-ſpon.ꝙ ħ indicia in caſibus ſpecialibus nõ requiruntur ita legitima, ſicut in alijs caſi-bus non exceptis vbi requirantur indicia ſufficiẽtia pro quo adduco notabilem doct. do.authoris in.§.proxime ſequen. inci. ſed quid ſi perſona &c.vbi dixit ꝙ in dictis ca ſibus exceptis vbicunque inculpatus a tor mentato eſt male fame & cõuerſationis,po terit torqueri,ſed in alijs caſibus non exce-ptuatis,ſecus in quibus ſecundum eum de-bent præcedere indicia ſufficientia.

Guido de Suza.

55 *Sed quid* † ſi perſona inculpata ſit male fame & conuerſatio nis,nũquid in alijs caſibus ꝙ̃ ſupra dictis ſex exceptuatis,poterit tor-queri,& ſubijci quæſtioni dic ꝙ non,ſi non

Source : BIU Cujas

præceſſerunt indicia ſufficientia,nec inculpatio facta de eo a tormentato,inducit indicium,cum interrogari non debuerit, vt C. de accu.l.fi.& ff.eo.titu.l.is cui. ergo quod inde ſequitur l.prohiben.non valet,vt l.nō dudum.C.de legib.tamen de conſuetudine vidi torqueri,ad quod facit text.in l.j.§.diuus adria.ff.de quæſtio.

Addi.do.Ludo.

*De hac deciſione* ſupra feci tibi mentionē, ideo non repeto nunc,ne idem ſepe dicamus.

Guido de Suza.

56 *Sed quid* † de q̄ſtione quotidie occurrenti,accuſatur quis de furto,indicijs præcedentibus,ad illud furtum torquetur & cōfitetur illud furtum,nunquid debet procedi in tortura ſiue repeti,ut indicet & confiteatur de alij furtis a ſe commiſsis, ad quæ nulla habentur indicia dic de iuris ſolennitate nō, arg.eo.quæ dicentur in proxima quæſtione pro ſecunda parte, quia quantum ad iſta furta,de quibus in ſpecie vel in genere aut quare nulla præcedunt indicia & ſine indicijs nemo torquendus eſt, vt C.de fal.l.ſicut,& ff.de quæſtio.l.j.in prin.& l.maritus, ſed generali conſuetudine Italie, quotidie ſeruamus contrarium,& ſpecialiter in furtis,quæ magis frequentantur, quæ conſuetudo poteſt adiuuari per l.non omnes.§.a barbaris.ff.de re mili. & de offic. præſid. l.congruit.

Addi.do.Ludo.

*In hoc paſſu* adde tu do.Ang.Are. in ſuo libello maleficio.in verbo,fama publica præcedente.in vlti.verbis, vbi h̄ idē confirmauit,& dixit idem eſſe in omnibus alijs delictis.alle.tex.in d.l.non omnes.§.a barbaris.& in d.l.congruit, & ita dicit ſeruari de conſuetudine.

Guido de Suza.

57 *Sed pone* † ꝙ fuit de aliquo ſemel habita quæſtio.forte quia nil dixit, vult iudex de nouo repetere quæſtionem ſine aliquo nouo iudicio accedente,nūquid poteſt,videtur ꝙ ſic, vt ff.de quæſtio.l.repeti.& l.vnius.§.j.quæ indiſtincte dicunt quæſtionem repeti poſſe, & vbi lex non diſtinguit, nec nos l.de pretio,cum ſimi.tu dic quod non ſine nouis indicijs,vt quia tortus dixit nullū ibi illa nocte iacuiſſe,vbi maleficium fuerat commiſſum,poſtea inuētum eſt per teſtes,ꝙ ibi aliquis iacuit, certe hoc caſu repeteretur q̄ō, per illum indicium,vel aliud ſimile,& hæc eſt cōis opi.non tñ allegatur aliqua lex, tu ſi poſſeſſor. Aſſeſſores autem honoris aut di,h̄ non ſeruant,immo quæſtiones repetūt ſine nouis indicijs, quouſq; de obiectis criminibus hauriant veritatem, quorum opinio poteſt defenſari per.§.oportet. in auth. vt iudi.ſine quoquo ſuffrag.ibi torquebunt fures & non prius quieſcent &c.conſideret autem bonus iudex in queſtione repetenda an tortus in animi & corporis fortitudine durauerit.l.vnius.§.reus.ff.de quæſti.

Addi.do.Ludo.

*Licet do.author* non dicat,hæc ſunt formaliter verba Dy. in ſuo tract.quæſtionum.in verſi.quid ſi aliquis fuit ſemel tortus &c.& refert & ſequitur Ang.Are.in ſuo tracta. maleſi.in verbo fama publica præcedente &c.in verſi.ter-
58 tio quero an ſemel tortus&c.ubi dixit,ꝙ de quacunque tortura q̄ facit iudex dolo malo,& ſine cauſa,capite punitur per arg. l.decurio,& ibi hoc voluit Bal.C.de quæſt. & Bald.in l.j.C.de priua.carce.& licet pro mala conſuetudine aſſeſſorum repetentium quæſtiones ſine nouis indicijs, allegetur ille tex.in authen.vt iudi. ſine quoquo ſuffr. in.§.oportet,tñ nunquam placuit mihi hoc, & dico,ꝙ ille tex.non facit ad propoſitum ſi recte ponderetur nam ille text.loquit de adminiſtratoribus bono.fiſ.& dicit ꝙ ſi aliquod furtum committatur in dictis bonis, ꝙ iudices torquebunt.& nō prius quieſcēt donec reddant furta,ibi aut in hoc ſi manſerint in maximis conſtitutis furtis &c. nam ille tex.vult,ꝙ iſti officiales ſunt ſoliciti in perquiſitione dictorum bonorū non tamen permittit fures repeti poſſe ſine nouis indicijs,& ſic arbitrium conceſſum eis,intelligitur conceſſum,non tñ extra limites iuris,et potius ille text.denotat facultatem in torquendo plures q̄ in repetendo queſtionem contra vnum, & vt ipſi ſint diligentes vult ibi tex.ꝙ ſi non reperirent dicta furta, teneantur ipſi tanquam illi qui forte non fuerunt diligentes in cuſtodia dictorum bono.
59 † ex quo etiam infere,ꝙ imperator nō voluit,ꝙ tortura, nec repetitio eiuſdē debeat fieri,niſi legitime cum omnino ipſe perdere non poſsit.Nam iudices remanent obligati & potius credendum eſt imperatorem ibi voluiſſe iudices procedere ſeruatis ſeruandis,q̄ aliter.Nam præſumptio eſt,ꝙ iu-

Source : BIU Cujas

dices videntes ſe remanere obligatos, torquerent & repeterent quomodocunque, & qualitercunq; itaq; ille text. nihil mihi facit pro ſaluatione aſſeſſorũ repetẽtiũ quæſtionẽ ſine nouis indicijs, a qua iudicio meo cauere debent ſicut ab igne, & maxime cũ cõis theorica doctorum ſit in contrarium prout ſupra dixi. & vltra prædi. ita in terminis voluit Bal. in l. ij. C. quorum appel. & Bal. in l. milites. C. de quæſtio. & do. Abb. in c. cum in contemplatione. in ij. col. in verſi. vij. quæritur. extra de reg. iur.

Guido de Suza.

*Quid ſi dum aliquis* † eſt in tormẽtis dicit torqueatis me quãtum vultis, quia ſi ſtatem vſque ad x. annos, nil dicerem, quia nil ſcio, vel in nihilo ſum pollutus obiecti criminis, & ſic omnia diffitetur, nũquid ſtatim eſt dimittendus & deponendus de tormentis, & libere relaxandus ire uias ſuas, & certe non, ſed procedatur in tortura, ſed cum temperie, vel aſpere, ſecundum cõditio. criminoſi, & ſecundum criminis qualitatem, & ſi confiteatur, bene quidem, ſinautẽ non confiteatur, debet eum iudex in carceribus detinere, & ſi noua aderunt indicia, quęſtionem repetet, ſinautem noua indicia non aderunt, tunc ſtatuet accuſatori dilationem competentem ad probandum, & ſi poterit conuinci, condemnabitur, alias non. ff. de qõ. l. j. §. præterea. & l. vnius. §. in ea, eo, ti.

Addi. do. Ludo.

*In hoc do. author* recte loquutus eſt, nec eſt opus additione, niſi ſecundum dicit de nouis indicijs. † Nam noua indicia, ea dicuntur, quæ differunt a pręcedẽtibus ſpecie vel ſubſtantia, vt puta, prima indicia erãt de mala fama rei, vel quod erat inimicus &c. ſuperuenit poſtea vnus teſtis, qui dicit ſe vidiſſe reum percutere, vel dicit, ꝙ vidit eum cum gladio euaginato &c. ſecus ſi primo habuiſſes indicium ex fama per aliquos teſtes, licet poſtea habeas alios teſtes ſuper fama, non dicuntur noua indicia ſed dicit̃ noua probatio primi indicij, nec poſſet quis repeti in tormentis, ita voluit Ang. in trac. male. in verbo, fama publica, in ver. quero q̃ dicant̃ noua indicia &c.

Guido de Suza.

62 *Sed quid* † quæſtione de facto occurrenti, criminis indicia ꝓcedunt, per quæ iudex informatus vult ꝓcedere ad tormẽta, dicit reus iudici, domine detis mihi defenſionem antequã penatis me ad tormẽta, quia paratus ſum incontinenti arguere cõtra indicia cõtra me recepta, nunquid audiendus eſt reus & ſibi defenſio danda antequam torqueat̃? videtur ꝙ non, per l. iij. in ver. necꝫ ante ꝓbationes iniurias patiantur &c. C. ubi ſena. vel clari. cum in illis perſonis in dignitate poſitis ſit ſpeciale, videtur in cęteris cõtrarium eſſe ius cõe, arg. l. j. ff. ad mu. Præterea, primo actor probat, & fundata intentione ſua reus opponit defenſiones & exceptiones ſuas, vt C. de exce. l. ſi quidem, & l. exceptionem de proba. igitur primo totaliter debet fundari intẽtio actoris per teſtes, vel per confeſsionem rei antequam audiatur in ſua exceptione ſiue defenſione reus.

63 † Tu dic contra ſcilicet ꝙ primo ſit dãda defenſio, antequam torqueatur, maxime qñ tale quid allegatur quo probato non deberet ad tormenta procedi, & h̃ illa ratione, quia ab interloqutione facta a iudice, ꝙ aliquis torqueat̃, appellatur. l. ij. ff. de ap. reci. & eſt ratio cõſideranda, quia a tali interlocutoria eſt permiſſum appellare, quia ſi defenſio differretur poſt torturam, nunꝗ poſtea poſſet recuperare detrimentum mẽbrorum. vt d. l. ij. ergo eadem ratio ſibi locũ vendicat in propoſito, nõ enim appellaretur, vel defenſio peteretur, ſi primo torqueretur, nam qñq; ſolent deficere in quæſtione. l. aut damna. §. j. ff de pœ. præterea etiã confeſſo, defenſio ſue innocentie datur. C. de cu. re. l. ij. multomagis hæc defenſio non

64 denegatur. † Præterea, ẽt videmus ꝙ iã damnato ex confeſsione ſua facta in tormẽtis, perſeueratione facta princeps venit etiã poſt ſententiam defenſionem ſue innocentia concedendo, & ſententiam retractando, ſi conſtiterit de innocentia condemnati, vt l. j. §. ſi qs vltro. ff. de qõ. ſi. n. iam cõfeſſo, & iam cõdẽnato cõcedit̃ defenſionis facultas tãto & multofortius ante tormẽta denegari non debet cui. n. ꝙ eſt plus conceditur, non debet denegari ꝙ eſt minus, vt dicit regula iuris, cui ꝙ plus eſt &c. quid plura, in iure legitur expreſſe, ꝙ quocunq; tẽpore iudicij, reo petẽte, defenſsio dãda eſt. l. vnius. §. cognitio. ff. de quæſti. ibi quocunq; tempore reo poſtulante &c.

Addi. do. Ludo.

*In hoc paſſu* multum quotidiano, licet do. author non dicat, reperio Pau. de Elea. in cõmẽto. c. grauis. in vlt. col. in ver. quid ſi torquendus querit &c, extra de de-

Source : BIU Cujas

po.& Gan.in ſuo tract.male.in ver.nunqd
ror quendus ſit audiendus &c.vbi formali-
ter, & de verbo ad verbũ argumentati fue-
runt ad partes, prout fecit d.author in hac
65 quæſtione & finaliter † concludunt' defen-
ſionem non eſſe reo denegandam, & ꝙ co-
pia indiciorum ei danda eſt, & plus dicunt
ꝙ quantumcunq; iudex haberet arbitrium
ex forma ſtatuti in talibus, non tñ pōt dene
gari defenſio, & idem voluit Gand.vbi ſu-
pra proxime in verſi. item quero nunquid
poteſtas qui habet arbitrium &c.& idẽ in
terminis noſtris reperio conſuluiſſe do.me.
Ale.in conſ.lxvj.in j.& ij.col.in j.vol.inci.ſi
præce.indicijs, vbi tñ limitat multũ ſingula
riter, niſi reus ſimpliciter peteret copiã in-
diciorum cum termino ad probandum, nec
diceret qualem defenſionem haberet, ſed
ſolum diceret indicia illa non eſſe vera, ſed
falſa. Nam ſecundum eum, ad hoc vt conceda
tur defenſio, & differatur tortura, opus eſt
ꝙ allegetur talis defenſio, qua probata tor-
tura ceſſaret, ſed in caſu propoſito, ſi teſtes
depoſuiſſent, & affirmaſſent indicia nõ eſſe
vera, ſed falſa, non releuarent, tanquam de-
ponentes ſuper mera negatiua, ergo &c.&
idem vr̄ fuiſſe de mente Pau.de Elea.in d.
c.grauis. Secundo limitat do.meus in cõ-
ſi.præalle. alio modo multum ſingulariter,
quin dñs poteſtas denegaret defenſionem
cum conſilio dñi iudicis maleficio. nam po-
teſt, & non tenebitur in ſyndicatu per doc.
Bal.in rub.C.de pe.iudi.in ver.quero nun-
quid poteſtas &c.Sal.in l.fi.eo.ti.ꝙ no.pro
te qui vadis per officia, vt ſi non intelligis,
ſemper facias de conſilio iudicum qui ſint
tñ doc.habentes inſtrumentum ſue appro-
bationis in ſtudijs generalibus, vel ꝙ talis
iudex ſit tibi datus per ſuperiorem, nã eris
excuſatus faciendo cum tali conſilio ſecun
dum Bal.in d.l.fi.& do.me.in d.conſi.lxvi.
in ij.col.ꝙ conſi.eſt repetitum de verbo ad
verbum in ij.volu.in ordine ibi.xlj.incipi.
vt ſupra dixi.

Guido de Suza.

*Sed quid de qõne* quã ſepe de facto vide-
66 mus † teſtis
fuit tortus, & in tortura confeſſus, nunc an-
te ſententiam, dicit ſe erraſſe, nunquid pote
rit reuocare errorem ſuum, reſpondeo. aut
eſt error iuris, aut facti, ſi error facti, poteſt
vſq; ad ſnĩam, & eſt ratio, quia non vr̄ fate-
ri, qui in facto errat l.ij.in prin.ff.de cõfeſ.
itẽ talis error non pōt vſq; ad ſnĩam obeſſe
l.error, C.de iur.& fac.igno.et facit C.quo.
ap.non reci.l.ij.nam condẽnatio ex confeſ.
ſione in tormẽtis, facta & perſeuerata, ſub-
uenitur ẽt poſt ſnĩam, & errorem ſuum, ſiue
innocentiam ſuam docere volenti, & ſi oſtẽ
derit, abſoluet, ut ff.de qõ.l.j.§.ſi quis ultro,
multo fortius debet audiri iſte errorẽ ſuum
probare volens, itẽ iſte non perſeuerauit in
confeſsione, ex quo non expectauit ſnĩam.
item confeſſus formidine tormentorũ audit
appellans, vt C.quo.ap.non reci.l.ij.Si autẽ
eſt error iuris, tunc non poterit venire con
tra confeſsionem, vt d.l.error.

Addi.do.Ludo.

*Circa* reuocationem erroris ſeu con-
feſsionis erronee, vt vides do-
minus author facit differentiã
inter errorem iuris vel facti, vt hic per eũ.
Cuius dictis adde tu Gand.in trac.male.in
ti.de qõ.in verſicul.ſi confeſſus dicat ſe er-
raſſe &c.vbi idem formaliter tenet. Nã ſe-
cundum eum, qui dicit etiam hoc eſſe bene
67 notandum, nemini eſt deneganda † facul-
tas defenſionis ante impoſitionem pœnæ,
alleg.d.l.vnius.§.fi.in ver.quocunq; tempo
re poſtulante ergo &c.de quæſtio.& C.de
iur.fi.l.facultas.lib.x.& C.de bo.vac.l.fi.in
ver.data copia &c.& plus ſubdit, ꝙ etiam
ſponte confeſſo non eſt deneganda defen-
ſio, ad probandum de iure ſuo & innocen-
tia ſua.alle.text.in l.j.§.ſi quis vltro.ff.de
qõ.& quia defenſio & probatio poſſunt fie
ri vſq; ad ſententiã.l.ſi quis iureiu.C.de re.
credi.l.indicia.C.de proba.& l.j.§.ſi ad diẽ.
ff.de re mili.de quo vide per Bald.in l.bo-
nefidei.in iij.col.C.de reb.credi.& Bal.in l.
fi.in j.col.C.de proba.& per do.Pe.de An-
cha.in conſi.xxij.in iij.col.inci.vtrum con-
feſsio contra iniuſtũ &c.vbi dicit ſe de fa-
cto obtinuiſſe ꝙ quis poteſt reuocare con-
feſsionem ſuam, licet ſecũdum eum iudices
in hoc ſe difficiles & rigoroſos exhibeant,
credentes vileſcere in conſpectu hominum
per abſolutionẽ contra.l.abſentẽ.ff.depœ.

Guido de Suza.

68 *Sed pone* † ꝙ aliquis confeſſus eſt in
tormentis, & non perſeue-
rauit in confeſſione, nunqd
talis confeſsio aliquid operetur, videtur ꝙ
ſic ſcilicet ſemiplenam probationem, vt C.
de cuſto.reo.l.ij.& ff.de quęſtio.l.j.§.diuus,
vel dic, forte verius, ꝙ niſi perſeueratũ ſit,
talis confeſsio non plenam, vel ſemiplenã,
probatio.inducit quoniam nullo modo cõ-
fiteri, vel confiteri ſine perſeueratione, pa-
ribus paſsibus ambulant C.quorum appel
la.non reci.l.ij.

Source : BIU Cujas

Addi.do.Ludo.

*Licet do. author* in hoc loquatur ſub dubio forte, dicas tu, 69 ꝙ† ſine dubio forte dicta confeſsio facta metu tormentorum ſine perſeueratione nõ præiudicat, caſus eſt in d.l.j.§.diuus.& ibi Bart.& idem voluit Iac.Bu.in l.ij.de cuſto.reo.& Ang.& Sal.ibidem,& Sal.in l.fi.in j.col.C.de quæſt.& d.Abb.in c.cum in contemplatione.in ij.col.in ver.vj.quero.de regu.iu.vbi dicit,ꝙ talis perſeueratio & ratificatio debet fieri extra locum tormentorũ, ꝙ dicit facere contra iudices qui incontinẽti in loco vbi eſt tormentum, faciunt ratificare confeſsionem, & male.& inde voluit Ang.Areti.in ſuo tract.maleſi.in pen.col.in ver.fama publica præcedente.in ver.ij.no.vbi dixit ꝙ tortus debet quieſcere ſaltem per vnam diem naturalem antequam ducatur ad tribunal, ad ratificandum, de quo vltimo ſuperius diximus.

Guido de Suza.

70 *Sed quid ſi* †aliquis tortus eſt nullis uel non legitimis indicijs præcedentibus, nunquid valebit eius confeſsio, dic ꝙ non etiam ſi & quantumcunq; in ea perſeuerauerit, vt eſt argu.in l.ij.iij.& iiij.C.ſi ex fal.inſtru.& eſt caſus in l.maritus.& in l.pe.ſecundum vnam lec.ff.de quęſt.& tex.in l.diuus.ver.ex quib.eod.ti. Præterea hoc eſt de ſubſtantialibus quæſtionis habende, ꝙ legitima præcedant indicia, alias quis torqueri non poteſt, cum a tormentis non ſit incipiendum.l.j.ff.de quæſt.& l.maritus,& C.eo.tit.l.cũ cognitionale, & l.milites.quo deficiente quicquid ſequitur, ipſo iure non valet.l.non dubium.C.de legi.& de fi.inſtru.& iure haſte fiſ.li.x.l.j.& l.diuus.de in inte.reſti. & C.de app.l.nominationes.

Addi.domi.Ludo.

*Pro hac concluſione* eſt text. cum glo. ſingul.& ibi Bar.in d.l.pe.ff.de qõ.quem cum gl.pro ſingulari ad hoc allegauit,& ſecutus eſt Ange.Are.in ſuo tract.male.in viij.col.in ver.fama publica præcedente.in ver.aduertas 71 tamen,† vbi dicit ſecus eſſe in confeſsione ſponte facta, quia tunc etiam non præcedẽtibus indicijs valet, alet adeo ꝙ ex ea confeſsione poteſt quis condemnari.alle.text.in c.j.de accu.lib.vj.& dicit idẽ tenere Petrus de Anch.in cle.j.de homi.ꝙ eſt ſingulariter menti tenendum ſecũdum eum ibi, de qua materia ſupra latius diximus, ideo non repeto nunc, vbi allega.dominum meũ in ſuo conſil.v.in j.volu.

Guido de Suza.

72 *Quero* †quæ dicatur confeſsio facta in tormentis. reſpondeo confeſsio in ipſis tormentis, idẽ eſt, ſi ad pedem ipſius torture ducitur, & ligantur manus, & terror incutitur a iudice dicente, ꝙ ſi nõ incõtinẽti cõfiteatur, ſubijciet eum qõ.certe non tenet talis confeſsio, niſi in ea fuerit perſeueratum, quia lex eqparat confeſsionem factam in ipſis tormentis & ex tortura, & formidine tormentorum, vt eſt tex.C.quo.app.nõ re.l.ij.ibi, aut formidine tormẽtorum &c.& no.ꝙ ibi dicit formidine, non autem dicit tormentis, & idem ibi ſentit glo.& arg.ff.de iniur.l.itẽ apud labeonem.§.adijcitur.verſi.qõnẽ.ibi, vel leuis territio.ergo a contrario ſenſu, nõ leuis territio habetur pro ipſa tortura. & accedat ꝙ legitur, ſufficit terror armorum, & ſi quis eis vſus non ſit.ff.de vi & vi ar.l.idem eſt.§.ſi armati.& C.ad l.cor.de ſicar.paria ſunt hominem gladio percutere vel ſtringendo minari, vt ff.ad l.cor.de ſica.l.j.§.diuus.& facit.ff.ex quibus cau.maio.l.iij.& C.ꝙ met.cau.l.metum.

Addi.do.Ludo.

*Dominus author* verũ dicit in hoc, & vltra alleg. per eũ, dicas tu, ꝙ idem voluit Bart.in l.j.§.diuus.ff.de quæſt.& Bar.in l.ij.in iij.col.in fi.C.ꝙ met.cau.& Bald.in l.vnica.in viij.col.C.de confeſ.& Bal.in l.nouiſsime.ff.de excu.tu. 73 † vbi dixit, ꝙ confeſsio quæ fit apud tormenta, dicitur facta in tormentis, per illum tex.quem dicit ad h̄ ſingularem,& idem de confeſsione facta in tormentis, vel formidine tormentorum, vt a pari procedant, voluit ẽt d.Abb.in c.ſi.in v.col.extra de confeſ.& Abb.in c.cum in contemplatione.extra de reg.iur.& Alex.de neuo, Patauinus in ſuo conſ.xlvij.in ij.col.in iiij.vol.inter conſilia do.mei inc.in cauſa prædi.&c.& faciũt ea quę inferius dicemus imediate,

Guido de Suza.

74 *Sed quid in* †quęſtione de facta cõtinetur in ſtatuto ciuitate, ꝙ aliquis nõ poſſit torqueri niſi in certis caſibus, poteſtas honoris auidus extra illos caſus conceſſos per ſtatutum, vult eruere veritatem criminis, non tñ vult ponere ad torturam ne incidat in pœnam ſtatuti, ſed quid facit, præ-

Source : BIU Cujas

cipit eum teneri in turri, vel in alio loco, denegando ei alimenta, donec conſiteatur, vel in hyeme facit eum nudum, nunquid videat ponere quæſtioni, vt dicamus eum incidere in pœnam ſtatuti, & dic ꝙ ſic, vt ff. de iniur. l. item apud labeonem. §. quęſtionis ibi malam manſionem, &c.

Addi. do. Ludo.

*Pro deciſione* do. authoris, adducas tu doc. Bart. i l. j. §. diuus. ff. de qõ.
75 † vbi ponit de eo qui retinetur in carceribus vt ſiti moriatur, nam dicit tortus, adeo ꝙ ſi confitetur virtute talis ſitis non valet confeſsio, tanquã facta in tormentis. & idẽ voluit d. Ang. Are. in ſuo tract. male. in verbo fama publica præceden. in verſi. quero quid ſi eſt tale delictum &c. vbi arguit contra iudices ignorantes & crudeles, qui qñ non poſſunt torquere dãt carnes valde ſalatas ad comedendum malefactori, & non bibere. Nam ſecundum eum dicuntur torquere, & tenentur in ſindicatu, de quo vide ẽt per do. Abb. in c. fi. in v. col. extra de confeſ. & facit illud ꝙ ẽt inferius dicemus.

Guido de Suza.

76 *Sed quid ſi* †extra locum torture, vel circa tribunal iudicis, vbi ius redditur, iudex examinãs dixit delato ex crimine aut confitearis, aut ducam ad tormenta, & torquebo te, nunquid dicatur tunc confeſsio facta formidine tormentorum. dic ꝙ nõ, qa leuis territio &c. vt d. l. item apud labeonẽ. §. quęſtionem, & C. ꝙ me. cau. l. metum ibi, nõ iactationibus &c. Terrorem autem qõnis probabilem vere torture comparande accipere debemus præſentem & inſtantem torture, ſicut de metu inſtantis cruciatus, vt ff. ꝙ me. cau. l. metum. j. reſpon. & ff. ex qui. cau. ma. l. iij. in fi. leuis enim territio, & extra locum torture facta, eluſoria eſt, arg. l. ſi cui pluſquã per l. fal. l. ex ſatiſdatio.

Addi. do. Ludo.

77 *Sto in hoc* †cum do. authore cum modificatione tñ, niſi iudex qui diceret reo, aut confitearis, aut ducam te ad tormẽta, & torquebo te, eſſet homo terribilis vultu, & ſolitus talia dicere, & mãdare executioni, qa tunc dicerem ſecus eſſe, & confeſsionem eſſe factam metu tormentorum, iuxta no. per Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori, cũ ſi. ff. de no. oper. nun. idem dicerem qñ reus eſſet perſona multum timida, puta mulier eſſet vel complexionis trepide, quia tunc dicam illa verba inducere ſufficientem tormentorum formidinẽ. pro quo facit ꝙ dixit d. author. infra in. §. item quero q̃tum tempus &c. vbi ponit de qualitate perſonarum conſideranda in hac materia.

Guido de Suza.

78 *In quo loco* †ſit reus ducendus ad perſeuerandum in confeſsione, reſpõdeo, apud acta vel alio publico loco, extra conſpectũ torture, & ita videmus expertos aſſeſſores in perſeuerantia cõuocare teſtes, & ſub publico teſtimonio ſcribi faciunt, talis tali die perſeuerauit & confirmauit &c. in præſentia talium teſtium &c. & bene faciunt per l. ij. C. de cuſtodi. reor. ibi ſub publico teſtimonio &c.

Addi. do. Ludo.

*De loco* ratificationis cõfeſsionis, d. author recte loquutus eſt, idem voluit Bart. in l. j. §. diuus. & ff. de qõ. & Bal. in l. ij. C. quo. app. & Bal. in l. ij. C. de cuſto. reo. & idem voluit d. Abb. in c. cum in contemplatione. in ij. col. in ver. q̃ro. in fi. extra de re iudi. & d. Abb. in c. fi. in v. col. in fi. extra de confeſ. & facit ꝙ no. Bal. in l. ij. in iij. col. in fi. ff. ꝙ me. cauſa, & Bal. in l. j. in vij. col. C. de confeſ.

Guido de Suza.

79 *Item quero* †quãtum tẽps intermedium a die confeſsionis ad diem reductionis ad perſeuerandum eſſe debeat, reſpondeo hoc lege aliqua non determinatur, vt d. l. ij. de cuſt. reo. ibi poſt modicum, non tñ dicit ꝙ ſit illud modicum. dic ꝙ ſit in arbitrio iudicis conſiderata qualitate perſonarum, & enormitate vel leuitate criminis. cũ enim tempus, vel quid aliud, a iure nõ pręfinitur, remittitur iudicis arbitrio. ff. de iure delibe. l. j. l. hodie. ff. de pœ. l. j. de effractio.

Additio do. Ludo.

*Hæc eſt uera* concluſio, de tempore intermedio inter confeſsionẽ, & ratificationem, remittẽdo in arbitrio iudicis, in quo adde tu Iac. Bu. in l. ij. C. de cuſto. reo. & Ange. & Saly. ibidem, & d. Ang. Are. in libel. ſuo male. in verbo, fama, in pe. col. in ver. ij. no. ꝙ ſi confeſsio &c. & etiam ſupra de hoc dixi.

Guido de Suza.

80 *Quero qui* †debeãt quæſtioni intereſſe. reſpondeo vt ff. de adul. l. ſi poſtulauerit. §. quæſtioni, in ſecreto autẽ iudex recipiet

Source : BIU Cujas

cipiet dictum eius. tortus enim habet ſimili
tudinem teſtis, vt in ſumma de quæſtioni. §.
ſed habetur, & ff. eo. ti. l. j. §. imperator.

Additio do. Ludouici.

*Circa hanc* materiam de dicto rei
recipiendo in ſecretis
vide tu ꝙ no. Bar. in d.
l. ſi poſtulauerit. §. qõni. ff. de adul. vbi mul-
tum notabiliter loquitur in materia teſtis
torquendi, an aduocatus poſsit eſſe prꝗſens,
& concludit ꝙ non in examinatione, ſed in
delatione iuramenti ſic.

Guido de Suza.

81 *Sed nunquid* † liber homo poſsit
torqueri, videtur ꝙ
non quia quaſi totus
titulus de qõnib. C. & ff. de tortura ſeruo-
rum intelligere videtur, alij dicunt ꝙ liber
homo torquetur in caſibns ſcilicet qñ in te-
ſtimonio vacillat, & p̃ſens fuit facto, vt ff.
de quæſtio. l. ex libero, & l. teſtes. & in cri-
mine falſi, vt ff. de fal. l. ſi quis decurio. arg.
C. de prob. l. iubemus, & C. de teſti. l. nullũ.
& in alio caſu ſpeciali, C. de malefi. & ma-
the. l. ſi excepta. & no. in apparatu, & C. de
qõ. l. decuriones. Si ergo eſt ſpeciale, in con
trario eſt ius ſingulare. ff. de legi. ſic & mili-
tes regulariter nõ torquentur, vt C. de qõ.
l. milites. ſic decuriones. C. ex qui. cau. infa.
irro. l. decuriones, C. de qõ. l. diuo. & C. de
pœ. l. decuriones. & l. decurionum. & l. miſe
ricordie. ad l. iul. maieſt. l. nullus. ff. de pœ. l.
moris. §. iſte. ff. de decur. l. ij. §. in decurioni-
82 bus. & l. fi. cum concor. tu dic † ꝙ liber ho-
mo poteſt torqueri, non ſolum in alios vt
ff. de quæſti. l. ex libero. j. reſpon. & l. vnius.
§. teſtes, C. de aboli. l. fallaciter. §. quod ſi i-
genuorum. C. de aſſeſſ. l. nullus. ad fi. ff. de cu
ſtod. reo. l. diuus adrianus, ſed etiam in ſeip-
ſum, quandocunq; defertur ex aliquo crimi
ne. C. de quæſtio. l. ſi cognitionaliter. C. ex
qui. cau. infa. irro. l. nullam. & ibi de hoc C.
de fal. l. ſicut. ff. de re mili. l. proditores. De-
nuo quod liber homo torqueri poteſt incõ
uincibiliter, arguitur per l. ſi quis decurio.
C. de fal. vbi decurio torquetur, immo me-
lius ff. de quæſtio. l. fi. vbi videtur caſus, ꝙ
liber homo torqueri poſsit, vt C. de accu. l.
fi. vt C. de aſſeſ. l. nullus. & quod no. et alius
ꝗ liber homo nõ poteſt eſſe decurio. vt ff.
de decur. l. ſeuerus, & ita ſeruat generalis
conſuetudo, & do. Azo, in ſum. de queſt. §.
queri. &. §. torquentur.

Addi. do. Ludo.

83 *De libero* † homine, vt poſsit tor-
queri, iudicio meo non
eſt dubitandũ, licet do. author ad hoc pro-
bandum multum laboret, prout vides, nam
ego habeo ẜ pro abſoluto, & licet de hoc
dixi in prin. huius operis. tñ nunc pro con-
firmatione dico vnum vltra omnes, nam ſi
liber homo torqueri nõ poſſet, profecto ex
mille delictis, non punietur vnum contra l.
ita vulneratus. ff. ad l. aquil. nam in delictis
non ſemper ſunt prꝗſentes teſtes, immo qui
male agit cõiter odit lucem, vnde ex hac
rõne primo debet poſſe liber homo abſque
dubio torqueri & contra ſe & cõtra alios.

Guido de Suza.

*Item puerilis* tamen quæſtio eſt,
nunquid ita princi-
palis p̃ſona debeat
poni, vel ſubijci tormẽtis ad veritatẽ eruen
dam, videtur ꝙ non, quia totus tract. de qõ.
C. & ff. videtur conſiſtere circa ſeruos ſuos
torquendos, & liberos homines vacillãtes,
84 ſed tu dic † ꝙ ipſe principales pſone ſunt
quæſtioni ſubijciende, vt C. de quæſtioni. l.
iij. & ff. eo. tit. l. j. §. diuus. & §. ſi quis vltro,
& l. vnus. & ff. de re mil. l. proditor. præce-
dere tamen debent indicia veriſimilia, ex
quibus obiecti criminis reus, ex præfinitio
ne culpe, indicijs animus informetur, vt C.
de quæſtio. l. cognitionaliter, & l. milites. §.
oportet, & C. de fal. l. ſicut.

Addi. do. Ludo.

*Prout atteſtatur* ipſemet au-
thor, hꝗc qõ
puerilis eſt,
& probatur ex his quæ ſupra dicta ſunt in
additione proxima præcedente, & per do.
authorem in. §. proxime præcedenti, incip.
ſed nunquid liber homo &c.

Guido de Suza.

85 *An ſi iudex* adeo † tormentan-
do modum exceſſe
rit, ita ꝙ tortus in
quæſtione defecerit, vel membra debilita-
uerit teneatur, & quo iure. & ꝙ teneatur di
cit lex expreſſe ff. de iniu. l. item apud la-
beonem. §. quæſtionis, ibi teneri eum &c. ſi
enim torquendus eſt reus vt innocẽtie, vel
iudicio ſaluus reddatur, vt l. quæſtionis. §.
modus. ff. de quæſtio. certe ſi iudex non ſer
uauit, tenetur. & facit ff. ſolu. ma. l. ſi conſtã-
te. §. ſi maritus. & inſtit. qui ſunt ſui vel alie.
iur. §. ij. & §. dominorum, & melius ff. ad l.
aquil. l. ſed quicunque. §. ſi magiſter, & ff. de
verbo. ſigni. l. locum. §. fi. & ff. de pigno. act.
l. eleganter. §. plane. nec prodeſt ſibi, ꝙ iu-
dex tantum hoc fecit, cum deliquerit. nam
omne maleficium praue præſumitur actũ,



Source : BIU Cujas

vt C.de iniur.l.ſi non conuicij, & C. de ſic.
86 l.j. †Præterea,ſi propinquus in corrigẽdo propinquum, modum exceſsit tenetur, vt C.de emen.propin.l.j.nec iudicem excuſat officium,quia ſicut priuati, & ita magiſtratibus prohibitum eſt aliquid illicitũ facere l.nec magiſtratus.ff.de iniu.econtra videtur ꝙ nõ teneatur,quia iudex cauſa veritatis eruende ħ fecit,ſuũ exequẽdo officiũ, & non animo deficiendi,vel debilitãdi,igitur nõ debet teneri.nemo enim videtur delinquere niſi animũ malignũ ad ħ habuit.ff. de verbo.ſignifi.l.ſæpe ad fi.voluntas enim & propoſitum diſtinguunt maleficiũ.ff.de fur.l.qui iniurie.in princi.& facit.ff. de acqui.poſ.l.qui iure.& alibi ſcriptum eſt, tũc crimen contrahitur,cum voluntas nocendi interuenit,non alias.l.j.C.ad leg.corne. de ſic.& facit ff.de lib.homi.exhi.l.iij.§.j.præſumitur enim bonũ de officialibus niſi probetur contrarium manifeſte, vt ff. de offic. præfe.præto.l.j.ad finẽ. nam creditor, rem obligatam offerendo,non præſumitur deliquiſſe,quia notabilis eſt præſumptio, vt ff. de fur.l.cum creditor. ſic & a ſimili, iudex in propoſito cauſa ſui officij exequẽdi,pręſumitur id feciſſe,non nocendi conſilio, vt
87 ff.de iniurijs.l.iniuriarum.§.j.† & ſi aliquã culpam in excedendo modum,in torquendo adhibuit,non tamen tenetur l.corne.de ſica.quia in delictis, lata culpa non æquiparatur dolo.ff.de pen.l.aut facta.§.cauſa. itẽ officij neceſsitatis ſuadet nõ remanere impunitum ꝙ alias coerceri deberet, vt ff. de his quib.vt indi.l. poſt legatum.§.aduocacatum, & l. tutorem, nam in dubio, ſi non apparet præſumitur potius, ꝙ ex zelo iuſtitie,& vigore conſilij, ꝙ̃ malo conſilio id feciſſe l.minus inſtructus.de acquiren. poſ.ff. pro ſoc.l.merito. Accedit ad idem & aliud validius arg.ſumptum.C.qui accu. nõ poſ. l.ij.ad fi.vbi tutor,ex offi.ſuo, accuſans de falſo producentem inſtrumenta contra pupillum,ſi non probat, non præſumitur calumniandi animo accuſationẽ inſtituiſſe,niſi euidenter probetur.& nõ regulariter qui non probat calumniari præſumitur, eoipſo ꝙ non probat l.j.C.de aduo.diuer.iudi. Solu.diſtinguunt,quidam,ſi hoc apparet,ꝙ fecerit ex voluntate, dolo tenetur, ſed caſu abſq; culpa nullo modo tenetur, ſi autẽ cũ aliqua culpa excedendo modum non puto teneri per l.prima.C.de emen. ſeruorum & bona eſt argumentatio de poteſtate dominica ad poteſtatem rectoris, vt ff.de verbo.ſigni.l.poteſtatis.

Addi.do.Ludo.

*Paſſus iſte* de mortuo vel debilitato in tortura, an iudex teneatur vel ne, eſt multum,iudicio meo conſiderandus,& aperiende ſunt aures pro dominis iudicantibus. in quo paſſu,do.author concludit,ꝙ in vno caſu ſolũ tenetur iudex, qñ apparet de dolo, alias autem non qñ caſu vel ẽt qñ culpa exceſsit modũ in torquendo per d.l.j.de emẽ.
88 ſuorũ. †Aſt ego ſentio, qñ culpa exceſſit modum in torquendo,nam eoipſo ꝙ excedit modũ fingitur priuatus homo & non iudex ergo debet teneri,ſicut dicimus in tutore non bene adminiſtrante bona pupilli, nam non fingitur tutor, ſed tenetur tanquã quilibet,vt ff.de fur.l.interdum.§.qui tutelam,& ff pro emp.l.qui fundum.§.ſi tutor, & arg.C.de epiſ.& cle.l. generaliter. præterea vr̃ eſſe caſus de hoc in l. itẽ apud labeonem.§.qõnis.ad fi.ff.de iniur. ibi ſed ſi iuſſu domini quis qõnem habeat,modũ tamen exceſſerit, teneri eum debere labeo ait &c.& ħ etiã reperio voluiſſe Cy. Bald. & Saly.in l.gracchus.C.de adul.& Ang. in
89 l.iij.eo.ti.†vbi dicunt,ꝙ ſi tortus deficit in tortura iudex non tenetur, dummodo indicia præcedant,& in actis de indicijs appareat,& ẽt iudex non fuerit egreſſus terminos torture.& ſic ſentiũt aperte, ꝙ tenetur iudex de exceſſu,& ſic de culpa in excedẽdo.verum eſt, ꝙ in dubio non præſumitur egreſſus modũ,ratione officij.l. herẽnius.§. gai.ff.de euic.vnde ei qui dicit cõtrarium, incumbit onus probandi ſecundum Ange. in d.l.iij.ꝙ eſt not.dignum ſecundum Ang. Are.in ſuo tract.malefi.in ver.fama. in ver. octauo quero quid ſi tortus &c.

Guido de Suza.

90 *Sed quid* †ſi probatũ eſt maleficium per vnum teſtẽ de veritate tantũ,nũquid erit ſufficiẽs introitus ad tormenta habenda, videtur ꝙ non vt ff.de qõ.l.maritus.vbi per dictũ huius teſtis nõ fuit ad qõnem proceſſum.Pręterea dictum vnius teſtis,non inducit indicium ſine pręſumptione,vt ff. de do. pręle. l.theopõpus,& ff.quemadmo.teſta. ape.l.j. §.ſed vnius,& iura omnia tractantia de indicijs,quæ requirũtur ad qõnem habendã, loquũtur in plurali.ſ.indicia ꝑcedere debere,non aũt dicunt indicium l.j.ſecundo reſpõ.ff.de qõ.& ibi & alijs argumentis, & l. vnius.§.in ea cã.& l.fi.eo.ti.& C. eo.ti.l.cũ cognitionaliter,& l.milites,& C.de fal.l.ſicut, & pluralis locutio, ſingulari numero

Source : BIU Cujas

nõ quieſcit.ff. de man. teſt.l. libertas quã.§. vlt.ſed his non obſt.dic vnũ teſtẽ de veritate ſufficere ad habendã torturã, vt in ſum. de qõ.§.indicium aũt.& C. ad l.iul. ma.l.ſi quis in apparatu.Non obſt.l.maritus, quia ibi nõ fuit tortus pp dictum vnius teſtis,qa ille qui prohibuit teſtimoniũ erat familiaris ꝓducentis & ideo dictũ ſuũ non fuit tãti effectus,ꝙ faceret indiciũ.Non obſt. alia iura in contrariũ alleg.in quibus de pluribus indicijs hr̃ mẽtio,quia illa pluralitas inſpecto cõi vſu loquendi,in ſingularitatẽ reſoluitur,vt ff.de ver.ſig.l. nõ eſt ſine liberis & ff.de neg.geſt.l. ait prætor.§.j. & ff. de ori. iur.l.ij.§.exactis,& ff.de condi. & demon. l.demõſtratio falſa.§.fi.& l.qui concubinã. §.ſi ſtichus.

Addi. do. Ludo.

*Dominus author* concludit, ꝙ poteſt quis torqueri per vnũ teſtem deponentem de veritate, & idem voluit ipſemet in.§.proxime ſeq. in princ. dum tractat de fama,in quo adde tu glo.ſingula.de hi in cap. at ſi clerici.extra de iudi. ꝙ pro ſing.alleg.ſecutus eſt dñs Abb. ibi, in vij.col.& ibi Bar.in l.iij.C.ad l.iul.maie. & Bar.in l.fi.ff.de qõ. & in d.l. maritus, & in l.pe.eo.ti.& Bal.in l.ij.C.de app. & Bal. in l.milites.C.de qõ.& do.me.Alex. in cõſi.lxv.in pe.col.in j.volu.inci.ſi precedentibus &c.& do.Ang.Are.in ſuo tract.male.in verbo,fama.in verſi.quero an vnũ indiciũ.
91 †vbi limitat pdicta procedere ſi eſt vnus teſtis integer,quia infamis, vel vilis,non faceret indiciũ ad torturã l.j.§.item cornelio. & ibi Bar.de qõ.& voluit do.me.in conſil. de quo ſupra proxi.feci mentionẽ.Secũdo limita pdictã concluſio.qñ teſtis deponit recte ſuper maleficio, ſecus ſi deponeret ſuper indicio ad maleficiũ probandum,ita voluit glo.quã ſequitur ibi Bar.& Bal.in l. fi. C.fa.her.& Bart.in l.fi.ante fi. de qõ.& do. Abb.in c.j.in j.col.extra de cõfeſ.& in c.ſuper eo.el.ij.in ij.col.extra de teſti. Tertio limita prædictã concluſionem ꝓcedere niſi
92 alie circũſtantie reſiſterẽt, † quia tũc vnus teſtis de viſu non facit indicium ſecundũ, Bald.in dicta l.ij.C.quo.appel.referẽs Ioan. And.ita tenentẽ,qđ eſt notã. ſecundũ eum, & idẽ voluit do.Abb.in c.tertio loco, in v. col.de proba.& in c.cũ in contemplatione. extra de reg.iu.pro quo adduco,quia quãdo aliqua ſunt indicia pro reo excuſantia, tũc indicia cõtra eũ debent eſſe multũ vrgentia, vt ſuperent illa quæ faciunt pro excuſatione rei.ita habetur in l. prima.§.j. ff. de quæſtio. ita voluit Angel. Are. in ſuo tract.malefi.in verbo,fama.in verſi.& prædicta procedunt &c.

Guido de Suza.

93 *Quid ſi* maleficiũ† probatũ eſt per famã tãtũ poterit ne ad tormẽta procedi vr̃ ꝙ ſic,quia probatio fame equiparatur probationi vnius teſtis.ff.de teſti.l.iij.§.eiuſdẽ. & in apparatu,& ſupra proxi.q.dictũ eſt indiciũ vnius teſtis ſufficere ad qõnem habendã. Sed dic ꝙ non,quia fama per ſe nõ probat, ſed inducit aliquod indiciũ, ad cõfirmandas ſeu coadiuuãdas ſeu cõprobandas alias probationes,vt d.§.eiuſdẽ.ibi cõfirmat rẽ de qua agitur &c.i.ſimul firmat,non tñ per ſe facit validũ indicium.eſt.n.fama res fragilis & pernitioſa,vt plurimũ per clientelas voces artificioſe tranſmiſſa ab ipſis qui deſiderãt de ſe famam eſſe,vt ff.de hered.inſtitu.l.pacumeuius, & argu.C.de pe.l. decurionũ. & ff.de offic.recto.proui.l.iuſtiſsimos, ibi nec ad libidinẽ.non.n.quelibet indicia ſunt ſufficientia ad torturam,vt ſupra dixi in princip.notabilium.

Addi.do.Ludo.

*De fama* non ſufficiente ꝓ indicio ad torturã d.author recte locutus eſt,cuius dictis adde ꝙ idẽ voluit Bar.in l.de minore.§.tormẽta.de qõ.& Bal.in l.mili.C.eo.ti.& Salyce. cõbon.in l.ea qdẽ.in materia fame.C.de accu.tamẽ limitata niſi fama eſſet orta a perſonis fidedignis, vel eſſet iuncta cum fuga, prout ſupra dixi in addi. mea, incip. circa hanc materiam qualiter & quomodo ſumãtur indicia.circa fi. ad quæ me remitto.

Guido de Suza.

94 *Sed ſi* preter†famã eſſet aliquod indiciũ, puta dictũ vnius teſtis,ꝙ facit indiciũ,vt d.l. theopompus. vel ſi cõſtiterit accuſatũ eſſe inimicũ interfecti,vel alias offenſi, de inimico præſumit ei.l.malum, vt ff. de quæſt.l.ij.§. præterea. & ff.de teſti.l.iij.in princi. itẽ ſi ſe iactaſſet delatus de malefi.committendo, nam talis iactatio inducit indiciũ contra iactantẽ, ꝙ maleficiũ poſtea cõmiſerit, cõſiderata qualitate perſone,arg.C.ꝙ me.cau.l.metum.& ff.ex qui.cau.ma.l.iij.Tu allega meliora iura.ff.ad leg.iul.ma.l.famoſi.ver.tamẽ ibi,& ante quid fecerit &c.& C.ſi quis impel.maledixe.l.vnica.ibi ex dictis,hoim facta penſemus,& ff.de ſu.leg.l.labeo. ibi neminem perdicere &c.item ſi accuſatus viſus eſt ſu-



Source : BIU Cujas

95 gere de loco maleficij, † nam fuga accuſat fugientem, vt in auth. de exhi. re. §. ſi vero, & in authẽ. de ſan. epiſ. §. ſi quis ad ordinationẽ, ita ſi conſiliarius depoſito officio ſe abſentat, pro confeſſo habetur, ꝙ male fecerit. C. de aſſeſ. l. cõſiliarios. ff. de ſuſpe. tut. l. in pluribus. ad fin. itẽ ſi is contra quem fama laborat, praue ſit eſtimationis, & homo qui ſimilia facere cõſueuit. ff. de qõ. l. de minore. §. tormenta. ff. de accu. l. ſi is cui. §. ijſdem. idem ſi foret aliud indicium, ꝙ quilibet curioſus poteſt perpendere, ſecundum criminum qualitatem, & perſonarum varietatem, tunc cum adeſt aliquod de prædictis indicijs, vel alijs ſimilibus, & fama probetur, poterit ad tormenta procedi, quia fama probata, ſimul cum aliquo indi. facit legitimũ, & ſufficiẽs indiciũ ad habẽdam torturam, quãuis fama per ſe non ſufficiat.

Addi. do. Ludo.

*Quodlibet* ex prædictis indicijs, vna cũ fama, ſufficit ad torturam, prout concludit do. author, ſed tu dicas, ꝙ multa ex prędictis indicijs, ẽt ſine fama, ſufficiũt ſola ad torturam, prout ſupra dixi circa princi. in addi. inci. circa hanc materiam qualiter, & quõ ſumantur indicia &c. quę non repeto, ſed vide quæ ibi dixi, vbi poſui de inimico, & de fuga, & alijs ſimilibus. Sed vnũ pro nunc non omitto, an vnus teſtis vna cũ fama, ſint indicia ſufficientia ad condemnationem. habes gl. in c. veniens. el. j. extra de teſti. & poſuit Bar. in d. l. minore. §. tormenta. in vlt. col. de quæſt.

Guido de Suza.

96 *Sed quid ſi* † poteſtas habet arbitrium, ꝙ nil aliud eſt dicere, niſi ꝙ bona fide procedat, ſecundum ꝙ ei conſcientia dictauerit, an poſſit ſupplere defectum probationis indicij vigore arbitrij, dic ꝙ nõ, quia non videtur eſſe commiſſum arbitrio ſuo, ꝙ legitima indicia non debeant præcedere, quia iuris authoritas ſed facti non eſt in poteſtate iudicũ. l. ordines. §. j. ff. ad munici.

Addi. do. Ludo.

*Pro concluſione* do. authoris, ꝙ vigore arbitrij iudici conceſſi a lege vel a ſtatuto, non poſſit ſupplere defectum indiciorum, adduco primo l. ſi a milite. §. edictum. ff. de teſt. mil. vbi per libertatem arbitrij non intelligitur conceſſum, ꝙ non conuenit bonis moribus, & ſic ſecundum bo. mores eſt interdictum ſed eſt contra bo. mores, torquere aliquem ſine ſufficientibus indicijs ergo non poteſt in hoc ſupplere iudex vigore arbitrij ſui. & ita in terminis reperio Pau. de Blea. in commen. c. grauis. extra de depoſi. in vlti. col. & Gã. di. in ſuo trac. male. in ver. itẽ quero nũquid poteſtas &c. Pro quibus facit, nã hoc eſſet tollere defenſiones & iura tertij, quæ non põt quis auferre vigore alicuius arbitrij ẽt liberi, & abſoluti, vt in cle. ſępe. cum glo. in verbo, defenſiones. extra de ver. ſigni. & in cle. paſtora. §. pe. extra de re iudi. & voluit Bar. in l. filiuſfa. ff. de do. & Bar. in l. j. ff. de teſta. mili. & in extraua. ad repri. in ver. videbitur & in verbo, figura & do. Anto. & Ioan. de Imo. in c. extra de conſti. & Pet. de Anch. in conſi. clxij. inci. viſis diligẽter &c.

97 † Vnũ tamẽ tene mẽti ꝙ vigore talis arbitrij poterit iudex torquere aliquẽ per dictũ vnius teſtis de viſu, etiam ſi non ſit omni exceptione maior, ita ſingulariter voluit do. Gand. vbi ſupra proxi. in d. ver. itẽ quero nunquid poteſtas &c. & voluit do. me. Alex. in conſi. lxv. in pe. col. j. volu. incip. ſi præceden. indicijs &c. vbi ẽt plus dixit ꝙ etiam ſi ille teſtis fuiſſet receptus, parte non citata, poteſt torqueri, vigore illius teſtificationis, dũmodo ſtilus ſit, ꝙ non citetur pars in examinatione teſtium in ea materia, ꝙ perpetuo tene menti, pro cõfirmatione eorũ quæ dixit do. author ħ circa arbitrium conceſſum iudici in torquendo.

Guido de Suzaria.

*Sed quid* ſi continetur in ſtatuto ciuitatis Bononie, ꝙ nõ poſſit aliquis poni ad torturam niſi contra eum fuerint habite violente præſumptiones, reſpondeo, requirũtur magna indicia quæ ſint aliquo minus indubitatis, & plus indicijs ſimplicibus ex quibus proceditur ad torturam, vt dictum eſt, nam & illa videntur manifeſta argumenta.

Addi. do. Ludo.

*Pro do. authore* facit circa hoc de violentis pręſumptionibus, illud ꝙ habetur in cap. afferte. extra de præſum. & ibi do. Abb. in iiij. col. & per Bal. in l. ſi. in j. col. & in l. neque natales. in j. col. C. 98 de proba. hinc eſt, ꝙ dicimus ꝙ † præſumptio iuris dicitur violenta. ſecundum Pau. de Caſt. in ij. conſi. inci. acta iudiciaria &c. Adeo ꝙ præſumptio iuris operatur, ꝙ põt ferri ſentẽtia pro actore, ſecundũ eundem Paul. de Ca. in ſuo conſil. xcv. incip. ſi dico me &c. & plus dico ꝙ præſumptio violen-

Source : BIU Cujas

ta ſufficit ad condẽnandum in criminibus occultis, vtputa, in crimine adulterij l. ſi qs adulterij. C. de adul. Idem dico in omnibus caſibus a iure expreſſus, ſecundum Bart. in l. ꝙ nerua. in v. col. ff. depo. de qua materia poſuit aliquid Ang. Aret. in ſuo trac. male. in ver. fama in ij. col. cum ſeq.

Guido de Suza.

99 *Sed quid* †ſi continetur in ſtatuto ꝙ nemo poſsit torqueri, niſi indicia indubitata p̄ceſſerint, vt exemplum de indicijs indubitatis ecce enim camera habens vnum aditum & exitum, non plures de dicta camera exiuit quis pallidus, trepidans, cum cultello nudo ſanguinolento in manu, ſtatim poſt exitum reperitur homo recenter occiſus in dicta camera, certe iſta ſunt indicia ad probationem maleficij indubitata, ex quibus non ſolum ad tormenta, ſed ẽt ad condemnationem, & pœnæ impoſitionẽ poteſt procedi. Et ita intelligitur l. ſciant, C. de proba. ibi vel indicijs ad probationẽ indubitatis, & no. diſiũctiuã vel, nam pallidit as, vel trepidatio, eſt vnũ indicium contra ipſum, vt ff. de qõni. l. de minore. §. tormenta, item delatio gladij, præſertim nudi, eſt aliud indicium, nam de portantibus arma lex male præſumit, vt C. vt armorũ vſus l. vna. & in auth. de man. princi. §. vlti. colũ. iij. item ꝙ gladius erat ſanguinolentus, erat aliud indiciũ. homine. n. occiſo, gladius ſolet eſſe ſanguinolentus, nam ex qualitate facti accipitur coniectura. ſic & alias dicitur. ff. de do. int. vir. & vxor. l. vtrum. raro tamen cõtingunt talia indicia.

Addi. do. Ludo.

*In hoc* primo exẽplo d. author recte loquutus eſt in quo exẽplo cõcordat Gand. in tract. ſuo male. in rub. de indi. & prꝫſum. & Bar. in l. ij. ff. de fur. & Ioã. And. in addi. Spe. in ti. de proba. §. iij. ver. xiij. & do. Ang. Are. in ſuo tracta. malefi. in verbo fama publica præcedente.

Guid. de Suza.

100 *Eſt aliud* †indiciũ ad probationem indubitatũ, & iſtud ſępius contingere põt cũ occiditur Titius in aliqua vinea vel fundo, & de hoc accuſatur Seius, ſed de viſu nulli teſtes deponunt ꝙ viderint Seiũ ħ homicidiũ cõmittere, ſed probatur iſta contra Seiũ, primo ꝙ ipſe Seius erat inimicus Titij. Item probant teſtes, ꝙ viderint Seiũ admenantẽ gladium contra Titiũ. Itẽ probatur per teſtes, ꝙ Seius aufugit tẽpore perpetrati maleficij. Itẽ probatur per famã & vocem publicam, ꝙ Seius dictũ Titium interfecit, certe iſta quatuor ſimul iũcta quãuis ſingula per ſe non ſufficerent, ſunt ſufficientia indicia indubitata, non ſolum ad torturam, ſed etiã ad condemnationem, & ſic poteſt intelligi d. l. ſciant.

Addi. do. Ludo.

*In hoc* ſecundo exemplo do. author ẽt recte loquutus eſt, & cũ eo concordat Gand. in tract. malefi. in rub. de indicijs & præſum. & Ange. Are. in ſuo trac. etiam malefi. in verbo, fama. & poſuit do. Abb. in c. iij. loco. extra de proba.

Guido de Suza.

101 *Eſt uidere* †aliud exẽplum de prꝫſumptio. indubitatis. defertur Seius ꝙ Titiũ fecit occidi non ſunt teſtes qui dicant ħ ſe vidiſſe tamen probãtur iſta indicia. primo ꝙ Seius erat inimicus Titij. Itẽ ꝙ dictus Seius perpetrato homicidio receptauit homicidam. Itẽ ꝙ homicida erat domeſticus & familiaris Seij. Item ꝙ fama eſt, ꝙ Seius fecit occidi Titiũ. Item ꝙ Seius ſe iactauit, ꝙ fecerat occidi Titium, & eſt homo de quo eſt veriſimile ꝙ talia faceret. Itẽ ꝙ olim alique offenſiones interuenerunt inter eos, & ita ꝙ indicia iſta ſimul iuncta videntur nedum ad tormenta, ſed etiã ad condẽnationẽ ſuffi cere indubitata indicia. & ita põt exẽplificari. d. l. ſciãt, nec mirũ ſi ex pluribus ſimul iunctis quorũ quolibet per ſe nõ ſufficit ad indiciũ indubitatum, vel ad plene probandum, ſit indubitatum indicium vel plena fides, nam ħ iure habetur expreſſum, vt in authen. de inſtru. cau. & fide. §. ſi vero nullus horum. colla. vj. duo. n. vel plura imperfecta cõſtituunt vnũ perfectum l. cum ſcimus. in prin. C. de agri. & cenſi. lib. xj. & quę nõ proſunt ſingula multa iuuãt. vt c. præterea. extra de teſtib. l. ſancimus. ad fin. C. de teſtamen. & vide de hoc per Azo. in l. ſecunda. in fin. primi reſpon. de excuſatio. tuto.

102 †Quid plura, reperitur in iu. cautum, ꝙ ipſa cauſa princi. criminalis per argumenta & præſumptiones cognoſcitur & terminatur, quanquã de liquido delicto probari non poſsit, vt l. non omnes. §. a barbaris, ibi, & ſi hoc liquide probari non poſsit argu. tamen cognoſcendum eſt, & tamen in capitali cauſa agitur, vt l. deſer. §. his qui. de quæſtio. & facit in authen. vt li. ma. & aui. §. illud. curioſus autẽ lector multa alia poterit inuenire exempla de indi. ad probationem indubitatis.



Source : BIU Cujas

Addi.do.Ludo.

*In hoc* tertio exẽplo ẽt d. author recte
ſenſit, de qua materia indicio-
rũ indubitatorũ, ẽt ad condẽna
tionẽ non ſolum ad torturã, poſuit Bal. in d,
l. ſciãt, in l. neq; natales. in j. col. & in l. ſine.
in ij. col. C. de proba. & Bal. in l. quicũque.
C. de ſer. fugi. & Bal. & Io. de Imo. in l. fi. ff.
de hære. inſti. & Bal. in l. fi. ff. de offic. proc.
& Bal. in addi. Spe. in tit. de ſen. circa fin. &
Io. Calde. in c. veſtra. extra de coha. cleri. &
mulie. & do. Abb. in c. tertio loco de proba.
& Gand. in tracta. maleſi. in rub. de indi. &
præſum. & Ang. Are. in d. verbo, fama pu-
blica. in verſi. quero an vnum indicium. &
Pau. de Caſt. in conſi. cxcvj. inci. viſa inqui-
ſitione &c. vbi dixit vnum notabile ver-
bũ, ꝙ in caſibus, in quibus quis poteſt con-
demnari ex indicijs indubitatis, poteſt con
demnari ad pœnã pecu. non autẽ corporalẽ
de qua materia poſuit ẽt do. me. Alex. in cõ
ſi. xv. in v. col. in j. volu. inci. qñ plures &c.
& in conſi. xxiiij. in xiiij. col. in ij. vol. inci.
103 an ſi quis &c. in ij. vol. vbi dixit, † ꝙ in cri
minalibus non iunguntur probationes di-
uerſi generis ad cõdemnandum, vt ibi per
eum multum notabi. loquentem in hac ma
teria, & ibi ponit quid in maleficijs com-
miſſis de nocte, vel quę alias difficile poſ-
ſunt probari, quæ probationes admittun-
tur. & in conſi. liij. in j. col. & per tot. in eo.
ij. vol. inci. qñ probari debet & in cõſi. vlt.
in iij. volu. in iij. colũ. Circa vero illud ꝙ
incidẽter dixit d. author, ꝙ due vel plures
probationes imperfecte iunguntur ad fa-
ciendũ vnã plenã probatio. &c. de hoc non
dicam tibi nunc, quia eſt extra materiã de
qua agimus, ſed ſi de h videret contingeret
remitto te ad do. meũ Alex. in conſi. xix. in
ij. col. in j. vol. inci. vtrũ ſi poſtfacto &c. &
in conſi. lxv. in vlt. colũ in eo. j. vol. incip. ſi
præcedentibus. & in conſil. xiij. in xiij. col.
in eo. j. vol. inci. an promiſſo &c. & in con-
ſi. xxxiij. in vlti. col. in eo. j. vol. incip. viſo
puncto &c. & in conſi. liiij. in eo. j. volu. in-
cip. in cauſa vertente, vbi dicit ẽt quod in
criminalibus peruenitur ad diffinitiuã per
præſumptiones tam legis quã hominis.

Guido de Suza.

104 *An milites* noſtri † tẽporis poſ-
ſunt ſubijci quęſtio-
ni. dic ꝙ ſic, cũ nec
in aſſumptione militie, nec in vita interue-
niant in eis, nec obſeruentur ea quæ veros
milites decet obſeruare & obſeruari expe
diunt, vnde militaribus priuilegijs gaude-
re non debent, vt in auth. de man. princi. §.
fi. col. iij. & ibi in apparatu de h ibi, & tali-
bus militibus &c. Nam ſi quis non ſerua-
tis ſolennitatibus, fabricenſis efficiatur, ha-
betur pro non fabricẽſi, & ſibi fabricenſia
priuilegia denegantur. vt l. ſi quis conſortiũ
C. de fabri. lib. xj. & C. de epiſ. & cle. l. gene
raliter. ver. eos tamen. vbi clericis non ſer-
uantibus ſolennia, clericalia priuilegia de-
negantur ſeu beneficia clericalia, & facit l.
nominationes. C. de app. nam ẽt milites in
quibuſdam ẽt criminibus torquentur & ha
bentur quo ad hoc pro non militibus, de re
milita, l. proditores.

Addi.do.Ludo.

*Alias promiſi* tibi examinare,
an milites noſtri
temporis poſſint
torqueri. in tract. de præcedentia doctoris
105 & militis, circa fi. in addi. meis ibid. † Nũc
igitur ſcias velim ꝙ milites noſtri tempo-
ris, euntes quotidie per plateas nõ gaudẽt
priuilegijs militũ prout dixi tibi in loc. prę-
alleg. poſſunt torqueri ſicut alij priuati, ita
voluit Bar. in ſuo tracta, de qõ. licet iudicio
meo, ille tracta, non fuerit Barto. vt videre
poteris ex ſtylo eius tamẽ attribuitur Bar.
ſed vltra Bar. dicas ꝙ idẽ voluit Cy. in l. j.
C. de iur. & fac. igno. tamẽ reperio eundem
Bal. in l. j. in fi. C. qui bo. cedere poſ. dicentẽ
ꝙ milites noſtri tẽporis nõ poſſunt carcera
ri pro debito contractus, vel vltime volun
tatis, quia ſecũdũ eũ veri milites ſunt alias
falſo vocabulo vterentur, & licet non ha-
beant inſignia antique obſeruantie, tamen
habent inſignia noue obſeruatione, quę lo-
co veteris ſucceſſerũt, & idem comproba-
uit Ioã. de Lig. in c. quanto in pe. col. extra
de magi. Sed tu non recedas a prima opi-
nione, quia immo iſti non ſunt veri milites,
prout vult expreſſe do. Abb. in d. c. quanto
106 pro quibus facit. † Nam inſignia ſola eſſe
vera, non ſunt illa, quæ faciunt milites gau-
dere priuilegijs ſuis, ſed exercitiũ, ita pro-
batur in l. pe. C. de teſta. mili. vbi dr̃, ꝙ mi-
les non militans, nõ gaudet priuilegijs mi
litum, ergo multominus debent gaudere mi
lites noſtri tẽporis, qui non habent, nec ha-
buerunt vera inſignia, nec ẽt exercent mili
taria, ſeu non militant. Ad idem facit ꝙ di-
xit Bal. per illum tex. in d. l. pe. & Bar. in l.
officiales. C. de epiſ. & cle. & Idẽ Io. de Lig.
in cle. cum ex eo de ſen. exc. & Ang. in con
ſil. cxcvij. inci. In dei nomine viſa narratio
ne. & do. Cano. in c. ij. extra de fo. cõpe. vbi
dixerunt ꝙ milites ſeu fratres gaudentes

Source : BIU Cujas

non gaudent priuilegijs clericorum. Ergo in propoſito noſtro, milites noſtri temporis non debent ēt gaudere priuilegio veri militis. & in terminis voluit Dy. in ſuo tract. de qōni. in verſi. quæ perſone poſſunt torqueri &c. in verſi. modo dictū eſt. & Cy. & Angel. in l. milites. C. de qōni. & Cyn. in l. iij. C. ad l. iul. ma. in terminis ēt voluit Ang. Are. in tract. maleſi. in verbo, fama. in ver. ſexto quero quæ perſone &c.

Guido de Suza.

107 *Quid de* militibus † cœleſtibus. & dic ꝙ presbyteri non torquentur, clerici autem ſic, de iure ciuili. C. de epiſ. & cleri. l. presbyteri. & in apparatu. l. fallaciter. C. de abo. tamen de iure nouiſsimo, ſecus per authē. Federic. ad decus & honorem. §. ſtatuimus.

Præterea ſi militibus terreſtribus conceſſa eſt immunitas, vt non torqueantur, multomagis cœleſtibus, argu. l. ſacroſan. C. de epiſco. & cle.

Addi. do. Ludo.

*De clericis* & presbyteris dixi ſupra in addi. inci. circa has perſonas priuilegiatas &c. vbi allegaui do. Abb. in c. cū in contemplatione. in j. col. in fi. infra de regu. iur. & vltra ibi dicta, vide gloſ. xv. q. vj. in ſum. & glo. iij. q. v. & Inno. in d. c. cum in cōtemplatione. & do. Ang. Are. in ſuo trac. maleſi. in verbo, fama, in ver. vj. quero que perſone &c.

Guido de Suza.

108 *Quid* de iudicibus † ſiue aduocatis, nunqd poſsint torqueri. vr̄ ꝙ nō ſicut veri milites nam militant patroni cauſarum. vt C. de aduo. diuer. iudi. l. aduocati præterea ſicut militibus conceſſum eſt priuilegium, vt condemnati non exigantur, niſi inquantum facere poſsint ita & patroni cauſarū l. milites j. reſponſo. de re iudi. in apparatu. econtra videtur, quia nulla lege cauetur, quod iudices, ſiue aduocati, ſint immunes a tortura. Solutio. ꝙ de iuris ſubtilitate ſiue iuris ſolēnitate nō debent torqueri, vt d. l. aduocati, ſed de conſuetudine, quę eſt optima legū interpres, ſeruatur contrarium.

Addi. do. Ludo.

*Sum propoſiti* ꝙ nec de iure nec de conſuetudine poſsint aduocati torqueri, nam de iure habeo pro hoc expedito, prout concluſit ipſemet author pro quo faciunt ea quæ dixi ſupra in addi. meis de præcedentia doctoris & militis, nā ar-
109 gumēta ibi facta manifeſte concludūt † ꝙ aduocati multominus poſſunt de iure torqueri quā milites. De conſuetudine ēt non poſſunt torqueri, nam conſuetudo inducēs ꝙ perſone priuilegiate torqueantur, nō valet. tex. eſt in l. omnes iudices, & hoc ibi voluit Bar. C. de decu. lib. x. & ſupra etiā aliquid dixit circa prin. in ver. circa has perſonas priuilegiatas &c.

Guido de Suza.

110 *An conſiliarij* † ciuitatum noſtri tēporis poſſint torqueri. dic ꝙ de iuris ſolennitate non debent torqueri, quia cuiuſcunque ciuitatis conſiliarij decuriones ſunt vt ff. quod cuiuſque vni. no. l. nulli. ff. de verbo. ſig. l. pupillus. §. decuriones de generali aūt conſuetudine quę eſt optima legum interpres, cōtrarium ſemper vidi ſeruari, & conſului.

Addi. do. Ludo.

*Circa* conſiliarios non torquendos ſum omnino cum dño authore, nam conſiliarij ſucceſſerunt loco decurionum ſecundum Bar. in l. j. ff. de offi. aſſeſſo. & not. in rub. C. de decu. lib. x.

111 † Plus dico ꝙ iudex torquēs eos capite punitur ſecundū Bal. in l. decuriones. C. de quæſt. & do. Ang. Are. in ſuo trac. maleſi. in verbo fama, in ver. quero quę perſone &c. vbi dixit hoc nō habere locum in crimine læſæ maie. & proditionis populi alleg. tex. in l. fallaciter. C. de aboli. quæ omnia tene menti, quia hæc materia tormentorum ſepenumero occurrit, & licet do. authori ea multum ſingulariter & copioſe loquutus fuerit, nihilominus in aliquibus deficit, put ex ſupra dictis apparet, in quibus addēdo, declarando, & aliquando corrigendo, vbi opus fuit, ſi quid nepte diximus id paruitati ingenij mei attribuendum eſt, ſi quid vero boni, id ſupremo deo omnium bonorū largitori a quo omne bonum, & omne domum perfectum procedit, vt a patre luminum, attribues.

Ludouicus Bologninus vtriuſque iuris doctor clariſsimus, & eques inſignis.

FINIS.



Source : BIU Cujas

# VTILIS, ET PRACTICABILIS TRACTATVS DE INDICIIS, ET TORTVRA, EDITVS, IN CIVITATE SENA-

rum per excellentiſsimum Iuris vtriuſque docto. domi. Franciſcum Brunum de ſancto Seuerino, Quæ materia hactenus a pleriſque ſatis truncate & imperfecte tradita reperitur. In hoc tamen tractatu adeo perficitur vt nullibi vſque ad hæc tempora perfectius inueniatur. Habent igitur latrunculatores, ideſt iudices maleficiorum iter terſum, per quod tutiſsime incedere valeant in theorica & practica.




Præfatiuncula cum diuiſione.

CVM materia Indiciorum & quæſtionis, ſiue torture, ſit multum in vſu, & non parum periculoſa, & officiales in ea quãdoq; aduertant, aut cupiditate honoris, aut ignorantia. Ideo decreui in modum tractatus, materiam ipſam colligere, & eam prout potero dilucidare ordine aliquo texere, vt legentes & practicãtes facilius capiam & inueniãt caſus occurrentes. Et quia indicia debet præcedere, & tortura ſubſequi, ideo prius dicam de indicijs, ſecundo ſubdam de quæſtione ſiue tortura.

Et primo, qd ſit indiciũ, & vnde dicatur.

Secundo, qualiter indicium probetur.

Tertio, qualia debeant eſſe indicia, per que deueniri valeat ad torturam.

Quarto, qualia debeant eſſe indicia, per que deueniri valeat ad condemnationem.

Quinto, quomodo & qualiter indicia elidantur & tollantur.

## SVMMARIVM.

1 *Indicium, maleficij alicuius commiſſi, vel alterius, de qua agitur, rei ſignũ dicitur.*

2 *Indicium eſt minus quã ſemiplena probatio.*

3 *Indicium ſemiplenũ quod dicatur, & quod plenum ſeu indubitatum.*

4 *Indicium facti, eſt quo iudex in viam præſumptionis dirigitur.*

5 *Indicium varijs nominatur modis apud legumlatores.*

Prima pars de Indicijs. Queſtio. j.

CIRCA primum dum queritur, quid ſit indicium, & vnde dicatur, Reperio varias diffinitiones, & deſcriptiones. Gandi. in ſuo opere maleficiorum, ſub rubrica de p̃ſumptionibus & indicijs. §. vi-
1 dimus dicit† quod indicium, dicitur ſignũ alicuius maleficij cõmiſsi, vel alterius rei de qua agitur que diffinitio, ſecũdum eum colligitur ex legibus tractantibus de indicijs. Io. An. in addi. Spe. in titu. de proba. §. fi. ver. itẽ per indicia. dicit, quod indicium eſt notabile ſignum maleficij, vel alterius rei ad ipſius veritatẽ habendam. Pau. de Elea. in c. grauis de depoſito in vlti. char. dicit qđ indicium eſt demõ

Source : BIU Cujas

ſtratorium adminiculum, ad veritatem indicandam per text. in l. ſi quis adulterium. C. de adulte. & c. præterea de teſti. & c. tua. §. adulterium. de homi. Bar. in l. ij. ff. de ex-
1 cu. tu. †diffiniendo quid ſit indicium dicit quod eſt minus quã ſemiplena probatio. & idem dicit Bal. in l. cum probatio. ff. de proba. in additionibus ſui dicens nullibi clarius hoc probari quam in illa lege. Sed idẽ Bald. in rub. C. de proba. dicit quod indiciũ eſt minima præſumptio hominis boni, ſeu diſtans argumentum a vera ſpecie probationis, & ꝙ valet indicium ſi ponatur in cõſcientiam alterius probationis, nõ ſi per ſe, vt d. l. cum probatio. vt in l. ea quidem. C. de accu. in ij. col. dicit maturius loquens, qđ duplex eſt indicium, videlicet ſemiplenum ſeu dubitatum, & plenũ ſeu indubitatum.
3 †Indicium ſemiplenum eſt præſumptio fortiter mouens animum ad aliquid credendũ vel diſcredendum, & de iſto habetur in d. l. cum probatio. Indicium vero plenum eſt demonſtratio rei per ſigna ſufficientia, per quæ animus in aliquo tanquam exiſtẽte veto quieſcit, & plus inueſtigare non curat quod probatur ſecundum eum in l. indicia. C. de proba. Abb. Sicu. in c. tertio loco extra de proba. approbat diffinitionẽ Io. And. ſupra relatam. Adde Bald. in l. ſeruos. C. de teſti. qui dicit quod indiciũ eſt duplex, ſcili-
4 cet facti, & iuris. †Ex indicio facti dirigitur iudex in viam præſumptionis, indicium iuris eſt quod habet aliquem affectũ iuris, eſt etiam duplex, quoddam eſt quod dirigit iudicem in viam habende quæſtionis, i. torture, quoddam eſt quod inſtruit iudicẽ ſimul cum alijs in viam condemnationis. Dicitur autem indicium ab indicando & demonſtrando l. ſolent. ff. de præſcri. verb. l. aduerti. C. de adul. & indicia dicuntur demonſtrantia veritatis & adminicula probationis l. fi. & l. inſtrumẽta domeſtica. C. de proba. Sunt. n. indicia pars clare probationis. h. d. Gandi. in dicto opere, in rub. quę debeant pręcedere qõnem in ver. quero quæ, & qualia debent eſſe iſta indicia. Adde ꝙ legũlatores varijs modis nomi-
5 nãt indiciũ. †Nam qñq; nominant argumẽtum l. j. in prin. ff. de qõ. & l. militem. §. oportet. C. eo. ti. Interdũ nominãt ſimpliciter indicia, vt cõiter nũcupamus l. j. §. antonius. & §. diuus adrianus. & l. diuus. §. ex qbus. ff. de qõ. Interdũ nominant ſuſpitiones vt l. fi. ff. de qõ. & l. abſentem in prin. ff. de pen. Interdum nominãt probationes, vt l. j. ff. de quæſt. & l. j. §. diuus ſeuerus, ff. eo. titu.

## SVMMARIVM.

1 *Indicium per vnum teſtem de viſu deponentem probatur.*

2 *Teſtis vnicus ſeu ſingularis ſemiplenam probationem facit in criminalibus.*

3 *Teſtis ſingularis de viſu faciens indiciũ, debet eſſe omni exceptione maior.*

4 *Indicium probatur quandoque per duos teſtes, non de viſu deponentes, ſed de quodam ſigno ad maleficium conferente.*

5 *Teſtis ſingularis & ſi indicium non probet, aliqualem tamen facit præſumptionem.*

6 *Probationes multe ſemiplene non coniũguntur, ad faciendam vnam probationem plenã licet bene ad indicium faciendum.*

7 *Teſtes in criminalibus debent eſſe omni exceptione maiores.*

*Indicium probari põt per teſtes infames, & familiares, & ſimiles omni exceptione nõ maiores.*

8 *Teſtis ante proceſſus formationem examinatus, an faciat indicium.*

9 *Indiciorum copia per teſtes facta reo dari debet poſt negationem & excuſationem.*

10 *Iudex ante inquiſitionem formatam ex indicijs per teſtes acceptis non debet quem quæſtioni ſubijcere.*

*Teſtes ſuper inquiſitione generali examinati non faciunt indicium aduerſus delatum de crimine.*

11 *Teſtis qui examinari non debuit quando indicium faciat.*

*Teſtis domeſticus non facit indicium.*

12 *Teſtis familiaris indicium facit.*

13 *Teſtis quandoque non cogitur inuitus teſtificari, & talis ſponte examinatus indicium facit.*

14 *Teſtes teſtificari præſumuntur inuiti, niſi de ſpontaneitate conſtet.*

15 *Veritatem aliter haberi non poſſe qualiter & a quo probari debeat.*

*Attinentes vſque ad ſupremum gradum cõpelli non poſſunt ad teſtificandum.*

16 *Clerici ad teſtimonium ferendum non poſ-*

Source : BIU Cujas

*ſunt cogi.*

*Senes ſeptuagenarij nõ coguntur teſtificari.*

17 *Minor annis viginti an poßit in criminalibus examinari.*

18 *Impuberes in criminalibus non ſunt idonei teſtes ad probationem plenam, ſed bene ad indicium.*

19 *Teſtis qui ob infamiam non debuit examinari, examinatus aliquale facit indiciũ.*

20 *Teſtis examinatus poſt terminum prefixum ad probandum, an faciat indicium.*

21 *Teſtis qui iure examinari prohibetur an probet ſi examinetur.*

22 *Indicium triplex eſt, & per quem probari poßit quodlibet.*

23 *Teſtis qui non poteſt interrogari inuitus, volens reſpondere poteſt, ſed coactus non facit indicium.*

## Quæſtio ſecunda primæ partis.

1 Circa ſecundum qualiter probeť indicium.† Reſponde ꝙ probať
per vnum teſtem de viſu, hoc
eſt qui deponat ſe vidiſſe maleficium committi, vt no. gl. in l. ſi quis. C. ad l. iuliam ma
ieſta. l. maritus, ff. de quæſtio. vbi etiam per
Bar, & per eundem. & Bal. in l. fin. C. famil.
herci. & in l. bonefidei. C. de iureiuran. & l.
admonendi. ff. eo. ti. Quinimmo glo. in d. l. ſi
2 quis. videtur velle quod† in criminalibus,
vnus teſtis faciat ſemiplena probationem.
quod etiam videtur placere Bal. ſed Cy. tenet contra ibi in quodam ſuo conſilio, quia
indicium eſt minus q̃ ſemiplena probatio.
vt no. in l. cum probatio. ſupra de probat.
3 † intellige tamen, quod ad hoc vt vnus
teſtis de viſu faciat indicium debet eſſe omni exceptione maior. vt dixit Bar. ĩ d. l. maritus. & in d. l. ſi, & l. admonendi. vbi etiam
per Bal. & per eundem in ſuo notabili conſilio, ꝙ incipit, ſtatutum prouidet, vbi optime docet quomodo cognoſcatur teſtis omni exceptione maior. Item intellige, quod
vnus teſtis facit indicium de viſu qñ alie
circunſtantie non reſiſtunt ſecundum Bald.
in l. ij. C. quo. appel. allegando Ioan. And. in
c. cum in contemplatione. de regu. iur. vj. in
4 nouella quod dicit eſſe notabile. †Probatur etiam indiciũ ad minus per duos teſtes
non probantes de veritate maleficij, & ſic
de viſu, ſed probantes aliquod ſignum conferens ad maleficiũ, & ſufficiens ad faciendum indicium ad torturam, prout diceť infra in ſeq. q. prin. & quod ad probandũ indicium requirantur duo teſtes, voluit gl. quæ
reputatur ſingularis. in l. ſi. C. fami. herc. ſupra allegata & ita tenent Bar. & doc. in l. ſi.
ff. de quæſtio. ita etiam voluit Innoc. in c. ſicut. de ſimo. vbi dicit, quod leuia ſigna ſufficiunt ad probandum quem hæreticum, tñ
oportet illa plene probari ita refert Bal. in
d. l. ſi. & ſi vnus ſolus teſtis ꝓbat de aliquo
ſigno & indicio nihil probat, ſecundũ Bar.
5 in d. l. ſi. Sed Rapha. Fulg. in d. l. ſi. dicit† qđ
licet ſingula indicia debeant probari per
duos teſtes, tñ negari nequit, quin vnicus
teſtis faciat aliqualem præſumptionem &
ideo ſi plures ſunt teſtes ſingulariter de ſingulis indicijs deponentes, dicentur plures
eſſe præſumptiones, quæ faciunt vnum indicium ad torturam. argu. l. inſtrumenta domeſtica. C. de proba. & l. ij. §. etas. ff. de excu. tut. Pone enim ꝙ vnus teſtis dicit ſe vidiſſe Seium vulneratum, & in terra proſtratum, & interrogatus quis vulnerauit, reſpõdit, Titius, hic eſt vnus teſtis ſuper indicio
deponens. Alius dicit vidiſſe hunc Titium
exeuntem directo tramite, & voluentem ſe
verſus nemora, & occulte ſe latitantẽ. Certe hi ſinguli teſtes de ſingulis indicijs deponunt, & tamen nemo ſane mentis negabit,
quin he præſumptiones faciant ſufficiens
indicium ad torturam. arg. d. l. & illius regule, & quæ non proſunt ſingula multa iuuãt,
ita notabiliter dicit Fulgo. in d. l. fin. ad hoc
optime adduco ad corrobationẽ huius opi.
quod not. dicit do. meus do. Ioan. de monte
Sperello, de Peru. in l. admonendi. de iure.
6 iuran. †quod licet plures ſemiplene probationes nõ coniungantur ad faciendã vnam
plenam, tamen coniunguntur ad faciẽdum
indicium. arg. not. in l. fin. C. de probatio. &
ita refert & ſequitur Caccialupus in dicta l.
admonendi. char. xxv. in verſi. applicatur,
& ego puto tãtofortius hoc eſſe verũ, quanto illi ſinguli teſtes eſſent multum notabiles, & magne authoritatis, quoniam licet teſtes ſingulares non probent, tamen ſi ſunt
ita notabiles, ꝙ adducant iudicem ad indubitatam fidem iudex non debet curare de
illa ſingularitate iſtud eſt dictum ſingulare domi. Paul. de Caſtr. in l. lucius. ff. de infamibus, in recollectis Florentinis. & in
dicta lege admonendi vbi etiam eum refert & ſequitur idem Caccialupus in charta octaua,

Source : BIU Cujas

Aduerte tamen quod licet qñ vnus teſtis teſtificatur de veritate facti, & ſic de viſu, ad hoc vt faciat indicium debet eſſe omni exceptione maior, ut ſuperius dictum eſt † & ſimiliter qñ plene probant quo ad condemnationem in criminali debent eſſe omni exceptione maiores ſecũdum Bal. & Saly. in d. l. fi. C. de probat. per illũ tex. qui dicit, ꝙ in criminalibus debent eſſe probationes luce clariores. & per tex. in l. optimam. C. de contrahen. & commit. ſtipu. & idem dicit Bal. in l. cũctos populos. C. de ſum. tri. col. vj. tamen quo ad probandum indicium ſufficiunt duos teſtes etiam non omni exceptione maiores, & ſic admittentur infames ita dicit Bald. in d. l. cunctos populos. & Bar. in l. ij. §. quæſtioni. ff. de qõ. ſic admittentur familiares & ſimiles, ſecundum Bar. in l. ij. ff. de excu. tuto. Item aduerte, quod propter hoc quod duo teſtes probent aliquod indicium, tñ non propter hoc iudex indiſtincte debet torquere reum, niſi illi duo teſtes deponant veriſimilia. Pone enim factum eſt furtum in loco probãt duo teſtes quod viderunt de loco exire Martinum habentem aliquid ſub mantello, ſi iſte Martinus eſſet magnus mercator, aut vir alicuius dignitatis & authoritatis, quẽ non eſſet veriſimile furtum feciſſe, non poterit ex hoc torqueri ita declarat Ang. in l. milites per illum tex. ff. de quæſtio. & refert & ſequitur Augu. de Ari. in addi. ad opus maleficiorum ſuper glo. in verbo, fama publica ſuper verſicu. quero qualiter dicit enim Angel. ibi quod conditio perſone excludit præſumptionem reſultantem ex indicijs, & ideo opus eſt tunc, quod alia indicia cõcurrant facit ad hoc quod ſupra dictum fuit in præcedenti quæſtio. quod teſtis de viſu facit indicium, niſi alie circunſtantie contradicant & reſiſtant.

8 Quero an teſtis † examinatus ante formatũ proceſſum faciat indicium. Ecce commiſſum eſt delictũ, poteſtas hoc audito examinat teſtes ſuper indicijs nullo formato proceſſu. Ex quorũ dictis tantum percipit, ꝙ ſufficeret ad indicium contra aliquem, hoc facto facit illũ capi & torqueri, an poſsit hoc facere, & ſi facit, & ille confitetur, an præiudicet. Reſpõdeo quod non quoniam in principio tortura non eſt habenda. dicit Bart. in l. j. in prin. ff. de quæſtio. & illa ante litem conteſta, non eſt permiſſa. Bart. in l. ſi quis adulterij. in prin. ff. de quæſtio. & ſimiliter non citato illo capto ad videndum iurare teſtes text. eſt ſecũdum Iac. de Are. & Bar. in d. l. ſi quis adulteriũ. & l. ſi maritus. Et ſimiliter nõ publicato proceſſu ſcdm Bart. in l. vnius. ff. de qõ. & dicet latius inferius, vide ad prædicta Bar. in l. cuſtodias. ff. de pub. iud. & Bal. in l. ſi tibi. C. de condi. ob tur. cau. Sal. in l. fi. C. de qõ. Caccialupũ ĩ l. is apud quẽ. C. de edẽ.

9 † qui dicit ꝙ indiciorũ copia q̃ fit per teſtes debet dari reo poſt negationẽ & excuſationem, vt colligit ex mente Bar. in l. qõ. C. de qõ. in prin. Ratio euidens, quia poſt negatã inquiſitionẽ, teſtes examinari debẽt, ex quibus fiãt indicia, nec ea q̃ pro curie informatione ante perquiſiuit, & ĩuenit curia debet reo manifeſtare, ſcdm Ang. de Peru. qui fuit magnus practicus l. fin. ff. de qõ. & quod recte intuenti ſenſit ibidẽ Bar. dum vult teſtes examinatos ante inquiſitionẽ ſpecialẽ, non facere indiciũ. Et dum ſubdit indiciorũ copiam eſſe dandã parti petenti, debet intelligi de indijs legitime habitis, et tpe congruo ſcilicet poſt ſpecialẽ inquiſitionem & excuſationem inquiſiti. nam examinati ante, & ipſo non citato, ſibi non præiudicãt, niſi repetant poſt lit. conte. & parte præſente vel citata, vt per Bar. ĩ d. l. fi. & per Bal. in addi. Spe. in ti. de ſen. in fin. de quo ẽt per Abb. in c. ad petitionẽ. de accu. & Ange. in repe. l. ſi vacantia. C. de bo. vac. lib. x. hæc illi, adde Ang. de Are. idem velle in ſuo opere maleficiorum. in gl. fama publica. in ij. col. in fi.

10 verſ. & aduertas. † ex quibus apparet quod hodie male faciunt officiales, qa anteꝗ formant inquiſitionem, ex indicijs habitis per dicta teſtium ponunt quem ad torturam, & ſic poſſent teneri in ſindicatu, & confeſsio quæ ſequeretur ex tali tortura non valeret, etiam ſi in ea perſeueraret, per d. l. maritus. de quæſt. cum ſit habita non præcedentibus indicijs legitimis de quo etiã dicetur infra dum tractabitur de tortura. Itẽ quero an teſtes examinati ſuper generali inqſitione, faciant indiciũ contra diffamatũ de delicto vt deueniri valeat ad torturam ſuper proceſſu ſpecialis inquiſitionis dic qđ nõ, vt ex ſupra dictis apparet, & tenet Bar. in l. fin. ff. de quæſt. qm̃ tales teſtes fuerunt examinati ipſo reo non citato, nec contra dictore exiſtente, ergo non præiudicant. l. ſi qñ. C. de teſti. vnde debebunt teſtes examinari poſt li. conteſt. ſuper ſpeciali inquiſitione per l. ſi quis adulterij. de adul. ita dicit Bal. in l. fi. C. de quæſtio.

Source : BIU Cujas

*V lterius generaliter* quæro, 11 † an teſtis qui examinari non debuit faciat indicium, referam quicquid ſcriptum reperio ſuper hoc. Cyn. hoc examinat in l. ſi. C. de accu. & in l. ſeruos. & l. libertorum. C. de teſti. ex cuius dictis, ſume pro concluſione, quod quandoque teſtis non debuit examinari, propter reuerentiam eius cõtra quem examinatur, & tunc examinatus non facit indicium. vt l. j. §. diuus antoninus. & §. Antonius. et l. diuus. §. ex quibus. & l. maritus. ff. de quæſti. Quandoq; teſtis non debet examinari propter timorem, ne deponat pro eo examinatus. vt l. j. §. ad quæſtionem. ff. de quæſt. & l. ij. & l. ſeruos. C. de teſti. & l. teſtis idoneus. & l. idonei. & l. teſtes. ff. eod. eiuſmodi ſunt teſtes domeſtici, quorum appellatione, qui contineantur. vide in Spe. in tit. de teſte. §. j. ver. item excipitur quod eſt domeſticus cum alijs ſequentibus. & hoc caſu tales teſtes examinati non faciunt indicium text. eſt no. in l. pridem. C. de quæſt. ibi vt neque pro his neque aduerſus eos in capitalibus, uel pecuniarijs quæſtionibus veritatis vim obtinere poſſit &c. & hoc tenuit Specu. in ti. de teſte. §. j. ver. quod ſi teſtis domeſticus. & Bal. in l. inuiti. la ij. ff. de teſti. §. hoc tñ forte fallit. ſed teſtis domeſticus, vel familiares, & ſimiles ſunt honeſti & bone fame, puta familiares epi vel abbatis vel alicuius nobilis domini, quia iſti non retinent ſecũ niſi familiares diſcretos & bone opinionis, per ea quæ not. Innoc. in c. in literis de teſti. & 
12 Bal. in l. ẽt. C. de teſt. † Aduerte quia Bar. in l. ij. ff. de excuſa. tut. dicit, ꝙ indicium fit per teſtem familiarem, per glo. in l. j. de teſt. & quod ex pluribus teſtibus familiaribus, poteſt iudex deuenire ad ſentẽtiã ſed Bal. in l. inuiti. la ij. ff. de teſti. dicit contrarium, vbi vide. Item forte fallit propter difficultatem probationum & dolum aduerſarij, per l. conſenſu. §. ſuper plagis. C. de repu. & quod no. Cyn. in l. ſi quã. C. vnde vi. in fi. facit. l. quot. C. de naufra. libr. xj. Quandoq; teſtis non debet examinari propter odium præſumptum in ipſo teſte, vt quia eſt minatus, & tunc examinatus faciat indicium vel non, hoc debet conſiderare iudex aduertens ad qualitatem inimicitie, & qualitatẽ perſone examinande, & ſi adſint veriſimilia dicta, tali teſti datur fides vt not. in l. j. §. præterea. ff. de quæſt. iuncta. l. milites. 
13 §. oportet. C. eo. ti. † Quandoq; quis non cogitur inuitus, nec cogi debet teſtificari, ut d. l. lege iulia. & l. inuiti. la j. ff. de teſti. et tũc talis teſtis examinatus ſpõte & volens facit indiciũ & probat. vt d. ll. a cõtrario ſenſu ſed inuitus eſſet examinatus, nõ probat, ſecundum Cy. in auth. presbyteros. la ij. C. de epiſ. & cle. Et in dubio præſumitur inuitus, niſi appareat quod volens depoſuerit ſecundum Cy. ibi, vt refert Bal. & ſequitur in d. l. lege iulia. & in d. auth. & in l. ſi parentes. C. de teſti. Saluo ꝙ dicit nõ præſumi inuitũ deponere niſi ĩ ſuum priuilegium allegauerit, quod non ſit cõpellendus, & nihilominus ſit coactus deponere, & hoc caſu non fit indicium, ſecundum Barto. in l. j. §. ſi ſeruus. ff. de quæſt. ita ẽt expreſſe tenet Bal. in l. ſeruos. C. de teſti. Adde quod do. Barth. de capua in auth. de ſan. epiſ. in. §. deo amabiles ibi ꝓpria volũtate ſuſcepiſſe &c. vbi 
14 vide in lec. Barto. † dicit quod præſumuntur inuiti teſtificari, ideo producens debet facere apparere in actis quod volentes teſtificãtur. Hæc tñ perſone priuilegiate cõpelluntur teſtificari ſi aliter veritas haberi nõ poteſt, ſecundũ Guido. de Suza. in d. l. iul. et Imo. in c. delictorũ. de teſti. cog. ratio eſt ne veritas occultetur, quę occaſio indicit peccatum mortale. Sed ſtabit difficultas, quis habeat probare veritatem aliter haberi nõ poſſe in quo articulo Butri. & Imol. in capitulo ſuper eo. de teſtibus cogen. concludunt producentem teſtes debere probare, & eſt ratio, quia iſte perſone priuilegiate habẽt ius pro ſe ſcilicet quod compelli nõ poſſint, & quod aliter veritas haberi non poſſit eſt fundamentũ intentionis producẽtis, ideo debet probare quã negatiua poſita pro fundamento intentionis, ſemper debet probari per opponentẽ ita ſingulariter dicit Inno. in c. ſuper his de accu. & Bart. in l. hoc iure. de ver. obli. & eſt tex. in l. ergo. ff. ex qui. cau. maio. Aduerte ſecundũ do. Nico. & Capram. in d. c. ſuper eo. de teſtib. co. 
15 gen. quod forte hoc. ſ. † ꝙ aliter veritas haberi non poſſit, probari poterit iuramento ipſius teſtis, quia ſicut producens ſubmittit ſe dicto teſtis ſuper principali, ita debet ſe ſubmittere ſuper hoc præambulo vel ſecũdum eos poteſt iudex ſe de hoc informare ſummarie, ſed an in cauſa criminali poſſint teſtes compelli teſtificari, fuerunt octo opi. de quibus vide in d. c. dilectorum vbi dicit Imo. ꝙ in hoc attenditur ſtylus & conſuetudo iudiciorũ. Sed qui ſint iſte perſone quæ compelli non poſſunt dic ꝙ ſunt attinentes vſq; ad ſupremum gradum glo. eſt ſingu. in l. ſi fœmina. C. ad turpil. quam ibi ſequitur

Source : BIU Cujas

Ang.& Imo.& in d.c.dilectorum.Item affi-
nes,ſoceri,& cætere perſone, de quibus in
d.l.lege iul.hęc quidem perſone non cogun
tur teſtificari niſi velint.Sunt ẽt quædã quę
non admittuntur ad teſtificandũ cõtra, etiã
ſi velint,ob reuerentiam eius contra quem
producuntur veluti filius contra patrẽ, li-
bertus contra patronum, arg.l.quos prohi-
bet.ff.de poſtula,ita tenet Imo.in d.c.dile-
ctorum.& cęteri doc.in l.parentes.C.de te-
16 ſtib.†Et no.ꝙ inter iſtas perſonas priuile-
giatas,ſunt ẽt clerici qui non poſſunt cõpel
li,nec coram eccleſiaſtico,nec ſeculari iudi
ce niſi aliter veritas haberi non poſsit gl.
in c.ſuper eo.de teſti.cog.& in c.ſtatuendũ.
ij.q.vj.& tenet Hoſti.in ſum.de teſti.§.j.&
Gofr.eod.titu.in ſum.& Ioan.de Imo.in d.
c.dilectorum.

*Item ſenes non* compelluntur in-
uiti teſtificari de
iure ciuili,vt l.in-
uiti.ff.de teſti.& quarta quæſtione.ij.§.inui
ti.Sed de iure canonico ſecus eſt, vt habe-
tur in c.ſi qui teſtium.de teſtib.& ibi ꝑ Ca-
pram.& dicuntur ſenes quo ad hoc anno-
rum.lxx.vt dicit glo.in d.l.inuiti. Quan-
do teſtis non debet examinari propter eta-
tem,& tunc examinatus nõ facit indicium
plenũ, ſed quale quale, vt.l.j.§.impubes ff.
ad ſille.& no.glo.in l.talis.C.de his qui.vt
indi.ſecundum Bar.ibi hoc expreſſe tenet,
ſed Bald.in d.l.ſeruos.dicit quod ĩi caſu pu
pillus in ciuili,& minor.xx.annis in crimi-
nali non facit indicium ad probationẽ vel
defenſionem negotij de quo agitur, ſed ad
informationem vt ex eo inquiri & proce-
di poſsit per glo.in d.l.talis.Areti.in opere
maleficiorum.in verbo,cõparuerunt & ne
17 gauerunt totum.in ver.itẽ minor,dicit †ꝙ
minor.xx.annis in criminalibus poteſt exa
minari,ad aliquam intentionem iudicis, &
ꝙ faciat indicium,non autem plenam pro-
bationẽ,& hoc ſi in inquiſitione fuerit exa
minatus ex mero officio non autem ſuper
accuſatione ad partis inſtantiam, ita dicit
tenere Guido.de Suza.& Flo.in l.in teſti-
monium.ff.de teſti.do.Augu.de Ari.in ſuis
addi.ad dictum opus maleficiorum ſuper d.
ver.dicit quod docto.ſolent allegare vnam
gl.pro ſingul.in l.fi.C.de his qui.vt indi.ad
ſil.ꝙ minor facit indicium ad torturam &
dicit ꝙ Ludoui.ſolebat allegare conſimi-
lem glo.in d.l.j.§.impubes.vide ẽt de hoc ꝑ
Bar.in l.de minore.in prin.ff.de quæſti.vbi
ponit an minor in criminalibus faciat indi-
cium.& limita tu prædicta per gl.in d.l.in
teſtimonium.& adde Bart.in l.ex libero.in
fi.ff.de quæſti. Vide omnino per d.Alex.
18 de Imo.in l.fi.C.de his qui.vt indig.† vbi
tenet,ꝙ licet in criminalibus impuberes nõ
ſint idonei teſtes, ad plenam probationem,
tamen ſunt idonei ad indicium, & licet gl.
in l.inuiti.ff.de teſti.la ij.velit quod impu-
bes faciat aliquod indicium,quaſi velit qđ
non validum ad torturam,tñ Specu.in tit.
de teſte.§.j.ver.itẽ ꝙ eſt impubes expreſſe
tenet ꝙ faciat indicium ad torturam.& idẽ
tenet Bal.in d.l.inuiti,& l.ſeruos.C.de teſt.
& idem videtur velle Bald.in l.de minore
& l.maritus.ff.de quæſt.& hoc qñ eſt pro-
ximus pubertati & doli capax.vt dicit gl.
19 in d.l.inuiti. †Quandoq; teſtis non debet
examinari propter infamiam,vt l.iij.§.lege
iul.ff.de teſti.& tunc examinatus non facit
indicium plenum.ſed quale quale,vt l.qui
vltimo.ff.de pœn.ita etiam dicit Bal.in l.j.
C.de ſum.tri.dicendo quod facit indicium
ad fundandam intentionem iudicis & inq-
ſitionem ,vide etiam in l.cauſis.ff.de ſena.
& in c.teſtimonium.& c.fi.de teſti. Quã-
doq; quis non debet examinari ratione or-
dinis,vt quia ante lit.conteſt.vel parte non
citate,& tunc examinatus nõ facit indiciũ,
vt l.ſi quis adulterium.ff.de adul.& dixi ſu
pra in ver.quero an teſtis. Quãdoq; quis
examinatur vt principalis in ſe,& vt teſtis
in alium,& tunc aut potuit in alium exami
nari,aut non ꝙ qñ ſit patet ex no.per text.
& docto.in l.fi.C.de accuſ.& in l.ſi filium.
C.de liber.cau.& per Bar.in l.j.§.repeti.ff.
de quæſtio.cum ſim.Primo caſu facit indi-
cium ſufficiens ad torturam,vt tenet Cy.in
20 d.l.fi. †Quandoq; teſtis non debet exa-
minari propter lapſum termini ſtatuti ad
probandum,& tunc ſi habet locum purga-
tio more,examinatus ꝓbat,vt no.doc.in l.
mancipiorum.ff.de ope.leg.Si autẽ nõ ha-
bet locum purgatio more, & tunc ad nihi-
lum valet eius dictum,ſecundum Cy.in l.j.
C.de ſepul.vio. Adde Ludo.de Vrbe, in
rubri.ff.de arbi.in ix.colum.in verſi.an tñ
teſtes qui in hac q.dicit quod aut teſtes ꝓ-
hibentur a limine iudici,& tunc admiſsi ẽt
indicium nõ faciũt, ex quo omnino lex eos
inhabilitat,vt ff.de quęſtio.l.maritus,ſed ſi
tantũ eſſe teſtes prohibeantur,tunc admiſsi
faciunt indicium, vt not.Bald.C.de teſti.l.
ſeruos.ad quod ẽt.l.matris.ff.de ꝓba. Su
per hac q.qua queritur an teſtis qui nõ de-
buit examinari,faciat indicium ſi examina
21 tur Bar.in d.l.maritus.ff.de quæſt.†dicit ꝙ
teſtis qui non debet examinari propter re-

Source : BIU Cujas

uerentiam perſonarum, & tunc examinatus non facit indicium, vt d.l.maritus.& l. diuus,eo,ti. Quãdoq; teſtis nõ debet examinari propter etatem,tũc examinatus nõ facit indicium plenum, ſed quale quale, vt l.j.§.impuberes ad ſile.Idem dicit ipſe puto de teſte q non debet examinari propter ſexum, vt in muliere eadẽ ratione. Quãdoq; teſtis nõ debet examinari propter infamiam, & tunc examinatus facit indiciũ quale quale.l.qui vltimo.ff.de pœn. Quãdoque non debet examinari propter inimicitias,tunc examinatur facit indicium, vel non facit ſecundum qualitatem inimicitie, vt ff.de quæſti.l.j.§.præterea. Quandoq; teſtis non debet examinari ratione ordinis quia ante lit.conteſt.vel parte non citata, & tunc dicit puto quod nõ facit indicium, vt l.ſi quis de adul.& C.de teſti.l.ſi qñ.in fi. Bald.in l.ſeruos.ff.de teſtib.ſuper hac qõ.
22 dicit† quod indicium eſt triplex,vnum eſt quod dirigit iudicem in viam perſcrutationis & inquiſitionis,& iſtud poteſt fieri per quencunq; teſtem.vt d.l.qui vltimo.Aliud eſt quod dirigit in viam habende quæſtionis & aliud quod dirigit in viam condemnationis ſimul cum alijs adminiculis. Et dicit ipſe quod teſtis non idoneus & prohibitus a limine depoſitionis,non facit hoc indicium ad quæſtionem & torturam.l.libertorum.C.de teſti. Sed ſi teſtes q nõ ſunt prohibiti a limine depoſitionis,non tñ ſunt idonei ad plenam efficaciã prohibitionis, bene faciunt hoc indicium,vt ff.de teſtib.l. ſerui.ij.reſponſo.& ff.de proba.l.cum probatio.ff.de edil.edic.l.quero in fine.Si vero querimus quantum ad efficaciam cõdẽnationis, nullus eſt teſtis idoneus ad condẽnationem niſi ſuppleatur per alias probationes.vt l.ſolam.C.de teſt.& arg.ff.de edẽ. l.ſi quis ex argentarijs.§.ij.& ſubdit Bal.in d.l.ſeruos quod teſtis interrogatus, & examinatus,qui non debuit interrogari nõ facit indicium,qñ eſt prohibita interrogatio, vt d.l.maritus.ff.de quæſtion.aut nõ eſt iuſta reſponſio,ꝙ eſt quando non poteſt inuitus cogi,& tunc idẽ ſi allegauit priuilegiũ, vt ff.de teſti.l.lege iulia.Aut nõ debuit interrogari ad probationẽ, & tunc poteſt interrogari,ad informationem,vt pupillus in ciuili, vel minor xxv.annis in criminali, tunc bene facit indicium ad inquirendũ nõ ad decidendum,vt no.C.de his qui.vt indi. l.ſi.in gl.ordi.Saly.in d.l.ſeruos.clarius hoc declarat,dicendo ſuper q.prædicta quod teſtis qui non debuit examinari, ſi examinatur quod quantum ad effectum condemnationis nõ facit indicium,niſi per alias probationes ſuppleretur.vt d.l.ſolam & ar.d.l. ſi quis ex argentarijs.§.j.aut quantum ut ex eo poſſit peruenire ad torturam,& tunc q.dam ſunt teſtes qui ſunt prohibiti & interrogari,& reſpondere,& iſti non faciunt indicium, vt d.l.libertorum.& d.l.maritus.
23 †Quidam ſunt qui inuiti prohibẽtur interrogari,ſed volentes poſſunt reſpondere & iſti ad reſpondendum compulſi etiam nõ faciunt indicium.vt ff.de teſti.l.iulia.& dicuntur cõpulſi priuilegio allegato, nõ ali.ter.vt l.parentes.& quod ibi habetur.C.de teſti.parificantur enim iſto caſu inuiti.& q nullo modo volentes etiã poſſunt admitti. Quidam ſunt qui prohibentur interrogari quantum ad probationem, ſed non prohibentur quantum ad informationem vt minor.xxv.an. in cã criminali & iſti faciunt indicium quo ad inquirendum vt d.l.in gl. de his qui.vt in di. Abb.ſic.in c.decetero.de teſti.dicit quod licet laicus in criminalibus non poſſit teſtificari contra clericum,tñ facit indicium ad torturã.Et aduerte ad omnia ſupradicta,quod nullus ſupra dictorum diceret teſtis omni exceptione maior, unde vnus ſolus ſi teſtificaretur de viſu nõ faceret indicium ſed ſi duo teſtificarentur de viſu,facerent indicium.& ſimiliter ſi teſtificarentur de circunſtantijs quę inducerent indicium, vt dixi ſupra in ij.qõ.princip.in ver,aduerte ,tamen.

## SVMMARIVM.

1 *Indicium quale eſſe debeat, vt ſufficiens ſit ad torturam iudicis cõmittitur arbitrio.*

2 *indicium eſt ſufficiens contra aliquẽ de furto,ſi ſit male conditionis & fame,& ſolitus talia facere.*

3 *Furtum a familiaribus & in domo conuerſantibus factum præſumitur.*

4 *Furtum præſumitur factum per familiarẽ fugitiue a domo recedentem.*

5 *Indicium ſuper furto contra aliquem habetur,qui cum antea pauper eſſet,multas pecunias habere reperitur.*

6 *Indicia & præſumptiones contrarijs tolli poſſunt præſumptionibus & indicijs.*

7 *Fuga ſola quando indicium ſufficiens prębeat ad torturam.*

Source : BIU Cujas

8 Fuga non facit indicium, vt quis poſsit ſubij ci queſtioni, ſi poßit aliqua probabili cauſa velari.

9 Fuga ſola propter proceſſum initiatum non facit indicium.

10 Fugiens de carcere per oſtium carceris apertum, non eſt pro confeſſo habendus.

11 Officialis fugiens tempore ſindicatus, pro cõfeſſo habetur de his ſup quibus inquiritur.

12 Fuga quando præſumptionem & indicium inducat, & alios ſuos effectus producat.

13 Statutum dictans in omni caſu fugam omnem facere probationem, an valeat.

14 Indicium generale in quolibet crimine cenſetur, dum extra indicium crimen ſe commiſiſſe aliquis fatetur.

15 Confeßio extraiudicialis facta parte præſente, indicium facit ad torturam.

16 Confeßio extra iudicium facta, indiciũ præbet ad torturam, ſi de tempore & loco deponat confitens.

17 Confeßio facta coram iudice, ſed non in figura iudicij, vel coram notario ſine iudice, an probet.

Confeßio coram iudice incompetenti facta quando probationem inducat.

18 Mendacium an præſtet quæſtioni indicium.

19 Confeſſus de ſe, non eſt de socijs interrogandus, fallit in quibuſdam caſibus.

20 Fures de ſocijs & receptatoribus interrogari poſſunt.

21 Seruus de crimine conuictus vel confeſſus de ſocijs & mandatoribus eſt interrogandus.

22 Latrones dicuntur qui publice ſtratas aggrediuntur, qui & de ſocijs interrogari poſſunt.

23 Interrogatio de ſocijs generaliter fieri debet non deſcendendo ad ſpeciem, ſeu ad nomen certe perſone.

24 Confeßio rei contra ſocios criminis, quando præſumptionem inducat aduerſus illos.

25 Criminoſus de conſocijs confeſſus, indicium ad torturam non præſtat niſi pluribus cõcurrentibus.

26 Iniuriatus vel percuſſus ab inquiſito vel accuſato aſſerẽs contra eũ nõ facit indiciũ.

27 Confeßio tacita per pacem ſeu tranſactionẽ facta an faciat indiciũ vel probationẽ.

28 Pax ſeu tranſactio ſuper crimine multis põt modis fieri vt tranſigens confiteri ipſum crimine non videatur.

29 Inimicitia facit indicium ad homicidium.

30 Variatio, pauor, & trepidatio, indicium faciunt alijs deficientibus indicijs.

31 Accuſatus de crimine debet diuerſis examinari vicibus, & varians quæſtioni poterit ſubdi.

Variationes & vacillationes facte in tortura ſine indicijs facta, torto non præiudicãt in aliquo.

32 Fama ſola cum vno indicio ſufficit, vt torture quis ſubdi poßit.

33 Mine quando indicium ſufficiens faciant ad torturam.

34 Homicidium factum in aliquo loco per quẽ aliquis ſolitus erat tranſire, qui maleficia conſueuerat perpetrare, præſumitur ab eodem perpetratum eſſe.

35 Diuinatio an faciat indicium ad torturam.

36 Ars diuinandi non ſemper reprobatur.

37 Locutio ſecreta vel auricularis cum aliquo facta, qui poſtea incontinenti homicidium commiſit an faciat præſumi conſilium vel mandatum ad hoc faciendum.

38 Armatus ſtans cum offendente præſumitur opem ferre.

Queſtio tertia primę partis.

# Circa tertium uidelicet

qualia debent eſſe indicia per quę deueniri
1 valeat ad torturam.† Dic quod docto. omnes ſunt in hoc concordes quod de hoc nõ poteſt dari certa doctrina, ſed committitur arbitrio iudicis, vt ff. de teſti. l. iij. §. eiuſdẽ quoq; ibi tu magis ſcire potes quanta ſit teſtibus ſides adhibẽda, ita dicit Alb. Pau. de Eleaza. Odofre. Cy. & Bar. in l. fi. ff. de qõ. dicit tamen ibi Bar. quod in aliquibus cri-

Source : BIU Cujas

minibus poteſt dari aliqua via ad cogno-
ſcendum indicia ſufficientia ad torturam.
2 †Et primo in crimine furti, nam aliquis
accuſatur de furto, poſſunt eſſe indicia con-
tra ipſum, quod eſt homo male conditionis
& fame & conſuetus facere ſimilia. l. de mi-
nore. §. plurium. ff. de quæſt. & l. nō omnes.
§. a barbaris. ff. de re mi. pro quo facit tex.
in l. ſi cui. §. ijſdem. ff. de accu. vbi qui ſemel
fuit calumniatus, præſumitur iterum calū-
niari & quod no. Dy. in regula ſemel malus
in prin. lib. vj. Item poteſt eſſe indicium, qđ
ipſe erat vicinus, & habebat notam illā do-
mum, & quia conuerſabatur ibi, vt eſt tex.
in l. dominum horreorum. ff. loca. & ibi di-
xit Bar. notanter quod ſi aliqui habent no-
titiā domus, ſunt ſuſpecti qñ domus frāgitur
propter edificiorum notitiam nā tales per-
ſone de facili poſſent torqueri ad inueſtiga-
tionē veritatis, vt hic, & ideo officiales qñ
committuntur maleficia, occulte conſueue-
runt mittere pro vicinis qui veriſimiliter
debent ſcire veritatem, ad quod. l. ſi ita in fi.
de fun. inſtru. & ibi per Iac. de Are. & Bar.
Item Bar. in d. l. dominus notabiliter dicit
3 nota. ar. † quod furtum præſumitur factum
a conuerſantibus in domo, uel quod ſaltem
ſciant quis fecerit C, de repud. l. cōſenſu. §.
ſuper ſeruis. Hinc etiam dixit Bart. in l. j. in
fi. ff. ſi fami. fur. fe. dica. quod famuli hoſpita-
toris poſſunt torqueri pro re ſubtracta in
hoſpitio. Prædicta tñ tempera ſecundum
quod notabiliter dixit Bald. in l. j. C. locat.
quod iudex ex qualitate perſonarum arbi-
trabitur quis ex vicinis ſit torquendus vel
non, vnde dicit ipſe licet vicini præſuman-
tur ſcire, & propter hoc ſuſpitio cadat in
illis tñ non omnes erunt torquendi, ſed ſu-
ſpecti de ſcientia vel quod fecerit, arg. l. nō-
oēs. §. a barbaris. ff. de re mil. Terreri pote-
runt omnes, vt ff. de teſti. l. iij. §. idem diuus
ſed non torqueri omnes, quia tortura in ſe
habebat iniuriam, ſecundum eum, quod eſt
4 valde notabile. † Item eſt aliud indicium ad
furtum, ꝙ res quę reperiuntur furto ſubtra-
cte in domo videantur furto ſubtracte per
familiarem fugitiue recedentem, gl. eſt not.
in authen. de exhiben. re. in. §. ſi vero etiam
quedam. Item eſt aliud indicium ad furtū,
quia viſus eſt exire de nocte illam domum,
in qua fuit factum furtum, & habebat ali-
quid ſubtus. Item quia viſus fuit expende-
re monetam de illa ſtampa, cuius erat illa,
quæ fuit furto ſubtracta hæc duo dicit An-
ge. in l. milites. C. de quæſtio. & hoc dicit ip-
ſe niſi ſit alia veriſimilitudo in contrarium,
puta quia ille qui fuit viſus exire, vel pecu-
niam expēdere, eſſet quidam magnus mer-
cator, quia conditio perſone excludit præ-
ſumptionem reſultātē ex indicijs, ideo tūc
eſt opus vt alia indicia concurrant.

*Item eſt aliud indicium*

5 † ſuper furto, ſi poſt furtum factum reper-
tus eſt quis expendere pecuniam, cum ante
eſſet pauper, nec reperitur vnde habuit, ar-
gu. l. quintus. ff. de dona. inter vir. & vxo. ſe-
cundum Bar. in l. fi. ff. de quęſtio. Item ſi illa
res ſubtracta cedebat ſibi ad commodū pu-
ta erat inſtrumentum quod ad eum pertine-
bat, vt l. j. §. ſi quis inſtrumenta, C. de lati. li-
ber. tollen. ſecundum Bart. in d. l. fin. Item ſi
poſt furtum reperitur res furtiua penes ali-
quem ktñ ciuilē. & l. ciuile. C. de fur. Quod
verum eſſe dicunt doc. qñ cum hoc concur-
rit ſiniſtra ſuſpitio, ex qualitate perſone, cō-
ſuete forte res furtiuas emere, vel conſuete
furari, quia tunc poterit deueniri ad tortu-
ram ſi iudici videbitur alius autē non ſi iu-
dici non videbitur, propter grauitatē perſo-
ne, & honeſtatem, arg. l. non omnes. §. a bar-
baris. ff. de re mil. ita dicit Bal. in d. l. in ciui-
lem. de quo etiam per eundem, & Cyn. in l.
fi. in fi. C. de hære. inſti. & per Cy. in l. fin. C.
de quæſtio. nec mirum, quia vt dicit Bar. in
6 l. j. §. j. ff. de quæſtio. per illum tex. licet † re-
periuntur indicia ſufficientia ad torturā cō-
tra aliquem tñ ſi pro ea ſunt aliqua indicia,
opus eſt quod illa indicia ad torquendum
ſint magis vrgentia & fortia, & ſic iſte præ-
ſumptiones & indicia poſſunt elidi ex alijs
indicijs & præſumptionibus, verbi gratia
ſi ille pœnes quem res furtiua reperitur, eſt
bone conditionis & fame, vel ſi oſtendit eū
a quo habuit, vt d. l. in ciuilem. & d. l. ciuile
habetur etiam in l. ancile. C. de furt. & hoc
eſt generale, ut ipſe dicit in omnibus alijs i-
dicijs ſimilibus ad hoc facit, quia vna præ-
ſumptio tollit aliam, vt l. diuus. ff. de in in-
teg. reſti. Item poteſt eſſe aliud indicium ad
furtum, quia poſt factum furtum quis aufu-
git & ſe abſcōdit vt l. lex cornelia. ff. ad ſil-
leia. Hoc tñ ſcilicet an fuga faciat indicium
ad torturam examinemus latius glo. tangit
in l. admonēdi. ff. de iureiuran. & l. in bone
fidei, C. eo. ti. & in authē. de exhiben. re. §. ſi
vero. col. v. & aliquid in l. j. C. de requiren.
re. & ibi per Odof. & per Cyn. in l. j. C. de
raptu virg. Iaco. de Belui. in d. §. ſi vero ibi
per Bart. in d. l. admonendi. & in d. l. fi. ff. de
quæſtio, & latius in l. lex cornelia, ff. ad ſil.

per

Source : BIU Cujas

per Bal.in d.l.admonendi.& in d.l.in bone
fidei & in d.l.j.de raptu virgin.& in d.l.lex
cornelia.& l.de crimine.C.de adulter. per
Ang.in d.§.ſi vero.per Lud.de Vrbe.in d.
l.lex cornelia et latius in d.l.admonēdi vbi
etiam per Bal.& Saly.& per Spec.in tit.de
proba.§.fi.verſi.vlt.per Ioan. And.in addi.
Spe.in ti.de præſum.§.ſpeciei.per Areti.in
ſuo opere maleficiorum.ſuper gl.in verbo,
fama publica,& ibi per do.Augu.de Ari.in
ſuis addi.Ex quorum omnium dictis colli-
7 go talem diſtinctionem, † nam qñq; fuga
obijcitur alicui tanquam crimen et pro cri
mine,& tunc probata fuga eſt probatū cri-
men l.deſertorem,ff.de re mili.C.de deſert.
l.j.& ij.lib.xij.ſecundum Old.& hoc tenēt
Iaco.de Are.Cy.Bar.Bal.Ang.& oēs.Quan
doque fuga obijcitur pro alterius criminis
probatione non vt ſit de per ſe crimen &
tunc aut eſt tale crimen,ad cuius probatio
nem & condemnationem ſufficit ſola ſuſpi
tio, & tunc ſola fuga ſufficit, quia facit quē
ſuſpectum vt in l.publicis.§.præterea.ff.de
ſuſpec.tut.& in hoc etiam concordant om
nes.Aut eſt tale crimen,ad cuius cōdemna-
tionem requiritur plena probatio de ipſo
facto,& non de ſuſpitione tantum , & tunc
aut quis fugit ante formatū proceſſum , aut
poſt. Primo caſu , aut fugit timore familie
ne capiatur,& poſtea vocatus ad iudicium
reuertitur & comparet, & tunc fuga nullū
facit indicium cōtra eum,nec ſibi in aliquo
præiudicat.vt no.Bar.in l.qd ſit fugitiuus,
§.ſcienti.ff.de edil.edi.& ideo dixit Bald,
in l.j.C.de ſer.fugi.quod ſtatutum puniens
fugientem de carcere,nō includit illos qui
exiuerunt animo reuertendi,arg.in ſtitu.de
rer.diui.in.§.pauonum.ſed ſi cito reuertan
tur,ſecus ſi non reuertantur,& ita intelligi
tur gl,in d.l,j.ad hoc ff.de re mili.in.§.emā-
ſor.& l.qui cum vno.§.edictū germani , ſe-
cundum eum.Si vero poſtea vocatus ad iu
dicium non veniat,& non comparet & tūc
fuga facit indicium & præſumptionem cō
tra fugientem & intelligo Bart.in d.l.fi.ff.
de quæſtio. Aut nō fugit timore familie po
teſtatis,ſed ex cauſa probabili,puta quia ti
met ratione partialitatis,ne propter mortē
vnius hominis interfecti, ipſe etiam occida
tur,vel ꝙ ab aduerſa parte,alias de delicto
inculpetur,propter quod nō eſt ei locus tu
tus,& propter fugam nō reſultat indicium
ſufficiens ad torturam. & ita loquitur Bal.
8 in l.in bonefidei.C.de iureiur.† & propter
hoc quidam conſuluerunt,ꝙ fuga poteſt ab
aliqua probabili cauſa velari & colorari
non facit indicium,vnde ſi quis propter ho
micidium factum de aliquo aufugit,ne con
ſanguinei occiſi ipſum interficiant,nō pro-
pter hoc redditur ſuſpectus de homicidio
nam aduerſus periculū,naturalis ratio per-
mittit ſe defendere l.itaque.ff.ad l.aquil.ſe-
cundum eos,Idem conſuluerunt quidā alij,
ſi ſolitus tranſcurrere ratio mercantiarum,
per diuerſas ciuitates & loca,ſtatim cōmiſ-
ſo homicidio de aliquo,ipſe recedit,& alle
gat ſe pro mercantijs emendis vel venden-
dis receſsiſſe,nam per eius receſſum non fit
indicium ſufficiens ad torturam,alle.l.ſi cū
§.ex iuſta.ff.de fideicommiſſ.liberta. & ad
hoc bene facit,quia in hac re dubia ſcilicet
ex qua cauſa receſſerit,interpretamur i me
liorem partem l.non omnes.§.a barbaris.
ff.de re milit,& l.quid ſit fugitiuus.§.apud
labeonem.ff.de edili.edic.ſecundum Bal.in
d.l.in bonefidei,& hanc ſententiam etiam
tenebat Ludoui.de Vrb.in d.l.admonendi
9 † Secundo vero caſu qñ quis aufugit pro-
pter proceſſum initiatū,& tunc aut ad indi
cium faciendum allegatur ſola fuga, & illa
non facit indicium , & ita loquitur Bart.in
d.l.j.ff.de bon.eorum qui mor. ſibi conſci.
Aut allegatur fuga vna cum alijs adminicu
lis aliquid ſuſpitionis inferentibus cōtra fu
gientem, & tunc iſta ſimul iuncta faciūt in-
dicium, argu.l.j.cum ibi no.C.qui numero
tute.& ita dixit Ludo.de Vrbe, in d.l.lex
cornelia,qui etiam limitat dictum Bar.in l.
j.C.de bo.eo.niſi iudici fuerit porrectus li-
bellus minatorius de accuſando,licet accu-
ſatio nō interuenerit adhuc,quia de hoc re
ſultat in multis caſibus idem effectus,qui re
ſultaret ex libello accuſatorio,vt eſt tex.in
l.miles.§.ſicubi.ff.de adulte.qui etiam limi
tat tertio dictum Bar.ibidem niſi poſt accu
ſationem inſtitutam,quis fractis carceribus
aufugerit,nam tunc fuga plenam probatio-
nem facit,& facit eum haberi pro confeſſo
de eo de quo procedebatur contra eum l.in
eos & l.fi.ff.de cuſto.reo.& in d.l.lege cor-
10 nel. † Quod eſt verum niſi aufugerit oſtio
carceris exiſtente aperto,quia tunc non ha
betur pro confeſſo , nec fuga facit prohibi-
tionem criminis,ſecundum Guil.de Cug.&
Bal.in l.ſuccurritur.ff.ex qui.cau.maio. Itē
idem Bal.in d.l.admonēdi.limitat illud ve-
rum qñ quis aufugerit de publico carcere,
ſecus ſi de palatio rectoris alleg. etiā Guil.
in d.l.ſuccurritur vbi hoc tenet de eo autē
qui aufugit fractis cippis,Bal.in d.l.ſuccur
ritur per illum tex. tenet idem qnod ſi fre-
giſſet carceres,& ſine fuga probat cōtra ip-



Source : BIU Cujas

ſum,tanquam ſi confeſſus fuiſſet,quaſi nihil interſit,an parietibus , an compedibus quis teneatur dixit tñ Bart.in d.l.lege cornelia, ꝙ quamuis fuga deducta ad probationem criminis non plene probet,ſed indicium fa-
11 cit ad torturam, †.tñ hoc fallit in fuga officialis fugientis tempore ſindicatus, quoniã tunc talis fuga plenam probationem facit eorum de quibus officialis accuſatur ſiue inquiritur per l.conſiliarios.C.de aſſeſ. Circa quod Salyce.in d.l.admonendi quem ibi ſequitur Ludo.dicit quod aut officialis fugit ante finitũ officium & tunc illa fuga hoc inducit quod punitur tanꝗ cõmittens crimẽ læſæ maieſt.Ita eſt caſus in authẽ.de adminiſt.§.j.col.iij. Aut fugit poſt finitũ officiũ,& intra quinquaginta dies quibus debet ſtare ad ſindicatũ,vt l.j.C. vt omnes tã ciui. quam mili. & in authen. vt iudi. ſine quo.ſuffra.§.neceſsitatẽ. & tunc aut eſt rẽductus, licet inuitus ad locum a quo aufugit,& tunc fuga contra eũ nullam facit probationem , ſed opus eſt ad condemnationẽ contra eum legitima probatione, caſus eſt in d.§.neceſsitatẽ. Aut non eſt reductus ad locum a quo aufugit,& tunc fuga cõtra eũ tantam facit probationem quod iuramentum illi additum ſufficit ad eum condemnandum. caſum habemus ſingu. ad auc. de colla.§.ſuper hoc colla. ix.ita dicit Saly.in d.l.admonẽdi.vt refert & ſequit᷑ ibi Ludo.

12 *Illud* circa hoc eſt† omnino menti tenendũ & tunc fuga inducit præſumptionem & indicium & alios ſuos effectus,quãdo eſt certa & manifeſta, ſaltẽ per vehementẽ præſumptionẽ, quod ſe illa de cauſa abſentauerit, ſecũdũ Archi. qui ita ſignanter notauit iij. q. ix.c. nihilominus & in c.cum contumacia. de hære.in vj.Item aduerte quod fuga non inducit indicium ſufficiens,quando fugiens per prius reputabatur bone vite & fame, ſecundum Archid.in c. decernimus.iij.q.ix. & fuit de mente Bald.in d.l.in bonefidei.vbi dixit,ꝙ abſentia alicuius in dubio præſumitur in bonam formam,vt ſuperius relatũ eſt, aduerte ẽt,ꝙ de fuga debet conſtare,ſaltẽ per duos teſtes,ſicut de quolibet alio indicio,ſecundum ꝙ ſuperius dictum eſt per gloſ. in l.fi.C.fami.hercif.item voluit Cy. in l.fina. C.de requir. ꝙ ſuſpitio quæ inducitur per fugam , tollitur per iuramentum fugientis
13 quod eſt valde notabile. †Quero an valeat ſtatutum ꝙ omni caſu fuga faciat plenam probationem, vide per Ludo. in d.l. lege cornelia,& Are.in ſuo opere maleſi.in gloſ. ſuper verbo,fama publica. & ibi per do.Auguſti.in addi.vbi etiam vide de ſtatuto ꝙ ſtante rumore de delicto commiſſo in ciuitate fugiens capitaliter puniatur.Adde mirabilem effectum fuge & abſentie,ſecũdum Bald.in l.j.C.de requir.re. ꝙ licet qñ quis non aufugit, incumbat onus probandi accuſatori & accuſato, tamen quando quis non aufugit incumbat ſolũ accuſatori.Item aliud dixit Bal. in l. de crimine,C. de adulte.per illum tex.ꝙ ille qui aufugit ne veritas inquiratur, videtur quodãmodo fateri.

14 *Aliud eſt* indiciũ† generale ſup quolibet delicto quãdo qs extra iudiciũ cõfitetur ſe commiſiſſe crimẽ illud,vt l.capite quinto.ff.de adul.ſecundũ Bar.ibi. & per l. quero.in fi.ff.de edi.edic.& per not.in l.fulcinius.§.item.ff.ex qui.cau.in poſ.ea.& idẽ voluit Ang.in d.l.capite quinto.vbi ẽt plus voluit quod ſi confitens poſtea tortus negat illa confeſsio nihil operatur. & ſic patet ꝙ in ea non cogitur perſeuerare quod eſt not.Bald.autem in l.j.C.de confeſ.tenet idem quod Bart.& Ang. quantũ ad indiciũ faciendum.ſed quod non cogatur perſeuerare in ea.Bart. videtur tenere contrarium in l.clarum.C.de auct.præſtan.vbi dixit qđ ſi confeſsio extraiudicialis eſt veriſimilis poteſt confeſſus cogi perſeuerare.& ita intelligit d.l.quero.& d.l.capite quinto.ſecus ſi non ſit veriſimilis, vt l.j.C. ſi quis impe. male.& l.milites.C.de quæſt. Et iſtud plus
15 placet per id quod dicam ſtatim.†Quidam tamen vir egregius & magne authoritatis conſuluit ꝙ tunc extraiudicialis confeſsio facit indicium ad torturam, quando eſt facta parte præſente,quod probat per d.l.capite quinto.a contrario ſenſu, dicit ꝙ fuit de mente Bald. in l.quoniam.C. de infa. ꝙ non placet,per ea quæ not. gloſ. in l. fulcinius.§.quid ſit latitare.ff.ex qui. cau. in poſ. ea.& Ange.in l.certum.§.ſi quis abſente.ff. de confeſ.vbi dicit ꝙ delictum quod perficitur ſolo animo plene probatur per confeſsionem extraiudicialẽ abſente parte factam,præterea d.l.capite quinto, illud non probat,Præterea eſt caſus in d.l. quero.in fi.ꝙ facta abſente parte facit indicium.Eſt igitur vera concluſio quod confeſsio extra iudicium facta etiam parte abſente facit indicium ad torturam per prædicta,quod etiam firmat Bartol. in dicta l. quoniam.
16 † Aduerte tamen ſecundum quoſdam,ꝙ confeſsio extra iudicium facit indicium quãdo eſt certa tempore & loco, videlicet,

Source : BIU Cujas

ꝙ confitens dicat de tempore & loco commiſſi maleficij, allegant Bald. hoc tenere in l. admonendi. ff. de iureiuran. vide de hoc in d. l. admonendi, in recollectis. vbi in rij. char. in verſicu. vlterius. ad hanc gloſſ. allegatur Bal. ita tenere in l. bonefidei. C. de iureiuran. vide omnino per Caccialu. in di. l. admonendi. vbi late examinat, pro qua require in lib. j. aduerte tamen ꝙ do. Tindarus in tracta. ſuo proba. in ea parte in qua tractatur de confeſſionibus. in ver. nunc de criminalium. in princi. fuit in noua opin. dicendo vbi talis confeſſio eſt veriſimilis faciat plenam fidem in criminalibus ſicut in ciuilibus, de quo dicit eſſe caſum expreſſum. ff. de edi. edic. l. quero. §. fi. & in d. l. capite quinto. non impropriando text. ad quos doct. non aduertunt quod dicit etiam probari multis alijs iuribus & rationibus, de quibus dicit ſe ſcripſiſſe in tracta. de teſti. variãti. in vj. c. Et dicit quod veriſimilia in hac materia ſunt eadem per omnia ſicut dicitur in ciuili, de quibus dicit ſe ſcripſiſſe in prædic. tracta. de teſti. variãti cap. ix.

17 *Quid autem* † ſi confeſſio eſt facta corã notario maleficiorũ abſente iudice, vel coram iudice, non in figura iudicij, an probet plene vel faciat tantum indicium. Reſpondeo, glo. eſt ſing. l. iubemus. C. de lib. cau. quod non probat plene, facit tamen indicium ſecundum Bald. ibi. vide etiam Ludo. in conſil. viij. Sed quid ſi cõfeſſio eſt facta coram iudice incompetenti, an probet plene, vel faciat indicium corã iudice competenti. Reſpondeo ꝙ ſi illius iudicis incompetentis iuriſdictio erat prorogabilis, valet confeſſio ad plenam probationem, ſi vero non erat prorogabilis, tunc eſt nulla confeſſio, vt in cap. at ſi clerici. de fo. compe. ſecundum Ioan. And. in additio. Specu. in titu. de confeſ. §. ſequitur. in verſi. v. non valet. & ita refert & ſequitur Angel. in d. l. j. ff. de confe. poterit tamen cogi in ea perſeuerare coram iudice competenti, ſecundum Inno. in cap. inquiſitionis. de elec. vt refert Angel. in d. l. prima & idem tenuit Bald. in l. magiſtratibus. ff. de iuriſdi. omniũ iudicũ. Ex quo not. ꝙ ſaltem faciat indiciũ ad torturam, cum cogatur in ea perſeuerare, ſicut ſi facta foret extra iudicium, vt dicta l. capite quinto. & ita puto limitandum dictum Bart. in l. diuus. la. ij. ff. de cuſto. reo. qui indiſtincte tenet dictam confeſſionem non valere, nam non valet quo ad plenam probationem, ſed quo ad indicium ſic. hoc tamen intelligit Bal. in l. clarum. C. de auc. præſtan. in fin. quando ex dicta ſuſpitione oritur ſuſpitio, vel infamia, & non alias, & ita limita dictum Inno. in l. inquiſitione. & in cap. cum ſuper. de confeſſis. item dictum Innocen. limitat idem Bald. in l. prima. vlti. colum. C. de confeſ. niſi confeſſus coram incompetenti iudice reuocet confeſſionem per dictum cap. at ſi clerici. Et ideo dicit ꝙ cautus debet eſſe torquendus ꝙ dicat expreſſe ſe dictam cõfeſſionem reuocare, nec habet probare errorẽ, quia non tenuit quo ad aliquod indicium iudicij, ſed ſolum quo ad indicium. facit quod eſt valde notandũ, vnde dicta indicia non vi indicij, ſed vi ſimplicis confeſſionis valet quo ad indicium, tanꝗ ſi extra iudicium facta foret, vt d. l. capite quinto. cogitur ergo præſeruare niſi reuocet eam.

18 *Quero an mendaciũ* † faciat indiciũ ad torturam, puta inculpatus de delicto reperitur in mendacio. vide Ludo. in conſil. viij. qui dicit quod ſic, ita dicit tenere Bartol. in l. fina. ff. de quæſtio. per l. minus. §. teſtes. eodem titu. & per cap. literas. extra de præſumptio. Addendo ad ſupradicta de confeſſione, quero an confeſſio ſocij criminis faciat indicium ad torturam. Ad huius q. perfectam doctrinam, primo videndum eſt an quis debeat interrogari de ſocijs eiuſdem criminis. ſecundo an examinatus & interrogatus faciat indicium ad tortu-
19 ram. † Ad primum reſpondeo ꝙ regulariter quis confeſſus de ſe non debet de ſocijs interrogari. l. fina. in fin. C. de accuſatio. l. repeti. §. primo. ff. de quæſtioni. & l. quoniam liberi. C. de teſtib. cum ſimi. Fallit tamen in caſibus nota. per gloſ. in dicta l. fina. & per Specula. in titu. de accuſatio. §. primo. verſicu. item repellitur qui fuit ſocius. & in titu. de teſte. §. primo. verſicu. item quod eſt ſocius criminis. Eſt enim a legiſlatoribus diffinitum, vt confeſſus de ſe, non debeat de alijs interrogari, vt dicta l. fina. Bartol. in hac materia in dicta l. repeti. §. j. tradit talem doctrinam, quædam ſunt delicta quæ non committuntur principaliter in offenſam alicuius vel odium ſed propter commodum committentiũ, vt falſare monetam ſeu fabricare. item furari. & iſto caſu poſſunt de ſocijs interrogari, vt probatur in l. diuus. ff. de cuſto. reo. & l. prouinciarũ. C. de fer. & l. fi. C. de male. &



Source : BIU Cujas

mathe. & ita intelligit l.j.ff. ad exhib. & l.
pe.ff.de pœ.quædam ſunt delicta quæ com
mittuntur principaliter in odium alicuius.
& in iſtis confeſſus de ſe non debet de alijs
interrogari,vt d.l.fi.C. de accuſa. & d.l.re-
20 peti.§.j.fallit in caſu l.prius.ff.ad ſille.†Ex
quibus infert ꝙ fures poſſunt interrogari
de ſocijs & receptatoribus & ſi. argumē.l.
diuus.Ratio prædictorum eſt, quia quando
delictū cōmmittitur in iniuriam alterius,eſt
qui alios delinquentes poteſt accuſare, ſed
non ita in delictis quæ non cōmittuntur in
alterius iniuriā,ideo magis permittitur iudi
ci inquirere,ſecundū eū.Iſtam rationē cum
dicto improbat Barth.de Saly.in d.l.fin.C.
de accu.quia latro licet affectet res, & non
perſonā,niſi propter res, hæc tñ affectio fit
cū iniuria dñi,ideo eſt qui eos accuſare po-
teſt.& ſic eius diuerſitate attenta non debe
ret de ſocijs interrogari, qđ eſt falſum per
d.l.prouinciarum. Itē maleficus in alienum
odium ſua facit maleficia,tñ de ſocijs inter-
rogatur.C.ad leg.iul.maie.l.pen.& fi.Itē in
crimine homicidij,fuit ſeruus interrogatus
de ſocijs,vt l.j.§.fi.ff.de qō.Quapropter idē
Salyc.dicit qualitatē perſonarū, & delicto-
21 rum ponderandā fore.†nā aut perſona in-
quiſita vel accuſata eſt ſeruilis cōditionis,
& tunc de mandatoribus vel ſocijs interro
gari pōt.Ratio,quia tales perſone vtplurī-
mū,vt meticuloſe ſiue ſocij inueſtigatu vel
mandato nō conſueuerunt grandia delicta
committere vel attentare,arg.l.quicūq;.cir
ca med.C.de ſer.fug.& l.fi.C.ad leg.iul.ma
ie.& ff.ad ſille.l. ſi prius.& l.ſi ſer. & ff. de
qō.l.fin.quę oēs leges in ſeruis loquuntur,
ad quod ēt faciūt l.inde neratius.§.& ſi ſer-
uus.ff.ad l.aqui.& l.fin.ff.ad exhib.& qđ in
eis hñr per glo.& doc.aut perſona accuſati
vel inquiſiti eſt libere conditionis , & non
vilis,& tūc in criminalibus quæ ſine ſocijs
regulariter nō cōmittuntur, puta de ſocijs
interrogari poſſe,vt ꝓuincia eis purgetur.
ad hoc l.congruit.ff.de offi.præſi.& ad hoc
accedant.ll.quę dicūt latrones interrogari
de ſocijs, vt d.l. prouinciarū.& d.l. diuus.
22 †cum.n.latrones ſint qui ſtratas aggrediū-
tur publice, vt l.capitaliū.§.famoſos.ff. de
pœ.& hi ſoli nō ſint,ſed plures,nec ſine re
ceptoribus ,faciliter lex permiſit de ſocijs
interrogari,cū vt plurimū ſint ignoti & oc-
culti.Idē pōt dici de falſatoribus moneta-
rū.vt C.de fal.mo.l.j.quia regulariter in eo
miſterio plures ſunt neceſſarij. Idē dicit de
his qui contra principem moliuntur , quia
talia non cōſueuerunt committi per vnum
ſolum.Aut eſt delictū ꝙ cōſueuit committi
ſine ſocijs, & tunc aut delictum eſt contra
cōmunem ſalutē omnium, & tūc de ſocijs
poteſt interrogari.d.l.fi.C.de maleſi.& ma-
the.Et eſt ratio,quia & contra ſocios inqui
rere intendit ad cōmunem ſalutem omniū,
& ideo niſi radicitus tale vitium extirpe-
tur ſalus cōis non habebitur,& idē etiā po
teſt dici quod de latronibus dictum eſt ſu-
pra vbi aūt hæc ceſſant de alijs non debet
23 interrogari.vt d.l.fi.& d.l.repeti, †Qua-
lis aūt ſit modus interrogandi,no.glo.in l.ſi
prius.ad ſille.& Cy.in d.l.fin. de accu.quæ
debet fieri generaliter nō deſcendendo ad
ſpeciem,& ad nominationem certe perſo-
ne,quia ſi ad ſpeciem deſcenderetur , non
eſſet querere.ſed potius ſuggerere,quod fie
ri non debet,vt l.j.§.qui quæſtionem.ff. de
qō.quod intellexit niſi contra aliquem in
ſpecie ſit legitima præſumptio,vt ſentit gl.
in d.l.fi.& facit l.j.C.de quæſtio.ſecundum
Bar.in d.l.fi.Vbi plus ſubdit quod quando
ſua ſponte nō interrogatus alium nominat,
nominatio ſuſpecta habetur a lege rationi-
bus aſsignatis ibi in tex.ſicut alias diximus
in teſte ſponte ſe offerente , quia eſt ſuſpe-
ctus.vt not.glo.& Bart.in l.poſt legatum.§.
his ver.ff.de his quibus vt indig.& per hoc
ſit expeditum primum dubium.

24 *Ad ſecundum* †videlicet an interrogatus de ſocijs & confeſſus
faciat præſumptionem.glo.in d.l.fi.dixit ꝙ
ſic. quod intelligit Cyn. quando debuit in-
terrogari,& non aliter,& iſtud ēt tenuit Sa
ly.dicens tamē ꝙ non per ſe ſolum , ſed ſi
eſſet contra illū conſortem criminis legiti-
ma præſumptio,tunc facit legitimum indi-
cium ad torturam,& ſic dicit debere intel-
ligi l.qui vlti.in fi.ff.de pœ. & C.de cuſto.
reō.l.j.in glo.iiij.ad hoc facit glo.in d.l.fin.
quæ exigit præſumptionē aliquā prius con
tra eum contra quem interrogatur debere
procedere,& ita ēt voluit glo. xv.q.iij. ne-
mini.& ibi per Archi.quinimmo. vbi non
in ſpecie,ſed in genere quis interrogaretur
de ſocijs,ita ꝙ cōtra neminē eſſet præſum-
ptio in ſpecie , tunc confeſsio criminoſi de
alio indicium ſufficiens ad torturā non fa-
ceret,ſecundū Saly,in d.l.fi.qđ eſt valde no
25 tandū.†Vt ergo cōfeſſo criminoſi interro-
gati de ſocijs faciat indicium ad torturam
oportet quod plura concurrant , videlicet
quod confeſſus interrogetur in caſu in quo
de iure poſsit interrogari.Itē quod interro
getur in ſpecie contra aliquem & non in

Source : BIU Cujas

genere, tertio ꝙ contra illũ conſortem in ſpecie ſit aliqua legitima præſumptio alias nõ facit indicium ad torturam, ſecundũ eũ, ſed quod dicit, quod debet interrogari in ſpecie contra aliquem ad hoc vt faciat indicium, non credo verum, immo ex doctrina glo. Cyn. & Bar. illa interrogatio eſt potius ſugeſtio ꝗ̃ exquiſitio veritatis, quę nõ eſt aliter facienda, vt dictũ eſt, & ideo puto totũ cõtra in hoc quod interrogatio debet generaliter fieri abſq; alicuius nominatione, niſi aliqua indicia ſint contra certam & ſpecialem perſonam, quia tunc ſpecialiter poterit de aliquo interrogari, & facit indicium ſua confeſsio, ſi cũ ea cõcurrat alia legitima præſumptio, & ita poteſt intelligi ẽt glo. in l. fi. ff. ad exhiben. vbi aũt quis de ſe confeſſus, interrogaretur de alijs ſocijs, & ille confiteretur cõtra aliquẽ contra quem nulla eſſet legitima præſumptio, vel interrogetur in caſu a iure non permiſſo, tunc licet non faciat indiciũ ad torturam, tamẽ facit indicium ad inquirendũ contra nominatum, & ita intelligo dictũ Oldra. quem Bal. refert & ſequitur in l. & ſi certũ. in prin. ad ſille. vbi etiã per Ang. creditur ergo quantum ad inquirendum, ſed non quantum ad puniendum ſecundum eos ibi, & ita etiã dicit do. Domi. de ſancto Gemi. quem ibi ſequitur Capra in c. clericos, de ſenten. excõ. in vj. ſed quero quõ opponetur contra teſtem, ꝙ eſt ſocius criminis, ne ex illa oppoſitione videatur opponẽs fateri crimen, vide in Spec. in tit. de accu. in iiij. col. in verſi. caue tamen.

26 *Sed an* aſſertio † iniuriati faciat indicium vel probationem cõtra inquiſitum vel accuſatũ. dic ꝙ non caſus eſt apertus in l. ſi quis in graui. ff. ad ſil. in. §. ſi quis moriẽs, & nedũ nõ facit plenam probationẽ, ſed nec indiciũ ad torturã ſufficiẽs, vt dixit ibi Ang. argu. l. j. §. ſi quis filium. ff. ad carbo. & l. ſeia. in prin. ad velle. & vr̃ caſus in ſimili in c. ſicut de teſti. facit quod no. Cyn. in l. j. C. qui accuſa. non poſ. ad idem facit, quia aſſertio percuſsi nõ facit probationẽ etiam in mortis articulo, vt d. §. ſi quis moriens, ergo nec faciet indicium ad torturam, quoniam indiciũ eſt ſpecies probationũ per not. per Bart. in l. fi. C. de proba. & a quo remouetur genus, remouetur quælibet eius ſpecies, C. de vſur. re. iu. l. fin. ff. de fundo inſtru. Ex quibus apparet q̃d ſi dicta aſſertio probaretur per duos teſtes, non facit indicium, & ita etiam egregie vidi conſultum per quoſdam credo tamen quod bene ſufficiat ad inquiſitionem formandam per ea quæ not. Bald. & Dy. in d. §. ſi quis moriens, & per ea quæ not. glo. & Bald. in l. ij. C. de calum. vbi notabiliter dicit quod licet in articulo mortis conſtitutus dicat quod aliquis fecit occidi eũ tamẽ iſta verba non inducunt præſumptionem quæ ſit ſpecies probationis, ſed quandã vilem præſumptionem, ſecundum glo. & no. de effectu iſtius vilis præſumptionis, quia excuſat a calumnia excuſantem ex neceſsitate, non aũt ex voluntate. pro hoc facit l. noſtris in ratione ſui, & l. qui non probaſſe.

27 & l. fi. eo. titu. de collu. † Quero quid de confeſsione tacita quæ fit per pacem, an inducatur per eam probatio vel indiciũ. dic quod probatur plene delictum per ea quæ habentur per Bar. & Bal. in l. tranſigere. C. de tranſa. & per Bal. in c. j. §. iniuria. de pace iur. fir. in vſib. feu. de hoc videtur tex. in l. quoniã. ff. de infami. Bald. in d. l. quoniã. & l. furti. §. pactus. eod. titu. dicit quod faciens pacem nunꝗ̃ intelligitur confiteri delictum quo ad condemnationem. ſed Archid. ij. q. iiij. c. in omnibus dicit ꝙ licet paciſcens videatur fateri crimẽ, vt d. l. q̃m. tamẽ iſtud eſt verum ſi aliquo dato paciſcitur, ſecus ſi gra-

28 tis, vt d. §. pactus. † Sed quomodo poterit fieri pax, vt per eam non videatur quis fateri. Tancredus de corneto in ſua compendioſa, dicit q̃d fiat hoc modo q̃d dicat, quod hoc facit, vt euitet ſumptus litis, nõ q̃d commiſerit crimẽ de quo facit pacem, vt ff. de infa. l. furti. §. pactus. itẽ alio modo, videlicet quod is qui iniuriam, vel damnũ recepit, remittat per pactũ omnẽ iniuriã, & omne damnũ, quod cõſtaret, vel conſtare poſſet, ſibi ab aliquo illatũ quacunq; de cauſa. vel iniuriatus faciat pacẽ cum iniuriato, & ei remittat iniuriã quã conſtat, vel conſtare poſſet illum ſibi intuliſſe, quia ex hoc nihil vr̃ fateri. Alij dicũt generalius. ſ. ꝙ notarius debet dicere tales fecerũt pacem & concordiã de omnibus iniurijs, vulneribus & offenſis quæ dñr per dictos ſe adinuicẽ feciſſe & intuliſſe, nam tunc nõ vr̃ fateri. Aliud erit indicium ad delictũ, ſi aliquis fuiſſet fugatus cũ rumore commiſſo aliquo delicto l. itaq;. ff. ad l. aquil. ita dicit Bart. in l. fi. ff. de qõ. facit quod ipſe no. in l. de minore. §. plu-

29 rium circa medium. eo. titu. † Aliud erit indicium ad homicidium vel aliud delictũ ſcilicet inimicitia, ꝙ inculpatus erat inimicus occiſi vel iniuriati, vt dicit idem Barto. alleg. l. prima. §. cum quis. ff. de quæſtioni. ad hoc facit quia inimicus præſumitur co-



Source : BIU Cujas

gitare malum pro ſuo inimico, vt ff. de his quib. vt indi. l. inimicitie. & l. ex parte. & iſtud indicium firmat Specu. in titu. de præſum. §. ſpecies. ver. ſed pono. & verſi. & idẽ eſt no. Ludo. in l. j. §. ſi quis villã. ff. ad ſille. Item dat aliud indiciũ quod fuit viſus facere præparamenta ad hoc, vt emere gladiũ, & ſimilia. Et ꝙ illo ſero quo factum eſt homicidiũ fuit viſus ire per aliqua loca per quæ vicinia eum nõ conſueuerat videre ſecundum eum. ad hoc facit, quia propter locorum varietatem varia colligitur cõiectura. C. ſi manci. ita fue. alie. l. fi. ff. de pe. l. aut facta. §. euenit iſta ſunt indicia quæ ponit Bar. in d. l. fin. & ff. de qõ. remittens reliqua arbitrio iudicis. Alia quædam indicia ponit ipſe Bart. in l. de minori. §. & pluriũ. eo. tit. vbi dicit per illũ tex. quod iudex debet aduertere qua conſtantia & trepidatione examinandus loquatur, & ſic iſta indicant
30 aliquid iudici. † & ideo vbi alia indicia nõ præcedũt, tamẽ ex eo ꝙ quis trepide loquatur coram iudice, pauendo & variãdo, poſſunt haberi indicia ſufficientia ad torturã, vnde debet iudex examinans eſſe cautus vt faciat dicta eius ſic varia & diuerſa ſcribi in actis, & ſimiliter qualiter trepidando loquebatur, & ſimilia ne ei poſſit dici ꝙ fecit ipſum poni ad torturam ſine indicijs ſecundum eum. alleg. Inno. in c. quoniam contra falſam de proba. vbi dicit, ille qui examinat teſtẽ debet hoc facere ſcribi in actis ſcilicet quod hoc dicebat trepidãdo & balbutiendo & ſi. & Spe. in titu. de teſti. §. nũc tractandũ eſt in ver. hoc autẽ ſcias. ita dicit Bar. in d. §. & pluriũ. quod eſt valde notabile & elegãs, hoc ẽt approbat Bald. in l. presbyteri. C. de epiſ. & cle. qui ſubdit hoc relinquendũ iudicis arbitrio, qui inquirat indicia ex alijs indicijs non ex ſolo pallore faciei, vel trepidatione, vide etiã ad prædicta Are. in ſuo opere maleficiorũ in glo. in verbo, fama publica. col. xxiiij. verſicu. ix.
31 quero. † qui ẽt dicit, qđ habens inculpatum pro delicto in manibus, debet ipſum examinare pluribus diuerſis vicibus, & cõtinuo facere ſcribi omnia dicta eius, & ſi repererit ipſum variare poterit ipſum ex hoc ponere ad torturam & repetere. Quod intellige verum niſi torqueret reum iniuſte ſine indicijs, & ipſe tunc vacillaret & variaret, qa vno ſero diceret vnũ & vno ſero aliud in tortura, quia omnes ille confeſsiones & vacillationes facte illo modo in tortura ẽt ſi eſſent milies ratificate non valerent, ita dicit do. Auguſtj. de Ari. in addi. ad dictum opus maleficiorum qui etiam ibi approbat dictum Bal. in d. l. presbyteri. An fama publica faciat indicium ſufficiens ad torturã, late hoc diſputat Gandi. in tract. maleſi. ſub rub. de quæſtionibus. ver. ſed de vno quero pone forte probatum &c. & tandẽ con-
32 cludit † quod ſi cum fama concurrit vnum aliud indicium tunc poterit poni ad torturam, & hoc ſecundum iura ciuiliã, ſed ſecũdum iura canonica dicit ipſe cum fama faciat ſemiplenam probationem & equipare tur dicto vnius teſtis c. illud de præſump. & c. ſi quis extra de purga. cano. cum ſi. tunc per ſolam probationem fame quis poterit torqueri & ſubdit ꝙ aſſeſſores hoc ſeruant communiter, & dicit ꝙ multoties vidit obſeruari pro & contra per iudices & aſſeſſores ſecundũ varias diuerſorum opiniones. Sed tu ſerua cõtrarium, vt per ſolam famã nõ torqueas aliquem, niſi ſit iuncta cũ alijs indicijs, ita videtur reſidere Bar. in d. l. ſi. ff. de quæſtio. & in l. de minore. §. tormẽta. eo. titu. & Salyc. in l. ea quidem. C. de accu. & glo. in l. iij. §. eiuſdem. ff. de teſti. & vide per Cyn. in l. fi. C. de quæſt. & Bal. in c. j. §. iniuria de pace iura. fir. & in hoc reſidet Areti. in ſuo opere maleficiorum in glo. fama publi. in verſi. & an fama. & ibi etiam do. Auguſti. de Ari. in addi. dicens quod ſi ipſe eſſet aſſeſſor, poneret aliquem ad torturã ex ſola fama quod tamen limitat ſecundum quod dixit Bartol. in quodam ſuo conſilio incipiente, do. Paci de burgo niſi fama eſſet multum vehemens, quia tunc ſufficeret ad torturam, & ita tenet Bald. in d. § iniuria. in ix. col. Item limitat niſi cum fama cõcurreret dictum ſindici cum iuramento qui ita denuntiauit ſcilicet talem cõmiſiſſe hoc delictum, ſecundum conſilium Bartol. con. ſi. clxxxvj. Item limitat vbi cum fama eſſet probatio ꝙ infamatus eſſet homo male cõditionis & vite, ita probat Gandi. in tracta. maleſi. ſub rubrica ex quo tempore poſſit fama incipere in verſi. ſed pone ꝙ crimen. & affirmauit in fin. in d. verſic. ſed de vno quero. Adde quod dixit Bald. in d. l. iij. §. eiuſdem. in addi. quod vbi eſt varia opi. gẽtium, tunc fama non eſt indicium ſufficiens
33 ad torturam. † Quero vlterius, an mine faciant indicium ſufficiens ad torturã. Spe. ponit hanc quæſtio. in titu. de præſumptio. §. ſpecies verſi. ſed pone & Bal. in l. metũ, C. quod met. cau. & in l. j. C. ſi quis impera. male. & Cy. in d. l. metum. & vide per Ino. & doc. in l. pachumeuius. ff. de here. inſti. & per Bar. in l. famoſi. §. j. ff. ad leg. iul. maieſt.

Source : BIU Cujas

& Salyc.in d.l.j.& Anto.de But.in c.tertio loco.de proba.& Ang. in l.fi.C.de quęſtio. & in l.j.C.de his qui.vt indig.& Abb. in c. ſcribã.de præſum.ex quorum dictis cõcludeaduertendum eſſe ad conditionem perſone. Nam ſi eſt homo potens exequi minas & male fame in codẽ genere mali, vel ſolitus minas executioni mandare,& maxime ſi poſt minas ſtatim reperitur commiſſum delictum,& tunc mine faciunt indiciũ ad torturam. Aut minans erat homo vilis conditionis & impotens ad talia vel bone conditionis & fame, nec ſolitus minas exequi,tunc ſecus per text.in dicta l.j.C. ſi quis impera.male. Adde ſecundum do.Bal. de Bartolinis de Peruſio in l.licet imperator.de leg.j.quod ſi plura concurrant vide licet præcedens inimicitia,ſecundo ipſe mine,tertio percuſsio ſequens,quarto ſiue magno interuallo fuit percuſſus, tunc forte ex his non ſolum poterit torqueri ſed condemnari ex contiguitate ac tuum,per id ꝙ habetur in l.iij.in .§.in bonis.ff.de priuile.credi.& quod in ſimili not.Barto.in l.j. in fi.ff.
34 ſi quis te.li.eſſe iu.fue. †Eſt & aliud indicium ſecundum Ray.in l. iuſto in princi. ff.de vſur.quod homo reperitur occiſus in loco vbi Titius erat ſolitus frequenter trãſire & conuerſari nec aliud maleficium reperitur ibi commiſſum,præſumitur occiſus a Titio,quod tamen intelligo concurrente alio videlicet quod Titius ſolitus erat alia maleficia perpetrare argu. l. ſi cui.§. hiſdem.ff.de accu.in l.ſi ita.§.fi.ff. de fund. inſtru.Si autem iſtud non concurreret non putarem proueniendum ad torturam per ea quæ in ſimili not.glo.& Bald.in l. in ciuilem.& l.ciuile.C.de fur.& Bal.in l.fin.ff.de hære.inſti.& de hoc habetur per Ludo. in l.j.§.ſi quis villam.ff.ad ſil. Vbi inducit illum tex.ꝙ ſi ante oſtium domus Titij reperitur corpus mortuum præſumitur a Titio interfectum ꝙ etiam limitandum puto, vt ſupra proxime dixi de quo per Bar.in l.ediles.ff.ne quid in via publica.Quid autem ſi in vna domo reperitur quis occiſus erant quinque aut plures & neſcitur quis occiderit an contra omnes illos ſit præſumptio,
35 vel quid ſiẽdum ponit Lud.ibidẽ. †Quęro an diuinatio faciat indicium puta aliquis diuinator, incantator conſultus dicit quod Titius commiſit tale furtum, vel Seius, an ex hoc poterit quis poni ad torturam ego vidi fieri incantationem in quadam fiala, vel cũ forpicibus & cribro.Dic ꝙ nõ quia talibus non eſt adhibenda fides vt l. item apud labeonem.§.ſi quis aſtrologus. & ibi hoc tenet Angel.ff.de iniur.facit l.verbum. C.de infami. dixit tamen Bald. in quodam ſuo conſilio incipiente,In dei nomine amen quia,q.iſta de tortura &c. qđ licet ars maleficiorum ſit reprobata. vt l. nemo.C. de malefi.& mathema.tamen quandoque permittitur quod maleficiũ tollatur per aliud maleficium,ſi alio modo non poteſt, quam per incantationem etiam demonum vt no. in ſumma confeſſorum per magiſtrũ Ioan. de ripa.ſub rub.de impedimento ligaminis tamen non debet recedere a deo quicquid ore proferatur, ſecundum opinio. multorũ theologorum,nam licitum eſt aliquãdo de aqua turbida bibere, vbi fluuius ſtagnantis aque deficit. Medicine enim omnes ſumuntur nõ ratione delectationis, quia ſunt horride,ſed ſolum ratione ſantitatis recuperande,retinende, vel adipiſcende, ſicut arte & natura manifeſtum eſt,& ſæpę vulnus vulneri additur vt vtrunque curetur
36 Bald.ad literam in dicto conſilio.†Ex hoc videtur quod quamuis diuinandi ars ſit reprobata, tamen vbi magnũ ex delicto immineret ſcandalum,forte nec deo, nec hominibus reprehenſibilis videretur dummodo animus a recto non recedat, non dico quod ad torturam procederetur,ſed ad inquiſitionem nam ſi diuinator aliquem inculpat poterit iudex pro illo mittere,& videre qua cõſtantia aut trepidatione & quo rubore & pallore loquatur, & ex hoc ſumere indicium veritatis, vt l. de minore.§. tormenta.ff.de quæſt.Item dicit Bart.in l.ſi veteri.§.eorum.ff.de priuile. credi. quod ſi aliquis accuſatur de conſilio præſtito ad homicidium committẽdum,& de homicidio, probatur per famam.Itẽ probatur quod ille fuit locutus homicide, & ille ſtatim iuit & occidit,ſed neſciebatur quid dixit ei certe ex breuitate ſpatij temporis præſumitur conſilium dediſſe ei, per gloſſ. in dicto .§.ſecundum eum. Itẽ dixit Bald.in l. prima C.de ſer.fugiti.in iiij.colum.quod ſi aliquis locutus eſt ad aurem, & in illo ſtatim ſecutus eſt factum, & præcedit capitalis inimicitia, præſumitur mandatum, allegat Bartol.ff.de acqui.hære.l. qui aliena.§. ſi quis mihi bona.§.fi. de priui. credito.l. ſi
37 veteri.& argu.ff. de repu.l. dubium.† Vel ſi erant pariter inimici,dicit ipſe,præſumã conſiliũ,& ſic in partem mitiorem,quia efficacius,& durius obligat mandatũ quã conſiliũ,vt not.in c.ex conſilio, de regu. iur. in vj.per Io.Au.Sinaũt non pceſſerunt cauſe,

T 4

Source : BIU Cujas

tunc, nec cauſatum præſumo, & ſi preceſſerint capitales inimicitiæ, ſecundum eum, & ſic Bald. videtur reſtringere dictum Bar. in d. l. ſi ventri. ſolum quando quis ſecrete alloquitur, & ille quem alloquitur, pariter ſunt inimici occiſi, ſed quando nulla eſſet inimicitia capitalis, tũc dicit, quod illa allocutio cum facto ſubſequuto non facit indicium, & iſtud placet. Et ita puto intelligẽdum quod not. Bald. in l. multum. C. ſi quis alteri vel ſi. vbi dixit quod ſi inter Titium & Seium fuit tractatus de occidendo Martinũ per ipſum Titium poſtea ipſe Titius occidit, & præſumitur quod fuerit ſecutus ipſum tractatum, & quod fuerit ita ordinatum inter ipſos licet teſtes dicant de finali ordinatione ſe neſcire, & alleg. Bart. in d. l. qui aliena. §. ſi quis mihi bona, quia aliter
38 loquitur, & in caſu diuerſo & claro. † Item inſurgit aliud indicium ſiue præſumptio contra eum qui ſtat armatus cum offendente ꝙ dederit auxilium & fauorem. Nam ille qui ſe armat de rixa, vel bello præſumitur cogitare vt not. Bald. in l. prima. in iij. colum. C. de ſer. fugi. & l. vt vim. ff. de iuſti. & iure. ſupradicta placet retuliſſe cum ſint exempla quotidiana & approbata a legibus, & doct. Multa alia etiam poſſent pone exempla quæ iura committunt iudicantis arbitrio prudenter inſpicienda prout ſuperius dixi in princi. huius. iij. quæſt. princi. Adde an teſtes examinati ſuper vno ꝓceſſu contra vnum faciant indicium ſuper alio proceſſu contra alium. vide Bartol. in l. a ſentẽtia. de appella. Adde quid ſi iudex vidit committi aliquod maleficiũ & nõ habeat alia indicia, an ex hoc poſſit deuenire ad torturam. Spe. in titu. de ſen. §. qualiter. verſi. item debet ferri ſecundum allegata. videtur velle ꝙ non, & ipſum tenet Bal. in l. fi. in prin. C. de appellatio.

## SVMMARIVM.

1 *Damnari nemo poteſt, ex indicio ſemipleno ſeu dubitato, ſed ex indicio indubitato iudicem in viam condemnationis dirigente poteſt quis damnari.*

2 *Teſtis ſingularis de viſu deponens cũ fama & alijs adminiculis certis ſufficientẽ ingerit probationem in factis antiquis et delictis occulte factis.*

3 *Indicia indubitata cenſentur, quæ ita per legem approbantur, vt ad ipſa velit condemnationem ſubſequi.*

4 *Reo in tormentis confitenti non prodeſt confeſſionem reuocare, ſi contra eum alia reperiantur indicia.*

5 *Indicia indubitata dicuntur quando plura in vnam tendentia conſonantiam, veritatem indicant.*

6 *Indiciũ an præſumatur homicidij cõtra fugientem nudo gladio vbi quiſpiam reperitur occiſus.*

*Fuga inculpati & reperti cũ mucrone madefacto cruore, vehementiſſimum præſtat homicidij indicium.*

7 *Indicium certum cenſetur, ſi poſt mutuam duorũ rixam, alter vulneratus videatur.*

*Præſumptio in quibus ſufficiat criminibus, vt ad condemnationem deueniatur.*

8 *Meretrix probari poteſt ex veriſimilibus circunſtantijs, nedum tactu & actu.*

9 *Sacerdos ſeu presbyter mulierem amplexatus, cauſa benedictionis impartiende hoc ipſum præſumitur feciſſe.*

10 *Cuius pecunias alicui qui ex eiſdem conducit gentes aduerſus ciuitatem mutuantis, an ad huiuſmodi cõductionem ſit mutuaſſe præſumendus.*

11 *Indicium homicidij præſumitur contra eum qui aduerſus aliquem gladium ſtrinxiſſe viſus eſt, licet non fuerit viſus percuſſiſſe ſi ipſo fugiente alius reperiatur interfectus.*

12 *Condemnatio quando poſſit ſequi ad minas præcedentes, & quibus concurrentibus.*

13 *Iudex ſola habens indicia contra delatum, quãquam indubitata tutius per torturam confeſſionem delati extorqueat prius quã condemnet.*

14 *Iudex per præſumptionem procedens, ſuam valde temperare debet ſententiam.*

15 *Iudex ſecundum præſumptiones iudicans, finibus pœnarum, vt a iure ſcripte ſunt, contentus eſſe debet.*

16 *Condemnari ad mortem nemo poteſt ex indicio quanquam indubitato.*

Source : BIU Cujas

Quæſtio quarta j.partis.

# Circa quartam quæſtionem

nem prin.videlicet qualia debeant eſſe indicia per quæ deueniri valeat ad condemnationem.Super qua quæſtione quero primo an quis damnandus ſit ex indicijs. Dic quod duplex eſt indicium,ſcilicet ſemiplenum & dubitatum,& iſtud dirigit iudicem in viam quæſtionis habende. Quoddam eſt indicium plenum ſiue indubitatum, & iſtud dirigit iudicem in viam condemnationis.† Et primo quidem indicio nunquam quis damnatur,vt ff.de pœn.l.abſentem.in princi.quia ſanctius eſt impunitum facinus nocentis relinquere,quam innocentes condemnare,vt ibi dicit tex.Ex ſecundo vero indicio quis poteſt, & debet damnari,vt l.ſi qui.C.de adul.& l.fi.C.de proba.regulariter tamen ex indicijs non eſt quis damnandus, cum in criminibus probationes debeant eſſe luce clariores, vt d.l.fina C.de probatio. & habetur in l.licet impera.ff.de leg.j. Adde an confeſsio facta in tormentis licet non ratificata iuncta cum alijs indicijs ſufficiat ad condemnationem.vide Saly.in l.fin.C.de probat. †Adde quod ſi eſt vnus teſtis de viſu, cũ fama, & alijs adminiculis certis & ꝓbabilibus, eſt ſufficiẽs probatio in factis multum antiquis de quibus non eſt memoria,& in delictis quæ occulte fiunt vt voluit Iac.Bal.ſecundũ quod recitat Hoſti.& Abb.in c.pręterea.de teſti.in fi.vide Bart. in l.j.§.idem cornelio.ff.de quæſtio.qui dicit generaliter quod vnus teſtis de viſu cum alijs indicijs facit plenam probationem in delictis,per text.ibi per l.ij.§.j.ff.de excuſa.tuto.& ibi per glo.iuncta l.inſtrumenta.C.de proba. Secundo quero quid ſit indicium indubitatum vide eius diffinitionem ſupra in j.q.prin.Dixit tamẽ Nico.de Mata,in d.l.fi.prout ipſum ibi refert Bald.† quod indicia indubitata ſunt ea quæ adeo a lege ſunt approbata quod lex vult per illa fieri cõdemnationem ſicut eſt exemplum in d.l.ſi qui. Ex quo ſunt indubitata legi debent eſſe indubitata iudici.vt no.in l.ſi tutor.C.de peri.tut.alias iudex faceret litem ſuam, quia dicunt indicia indubitata. Quandoq; tñ non ſunt talia indicia quæ ſunt a lege approbata,ſed ſunt iudicis religioſi arbitrio commiſſa, tñ ſimul collecta, indicant indubitabiliter veritatem, vt eſt exemplum in confeſsionibus per tormẽta extortis,quę non per ſe,ſed cum perſeuerantia,vel fama, vel veriſimilitudine facti vel alijs adminiculis indubitabiliter indicant veritatem.vt l.ſancimus.& l.qui ſcientiam.ff.de pœn.& l.j.§.diuus.ff.de quæſtio. ſecundum Nic.de Mata,quod intellige qñ ſunt plura indicia valde proxima vero, ſicut eſt vnus teſtis de veritate facti, & duo teſtes de extraiudiciali confeſsione facta ꝑ delinquentem cum cõfeſsione extorta per torturam,& ſic præcedẽtibus legitimis indicijs quamuis poſtea confeſsio talis ſit reuocata,quia tunc bene faciunt indicium indubitatũ,ſecus ſi indicia eſſent leuiora per ea quę no.Bar.in l.fi.ff.de quæſtio.in illa.q. an ſufficiat vnum vel plura indicia.& ita i-
4 telligo gl.in l.ij.§.etas.ff.de excu.tut.† Ex quibus habemus notare quod non prodeſt confitenti in tormentis reuocare confeſsionem ſi contra ſe ſunt alia indicia,quia coniuncta cum confeſsione quanquam extorta per tormenta indicant indubitabiliter veritatem, niſi reuocans probaret contrarium, vel clare,vel per alia indicia quod eſt notãdum ſecundum Bald.in d.l.fi. Item ponit exemplum idem Nicol.de Mata,vbicunq; ex qualitate & multitudine indiciorũ indicatur veritas oculis mentis iudicis ſicut clara lux oſtendit veritatem corporis. exemplum in eo qui ingreſſus eſt quãdam domũ et poſt modicam horam auditus eſt clamor mulieris,& ſtatim viſus eſt qui intrauit exire cum gladio ſanguinolento,& uiſa eſt mulier in facie vulnerata, vnde dubitatur an eſſet probatum de vulnere contra illum,& videbatur quod non,quia nõ fuit viſus vulnerare, & quia non probat hoc eſſe quod ab hoc contingit abeſſe.vt C.de probatio. l.neque natales. poteſt enim eſſe quod hæc mulier vulnerauit ſeipſam tñ dicendum eſt ſufficienter probatum,quia nõ præſumitur ipſamet ſibi vulnus intuliſſe ſed quod paſſa ſit ab inimico,ſecundum Nic.de Mata.Patet ergo quid ſit indicium indubitatũ, nam
5 ea ſunt quę ſunt approbata a lege. †Item quando ſimul plura collecta & in vnam cõſonantiam tendentia indicant indubitabiliter veritatem vt C.de quæſtio.l.milites.§.oportet, ſecundum Bald.melius facit quod no.in l.ij.§.etas.ff.de excu.tut.& l.j.in princip.ff.de quæſtio.& ibi alijs argumentis ita probationi admouetur ex ſola cõfeſsio ſeruorum deeſſe videatur.& l.quero.§.fi.ff.de edil.edi.quæ ſolet allegari vt ibi dicit Bal. quod ex multis indicijs inſurgit plena probatio.& quod qñ indicia ſunt multa ex his

Source : BIU Cujas

colligatur violenta præſumptio quæ ſit ſufficiens ad cõdemnationem tenet etiam do. meus do. Ioan. de mõte Sperello in l. admonẽdi, ff. de iureiur. qui dicit de hoc eſſe tex. in l. excipiuntur. ff. ad ſille. & do. Catal. de viſo, in quodam ſuo cõſilio, pro quo require in litera a, ad char. cccclxxiiij. Itẽ Bar. ponit aliud exemplum de inditio indubita
6 to in l. ij. ff. de fur. † ꝙ ſi aliqs fuit viſus aufugere cum gladio euag inato, & reperitur aliquis mortuus ex hoc comprehendit̃ manifeſtum homicidium, quod ille talis illud commiſerit per illum tex. ſed in hoc exemplo Ang. ibi tenuit contrarium ſi aliter non probatur, quia potuit ille eſſe de auxiliantibus. Item potuit ille percuſsiſſe, ſed non examinaſſe, vt l. item illa. §. ſi plures. ff. ad l. aquil. & probatio debet eſſe neceſſario cõcludens vt in c. in præſentia de probat. Dicit tñ quod vehementiſsimum facit indiciũ ad torturam fuga diffamati & inuenti cum cultello maxime tincto cruore. & ita practicatur ſecundum eum, pro hac Ange. opi. facit quod no. Bald. in l. conuenticulam. C. de epiſ. & cler. vbi dicit quod quoties contrarium eius quod teſtis dicit ſtare poteſt cum veritate rationis teſtis nunquam dictum teſtis ꝓbat neceſſario ſed ita eſt hic igit̃ &c. de hoc etiam vide inferius. Aliud exemplum de indicio manifeſto ponit Saly. in d. l. fi. C. de proba. ex quo dicit deuenire poſ-
7 ſe ad condemnationem. † Pone duo rixant̃ ad inuicem in qua rixa, vnus percutitur, & vulneratur teſtes examinati dicunt quod non viderunt qñ fuit talis percuſsio, ſed viderunt eos adinuicem rixantes, & ſtatim dimiſſa rixa viderũt quod ille erat percuſſus et vulneratus certe ex hoc reſultat indicium indubitatum ex quo deueniri valeat ad condemnationem. Item adde quod licet in criminalibus regulariter ex præſumptione deueniri non valeat ad condemnationem vt habetur in l. licet impera. ff. de lega. j. tñ ſecus eſt in criminibus quæ de ſui natura ſecrete patrantur vt in adulterio, ſodomia, ſimonia, & ſimilia ex quo in iſtis eſt difficillimũ habere claras probationes per id quod habetur in d. l. qui adulterij. C. de adul. & in c. ex literis. & c. illud. & c. tertio loco. de proba. in c. præterea. el ij. de teſtib. & no. Bartol. in d. l. ij. ff. de fur. & d. l. capite quinto. ff. de adul. & vide de hoc per domi. meum do. Bald. de Bartholinis in d. l. licet
8 imperat. † Item dixit Iac. Butr. in l. neque natales. C. de probat. quod probatur ꝙ aliqua ſit meretrix nõ probato tactu & actu, ſed probatis circunſtantijs vt plurimũ veriſimilibus, vt quia paſsim ſcholares intrabant domum ipſius de die & nocte, quia qñ ſcholaris loquitur cum puella non præſumitur dicere Pater noſter. ita dicit Bal. ibi & refert in l. fi. de hæred. inſtitu. Item dixit Bar. in l. fi. ff. de fur. quod ſi aliquis deprehẽditur in domo vbi erat pulcherrima mulier, quod iſte eſt manifeſtus adulter, & ita dicit debere intelligi d. l. capite quinto. Moder. doct. dicunt hoc eſſe verũ quando probaretur etiam aliquod ex ſignis venereis, de quibus in d. l. quod ait in prin. ff. de adul
9 te. per gloſ. & Bar. † hoc tamen fallit in ſacerdote ſiue presbytero, quia ſi amplexaretur mulierem, præſumitur facere cauſa benedicendi, vel ad pœnitentiam exhortandi dicit glo. xj. q. iij. abſit, refert Spe. in titu. de præſum. §. ſpecies. circa prin. ſed ab hac benedictione et exhortatiõe liberet nos deus.

Item ſi officialis tempore ſindicatus aufugit de loco vbi geſsit officium, præſumitur contra eum de omnibus querelis de eo factis & ex hac ſola præſumptione damnatur vt C. vt omnes tam ciuiles ꝙ milita. l. j. & l. conſiliarios. C. de aſſeſſo. Item ſi maritus ter denuntiauit alicui ne loquatur cũ vxore ſua quia habet ipſum ſuſpectum de adulterio, quod ſi poſtea inuenit eũ loquẽtem cum ea & hoc probatur pręſumitur ipſam adulteraſſe, & ex hac ſola præſumptione damnatur, vt in authen. vt lice. matri & auię. §. is quoque. colla. viij, & C. de adulte.
10 authen. ſi quis ſepe. † Item ſunt quidam qui dicunt quod ſi aliquis mutuat alicui pecunias, & ille accipiens ſtatim conduxit gẽtes contra ciuitatem mutuantis quod ille mutuans præſumitur mutuaſſe vt illa gens conduceretur & quod fuerit conducta de dicta pecunia, & tunc dicunt eſſe præſumptiones iuris & de iure argu. l. fina. C. de pigno. & quod ibi Bald. & in l. ſi ventri. §. in bonis. ff. de priuileg. credi. ita dicunt ipſi in l. quarta. ff. ad legem iuli. maieſta. Adde ad id quod ſuperius dictum eſt de viſo aufugere cum gladio euaginato & aliquis reperitur mortuus quod ex hoc colligitur indubitatum indicium de homicidio contra illum, vt voluit Barto. in dicta l. ij. ff. de furt. Idem uoluit Thomas de Piperata, vt refert Ioan. Andre. in titu. de probatio. §. primo. verſicu. xiij. & Bald. in l. ſecunda. §. fina. ff. de adulte. & Bald. in authen. quas actiones, C. de ſacroſan. eccleſi. & in l. neque natales, C. de proba tio. & l. fina. eodem titu. & in l.
11 fina, ff. de offi. proconſul, & lega. † Et idem

Source : BIU Cujas

dicit ibi idē Thom. ſi viſus fuit admenare
cultellū, licet non viſus fuerit percutere, &
poſtea ibi reperitur interfectus, & poſtea
viſus fuerit fugere & apparet ꝙ erat ſibi
inimicus & fama laborat cōtra eum, & idē
ſi probat quod Titius erat inimicus Seij. ff.
de quæſtio. l. j. §. præterea, vel quod tempo-
re occiſionis erat in loco vel quod recepta
uit occidentem, vel quod occidens erat fa-
miliaris, vel domeſticus, vel quod Titius
iactabat ſe quod Seium fecerat interficere,
vel quod inter eos offenſe præceſſerāt. Sed
Ioā. And. tenet ibi quod iſta indicia nō ſint
ſufficientia ad condemnationem, ſed ad tor
turam, & idem tenet Ioan. de Imo. in l. fi. ff.
de hære. inſtitu. Et iſtud eſt tutius, dicit
Aretinus in opere maleficiorū. in gl. in ver-
bo, fama publica in ver. quero an vnū indi
cium, & idem tenet ibi dn̄s Auguſti. in ſuis
additio. qm̄ iſte probationes nō concludūt
quia poterat eſſe quod ille qui aufugiebat
cum gladio euaginato quicquid fecit ad ſuā
defenſionem fecit, & dicit hoc eſſe de iure
verius, vide tu tn̄ omnino de his per Abb.
in c. tertio loco de proba, vbi bene loqui-
tur & qui videtur reſidere cum opi. j. Tho.
12 de Piperata. † item licet ex minis cōtra
aliquem factis non reſultet præſumptio cō
tra minantem de delicto ad condemnatio-
nem, vt dicit Specu. in ti. de pręſum. §. ij. cir
ca fi. per tex. ij. q. viij. c. ſciant, tn̄ poteſt di-
ci ꝙ ſi multa concurrant, primo præcedēs
inimicitia, ſecundo ipſe mine, tertio ipſa ꝑ-
cuſsio ſequēs, quarto quod ſine magno in-
teruallo fuerit ſecuta, tunc forte ex omni-
bus iſtis poterit condemnari, et maxime ex
contiguitate actuū per id quod hr̄ in l. iiij. §.
in bonis, ff. de priuile. credi. & qđ not. Bart.
in ſi. in l. j. in fi. ſi quis teſta. li. eſ. iu. fue. & ēt
fuit de mente Bal. per illum text. in l. j. C. ſi
quis impera. male. & etiā fuit de mēte Dy.
in ſuo tracta. de quæſt. de inimico viſo exi-
re de domo occiſi cum gladio ſanguinolen-
to ita dicit do. meus do. Bal. de Bartholinis.
in d. l. licet impera. Item de iſtis indicijs
indubitatis, vide omnino per Gan. in ope-
re maleficiorum ſub rubri. de indicijs & p̄-
ſum. indubitatis, de quibus ad condemna-
tionē deueniri poteſt qui ponit multa exē-
pla, & de illo qui exiuit cameram cum gla-
dio ſanguinolento pallidus. Item de capita-
li inimico. Item quod vnus vidit admena-
13 re, item quod fugit. † Notādum tn̄ quod
licet ex indicijs indubitatis quis damnari
poſsit abſq; alijs probationibus, ut ſuperius
dictum eſt, Tutius tn̄ et melius faciet iudex
qui non habet alias probationes ꝙ dicta
indicia indubitata ſi extorquet confeſsio-
nem per torturam. vt l. ſi excepta in fin. C.
de male. & mathe. ita eleganter dicit Bald.
in l. milites. C. de quæſt. & ita ēt ſentit licet
nō ita clare. in l. fi. C. de hære. inſti. quod eſt
menti tenēdum licet dubium ſit, ꝙ vbi de
crimine liquet non debet procedi ad tortu-
ram, vt l. quoties. C. de quæſt. ſed forte po-
teſt reſponderi illud habere locū qn̄ liquet
per alias veras probationes quam per indi
cia ēt manifeſta vti eſt in caſu noſtro. Ad-
uertendum tn̄ eſt notabiliter ꝙ vbi iudex
iudicat ex præſumptionibus multū debet
temperare ſuam ſententiam, & maxime ne
condemnet ad pœnam corporalem iuxta
no. per Inno. in c. afferte, quia veriſimile de
præſum. quod colligitur ibi ex ſentētia Sa-
lomonis qui licet ex pręſumptione adiudi-
caret vni mulieri filiam, non tn̄ condēnauit
aliam mulierem ad mortem, ad quā ex mor
te pueri veniebat cōdēnanda. Item vult
Specu. in titu. de præſum. in. §. ſpecies ver.
14 in ſumma, † dicens qđ vbi iudex procedit
per præſumptionē valde debet temperare
ſuam ſententiā, & tardus debet eſſe ad infli
gendū pœnā corporalē, vel pecuniariā arg.
ij. q. j. nomen, & c. j. Item volunt do. Cardi.
Anto. de But. & Imo. in d. c. quia veriſimile.
& Oldra. in conſil. cxcij. quod incipit, viſo
diligenter. & Petr. de Ancha. in regula, ſe-
mel malus. ix. col. & Abb. in ca. ij. de coha.
cle. & mulier. & in c. at ſi cleri. §. de adul. de
indicijs. & in c. auditis. de præſcrip. & Bal.
in l. fi. C. de proba. dicens quod vbi procedi
tur ex præſumptionibus imponitur mitior
pœna & quod nō poteſt imponi pœna cor-
poralis, quia propter inopiam probationis
minuitur pœna. Subdit tn̄ quod licet qn̄ ꝓ-
ceditur ex præſum. mitigatur pœna, tn̄ qn̄
pœna habet certos fines nunquā poteſt ex
qualitate probationum exaggerari, vt l. ge-
neraliter in prin. ff. de decu. vbi eſt tex. no-
15 ta. † & ideo iudex debet eſſe contentus fi-
nibus pœnarum, prout ſunt ſcripte a iure ſe
cundum eum vnde poteſt dici quod aut lo-
quimur in præſumptione iuris, ſcilicet quā-
do iudex vult ferre ſententiā per quandam
præſumptionē quā lex expreſſe approbat
in criminalibus, et tunc pōt condemnare in
pœnam corporalem, vel pecuniariā prout
ius diſponit, vt d. l. ſi q̄ adulterij. C. de adul.
& ita tenet Abb. in c. accedens, de ſimo. &
ita intelligit do. Auguſt. de Ari. in addi. ad
opus maleficiorum in gl. in verbo, fama pu
blica ſuper ver. quero an vnū indiciū vel

Source : BIU Cujas

plura.& ita dicit eſſe intelligēda dicta doc.
maxi.Abb.in c.j.de indicijs.in xiij.col.Aut
loquimur in præſumptione hominis,& tūc
aut cū iſta concurrit cōfeſsio criminoſi ex-
torta per torturam, & idem aut non cōcur
rit confeſsio prædicta,& tunc aut ſumus in
pœnis a iure expreſſe limitatis & habet lo
cum dictum Bal.aut in pœnis arbitrarijs,et
habet locum dictum Innocen.& Specu.vi-
de omnino ad prædicta per Bald.in d.l.qui
multū bene loquitur de triplici probatio.
in criminalibus. Item limitat prædicta idē.
do.Augu.ibidem niſi ageretur de puniēdo
aliquem pecuniariter, vel pœna leui corpo
rali,puta fuſtigationis.tex.eſt in l.iij.§.quia
plerunq;.ff.de offi.præfec.vigil.vbi ex cul
pa præſumpta quia incendium præſumitur
culpa illa habitantium poteſt quis fuſtiga-
ri. Sed tu potes dicere ideo hoc eſſe quia
lex approbat expreſſe hanc pręſumptionē
vnde erit idem prout ſupra dictum eſt.Itē
idem do. Augu.ibidem dicit quod Ioā.An.
in addi.Spe.in tit.de probatio.§.fi.ver.xiij.
limitat alio mō videlicet niſi iudex ſe mo-
ueret ex præſumptione violentiſsima, &
ita refert Inno.in c.afferte.de præſumptio.
Adde ad omnia prædicta Gandi.in opere
ſuo maleficiorum, qui notabiliter dicit qđ
16 vidit in practica obſeruari. † & ita omnes
ſapientes Bononie volunt,ꝙ nullus poſsit
capitaliter condemnari ex indicio quantū-
cunq; indubitato ſecus ſi veniret imponen
da pœna pecuniaria.Adde vnum menti te-
nendum quod dicit Bal.in d.l.ſi qui adulte
rij, quod condemnatus ex præſumptione
iuris, & de iure non poteſt appellare per
illum tex.qui dicit talem haberi pro cōfeſ-
ſo & conuicto.& per l.ij.C.quorum appel.
An autem cōfeſſus in tortura appellet ſcri-
bit Bal.in d.l.fi.C.de proba.

## SVMMARIVM.

1 *indicia & præſumptiones contrarijs elidun tur præſumptionibus,& indicijs.*

2 *Conuerſatio præcedēs monſtrāt qualis vnuſquiſque ſit præſumendus.*

*Fama bona theſaurus ineſtimabilis, & lilium ſuaue perolens.*

3 *Indicium per teſtem ſingularem habitū eliditur alijs refragantibus circunſtantijs.*

4 *Indicium homicidij contra aliquem ortum ex minis & inimicitia,eliditur ſi abſentia & diſtantia probetur a loco homicidij tpe.*

5 *Preſumptio affirmatiua p negatiuā tollitur.*

6 *Indicia contra delegatum grauiora eſſe debent his quæ p ſe habet vt torqueri poſſit.*

Quæſtio.v.j.partis.

# Circa quintam quæſtionē

principalem quæ eſt, quomodo & qualiter
1 tollantur & elidanter indicia.† Dic quod
tollantur indicia & præſumptiones per cō-
trarias præſumptiones & indicia, vt dicit
Bar.in l.fi.C.fami.hercif.nam licet præſu-
matur ꝙ damnum datum ſit potius a vici-
nis quam ab alijs,vt no.Iac.But.& Bar.in l.
ſi ita.§.fi.ff.de fun.inſtru.et ſuperius fuit di-
ctum tamen hęc pręſumptio tollitur & eli-
ditur per bona & laudabilem famā & cō-
uerſationem,quia pro bono pręſumitur bo
num & bene & prudenter viuere, vt dixit
2 Bal.in l.j.C,loca.circa fi.† Vita enim pręce
dens magnam partem confert ad præſumē
dum quod quid ſit vnde caueat vnuſquiſ-
que ab infamiam, quia non ſolum in eo de
quo eſt infamatus ſed ēt in alijs grauat eius
opinionem vt extra de regu.iur.c.deſleat
peccator,& not.in l.ij.C.qui teſta.face.poſ.
ſed bona fama eſt theſaurus hominis ineſti
mabilis & iocundus, & ſicut liliū dat ſua-
uitatem odoris verba ſunt Bald.in l.j.C.de
confeſsis.in iiij.colū.Item licet pręſumatur
contra aliquem de furto, ſi probetur quod
exiuit de illa domo de nocte,in qua furtum
commiſſum fuit et quod habeat aliquid ſub
mantello, tamen ſi probatur quod ille ta-
lis eras magnus mercartor, vel talis condi-
tionis quod non ſit veriſimile furtum com
miſiſſe excludetur illa præſumptio eſt con-
ditione perſone,ita dicit Ange.in l.milites.
3 C.de quæſtio.† Item indiciū quod ſumitur
ex vno teſte de veritate,poteſt elidi ſi alie
circunſtantie refragantur,ſecundū Io.And.
in c.cum in contemplatione.de reg.iur.vt
refert Bal.in l.ij.C.quorum appe.nō re. Et
ideo ſi teſtis deponeret ꝙ vidit talem ſolū
ſubtrahere & portare de loco ad locū vnū
lignum quod non ferrent decem homines,
hoc probato indicium illius teſtis eliditur
deficit enim eius dictum in veriſimilitudi-
ne l.milites.§.oportet de quæſtio.Nam im-
poſsibili poſito in eſſe,nullum ſequitur cō-
tingens.l.filium.j.reſpon.ff.de his qui ſunt
4 ſui vel alie,† Et ideo licet contra acſacutū,

Source : BIU Cujas

vel inquiſitum de homicidio Titij probentur inimicitie capitales, & mie de occidendo, & propter hoc reſultet indicium an torturam tñ illud indicium tollitur ſi accuſatus probat ſuam abſentiam & diſtantiam a loco homicidij tempore quo illud fuit cõmiſſum ꝙ nullus ſecundum naturam poſſet illuc accedere ad illud faciendum recedendo de illo loco & accedendo ad locum homicidij, præſumptio enim quę tollitur probatur quod ſit impoſsibilis, vt d.l. filium & dicit ibi Bal. ꝙ præſumptio nihil operatur vbi veritas in contrarium probatur. †Item præſumptio affirmatiua tollitur per negatiuam. Item vbi non poteſt haberi certa probatio, recurritur ad præſumptionem ſecundum eum præſumptio ergo tollit præſumptionem, vt d. ll. & l. diuus. ff. de in integ. reſtitu. & d. l. ſi qui adulterij. C. de adul. vbi dicit Bal. no. quod non creditur id quod non eſt veriſimile euidentibus indicijs, & idem dicendũ eſt in ſimilibus de hoc ẽt per Bald. in l. non ignorat. C. qui accuſ. non poſ. in ij.
6 col. †Illud eſt bene notandum ꝙ qñ torquendus habet aliqua indicia pro ſe habet eſſe indicia magis grauia cõtra ſe, ita quod præponderent, ita vt ad torturam deueniri valeat. dicit Bar. per tex. ibi in l. j. §. ad qõnem ver. nec facile. ff. de quęſt. item Bal. no. dixit quod ſi teſtator exculpauit reum, putà de eius morte inculpatum, quod propter hoc reus non poterit ex indicijs torqueri, quia habet indicium innocentie pro ſe, vt l. j. §. paulus. ff. de oper. lib. ſi tñ liquido cõſtaret de crimine punietur, vt l. ij. ff. ad ſille. ita dicit ipſe in l. j. in ultima colũ. C. cõia delega. quod eſt notan. ad hoc ẽt quod no. Bal. in l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ff. de pac.

# SECVNDA PARS

## Tractatus de tortura & quęſtione.

### Diuiſio.

Primo quid ſit quæſtio, & vnde dicatur.

Secundo quid appellatione quæſtionis contineatur.

Tertio in qua cauſa debeat haberi qõ.

Quarto qui poſsint torqueri, & qui non.

Quinto qualiter peruenerit debeat ad quæſtionem.

Sexto quis ſit effectus torture & qõnis.

Septimo qualiter puniatur torquens aliquem indebite.

Octauo ſubnectam aliqua notanda communia de indicijs, & quæſtione.

Nono & vltimo deſcribentur aliqua in practica maleficiorum non inutilia iuuenibus latrunculatoribus, vbi ſub epilogo recolligentur quaſi omnia quæ in hoc tractatu continentur.

### SVMMARIVM.

1 *Quæſtio eſt veritatis inquiſitio per tormẽta, & cordis dolorem facta.*

*Tertio leuis, quæſtio non dicitur abſque dolore cordis.*

2 *Quæſtio a querendo dicitur vel inquirendo quod per eam negotij veritas inquiratur.*

### Quæſtio prima ſecundæ partis.

1 CIRCA primum dic quod quæſtio † eſt inquiſitio veritatis ꝑ tormenta, & cordis dolorem. Nam nuda, & leuis territio abſq; dolore cordis non dicitur quęſtio in iſta materia. vt l. item apud labeonem. §. quæſtionis. ff. de iniur. & l. j. §. quæſtionum. ff. ad ſille. Ita diffiniũt Azo in ſumma de quæſt. & Odof. in quodã ſuo tracta.
2 quem fecit de quæſtionibus. †Et dr̃ quęſtio a querendo, vel inquirendo, quia per eã inquirit ſeu queritur veritas negotij de quo diſputatur, & ad illuminandum veritatem fieri debet & non aliter, vt l. cura falſum, & l. hoc quod placuit. C. de quæſtio.

### SVMMARIVM.

1 *Quæſtionis appellatione q̃ cenſeãtur venire.*

2 *Carceratio vel detentio ſimplex, an veniat quæſtionis nomine.*

3 *Confeßio tormentis adhibitis facta vel prope tormẽta, dicitur metu tormẽtorũ facta.*

4 *Tertio leuis dicitur ſi quis tantum ad funẽ ducatur.*

*Confeſsio non dicitur metu tormentorũ facta in carceribus quando non denegantur alimenta.*

5 *Confeßio metu tormentorum facta non cenſetur, ſi iudex delato torturam minetur.*

6 *Tortura ſiue quæſtio varijs inſtrumentis &*

Source : BIU Cujas

*modis dari poteſt.*

7 *Iudex torquendi carnem ſcindens vt confiteatur, capite plecti debet ſi moriatur.*

Quæſtio ſecunda ſecundæ partis.

Circa ſecundum videlicet quid contineat appellatione qõnis.
1 †Reſpondeo, continetur carceratio facta de aliquo vt non comedat donec dicit negotium de quo queritur. Item qualitercũque per vim & tormenta quis compellitur ad aliquid dicendũ videtur quæſtio, & qõnis verbo cõtinetur. l. item apud. §. quęſtionis. ff. de iniur. & l. j. §. qõnem ad ſil. Item negatio, ſibi dr̃ quęſtio. l. necare. ff. de lib. agn. Item chorda. l. decuriones. C. de queſt. & l. nullus. ff. ad legem iuliam mateſta. Itẽ quælibet vis illata perſone. vt l. fi. C. de aboli.
2 †Sed an ſimplex carceratio, vel detentio cõtineatur appellatione quæſtionis vel tormentorum, videtur quod non qm̃ carceratio & detentio fit ẽt nullis præcedentibus indicijs, & ad ſolam cuſtodiam quęſtio vero ſiue tormenta non fiunt niſi pręcedentibus indicijs vt l. j. §. diuus. ff. de quæſt. propter quod dicit Ang. in d. l. item apud. §. qõ quod ſi ſtatutum prohibet aliquem torqueri ſine ſcientia priorum quod nihilominus poterit carcerari abſq; ipſorum conſcientia dummodo carceratio non ſit cum denegatione cibi & idem tenuit in l. nemo. C. de exact. tri. Idem ſecundum quoſdam ſi carceratio eſſet periculoſa alicui ratione loci, vel ratione infirmitatis, vel inferret infamiam, ratione qualitatis perſone detente, quia tũc poteſt dici ineſſe tortura in detentione ſe-
3 cundum eos. † Sed hic quero qñ dicatur confeſsio facta metu tormentorum. Reſpõdet Barto. in d. l. j. §. diuus ſeuerus. ff. de qõ. quod tũc dicitur facta metu tormentorum qñ eſt facta adhibitis tormentis, vel ita facta prope tormenta aliquo legato & præcedentibus minis deponendo ad torturam nõ autem quelibet leuis territio facit videri confeſsionem eſſe factam formidine tormentorum ſed debet eſſe poſitus in tormentis, vel ductus ad ea. Item ſi eſſet in carcere in quo de fame & frigore multum patiebatur nam tunc formidine tormentorum videtur factam arg. ad hoc. ff. de iniur. l. item apud. §. quęſtionis facit. ff. de vi et vi arma. l. iij. §. ſi quis viſus dum dicit, ſufficit terror
4 armorum ſecundum Bar. †Dixit tñ Ange. in d. §. quęſtionis quod ſola ductio ad ſunem eſt leuis territio, ſed ductio & ligatio bene facit videri confeſsionem extortã metu tormentorum, quia ibi ineſt terror cadẽs in conſtantem virum, vt l. interpoſita. C. de tranſac. eſt enim timor proximus torture arg. l. j. C. de ſica. Item dixit Bal. quod manicis ferreis ligatur. dicitur torqueri in l. j. C. de cuſto. reo. Confeſsio autẽ facta in carceribus, in quibus non denegatur cibus nõ dr̃ facta metu tormentorum, per dicta ſupra proxima q. & ideo talis confeſsio valet & nocet confitenti. ita tenet Bal. in l. j. C. de cõfeſ. in vj. col. & per conſequens non requiritur ꝙ in ea perſeueret per ea quæ dicemus in ix. q. prin. ſed Gand. in tractatu maleſi. in rub. de quæſt. & tormentis in verſ. dictũ eſt ſupra tenet quod ſufficiat eſſe pœnes torturam licet non fuerint ligate manus de retro vt dicatur confeſsio facta metu tormentorũ
5 ibi reſpondet ad d. §. quæſtionem. †Dicit tñ ꝙ ſi extra locum in quo homines torquent, iudex dixit, aut confitearis aut ducã te ad torturam inferendo ſibi terrorem, propter hoc non dicetur confeſsio facta metu tormentorum, quia eſt leuis territio per d. §. quæſtionem. & cum hoc videtur trãſire do. Augu. de Ari. in addi. ad tractatum maleficiorum Aretini in gl. in verbo, fama publica in antepenul. col. Adde quod Bart. in l. nouiſsime per illum tex. ff. quod fal. tuto. aut. voluit quod dicatur confeſsio facta metu tormentorum ſi tantummodo apud torturam quis fuerit ſpoliatus ſolum & nõ ligatus nec minatum ſibi de tortura ſi non confiteatur & ibi dicit ꝙ ſemel habuit hoc de facto Florentie. Et quia ſupradictum eſt, quid contineatur appellatione tormentorũ
6 ſcias †quod multis varijſq; modis & inſtrumentis vtuntur latrunculatores & iudices maleficiorum. Nam quidam dant ei imittũt aquam per nares, in qua ẽt nonnulli imponunt calcem obſtructo ore bibentis, qđ genus torture. ut audiui, eſt periculoſum ne ex eo ſuffocetur tortus. Quidam ponunt taxillũ in oſſe pedis qui vulgariter dicitur loſſo pazzo. Quidam ponunt muſcionẽ in vẽtre, ſiue vmbilico, & deſuper ponunt citatum ad includendum illum, ne poſsit egredi. Quidam torquent cũ lingua caprina hoc modo quia lauant pedes torquendi cũ aqua bene ſalita, & ligato torquendo ſuper ſcanno, faciunt vt capra cũ lingua lambat plantas pedum quod libenter facit propter aviditatem ſalis, & audio ꝙ iſtud eſt duriſsimum tormentũ, & ſine periculo. Quidã tor

Source : BIU Cujas

quent in mittendo virgas inter digitos manus ſtringendo cum chordula. Quidam vtũtur chorda, ligatis manibus poſt terga, qđ genus torture cõmuniter eſt in vſu, & vnũquodq; prætorum ex publico habet tale inſtrumentum vt videmus vbiq;, & iſtud eſt a conſuetudine cõiter approbatum, & etiã de iure vt l. nulli. C. ad leg. iul. maieſta. Sed in iſto debet adhiberi maxima diligẽtia, & debet moderate adhiberi alias ſolent multa pericula incidere. Alij ligant ſolum vnã manum ad funem & ſinunt ſic pendere ſuper terram. Audiui etiã, ꝙ dantur detento ad comedendum carnes multum ſalite, & denegant potum. Aliqui lauant pedes torquendi, & plãtas inungunt larido porcino, & ligato torquendo ſuper ſcannum, faciũt, vt plante pedum vrgant verſus ignem validum, & ſic iuxta ignem ſinũt permanere.

De modis autem & inſtrumentis aliquibus torquendi creduliter, ponit Bald. in l. j. C. de emen. ſeruorum vbi dicit per illũ tex. in verbo, laniauerit. † nota quod contra iudices qui ſcindunt alicui carnes vt cõfiteatur crimen, nam ſi moritur tortus in tormẽtis, iudex iſte debet decapitari tanquã homicida. & Ange. in l. nemo carcerem. C. de exact. tri. lib. x. dicit no. tex. contra iudices qui propter delectationẽ inueniũt nouã ſpeciem tormentorũ, hi enim appellantur iudices irati, & peruerſi, & ratione peruerſitatis dñs cõfundet eos qa ſunt perpetuo ignorantes. Sapientes enim talia ab horrent, & virtutum illuminatione, ſciẽtie formã propagant, reliqui vero actibus impijs ſe exaltare dicentes, cõfundunt eorum famã apud bonos & graues inceſſanter inquinantes.

## SVMMARIVM.

1 *Quæſtio ſeu tortura applicari poteſt in cauſa criminali criminaliter agitata.*

2 *Seruus in omni cauſa & in omni crimine iudicis arbitrio torqueri poteſt, ſed liber in grauibus tantum & criminalibus.*

3 *Iniuria perſonalis dicitur graue delictum.*

4 *Delictum leue quòd dicatur & quæ leuis iniuria.*

5 *Tortura etiam locum habet ſi de crimine ciuiliter agatur.*

6 *Cauſe ciuiles in quibus differant a criminalibus in materia torture.*

### Quæſtio tertię ſecundę partis.

*Tertio principaliter* quero in qua cauſa
1 ſit habenda queſtio & tortura. † Reſpõdeo quod in criminali cauſa non eſt dubium ſi criminaliter agitur, vt patet per totum tit. ff. & C. de quæſt. & maxima in l. j. & l. edictum. ff. eo. & l. milites. §. oportet. C. eo. titu. & dixit glo. in d. l. j. quod in quolibet crimine habet locum tortura, & per conſequens tam in publico, quã in priuato crimine põt quis torqueri, facit quod not. glo. & doc. in l. verbum. C. de infa. Aduerte tamen quod non pro omni crimine poteſt quis torque-
2 ri. † Super quo dic, quod aut loquimur i ſeruo, & tunc poteſt arbitrio iudicis in omni cauſa torqueri, & in omni crimine. vt l. edictum ſupra alle. & ibi per doc. & p Bar. in l. diuus. eo. titu. & per Gandi. in ti. de quæſt. & tortu. in ſuo opere maleficiorum. Si autẽ loquimur in homine libero & tunc in cauſis criminalibus & grauibus poteſt torqueri. In leuibus autem criminibus non vt habetur in dictis iuribus vnde male faciũt iudices qui pro quibuſcunq; leuibus iniurijs faciunt quem poni ad torturã iſta ſunt verba Papienſis in ſua practica in forma inq̃ſitionis in glo. in verbo, hæc eſt quędam inq̃ſitio circa. xij. col. Sed nunc cadit declarare quod dicatur leue crimen & leuis iniuria. Nam Bar. in l. non ſolum. §. ſi manda-
3 to. ff. de iniur. † dicit quod quelibet iniuria perſonalis dr̃ delictum graue. ſed Papienſis vbi ſupra dicit quod trahere quem per capillos. vel cõtra aliquem proijcere lapides eſt leue crimen. Bar. autem in d. §. ſi mandato dicit quod leuia delicta ſunt illa in quibus non requiritur dolus. vt dare damnum. Item qñ filius patri, vel libertus patrono non eſt obediens. Item qñ quis eſt repertus cum armis, vel ire de nocte, et his ſimilia vt ludere. & idem dicit in l. leuia. ff. de accuſ. vbi etiam dicit vt ſuperius dixi quod delictum commiſſum in perſonam eſt graue. qđ Ang. ibi dicit eſſe verum niſi opinio illius patrie aliud velit, vt eſt Florentie, vbi percutere pugno reputatur leue. Itẽ dicit Bart. in d. l. leuia. quod quodlibet delictum etiam commiſſum dolo tamen in re parua vt eſt
4 furtum rei parue eſt delictum leue. † Adde quod delictum leue dicitur crimen abigeatus, furtum domeſticum, & leuis iniuria uerbo illata ſecundum Spec. in ti. de execu. ſen. in. §. nunc dicendum. ver. xlij. vbi vide

Source : BIU Cujas

vt hæc refert & ſequitur do. Ma. Soci. in c. j. de libel. obla. in xlvij. fallen. Item Ang. in d. l. leuia dicit φ leuia delicta ſunt qñ leuis pœna imponitur non attento alias ſit de iure leue, vel graue, & vide gl. in c. cum illorum. de ſen. excō. in verbo, membri quæ dicit φ relinquetur iudicis arbitrio quæ dicãtur crimina leuia, vel non quam glo. approbat do. Aug. de Ari. in addi. in tractatu maleficiorum in gl. in verbo hæc eſt quedã in-
5 quiſitio. col. xv. †Sed quero quid ſi de crimine agitur ciuiliter, an erit locus torture. Reſpondeo quod ſic, vt ēt dicto caſu qs torqueri valeat vt l. ſicut. C. de fal. et ibi ēt per Bal. qui dicit quod tũc debebit mitius agi. Sed an in ciuili cauſa poteſt adhiberi tortura. Dic quod ſic ſed tunc demum cum alias veritas ſciri non poteſt niſi per torturam l. diuus. in prin. ff. de quæſt. vt not. glo. in l. ex liberto. in prin. & eſt tex. in l. quoties. C. eo. facit l. ſuper. & l. hoc quod placuit. & l. interrogauit. & l. ſi. eo. ti. In ſubſidium ergo in ciuili cauſa peruenitur ad torturam. vt d. l.
6 diuus. † Sed ſecundum hoc in hac materia torture nulla videtur differentia inter ciuiles & criminales cauſas, dic ſecundum Bar. φ immo eſt differentia nam in cauſa ciuili & pecuniaria torquentur ſerui, & non liberi, vt l. edictum. ff. de queſt. & l. ſi quis decurio. & l. vbi falſi. C. de fal. hoc tñ intelligo quod ēt in cauſa pecuniaria liber non torquetur in ſe vt dicit Bar. in alium bene torquet ſi vacillat vt d. l. ex libero. Quod qualiter intelligatur dicam infra in iiij. q. prin. Item dicit Bar. quod non ita de facili peruenitur ad torturã in cauſa ciuili ſicut in criminali, & graui. vt d. l. diuus. vbi ipſe hoc ponit, putat tñ quod non ex omni cauſa qs ſit torquendus, ſed in hoc aduertendũ iuxta diſpoſitionē. d. l. edictũ. et d. l. ex libero.

## SVMMARIVM.

1 *torqueri poſſunt liberi & ſerui, liberti, & ſtatu liberi.*

2 *Libertus vt liber eſt torquendus, & in eiſdē caſibus.*

3 *Confeßio mulieris prægnantis, facta in tormentis nulla eſt.*

*Tortura exiſtente illicita, irritatur quicquid ſequitur ex ea.*

4 *Liber homo, tam in ſe, quã in alijs, torqueri poteſt, præcedentibus indicijs.*

5 *Indagatio exquiſitißima non ſit quando pro crimine ciuiliter agitur, ſicut quando agitur criminaliter.*

6 *Clericus in teſtem inductus non eſt vacillãs torquendus.*

7 *Diuites bone opinionis & famæ in duobus tantum caſibus torqueri poſſunt.*

8 *Hominibus vilis conditionis in teſtimoniũ admißis, non adhibetur tanta fides quanta alijs*

9 *Teſtis non eſt torquendus in eum, cõtra quã fecit teſtimonium non inuitus.*

10 *Domeſticus non debet torqueri in eum cuius eſt domeſticus.*

11 *Teſtis qui non eſt omni exceptione maior nõ debet torqueri in cauſa ciuili.*

*Tortura nõ datur, niſi delictũ certo ſciatur.*

12 *Teſtis an poßit torqueri non præcedentibus indicijs.*

13 *Teſtis non debent torqueri, niſi ſignis quibuſdam contra reum præcedentibus.*

14 *Maleficio domi commiſſo, torqueri poſſunt ibidem exiſtentes tēpore cõmiſsi maleficij.*

15 *Diſputatio an ſit fienda ſuper indicijs contra teſtem habitis, ſicut ſuper his quæ contra reum habentur.*

16 *Dictum teſtis validius dicitur cum tortura factum quam quod ſine.*

*Minor quatuordecim annis nec in ſe nec in alijs torqueri poteſt.*

17 *Impubes ſecundum ius commune non poteſt teſtis eſſe.*

18 *Impubes cum tortura leui ad inſtructionem poteſt interrogari.*

19 *Milites & veterani non debent torqueri.*

20 *Decuriones et eorum filij nõ ſunt torquẽdi.*

21 *Decurio infamis torqueri poteſt & pro crimine falſi.*

22 *Nobiles, aduocati, & doctores an poßint torqueri.*

23 *Doctores legum, et aliarũ ſcientiarum, perſonaliter capi. ad iudicem trahi, aut quouis modo vexari non poſſunt.*

24 *Exceptio quelibet in crimine læſæ maieſtatis ceſſare debet.*

Surdus

Source : BIU Cujas

25 *Surdus & mutus a natura torqueri non poſſunt.*
*Seruus in quibus caſibus in dominum torqueri poſſit.*
26 *Seruus communis pluribus, vt pluribus, torqueri poteſt in caput alterius dominorum.*
27 *Seruus patris torqueri poteſt pro morte filij.*
28 *Seruo vel volenti vel torto non creditur cõtra dominum.*
29 *Libertus ĩ caput patroni nõ debet torqueri.*
30 *Reus & accuſator in crimine falſi poſſunt torqueri.*

Queſtio quarta ſecundę partis.

Quarto principaliter quero q poſſũt tor
1 queri & qui non. † Reſponde ꝙ torqueri poſſunt omnes tam liberi ꝗ̃ ſerui, & tam liberi, ꝗ̃ ſtatuliberi, vt patet in multis iuribus, & potiſsime in l. ſi quis decurio. C. de fal. & l. primum. C. de quæſt, & l. ex libero. & l. vnius. & §. teſtes, & l. j. §. quæſtioni. ff. eo. tit. quæ omnes loquũtur de qõne & tortura liberi hominis. Item patet in l. j. circa principium. & in. §. ſeruum municipum. & §. ſeruum mariti, et. §. ſi ſeruus & §. ſi ſerui & §. in cauſa. & in l. hęreditarij. & l. ſi quis viduam. ff. de quęſt. & l. j. & ij. & l. cum teſtamentum & l. hoc quod. C. eo. in quibus habetur ꝙ ſerui torquentur. Item de ſtatu libero patet quod torqueatur in l. edictũ. §. fi. iuncta. glo. ff. eo. & l. j. §. ſed in eo. ff. ad ſil. Itẽ de liberto patet ẽt quod ſit torquendus,
2 vt l. j. §. ſi ſeruus ad hoc. ff. de quæſti. † Nam libertus torquetur vt liber in his in quibus liber homo torquetur ſecundum gl. ibi. Itẽ torquetur tam maſculus vt ſupra dictis legibus quam fœmina, vt d. l. cũ primum. C. quæſtio, quod eſt verum niſi ſit prægnans nam tunc nõ torquetur quandiu prægnans ſit. l. prægnantis. ff. de pœnis, vbi plus dixit glo, quod ẽt poſt partũ depoſitũ per xl. dies non torquetur, & illã gl. tenet And. de Piſis & Bal. in lectu. in l. impera. ff. de ſtat. homi. & eſt ratio. quia intra xl. dies poſt partum non eſt fortis mulier ad ſubeunda tormenta ſecundum eos, & idem tenet Bart. in d. l. prægnantis. Addens rationem, quia ſi inter xl. dies torqueretur, cum ſit debilis, moreretur & iudex excedens modum puniret, debet ergo differri, donec ſit fortis ad torturam ſecundum, eum. Et plus voluit Bald. in
3 d. l. imperator. † ꝙ ſi mulier prægnans torquetur & confiteatur, quod non valet talis cõfeſsio facta in tormẽtis, quia cũ illicita ſit tortura, non valet quod ſequitur ex ea arg. l. maritus. ff. de qõ. ſecundum eum quod eſt notandum. Et hoc quod de muliere prægnante dictum eſt, habet locum ẽt ſi ſit prægnans ex alio quam marito, vt l. ex ſeruorum §. penu. ff. de ſtatu. homi. Et idem ſi eſt prægnans de pauco tẽpore puta. x. vel. xx. dierum ſecundum Bald. in d. l. mulier. §. ſi.
4 † Quod autem dictum eſt de libero homine, ꝙ torqueri poteſt eſt verum tam in ſe, præcedentibus indicijs, vt l. ſi. ff. de queſt. et l. milites. §. oportet. C. eo. tit. & l. ſicut. & l. ſi quis decurio. C. de fal. & l. proditores. ff. de re mi. quam ẽt in alios. ſ. vt teſtis, vt l. ex libero. & l. vnius §. teſtes. ff. de quæſt. & l. nullius. C. de aſſer. tol. l. nullam. C. de infa. iuncta gl. adde quod Bal. in l. milites. C. de qõ. dicit ꝙ teſtis vilis torquetꝛ ſine indicijs, vide inferius de hac qõ. in ver. ſed quero an debent præcedere. Primum tamen dictum intelligo in cauſa criminali, ſcilicet vt liber in ſe torqueatur præcedentibus legitimis indicijs. vt d. ll. & forte ẽt ſi de crimine aga
5 tur ciuiliter per d. l. ſicut † non tñ ſit ita aſperrima indagatio qñ ciuiliter pro crimine agitur ſicut qñ criminaliter vt no. gl. in l. ij. eo. tit. & Bal. in d. l. ſicut. ſecundum autẽ dictum vt torqueatur in alium vt teſtis intelligo in duobus caſibus ſcilicet ſi vacillat vt d. l. ex libero & ſi facto interfuiſſe dicatur. vt l. vnius. §. teſtes. & l. is cui. ff. de quæſt. Et intelligo ſi ipſe dicit ſe facto non interfuiſſe, & per alios conuincitur de mendatio ꝙ interfuit & ſufficit ꝙ per vnum teſtem tantum ad minus qui ſit dignior ipſo negante hoc dicatur ſecũdum Bart. in d. §. teſtes. An autem hoc ſit verum quod liber homo productus in teſtem poſsit torqueri, vel non diſtinguit Bar. in d. l. ex libero ꝙ quidã ſunt liberi homines poſiti in dignitate clericali, & iſti non poſſunt torqueri, ſed alias de falſo puniuntur vt l. presbyteri. C. de epiſ. &
6 cle. ſecundum Bar. † licet ergo clericus teſtis inductus vacillet in teſtimonio. tñ non torquetur. Quid aotem ſit de de iure canonico. Bal. in d. l. presbyteri, remittit ad not. vj. q. j. presbyteri. el ij. & per Archi. ibi & vide tu per Inno. in c. qm̃ contra falſam de proba. & melius in c. cum in contemplatione de reg. iur. & plenius per Pau. de Elaza. in c. grauis. de depoſi. Quidã alij ſunt poſiti in dignitate, vel nobilitate, vel officio ſecu



Source : BIU Cujas

lari,& iſti poſſunt torqueri in vno caſu tã-tum ſcilicet ſi vacillent & ſic aures iudicis obtundunt, vt l.nullum.C.de teſti.in princ. & dicit Bart.quod qñ teſtis vacillat debet facere ſcribi per notarium, & notarius debet ſcribere qualiter iudex dicit quod teſtis vacillabat,& hoc debet facere ſolũ audiente & intelligente teſte. Alleg.Inn.& Io. And.in nouella in d.c.qm contra.& idẽ voluit Ange.in authẽ.vt ſponſa.lar.§.inſuper
7 col.ix.†Quidam alij teſtes non ſunt poſiti in aliqua dignitate, & tunc ſi ſunt diuites, & bone opinionis,nõ poſſunt torqueri,niſi in duobus caſibus primum ſcilicet ſi vacillat ſecundo ſi conuincatur de mendacio, quia aſſerit ſe nõ interfuiſſe negotio, & ab alijs conuincitur ꝙ interfuit, vt d.l.vnius. §.teſtes.Quidã ſunt liberi homines, viles artes exercentes, obſcuri & ignoti forſan, & iſti ſecundum quoſdam,nunꝙ̃ admittuntur,niſi cum tortura in auth.de teſti.§.ſi vero ignoti,&.§.ſi huiuſmodi & ibi gl.quam videtur tenere Azo in ſumma,C.et auth.de teſti.ſed Bar.improbat hanc opi.per tex.in l.diuus.§.ſi.ff.de quæſti.vbi deportatus in inſulam,& ẽt ſtatuliber nõ torquetur, ſicut alij liberi homines & tñ conſtat eos eſſe viles,obſcuros,vel humiles.Propterea text. in d.§.ſi vero ignoti ad hoc ut torqueať, requirit duo ſcilicet quod ſint viles et ignoti. Itẽ quod tentant corrumpere veritatem,&
8 tunc poſſunt torqueri,& ideo dicit Bar.†ꝙ iſti viles homines admittuntur ad teſtimonium ſine tortura nõ tñ adhibetur eis tanta fides ſicut alij vt d.l.iij.ff.de teſt.in prin. poſſunt tñ torqueri in caſibus primo ſi vacillant vt d.l.ex libero.& d.§.ſi vero ignoti,ſecundo ſi conuincantur de mendacio. vt d.§.teſtes.tertio qñ ſponte vadunt ad teſtificandum,vt d.§.ſi vero ignoti.in verſic. feſtinantes.& probatur.v.q.v.§.hi qui.ita dicit Bar.in d.l.ex libero. Illud tñ eſt bene notandum quod vbi teſts torqueantur,ſufficit torqueri duos,vel tres factum ſcientes nam refrenanda eſt tortura. de naufrag.l. quoties.lib.xj.ita dicit Bal.in d.l.data opera.C.qui accu.non poſ.adde ꝙ tortura teſtium non fit ſeruata forma.l.cuſtodias,de publi.iudic. Alexand.in dicta l.vnius.§.iu-
9 dex de quæſtio.†Item non torquetur quis in eum in quem inuitus teſtimonium non dicit.l.prima.§.ſi ſeruus bona fide.in fin.ff. de quæſtioni. Qui autem ſint illi qui inuiti non teſtificantur in aliquem habes in l.iiij. & v.ff.de teſtibus.& dixit Bart.in dicto.§. ſi ſeruus, quod tales torti & aliqui teſtificantes non probant ſufficienter ẽt ad indicium loquitur tamen ſub dubio per verbũ forte,de hoc tamen an teſtis qui non debuit examinari examinatus faciat indicium,fuit dictum ſupra & vide Bar.in l.ſi maritus.ff.
10 de quæſtio.† Item non torquetur domeſticus in eum cuius eſt domeſticus, vt l.maritus.ff.de quæſtio.& l.j.§.ad quæſtionẽ.eod. ti.facit l.pe.ff.de teſti.Et qui dicãtur domeſtici,nota.in l.etiam C.de teſti.& l.pridem. C.de quæſtio.cum ſim.& aduerte notanter quod ſi alique exceptiones obſtant teſti torquendo,vt ipſius fidem infringant dicte exceptiones debent examinari & diſcuti antequam teſtis torqueatur ne ſuperuacuo & abſq; cauſa torqueatur.caſus eſt ſecundum Bar.ibi l.j.§.ſi quis dicatur.ff.de quæſtio.& ideo ſi de maleficio eſſet vnus teſtis tantũ qui ſciret veritatem rei,& ille nõ eſſet omni exceptione maior,& ſic nõ faceret indicium,ẽt ſi plene probaret,in caſu quo alias teſtis deberet torqueri, iſte nõ torqueretur, cum tortus non faciat indicium.Et idẽ in ciuil',vbi vnus teſtis omni exceptione maior,facit deueniri ad iuramentũ neceſſariũ, vt l.in bonefidei.C.de iureiuran.& l.admo
11 nendi.ff.eo.ti. †Nam licet in ciuili cauſa teſtis ẽt torqueatur,vt not.in d.l.ex libero, ff.de quæſt.tñ hoc caſu teſtis,ſi nõ eſt omni exceptione maior non torquebitur quia ẽt tortus plene deponens non facit ſemiplenã probationem,cum nõ ſit omni exceptione maior vt d.ll.not.per doct.quod eſt valde notandum.Item no.quod nunꝙ̃ venitur ad torturam teſtium,vel principaliũ niſi prius conſtet de delicto l.j.§.item illud.ff.ad ſille. ad idem tex.in l.ſi qñ.C.vnde vi.vbi dicit Bal.quod qñ lex,vel ſtatutum diſponit aliquid contra delinquentem prius debet cõſtare de delicto ſicut ſi ſtatutum loquatur quod poteſtas habeat arbitrium torquendi homicidam,nam primo debet conſtare homicidium eſſe commiſſum, & ſic mortuum eſſe,& de corpore mortui, alias nemo debet torqueri, vel niſi concurrant alia quæ debent concurrere in tortura.vt l.j.§.j.ff.ad ſille.ſecundum eũ,ſed male ſeruatur in practica,quia ſtatim quod aliquis dicit ſibi aliquid ſubtractum abſq; eo quod conſtet ſub
12 tractum torquentur ſuſpecti de furto.† Sed quero an debeãt præcedere indicia ad hoc vt teſtis poſsit torqueri. Bal.in l.milites.C. de quæſtio.dicit,quod ad hoc vt teſtis torqueatur non eſt neceſſe quod præcedãt indicia,ſed poteſt torqueri, vt ſi ſit vilis perſona vel vacillet,vel præſumatur ſcire ve-

Source : BIU Cujas

ritatem quam tacet C.ad l.iul.de ſica.l.fi.& facit.l.iij.in verſi.ad veriſimilia cauſe. & l. interrogari.C.de quæſtio.& per Dyn.in c. ſine culpa.de regu.iur.in vj.& Cyn.in l.fi. C.de quæſtio.facit de adul.l.ſi poſtulauerit. §.pen.& in authen.de teſti.§.ſi vero igno. ita dicit Bald.ibi Bar.in l.j.§.idem corne lio.ff.de quæſtio. dicit ꝙ teſtes non debent torqueri ſi non præcedant indicia. immo ſi eſſent torti ſine indicijs non crederentur ſecundum eum. Sed Bar.non declarat contra quem debeant præcedere indicia an cõtra principalem, vel contra teſtem. Sed idem Bart.in d.l.j.§.quæſtionem.dicit ꝙ debent eſſe aliqua indicia contra teſtes quod ipſi debent hoc ſcire, vel quia ipſi vacillant, vel quia aliqui dicunt eos interfuiſſe, vt l.ex libero.in prin.& l.vnius.§.teſte.ff. de quæſt. Et iſtud eſt verius, quod etiam ſenſit Bald. in d.l.milites.licet male explicet, immo videtur ſeipſum inuoluiſſe. Dixit etiam Bar.
13 in l.j.in prin.ff.de quæſtio.† ꝙ debent apparere aliqua ſigna contra reum priuſquã teſtes torqueri poſsint per illum tex. non ergo indiſtincte torquendi ſunt teſtes, ſed ita demum ſi ſciant aut ſcire debeant veritatẽ negocij directo, vel per aliqua indicia, & de hac ſcientia vera, vel præſumpta debẽt apparere indicia, puta quia teſtis dicit quãdoq; ſe ſcire, & quãdoq; negat, & ſic ille vacillat propter ꝙ præſumitur ſcire veritatẽ, & velle occultare ipſam, & tũc torquetur, vt d.l.ex libero. Item ſi teſtis negat ſe interfuiſſe negocio, de quo queritur, & alij teſtes dicunt illum interfuiſſe, vel illum cõfeſſum eſſe interfuiſſe, & tunc etiã præſumitur ſcire veritatem, & ipſam velle occultare, nam tunc etiam torquetur, vt l.vnius.§.teſtes.&
14 l.is cui.ff.de quæſt.† Item ſi maleficium eſt factum domi, certe exiſtentes in illa tempore maleficij torquentur, quia ſcire prẹſumũtur quæ fiunt in domo. caſus eſt in l.fi.C. de ſica.& in l.in adulterij quẹſtione.C.de adulte.& ibi dixit Bald.ꝙ illi qui ſunt in domo præſumuntur ſcire ea quẹ fiunt in domo & non alij. Et hinc eſt quod ratione iſtius prẹſumpte notitie torquentur qui ſunt in domo. facit.ff.locati.l.dominus horreorum.C. de repudi.l. conſenſu.§.ſuper ſeruis. & de teſti.c.veniens, ſecundum eum, qui etiã dixit in d.l.fina. de ſica.ꝙ illi demũ ſunt torquendi qui præſumuntur ſcire veritatem, & ideo abſens non præſumitur ſcire veritatem, & per conſequens nõ torquetur, vt l.j.§.hoc autem ſenatus.ff. ad ſillen. ſecundum eum, facit l. prima.§.ſed ſi eos.ff. de magiſt.conue. Item ſi maleficium factum eſt in conuicinio, torquentur vicini qui præſumuntur ſcire veritatem maleficij ibi commiſſi, & propter hoc etiam torquentur, argu.ad l.conſenſu.§.ſuper ſeruis, ſecundum Bald. ſit ergo concluſio quod teſtis contra quem eſt præſumptio, & indicium ꝙ ſciat vel ſcire debeat veritatem negocij poteſt torqueri de iure non alias, de hoc etiã per
15 Bal.in l.non ſolum.C.de adul. †Sed tunc quero, an ſuper his indicijs contra teſtẽ habitis diſputabitur, ſicut diſputatur de indicijs habitis contra aliquem, qui torquetur in ſeipſum de quo in l.cuſtodias per Bar.& alios.ff.de publi. iudi. reſpondet Bartol. in l.vnius.§.teſtes.de quæſtio.quod non, quia in his non debet haberi diſputatio cũ aduocatis, ſed cõmittitur iudici & ita debet intelligi l.is cui.ff.de quæſtio.& in authen.de teſti.ſi vero ignoti.& C.de teſtib.l. nullum ſecundum Bartol. Item notandum, ꝙ ſi teſtis ante torturam dixit vnum deinde tortus dixit oppoſitum, ſtatur ſecundo dicto facto in tormentis, ſecus autem ſi non fuiſſet tortus, tunc ſtaretur primo niſi dictum ſuũ incontinenti mutaſſet antequam diuertiſſet a iudice. vt not.glo.in authen. de teſtib. §.quia vero prudens tamen aſſeſſor faciat vnicum tantum dictum reperiri ſcriptũ ſecundum Bart.& Ang.in l. ſi poſtulauerit.§. pen.ff.de adul.& ita etiam ad literam tenet Bald.in l.nõ ſolum.C.de adulte.cõtra iſtud tamẽ videtur facere quod not.Bar.in l. eos.
16 ff.de fal.† Item not.quod validius eſt dictũ teſtis cum tortura quam ſine tortura vt in authen.de teſtib.§.primo. & ff. de proba.l. cum probatio.dixit Bar. in l.j.§.quæſtioni. ff.de quæſtio. Et hæc dicta ſufficiant circa torturam teſtium faciendam vel non faciẽdam quam materiam non inuenies ibi ita plene redactam. Item ab illa regula, qua dictum eſt ſupra ꝙ liber homo torquetur, excipiuntur quædã perſone. Excipitur nãq; minor xiiij.annis, qui nec in ſe nec in aliũ torquetur.l.de minore in prin.& l.ex libero.§.j.ff.de quæſtioni. licet tamen non torqueatur ea tortura qua torquẽtur maiores tamẽ cedi poſſunt habena ſiue corrigia, vel ferela vel aliter terreri, vt l. impubes.ff. ad ſille.& l.excipiuntur in princi.eod.tit. Item text.in d.l. de minore videtur quod minor xiiij.torqueri poſsit tanquam maior in crimine læſæ maieſtatis & quod fidem faciat in dicto crimine ad hoc facit text. in l.nullus.C.ad leg. iuliam maieſta. Ex hoc dico ꝙ ſi ex forma ſtatuti minor, xiiij. ad teſti-



Source : BIU Cujas

ficandum habilitaretur, quod hoc caſu poterit torqueri minor, de quibus dixi ſupra & idem in quolibet inhabili & minus ido-
17 neo de iure cõi quod eſt notandum. † Sed pro declaratione prædictorum quero cum impubes de iure communi non poſsit eſſe teſtis, vt l.iij.§.l.iul.& l. in teſtimonium.ff. de teſti.& tortura fiat ad illuminandũ veritatem negotij de quo queritur vt l. cum falſum.& l.hoc quod placuit.C.de qõ.quomodo facta eſt lex de ipſo impubere cum nullum eſſet dubium de hoc contra.l.quod labeo.ff.ad carbonia.& l.ancille.C.de furtis. Reſpondeo ſecundum Bart.in d.l. de minore.quod torquetur non vt plene probet ſed faciat indicium non plenum ſed qualequale vt l.j.§.impubes.ff.ad ſille.& not.in l. tale.C.de his quib.vt indig. ſecundũ Bart. in l.maritus.ff.de qõ. ſed Bald. in d.l. tale di-
18 cit not.ex glo.hic poſita.† ꝙ impubes cum leui tortura interrogatur,non ad condẽnationem,ſed ad inſtructionẽ. Non tamen eſt intelligenda de infante qui quicquid videt ignorat.Omnis.n.lex de habili loquitur d. l.excipiuntur. & C. ne ſacrũ baptiſ. re.l.ij. ita dicit ipſe ibi de hoc eſt glo.in l.inutti. la ij.ff.de teſtib.vbi glo.vult quod pupillus in criminalibus facit indicium, dummodo ſit proximus pubertati & doli capax ſentit tamẽ gloſ. quod non faciat plenum indicium dum dicit aliquod indicium &c.& ſic concordat cum doctrina Bar.de hoc tamen nota.per Specu.in *titu.de teſte*.§.j.verſi. item excipitur quod eſt impubes.& Bal.in l.ſeruuos.C.de teſtib.Item queſtio torquetur ſenex in decrepita etate cõſtitutus ſecundum Odo.in dicto ſuo tract.& Gandi.in ſuo tracta.maleficiorum ſub titu. de quæſtio.ver. quæ perſone poſſunt torqueri, per l. iij.§. ignoſcitur.ff.ad ſil.dictũ eſt ſatis æquũ, ſed tex.ſi recte inſpiciatur hoc nõ probat, quia loquitur in eo qui tenetur iuuare, dominũ ſuum,ſed ſi propter etatẽ decrepitã nõ poteſt excuſatur,& ideo non torquetur, ſicut ille qui iuuare poſſet pro hoc tamen dicto facit quod not.Bald. in l.quid ergo.§.pœna
19 grauior.ff.de infami.† Item milites & veterani non ignominie cauſa miſſi & ipſorũ filij nõ torquentur,vt l.milites.in princi.C. de queſtio.& l.nullus.& l.milites.C.ad leg. iul.maieſt.Sed quid de militibus noſtri tẽporis an torqueri poſsint,Cyn. in l.iij.C.ad leg.iul.maieſt.vult ꝙ ſic cum non ſint proprie milites,& idem vult Ang.in l. milites. ff.de qõ.quos refert & ſequitur Aret.in tracta.maleſi.in glo. fama publica. colũ.xxiij. in ver.vj.quero & idem approbat do. Angel.ibi in addi.dicunt tamen quod Saly. in l.j.C.de iur.& fac.ignoran. tenet contrariũ ſcilicet quod milites noſtri temporis non poſſunt torqueri, & idem dicit velle Guil. de cu.in l.penul.ff.ex quib.cau.ma.& iſtud dicit approbari per moder.in l.centurio.ff. de vulga.& pupil. & per prædicta videtur quod epiſcopi non poſſunt torqueri,cũ ipſi teneant culmẽ dignitatum.c.venerabili. de præben.facit de conceſ.præben.c.dilec.ita tenet Paul.de Elaza. in cap.grauis. de pen.
20 † Item decuriones & eorum filij idem priuilegium habent vt non torqueantur, vt l. diuo marco.& l.decuriones de quæſtio.C. & per hoc dicit Bal.in d.l.decuriones quod idẽ eſt in prioribus & ancianis & conſiliarijs qui loco decurionũ hũr,ſed Odof.in d. ſuo tract.de quæſtio.in fin.& Gandi. in ſuo tracta.maleſi.in titu.de quæſt. in ver. ſupra dictũ eſt decuriones dicunt ꝙ hoc non ſeruetur de conſuetudine,nam licet de iure ſit verum quod priores & conſiliarij ciuitatũ ſint loco decurionum.l.nulli.ff. quod cuiuſ. vni.no.& l.ſi pupillus.§.decuriones,de verbo.ſignifi.& glo.in rub.& in l.ij.C. de iure fiſci.lib.xj.& dicit Gandi. vbi ſupra quod de conſuetudine ita vidit obſeruari quod torqueantur & conſuli per ſapientes in ciuitate Bononie, ſed hoc an ſit obſeruãdum
21 dicam inferius.† Aduerte tamẽ quod iſtud quod dictum eſt de decurionibus fallit in eo qui commiſit crimen falſi. nam in eo crimine torquentur,vt l. ſi quis decurio.C.de fal.Item fallit niſi decurio eſſet infamis ſecundum glo.in d.l.diuo marco.Itẽ qui olim fuit decurio ſimiliter nõ torquetur l. nihil, in fin.C.de quæſtio.& l.ſi.ff.de decu.Et idẽ in prioribus & ancianis conſiliarijs ciuitatum.nam qui olim fuerunt in dicto officio nam poſſunt poſtea torqueri dixit Bald. in d.l.nihil. Item parentes decurionum eodẽ priuilegio vtuntur quo ipſi decuriones, vt l.ſi matrem.C.de pen.& ff.eod.titu.l.minores.§.iſte fere.ver. parentes quoque.& licet illi tex.loquantur in pœnis tamen idem videtur in tortura,quia iſta parificantur,vt l.milites in prin.& l.diuo marco.C.de qõ.
22 † Item dicta regula fallit in nobilibus hominibus qui etiam de iure torqueri nõ poſſunt, vt hoc tenet etiam Odofre. in dicto ſuo tractatu. Quid autem de doctoribus & aduocatis an ſint exempti a tortura. Odofre.in d.ſuo tractatu circa fin.arguit pro & contra.Et primo videtur quod poſsint torqueri nam milites torqueri non poſſunt vt

Source : BIU Cujas

ſupra dictum eſt, ſed aduocati & patroni cauſarum dicuntur militare, vt C.de aduocatis diuerſo.iudi.l.aduocati.& facit.l.fori.eodem titu.in fi.ergo nec aduocati poſſunt torqueri.Item miles non poteſt exigi vltra quam facere poteſt vt l.miles.ff. de re iudica.vnde idem eſt in aduocato,per eandē rationem,vt tenet ibi glo.& ſic miles & aduocatus paribus regulis priuilegiātur. & pro hac parte vltra ipſum adduco quod nota. Barto.in l.iij.C.de profeſſo & medi. lib. x.
23 †vbi notabiliter dixit,quod doc.li.& aliarum ſcientiarum non poſſunt perſonaliter capi, vel ad iudicium duci, vel alio modo vexari, & ſic familia poteſtatis non debet eos pro armis ſcrutari, ſecundum eum ibi facit etiam vltra Odofre.l.omnes.C.de decur.lib.x.vbi poſiti in dignitate non torquētur,nō diſtincto in qua dignitate poſiti ſint vnde dicit ibi Barto.not. quod decuriones & alij poſiti in dignitate non torquētur.ſed doctores & aduocati ſunt poſiti in dignitate,vt patet ex not.per Bar.in l.prima.C.de dignita. lib. xij. ergo torqueri non poſſunt adidem facit dicta l.nullus.C.ad leg.iuliam maieſta.ibi aut dignitatis a contrario ſenſu.In contrarium facit quia nulla lege cauetur,quod doc.& aduocati ſint immunes & exempti a tortura,ergo ſine lege loqui non debemus l.illam.C.de colla. Odofre. factis hincinde argumentis, ſoluit pro prima parte, quod ſit vera de iure quod non poſſunt torqueri,ſed de conſuetudine,quæ eſt legū interpres,bene torquentur, ſecundum eū, & ita ēt dicit Pau.de Leaza.in dicto c.gratuis.de depoſito.do.Ang.de Are.in tract.maleficiorum in gloſ.in verbo, fama publica. colū.xxj.in verſicu.ſexto quero, & ita legi aliquos modernos tenere,dicentes nunquā vidiſſe talem conſuetudinem obſeruari. & ita puto tenendum in iudicando & conſulēdo,etiam ſtante dicta conſuetudine, quę de
24 iure nō valeret,vt dicetur inferius.† Sed prædicta limita,quia omnes dictæ exceptiones ceſſant in crimine læſæ maieſtatis. vt l. de minore ij.reſpon.ff.de quæſtio.& l. nullus.C.eo.titu.Vide etiam per Are.in tracta. maleficiorum in glo.in verbo, che hai tradita la tua patria in princi. Item in crimine proditionis vt l. deſertorem.§.his qui ad hoſtes.& l.proditores.ff.de re milita. Item videtur in crimine ſimonie dixit gloſ.in d. l.nullus per tex.in l.ſi quēquam.C. de epiſ. & cle.ibi ad inſtar publici criminis & læſę maieſtatis accuſatione propoſita a gradu ſacerdotij retrahatur. Idem etiam eſſet dicendum in maleficijs, & mathematicis, & alijs ſimilibus,de quibus loquitur l.& ſi excepta.C.de maleſi.& mathema. Adde idem eſſe in crimine falſi,vt l. ſi quis decurio.C. de fal. & idē in priuato carcere vt l.j.C. de priua.carce.vide de his duobus in dicta l.ſi excepta in gl.ij.& quoniam ſuperius dictū eſt,ꝙ aliqui doc.dicunt ꝙ de conſuetudine non ſeruatur,ꝙ poſiti in dignitate non torqueantur,immo aliqui dicunt, ꝙ Bononie viderunt ſeruari contrarium quero poſito ꝙ conſtaret de tali conſuetudine in aliquo loco,an illa valeret & eſſet ſeruanda. Dic ꝙ non,ſecundum Bart.in l. omnes iudices. C. de decu. lib.x. & ita refert & ſequitur Bertachinus in ſuo repertorio in verbo tortura,qui loquitur de militibus, & etiam tenet Ludo.in ſingulari,primi anni. ccclxxj. quod incipit,milites & doctores, quem refert & ſequitur do.Augu.de Ari.in addi.ad tractatum Are.maleficiorum in glo.in verbo, fama publica.in d. verſic. ſexto quero.
25 †Vlterius quero an ſurdus & mutus a natura poſsint torqueri,vt confiteantur delictum a ſe commiſſum, & de quo apparent indicia. Reſpondeo reperi Bal. in quadam apoſtilla in l.j.C.de confeſ. qui in ſimili videtur tenere ꝙ non, quia talis non poteſt damnari niſi ex dictis teſtiū, Item adde ꝙ ſupradictæ fallentiæ in quibus habetur ꝙ poſiti in dignitate non torquentur, Fallunt niſi hoc fiat de ſcientia principis & principe conſulto nam nullum priuilegium aut dignitas hic impedit dicit tex.expreſſus in l.nullus.C.ad l.iul.maieſt.& prædicta quātum ad torturam liberi hominis.Serui etiā quandoque non torquentur,nam ſeruus cō tra dominum non torquetur exceptis criminibus adulterij, fraudati cenſus & læſæ maieſtatis,vt C.de qō.l.j.ff.eo. titu.§.diuus Antoninus.&.§.item ſeruus.&.§.cum quidam,&.§.ſi ſerui.& l.de inceſt.cum l.ſeq.& l.diuus.§.ex quibus.& l. extraneo cū multis ſimi.eo.tit.Itē non torquentur ſerui non ſolum in dominum pręſentem,ſed etiam in præteritum,vt l.vnius.§.ſeruus.ff. de quæſtio.& hoc ob memoriam prioris domini, vt ibi. & facit ad hanc rationem l. penulti. C.eodem titu.in fin.& hoc quocunque modo fuerit ſeruus alienatus, ſaluo ꝙ propter delictum domini,nam tunc contra dominū torquetur, vt l.prima.§.idem numero.ff.de quæſtio. Et prædicta ſunt vera non ſolum domino inuito,ſed etiam ipſo volente, ſeruus non torquetur in eum l. ſeruos.C. de quæſtio,Item ſeruus non torquetur contra



Source : BIU Cujas

dominum nec pro domino l. pridem.C.de
quæſtio.Item ſeruus communis nõ torque-
tur in caput alicuius dominorum ſuorum
vt l.hoc quod placuit.C.de quæſtioni.& l.
conſtitutione.eo.titu.hoc tamẽ fallit quan-
do ſocius diceretur occidiſſe ſocium, vt d.
l. hoc quod placuit. & d.l. extraneo.C. de
quæſtio.Item fallit in quæſtione ſucceſsio-
nis,quando diſputatur ad quem hæreditas
pertineat,quia plures aſſerũt ſe heredes, vt
d.l.hoc quod placuit.& d.§.de quæſtione.
& l.hæreditarij.ff.de quæſtio.Item fallit cũ
quæritur de facto ſerui,vt l.de cõmuni ſer-
uo.ff.cõmu.diui.& l.interrogari.C.de quę-
ſtioni.& ad hoc facit l.quicunque.& l.cum
ſeruis.C.de ſer. fugiti. & quod ibi per gloſ.
26 & doct.†Item fallit quando ſeruus eſt cõ-
munis pluribus,vt pluribus vt in ſeruo ci-
uitatis, vel alterius vniuerſitatis, vt l.pri-
ma.§.ſeruum municipum.ff. de quæſtioni.
nam his caſibus ſeruus communis torque-
tur in caput alterius ex dominis ſuis. Item
torquetur ſeruus in caput domini, quando
de domino ipſius queritur, vt l. quoties.C.
de quæſtio.Item torquentur ſerui hæredita
rij,cum de falſo teſtamento queritur, vt l.
patre.§.fina.ff.de quæſtio.& l.cum teſta.C.
eod.titu. Item ſi propter ſucceſsionem di-
ſputatur de ſtatu ingenuitatem volentis,nã
tunc etiam torquentur ſerui, vt l. ſuper ſta-
tu.C.de quæſtio. Sed dictorũ caſuum ratio
poteſt aſsignari,quia ſerui hoc caſu nõ poſ-
ſunt clare & firmiter dici alicuius donec
patefactũ ſit quis ſit iuſtus ſucceſſor, vt not.
glo.in dicta l.quoties. Item ſeruus qui tem-
pore accuſationis nõ erat accuſati,ſi ab ip-
ſo emitur pendente iudicio & proceſſu, ta-
men in ipſum torquetur in l. ſeruus ad hęc
verſi.ſed & eum.ff.de quæſtio. Item ſeruus
caſtrenſis peculij filij non torquetur in pa-
trem neque filium,l.de minore.§.j.ff.de qõ.
Item ſeruus patris non torquetur in filium,
27 vt ibidem.†Pro morte vero filij torque-
tur ſeruus patris,& econtra pro morte pa-
tris torquetur ſeruus filij, vt in.§.ſi pater.
ff.ad ſil.Item ſeruus redhibitus non torque
tur in caput emptoris l. etiam.ff.de queſtio.
Item in cauſa liberali nõ torquetur ſeruus,
vt l.de minore.§.fin.ff.de quæſtio.vbi glo.
hoc late examinat.& l. ſi quis ne quæſtio.
eod.titu.Item ſeruus non torquetur contra
poſſeſſorem hæreditatis, licet quæſtionem
de hæreditate patiatur l.ex libero.§.fina.ff.
de qõ. Item non torquetur contra dominũ
putatiuum,& bonefidei poſſeſſorem, vt l.j.
§.ſi ſeruus,ff.eod.titu.vbi idem dicit in li-
bero homine bonefidei poſſeſſo pro ſeruo.
Item ſerui non torquentur in dominum in
q.ſtupri.vt d.l. extraneo.ij.reſponſo.ff. eo.
titu. Idem in cauſa ſimplicis inceſtus, vt l.
28 de inceſtu.de quæſtionum.ff.†& intantum
eſt prohibita tortura ſerui in dominum, ꝙ
etiam ſeruo ſponte cõfitente aliquid de do
mino ſuo,vel ẽt per tormenta nõ creditur,
etiã ſi dominus conſentiat torture,vt de pri
mo eſt text.in l. vnius.§.ſeruo de ſecundo
eſt tex.in l.j.§.item ſeruus.& de vtroque in
d.l.j.§.diuus Antoninus de tertio eſt tex.in
d.l.vnius.§.ſeruus nec.ff.de quæſtioni.& l.
ſeruos.§.eod.titu.Sed quid de ſeruo mari-
ti, an torquetur in caput vxoris text. eſt ꝙ
ſic in d.l.j.§.ſeruum.ff.de quæſt.& idẽ vide
tur in ſeruo vxoris vt torqueri poſsit con-
tra maritum,quia eadem eſt ratio argu.l.il-
lud.ff.ad leg.aqui.Item ſeruus non torque-
tur contra tutorem vel matrem domini ſui
niſi in tutelari cauſa.vt l.ij.C.de quæſtioni.
Torquetur tamẽ ſeruus in dominũ ſi vxor
occidit virum vel vir vxorem.vt l.ſi.C.de
ſica.& alios caſus ponit text.& glo.in d.l.j.
C.de quæſt.& dixit Bal.ibi,quod in iſtis ca
ſibus in quibus ſeruus torquetur cõtra do-
minum in illis torquetur monachus contra
29 Abbatem quod eſt notandum.†Item liber
tus non torquetur contra ſuum patronum,
vt l.j.§.ſi ſeruus bona.ver. ſed nec libertũ.
& .§.ſi ſeruus ad hæc,& l.de minore.§.tor
menta.ff.de quæſt. & l.pridem.C.eod.Hoc
tamen fallit in caſibus,de quibus in d.l.j.C.
de qõ.ſecundum glo.in d.l.pridem.Statuli-
ber ſimiliter non torquetur contra hæredẽ
donec pendet cõditio libertatis in pecunia
rijs cauſis.l.diuus.in ſi.de quæſtio.ff. quod
fallit quando fuerit particeps delicti.ff. ad
30 ſil.l.j.§.in eo.†Vnum non eſt ſillentio pre-
tereundũ.ſ.quod in crimine falſi poteſt tor-
queri reus & accuſator,dũmodo cõtra tor-
quendum ſint indicia text.eſt ſecundũ Bal.
ibi in l.vbi.C. de falſis.

## SVMMARIVM.

1 *Iudex præoculis multa habere debet ante-
quam aliquem torture ſubijciat.*
2 *Indicium non eſt a quæſtione inchoandum.*
3 *Quæſtio ſeu tortura non eſt præſentanda,ni-
ſi præcedant indicia.*
4 *Seruus in facto proprio poteſt torqueri.*
5 *Seruus qnando contra dominum torqueri
poßit abſque indicijs præcedentibus.*

Source : BIU Cujas

6 *Quæſtio abſque indicijs dari poteſt in tractatibus proditorijs.*

7 *Accuſatus ob contumaciam bannitus ſi poſtea comparuit torqueri poterit abſq; alijs indicijs.*

8 *Quæſtio non pro omni cauſa aut perſona eſt ſumenda.*

9 *Iudex qualem debeat facere diligentiam dũ delictum refertur ſibi eſſe commiſſum. & nume. 12.*

10 *Tortura non eſt adhibenda niſi prius liquido conſtiterit de facto.*

11 *Inquiſitus vel accuſatus de delicto qua forma citari debeat.*

12 *Accuſatus citatus & non competens, ponitur in banno & cenſetur confeſſus.*

13 *Iudex antequam aliquem torquet iudiciorum copiam dare debet, vt ſi valeat reus, eadem purget.*

14 *Torqueri timens iniuſte, hoc eſt ſine indicijs, poteſt appellare.*

15 *Quæſtioni ſeu torture locus non eſt, ſi aliunde veritas haberi poteſt.*

16 *Iudex plenariã de maleficio habẽs certitudinẽ licite appellationi poteſt obuiare.*

17 *Iudex non inhumane, ſed iuris ordine ſeruato, & cum moderamine, ad torturam debet procedere.*

18 *Iudex torquendi fortitudinem, etatem, valetudinem, & perſonam attendere debet.*

19 *Iudex an & quando teneatur ſi reus in tortura, vel ob torturam moriatur.*

20 *Iudex nõ tenetur ſi reus tortus caſu fortuito moriatur.*

21 *Iudex in dubio officiũ ſuũ geſſiſſe pſumitur.*

22 *Iudex non præſumitur iura, & ea quæ ad ſuum ſpectant officium ignorare, tametſi quãplurimi quæ medullitus in iure intendũt conſecuti ſint minime ad corticẽ vſque leges contemplati.*

23 *Ignorantia iuris in iudice culpa lata eſt, qui & dolo non carere præſumitur cum ſe iuris peritum fateatur.*

24 *Culpa lata in pœnis corporalibus infligendis non eſt dolo æquiparanda.*

25 *Iudex in corpus alicui grauamen inferens, extraordinarie punitur.*

26 *Iudex allegare poteſt ſe in iure erraſſe, & hoc eſt ſuam turpitudinem detegere.*

27 *Iudex in torquendo modum excedens, non iudex, ſed priuatus fingitur, quemadmodũ, & tutor male adminiſtrans fingitur non tutor. & nu. ſeq.*

29 *Pœnam non meretur qui lege permittente quicquam operatur.*

30 *Torto mortuo quis teneatur, ſi dolo, culpa, vel caſu mortuus ſit neſciatur.*

31 *Iudex in dubio quæſtionem debito grauiorẽ intuliſſe præſumitur Zelo iuſtitie & non doloſe.*

32 *Iudex doloſe excedens modum torture legis cornel. debet pœnam ſubire.*

33 *Iudex ſine cauſa, & abſque indicijs et, dolo ſe aliquẽ torquens, plectendus eſt capite.*

34 *Tortura iniuſta alicui illata tenentur iudices, & poteſtates, ſed non officiales ex mandato facientes.*

35 *Iudex pro torto mortuo tenetur pœna pecuniaria, ſtante ſtatu. quod &c.*

36 *Iudex ad quid teneatur ſi tortus non moriatur, ſed iniuſte et inhumane debilitatur.*

37 *Tortura indicijs probatur & coniecturis, ſi a poteſtate negetur.*

38 *Domeſtici pro delicto domi cõmiſſo poſſunt torqueri.*

39 *Tortura & violentia in occulto facta, per famã & vociferationem probari poteſt.*

40 *Confeſſus crimen non condemnabitur, ſi ſe tortum fuiſſe aſſerat dummodo apud acta non ratificet.*

41 *Teſtes duo de actu corporali & viſibili deponentes, præferendi ſunt decẽ alijs de mẽtali & inuiſibili actu deponentibus.*

42 *Quæſtio ſeu tortura nõ eſt vniformiter applicanda, ſed ſecundum delicti exigentiam & grauitatem.*

43 *Aduocatus cõfeſſionem abſque indicijs legitimis torti infringere intendens, qualiter*



Source : BIU Cujas

*articulari debeat.*

44 *Reus tortus confeſſionem illicitam per tormenta pluries ratiſicans præſumitur hoc facere tormentorum timore.*

45 *Perſeuerare præſumitur, qui reuocaſſe non reperitur.*

46 *Confeſſioni per torturam abſque indicijs extorte non ſtatur, etiam ſi perſeueretur.*

47 *Tortura intantum præcedere requirit indicia, vt ſi milies tortus abſque indicijs in confeſſione perſeueraret, ipſa confeſſio nulla eſſet.*

*Confeſſio facta in tormentis abſque indicijs, non conualidatur ex ſuperuenientibus indicijs.*

48 *Sententia lata vigore confeſſionis in tortura iniuſte extorta, an ſit nulla ipſo iure, vel erit opus appellatione.*

49 *Iudex ante proceſſus formationem, & litis conteſtationem, ad torturam procedere non debet.*

50 *Queſtio non datur niſi indicijs præuijs, & in alijs probationibus deficiatur.*

51 *Iudex defenſionem parti auferre non poteſt, ſed ad ſe defendendum præfigere debet terminum.*

*Copia iudiciorum reo dari debet, ad purgationem faciendam.*

52 *Tortura an poßit adhiberi diebus in honorem Dei feriatis.*

53 *Teſtis qui iurauit poteſt examinari die in dei honorem feriato.*

54 *Tortura cui prius debeat applicari, quando plures ſunt torquendi.*

55 *Filius in conſpectu patris prior eo torqueri debet, & fœmina prior maſculo.*

56 *Iudex qualiter in tortura poſitum examinare & interrogare debet.*

*Tortus vt teſtis qualiter interrogari debeat.*

57 *Tortus in ſeipſum de alijs non eſt interrogandus.*

58 *Tortus negans & in negatione perſeuerans, an poßit iterum torqueri.*

59 *Tortus ſufficienter non debet rurſus torqueri, niſi de nouo ſuperueniant alia indicia.*

60 *Aſſeſſores honoris auidi torturam repetẽtes ſunt puniendi.*

61 *Queſtio ſeu tortura quando repeti poßit.*

62 *Tortura leuis & incompetens repeti poteſt.*

63 *Indicia noua quæ dicantur.*

64 *Confeſſus crimen in tormentis & precedẽtibus indicijs, an poßit torqueri ſuper alijs delictis, de quibus nulla ſunt aduerſus eum indicia.*

65 *Tortus & crimẽ confeſſus quando poßit ſuper alijs torqueri criminibus.*

66 *Iudex cautus in actis facere debet vt appareat torturam moderate contra detentum fuiſſet adhibitam.*

*Iudex qui aliquem indebite torſit, qua cautela in eius relaxatione vti poßit.*

## Quæſtio.v. ſecunde partis.

*Quinto principaliter que-*
ritur. Qualiter ſit perueniendum ad tortu-
1 ram. † Reſpondeo ꝙ multa debet iudex ha
bere ante oculos antequam ad ipſam per-
ueniat. Nam primo ſciẽdum eſt quod a tor
mentis non eſt incipiẽdum, neque adeo tor-
ture eſt fides adhibẽda vt ab ipſa incipi de-
beat ſed ita demum ad ipſam peruenitur ſi
contra torquendum præcedant indicia, &
argumẽta eius negotij de quo queritur iſta
eſt ſententia tex. in l.j. in princi. ff. de quæ-
ſtio. & l. milites. §. oportet. C. eo. & l. ſicut in
fin. C. de fal. Qualia autem debeant eſſe iſta
2 indicia fuit dictũ ſuperius. † Et ad id quod
dictum eſt ꝙ a quæſtionibus non eſt ſumẽ-
dum initium eſt text. in cap. cum in contẽ-
platione de regu. iur. in antiquis. vbi etiam
dicit gl. quod ſi ſecus fuit poteſt appellari,
vt habetur etiam iij. q. vj. non ſolent. Hoc
tñ fallit in caſu l. prius. ff. ad ſil. vbi ſecundũ
intellectum glo. quã ſequuntur Dy. & Bar.
ibi ſeruus in caſu illius l. torquetur abſque
indicijs præcedentibus glo. tamen in l.j. §.
itẽ illud eo. titu. videtur velle quod nõ poſ-
ſit ſeruus torqueri abſque indicijs. & ita ẽt
tenet in l. quicunq; C. de ſer. fugiti. in gl. no.
duo mirabilia. Idem tenet gl. in l. cum pro-
batio, ff. de probatio, Idẽ in l. ſerui, ff. de te-

Source : BIU Cujas

li.ſecundum vnam opi.† Ego credo nequaquam deueniendum ad torturam non præcedentibus indicijs vel quantum ad ſeruos qualiqualit pręſumptione veritatis. Nõ ob. huic concluſioni d.l.prius quia illud prius intelligitur antequam contra aliquẽ forme tur proceſſus ſit examinatio ſeruorum dñi. Et non ſit examinatio indiſtinctę omnium ſeruorum, ſed eorum tantum qui veriſimile poterant ſcire veritatem, & dñm iuuare potuerunt. & ideo illa veriſimilitudo ſcientię eſt qualequale indicium contra torquẽdum non tñ dico quod requiratur plenum indicium, de quo ẽt fuit dictũ ſupra in proxima q. & ita intelligo glo.in l.interrogari, C.de qõ.quę dicit quod ſeruus in his q̃ pẽdent ex ſuo facto torquet, forte ẽt indicijs non præcedentibus.† Nam ex quo tractatur de facto ſerui præſumitur ſcire veritatẽ negotij, & ideo vt per torturam veritas liqueat torquetur. ar.l.hoc quod placuit.C. de quæſt. & ita ẽt intelligo.d.l.cum probatio. & d.l.ſerui cum. Non obſtant glo, quæ dicunt requiri indicium, & ſic videtur loq de pleno iudicio quia reſpondeo & confiteor ꝙ ſi extat indiciũ plenum poſſunt ſerui torqueri, ſed ſi nõ ſit plenum, ſed qualequale, ẽt torquẽtur. Credo tñ ꝙ in d.l.prius ſit iſtud ſpeciale, quod antequam formetur proceſſus, perueniatur ad tormẽta, quod regulariter fieri non poteſt vt inferius dicet, dicta tamen regula fallit in caſu ſingulari. ſ. ſi accuſatus vel inquiſitus nollet reſpondere accuſationi vel inquiſitioni & præſens foret. Nam torquetur non ad eruendã confeſſionem quia non præcedunt indicia, ſed ad eruendam reſponſionem affirmatiuam vel negatiuã prout ſibi placuerit, ſecundũ Bal. eleganter. in l.ſi accuſationẽ in vltima col.C.qui accu.non poſ. Item fallit ſecundũ Azo. in ſumma.C.de quæſt.in verſi. & ſunt iſta regularia.† Nam ſecundũ eum, ſeruus torquetur in dominum nullis præcedentibus indicijs in crimine læſæ maieſtatis, qđ ad ſalutẽ principis pertinet, vel forte populi Romani. & in crimine fraudati cenſus & adulterij & homicidij. et in caſu qñ maritus dicitur occidiſſe ſuam vxorem, vel ecõtra, alias autem ſeruus non torquetur in dominum in cauſa criminali niſi præcedant indicia, vt l.j.C.de quæſt. & l.j.primo reſponſo, ff.eo.ti. & l.ſi.C.de ſica. ſecundum eam. Mihi uidetur ꝙ ẽt in dictis caſibus debeãt præcedere indicia ad minus pręſumptiua ꝙ ſerui ſcire debeant veritatem non dicto indicia plena, & iſta opinio mihi videtur eqor, nam non reperio tex. contrarium dicentẽ, & iſtud minus exorbitet a iure cõi quo cauetur indicia debere præcedere torturam, vt in d.l.milites. & promptum eſt leges legibus concordare, vt l.j.C.de inoffic.do. &
6 dixi de hoc plenius ſupra proxime. †Addo alios caſus in quibus videtur poſſe deueniri ad torturam ſine indicijs, videlicet in prodimentis & tractatibus qui fiunt ſecreto, et hoc propter probationis difficultatem, vt videtur velle Bal. in l.quicunq;.C. de ſer.fugi. ad quod facit quia ſunt alij caſus in quibus peruenitur ad torturã ſine indicijs quos ponit gl.xiij.q.ij.c.quæſtionẽ et tamen in illis caſibus non eſt tantũ facinus quantum eſt crimem læſæ maieſtatis. Sed in contrarium eſt tex. in l.ſi quis alicui.C.ad l. iuliam.maie. & ibi hoc tenet gl.Cy.Bal. & Saly. quod in crimine læſę maieſt. non peruenitur ad torturam ſine indicijs niſi velimus dicere ꝙ ille tex. in d.l.ſi quis alicui loquatur qñ indicia poterant haberi, ſecus ſi haberi non poterant ſed certe ſecundũ hoc multum reſtringeretur ille tex. in quo doct. maxime Ange. dicunt quod nullo modo qs torqueatur ẽt in iſto crimine ſine indicijs, licet in iſto crimine ſint multa alia ſpecialia, & ab hac opi. quæ eſt cõis non videtur recedendum, de quo vide per Aret. in trac. malefici in glo. in verbo che hai trad ta la tua patria in prin. & ibi ẽt per do. Augu. in addi. item vide & adde alios tres caſus in quibus ad torturam peruenitur ſine indicijs quos enumerat glo. in d.c.qõnẽ.xij.q.ij.quã glo. refert & ſequitut idem d. Aug. in d.addi. & ẽt in glo. verbo fama publica in addi. ſuper verſi. nunc videamus de torture.col.
7 xxxv. †Addo alium notabilem caſum, in quo poteſt ad torturã perueniri ſine indicijs videlicet quando accuſatus, vel inquiſitus, quia non comparuit, fuit poſitus in bãno propter contumaciam, nam ſi poſtea cõparet, quia vult purgare contumaciã & reſpondere, quia forte hoc ei a ſtatuto pmittitur, poterit tũc poni ad torturã abſq; alijs indicijs propter eius præcedentem contumaciam ſecundum Nic.de Mat. et Bal. in l. j.§.ſequitur videre iuxta ſi.C.de hær.inſti. quod eſt menti tenẽdum. Sed an qñ torquẽtur teſtes debent pręcedere indicia fuit dictum ſupra in iiij.q.prin.in verſi.quod autẽ
8 dictum eſt. †Secundo iudex debet aduertere, quia non pro omni caſu neq; de omni perſona qõ ſumenda eſt l.edictũ.ff.de quęſt. & eſt plene dictũ ſupra in iij. & iiij.q prin.

Tertio debet aduertere ad qualitatẽ in-

Source : BIU Cujas

diciorum,quia nõ quelibet indicia, ſed ve-
riſimilia, aut vero proxima requiruntur.l.
j.ij.reſpõſo.ff.de quæſt.& l.milites.§.opor
tet.C.eodem. Quarto iudex debet aduer
tere,vt non ponat aliquem ad torturam,ni-
ſi prius cõſtet de delicto.vt l.j.§.illud.ff.ad
ſill.ad idem vide tex.in l.ſi quando.C.vnde
vi.& fuit ſupra dictum in iiij.q.prin.in ver.
itẽ nota quod nunquam.vnde Aret.ex hoc
in ſuo tractatu maleficiorum.in glo.in ver-
9 bo fama publica.in ver.xij.tu vide.†dicit
quod iudex debet eſſe in hoc bene cautus,
ꝙ ſi furtum dicitur factum vel aliud delictũ
commiſſum, faciat in baſtardello per dili-
gentem inueſtigationem vel inquiſitionem
querelam & teſtes & viſionẽ officialis ap-
parere,quod furtum vel delictum eſt com-
miſſum,& ſic deſcribi per notarium & de-
ſcribi vulnera,& ſic de homicidio qđ mit-
tat officialem ad videndum vulneratũ vel
mortuũ,et hoc redigatur in actis prius,alias
autem niſi facta iſta diligentia aliquem tor
queret, poſſet teneri in ſindicatu.Ad quod
facit ſecundum eum quod in ſimili nota.in
l.hæc autẽ.§.j.ff.ex qui.cau.in poſ.ea.l.mul
tum.ff.de conditio.& demonſtra.ad hoc qđ
dicit Bal.in l.iij.§.eiuſdẽ.ff.de teſtib.in ad-
di.dicit enim per text.in d.l.j.§.item illud.
10 †quod prius debet cõſtare liquido de facto
antequam quis torqueatur,vnde tortura ſit
ad liquidationem perſone non ad liquida-
tionem facti.Item dicit ꝙ diſpoſitio.d.§.itẽ
illud fallit in crimine falſi p l.vbi.C.de fal.
& in crimine furti.per l.cum ſeruus.ff.de
conditi.ob cauſam.& in crimine adulterij
per l.proſpexit.ff.qui & a qui.ita refert do.
Augu.de Ari.in addi.ad tractatũ Are.male-
ficiorum, in glo.in verbo fama publica.in
ver.ſupra allegato.vbi etiam dicit qđ ipſe
dubitat de iſtis tribus fallentijs quia ille ll.
non videntur hoc probare.Et ibi etiã dicit
quod ſi non poteſt cõſtare de facto.puta qa
aliquis confitetur occidiſſe aliquem viato-
rem,& eum proieciſſe in flumen.& an ſuf-
ficiat de hoc conſtare per famã, vide ibi in
remiſsionibus ad quas ſe remittit.Dicit ẽt
ibidem quod iudex nõ ſolũ nõ debet pro-
cedere ad torturam, ſed nec ad inquiſitio-
nem ſpecialem niſi prius cõſtet de delicto,
& dicit hoc velle Bart.in l.fin.in prin.ff.de
11 quæſti. † Quinto iudex debet aduertere,
ꝙ antequam veniat ad torturã,debet enim
procedere hoc modo,quia habita informa-
tione de delicto,& ſic cõſtito ſibi de facto,
vt ſupra proxime dictum eſt, debet in ba-
ſtardello facere inquiſitionem contra illũ
qui tale delictum dicitur cõmiſiſſe quæ erit
inquiſitio ſpecialis quo ad delictũ, & gene-
ralis quo ad perſonas, & ſuper illa debet
examinare teſtes etiã nullo aduerſario ad
hoc citato.Et ſi habuerit indicia procedat
ad inquiſitionem ſpecialem cõtra perſonã
contra quam laborant indicia,& iſtam po-
nit in lib.actorum prout habetur in c.quali
12 ter,& quando.de accu.† Et hoc facto ſi ad-
uerſarius non eſt in manibus ſuis,faciet ip-
ſum citari, cum tenore inquiſitionis, quod
veniat ad reſpõdendum dicte inquiſitioni,
& ſi eſt accuſatio eodem modo faciet, & ſi
comparuerit, & negauerit, iterum exami-
net illos eoſdem teſtes,vel alios & eorũ di-
cta ponat in libro actorũ.& hoc faciat par-
te citata ad videndum iurare teſtes.& ſi ex
dictis teſtibus, vel aliunde,habet indicia ad
torturam ſufficientia,tũc faciat iterũ inqui
ſitum vel accuſatum citari ſub hac forma,
videlicet quod cum contra eum proceſſum
ſit per viam inquiſitionis vel accuſationis,
eo quia dicitur commiſiſſe tali tempore,&
tali loco tale delictum,prout conſtat apud
acta &c.& quia contra eum laborant indi-
cia ſuper tali delicto,quod intra tot dies cõ
pareat ad confitendum tale delictũ nõ ob-
ſtante ſua negatione,aut ad purgandũ indi-
cia quæ contra eum laborant,& ad ſubijci-
endum ſe torture.Sed formã huiuſmodi ci-
tationis ponit conſtitutio prouinciæ mar-
chie in li.maleficiorum in rub.de malefacto
re cõtra quem apparent indicia,quæ eſt ru
bri.lxxxvij.Quam formam ſeruabunt dicẽ
tes in marchia. Et his factis ſi reus compa-
ruerit eũ retineas, & torqueas immediate
13 ſecundum indiciorum qualitatem.†Si autẽ
in termino non comparuerit,ponas eum in
banno,& ſic habebitur pro confeſſo dictũ
maleficium.ita dicit ſingulariter Bart.in l.
pe.ff.de quæſt.Et iſtam practicã ponit Are.
in ſuo tractatu malefic.in gl.in verbo com-
paruerunt dicti inquiſiti,& negauerunt to-
tum poſt principium,quod dicit eſſe menti
tenendum quia poterit facere honorẽ.Sed
licet iſta ſit pulchra theorica tamen non eſt
perfecta iudicio meo,nam ſi reus ad hãc ci-
tationem factam comparet, & petat copiã
talium indiciorum iudex debebit publica-
re teſtes,& proceſſum & dare copiam indi
ciorum cum termino ad opponendũ et pur
gãdum indicia in quo termino poterint re-
probari teſtes tam circa perſonas ꝙ̃ circa
vt d.l.cuſtodias.vbi gl.Bart.Ange.& Imo.
ff.de pub.iud.& per Bar.in l.vnius.§.reus.
&.§.cognitorum,ff.de queſt.in l.ſi poſtula-

Source : BIU Cujas

nerit §.quæſti.ff.de adulter.& l.fi.in fi.ff.de quæſti.& melius per eundem in ſuo conſilio incipiente,punctus quæſtionis.pro quo
14 require i lit.h.ad char.clxxx.vbi dicit† ꝙ iudex antequam ponat aliquem ad torturã debet dare copiã indiciorum cum termino ad illa purgandum, & dictis teſtibus & indicijs reprobatis,& purgatis indicjs nõ ꝓcedit ur ad torturã.Et plus ibi dicit quod ſuper hoc debet pronũtiari eſſe vel nõ eſſe deueniendum ad torturam.de hoc vide ẽt per Tancredum de Corneto in ſua compẽdioſa in vj.parte principali q.xviij.ꝓ qua require in lit.h.ad chartas.ccxiij.Et ab iſta pronuntia eſto quod ſit interlocutoria appellari poterit ẽt de iure ciuili cum contineat grauamen irreparabile.vt per Bar.& doc.in l.ij.de appe.reci.& per Bal.in l.ij.C.de epi.audi.de quo eſt caſus in d.l.ij.ff.de app.reci.Et hoc habet locum ſi pronuntiabitur eſſe torquendum.Sed quid ſi pronuntiabitur non eſſe torquendum,an per illum qui petebat debere torqueri poterit appellari.Aretinus in d.l.ij.ff.de app.reci.ponit hanc q.& dicit quod non cum iſtud grauamen poſsit reparari in ſententia diffinitiua per illum tex.& rationem ſui.Facit ad p̃dicta gl.in l.cum in contemplatione de regu.
15 iur.in antiquis.† quæ vult quod ſi quis timet torqueri ſine indicijs.& ſic iniuſte, põt appellare.de quo ẽt habetur.iij.qõ.vj.non ſolet.& dixi.ſupra in v.quæſti.principali, circa princip.Et aduerte quod facta ſupradicta appellatione licet ſint interlocutoria erunt ligate manus iudicis.vt non poſsit ad torturam procedere ẽt antequam ſibi inhibeatur.quoniã licet alias per appellationẽ ab interlocutoria non videantur ligari manus iudicis a quo ante inhibitionem.vt in c.ſuper eo,el j.in prin.de app.in vj.tñ illud intelligit̃ qñ eſſet appellatũ ab interlocutoria ex qua infert̃ grauamen reparabile per appellationem a diffinitiua.Secus ſi infertur tale grauamen quod reparari non poſſet prout eſt tortura,ita dicit Raph.i l.eius qui.ff.de ap.reci.Idem vult Bal. in rubrica C.commina.vel epi.vbi ẽt dixit quod confeſsio poſt appellationem ſecuta eſt nulla.

Sexto iudex conſiderare debet,quod nõ eſt deueniendum ad torturã ſi aliunde veritas haberi poteſt.Sed qñ aliunde non põt haberi,tũc erit locus torture.l.diuus i prin.& l.edictum.ff.de quæſt.& l.quoties.C.eo.tit.& idem dicit Areti.in tractatu maleficiorum in gl.in verbo fama publica. col.xxij.ver,ij.quero,Ex quo dicit quod cautus iudex debet facere apparere in actis qđ iudex non poſſendo aliter veritatem habere declarauit deueniẽdum ad torturam.alias poſſet teneri in ſyndicatu.Vide ad prędicta Gandi.in tractatu maleficiorum in rubrica de quæſtioni.& tormentis in principio.qui dixi quod iudex qui de aliquo quæſtionẽ habere intendit ante omnia habere debet iuris & humanitatis rationem.& debet habere hanc conſiderationem vt nõ facile & repente ad quæſtionem procedat ſi aliqua alia via leuiore poteſt obiecti criminis veritas inuentri quantumcunq; adſint indicia vel veriſimilia argumenta.allegat d.l diuus.ff.de quæſtio.Et Ang.in l.ſi certus.ff ad ſil.dixit ꝙ ſi maleficium eſt liquidatũ per probationes veras male facit iudex ponere malefactorem ad torturam, & tenebitur in ſyndicatu.& hoc ẽt dixit Ioan.And.in d.c.cum in contemplatione.de re.iur.in antiquis.& d.Catal.de viſo, in ſuo tracta.ſyndicatu in q.cxxxij.& in qõ.ccix.ccx.ccxj.q ponit quod de facili non eſt deueniendum ad torturam.& Cyn.in l.ij.C.quorum appel.non reci.dicit ꝙ iudices maleficiorum qui plene conuictum torquent vt confiteatur delictum,& ſic apud acta reperiatur cõfeſſus,& conuictus,ad hoc vt non poſsit appellare,male faciunt,quia nemo eſt torquẽdus niſi in ſubſidium probationum. Sed
16 Bal.in d.l.j.& d.l.ij.dicit egocredo †ꝙ iudices bene faciunt,qñ habent plenariã certitudinem de maleficio ſi obuient ne appelletur per calumniam,& maxime in criminibus enormibus in quibus licet interdum leges tranſgredi.l.ſi quis filio exheredato.§.ſed ſi.ff.de iniuſto te.& ꝙ no.Inno.in c.j.de conſti.ꝙ eſt multum notabile ſecundum eum.Et idem Bal.in d.l.ij.dixit ꝙ iudices benefaciunt querendo cõfeſsionem extorquere a conuictis ne crimina patentia remaneant impunita nec debet dari occaſio appellandi,tñ ſi conſtaret de tortura nõ eſſet prohibitum appellare.Sed idem Bal.in l.qui ſententiam in fi.C.de pen.mutauit ſententiam & tenuit contrarium dicẽdo quod ſi dilucide quis ſit conuictus non debet torqueri,& hoc puto de iure verius,& ſequendum.Ex ſupradictis infero quod in notorio crimine non eſt deueniendum ad torturam quia tortura nõ adhibetur niſi in defectum probationum vt ſuperius dictũ eſt.ſed hic de crimine liquet ergo non eſt pro-
17 cedendum ad torturã. † Septimo aduertat iudex,ꝙ ad torturam procedendum eſt cum moderamine,& non effrenate,& inhu-

Source : BIU Cujas

mane, & debito iuris poſtpoſito. vt l.nihil.
C.de qō.ad quæ facit quod habetur in l.j.
C.de emen.propin,& in l.j.C.de emenda.
ſeruo.itaq; tortura non debet eſſe indicium
rationis,& melius eſt infra ſubſtinere q̃ ſu
perexcedere.vnde ait apoſtolus.quod iuſtū
& equum eſt parate ſcientes quod dominū
in cœlo habetis, & ita iuriſconſul.quod ni
mia aſperitas dominorum eſt temperanda,
& corrigenda.vt l.ij.§.dñorū.ff.de his qui
ſunt ſui vel ali.iur.& tales ita ſeueriter ꝓ-
cedentes ſunt priuandi iuriſdictione.dixit
Bal.ibi & Guil.& Cy.& Aret.in tract.male
ficiorum in gl.in verbo fama publica.col.
xxiiij.ver.vij.quero dicit ꝙ tortura eſt ad-
hibenda cum moderamine,vt l.de minore.
18 §.tormenta.ff.de quæſtio.† Et hoc totum
reſidet in pectore iudicis diſcreti qui conſi-
derabit torquendi fortitudinem, etatē,de-
bilitatem,valitudinem,perſonam,& crimi-
nis qualitatē,& nec a grauioribus, nec a le-
uioribus tormentis initium ſumet.facit ſe-
cundum ipſum.l.iij.§.fi.ff.de re mili.& l.ſi
quis in graui in princ.ff.ad ſille.& l.j.§.im-
pubes,eo.ti.& ſic debet facere iudex vt in-
nocentie vel ſupplitio reum ſaluum conſer
uet.vt l.quęſtionis modus.ff.de qō.ita dixit
Innocen.in d.c.cum in contemplatione de
regu.iur.per d.l.qō.& adde Bald.in l.j.de
confeſ.in vj.colū.qui dicit quod quo mode
ramine habēda ſit qō relinquitur iudicis ar
bitrio, ſed tu dic quod dictū arbitrium de-
bet eſſe diſcretum per ea quæ habentur in
l.j.ff.de legat.ij.vide etiam ad prędicta Bal.
in l.ij.C.quorum appel.qui dixit quod quę
ſint plena vel moderata tormenta, & quæ
non iudicis diſcreti arbitrio committitur
cum conſilio diſcretorum ſibi aſtantium.ff.
de adul.l.ſi poſtulauerit.ff.de quæſt.Sed cū
dictum ſit,ꝙ tortura debet adhiberi mode
rate,adeo quod reus ſit ſaluus ſupplitio uel
innocentie.annectitur bene alia quęſtio.q̄d
ſi tortus morit̃ in tortura vel propter tor-
turam,an iudex teneatur ad aliquam pœnā.
& ad quam.Cy.ponit hanc q.in l.gracchus
in fin.C.de adulte.& Barto.in l.qōnis.ff.de
quæſti.& Bald.in d.l.gracchus.& l.j.C.de
emen.ſeruo.ex quorum dictis ſic concludo
19 † ꝙ aut iudex in torquendo non exceſsit
modum debitum, & cōſuetum.vt quia tor
ſit in caſu licito,& prout eſt de conſuetudi-
ne.puta cum fune quæ eſt inſtrumentum a
iure approbatū,ũt l.nullus.C.ad l.iul.maie.
nec vltra debitum tenuit torquendū in tor-
tura,& iſto caſu nullo modo tenetur q̄a li-
cite fecit,& licite factum non meretur pœ-
nā.vt d.l.gracchus,& d.l.qōnis.& l.de mi-
nore.§.tormenta.ff.de quæſti.ad hoc opti-
me facit tex.in d.l.j.C.de emen.ſeruo.vbi
vult tex.ꝙ vbi non exceditur modus.& tñ
mors ſequatur non tenetur de homicidio
quia operam dedit rei illicite.Si autē modū
exceſsit.tunc ſi doloſe hoc fecit tenetur le-
ge cor.de ſica.tanquam homicida.& ſic ca
pitaliter venit puniēdus.vt d.l.j.C.de emē.
ſeruo.& l.j.C.de emen.propin.coniuncta
glo.in l.j.C.de parri.facit d.l.quæſt.a.ſenſu
contrario.Si vero non doloſe ſed culpabili
ter modum exceſsit. tunc tenetur ſecundū
qualitatem culpe non tamen tanquam do-
loſus.vt l.ſi adulterium cū inceſtu de adul.
& quod no.Cy.in l.ſi quis in hoc genus.C.
de epiſ.& cle.& Bar.& Bal.in l.j.ff.de li.&
per Bal.in l.j.ſi quis te.li.eſſe iuſ.fue.& l.re
20 ſpiciendum.§.delinquunt.ff.de pœ. † Si
vero mors torti caſu cōtingat, & tunc nul-
lo modo tenetur,quia dabat operam rei li-
cite,ſecundū Iac.de Are.Cy.& Bal.& Bar.
vbi ſupra facit de reſti.ſpo.c.olim.el iij.q̄d
no.in l.j.C.vnde vi.Et ĩ hoc eſt reſpiciendū
an aliquid poſsit iudici imputari vel nō,vt
dicit Bar.in d.l.quæſt.per l.aut damna.§.j.
ff.de pœ.Et ſecundū prędicta intelligo Bal.
in d.l.milites.§.quæſti.dum dixit hunc tor-
quentem puniri tanquam homicidam,vide
etiam de hac q.per Are.in tracta.maleficio-
rū.in glo.in verbo fama publica,col.xxiiij.
in ver.octauo quero,vbi dicit q̄d licet Bar.
in l.lege cornelia.ff.de ſica.dicat quod ſi re
ctores torquent reum vel teſtem, ita ꝙ ex
hoc moriatur, teneatur lege corne.de ſica.
per illum tex.tñ Bal.& Ange.Cy.& Saly.
in d.l.gracchus.C.de adulte.intelligunt ve-
rum,ſi non fuit legitime tortus.Si autē fuit
tortus præcedentibus indicijs de quibus in
actis appareat,tūc cū iudex fecerit ex per-
miſsione legis,quia ad torturam licite per-
uenit, licet ille moriatur, non tenetur vt l.
ſed non vltro.in princ.ff.de neg.geſt. Et
hoc etiam intelligunt verum, dummodo iu
dex non fuerit egreſſus terminos torture.
21 † Et quod in dubio nō præſumitur q̄d fue-
rit egreſſus,immo ꝙ ſuum officium tempe-
rare geſſerit l.herennius.§.gaia.ff.de euic.
vnde allegāti quod iniuſte torſit incumbit
onus probandi ſecundum Aug.& ita dicit
intellexiſſe Bar.prædicta in d.l.lege cornel.
do.Augu.de Ari.in addi.in d.ver.viij.que-
ro.refert de verbo ad verbum conſiliū do.
Gilioli ſuper hac quęſtio.ꝙ ergo inſeram
prout ſequitur.Pone quod iudex exceſsit
modum in torquendo reum exceſsiue, vel

Source : BIU Cujas

in caſu non permiſſo, vt quia forte nō erāt
indicia legitima, uel fuerūt purgata ꝑ alias
probationes, vel quia non erant de caſibus
de quibus poſſet torqueri de iure an tenea
tur ſi ille tortus mortuus eſt directe.l.corn.
22 de ſica.& ſic debeat decapitari.† nā videt
quod ſic, cum iudex non poſsit prætende-
re ſe ignorare iura quorum aſſeruit ſe fore
peritum, cum electioni de ſe facte vt de pe-
rito conſenſerit.l.ij.ff.quod quiſq; iu.nā li-
cet ignorare iura ſit lata culpa, quia poteſt
conſulere peritiorem, vt ff.de infami.l.libe-
torum in fi.& ita dicit ibi gl.in l.ex maleſi-
cijs.§.ſi iudex.ff.de act.& ob.& probatur
per tex.inſt.ad l.aquil.§.præterea.in verſi.
imperitiam.& ff.de re.iur.l.imperitiam.tū
hoc verum in perſonis quæ non ſunt aſtri-
cte ſcire vbi in pœnalibus lata culpa nō eq
paratur dolo, & ita intelligitur.d.l.imperi-
23 tiam.cum ſimi.Sed † in iudice, qui aſſerit ſe
iuris peritū, ignorare ius, eſt adeo lata cul-
pa, quod dolus in eo præſumitur, cum iuris
ignorantia non præſumatur.ſed verius ſci-
entia iuris.& iſto caſu lata culpa equipara
tur dolo.l.ij.cum gl.ff.quod quiſq; iu.Et ꝑ
hoc videtur quod iudex debeat decapitari
tanquam doloſe occiderit illum in tormen
tis,& ita videtur tenere Saly. Sed certe eſt
error, quia ſecundum dictum d.Gilioli.di-
cit ibi d.Augu.iſto caſu lata culpa equipa-
ratur dolo.ſed non dolo vero ſed præſum-
pto. Item equiparatur dolo tacito non ex-
preſſo.& ita debet intelligi tex.& gl.in d.l.
ex maleficijs.& glo.in l.fi.C.de pœna iu.q
ma.iud.Et idē in medico qui per imperitiā
aliquem debilitauit vel occidit.vt dicit gl.
in d.l.ij.ff.quod quiſq; iu.& tex.in d.§.præ-
terea inſtit.ad l.aquil.Et ideo errauit Saly.
dum voluit talem puniri directa lege aqui-
24 liana.† Sed non eſt verum, quia in pœnis
corporalibus infligendis lata culpa nō eq-
paratur dolo.ſed eum dico teneri.vt l.cor-
neliā.vt extra ordinem iudicis arbitrio pu
niatur,& ita dixit.Bar.in l.vlti.ff.de adul.
in q.de bānito occiſo.probatur in l.lex iu-
liana.§.fi.ff.ad l.iul.repe. lex enim corne-
lia directa requirit verum dolum, vtilis au-
tem requirit factum ſeu præſumptū quod
inſurgit ex lata culpa commiſſa per illū qui
eſt aſtrict us ſcire iura vt in iudice,& medi
co.Et licet qñ iudex ledit partem ciuiliter
per imprudentiam, nō teneatur ad meram
pœnam fiſco applicandam, ſed tantū ad ſa-
tisfactionem damnorum, & expenſarū ſeu
intereſſe partis læſæ, vt dicit Bart.in l.fi.in
fi.ff.de vari. & extraor. cog.& in diſputa-
tione ſua, quæ incipit, a ſententia iudicis q
25 per imperitiam iudicauit &c.& tñ qñ iu-
dex per imprudentiam ledit in corpus ali-
quem.ſcilicet torquendo vel aliter debili-
tando vel occidi faciēdo in publico, iſte iu-
dex tenetur extra ordinem.vt l.lege corn.
vt ſupra dixi.Et ita conſuluit dictus domi.
Giliolus in ciuitate Mātue, qui dixit ꝙ niſi
dolus expreſſus probet in iudice.ſ.vel qđ
odio vel gratia alterius.puta inimici vel
corruptus fuerit pecunia nō teneatur.dire-
cta.l.cornelia.ſ.pœna corporali, qui potius
dici debet ipſum iudicem fuiſſe in culpa la
ta quam in dolo vero,& expreſſo quia ſal-
tem prætextu officij ſibi commiſsi id fecit,
& per conſequens non prætextu homici-
dij commitendi, nam ad excludendum ue-
rum dolum,& expreſſum, & pœnā quæ ꝓ
tali dolo imponēda venit ſufficit quod ali-
quo colore iuſto vel prætextu ad factū ſit
licet facere iure non debuit.vt l.gracchus.
C.de adulte.vbi eſt caſus.item ſufficit eum
fuiſſe motum aliquibus rationibus ſiue iu-
ſtis ſiue iniuſtis quia per hæc calliditas ex-
cludit licet vera culpa concludatur quę ex
quaſi maleficio prouenit.ut dicit gl.ī d.l.ex
maleficijs.§.ſi iudex & in d.l.fi.ff.de var.et
extraordi cog.& per hoc tex.in l.igitur.§.
poteſt.ff.de libe. cau.& gloſ.in l.prima.ff.
de abige.& in l.plagiarij.C.de plagiarijs.
& in l.j.C.vbi ca.ſta.& ibi Bal.& per Bar.
in d.l.fi.ff.de adulte.Et in corporalibus la-
ta culpa nō equiparatur dolo.ſ.vero & ex-
preſſo.vt d.l.lege corneli.ff.de ſica.& ibi ꝑ
Bart.Et hanc opinio.dicit ipſe dom.Gilio-
lus tenere Iaco.de Aret.in d.l.gracchus in
26 addi.& Gui.de Suza. † Tamen dicebat
iudicem huiuſmodi debere caute proteſta-
ri ſe erraſſe in iure, & ſuum errorem iuris
allegare,& proſtare qđ ſi alias ſimilis reus
ſibi occurreret, eū taliter nō torqueret arg.
l.ſi adulterium cum inceſtu §.idem pollio-
ni.ff.de adulte.Et dicebat eum extra ordi-
nem prēterquam in corpus puniendum.&
ipſe do. Giliolus de facto conſuluit in ciui-
tate Mantue pro domino Bibia de Fauētia
ibi iudice, qui tantum torqueri fecerat vnū
reum excedendo morem debitū, quod mor
tuus fuerat,& in ſyndicatu contra eū pro-
cedebatur.vide etiam ad prædictam quæſt.
Gandi.in tracta.maleſi. in rubri.de quęſtio.
& tormentis.in illa quæſtio. quæ confeſsio
dicatur facta metu tormentorum in verſic.
ſed quid ſi iudex in tormentis adeo modū
exceſsit quod tortus ibi deficit vel mem-
brū debilitauit, qui latiſsime diſputat hanc

Source : BIU Cujas

quæſtio.arguendo pro, & contra. & refert
27 Guido.de Suza.dixiſſe,† ꝙ vbi iudex mo
dum excedit torquendo ſtatim qd modum
excedit tenetur, qa fingitur non iudex ſed
eſt priuatus, ſicut tutor male adminiſtrãdo
fingitur non tutor,& tenetur tanquam qui.
libet,l.tutor.ff.de ſuſpe.tuto.cum ſi.ipſe ve
ro Gandi.dicit quod ſi dolo fecit tenetur,ſi
vero aliam culpam cõmiſerit non tenetur.
dic vt ibi.vide etiam per do.Catal.in tract.
de ſyndica.q.cxiiij.vbi in hac materia ap
probat dicta Bart.in l. quæſtionis.ff. de qõ.
& Cy.in d.l.gracchus.C.de adulte. & idem
do.Catal.q.ccvj.& ccv.dicit.ꝙ ſi aliquis in
tortura repetitur,& ibi moriatur aſſeſſor te
netur tanꝙ homicida.d. Amodeus quo ſuo
tpe nullus fuit magis practicus in magiſtra
tibus in ſuo trac.ſynd.in gl.ſuper verbo.itẽ
in eo qd dictus poteſtas officiales capi deti-
neri,carcerari,& torqueri &c. in iij.col. in
vij.qd autẽ ſi poteſtas multũ bene loquitur
ſuper d. q.dicendo ꝙ aut officiales faciẽtes
torquere ſunt ĩ dolo,aut in culpa,aut morit
caſu,aut eſt dubiũ ſi dolo fecerũt,& nõ prę-
cedentibus indicijs modũ exceſſerunt, ita
ꝙ moriatur,tenetur pœna capitis.l.corn.de
ſica.videlicet poteſtas, & iudices qui fece-
rũt torqueri.l.j.in prin.& .§.j.& l. lege cor-
ne.in prin.ff.de ſica. & l. aut damna.§.j.de
pen.& eſt text.in l.item apud labeonem.§.
quæſtionis.in fi.ff.de iniur.ꝙ habet ẽt locũ,
quando ſine nouis indicijs fecerunt reponi
ad torturam,illũ qui fuerit ſemel tortus ſuf-
ficienter,quo caſu ſi moriatur tortus, tenen
tur pœna capitis,vt dixit not.Bald. in l.mi-
28 lites.C.de qõ.& ratio,qa eoipſo† qd iudex
modũ excedit fingit priuatus,& non iudex
ſicut tutor non recte adminiſtrãdo fingitur
non tutor, & tenet tanꝙ quilibet l.tutor.ff.
de fur.l.fundũ.§.ſi tutor.ff.pro emp.ar.l. ge
neraliter.C.de epiſ. & cle. qa nimia ſeuitia
rectoris aſcribitur culpe ff.ad leg.aquil.l. ſi
quẽcũq;.§.ſi magiſter.& ſicut priuatis ita iu
dicibus eſt prohibitũ aliquid illicitum face
re.ff.de iniur.l. nec magiſtratibus. Si vero
non ſunt in dolo ſed in aliqua culpa puta
quia nõ præcedebant indicia ſufficiẽtia vel
modũ exceſſerũt,& immoderate p ignorã-
tiã vel per laſciuiã cãm mortis præbuerunt
arbitrio ſyndicorũ puniri debebũt.Et ſi fue
rũt in culpa leuiſsima mitius ꝙ in leui,& ſi
in leui mitius ꝙ in lata.d.l.lege cor.& l.j.§.
ſi claua.& l.iij.§.ſed ſi ſenatuſcõ.ff.ad l.cor.
de ſic.Et licet la.de Are.in tracta. quẽ fecit
de qõ.dixerit hoc caſu poteſtatem, & eius
officiales non teneri per l,j.C. de emenda.
ſer.ſumpto ar.de poteſtate dominica ad po
teſtatem rectoris ff.de verbo.ſig.l.poteſta.
tis.ſed Guid.de Suza.& poſt eum Andr.de
Piſis.et per Bar.qui ſimilem tractatum fece
runt concludunt ꝙ teneantur.et idem vr te
nere Pau.de Bleaza.in repet.c.grauius. de
depoſito. Tertio caſu qñ tortus ſine dolo
vel culpa officialis moritur, vt innuit text.
in d.l.aut damna.§.j.ff.de pœn.& tunc non
29 tenetur,vt no.Bar.in l.q.ff.de queſt.† quia
qui facit lege permittente pœnam non me-
retur.l.gracchus.C.de adulte.& ibi hoc fir
mat Cy.ꝙ intelligitur qñ præcedebant legi
tima indicia,& non exceſſerunt modũ cum
ille non fecerit animo necandi, ſed verita-
tis eruende. & nemo delinquit niſi habeat
animo delinquendi l.ſepe.in fi.ff.de verb.
ſig.quia animus,& propoſitum diſtinguunt
maleficia l.qui in iure.ff.de fur.& l.j.§.j.ff.
30 de ſica.& l.ſi is qui cũ telo.C.eo.ti.† Quar
to caſu qñ eſt dubium an dolo culpa vel ca
ſu moriatur.dicendum ꝙ ſi poteſtas vel iu-
dex doceat legitima indicia præcedere, &
appareat eũ qui fuit tortus fuiſſe etatis ma-
ture,& robuſte præſumptio eſt pro poteſta
te vel iudice.l.herennius.§.gaia.ff.de euic.
præſumit enim princeps omne bonum de
officialibus ſuis niſi manifeſte appareat cõ
trarium l.j.§.fi.ff.de offi.præſi.facit l.cũ cre
ditor.ff.de furt.& l.iniuriarum.§.j.ff.de in-
iur.& l.acquirenda.ff.de acqui.poſ.& l.iij.
§.j.ff.de li.ho.exhi.Et qui allegat ꝙ pote-
ſtas vel iudex fuit in dolo vel culpa id pro
bare debet l.quoties.§.qui dolo.ff.de pro-
batio.& l.j.& ibi no.C.de ſicar.& l.ij.ff.de
proba.& l.actor.C.eod.ti.& no.Bart.in l.ſi
31 quis ex argentarijs.§.fin.ff.de eden. † in
dubio enim ſi non apparet quo animo fece
rit præſumitur feciſſe zelo iuſtitie, & iuſte.
l.ij.§.ſi publicanus.ff.vi bo.rap.& l.minus.
C.de acqui.poſſ.& l.merito.pro ſoc.facit l.
ij.C.qui accuſa.non poſ.Poterit tñ poteſtas
vel iudex ſi non fuit in dolo vel culpa ad
cautelam probare per teſtes etiam domeſti
cos quod præcedentibus legitimis indicijs
moderate eũ torquebat,et ꝙ caſu ſine dolo
vel culpa iudicis defecit ĩ tortura quod ple
runq; euenire ſolet.vt dicit tex.in l.aut dã-
na.§.j.ff.de pœ.Bald.tamen vt refert idem
Amodeus vbi ſupra.in hac q.bene ſic dicit,
aut iudex non conceſsit modum quia tor-
mentauit in caſu licito prout eſt de conſue
tudine,& non cum aliqua aſperitate,& tũc
non tenetur iudex licite. facit arg.ff.de in-
iuri.l. item apud labeonem.§.quæſtionis.
32 † Aut exceſsit modum,& tunc aut dolo,&

Source : BIU Cujas

tenetur lege cor.de ſicar.facit l.vnica C.de emenda.ſeruo.Aut culpa,et tunc tenetur ſecundum qualitatem culpe. Aut caſu & tũc in nihilo tenetur quia dabat operam rei licite ſecundum Iaco.de Are. & Cy.iſta ſunt verba Bal.in l verba.in fi.C.de adul.& ſub dit ipſe do.Amodeus, & bene quod caute agendum quãtum fieri poteſt ne caſus mortis in tortura accidat propter euitandas calumnias populariũ,et vulgarium quos de facto dicit vidiſſe, & audiuiſſe propter huiuſmodi caſus contra officiales,& innocentes armata manu inſurgere.vt euenit Perusij contra do.Sanctem de corneto poteſtatẽ qui vix euaſit a furore populi. Et dicit ſe habuiſſe duos in manibus,vnum dum eſſet ſenator vrbis, & alium dum eſſet poteſtas Tuderti,qui immediate ꝙ fuerunt poſiti in tortura,& eleuati a terra parũ defecerunt, & iudicio medicorũ oppreſsi a catarro uix poſt plures dies euaſerunt. ideo ipſe conſuluit,& paterne,ꝙ moderate ad torturã procedatur.nec ita de facili currãt,vt multi fa-
33 cere conſueuere. † Et dicit etiam ꝙ quandocunq; doloſe, & ſine cauſa & ſine indicijs faciũt aliquem torqueri etiam ſi tortus non moriatur tenetur pœna capitis.vt vult Bal.in l.decuriones.C.de quæſtio.& in l.ij. C.de requir.re.& eſt tex.in l.lege iul.§.hodie.ff.ad l.iul.repe.ꝙ habet locum etiam ſi habeat arbitrium,vt not.in c.veniens.& in c.quintauallis.de iureiurã.Et eadem pœna tenetur ſi faciunt torqueri illum qui de iure torqueri non poterat.puta vnum de prioribus durãte officio niſi in crimine læſæ maieſtatis per tex.no.in d.l.decuriones. Si aũt ſine dolo faciunt torqueri non torquendum vel excedunt modum ipſi officiales tenentur actione iniuriarũ arbitrio iudicis ſecundum Bal.in rub.C.de pœna iudi.qui ma.iu. & ff.de iniur.l.iniuriarum eſtimatio.nec debẽt puniri ſimili pœna torture quia ex hoc nihil adeſſet perſone torte ſecundum Bald. in d.rub.de hoc tamen vide infra in vj.q̃ō.
34 prin.† Et aduerte circa prædicta quod q̃ñ fuit tortura iniuſte facta tenentur ſolummodo poteſtates,& iudices mãdantes torqueri iniuſte,non autem milites ſocij,& alij officiales qui hoc fecerunt ex mandato.ita dicit Bal.in l.excuſant.ff.de infam.per illum tex.facit quod no.Dy.in c.quod quis mandato.de reg.iur.in vj.& ponit Floria.in l.liber homo.la ij.ff.ad l.aquil.quod tamen eſt dubium, quia mandatum ſuperioris excuſat ſolum in leuibus ſecundum Bar.in l.nõ ſolum.§.ſi mandato.ff.de iniur.& ideo poſſunt officiales reſiſtere poteſtati iniuſtitiam facienti ſecundum Barto. in l.omnes.C.de decu.lib.x.Et aduertãt bene rectores quia ſi cogunt aliquem eius iudicem vel officialem iniuſtam ſententiã ferre tenentur l.cor. de ſica.de his vide latius,& melius infra in
35 vj.q.prin.in verſi.ſed ponamus. † Item aduerte pro his quæ ſupradicta ſunt, quod ſi per ſtatutum pro homicidio imponitur pœna pecuniaria ciuibus, prout eſt in multis locis,et ſi fiat in palatio imponitur pœna capitis.poteſtas vel iudex q̄ iniuſte,& immoderate tormentauit, ſi tortus moriatur non punietur pœna capitis,ſed pecuniaria, ſecũdum Bal.in rub.C.de pœna iu.qui ma.iudi. quia ſtatutum quod imponit pœnam capitis pro homicidio,& maleficio debet intelligi de eo quod poteſt committi indifferenter in palatio,& extra.ſed occaſione torture poteſt ſolum committi in palatio vbi eſt tortura.ideo non debet augeri pœna ratione loci ſicut dicit Bar.in ſimili in teſte dicẽte falſum in palatio in l.aut facta.ff.de pœn. & in conſilio ꝙ incipit,tudertinus quidam. Et licet dictum ſtatutum imponat pœnã pecuniariam ciuibus pro homicidio habet locum in poteſtates, & officiales,quia gaudẽt priuilegio ciuium.vt no.gl.in l.ciues,& incole.C.de incol.libr.x.& firmat in.§.profi-
36 ciſci in q.xiij.† Sed pone,quod ex tortura quis non moriatur, ſed debilitatur aliquod membrum d.Amodeus in tract.ſyndi.ſuper glo.in verbo coram nobis &c. Kiriacus de Ancona &c.in viij.col.in ver.pœna debilitationis.dicit quod imponitur ea pœna quę imponitur a ſtatuto pro tali delicto. & hoc pro pœna fiſco applicanda.ſed quo ad partem leſam,videlicet quo ad tortum tenetur ei de iure cõi,ratione, & actione iniuriarũ, inquantum iudici equum videbitur, & ad intereſſe expenſarum factarum in medicis & medicinis, & ad damna operarũ quibus caruit,& cariturus eſt,vt eſt tex.inſtitu.de obli.quæ ex quaſi deli.na.in.§.ob hominẽ vel ro.Sed ego puto hoc procedere eo caſu quo iudex iniuſte torſiſſet dolo vel culpa. ſecus autem ſi licite,& moderate, & in caſu permiſſo ſecundum dicta ſupra in verſi. ſed cum dictum ſit.in q.de mortuo in tortura quo caſu in nihilo deberet teneri ſecundũ ea quæ ibi dicta fuere.Subnectamus hic aliam q.aliquis dicitur mortuus in tortura uel debilitatus,ſed poteſtas negat illũ fuiſſe tortum,quero q̃uõ hoc probabitur Bald.in
37 l.ſi quis hoc genus.dicit† quod tortura ꝓbari poteſt per indicia vel coniecturas. &

Source : BIU Cujas

hoc conſiſtit in arbitrio iudicis. Idem videt velle Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de no. ope. nun. dum vult quod probato quod iudex fuerit minatus de torquēdo aliquem ſi poſtea ille fuit viſus cum brachio ligato ad collum, & ſi, ex hoc probabitur tortura. & idē in ſimilibus coniecturis, facit quod not. in l. fina. C. de probatio. & l. fina. de hæredib. inſtituen. Tu autem dicas quod, aut querimus de probando torturam ad finem vt condemnetur iudex in ſyndicatu, & tunc requiritur plena & vera probatio de tortura, vt quia teſtes deponūt de viſu vel aliter plene probatur, vt not. Bar. in l. j. §. ſi quis tamen. ff. quod vi aut clam, quia ex præſumptionibus etiam vehementibus non poteſt quis damnari ſecundum Inno. in c. quia veriſimile, de proba. & no. in l. abſentem. ff. de pœ. & in l. fin. C. de proba. Et hoc forte erit in arbitrio ſyndicorū, qui in ſubſidium poterunt cogere, etiam per torturam, familiares poteſtatis, ad teſtificandum aliquem fuiſſe tortū. l. diuus de quæſtionibus, & per not. per Inno. in c. ex literis. de teſtibus, & per glo. & doc. & in c. cum P. mācones. de accuſa. & Bart. in l. ex libero. ff. de quæſt. in. §. j. & vide dicta ſupra in iiij. prin. poſt princip. vbi qn̄ teſtes poſsint torqueri, & in verſic. ſed quero an debeant. poſt me-
38 dium. vbi fuit dictum, † quod teſtes domeſtici torqueri poterunt pro delicto domi cōmiſſo quia præſumuntur illud ſcire. hæc dicit do. Amodeus iuſtinus in tractatu ſuo de ſyndicatu in glo. in verbo itē in eo ꝙ dictus poteſtas iudices, & officiales plures capi, detineri, carcerari, & torqueri fecerūt &c. in viij. col. in verſi. ſed pone quod poteſtas & ſe. Sed contra hoc videtur quia iſti teſtes de familia poteſtatis licet volētes poſsint teſtificari contra poteſtatem tamen non poſſunt cogi. vt per Bal. in l. etiam. C. de teſti. et in. §. proficiſci. q. xxxvj. & per Saly. in l. ij. C. de teſti. niſi dicamus quod poterunt cogi in ſubſidium qn̄ aliter veritas haberi nō poteſt arg. l. conſenſu. C. de repu. & xiiij. q. ij. c. quanquam. & ꝙ not. in c. inſinuante in gl. j. de offi. delega. & de priuil. c. licet in vj. in gl. ſuper verbo familiaribus. & in c. dilecto in gl. in verbo familiaris de offic. archid. & de verbo. ſignifi. c. vlti. in vj. & in c. magne de voto in vj. aut querimus de probādo torturam vt ea præſumatur confeſsionem violentam eſſe & habeāt locum dicta per Bal. in d. l. ſi quis in hoc genus. & per Bar. in d. l. de pupillo. §. ſi quis prætori. Quibus adde ꝙ dixit Bal. in l. filius in fin. C. de furt. quod vbi aliter nō poteſt probari tortura ſufficit probare quem detentum vt confeſsio dicatur facta metu tormentorum. de quo p Cy. in d. l. ij. C. ꝙ met. cau. vnde dicit idem Bal.
39 in l. j. C. ne ex deli. defun. † quod violentia probatur per famam, & ſimiliter tortura, quādo vociferans torquetur in occulto allegat l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſti. & quod no. Cy. in l. iiij. C. de ſer. fug. vbi dixit ꝙ id quod dicitur a perſonis fidedignis eſt iuſta cauſa credulitatis. Item probatur tortura ſi teſtis cognouit perſonam tortam. & qualitatem vocis in quolibet ſtatu. & dicit audiuiſſe eum vociferātem dum torquebatur ſecundum Bal. in l. conuenticulam. C. de epiſc. & cler. Item ſi dicatur, quod teſtes inducti per curiam. depoſuerunt metu tormētorum, probatur metus eoipſo quod probatur eos fuiſſe ob hanc cauſam detētos, quia præſumitur metus tormentorum, ſecūdum Bal. in d. l. falſus. per Cy. in d. l. ij. C. ꝙ metus cau. Item alligare, tortura præſumitur, niſi
40 contrariū probetur. † vnde ſi confeſſus crimen, dicat ſe fuiſſe tortum, licet nō probet, non pōt cōdemnari, niſi ratificauerit apud acta, cum in officialibus præſumatur illatio metus ſecundum Bald. ſingu. in ſuo conſilio incipiente, tres ſunt caſus &c. & ſequit Pe. de Anch. in quodam ſuo cōſilio in quo recitat ad verbum dictum conſiliū Bal. & ita refert Bertachinus in ſuo repertorio. ī verbo tortura. quod eſt menti tenendum. Vide hæc conſilia in tractatu clauſularū in clauſula rei non ſic geſte. in. §. de metu tormentorum. in ij. col. & infra in vij. q. prin. Subiungo aliam notabilē q. circa prædicta. pone, agitur contra poteſtatem, cōtra quē dicitur quod compulit aliquem confiteri per torturā, & duo teſtes inducti cōtra poteſtatem, deponunt quod per vim fuit confeſſus & compulſus cōfiteri. Ex altera parte pro parte poteſtatis inducūtur decē vel plures qui dicunt, reus ſponte confeſſus eſt queritur quibus teſtibus ſit magis credendū. In-
41 nocē. in c. ſper hoc de renun. † dicit quod magis creditur iſtis duobus deponentibus de vi quia deponūt de actu corporali, & viſibili ſcilicet quod viderunt torqueri, ſed alij decem deponunt de actu mentali, & inuiſibili ſcilicet quod ſponte confeſſus eſt qa actus mentalis ſoli deo eſt notus. Et idem ſi notarius in inſtrumento dicat quod ſponte confeſſus eſt quia tale inſtrumentū reprobatur per duos teſtes. vt no. Bal. in d. §. proficiſci. in tractatu de ſyndicatu. q. xiij. et Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de no. ope.

Source : BIU Cujas

no.ope,nun. Nūc cū fecerimus parenteſim longiorem non tamen impertinentem redeamus ad materiam princ.noſtre quæſtio. quæ erat qualiter erat ad torturam perueniendum ſuper quæ fuit dictum ꝙ ad mul-
42 ta debet iudex aduertere. †Adde quod ēt debet aduertere ad aliud, videlicet quod in tortura non procedat pariformiter in paruo prout in magno delicto, ſed illam debet adhibere ſecūdum delicti qualitatē vt pro magno delicto maior fiat quā pro paruo.& pro paruo minor quam pro magno.ar.l.itē apud.§.q̄ſtionis.verſi.& ſi iuſſu.ff. de iniur. de hoc tamen non poteſt vt ſupradictū fuit certa doctrina dari, ſed committitur arbitrio diſcreti iudicis. Sed ponamus qđ quis eſt minus legitime tortus, puta quia nō præcedentibus indicijs vel alijs modis ſupradictis,& in tortura confeſſus eſt, & in ea perſeuerauit an veniat condemnandus ex illa confeſsione. Reſpondeo non.caſus eſt ſecūdum vnam lec.quā *ibi tenet* Bart.in l.pe.ff. de quæſtio. & ita *vidi alias* conſultum per quendam inſignē, & famoſiſsimum docto. qui ad hoc etiam pro caſu allegabat.xv.q.
43 vj.c.j.†*Et dicebat* ꝙ cautus debet eſſe ad*uocatus qui vult infringere* confeſsionem *torti abſque indicijs* ſaltem legitimis ꝙ articuletur,& probet ꝙ ille talis anteꝗ̄ fuiſſet confeſſus fuit tortus abſq; aliquibus indicijs ſaltē legitimis,& ad torturā ſufficientibus.Nā quouſq; detentus eſt tortus ſemper idem metus tormentorū durare præſumitur.Et ideo præcedente dicta iniuſta tortura iudex qui facit ſcribi ꝙ ille fuit ſponte confeſſus falſum facit confici inſtrumentum,& notarius incidit in falſum ſi notitiā habuit tormentorū.Vbi autē tortura legitimis indicijs præcedētibus iuſte fuiſſet illata, tunc ſecure notarius ſcribit.& iudex ſcribi faciat ꝙ ſponte fuit confeſſus quantūcunq; tormenta præceſſerint,duntamē inter torturam,& confeſsionē interuallū commodum interueniat,vt not.l.j.§.idem ſeuerus.ff. de quæſt.per doc.& per Cy.in l.ij.C.de cu. re. ita ad literā omnia prædicta dicit Ang.in l. qui in aliena..§.celſus.ff.de acqui. hære.

44 *Ex ſupradictis* ſequit, †ꝙ præſumptio eſt qđ ſi tortus pluries ratificauit dictam confeſsionē illicite a prin. extortam ſemper ipſam ratificare videtur metu tormentorū,præteritorum,& futurorum,argu.l.ſi cui.§.hiſdem.ff.de accu.quod eſt valde notandum.Hoc tamen intelligendū niſi poſt dictā torturā,& confeſsionē illicite extortam reus fuiſſet relaxatus & poſitus in priſtina libertate, & per aliquod interuallum vocatus per iudicem ſponte cōparuerit,& ſine tortura confeſſus fuerit iterum illud quod prius per torturam confeſſus fuerit.nam hoc caſu ex illa confeſsione eſſet damnandus tanꝗ̄ ſpontanea, vt l.j.C. de confeſ.ad hoc facit quod not.Innocē. de accu.c.qualiter,& quando Bal.tamē in d.l. j.C.de confeſ.dicit in iiij.colū. quod cōfeſſioni facte in tormentis non præcedentibus indicijs vel præcedentibus, ſed ita leuibus quod non faciūt præſumptionem, non ſtatur,niſi in ea perſeueretur.alleg.glo. in d.l.
45 j.C.de confeſ.†Et dicit ꝙ intelligitur perſeuerare eo ipſo quod non reuocat, qa metus tormentorū non eſt iuſtus metus. nam iudicis authoritas operatur ꝙ factū per talem metum valeat,quia pertinet ad executionē iuſtitie, vt ff.quod met. cau.l.iij.cum non fiat contra bonos mores. ſed iure licito,vt ibi patet.Si autem appellat non intelligitur perſeuerare,ſed tacite reuocare, vt no.ff.de appel.l.creditor.§.iuſtus.Sed aſſeſſores,vt non poſsit appellari faciunt talem confeſſum iterum de nouo ex interuallo tēporis duci ad tribunal,& ibi publice confiteri, vt l.ij.C.de cu.re. ſed ſi probari poſſet quod iſta noua confeſsio emanaſſet repetitis tormentis, iſta noua confeſsio eſſet eodē vulnere ſaucia,& vulnerata,& maior,quia ſemel tortus cōpetenter non debet iterum torqueri niſi ſuperueniant noua indicia.ff. de qō.l.repeti.ita dicit Bal.in d.l.j. de confeſsis.Sed parcat mihi reuerentia tāti doc.
46 non eſt verum, quod†confeſsioni extortet per torturam ſine indicijs, ſi perſeueretur,ſtetur per ſupradicta.Præterea glo.quā ipſe allegat hoc non probat, vt patet cuilibet intuenti.Itē eſt contra caſum.in d.l.pen. ff.de qō.Item aliud quod dicit,videlicet qđ intelligatur perſeuerare eoipſo quod nō reuocat non eſt verū ſimpliciter.Nam tūc dicitur quis perſeuerare in confeſsione facta in tormentis quando poſt dictam confeſsionē reducitur in loco publico iudicij. & ibi coram notario, & publicis perſonis confitēdo tex.eſt in l.ij.C.de cu.re.ſecundum Bar. in l.j.§.diuus ſeuerus.ff.de quæſt. vnde nō per non reuocationem,& ſic per non factū, ſed per expreſſam confeſsionem factam in loco publico coram prædictis.& ſic per factum intelligitur perſeuerare,& ita puto tenendum.& hoc ēt reperio tenere d.Tindarum in tracta.ſuo de proba.in verſicu.nunc de criminalium cauſarum confeſsionibus.



Source : BIU Cujas

circa medium,vbi ad contextum,& ad ver
47 bum ſic dicit.†Scias tamen circa huiuſmo
di torturam, ꝙ in tantum requirit indicia
præcedentia, ꝙ ſine eis, etiam ſi millies con
feſſus in tortura in ſua confeſsione perſe-
ueraret,nihil operaretur eius perſeueratio
nec poſſet ex ea ſequi condemnatio.tex.eſt
ſing.ad hoc quem Bar.ibi pōderat. in l.pe.
ff.de quæſtio,& eſt ad idem alter tex.ſecun
dum vnam lec.quā etiam ibi ſequitur Bar.
eo.titu.l.maritus.& tenet Ange.in l.j.C. de
confeſsi. Adde aliud mirabilius ꝙ ſi quis
eſt confeſſus in tortura non præcedentibus
legitimis indicijs,deinde antequam repona
tur in priſtina libertate ſuperueniunt indi-
cia ex hoc non conualidatur confeſsio fa-
cta in tormentis,nec perſeuerare ſufficit gl.
eſt ad hoc ſingu.& vnica quam Bar.ibi mul
tum commendat in d.l.maritus.& ſequitur
Bal.in l.fi.C.de accu.& Ludo.de Ro. in cō
48 ſi.clxvij.†Sed ponamus ecce quod pote-
ſtas vel iudex condemnauit confeſſum vi-
gore dicte cōfeſsionis inualide extorte per
torturam in caſu quo non poterat torque-
ri, quia non præcedentibus legitimis indi-
cijs,vt ſupra dictum eſt, vel quia alias tor-
tura fuit iniuſte illata, vel ratione perſone
quæ torqueri non poterat,vel ratione deli-
cti ꝑ quo torqueri non poterat,vt ſuperius
oſtenſum eſt,an ipſa ſententia erit nulla ip-
ſo iure,vel erit opus appellatione, vr̄ ꝙ ſit
nulla ipſo iure.nam ſententia lata per pro-
bationē a iure improbatā,eſt ipſo iure nul-
la,vt eſt in c.ij.de purga.vulga.Tu dic, aut
ſententia continet expreſſum & patens vi-
tium probationū a iure improbatorum, vt
quia dixit.& quia conſtat nobis per cōfeſ-
ſionē Titij habitis indicijs per talem eius
libertum totū,vel per talē eius fratrē coa-
ctum teſtificari, vel per talem eius inimicū
& ſi.ideo ipſum condemnamus, & tunc ſit
ipſo iure nulla.& ita loquatur tex.in d.c.ij.
vel quia dixit iudex,& quia conſtat nobis
te culpabilem propter duellū, vel propter
experientiam ferri candentis, ideo te con-
demnamus.iſta eſt doctrina Ioā.And.in no-
uella.in c. quoniam contra falſam de pro-
ba.in fi.quam refert Bald.in l.libertorū.C.
de teſt.Aut non continet expreſſum & pa-
tens vitium,ſed latens, & tunc non eſt ipſo
iure nulla ſed eſt opus prouocatione, vt l.
ij.C.quando prouo.non eſt ne.

49 *Item ad aliud* †debet aduertere iudex vt ante for matum proceſſum
& ante li.conteſt.non procedat ad torturā,
vt etiam infra dicetur.& fuit dictum ſupra
dum tractauimus de indicijs.in ij.q. in ver.
quero an teſtis. Inſuper quero,iudex for-
mauit proceſſum contra aliquem,ille com-
paruit,& negauit,iudex ſolenniter parte ci
tata examinauit teſtes,ꝑ quos legitima pro-
bantur indicia,& poſtea non aliter publica
to proceſſu & teſtibus, poſuit reum ad tor-
turam queritur an iuſte,& legitime hoc fa-
ctum fuerit.Et primo videtur ꝙ ſic, non ad
petitionē partis,ſed ex officio iudicis,quia
nō eſt vis,ſi ſit publicatus proceſſus vel nō
quia quantum ad iudicem ſemper eſt publi
catus,vt no.Inno.in c.cum clamor. de teſti.
In contrarium eſt veritas,nam ex dictis te-
ſtium ante publicationem non ſit probatio
nec indicium, vt eſt caſus ſecundum vnam
lectu.in l.ſolam.C.de teſti.& per conſequēs
non proceditur ad torturam. & iſtud tenet
50 Iaco.ibi.†Et eſt ratio,quia cum tortura nō
non debeat fieri,niſi in defectum probatio-
nū,& præcedentibus iudicijs, & adhuc nō
conſtet de his,quia proceſſus non publica-
tus non probat,vt d.l.ſolam. ergo non ha-
bet locum tortura.Et per hanc rationē au-
tho.Iac.idem tenet Bald.in l. milites.C.de
quæſtio. Sed eſt aduertendū quia dicta ra-
tio non videtur bona,per ea quæ not. doc.
& maxime Bal. in l.geſta.C.de re iudi. vbi
dixit Bal.quod iudex poteſt ferre ſenten-
tiam,etiam non publicatis atteſtationibus.
& valet ſententia,niſi ambe partes vel al-
tera contradixerint & ita tenuit Innocē. in
d.c.cum clamor de teſti.& But.in l. prolatā
de ſent.licet gloſ.ibi teneat ſententiam non
51 valere non publicatis atteſtatio.† Vnde vi
detur poſſe aſsignari ratio, quia iudex non
debet auferre defenſionē partis, immo non
poteſt ad condemnationem procedere,niſi
dato termino ad faciendum defenſionem,
cui etiam renuntiari non poteſt,vt habetur
in l.cuſtodias.ff.de pub.iud. & in l. pactum
inter hęredem.ff.de pac. Sed hæc defenſio
per reum fieri nō poſſet,niſi publicatis at-
teſtationibus teſtiū, quia alias ſcire nequi-
ret quid teſtes teſtificati ſint,niſi publicen-
tur,cum ipſorū examinatio fiat in ſecreto,
vt l.ſi qñ.C.de teſti.Poſſet forte diſtingui,ꝙ
aut pars petit publicari atteſtationes, & co
piā indiciorum ſibi dari,& hoc debet fieri
quia debet dari copia indiciorum, quia ſu-
per eis debet diſputari, an procedant nec
ne l.vnius.§.cogniturus.ff.de qō,ſecundum
Bar.in l.fi.in fi.eo.tit. & huic diſputationi,
non torture, debet intereſſe aduocatus, vt
no.glo.& Bar.in l.legis virtus.ff. de ll. & ꝑ

Source : BIU Cujas

hoc d.l.cuſtodias. nã poſſet in dicta diſputa
tione apparere de inualiditate indiciorum,
& teſtes poſſent reprobari,& ſic indicia re-
moueri,per ea quæ no.Inno.in c.præſentiũ
& in c.licet. de teſti. itẽ debebit ſuper hoc
pronuntiari,vt diximus de his ſupra in hac
q.in ver.v.iudex.Aut non eſt petita publi-
catio atteſtationum , & copia indiciorum,
& tunc procedat ꝙ primo loco dictum eſt,
per not.per Inno.in d.c.cũ clamor. & Bal.
in d.l geſta.& Iac.But.& Bal. in d.l. prola-
tã.Et hac diſtinctione eſſet vtendum poſt
factum,ad ſaluandum iudicẽ in ſyndicatu,
ſed ante factum melius faceret iudex ſequi
ſententiam Bal.in d.l.milites.& Iaco.in d.l.
ſolam quia deberet prius publicare pro-
ceſſum,& atteſtationes,ꝙ̃ deuenire ad tor-
turam.quod etiam firmat Bar.in l.vnius.§.
j.ff.de qõ.pro quo ẽt facit quod no.Bal.in l.
in bonefidei.C.de iureiur.iiij.col.

52 *Quero* † *cum* ſupradictum fuerit , ꝙ iudex in tortura debet aduertere ad
multa an debeat aduertere ad aliquod
tempus , & ſic an tortura adhiberi poſ-
ſit diebus feriatis in honorem dei. Reſpon-
deo, hæc q.videtur decidi per text.in l. ne-
mo.C.de epiſ.aud.& in l.prouinciarum.C.
de fer.Nam aut delicta ſunt atrociora vt la
trocinium,ſacrilegiũ,crimen læſæ maieſta-
tis,adulterium,ſtuprũ,inceſtus, raptus vir-
ginum,vel ſanctimonialiũ, veneficum, ho-
micidiũ,parricidiũ,& ſi.& in his põt omni
bus diebus,etiam paſchalibus , procedi ad
torturã.tex.eſt expreſſus in d.l.nemo. ver.
ſed ab his.& in d.l.prouinciarum.Si autem
nõ ſunt crimina atrocia,ſed minora in qui-
bus eſt imponenda pœna pecuniaria, tunc
videtur, ꝙ non poſsit fieri tortura diebus
feriatis in honorẽ Dei,per d.l.nemo in prin
cip.& l.dies feſtos ibi ſit idẽ dies a cognitio
nibus alienus.& l.quadraginta, & l. actus.
C.de fer. Conſuetudo tamen videtur male
ſeruare hoc,licet etiam in tortura,ẽt alia ſu
pra, & infra dicenda male ſeruet, tamẽ hoc
de die feſto poſſet roborari, qa tortura eſt
quædam examinatio extraiudicialis. vnde
ſi præceſsit iudicialis cognitio indiciorum
põt poſtea dicta examinatio fieri quolibet
53 loco,& tpe,†exemplo teſtis qui iudiciali-
ter iurauit.nã põt examinari quolibet tẽpo
re,ẽt feriato in honorẽ Dei,vt tenet Spe.in
ti.de fer.§.ij.ver.quid ſi tũc teſtis. & Bart.
in l.damni.§.ſabini.ff.de dam.infec,& Bal.
in l.qñ.C.de teſti.& eſt gl.in cle.j. de offic.
deleg.Itẽ poteſt hoc iuuari,vbi vigeret ſta-
tutũ,prout eſt cõiter per Italiã qđ in cauſis
criminalibus ꝓcedatur quocũq; tẽpore, ẽt
feriato in honorẽ Dei, vt vult ẽt ſtatutũ in
hac terra ſancti Seuerini, in rubrica de fer.

An aũt iudex debeat aduertere, antequã
deueniat ad torturã, a qua perſona debeat
54 incipere.ſi ſunt plures torquendi.† Reſpõ
deo, aut oẽs ſunt æque ſuſpecti de crimine
de quo queritur, & tunc incipiendũ eſt ab
eo qui timidior eſt,ſi diſpariter ſunt timidi
ſi vero ęqualiter timerẽt torturã,tunc inci-
piendũ eſt a iuniori, & ab eo q magis tene-
re ętatis eſt.caſus eſt in l.vnius in prin.ff.de
qõ.Si vero ęqualiter non ſunt ſuſpecti , ſed
ex omnibus,vnus eſt magis ſuſpectus alijs ,
& tũc ab illo incipiendũ eſt, & poſt iſtum,
tunc iudex debet examinare illum,quẽ iu-
dex crediderit facilius poſſe veritatẽ pro
mere,tex.eſt in l.j.§.itẽ diuus adrianus.eo.
ti.& ita vr̃ mihi,quãuis Barto.in d.§.diuus.
aliter loquatur dicit.n.Bar.quẽ refert & ſe-
quitur Areti.in tract.malefi.in verbo, fama
pub.col.xxij. ver.nunc videamus de tortu
ra,quod iudex debet animaduertere,a quo
melius & citius ſperat extrahere veritatẽ,
& ab illo torquẽdo faciat initiũ. Si aũt ſpe-
rat ita ab vno,ſicut ab alio, tũc initiũ faciat
ab eo , qui magis de crimine eſt ſuſpectus.
Si autẽ oẽs pariter ſunt ſuſpecti , incipiat a
55 magis debili. †Itẽ ſi eſt pater & filius, inci
piat a filio,in cõſpectu patris,quia magis ti
met in filiũ,quã in ſe, vt l.iſti quidẽ.ff.ꝙ me.
cau.Et ſi eſt maſculus, & fœmina,incipiat a
fœmina qa eſt debilior,vt l.filio.C.de inof-
fic.teſta.& l.deferre.in prin.ff. de iure fiſci.
ſed Gandi.in ſuo tracta.maleficiorũ.in rub.
de qõ.& tormẽtis in verſi. nunc videndum
eſt,quo ordine ſint habẽda tormẽta.dicit,ꝙ
iudex ſagax cõſiderabit,a quo facilius veri
tas erui poſsit,vt ab illo qõnem incipiat,tã-
quã a timidiore,& a magis ſuſpecto,& a ma
gis debiliore.& non a fortiore, vt l.j.§.qui
qõnem.ff. de qõ.& d.l.vnius. & a fœmina,
potius quã a maſculo,& a filio , potius quã
a patre,per iura ſupra alleg.Et vide ad prę
dicta ẽt per Io.An.in c. cũ in contemplatio-
ne. de regu.iur. vbi ponit, ſecundum quod
alias audiui a præceptore meo in voce ,
quod ſi inter torquendos eſt aliquis qui
habeat aliquod turpe cognomen , ſicut eſt
in pluribus locis, puta forabofco,vade no-
cte, & ſimilia , quod ab illo erit inci -
piendum ,

56 *Videamus* modo † quomodo ſe iudex gerere debeat quando poſuit ali-



Source : BIU Cujas

quem in tortura, in examinando, & inter-
rogando tortum, ad hoc Bart. dat hanc pra-
cticam videlicet, quod aut iudex procedit
ſuper generali inquiſitione, quã formauit,
conſtito ſibi de maleficio, licet non conſtet
de malefactore, & tunc teſtis debet interro-
gari, quis dictum maleficium fecerit non au
tem dent nominare aliquẽ, videlicet an Ti
tius fecerit illud quia hoc eſſet magis ſugge
ſtio, q̃ inquiſitio veritatis, & ita debet intel
ligi, l. j. §. qui quæſtionẽ. ff. de qõ. & hoc ca-
ſu, anteq̃ veniatur ad torturam, debent eſſe
aliqua indicia contra teſtem, vt dictum fuit
ſupra in hac princi. q. poſt prin. Aut iudex
procedit per modum ſpecialis inquiſitionis
aut accuſationis, contra certã perſonam, &
tunc aut torquetur teſtis, aut ipſe principa-
lis, ſi torquetur quis, vt teſtis, tunc debet in-
terrogari, an inquiſitus, vel accuſatus, fece-
rit maleficiũ intentatum vel alius. non autẽ
interrogabitur de modo, & alijs circunſtan
tijs. ſed fit interrogatio hoc modo, quia in-
terrogabitur, qualiter fecit illud maleficiũ
inquiſitus vel accuſatus, & quando, in qua
parte corporis percuſsit. non autem inter-
rogabitur limitate, ſi percuſsit ſic vel ſic. qa
iſtud eſſet ſuggeſtio, vt dictum eſt. & ita in-
57 telligit. d. l. j. §. diuus adrianus. † Aut tor-
quetur, vt principalis, & tunc. d. §. diuus.
dat formam. quia debet interrogari ſolũ de
ſe, & non alijs. Si aũt in tortura aliquid de-
poſuerit contra aliũ, tunc an illud faciat in-
diciũ, fuit alibi dictũ. hic dicit Bart. in l. j. §.
qui qõnem. ff. de quæſt. Itẽ ſi interrogatur
ipſe principalis debet eũ interrogari in ge-
nere, ſi cum aliquo fecit aliquam rixam vel
etiam ad ſpeciem deſcendendo ſi cũ Gaio,
vel ẽt magis ad ſpeciem ſi Gaiũ vulnerauit.
non aũt magis in ſpecie inclinet vel dicat
vel vlterius interroget alias forte ille metu
tormentorum vt doctus illud diceret quod
nunq̃ ſciuiſſet dicere nec dicere potuiſſet,
& ſic contra ius cõfeſsionẽ haberet de deli-
cto ꝙ forte nunq̃ commiſit ꝙ eſt iniquũ fa-
cit ꝙ not. gl. in l. prius. ff. ad ſil. & Cy. in l. fi.
C. de accu. & ibi Saly. in ver. quero nũc de
modo, ita dicit Are. in trac. maleficio. in gl.
in verbo fama publi. in vlt. col. ſed do. Au-
gu. de Ari. ibi in additio. dicit ꝙ ipſe putat
hęc vera. vbi indicia non eſſent nimis mani
feſta. ſed vbi conſtaret de delicto vere con-
tra inculpatum, non video quare iudex ad
conuincendam malitiam malefactoris qui
negaret ad hoc, vt ibi donaret, quod immo
iudex ſcit omnia quare iudex peccaret ſi
hoc diceret reo, per ea que habentur in l.

cum hi. §. ſi cum lis. ff. de tranſa. cum ſi. vbi
58 malitijs hominum eſt obuiandum. † Sed po
namus ꝙ tortus negat, & in negatione per-
ſeuerat, an poterit iterum torqueri. Reſpon
detur, ꝙ in hoc, text. videntur contrarij. nã
l. repeti. in prin. ff. de quæſtio. dicit ſimplici
ter, quod quæſtio repeti poteſt, ſed l. vnius.
§. j. dicit quod ita demum repetitur, ſi eui-
dentioribus indicijs, reus opprimitur. Di-
cunt doc. ꝙ aut nulla ſunt indicia de nouo,
& quæſtio non poteſt repeti, aut ſunt indi-
cia de nouo euidentiora primis, & tunc po
teſt repeti, & ita concordant dicta iura, ſe-
cundum Iac. de Are. & Cy. in l. fi. C. de qõ.
& Ray. & Bar. in l. vnius. §. j. ff. eod. titu. Et
ibi dicit Bar. ꝙ licet iſta ſint vera de iure, ta
men de conſuetudine nõ ſeruatur, ſed quę-
ſtio repetitur toties quoties iudici videbi-
tur. Ipſe tamen aliter intelligit iſtam mate-
riam, dicendo, quod qñ apparent cõtra reũ
indicia leuia, & non multum manifeſta, nec
multum vrgentia, tunc quæſtio nõ debet re
peti, quandoque contra reũ apparent indi
cia manifeſta, & euidentia, & multum vrgẽ
tia, tunc ſi in prima tortura, reus nihil dixe-
rit, & ſtat durus, poterit iterum torqueri, vt
d. l. diuus. §. j. & d. l. repeti. Et quod dicitur
in d. §. euidentioribus argumentis, exponit
ideſt euidentioribus, q̃ ſint alia argumenta
leuia, quæ cõſueuerũt apparere cõtra reos,
ſed ſecũdum primã lec. de qua ſupra expo-
nitur euidentioribus argumentis, quã fue-
rint prima argumenta contra reum. ita dicit
ipſe ibi. ſecundũ tamen ſecundã expoſitio-
nẽ, dicit hanc materiam practicari. Aret. aũt
in ſuo tract. maleficiorũ, in glo. in verbo, fa
ma publica. col. xxij. ver. tertio quero. dicit
quod Bart. in l. vnius. §. j. ff. de quæſtio. dicit
59 † ꝙ ſi primo fuit ſufficienter tortus, nunq̃
tormentis poteſt repeti, niſi ſuperueniant
indicia de nouo, vt ibi probatur. quod not.
dicit ipſe Aret. contra aliquos crudeles iu-
dices, qui quotidie torquent, & tormẽta re-
petunt, & de nouo alia indicia non habent,
quoniam tenentur in ſyndicatu, quia nõ po
terant illum in tormentis repetere. & idem
dicit tenere Saly. in l. ij. in fin. C. de cu. re. &
dicit quod Dy. in ſuo tract. dicit quod aſſeſ-
ſores hoc non ſeruant, pro quorũ opi. ſaluã
da allegat in authen. vt iudi. ſine quo. ſuf. §.
oportet. ibi, iudices torquebunt fures &c.
do. autem Augu. de Ari. in dicto verſic. ter-
tio quero. in addi. dicit, ꝙ Bald. in l. milites.
. §. de quæſtio. dicit quod ſemel tortus, non
poteſt iterum torqueri, & ſi faceret hoc iu-
dex, quod repeteret, & tortus decederet,

Source : BIU Cujas

deberet acriter puniri domi. Catald.in ſuo ſyndicatu,in quæſtio. ccxx. dicit ꝙ leniter tortus,poteſt iterum torqueri quantũcunq; Bal.in l.obſeruare.C.quorũ app.non re. dicit,qđ ſemel tortus, ẽt inſufficienter, nõ poteſt torqueri ſine nouis indicijs,quam ſentẽtiam idem do.Augu.non credit eſſe veram, cum careat ratione,per doctrinam Bart. in d.l.vnius.& dicit,ꝙ ſibi placet doctrina Gãdi.in ſuo tract.maleficio.in rub.de quæſtio. & tor.in verſic.an quæſtio poſsit qui dicit
60 †quod licet aſſeſſores,qui ſunt auidi honoris,ſeruent,vt repetant quæſtionẽ, ſine nouis indicijs, tamen communis opin. doc. eſt,ꝙ ſine nouis indicijs nõ poteſt. Et idem affirmauit idem Gandi.in dicta rubri.colũ. j.licet ibi dicat,quod de conſuetudine,multi aſſeſſores hoc non obſeruent. Et Angel. in l.prima.§.ſi quis.ff.ad ſil. dicit, quod ſemel illata tortura caueant iudices, ne iterũ torqueant,& Bald. in c.j.§.furtum,de pace iu.fir.dicit,ſemel tortus,bis,& ter, & ſufficienter,ſi tamen perſeuerat negando,& ſuperueniant indicia de nouo, poteſt iterum torqueri.& idem dicit in l.prima.C.de confeſ.in vij.colum.quod ſemel tortus competenter,non poteſt iterum torqueri ſine nouis indicijs.& Bart.in l.vnius.§.j.de quæſt. dicit per illum text.quod poteſt repeti tortura,poſt publicationem proceſſus, quando ſunt indicia euidentiora primis, Mihi autem,in tanta variatione,videtur latius diſtinguendum,videlicet quod aut tortus ex primis indicijs fuit competenter tortus,aut
61 minus competenter,vel leuiter.†Primo caſu,aut noua ſuperuenerunt indicia & validiora primis,& repetitur quæſt. ſecundum omnes per text.in d.l.vnius.§.j. Aut æqualia primis,vel minora,& tunc,aut in prima tortura reus confeſſus eſt, & poſtea variauit,quia negauit,& tunc propter noua indicia,dummodo de iure valida, ad torturã quæſtio repetitur, quia principaliter ſecunda indicia non ſunt purgata,propter primã torturam,in qua corpus,animuſque nõ durauit,quia confeſſus fuit,licet poſt receſſum a tortura diffiteatur. & ita vno modo põt intelligi.l.repeti.ff.de quæſtio. Et hoc caſu forte etiam ſine nouis indicijs, poterit repeti tortura,quoniam ex illa prima confeſsione,etiam reuocata,videtur fieri nouum indicium,quæ ſufficiunt ad repetendum torturam,vt videtur velle Bal.in l. bonefidei. C.de iureiur.in iij.colũ.& vide quod dicetur infra in vj.q.videlicet de effectu torturæ,in ver.ſed ponamus, vbi de hoc late dicetur.Aut nihil confeſſus eſt in prima tortura,& tunc non repetatur,per d.l.diuus.§. j.niſi prima,& ſecunda indicia eſſent multũ vrgentia,& manifeſta,vt dixit Bart. in d.l.
62 vnius.§.j.†Si vero prima tortura fuerit leuis,& minus competenter facta, & tunc indiſtincte poſsit repeti.& ita etiam põt intelligi.d.§.j.ad quod etiã facit quod not. Bal. in l.ij.C.quorum app.nõ re. quod ſi aliquis fuit leuiter tortus,non habetur pro torto, ſicut leuis fabricula non dicitur febris. vt ff. de edi.edi.l.ob quę vitia.§.fi.Tormentũ.n. dicit̃ dolor corporis, & magna afflictio, vt not.Ioan.And.in nouella.in c. cum in contemplatione.de reg.iur.ſecundum eum. Et ſecundũ hanc diſtinctionem,intelligo quod dicit ibi Bald. quod ſi tormenta ſunt plene impoſita, non poſſunt repeti, niſi ex nouis indicijs. & quod idẽ dixit in l.j.C. de confeſ.vbi dixit,quod ſemel tortus competenter,non debet iterum torqueri,niſi ſuperuenerint noua indicia. Et hæc puto vera de iure,licet cõſuetudo obſeruet contrarium, & latrũculatores multum inſeuiant in torquendo repetendo pluries,& ita ſeruari vidi,& ita quandoꝗ ſeruaui,licet minus iuri-
8 derate, prout ſibi viſum fuerit. †Inſuper quero ponamus, quidam inculpatus de crimine, ſponte ingerit ſe torture, puta dicendo, ego non commiſi tale delictum & offero me velle ſtare torture, ponatis me in tortura, coſtui e vn pazzo, an poteſtas poſsit iuſte iſtum volentem ponere ad torturam, ſi alias de iure hoc ei non liceret, puta quia non præcedunt indicia. Reſpondeo quod non poteſt, quia liber homo non eſt dominus membrorum ſuorũ l. liber homo. ff. ad l. aquil. ſecundo quia poteſtas torquẽdi, eſt meri imperij, vt l. defenſores. C. de defenſo. ciui. & tenet Guil. de Cu. in l. imperium. ff. de iuriſdi. omn. iudic. ſed ea quæ ſunt meri imperij, non poſſunt pacto priuatorum concedi. C. de iuriſdi. omn. iudic. l. priuatorum.
9 †Tertio quia non poteſt quis committere alteri, quod ipſum percutiat, l. j. §. vſq; adeo. ff. de iniu. & hoc tenuit Barto. in l. pe. ff. de condi. ob cau. & in l. interdum. §. qui furẽ. & ibi glo. contrarium ſenſerit. ff. de fur. & licet glo. & Bart. loquantur quando cõmittat ſe ad torturam priuato, tamen ego idem dico, ſi committit ſe iudici, quoniam vt iudex, in caſu illo torquere non poteſt, quia habetur vt priuatus, quando quid facit extra terminos iuris l. prohibitum. C. de iure fiſci. cum ſi. Et propterea quando iudex, in caſu prædicto, torqueret aliquem volentẽ non excuſaretur a pœna per prædicta applicanda fiſco. ſed excuſaretur ab actione iniuriarum, & ab ipſius intereſſe, quoniam volenti nõ ſit iniuria l. j. §. adeo. & ibi Bar. ff. de iniur. & per Bar. in l. quamuis. in ſi. de in ius vocan. Ex his deciditur alia q. ſæpe occurrit nam aliquis inculpat aliquem de delicto, & quia non habet veras probationes neque indicia ſufficientia ad torturam, dicit domine poteſtas, ponatis me, & ipſum ad torturam, multi fatui, vt ita loquar, putãt hoc poſſe, & debere fieri per poteſtatẽ ſed per ſupra proxime dicta eſt contrarium in perſona volentis, ergo multofortius in perſona illius qui nollet.

## SVMMARIVM.

1 *Reum torquendum nemo debet ſubtrahere dum locus eſt torture.*
*Torture ſi locus ſit, detineri perſonaliter quis poterit.*
2 *Tortura facilius adhibetur in maleficijs occulte factis, quam in alijs.*
3 *Tortura pro crimine explorando facta, non reddit tortum infamen.*
*Præſumptio iuris & de iure dicitur indiciũ euidens.*
4 *Suſpitio vna præſumptionem non inducit ſed plures ſuſpitiones bene inducunt vnam præſumptionem.*
5 *Præſumptio illa cenſetur potior, quæ vero reperitur proximior.*
*Iudex in tortura procedere debent quamuis tortus aſſerat ſe nihil dicturum.*
7 *Innocens reputatur is contra quem indicia non reperiuntur.*
8 *Rei de crimine delati, & ſi non omnes nec omni caſu poſſint torqueri poſſunt tamen vultu iudicis terreri.*
9 *Queſtio in certis delictis datur ex ſolis indicijs.*

Quæſtio. viij. ſecundȩ partis.

Circa octauam partem princip. in qua pollicitus ſum colligere, & deſcribere

Source : BIU Cujas

deſcribere aliqua notanda communia, de
1 indicijs,& tortura. †Et primo not. quod quando eſt locus torture, non licet alicui ſubtrahere torquendum a tortura, nec facere quod veritas non poſsit apparere, vt l. quicunq;.C.de malefi.& mathe. quod facit contra celantem teſtē, ne teſtificetur in criminali ſecundū Bald. ibid. Secundo not. quod quando eſt locus torture quis poteſt cogi,& detineri perſonaliter, vt in c.ſi clericos.de ſen. excom.lib.vj. facit quod not. Inno.in cap.vt fame.& c.quia contingit.de ſen.excom.& Bal.in l.nemo.C.de epiſ. au
2 dien.iuxta fi. †Tertio not.ꝙ tortura facilius adhibetur in clandeſtinis, & nocturnis maleficijs, quam in alijs dicta l.nemo.& ibi Bald.vel in crimine falſi l. ſicuti.C. de fal. & in crimine proditionis,& ſic in crimine læſæ maieſta.l.fallaciter.C. de aboli. & in crimine adulterij,& ſimilibus, vt ff.qui & a quib.l.proſpexit.facit.ff.de fur.l.interdum. §.qui furē. & l.pen.ff.de condi. ob cau. & ideo in maleficijs de nocte cōmiſsis, nō requiritur arguta probatio, arg.not.in c. in fidei fauore.de hæreti.lib.vj.& l. ſi cum exceptione.§.hæc autem actio.ff.quod met. cau.& facit.C.de inſti.codi.emēd. circa medium. & l. prima.§.tria.ff.de ven. inſpi. &
3 vide omnino infra in ver.ſi. †Quarto no. quod tortura, quæ fit ad crimen explorandum, non infamat, ſiue quis torqueatur vt teſtis, ſiue vt principalis.l.nullam.iuncta gl. C.de infami. Quinto not. quod indicium in criminalibus, ponitur pro quodā ſigno maleficij, ſed in ciuilibus ponitur pro veritate rei, vt l.ſi.C.de fal.her. Sexto no.prę ſumptionem iuris de iure appellari indiciū euidens l. ſi qui.C. de adul. Septimo not. differentiam inter præſumptionem, & ſuſpitionem, quia ſuſpicio ſtans in ſuis finibus nunꝗ eſt cauſa condemnationis, ſed præſumptio ſic, ſecundum glo.& Bal. in l. quā
4 uis.C.de adul. †Octauo not.qđ ex multis ſuſpitionibus inducitur vna p̄ſumptio, ſed vna ſuſpitio, non inducit præſumptionem.facit quod not.glo. in l.ij.§.ętas.ff. de excuſa.tuto. Bald.in authenti.ſi quis.C. de adulte. Nono not.quod illud, quod dicitur, ſemel malus ſemper præſumitur malus.intelligitur in eodē genere mali,& non in diuerſo, vt ſi tractatur de homicidio, & aliquis ſit homicida, præſumatur contra ipſum, ſed ſi eſſet adulter, nō præſumatur homicida & his ſi.l.omnes.§.a barbaris.ff. de re mili.& per Bald.in l.fin.ff.de hære. inſti.

Decimo not, quod differentia eſt inter ſuſpitionem,& præſumptionem, indicium,& argumentum,& adminiculum, vt not.Bal. in l.ea quidem.C.de accu.ſ. & ij.columna.
5 †Vndecimo not.quod inter pręſumptiones illa eſt potior, quæ vero videtur proximior, vt l. ſi filium diffinimus.ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Item quod poſterior præſumptio tollit priorem.ff. de in integ.reſtitu.l.diuus.pares vero præſumptiones inuicem ſe confundunt, quia nulla victoria fit a pari.ff.de ritu nup.l. non ſolum. .§.vno argu.ff.de fideiuſ.l.generaliter.ver. ſua.& de excu.tuto.l.ſed & milites. in principi.vnde pariter operantur, & non præponderat altera alteri, ſed remanet factum ſimplex, ab omni ſuſpitione abſtractum. ſi vero eſſent plures præſumptiones pro vna, quam alia parte.tunc plures rationes vincunt vnam, ſi quælibet per ſe, eſt ita bona, ſicut illa vna quæ eſt in contrarium, argu. in authen. de conſangui. & vteri.fra.§. primo. Item præſumptio violenta, tollit non violentam.de præſumptio.cap.literas.
6 †Duodecimo not.quod licet exiſtens in tormento, dicat iudici ſe nunquā dicturum aliquid, tamen iudex debet procedere in tortura, alias facile eſſet vnicuique, vitare tormenta quorum dolore forte mutabit ſermonem, ſecundum Pau.de Leaza. in c. grauis.de depoſito. Decimotertio not.quod ſicut poteſt torqueri accuſator, ita poteſt torqueri inſtigator & conſultor.l. ſi quis.C.ad legem iul. maieſta. Decimoquarto nota. quod accuſator non excuſatur a calumnia, propter quælibet indicia, ſed ſolum propter indicia manifeſta.ita dicit Bald. in dicta l.ſi quis. Decimoquinto not.quod vbi tortura eſt prohibita non habet locum tortura, etiam ſi præcedunt indicia, dicit Bal. ſumendo argu.a contrario ſenſu in l. mili-
7 tes.C.de quæſti. †Decimoſexto no.ꝙ lex habet quemlibet pro innocente, contra quē non præcedunt indicia, ſecundum gloſſ. & Bald. in l. penulti.C. eod. Decimoſeptimo not. quod licet ex forma,l. vel ſtatuti, debeat ſtari indicijs, quantum ad plenam probationem, tamen ſemper neceſſe eſt, quod tale indicium probetur per duos teſtes.ita dicit Angel. in authen. de teſti. imperfe.in fin.in prin.colum.viij. vbi ex glo. poſita quæ incipit, valet.nam lex.C. dicit ſtari teſtamento paterno, quibuſcunque indicijs probetur, tamen iſta gloſſ.& illa dicunt quod iſta indicia debent probari per duos teſtes. Et ideo ſi ſtatutum dicit quod in maleficijs nocturnis, pro plena proba,



Source : BIU Cujas

tione habeatur indicium, quod licet vnus teſtis deponat de veritate, & ſic faciat indicium vt l.in bonefidei.C.de iureiuran.& ff. de teſti.l.cum probatio.& ff.de excu. tuto. l.ij.§.etas.tñ ex iſto indicio nõ poteſt ſequi condemnatio, quia non eſt probatum tale indicium per duos teſtes.& ſi tu dicis, quid operetur ſtatutum, nam ſi duo teſtes probarent de veritate, ſine dubio deberet ſequi condemnatio,ſed dic quod multum operatur,nam ſi duo erunt teſtes, qui deponant ſuper aliquo adminiculo indicium faciente,certe ex tali indicio probato per duos teſtes,ſequitur condemnatio licet nihil depoſuerint ſuper veritate, per iſtam glo. vt dicit ibi Ang.Mihi durũ videtur,ꝙ plus probent indicia remota,ꝗ̃ propinqua, quę fiũt per vnum teſtẽ de veritate per ea quæ not.
8 Bar.in l.fin.ff. de quæſtio.†Decimooctauo not. ꝙ licet non omnes, nec omni caſu liceat torquere, tamen poſſunt terreri, quia vultus iudicis, in talibus debet apparere terribilis,vt in authen. de manda.princi.§. talem vero. ſecundum Bald. in l.ij.C. quo. ap. non reci. Decimonono not. ꝙ ſi aliquis probauit indicia, propter quæ ventũ eſt ad torturam, non meretur premium, ꝙ datur probanti maleficium quia iſta probatio potius eſt facta officio iudicis inquirentis,quam per ipſum delatorem, dixit Bald, in l.j.in fi.C.pro qui,cau.ſerui. pro premi.
9 li.ac. †Vigeſimo not.quod in certis delictis,conſilijs,& tractatibus.propter difficultatem probationis, peruenitur ad torturã, & quandoꝗ ad condemnationem, ex ſolis indicijs.ſi ſunt ita certa, ꝙ vix negari poſſint.C. de qõ.l.milites.§.oportet. & de excuſa.tuto.l.ij.per Dy.ita dicit Bal. in l. quicunque.C.de ſeruis fug.& vide omnino de hoc ſupra in hac parte.in ver.iij.not.

## SVMMARIVM.

1 *Iudex cui relatum eſt aliquod delictum eſſe commiſſum,ſtatim ad illud vidẽdum mittere debet.*

2 *Miles ſeu alius miſſus per iudicem ſeu poteſtatem ad videndum exceſſum quid facere debeat.*

3 *Poteſtas informationes ab offenſo vel ſindico debet habere de delicto, & vicinorum nomina & teſtium, ſcripta tenere debet.*

4 *Indicia leuia & leuiora quam ad torquendum ſufficiunt ad inquiſitionem formandam.*

5 *Iudex ad capturam perſonalem procedere non debet niſi prohibita informatione & formata inquiſitione.*

6 *Captura perſonalis quibus concurrentibus fieri poßit.*

7 *Iudex delatum de crimine habens pro manibus,qualiter eum verbo abſque tortura interrogare debeat.*

8 *Reus delatus corporaliter puniendus, debet in carceribus publicis detineri,ſed ſi pecuniariter,idoneo præſtito fideiuſſore poterit relaxari.*

9 *Iudex examinatis teſtibus eorum dicta & proceſſum parte citata publicare debet.*

10 *Iudex indicijs purgatis,interlocutorie debet pronuntiare non eſſe deueniendum ad torturam.*

11 *Iudex neminem debet quæſtioni ſubijcere ſi veritatem aliunde poßit percipere.*

12 *Condemnatio in criminalibus nonnunquam ex probationibus præſumptiuis ſequitur nedum ex veris.*

13 *Iudex ad torturam moderate & temperate debet procedere.*

14 *Iudex confeſſo in tortura non debet ſtatim credere,quinimmo ipſum facere debet perſeuerare & ratificare.*

15 *Iudex aliquem indebite torquens, in ſindicatu tenetur ad pœnam fiſco applicandam.*

16 *Arbitrium torquendi collatum alicui, quod hoc legitimis præcedentibus indicijs fiat debet intelligi.*

### Quæſtio.ix.ſecunde partis.

# Circa nonam et ultimam

partem principalẽ in qua deſcribetur, quo ordine.& modo iudex ſe habere debeat in cognitione maleficiorum colligendo quaſi omnia compendio,quæ in hoc tractatu con
1 tinẽtur & aliqua addendo, dico† ꝙ iudex quã primum ad eius notitiam peruenerit, delictum eſſe commiſſum,mittat ad viden-

dum dictum delictum, vt ſibi de eo conſtet, quia antequam conſtet de delicto, nihil poteſt fieri, vt dictum fuit ſupra in iiij. quæſt. prin. torture. in verſi. item not. ꝙ antequam & de hoc faciat ad cautelã apparere in baſtardello, hoc modo videlicet, die tali &c. ſupradictus dominus poteſtas cum ad ſuam ſueq́ꝫ curie notitiam peruenerit ꝙ fuit commiſſum tale maleficium, in tali loco, contra talem &c. & intendat ſuper eo procedere, ex ſuo ſueq́ꝫ curie officio, per inquiſitionẽ. Ideo commiſit tali ſocio militi ſuo, ꝙ vadat & ſe perſonaliter conferat ad talem locũ prædictum, & diligenter ſe informet, etiam per oculorum inſpectionem, de dicto male-
2 ficio &c. † Qui miles debet accedere, & videre perſonam offenſi, & vulnera ſeu percuſsiones, & ſi eſt furtum vel aliud delictũ debet cõſiderare, & inſpicere vnde fur intrauit, & quomodo fuit fractum oſtium & ſi apparẽt veſtigia, puta, tempore niuis, vel luti, & ceni debet accipere menſuram dictorum veſtigiorum, *vt alias fieri vidi*, & omnia debet referre poteſtati quæ relatio ſimiliter ponatur in baſtardello hoc modo, dicta die, ſupradictus miles ſocius, iens & rediens, *retulit* ſupradicto domino poteſtati, & mihi notario iuiſſe ad dictum locum, & diligenter omnia vidiſſe, & intellexiſſe, & exploraſſe, & inuenit hoc &c. vt qualiter talis erat vulneratus, in tali & tali loco &c. & ponatur quicquid vidit & audiuit. & laudo ꝙ ſi eſſet delictum alicuius importantie, videlicet furtum magne quantitatis, quod poteſtas ipſe poſtea accedat ad videndum locum, & ita quãdoque feci, &
3 ab alijs obſeruari vidi. † deinde curet dictus poteſtas habere informationẽ de delicto, ab offenſo, vel a ſindico, & ſcribat nomina vicinorum, & domeſticorum, atque ſuſpectorum, & teſtium. ſi qui ſunt, qui aliquid viderint vel audierint, aut aliter ſciuerint. & poſtea in eodem baſtardello, deſcribat inquiſitionem ſpecialem, quo ad dictũ maleficium, & generalem, quo ad perſonas, quando non habet certitudinem de perſona delinquente, hoc modo videlicet, hæc eſt quædam inquiſitio quæ fit & fieri intẽditur per ſupradictum dominum poteſtatem, contra omnes, & ſingulos homines, & perſonas quæ de anno præſenti. M.cccc.xciij. & mẽſe Octobri, dicti in tali loco &c. commiſiſſe tale delictum, videlicet vulneraſſe talem &c. de qua inquiſitione & habetur per Ang. in l. ſi vacantia. C. de reb. vac. lib. x. & per Are. in tracta. malefi. in prima gloſ. circa princi. de qua habetur in l. iiij. §. mandatis. ff. ad l. iul. pecul. & ſuper iſta inquiſitione examinet omnes teſtes ſupradictos, & eorum dicta, & atteſtationes ſimiliter deſcribat in baſtardello, poſt dictam inquiſitionem, nec ad hæc requiritur citatio alicuius, & ſi ex dicto ipſorum teſtium habet aliqua indicia, etiam leuia contra aliquẽ, tunc deueniat ad inquiſitionem ſpecialem, contra illum ſuper illo delicto, de qua inquiſitione habes formam per Areti. in d. tract. in princi. & per Papienſem in ſua practica, in forma inquiſitionis, & dicta inquiſitio non deſcribatur in baſtardello, ſed in
4 lib. malefi. † Et aduerte, quod ad formandã inquiſitionem, ſufficiunt indicia leuia, & leuiora, quam ad torquendum vt puta diffamatio de tali delicto vt habetur in c. qualiter, & quando el ij. de accu. & per Are. in d. tract. in glo. in verbo, famæ publica. in prin. vbi etiam dicit quod bonum eſt, quod iudex faciat apparere in baſtardello, poſt examinationem prædictam. & prædicta facta fuerunt ad banchum iuris, iudice pro tribunali ſedente. vbi etiam habetur quod ſine iſtis indicijs, inquiſitio eſt nulla, ſi eſt oppoſitum niſi in certis caſibus ibi enumeratis. Item eſt ſciendum quod cum iſtis indicijs poterit iudex deuenire ad capturã inquiſiti vel inquirendi, vt dicit Bal. in l. & ſi certus. ff. ad ſille. & Salyc. in l. nullus. C. de exhi. re. per illum tex. dicit ꝙ iudex in maleficijs ſtatim poteſt deuenire ad capturam inculpati habita aliquali informatione de maleficio, & malefactore. Sed idem Saly. in
5 l. fina. C. de quæſtio. † vult quod antequam in criminalibus iudex deueniat ad capturã debet eſſe præhabita informatio, & formata inquiſitio, quod ego intelligo de ſupra dicta generali inquiſitione, generali, quo ad perſonas, & ſpeciali quo ad delictũ, de qua ſupra dictum fuit. & eodem modo intelligo ꝙ dicit Bald. in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudex. vbi vult ꝙ in criminali, poteſt incipi a captura. & alleg. c. ſi clericus. de ſen. excom. in vj. etiam nõ precedentibus indicijs, quia non intelligo de indicijs, quæ ſunt talia qualia ſufficiant ad inquiſitionem. Sed aliqui moderni in l. j. C. de execu. rei iudi. dicunt quod tunc demũ poteſt incipi a captura, in criminalibus qñ delinquens reperitur in crimine vel timetur de fuga, & non aliter, vt habetur in authen. vt nulli iudi. §. ſi quis vero comprehenſorum. colum. ix. & in l. ait prætor. §. fi. ff. de his quæ in frau. credi. Ego autem ſic



Source : BIU Cujas

6 diſtinguerem.† Aut eſt delictum de quo venit imponenda pœna corporalis, vel corporis afflictiua, & tunc poteſt deueniri ad capturam præcedentibus tamen aliquibus indicijs de quibus fuit ſupradictum, ne inquiſitio eſſet fruſtratoria quantum ad excuſationem, & ita loquitur Bald. in dicta l. ſi certum. & in d.l. conſentaneum, & Salyce. in dicta l. nullus. Aut eſt delictũ de quo venit imponenda pœna pecuniaria, & tunc non præcedentibus aliquibus indicijs ſaltem leuibus, & quæ ſufficiant ad inquiſitionem, non poterit deueniri ad capturam, per ſupradicta. Aut præcedunt aliqua indicia, & tunc poteſt deueniri ad capturam, ſolum in duobus caſibus videlicet quando eſt repertus in flagranti crimine, per tex. in dicto §. ſi quis vero comprehenſorum. & quando timetur de fuga. per dicto. §. fina. l. ait prætor. ſicut ibi dicitur in ciuili de ſuſpecto de fuga, vt poſsit capi, in qua tamen captura requiritur aliqualis cauſe cognitio ſcilicet vt conſtet de debito, & ſuſpectione de fuga, vt etiam habetur per Ang. in l. ne-

7 mo carcerem. C. de exacto. tri. lib. x.† Item tũc cum iudex habet inculpatum de crimine præ manibus & in ſua poteſtate, debet ipſum interrogare, & examinare verbo ſine tortura, & faciat ſcribere dictum ſuum per notarium in baſtardello, hoc modo videlicet a tali die menſe Octobri, Anto. cole. detentus per curiam, occaſione talis maleficij, vt dicitur, per eum commiſsi, & perpetrati, interrogatus, & examinatus per ſupradictum domi. poteſtatem, dixit hoc videlicet &c. & hoc faciat pluries, diuerſis horis, & temporibus, & ſemper faciat ſcribere eius dictum, & videat iudex an loquatur pauide & trepide, & de hoc etiam faciat apparere in baſtardello, vbi notarius debet hoc ſcribere de mandato iudicis. ſecundum Bar. in d.l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtio. nam ſi iudex, ex dictis eius viderit aliquam variationem vel trepidationem & pauorem, & vultus pallorem, quod relinquitur iudicis arbitrio, fiet indicium ad torturam, & de hoc vide plene dictum ſupra de indicijs. in iij. quæſtio. princi. in verſic. alia quædam indicia in vj. carta. Facta dicta inquiſitione ſpeciali & deſcripta in lib. malefi. mittat iudex copiam ad cameram, vbi ex forma ſtatutorum hoc fieri debet. Et deinde faciat inquiſitum citari cum tenore inquiſitionis, ꝑut habetur per Areti. in dicto tract. maleficiorum. in glo. in verbo, ſupradictus do. iudex ſupraſedens &c.

8 † Et ſi comparuerit, & confeſſus fuerit, vel ſi erat detentus reſpondendo ſimiliter confeſſus fuerit, & tunc aut venit ex delicto imponenda pœna corporalis, vel corporis afflictiua, & tunc debet ipſum mittere ad carceres publicos, vt ibi detineatur. Aut venit imponenda pœna pecuniaria, tunc dato idoneo fideiuſſore de ſoluendo omnem pœnam, debebit relaxari, vt not. per Bartol. in l. prima. ff. de cuſto. reo. & ſi pœna erat conditionalis, quid iudex debet facere, vel inquiſitus. vide per Areti. in dicto tractatu, in gloſ. in verbo, pro quibus Anto. fideiuſsit. Aut citatus non comparuit, & tunc debet poni in banno, pro quo pœna ad quam venit condemnandus, ſecundum formam ſtatutorum quæ communiter ſunt in Italia. Et ſi in termino, in dicto banno aſsignato, non comparuerit, tunc habebitur pro confeſſo, & condemnari poterit, ſecundum formam ſtatutorum prædictorum. Si autem comparuerit, & confeſſus fuerit, tũc iudex faciat, vt ſuperius dictum. Si autem negauerit, & pœna eſt corporalis, vel corporis afflictiua, & tunc ipſum retineat in carceribus, vt ſuperius ſimiliter dictum eſt. Si autem eſt pecuniaria vel conditionalis, ex ſupradictis ſimiliter inſtruitur iudex, quid habeat facere circa detentionem vel relaxationem. Et tunc cum negauerit debet iudex iterum teſtes examinare, in forma valida, citata parte ad videndum iurare teſtes, quorum dicta debet ponere ſimiliter in libro maleficiorum. Et huius tempore potuerunt teſtes torqueri, maxime vicini, & domeſtici qui præſumũtur ſcire facta in vicinia, & in domo. De hoc tamen, an & quãdo teſtes torqueri valeant, vide ſupra in iiij. quæſtio princip. in verſicu. ſecundum autem. & in verſic. ſerui autem. Et an debeant præcedere aliqua indicia, & quæ, vt teſtes torqueri valeant vide ibidem. in d. iiij. quæſtio. princi. poſt princip. in verſic. quod autem dictum eſt. Et an de indicijs, quæ habetur contra teſtes, debet dari copia, vide ibidem in verſi. ſed tũc quero. Et ſi teſtis in tortura dixit vnũ, & extra torturã aliud, cui dicto debeat ſtari, vide ibidem, in verſicu. item notandum.

9 † Demum examinatis teſtibus, iudex eorum dicta, & proceſſum publice, & parte citata. Et hoc facto, ſi viderit iudex ex dicto teſtium, vel aliunde, habere indicia ſufficiẽtia ad torturam, quæ qualia eſſe debẽt, vide ſupra de indicijs. in iij. quæſtio. princip. tunc citet inquiſitum ad torturam, de cuius

Source : BIU Cujas

citationis forma vide ſupra de tortura, in v.quæſtio.princi.verſi.quinto iudex aduertere debet,quod antequam.Et an de neceſſitate requiratur dicta publicatio teſtiũ, dixi ſupra in dicta v.quæſtio.princi.in verſi. inſuper quomodo iudex formauit.Et ſi dicto termino citationis prædicto non comparuerit,ponatur iterum in banno.& eo nõ comparente in termino banni habebitur pro confeſſo & conuicto & poterit cõdemnari ſecundum Bartol.in l.penul.ff.de quęſtio.& fuit dictum in d.ver.inſuper quomodo iudex.Si autem comparuerit, & petierit copiam indiciorũ.tunc iudex debet dare copiam cum termino ad opponendum & reprobandum indicia, in quo termino poterunt reprobari teſtes, tam circa dicta, quam circa perſonas,& per conſequẽs pur
10 gari indicia. †Et ſi ex hoc erunt purgata indicia non erit deueniẽdum ad torturam. Et ſuper hoc iudex debebit pronuntiare, non eſſe deueniendum ad torturam, a qua pronuntia non licebit appellare, ab eo cuius intereſſet de iure ciuili, cum ſit interlocutio,quę reparari poteſt in diffinitiua.Sed ſi non erunt purgata indicia, debebit pronuntiare eſſe deueniendum ad torturam, a qua pronuntia poterit appellari, etiam de iure ciuili,cum contineat grauamen irreparabile. Et ſtatim facta appellatione, erunt ligate manus iudici, abſque alia inhibitione,vt hæc omnia vide ſupra, in tortura. in quinta quæſtione princi. in verſicu. quinto iudex debet aduertere. Si autem non fuit petita copia indiciorum, vel ſi petita fuit ſed non fuit oppoſitum,& tunc ex quo non fuit ſuper ipſis diſcuſſum, non debebit, vt reor,tunc pronuntiari, vt l. de qua re.ff. de iud.arg.a contrario ſenſu. Et eo caſu poterit deueniri ad torturam, & ſimiliter quando pronuntia,deueniendo ad torturam, trãſiſſet in rem iudicatam, vt quia ab ea non fuit appellatum, vel quia appellans ſuccubuerit in cauſa appellationis. Et his omnibus peractis poterit ad torturam deueniri, & non aliter, nec alio modo, niſi in certis caſibus ſpecialibus.in quibus ſine iudicijs, & ẽt ſine alijs ſupradictis poterit deueniri ad torturã,de quibus vide ſupra v.q.prin-
11 cip.poſt princip.†Sed antequam iudex ad ipſam torturam deueniat debet aduertere, quod ad ipſam non deueniat,qñ alias veritas haberi poteſt,vt fuit dictũ ſupra, in d.q. princi.in verſi.ſexto iudex conſiderare debet. Et debet hoc facere apparere in actis, quod non poſſendo aliter veritatem habere,deuenit ad torturam, vt ibidem fuit dictum & erit melius,iudicio meo,ſi hoc inſeratur in pronuntia, qua pronuntiatur deueniendum eſſe ad torturam, hoc modo videlicet die.xxij.Octobris.Mccccxciij. ſupradictus d.poteſtas,viſa ſupradicta inquiſitione & reſponſione, cum negatione dicti inquiſiti, viſis ſupradictis teſtibus, & eorum dictis,& atteſtationibus,& exceptionibus, & oppoſitionibus &c.& viſo qđ aliter veritas haberi non poteſt de dicto maleficio, pronuntiauit, & declarauit deueniendum eſſe ad torturam contra dictum inquiſi-
12 tum.&c.†Item debet aduertere,quod non ſolum ex veris probationibus, ſed & præſumptiuis,poteſt quandoq; ad condemnationem deueniri in criminalibus, quod qñ ſit,vide ſupra,de indicijs in iiij.q.princi.Itẽ debet aduertere iudex, an ſint tales perſone,quæ torqueri valent,quoniam ſunt multe quæ non poſſunt torqueri,de quibus fuit dictum ſupra de tortura,in iiij.q.prin. Item debet aduertere,an ſit talis cauſa,in qua ad torturam deueniri valeat, quia non in omni cauſa,etiam criminali fieri poteſt vt fuit dictum ſupra de tortura in iij.q.prin.per totum Itẽ,ſi erunt perſone,quæ torqueri poſſint, & cauſa in qua hoc fieri liceat, debet aduertere,ſi ſunt pro eodem delicto plures torquẽdi, a quo incipiat de quo fuit dictum ſupra de tortura.in v.q.prin.in verſi.an aũt
13 iudex debet aduertere. †Item multum aduertat,quod ad torturam moderate,& temperate,non inefrenate deueniat,quod quomodo intelligatur, fuit dictum in d.v.q. in verſi. vij.aduertat iudex. Et inter alia debet aduertere,ne procedat eodem modo in torquendo in paruo ſicut in magno delicto, vt fuit dictum in dicta v. quæſtio.princi.in verſicu.nunc cum fecerimus. Et quid ſi tortus moritur in tortura,vide in ver.ſed cum dictum ſit. & quomodo probetur aliquem eſſe tortum,vide ibidem in verſicu. ſubnectamus.Item debet aduertere iudex, vt nõ repetat torturam ſine nouis indicijs, quod quomodo intelligatur, vide ſupra ibidem, in verſicu.ſed ponamus quod tortus. Item debet aduertere in examinando & interrogando torquendum quomodo debet facere,vide ibidem, in verſicu. videamus modo. Et an poſsit torquendum & tortum interrogare de alijs delictis,de quibus non agitur,de quo fuit dictum ibidem, in verſi. quid autem ſi quis fuit poſitus. Item quid habeat facere iudex ſi tortus non vult confiteri,& quomodo & cũ qua cautela debet



Source : BIU Cujas

ipſum relaxare vide ibidem, in dicta v. quæſtio, princip. in verſicu. ſed ponamus quod
14 quis. † Item ſi reus fuit confeſſus in tortura debet aduertere iudex vt non credat illi confeſsioni, ſed debet facere ipſum perſeuerare, & ratificare de quo fuit dictum ſupra, de tortura, in vj. quæſtio, princip. & in verſicu. & ideo. Et quomodo, intra quantũ ſpatiũ & tortura & in quo loco debeat fieri iſta ratificatio vide ibidem in verſicu. ſed quero quomodo. & ver. ſe. Et ſi cõfeſſus in tortura non vult ratificare, quid habeat iudex facere. Vide ibidem in verſicu. ſed ponamus quod tortus. Item ſi fuit ſponte confeſſus ſine tortura, vel coacte cum tortura, an ex ſola confeſsione, ſine alijs probationibus, poſsit deueniri ad condemnationẽ. Et quid ſi confeſsione, ſine alijs probationibus, poſsit deueniri ad cõdemnationem. Et quid ſi confeſsio, etiam de delictis alijs forte alibi commiſis, quid debeat iudex facere in verificando dicta delicta, & an illis non verificatis, poſsit deuenire ad condemnationem ex ſola confeſsione vide optime in d. vj. quæſtio, princi. in verſi. & quia ſupra facta eſt mentio. & an ſufficiat vnica tantum confeſsio in criminalibus, etiã ſponte facta, vide ibidem, in verſi. rurſus quero. Item ſi tortus confiteatur per torturam, ſi poſtea in illa perſeuerat & illam ratificat ad banchum, an tunc iudex vel notarius poſsint ſcribere, quod ſponte fuit confeſſus. Et an & quando hoc faciendo incidant in falſum, vide ibidem, in ver. ſed ponamus quod quis. Item an in criminalibus poſsit deueniri ad condemnationem ſine proceſſu, vel ad executionem ſine proceſſu & cõdemnationem ex confeſsione, vide ibidem
15 in verſicu. fin. † Item aduertat iudex, ne aliquem indebite torqueat, quia in ſindicatu teneretur ad pœnam fiſco applicandam, & parti actione, iniuriarum, & ad damna & intereſſe, vide ſupra in pen. parte princi. in prin. Et an ſi torſit, licet alias indebite, ſi fecit ob bonum publicum, forte propter ſedandum tumultum, vt alios terreret, an excuſabitur, vide ibidem, in verſic. ſed quid ſi propter. Et an ex iniuſta tortura teneãtur alij officiales vltra poteſtatem, vide ibidẽ, in ver. ſed ponamus vbi etiam ponitur cautela, qua tunc debeant, vti officiales in ſin-
16 dicatu. † Itẽ aduertat iudex cui datum eſt arbitrium torquẽdi quia intelligitur, quod hoc faciat præcedentibus legitimis indicijs, vide ibi in ver. aduerte. Et ſi arbitrium ſit ꝙ poſsit etiam ſine indicijs, intelligitur tamẽ moderate, & arbitrio boni viri vt ibidem, in verſi. quid ſi eſt datum. Vltimo aduertat iudex ꝙ iniuſte non poteſt torquere etiam volentem ſe torqueri.

EXPLICIT VTILISSIMVS TRACTATVS de Indicijs & Tortura, Excellentiſsimi do. Franciſci Bruni, Iuris vtriuſque docto.

Source : BIU Cujas

# TRACTATVS DE INDICIIS, HOMICIDII EX PROPOSITO COMMISSI, ET DE alijs indicijs homicidij, & furti, ad legem finalem. ff. de quæſtionibus Marci Antonij Blanci Patauini.

## INDICIA HOMICIDII PRÆMEDITATI.




*Præparationes, & ordinationes nu.* 67
*Tranſitus non ſolitus.* 70
*Frequentatio vie.* 72
*Armorum delatio in non ſolito.* 78
*Armorum genus.* 83
*Aſportatio bonorum.* 85
*Alienatio bonorum.* 86
*Inimicitia.* 89
*Reconciliatio.* 161
*Conuerſatio cum inimicis occiſi.* 163
*Iuuans inimicum meum.* 171
*Propinquitas iniuriati.* 172
*Inimicitia quando ignoratur occiſor.* 175
*Mine.* 179
*Iactatio.* 184
*Modus percutiendi.* 188
*Proditio.* 191
*Multitudo vulnerum & magnitudo.* 195
*Tempus.* 198
*Locus.* 200
*Aſſociatio, vel auxilium præſtitum.* 201
*Receptatio.* 202
*Confeſsio.* 203
*Literarum acceptatio.* 223
*Tractatus.* 225
*Secreta conuentio, & locutio habita inter plures.* 232
*Rixa ſecunda vice parum poſt primam.* 233
*Aggreſsio.* 234
*Aſsiſtentia.* 236
*Ducens verbis aliquem ſciens malefactores ibi eſſe.* 238
*Vita hominis.* 241
*Conuerſatio malorum.* 253
*Qualitas perſone.* 255
*A communiter accidentibus.* 257
*Trepidatio,* 259
*Mendacium.* 265
*Non reſpondens interrogationi.* 271
*Taciturnitas.* 274
*Solicitans.* 275
*Fuga.* 277
*Fuga officialis.* 288
*Fugatus cum clamore.* 289
*Fugiens cum gladio euaginato.* 292
*Contumatia.* 293
*Prohibens, ne quis capiatur.* 294
*Prope mortuum cum cultello.* 295
*Gladium ſanguinolentum habens.* 297
*Mortuus prope domũ alicuius inuentus.* 298
*Mortuus in domo.* 299
*Inuentus in loco delicti.* 300
*Viſus admenare gladium.* 302



Source : BIU Cujas

*Prohibere potens, ſi non prohibuit.* 303
*Pax, ſeu tranſactio.* 306
*Petitio veniæ.* 308
*Negligens in puniendo.* 310
*Fama.* 311
*Teſtis de viſu.* 316
*Teſtis examinatus ſine iuramento.* 327
*Teſtis an citetur reus ad videndũ iurare.* 329
*Teſtis lite conteſtata.* 330
*Teſtis poſt terminum examinatus.* 339
*Teſtis, qui non debuit examinari.* 344
*Teſtis minor annis. xiiij.* 346
*Teſtis minor annis. xx.* 349
*Teſtis mulier.* 350
*Teſtis infamis.* 352
*Teſtis qui cogi non poteſt ad deponendum.* 355
*Teſtis domeſticus producentis.* 361
*Teſtes plures ſingulares.* 366
*Socij dictum.* 370
*Mortui depoſitio.* 390
*Denunciatio decani ſeu centenarij.* 396
*Incantationes, ſeu diuinationes.* 397
*Iudex ſi vidit.* 403
*Nomen malum.* 405
*Phyſionomia mala.* 406
*Signum.* 407

FVRTI INDICIA. 409

*Solitus furari.* 410
*Vicinus domus furatæ.* 412
*Res furtiua reperta pœnes aliquem.* 416
*Viſus exire domum.* 418
*Viſus exire tempus noctis.* 419
*Expendens multam pecuniam de ſtampata furata.* 420
*Expendens pecuniã, cum ante eſſet pauper.* 421
*Commodum habens ex re furata.* 422
*Fuga famuli.* 423
*Culpa cuſtodis.* 425
*Forma pedis.* 426
*Res alicuius relicta in loco furti.* 427
*Schala ante feneſtram.* 428

## SVMMARIVM.

1 Sine accuſatore de iure contra reum non proceditur.
2 Quæſtio ad inſtantiã partis habere debet.
3 Officium iudicis nõ impartitur niſi petẽti.
4 In inquiſitione frequenter ad inueſtigationem partis proceditur.
5 Per inquiſitionem hodie in quocunq; caſu ex conſuetudine proceditur.
6 Iudex ex aliquali informatione procedere poteſt ad capturam, non ad qõnem.
7 Iudex ex indicijs vrgẽtibus procedere poteſt ad quæſtionem.
8 Iudex an antequam ei conſtet de crimine, malefactorem, ne fugiat, capere poſsit.
9 Sentẽtia interlocutoria, ꝙ ad torturã procedatur, appellationem recipiat.
10 Leuia, & grauia indicia q̃liter cognoſcat.
11 Iudex ex indicijs vrgentibus ſemel procedere poteſt ad torturam.
12 Iudex ex indicijs multum vrgentibus poteſt repetere quæſtionem.
13 Iudex ex indicijs multum vrgẽtibus quoties, quæſtionem repetere poſsit.
14 Iudex cum moderamine debet procedere ad torturam.
15 De delicto iudici cõſtare debet antequam ad inquiſitionem procedat.
16 Iudex ſtare non debet confitenti ſe hominem occidiſſe, ſi de corpore non conſtat.
17 Aſſaſsini (ſi fateantur hominem occidiſſe) nec de homine conſtet, an ex illa confeſſione puniendi ſint.
18 Iudex quomodo, & quãdo procedere poſſit ad inquiſitionem ex confeſsione rei ſi de corpore non conſtet.
19 Iudex viſo cadauere, vt ad inquiſitionem procedat, quid agere debet.
20 Practica iudicum cadauera inſpicientium, & vulnera deſcribentium.
21 Teſtes examinati in inquiſitione generali, vt reo noceant, iterum examinari debẽt reo citato.
22 Rei citatio non requirit̃ ſuper ſpãli inquiſitione, & accuſatiõe, ſi teſtes examinent̃.
23 Teſtes in inquiſitione ſpeciali quare iterũ examinari debeant.
24 Reus petere debet copiam indiciorum.
25 Iudex antequam ad quæſtionẽ procedat, tenetur dare reo copiam indiciorum.
26 Reus petens copiam indiciorũ an allegare debeat cauſam, quare illam petat.
27 Reo an danda ſint nomina teſtium cũ atteſtationibus.
28 Reo nomina teſtium ſeparata a ſuis atteſta

Source : BIU Cujas

tionibus ſtante conſuetudine dantur.
29 Reo non petenti an danda ſit copia indiciorum.
30 Iudicis officium, ſi miſerabiles perſonas, aut actum pium reſpicit, etiam non petẽti impartiendum eſt.
31 Ignorãtia iuris in dãnis euitandi nõ nocet.
32 Teſtis, vt indicium faciat, veriſimile deponere debet.
33 Veriſimile quid dicatur.
34 Veriſimiliora dicuntur illa, quæ magis cõſonant iuri communi.
35 Confeſsio veriſimilis facit, vt cõfitens ſine alia probatione capitaliter puniatur.
36 Confeſſus extra iudicium poteſt cogi ad perſeuerandum in illa confeſsione, ſi veriſimilis eſt.
37 Socio criminis, ſi veriſimile eſt eum non mentiri, aliquando creditur.
38 Non veriſimile eſt ſpecies falſitatis.
39 Plura indicia an requirantur vel vnũ tantum ad hoc, vt procedi poſsit ad torturã.
40 Doctrina certa in indicijs, vt ex eis procedatur ad torturam, dari non poteſt.
41 Arbitrium iudicis arbitrium boni viri interpretantur.
42 Arbitriũ iudicis a lege limitatũ eſſe debet
43 Indicia generalia, & remota an ſufficiãt ad torturam ſine alijs indicijs.
44 Mala fama cum generali indicio an ſufficiat ad torturam.
45 Indicia propinqua, & tangentia negotium faciunt indicium ad torturam.
46 Indicium probari debet per duos teſtes.
47 Indicium propinquum, & remotum quod dicatur.
48 Maleficium aliter probatur, & aliter probatur indicium.
49 Teſtis per aliquem ex ſenſibus tenetur dicti ſui reddere rationem.
50 Proceſſus, & teſtes dati per iudicem reis diuerſis nominibus nuncupantur.
51 Indiciũ eſt minus quam ſemiplena ꝓbatio.
52 Indicium oriens ex teſtibus, qui non debebant examinari, facit, quod iudex ſolum ad inquiſitionem procedere poſsit.
53 Homicidium premeditate, & apenſate cõmiſſum magis punitur, ꝙ̃ cauſatum in pura rixa.
54 Homicidium non præſumitur penſate, niſi qualitas penſamenti probetur.
55 Aſſaſsinos, & latrones publicos ſemper p̃ſumitur apoſtate delinquere.
56 Dolus licet in actu delicti præſumatur, nõ tamen præſumitur prius deliberate reus delictum commiſiſſe.
57 Deus ſolus eſt ſcrutator cordium.
58 Animus ex qualitate verbi aut facti præſumitur.
59 Intrinſeca ex extrinſecis probantur.
60 Iudex factum, ꝙ animum metitur, conſiderare debet.
61 Cauſe criminales iuramento ipſius rei non deciduntur.
62 Iuramentum non defertur ſuper eo, ꝙ ab animo depẽdet, ſi conjecturis ꝓbari põt.
63 Cauſe ciuiles aliter regulantur quam criminales.
64 Iuramentum purgationis reo an per iudicem deferri poſsit.
65 Infamia an iuramento purgetur.
66 Indicium reſpicit alterum trium temporũ.
67 Præparationes, & ordinationes faciũt indicium ad penſamentum.
68 Præparatio, & ordinatio varijs modis demonſtratur.
69 Præparatoria ĩ adulterio adulteriũ ꝓbãt.
70 Tranſitus non ſolitus inducit penſamẽtũ.
71 Repertus extra viam publicam habet malam ſuſpitionem contra ſe.
72 Frequentatio vie facit indicium ad penſamentum.
73 Frequentans viam (in qua homo mortuus reperitur) præſumitur occiſor, ſi de alio occiſore non conſtet.
74 Maleficium exactum proportione, et aptitudine præſumitur.
75 Vie frequentatio in homicidio puro nõ eſt indicium ſufficiens.
76 Vie frequentatio in homicidio puro non eſt indicium ſufficiens ad torturã, ſi frequentans eſt homo bone conditionis.
77 Intellectus ad ſtatutum patauinum diſponens, ꝙ male auiati teneantur de maleficijs commiſsis in ſuis villis.
78 Armorum delatio in nõ ſolito, nec habenti iuſtam cauſam deferendi indiciat ad penſamentum.
79 Arma deferens maleuolum habet animũ.
80 Armorum vſus regulariter eſt prohibitus.
81 Arma induens præſumitur de rixa, & bello cogitare.
82 Arma euaginata deferens præſumitur ſe præparare ad aggreſſuram.
83 Armorum genus oſtendit animum ad occidendum.
84 Mittens iaculum cum ferro præſumit' velle hominem occidere.
85 Aſportatio bonorum ante homicidiũ inducit penſamentum.
86 Alienatio bonorum inducit malum animũ ad delictum committendum.

Source : BIU Cujas

87 Donatio bonorum facit præſumi de malo animo donantis.
88 Donans, & poſtea repertus in poſſeſsione rei donante præſumitur habuiſſe malum animum.
89 Inimicitia facit præſumi delictum apenſate fuiſſe commiſſum.
90 Inimicus ſemper cogitat mala de inimico.
91 Inimicitia triplici de cauſa oritur.
92 Iniuria quibus caſibus inimicitiã generet.
93 Occidẽs conſanguineum, vel affinem meũ mihi iniuriam facit.
94 Inimicitia capitalis dicitur, quotieſcunq; offenſus directe, vel per obliquum ſe vindicaret.
95 Verberans, pulſans, introiens domum meã mihi iniuriam facit.
96 Atrox iniuria grauiſsimam inimicitiam parat.
97 Bona noſtra tollens non afficit iniuria.
98 Detinens vxorem, vel terram contrahit inimicitiam cum domino.
99 Inimicitia contrahitur inter detentum, & detinentem in vinculis.
100 Inimicitia cauſatur inter expellentẽ aliquem de domo, & expulſum.
101 Diuortium ortum inter maritum, & vxorem cauſat inimicitiam.
102 Non obediens ſuperiori videtur eius inimicus.
103 Ex oſculo non dato (ſi de conſuetudine dandum eſt) præſumitur inimicitia.
104 Iniuria ex verbis fit, & ex ea inimicitia oritur.
105 Mine faciunt præſumi inimicitiam capitalem, ſi minatus eſt mortem.
106 Inimicus is dicitur, qui dixit ſe nociturum ſi poſſet.
107 Penſamentum inducitur ex verbis, quibus quis dixit non diligere petrum, ſi petrum interfecit.
108 Dicens ſe inimicum, eſt inimicus.
109 Non loquens, aut non ſalutans, quem ſolitus erat ſalutare præſumit inimicus.
110 Literis fit iniuria, ſi ad infamiam alicuius ſcripte ſint, & ex ipſis inimicitia oritur.
111 Damnum fame dicitur maius damno pecuniario.
112 Crudelis eſt ille, qui famam ſuã negligit.
113 Perdere honorem ſtatum, & famam dicitur ciuiliter mori.
114 Lis q̃nq; dicitur ſignum inimicitie.
115 Accuſatio criminis capitalis generat capitalem inimicitiam.
116 Accuſatio criminis nõ capitalis etiam generat inimicitiam capitalem.
117 Accuſator inimicus appellatur.
118 Cauſe ſtatus capitales inimicitias generãt.
119 Matrimonialis cauſa quaſi ſtatus dicitur.
120 Iuramentum in ſupplemeutum probationis non defertur in cauſa matrimoniali.
121 Monachationis cauſa, & matrimonialis equiparatur.
122 Filiationis cauſa ardua appellatur.
123 Famoſa ſi eſt lis, dicitur cauſa ſtatus.
124 Iuramentum neceſſarium in ſupplementum probationis non profertur in cauſa famoſa.
125 Cauſa omniũ bonorum, vel maioris partis inducit inimicitiam capitalem.
126 Cauſa magna ciuilis criminali cauſe equiparatur.
127 Capitalis inimicitia non ſolum concluditur ex morte, vel ex conſanguinitate primo ſed etiam ex ſecundo videlicet bonorum, vel honoris.
128 Equiparatio, & ſimilitudo ſufficit, vt ſit in ea re, de qua agitur, nec requiritur, ꝙ tota res ſit alteri ſimilis.
129 Metus iuſtus, & legitimus infertur ex timore grauis damni in rebus proprijs.
130 Cauſa leuis, & parua non facit præſumi inimicitiam.
131 Contentio rei leuis quandoq; maximam inimicitiam parit.
132 Parua res quæ dicatur.
133 Lite finita an præſumatur durare inimicitiam.
134 Reconciliatio ſi non probetur, an ſemper præſumatur inimicitia.
135 Inimicus reconciliatus.
136 Cauſa ceſſante non ceſſat effectus iam cõſumatus.
137 Armans ſe præſumitur de bello cogitare.
138 Procurator, vel aduocatus ſi patrocinium præſtiterint contra accuſatum, an cũ eo contrahatur inimicitia.
139 Procurator, & aduocatus dicuntur aduerſarij.
140 Aduocatus non accuſat.
141 Cohabitans cum inimico meo facit præſumi, vt ſit meus inimicus.
142 Aduocatus vt inimicus dicatur debet aduocare in cauſa capitali.
143 Aduocatus (ſi interficitur ab eo, contra quem aduocauit) dicitur penſate interfectus.
144 Iudex an dicatur cõtrahere inimicitiam cum partibus.
145 Iudex debet partes audire & iuſtitiam miniſtrare.
146 Iudex procedens ex inquiſitione dicitur

Source : BIU Cujas

ſubrogari loco accuſatoris.
147 Aduerſarius meus is dicitur, qui eſt ſubrogatus in litem.
148 Appellans facit iniuriam iudici, qui protulit ſententiam.
149 Iudex proferens ſententiam capitalē dicitur contrahere inimicitiam cum reo.
150 Inimicitia an contrahatur inter iudicē, & propinquos iudicati, & occiſi.
151 Accuſatio nullam inimicitiam inducit.
152 Inimicitia an prȩſumatur contracta inter teſtem, qui depoſuit contra aliquē in cauſa capitali & reum.
153 Teſtis qñ dicatur voluntarie depoſuiſſe.
155 Teſtis, qui coacte depoſuit, non præſumitur inimicus, & quid econtra. & nu. 154.
156 Bis deponens contra aliquem in ſecūda atteſtatione præſumitur inimicus.
157 Iudex pluries iudicando, an inimicus prȩſumatur, vt tanquam ſuſpectus repelli poſsit.
158 Bis teſtis examinatus, ſi citatur, non inducit timorem ſubornationis.
159 Probationes anguſtari non debent.
160 Cauſa inimicitie an ſufficiat ad inimicitiam probandam.
161 Reconciliatio an tollat præſumptionem mali animi ex inimicitia.
162 Iudex de retinenti reconciliatus tanquā ſuſpectus repellitur.
163 Cōuerſatio cum inimicis occiſi an faciat indicium ad penſamentum.
164 Teſtis conuerſans cum inimicis meis nō poteſt eſſe teſtis contra me.
165 Offendens mecum cohabitantem dicitur mihi fregiſſe pacem.
166 Conuerſantes varijs nominibus dicunt.
167 Particeps qui dicantur.
168 Adherentes qui dicantur.
169 Complices qui dicantur.
170 Cohabitatio parua cum inimicis meis nō facit præſumi inimicus.
171 Iuuans inimicos meos mihi dr̄ Inimicus.
172 Iniuria propinquitas inducit argu, ad penſamentum.
173 Iniuria facta vni intelligitur facta omnibus de cognatione.
174 Iniuria facta vni, ꝙ intelligatur facta omnibus de cognatione capit ſcilicet vſque ad quartum gradum.
175 Inimicitia an faciat indiciciū ſi de interfectione non conſtet.
176 Inimicitia ſola capitalis, vel grauis an faciat indicium.
178 Indicium vnum a delicto remotum non ſufficit ad torturam.
179 Mine indiciant ad penſamentum.
180 Minans ex malignitate animi videt verba proferre.
181 Factis rebus & verbis quis propriam voluntatem demonſtrat.
182 Minatus minātem in eo actu de facili occidere poteſt.
183 Mine ſi de percuſſore ignoretur, an indicium ad torturam faciant.
184 Penſamentū inducitur ex iactatione, qua quis dixit ſe poſſe aliquem interficere.
185 Iactatio indiciat ad torturam.
186 Iactatio ( ſi de interfectore non conſtet ) an faciat indicium ad torturam cōtra iactantem.
187 Iactatio aliquando non nocet conſiderata qualitate perſone.
188 Modus percutiendi an faciat indicium ad penſamentum.
189 Percutiens in capite dicitur habere animum ad occidendum.
190 Mulieris vociferatio aſſerētis ſe vim paſſam facit indicium.
191 Proditorie vulnerans indiciatur ad penſamentum.
192 Prodere quis dicatur.
193 Proditionis crimen committit, qui contra principem, vel rempublicam agit.
194 Proditor, & aliquid proditorie factum differunt.
195 Vulnerum multitudo, & magnitudo demonſtrant penſamentum.
196 Delictum nō capitale ex reiteratione capitale efficitur.
197 In penſamento quid debeat audiri.
198 Tempus puta noctis inducit ad penſamentum.
199 Tempus ad delictum grauandum conſideratur.
200 Locus aggrauat delictum, & præcogitationem demonſtrat.
201 Aſſociatio vel auxilium præſtitum poſt delictum facit præſumi præparamentū.
202 Receptatio delinquentis indiciat ad penſamentum.
203 Confeſsio delicti per reum facta quando ei noceat, vel non.
204 Confeſsio extraiudicialis an indiciet ad torturam.
205 Confeſsio extraiudicialis facit ſemiplenam probationem.
206 Confeſsio extraiudicialis per duos teſtes probari debet.
207 Confeſsio extraiudicialis veriſimilis eſſe debet.
208 Cōfeſsio extraiudicialis, ſi in tortura ite-

Source : BIU Cujas

rum fateatur, an alia ratificatio requirat.

209 Confeſsio reuocatum ante ceptum iudicium an noceat.

210 Confeſsio facta parte præſente, an faciat plenam probationem.

211 Confeſsio, & probatio habent diuerſam naturam.

212 Confeſsio coram notario facta vel coram iudice ſolo, an præiudicet ipſi reo vel ſolum indiciet ad torturam.

213 Notarius fiſci nomine ſtipulari poteſt.

214 Confeſsio coram incompetenti iudice facta an indiciet ad torturam.

215 Laici ſunt infeſti clericis.

216 Indicia legitima eſſe debent.

217 Facti indicia, & indicia iuris diuerſos parit effectus.

218 Confeſsio coram iudice incompetenti, cuius iuriſdictionem prorogari poterat, an faciat indicium.

219 Confeſsio ad torturam facta, & reuocata dum ducitur ad ratificandum, an noceat.

220 Variatio in reo indicium facit.

221 Confitens in tortura ſine indicijs præcedentibus an puniatur, & ei noceat.

222 Reus ex variatione quoties torqueri debeat.

223 Literarum acceptatio an indicet ad torturam.

224 Semiplena probatio in ciuilibus facit ĩdicium in criminalibus.

225 Tractatus quid ſit.

226 Rixa per tractatum facta facit, vt omnes teneantur de occiſo.

227 Interfectus in rixa ſi ignoratur, quis interfecerit, an omnes teneant, vel nullus.

228 Illicitum omne puniri debet.

229 Tractatus ad hoc vt dicatur, quæ requirantur.

230 Tractatui præſens, & nil dicens ſi reperiatur ad delictum, & teneatur de tractu necne.

231 Tractatus ex quibus indicijs præſumit.

232 Secreta conuẽtio locutio habita inter plures faciunt oriri indicium tractatus.

233 Rixa ſecunda vice facta parum poſt primam indiciat ad penſamentum.

234 Aggreſsio nullis dictis verbis inducit pẽſamentum.

235 Inſultus dicitur motus de loco ad locũ.

236 Aſsiſtentia in delicto facit indicium ad torturam.

237 Qui ſe armat p̃ſumitur de bello cogitare.

238 Ducens aliquos verbis in aliquo loco, ſi interficiantur contra ducentem præſumitur.

239 Subijciendus is es torture, de quo ſuſpitio cedis videtur.

240 Indicia homicidij ex varijs cauſis oriunt.

241 In homicidio ſpectatur vita imputati.

242 Conſuetudo delinquendi facit præſumi contra aliquem.

243 Præteritum facit præſumi in præſens.

244 Actuum geminatio apertam volũtatem demonſtrat.

245 Delinquens per tres vices magis grauat.

246 An ſolitus delinquere, ex eo indicietur ad torturam.

247 Minor xiiij. ann. ſi examinatur, an faciat indicium.

248 Præſumptio minus eſt quam indicium.

249 Malus & bonus dupliciter conſiderat.

250 Mulier, ſi examinetur, an faciat indiciũ.

251 Præſumptio quo ad indicium genus dicitur.

252 Præſumptio plures gradus habet.

253 Conuerſatio malorum facit indicium cõtra imputatum.

254 Malos famulos tenentes habent contra ſe indicium.

255 Qualitas perſone an faciat indicium.

256 Ex varijs qualitatibus ſepe delicta committuntur.

257 A communiter accidentibus oritur indicium.

258 Argumentum a cõmuniter accidentibus validum eſt in iure.

260 Reus aſſerens ſe feciſſe ad ſui defenſionẽ debet illud probare.

261 Teſtis vacillans quæſtionatur.

262 Trepidatio, inconſtantia, varietas, vox balbutiens, loquella timida pallor indiciant ad torturam. & nu. 259.

263 Variatio circa negotiũ principale nocet.

264 Quis varius dicatur.

265 Mendacium an indiciet ad torturam.

266 Mendacium quid ſit.

267 Aſſertio rei large dr̃ teſtimonium.

268 Accuſatus poteſt negare delictum commiſiſſe, & ſi probetur, ꝙ fecit ad ſui defenſam.

269 Mendacium quid ſit.

270 Reus aſſerens ſe feciſſe ad ſui defenſionẽ debet illud probare.

271 Non reſpondẽs interrogationi an habeat indicium contra ſe ad torturam.

272 Contumacia facit indicium ad torturã.

273 Non reſpondens quando contumax dicatur.

274 Taciturnitas domeſtici an faciat indiciũ contra ſe.

275 Solicitans, & cum inſtantia petens, vt in-

Source : BIU Cujas

quiratur ſi res ad eum non ſpectat indicietur.

6 Qui ſe inſerit ſuſpectus eſt.

7 Fuga an faciat indicium ad torturam.

8 Fuga multis modis conſideratur.

9 Reus circa diuerſa poteſt ipſi cõtrariari.

o Fugiens per loca inuia, & non ſolita maius habet indicium contra ſe.

1 Fuga arrepta poſt accuſationẽ ſeu inquiſitionem formatam non facit indicium.

2 Fuga facta ab eo (qui timet de accuſatione, ſeu inquiſitione indiciet necne.

3 Fuge ſuſpitio an per iuramentum remoueatur.

4 Purgationis iuramentum ꝙ dicatur.

5 Fuga ex aliquibus cauſis excuſatur.

6 Fugiens & ſtatim rediens non indiciatur ex fuga.

7 Fugientes ex carceribus, ſi ex ſtatuto puniatur, non comprehendentur fugientes, qui ſtatim reuerſi ſunt.

8 Fuga facta per officialem (qui ſindicat) inducit plenam probationem.

9 Fugatus cum rumore a loco delicti habet indicium contra ſe.

o Vociferatio mulieris aſſerẽtis ſe vim paſſam facit indicium.

1 Fuga accuſat fugientem.

2 Fugiens cum gladio euaginato ex loco delicti indiciatur ad torturam.

3 Contumacia an faciat indiciũ contra contumacem, & quid ſi ſit ſolum indicium contumacie ibi.

4 Prohibens aliquem capi an habeat indicium contra ſe, cum conſcius criminis videatur.

5 Repertus prope mortuum cum cultello indiciatur ad torturam.

96 Et in loco delicti eſt indicium propinquum.

97 Gladius ſanguinolentus in manu exeuntis domum occiſi indiciat ad torturam.

98 Mortuus ſi inuenitatur prope domum alicuius, an dominus indicietur.

99 Mortuus in domo indiciat dñm domus.

o Inuentus in loco delicti, habet indicium contra ſe.

1 Inuentus in loco propinquo delicti an habeat indicium contra ſe.

2 Admenare gladium viſus, licet non ſit viſus percutere, an indicietur.

3 Potens prohibere nec prohibens an habeat indicium contra ſe.

4 Potens hominem a morte liberare, nec liberans occidere videtur.

5 De iure ciuili an quis teneatur delicto obuiare.

306 Criminis tranſactio an faciat indicium.

307 Pax ſeu tranſactio de crimine an faciat indicium.

308 Petitio venie an indiciet.

309 Cautela, vt petitio venie non noceat.

310 Negligens punire delinquentes habet indicium participationis contra ſe.

311 Fama an faciat indicium ad torturam.

312 Fama quę requirat, vt probata ſit.

313 Fama an faciat ſemiplenam probationẽ, & nu. 314.

315 Cauſa & qualitas in fama conſideratur.

316 Teſtis de viſu an faciat indicium ad torturam.

317 Teſtis dicitur omni exceptione maior quando imputatio nulla fieri poteſt contra eum.

318 Equo, & bono datur equior, & melior.

319 Teſtes omnes eſſe poſſunt, niſi repellant.

320 Teſtis dicitur integer, qui a iure non repellitur.

321 Gradus inueſtigationis veritatis, & probationis diuerſi dantur.

322 Teſtes non integri, aut idonei aliquando examinantur, vt iudex informetur.

323 Iudex, vt procedere poſsit ad torturam debet habere teſtes, qui a iure non repellantur.

324 Teſtis vnus de viſu facit ſemiplenam probationem dummodo alie circunſtantie non reſiſtant.

325 Teſtis, vt ſemiplene probet quo ad condẽnationem debet eſſe omni exceptione maior.

326 Indicium eſt minus quã ſemiplena probatio.

327 Teſtis examinatus ſine iuramento an faciat indicium.

328 Informatio gratia iudicis facta non requirit iuramentum.

329 Iudex an teneatur citare facere reum, cũ vult teſtes examinare.

330 Teſtes an debeant recipi lite conteſtata ſeu poſt nomen rei receptũ inter eos.

331 Rei nomen quando inter reos dicitur receptum.

332 Lex is qui reus. ff. de publi. iud. non bene a doctoribus intelligitur.

333 Porrectio libelli per accuſatorẽ facta non eſt de proceſſu.

334 Citatio rei commiſsione iudicis fieri debet.

335 Reus vt quis ſit, vel eius nomen ſit receptum inter eos differunt.

336 Citatio eſt principium iudicij ciuilis.

Source : BIU Cujas

337 Argumentum a contrario ſenſu non capi tur, qñ legum correctio inſurgit.
338 Lex fraudibus obuiat.
339 Teſtis examinatus poſt terminũ aſsignatum per iudicem an faciat indicium.
340 Dilatio nõ eſt de ſubſtantia probationis.
341 Qualibet aſsignatio termini probatorij dicitur peremptoria.
342 Depoſitio teſtis poſt terminum examinati non valet.
344 Teſtis qui ob reuerentiã examinari non debuit ſi examinatus ſit an faciat indicium.
345 Filius contra patrem non admittitur ad examinandum, & ideo non faceret indicium.
346 Teſtis minor xiiij. annis an debeat examinari.
347 Teſtis minor xiiij. annis an faciat indicium.
348 Quædam valent ad præparandum, quæ non valent ad decidendum.
349 Minor xiiij. an. an debeat examinari.
350 Mulier ſi examinaretur, an faciat indiciũ.
351 Mulier de iure canonico non poteſt eſſe teſtis in cauſa criminali.
352 Infamis teſtis an poſsit teſtificari in cauſa criminali, & an faciat indicium.
353 Inhabiles teſtes aliquando admittuntur, ſi aliter veritas haberi non poteſt.
354 Veritas qñ aliter haberi non poteſt, quomodo intelligatur.
355 Teſtis qui cogi non poteſt ad deponendum ſi coacte depoſuerit, an faciat indicium.
356 Teſtis qui cogi non poteſt, ſi voluntarie deponat, an indiciet.
357 Teſtis præſumitur voluntarie deponere.
358 Actus in dubio præſumitur in caſu cõceſſo & non prohibito.
359 Teſtis qui cogi non poteſt ad deponendum, cogitur, ſi veritas aliter haberi non poteſt.
360 Compellens teſtem ad deponendũ, quia aliter res haberi non poteſt, debet illud probare.
361 Teſtis domeſticus producentis an faciat indicium.
362 Domeſticus non poteſt examinari ad fauorem illius, cuius eſt domeſticus.
363 Domeſtici & familiares qui dicantur.
364 Teſtes domeſtici & familiares aliquãdo admittuntur ad teſtificandum.
365 Teſtis familiaris an faciat indicium.
366 Teſtes plures ſingulares ſuper diuerſis ĩdicijs deponentes an coniunganter ad faciendam probationem, vt oriatur indicium ad torturam.
367 Teſtes ſingulares non iungũtur ad faciendam probationem.
368 Teſtes ſingulares quando iungantur, & quando non.
369 Teſtium ſingularitas coniungitur, qñ dictum vnius coadiuuat dictum alterius.
370 Socij dictum non faciat indicium ad torturam.
371 Socius an de conſocijs poſsit interrogari, & in quibus caſibus.
372 Seruiles perſone vti meticuloſe ſine ſocij inſtigatu, vel mandato non conſueuerunt grandia delicta committere.
373 Latrones dicũtur qui ſtratas aggrediunt.
374 Interrogatio de conſocijs & conſuetudine ſit in omni cauſa.
375 Quibus caſibus ſocius de conſocijs interrogari debeat.
376 Iudex in iudicio accuſatorio non procedit ad torturam, niſi ſit facta inſtãtia per accuſatorem.
377 Dictum ſocij an faciat indicium cõtra ſocium ad torturam.
378 Nominatio facte per reum in tortura an faciat indicium contra nominatum.
379 Lex & eius verba cum effectu intelligi debent.
380 Nominatio alicuius ad ħ vt indiciet, quid habere debeat.
381 Perſonis turpis ſine tormentis nõ credit.
382 Interrogatio conſociorum per iudicem fieri debet generaliter non particulariter.
383 Reus facta nominatione de ſocio an iure debeat dicta per eum vera eſſe.
384 Depoſitio ſine iuramento nulla eſt.
385 Conſocij tres non ſufficiunt ad cõdemnationem quarti ſocij, ſecus in teſtibus, & quare.
386 Indicia debent eſſe diuerſi generis.
387 Perſona interrogata, quæ interrogari nõ debuit, an faciat præſumptionem ſaltem ad inquirendum.
388 Atteſtatio teſtis nominantis aliquem in ſocium, an inducat qualem qualem præſumptionem.
389 Socius quando vt teſtis aſſumitur torquẽdus eſt.
390 Depoſitio mortui an faciat indicium ad torturam.
391 Nemo p̃ſumitur immemor ſalutis eterne.
392 Multa conceduntur, vt veritas habeat.
393 Crimen proditionis committit, qui cõtra principem, vel rempublicam agit.

Source : BIU Cujas

394 Veritas vt habeatur multa conceduntur.
395 Facilius proceditur contra ſeruum conquerentis quam contra liberum.
396 Denuntiatio Decani, ſeu centenarij an faciat indicium.
397 Diuinationes, ſeu incantationes an faciant indicium.
398 Demones in ſortilegijs vocantur.
399 Deus ſolus ſcit oculta.
400 Iudex ex ſortilegijs fundamentum non capiat.
402 Iudex vterque tam ciuilis quam canonicus in ſortilegijs poteſt cognoſcere, & punire.
403 Iudex, ſi vidit hominem interficere, an poſſit reum condemnare.
404 Iudex ſecundum alleg. & probata procedere.
405 Malum nomen an faciat indicium.
406 Phyſonomia mala an genere præſumptionem.
407 Signum an quãq; faciat indicium.
408 Sanguis exiens ante occiſores an faciat indicium.
409 Furti indicia quomodo aſſumantur.
410 Solitus furari habet indiciũ contra ſe.
411 Ex conſuetudine oritur præſumptio.
412 Vicinus domui in qua factum eſt furtum
413 Et quid in vicino bone fame.
414 Hoſpes pœnes quã bona ſunt depoſitata, ſi ſubtrahantur, an indicietur.
415 Perſona viatoris conſideratur, ſi veriſimiliter furto potuit ſubtrahere rem furatã.
416 Furtiua res (ſi reperitur pœnes aliquem) an indiciet eum eſſe furem.
417 Perſonarum conſideratio in furto haberi debet.
418 Exire viſus domum cũ fardelo ſub veſte an habeat contra ſe graue indicium.
419 Exire viſus domum (in qua furtum cõmiſſum fuit) tempore noctis an indiciet.
420 Expendens multam pecuniam de illo cuneo, cuius fuit pecunia, quæ ſubtracta fuit, an indicietur.
421 Pauper, ſi expendit multam pecuniam, nec reperitur vnde habeat, an habeat indicium contra ſe.
422 Res ſubtracta, ſi cedebat ad commodum imputati an indicet contra eum.
423 Fuga famuli ex domo dñi an indiciet.
424 Famulorum natura eſt furari.
425 Pedis furantis forma in terra humida an faciat indicium.
427 Res relicta ĩ loco furti an faciat indiciũ.
428 Schala ante feneſtram domus an faciat indicium.

LEX hæc cũ tota eius materia pro inueniendis criminibus, quę plerique; occulte fiunt, iuxta verbũ Domini, qui male agit, odit lucem, frequens, & quotidiana eſt, ideo diligentius, & accuratius pertractãda venit. Inditia vrgentia præcedere debent vt quis torqueatur h.d.

1 †NOTO PRIMO in tex. ibi ſine accuſatoribus, ꝙ & ſi de iure non procedatur contra reum niſi exiſtente accuſatore. l. reſcriptum. §. ſi quis accuſatorẽ infra de mu. & homo. & in l. iij. C. de accu. & in c. quiſ-
2 quis. xx. q. iiij. †Et etiã antequã quis torqueatur debeat iudex requiri, & ad inſtantiam partis quæſtio haberi, ſiue ſit accuſa-
3 tor ſiue ſit inueſtigator ĩ inquiſitione. †Cũ officiũ iudicis non impartiatur niſi petenti. l. iiij. §. hoc autẽ iudicium ſupra de dam. infec. & per Bal. in c. j. §. iudices. col. ij. ver. quero vtrum iudex faciat litem ſuã de pac. iur. fir. & ibi in addi. loquens de inquiſitione, & eſt in accuſatore glo. in l. quicunq;. C. de ſer. fugi. ꝗuis Hyp. in l. j. hoc ti. in princi. in quinto requiſito dicat per glo. nil probari, attamen optime probatur dum tex. vult, ꝙ ſeruus poſſit torqueri, vt manifeſtet, vtrũ propter lucrũ capiẽdo callide, a dño ad domum, vel ad agrũ eius qui eũ ſuſcepit immiſſus ſit, gl. in verb. oportet dicit, torqueri oportet mancipiũ ad petitionẽ conuenti. &
4 ſic petente parte. †In inquiſitione ẽt frequẽter proceditur ad inſtigationẽ partis prout no. in c. qualiter & qñ el ij. & maxime per Abb. ibi colũ. iij. ver. & pondera glo. hic ñ proceditur ſine accuſatore, & ſic per iudicẽ
5 ex inquiſitione. †Nam & ſi regulariter inquiſitio non concedatur, attñ multi ſunt caſus, in quibus inquiſitio datur & ſunt illi, de quibus per glo. & Bart. in l. ij. §. ſi publico de adult. & per Ang. in l. ſi vacantia. C. de bo. vac. & no. in d. c. qualiter & qñ maxime per Socy. & per Spe. in tit. de inquiſi. §. ij. Sed aduertendum eſt ꝙ hodie de conſuetudine in quocunq; caſu proceditur per inquiſitionem, vt dicit Gandi. in tract. male. in rub. quomo. de maleſi. cogno. per inquiſi. colũ. j. ver. ſed hodie, & Albe. in l. ea quidẽ colũ. ij. ver. de cõſuetudine tamen. C. de accu. & Are. in trac. maleſi. in ver. hæc eſt quædã inquiſitio col. v. & ibi in addi. Hye. vbi multos adducunt. Et ita quotidie ſeruatur in locis Lombardie, & credo etiam in alijs ciui

Source : BIU Cujas

ſtatibus, in quibus ꝓceditur per inquiſitionem pro quocunque delicto.

6 †NOTO SECVNDO ꝙ ex hoc tex.probatur illa communis cõcluſio, ꝙ iudex habita aliquali informatione põt procedere ad capturam & carcerationem rei.

7 †Non tamen ad quæſtionem niſi ſint maiora inditia,quæ vrgeant vt dicitur in tex.cõſtat namq; ꝙ rei de quibus in l.noſtra erant carcerati,& difficultas oritur ſuper eo, An poſsint torqueri,Iuriſcõſultus determinat, ꝙ non,dato ꝙ fuerint capti, niſi appareant inditia vrgẽtia,& ſic ex hoc text.probatur ꝙ informatio,ſeu inditium per ꝙ datur libertas iudici procedendi ad capturam, nõ eſt habile, vt poſsit deueniri ad quæſtionẽ ad diem eſt tex.in.§.audien.in authẽ.de defeſ.ci.vbi defenſores ciuitatum poſſunt capere malefactores & carcerare,& tamẽ nõ poſſunt cognoſcere de crimine, ex quo di-

8 cit ibi Ang. †Quod antequam conſtet de crimine malefactor põt capi,ne fugat,adducit tex.in l.ij.C.vbi de crimine ag. oportet, & ad idem eſt bo.text. in l.diuus adrianus ſupra de cuſt.reo.& per hæc dico Ange. in trac.maleſi.in ver.Qui iudex in princi. male ſenſiſſe dum vult, procedendum eſſe ad capturam, quando ſunt indicia ſufficientia ad torturam, nam illud non expectandum ex quo in iſtis datur gradus probationis.Cum minor probatio requiratur ad capturã,& ſufficiat qualiſqualis informatio, prout dicit Salyce. in l.ij.in verſicu. no.v. C.de exhib.re.& in l. abſentem col.ij. ver. prouident tamen iudices.C.de accuſa. Et ad operandum hoc ꝙ iudex poſsit inquirere, leues probationes requiruntur, vt per Bal.in l.j.in v.oppo.C.de ſum.trini. & dicã infra in ver.teſtis.Minor,& in ſeq.maiores autem probationes requirũtur, quando iudex vult procedere ad torturam,vt probat tex.noſter,dum non concedit de carceratis quæſtionem haberi, niſi inditia vrgeant, nec ad quæſtionem fallaciter eſt procedendum,cum tortura eſt pœna non modica vt dicit Abbas in capitu. primo in primo not. de confeſ.Ex quo habetur,ꝙ licet ab inter-

9 loquutoria regulariter nõ appellet. †Tñ ab ea interloquutoria ,ꝙ ad torturam procedatur,appellari poteſt l.ante ſententiam infra de appel.recip.& habetur in c.ante ſententiam.ij.qõ.vj.nec iudex ita faciliter procedere debeat ad qõnem, vt per Ang.in l.item apud labeonẽ.§.qõnem ſupra de in-

10 iur. † Diſtinctio autẽ indiciorum leuium & indiciorum grauiũ cognoſcitur hoc modo.Na m ſi frequenter & facile hoc ab illo contingit abeſſe.Tunc eſt leue indicium vt no,in l.cum res.C.de proba.& in l.ciuile. C.de fur.Si autem frequenter & facile cõtingit adeſſe.Tunc eſt graue indiciũ,vt no. per Cyn.in l.metũ.C.de dol.& hoc verum, ſiue agatur de probãdo vero hominis actu, ſiue de probãdo animo.l.j.§.ſed ſi claua,ſupra ad leg.corne.de ſica.& c.ſignificaſti.de homi.& hanc no.doctri.tradit Bal.in l.non hoc in fi.C.vn.cog.Altus gradus eſt probationis,quando procedendum eſt ad ſententiam,& condemnationem,nã tunc luce meridiana clariores requirũtur.l.fi.C.de pro-

11 ba.& l.qui ſententiam.C.de pœ. †Noto tertio ꝙ quãdo ſunt inditia vrgẽtia.Iudex

12 ſemel torquet reũ vt in tex. †Sed ſi eſſent multum vrgentia, tunc fit repetitio in tortura , vt dicit Bart.in l.vnius.§.j.hoc ti.

13 Sed aduerte. †Quod repetitio hæc non poteſt fieri vltra tertiam vicem,vt per Ange.in l.fi.col.j.C.de qõ.alle.tex.in l.fideicõmiſſa.§.ſi quis decem,de leg.ij.& ſequitur, Par.de Pu.in trac.de ſind.circa finẽ in ver. viſo de repetitione col.fi.& Mod.ponunt in l.repe.hoc ti.& in hoc eſt aduertendum ad dictum Bart.hic,dum dicit,iudicem non debere cogere reum ad confitendum, quia tunc ex indicijs & ſuſpitionibus ipſum cõdemnaret.Et propter iſtud debet procedere in tortura cum moderamine.in eo enim ꝙ dicit Bart.ꝙ non debet cogere reum ad confitendum,cum damnaretur ex ſuſpitionibus,dici poſſet ex verbis Bar.reum condemnari ex confeſsione, non autẽ ex ſuſpi-

14 tionibus, quia confitetur. † Ideo dictum Bar.intelligi debet, ꝙ iudex ſi habuerit ſuſpitiones,& indicia contra reum non debet procedere in infinitum in tortura, ſed cum moderamine.Quia procedẽdo per quatuor vel v.vices, aut in infinitum vſquequo cõfiteatur,ex ea impreſsione prima,quam cepit ex contẽtis in proceſſu.Tunc ipſe reus vi coactus confiteretur,& tunc iudex damnaret ipſum ex illa prima impreſsione habita per indicia , cum confeſsio eſſet violenta.& ideo quæſtio debet eſſe moderata, & moderatio iſta reducitur ad tres vices.i. ad tres dies ſeparatos.& pro qualibet vice habere debet ipſe reus tres ſaccaſas,ſeu eleuationes,et depoſitiones,vt practicaꝰ quotidie,& hoc modo dictũ Bar.intelligit Pau. de Ca.in conſil.clxxxxvij.viſa inquiſitione ſupra ſcripta ac etiam teſtibus,in antiq. & ccxcix.in not.vol.ij. Indiciorum materia latius per Bart.hic tractatur, q̃ alibi

Sequendo

Sequendo eius veſtigia, cum in diuerſis locis ſuper ipſis verba habeantur colligendo, quæ ſparſim dicta ſunt per alios, & ad certum ordinem redigendo, vt facilior ſit eorum cognitio, Ideo procedam per partes infraſcriptas, ſed pro cognitione generali totius materie amplectendo ea, quæ Bar. in
15 l. hac noſtra ponit. † Primo præmitto id ꝙ dicit Bar. in princ. iudicē inquirentē debere eſſe certum de corpore interempto, vel ſi eſt furtum, ꝙ ſit fama de re ſubtracta vel in vicinia, vel alibi, prout iudex informari poterit de ipſo delicto. Iaſ. in l. iuſiurādum. §. procurator. col. viij. ver. ij. limita. ſupra de iureiu. referens Ang. in l. certum. §. j.
16 ſupra de confeſ. † Dicit, ꝙ ſi qs confeſſus fuerit hominem occidiſſe, ꝙ niſi appareat de corpore, nō ſtatur eius dicto. Limitat tū
17 ex mente Ang. † Niſi fuerint aſſaſsini, ꝙ veriſimiliter potuiſſent hoc facere ob qualitatem loci. Et ꝙ ita fuit iudicatū per Nico. de Iamel. de Prat. & ceſſante tali veriſimilitudine, & exiſtente bona fama nō poſſent puniri, niſi corpora apparerent. referens Bal. in addi. ad Spe. in ti. de ſen. §. pen. in addi. mag. in ver. Titius fuit confeſſus, ꝙ ſi quis confeſſus fuerit hominem occidiſſe & proieciſſe in mari, non ſtatur eius dicto, niſi ſubſit fama de homine mortuo, nec refert, an certo nomine ſit nominatus mortuus vel ſine nomine, vt per gl. in c. libellorum. ij. q. viij. no. & per Bal. in l. quotiens. §. ſi quis. de hære. inſti. Ang. in d. l. certū aliud ſenſit, ꝗ Iaſ. in d. loco referat, cum velit cōfeſsionem incertam de corpore non valere per tex. ibi ſed ſi eſſet cōfeſsio de certo homine, de quo poteſt liquere eum eſſe mortuum, tunc valeret quamuis dicat Nic. ſeruaſſe contrarium, non tamen eius opinionē apprehendit. In hac materia difficultatem faciebat tex. in l. j. §. item illud. ſupra ad ſil. per quem probatur debere eſſe certum iudicem de homine mortuo. Et de delicto ibi dum dicit niſi conſtet, & ibi liquere igitur debet. Ex quo vera probatio, non autē fama requiritur, facit etiam tex. in d. l. certum in princ. ibi ſi quis incertum veluti corpus confiteatur & tex. in l. j. in fi. ſupra eo. Facit etiam difficultatem glo. in l. inde neratius. ſupra ad l. aquil. vbi confeſsio nocet, ſi non probet confitens eum viuere, quem dixit interfeciſſe, vnde ex mente Ang. in d. l. certum, & Bal. in addi. ad Spe. in titu. de ſent.

† In hoc articulo ſic diſtinguerem, ꝙ aut delictum de quo queritur ſubijci pōt oculis vt corpus mortuum, vel quid ſimile, & tūc iudex non procedat ēt inquiſitione generali, niſi viderit cadauer. & ita intelligatur id ꝙ dicitur hī & ꝙ habetur in l. j. §. item illud ſupra ad ſil. ibi dum dicit liquere autē debet, Aut ſecundo caſu res non poteſt ſubijci oculis, prout eſt de homine proiecto in mari, vel igne conſumpto, vel de re furto ſubtracta tunc ſi fama eſt de certa perſona & in indiuiduo iudex procedat, & ita ſentit Bar. & Ang. in d. l. certum per tex. ibi dū dicit, certum eſt vt puta titius, & ita ēt procedat ꝙ dicit Bal. in addi. ad Spe. Aut incerta eſt perſona, & incerta res, tunc quia confeſsio non præiudicat exiſtente tali magna incertitudine neq; iudex poterit procedere ad inquiſitionem, vt ſenſit Ang. in d. l. certū cum tex. ibi dicat incertum ueluti ſi corpus nam eo caſu ex tali incertitudine fundamētum aliquod haberi nō poteſt prout dixit
19 tex. ibi. & in l. j. in fin. hoc tit. † Secundo præmitto ꝙ rectores mittunt militem, vel alium officialem ad videndum hominem mortuum, & ad videndum vulnera, & hī faciunt ſcribi vt per Bar. hī, & per Ang. in l. j. §. item illud. ſupra ad ſille. Nam inquiſitio qūq; ſit ꝑ inſpectionē oculorū, vadit enim iudex perſonaliter, & inſpicit quendam. l. fi. C. de cuſt. reo. l. iudices. C. de epiſ. aud. ita Bar. in l. ij. §. ſi publico col. ij. ver. circa primum in fi. ſupra de adul. Vnde per iudicem maleficiorum, vel ſaltem per militem con-
20 templari debent vulnera. † Et ideo ſeruat conſuetudo mundi, vt homine interempto habente plura vulnera ſiue ab vno ſiue a pluribus miles curie inſpiciat, cadauer, & vulnera, & ea in ſcriptis reducet mortalia pro mortalibus, et nō mortalia pro nō mortalibus. Ita no. Ang. in l. fi. C. de ſica. Moder. vltramontani in ſua prac. dicunt, ꝙ iudex debet mittere chirurgicos, & medicos pro contemplatione vulnerum, & illos conſulere, qui conſiderata qualitate vulnerum ſecundum artem ſuam exponant, & referant ſi vulnera ſunt mortalia, vel occaſione eoꝝ vulnerum mortis cauſa data ſit, & omnia ſcribantur. l. fi. & l. ſi ſemel. §. cauſa. C. de re mili. lib. xij. l. j. §. iij. ſupra de ven. inſpi. l. cū ita. ſupra de ver. ob. Et hanc practicam exiſtimo meliorem, cum medicus magis cognoſcat mortalia a non mortalibus, ꝗ alius miles, vel iudex, & ēt ex quo genere armorū ſint facta, cum expertis in arte ſua ſit credēdum. l. j. ſupra de ven. inſpi. & ibi Barto. in prin. & c. propoſuiſti. de proba. & ibi Deci. & relatio medici multū faciet ad cognitionem cauſæ; & ad iudicandum in pura rixa,



Source : BIU Cujas

quis teneatur de occiſo, & quis non & ma-
xime ex quo genere armorum iux. l. fi. ſu-
pra de ſic. & ibi no. Erit etiã vtilis talis re-
latio, ꝙ ſi vulneratus iacuerit poſt vulnera
per aliquod tꝑs vt per xj. dies, ꝙ medicus
referendo declaret, an vulnus a prin. fuerit
mortale nec ne, nam ſi a princip. non fuerit
mortale, de occiſo non teneatur, vt dixi in
ea. queſt. Quando quis dicatur mortuus ex
vulnere.
21 † TERTIO præmitto ex mente Bar.
ħ, ꝙ ſi iudex fecerit inquiſitionẽ generalẽ,
& examinauerit teſtes, ad ħ vt prẹiudicent
reo, debent iterũ examinari citato ipſo reo
& exiſtente contradictore, alias non præiu
dicarẽt. l. ſi qñ. C. de teſti. & tales teſtes lite
conteſta. ſunt reexaminandi. & dicit Salyc.
in l. fi. in fi. C. de quæſt. ꝙ eo tũc reus debet
dare interrogatoria prout etiã refert, & ſe-
quitur Ang. in ſuo tra. in ver. ꝙ fama publi
ca ver. Quero qualiter. & dicit Hip. in l. j. in
prin. col. ij. ꝙ aliqui iudices errant, qui exa
minant teſtes non citato reo, nec ipſo prẹ-
22 ſente, adducit multas authoritates. † Ad-
uerte ꝙ ſtilus, & conſuetudo eſt in Ciuitati-
bus Lombardie ꝙ teſtes ſiue ſuper genera-
li ſiue ſuꝑ ſpãli inquiſitione, & ẽt ſuꝑ accu-
ſatione examinãtur ſiue citatione partis. &
iſta talis practica & cõſuetudo ſeruãda eſt,
vt dicit Alex. in conſ. xlj. incip. habita ſuꝑ
contentis col. fi. ver. & data vol. ij. ꝑ dupli
candũ eſt in cõſ. lxv. vol. j. adducẽs, ꝙ ſtilus
debeat obſeruari text. in l. fi. C. de iniur. &
in l. iij. §. fin. ſupra de teſti. & quæ no. Cy. in
l. ij. C. quæ ſit long. conſue. & in c. fi. de con-
23 ſti. † Ratio autẽ dicte conſuetudinis po-
tuit eſſe ex duplici capite quia ſi teſtis pri-
mo examinatus depoſuerit vnum cum iu-
ramento, ſi poſtea iterũ examinetur, & cõ-
trariũ, vel quid diuerſam deponat, neutrũ
valet, et teſtis punit̃ de falſo, prout no. Bar.
per illum tex. in l. eos. C. de fal. & But. in c.
cum in tua de teſtib. & Anch. in c. ij. de te-
ſti. in cle. & ſecundum alios ualet primũ no.
Abb. Car. Fel. in d. c. cum in tua & eſt peri-
culoſum ꝙ ſecundo examinentur. Itẽ nulla
poteſt oriri vtilitas ex ſecũda depoſitione,
quia teſtis primo examinatus poteſt refer-
re ſe ad primum eius dictum, et petere, ꝙ ſi-
bi legatur prima atteſtatio not. Bart. in d. l.
eos. ſupra de fal. Item alia potuiſſet eſſe ra-
tio, quia qñ ĩ criminalibus procedit̃ ex arg.
& indicijs. eo caſu teſtes examinantur ſine
citatione partis, tex. eſt in c. j. de homi. libr.
vj. & ibi Gemi. & Phil. Frã. in ver. argumẽ-
tum; ſed qñ agitur de homicidio, procedi-
tur ex argumentis, & indicijs. l. milites §.
oportet. C. de quæſti. l. fin. C. de proba. ideo
inoleuit practica, ꝙ citatio non fiat, cũ fre-
quẽtius procedatur ex indicijs, & ita quoti
die ſeruatur & ex cõſuetudine lis nõ conte
ſtatur, ſed primo examinãtur teſtes, poſtea
proceditur ſuper accuſatione, vel inquiſi
tione, & accepto conſtitutio rei ꝙ eſt loco
litis conteſt. ex dictis teſtium prius exami-
natorum proceditur ad torturam ſine pu-
blicatione proceſſus.
24 † QVARTO præmitto ex mente
Bar. ħ in q. pe. ꝙ reus petere debet copiam
25 indiciorum. † Et iudex tenetur eam dare
ipſi reo anteq̃ procedat ad torturã, & ra-
tio eſt, quia diſputandum eſt ſuper ipſis in-
dicijs, ideo eorum copia eſt danda. l. vnius
§. cogniturum ħ ti. Item alia eſt ratio, quia
actori non debet licere, ꝙ reo non liceret,
ſed pares eſſe debẽt in procedendo. c. ij. de
mu. peti. c. non debet de regu. iur. Nã actor
produxit teſtes, ergo reus debet ſe defen-
dere. Item quia iudex fidem non adhibet
quæſtioni, ſed de confeſſione habita in tor-
tura poteſt ex poſt cognoſcere. l. j. §. fi. ħ ti.
Ergo & ante debet cognoſcere, & defenſio
nes rei videre. Cum quæſtio ſit remedium
26 irreparabile. l. ij. C. de appel. recip. † Sed
aduerte, ꝙ indicia petẽs debet allegare ali-
quam cauſam ob q̃ velit ſibi dari copia in-
diciorum, quẹ ſit legitima, no. Pau. de Elea.
in c. grauis de depo. Alex. in conſil. lxv. col.
j. & pen. vol. j. & Alber. in d. §. cogniturum.
Sed ex cõi vſu defenſiones pro reo petunt̃,
& indicia abſq; eo, ꝙ cauſa aliqua alleget̃,
27 niſi ħ ꝙ uult defendere ipſum reũ. † Item
& teſtium nomina ſunt danda cum atteſta-
tionibus. c. qualiter & qñ. §. debet de accu.
& ibi Hoſti. Aret. Fely. Ioã. de Ana. & Imo.
iſtud limitantes. Si eſſet timor potentię ip-
ſius rei, ne offenderet teſtes, nam tunc nõ da
28 rent̃ nomina arg. tex. ĩ c. fi. de here. † Ideo
inoleuit practica, ꝙ nomina dentur confu-
ſa, & ſeparata a dictis teſtium ob potentiã
reorum, ne poſſunt ſcire quid dictum fuerit
ab vno quoque ipſorum teſtium. Item dan-
tur indicia omnibus & nõ certis, vt ſi eſſet
male conditionis, vel ꝙ ex officio procede
retur ut dicunt Angel. & Auguſt. in prac. in
ver. fama publica nu. xxxvij. xxxviij. vo-
lentes, ꝙ in his caſibus non detur copia
indiciorum, quia dico iſtud eſſe contra equi
tatem naturalem, vt ſentit Ang. loco de quo
ſupra nam defenſio non eſt deneganda. Cũ
ſit de iure nature c. paſtora. de re iudi. in cle-
29 mẽ. † Sed an iudex ex officio teneat̃ da-

Source : BIU Cujas

re copiam indiciorum ipſi reo, an vero re-
quiratur ſi ꝙ pars petat indicia. Hip. in ſua
prac. in. §. nunc videndũ in princ. dicit pro
ea opinione, ꝙ iudex non teneatur dare co-
piã ipſi reo, niſi petat, facit tex. in l. vnius. §.
cogniturum in verb. reo poſtulante hoc tit.
& tex. l. j. §. magiſtratibus. ſupra de mag. cõ-
ue. item & gl. in l. vniuerſa. C. de præci. im-
pe. offe. & ibi Paul. de caſt. inferens ad ſtatu
tum mandans fideiuſſores præſtari, intelli-
gitur enim ſi fuerit petitum, item & regula
illa, ꝙ officium iudicis non impartitur niſi
petenti. l. iiij. §. ſi autem iudicium, & quę ibi
no. per Doc. ſupra de dam. infe. Pro con-
traria opi. ꝙ immo iudex teneatur dare co
piam indiciorum ẽt reo non petente addu-
cit, ꝙ iſta datio indiciorũ eſt defenſio, quia
reus opponit cõtra perſonas, & dicta teſtiũ,
ſed iudex ex officio ẽt nemine petente q̃re-
re debet defenſiones rei, l. ſi non defendan
tur infra de pœ. & per ea quæ no. in l. j. §. fi.
ſi ti. ponderando verbum debebit poſitum
in d. l. ſi non defendãtur, ꝙ importat neceſ-
ſitatem vt per glo. in c. attendentes in ver.
30 debet de ſta. mo. in cle. cum alijs. † Item
quia iudex debet exercere officium ſuum
etiam non imploratum qñ tale officiũ reſpi
cit miſerabiles perſonas, vel actũ pium vt
per Bart. & alios in d. l. iiij. §. ſi autem iudi-
ciũ. Sed carcerati dicũtur miſerabiles per-
ſone. l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſ. &
cle. l. j. C. quã. ip. int. pup. & vid. & ibi Doc.
& cauſa carceratoꝝ dicit̃ pia, vt per Bar. in
tra. de carcer. in fi. et per Bal. in l. ſi quis pro
redemptione. C. de don. ipſe tñ diſtinguit, ꝙ
aut reus carceratus eſt homo idiota, aut ru-
ſticus, mulier, pupillus, vel alius veriſimili-
ter ignorans ius, & neſciens facere ſuas de-
fenſiones, & ſi caſu iudex ẽt reo non peten-
te teneatur dare copiam indiciorũ ꝑ tex. in
l. nec quicq̃. §. aduocatos. ſupra de offi. ꝓ-
con. Cum ẽt in actibus pijs debeat ſupplere
ex officio vt per Inno. in c. ad noſtram. de
iureiu. & per Bal. in l. nec quicq̃. §. vbi de
cretum col. x. Cum ẽt iudex in cauſa dotis
interponit officium ẽt nõ petitum, quia eſt
cauſa pia. l. ſi cũ dotem. §. eo autem tempo-
re ver. nec vero ſupra ſol. ma. & per Alex.
in d. §. ſi autem indiciũ. cum ẽt iudex tenea-
tur ſupplere quæ deſunt partibus & aduo-
catis to. tit. C. vt quę deſ. aduo. par. Et etiam
quia iudices tenẽt reos in carceribus ſecre
tis, ne poſsint conſulere peritiores, quo caſu
non eſt eis imputanda ignorantia iuris, vt
per gl. in l. iuris. c. q admit. & ibi per Alex.
volentem, ꝙ qñ quis facile aliquid facere
nõ poteſt, perinde eſt, ac ſi illud facere nõ
poſsit. c. q̃uis. & ibi glo. in ver. continuatis
31 de of. or. in vj. † Cum etiã ignorantia iu-
ris nõ noceat in damnis euitandis vt habet̃
in l. iuris. & in l. error. & in l. regula. & ibi
gl. ſupra de iur. et fac. ign. Si vero reus car
ceratus ſit prudens, ſagax, & literatus, & q
veriſimiliter ſcit petere copiam. Tunc iu-
dex ex officio non teneatur dare copiam,
ſi reus non petierit cũ imputari debeat ſibi-
ipſi, cur non petierit per reg. ꝙ quis ſua cul
pa ſentit, ſibi imputet c. damnum. de re. iu.
in vj. Item quia ſcientia & patientia cũ taci
turnitate equiparetur cõſenſui. l. ſi filius. C.
de pe. hær. & ibi Bart. & Ang. & in l. qui in
aliena. §. ꝙ ſi non adierit. ſupra de acq. hær.

In hac q. puto indiſtincte iudicem nõ te-
neri ad dandum indicia reo, niſi fuerint pe-
tita, & iſtud iuridicum puto, nam aut reus
ſponte venit ad carceres, & tunc antequam
præſentet ſe ad carceres, debet aduocatos
conſulere, & res ſuas, & meſtos parentes cõ
ponere, vt dicit tex. in. l. ij. C. de exhi. re. ibi
adhibita aduocatione. & ſi iſtud non egit,
ſibi eſt imputandum, & ſi caſu iudicis offi-
cium non debet impartiri, cum habuerit po
teſtatem ipſe reus conſulere rebus ſuis, ſtã-
te etiam eo, ꝙ infra dicam, aut capitur a iu-
dice, & carceratur, & tunc non debet iudex
ex officio indicia dare, quia ſine traditione
indiciorum poteſt iudex procedere ad ſen-
tentiam, ita eſt gloſ. in c. fi. in ver. iudicis de
hære. lib. vj. & ſibi imputet reus, potuit. n.
iuri pro ſe introducto renuntiare, & tũc ta-
cite renunciat, vt voluit glo. in c. j. in verſi.
fuerunt de accu. libr. vj. & ſequitur. Cæpol.
in conſ. lxvj. teneo idem ver. nec poteſt, al-
leg. Ang. in l. ſi vacantia. C. de bon. vac. lib.
x. col. xiiij. & xxxv. Pręterea ſi ipſe iu-
dex ex officio inſtaret, ꝙ reus acciperet in-
dicia, & ſic ipſo non petente velles defen-
ſiones ipſi reo dare, videretur iudex habe-
re intentionem, ꝙ probationes facte cõtra
reum non eſſent legitime & ipſe reus eſſet
in caſu, ꝙ poſſet ſe defendere ab obiectis
contra ipſum & ſic propalaret ipſe iudex
opinio. ſuam antequam ſententiam feret, ꝙ
fieri nõ debet. Pręterea ſuperflua, & ina
nis eſſet datio indiciorũ ipſi reo ſi ipſe non
haberet aduocatos, quos cõſuleret, & quo-
rum medio eius defenſiones & iura ſua de-
ducerentur, quia ipſe exiſtens in carceri-
bus, & ignarus literarum, vt puta ruſticus
mulier, uel alia perſona idiota ignoraret, q̃d
ſibi eſſet agendum pro ſua defenſione, ex
quo dico, ꝙ cautius & melius faceret iu-



Source : BIU Cujas

dex dare aduocatos ipſi reo, qui eius defenſiones conſiderent,& iura ſua deducant,ipſum defendendo,& ita procedant ea, q̃ deducuntur pro iſta parte,ꝙ iudex debet ſuppiere & officium ſuum impartiri etiam nõ petitum in cauſa carcerati, nam intelligendum eſt in dando aduocatos ad hoc ut reus defendat,vt eſt tex.in l.nec quicq̃.§.aduocatos,& alia ſuperius adducta,et debet ſupplere iudex i eo caſu,in quo vtilitas aliqua oriri põt ad beneficiũ rei,nõ aũt inaniter, ꝙ eueniret ex ſola indiciorũ p̃ſtatione ſine cõſtitutione aduocatorũ, nã dato aduocato reo ipſe habẽs iuris cognitionẽ petet copiã indiciorũ & alia peraget, q̃ erũt neceſſaria pro defenſione rei,et ceſſabũt exinde oĩa,q̃ deducuntur in contrarium & verificabitur id ꝙ habetur in l.cuſtodias. ſupra de publi. iudi.& ita quotidie ſeruat ꝙ iudices & poteſtates dant aduocatos carceratis, & cum proceditur in cauſa,quicunq; vult indicia, illa petit,& ita vidi ſeruari.

32 † QVINTO præmitto ꝙ ad h̃ vt teſtes faciant indicium,neceſſe eſt, vt deponant illud,ꝙ eſt veriſimile, alias autem in-

33 dicium non facerent. † Et veriſimile eſt illud ꝙ vero videt̃ ſimile & non veriſimile eſt,ꝙ a vero diſsimile videtur,vt dicit Bal. in.l.ea quidem, col.ij.verſi.veriſimile.C.de accu.adducit tex.in l.miles.§.mulier.ſupra de adul.& in l.ſi.ſupra ꝙ met.cauſa & dicit

34 Inn.in c.auditis circa med.de præſ. † Q̃d illa ſunt veriſimiliora,quæ magis conſonãt iuri cõi, vnde Bald. in l.non h̃.C.vn.legi. dicit ꝙ indicium eſt coniectura ex probabilibus & non neceſſarijs orta, a quibus poteſt abeſſe veritas, ſed non veriſimilitudo veri,quæ quãdoq; mentem iudicantis p̃ſtringunt,vt cogant conſcientiã iudicis iudicare ſecundum ipſa vt no.in l.neq; natales.C.de prob.& veriſimile dicitur tripliciter. Vno modo qñ teſtis deponit ea quæ cõſonant iur.cõi,vt dixit & voluit Ancha.in c.j.de reſcr.lib.vi.& Ro.in rub.de arb.col. x.ver.Item præferuntur veriſimiliora.Secundo qñ conſonat rationi vt per Bal.in l. qui accuſare de eden.et in l.teſtium.col.pe. C.de teſt.Tertio qñ melius factũ narrat vt per Bal.in l.teſtium.& voluit Cur.in trac. de teſt.q.xix.Vnde Bal.in l.j.C.qui & aduer.quos,dicit, ꝙ ad h̃ vt ex ſemiplena p̃ba.deferatur ſacramentũ,debet eſſe non ſolum ſemiplena,ſed veriſimilis,nam ſi in cõtrarium eſt veriſimile ſemiplena probatio eliditur,& ſacramentũ non defertur,& idẽ

35 Bal.ĩ c.j.de cõfeſ.poſt gl.ibi dicit, † Quod confeſsio de homicidio ſine alia probatione habet pœnam, vt confitens capitaliter puniatur,ꝙ eſt verum dicit ipſe, ſi cõfeſsio ſit veriſimilis,vt quia præceſſerunt inimicitie capitales vnde iudex debet perquirere rationem,cur fecerit,& ſi iudici conſtaret de innocentia, non debet ſequi confeſſionem eius adducẽs text.in l.j.§.ſi quis vltro.ſupra eo.& in l.j.C.ad l.corn.de ſica.& in l.inde neratius in.§.vlt.ſupra ad l.aquil. & idem Bal.in l.clarum.C.de auc.præſtan.

36 dicit. † Quod confeſſus extra iudiciũ p̃t cogi ad perſeuerandum in illa confeſsione, ſi modo eſt veriſimilis.l.q̃ro in ſi.ſupra de edi.edi.l.capite quinto.ſupra de adul.ſecus ſi nõ eſſet veriſimilis.l.milites.§.opponet. C.eo.l.j.C.ſi quis imp.male.& Are.in c.cũ

37 p.de acc.col.v.nu.xxij.dicit. † Quod ſocio criminis creditur in criminibus exceptis,ſi modo ex qualitate deponẽtium, vel ex perſona eorum,contra quos opponitur, veriſimile ſit eum nõ mentiri,& caſum eſſe ſingularem dicit in c.in fidei fauorem in ſi. de hęre.in vj.& dicit de h̃ infra ver.confeſſio extra iudicialis in prin.et Ang.in l.ſi.C. de queſt.ibi veriſimilia cauſæ dicit, ꝙ cum procedunt argumenta accedentia ad veriſimilem cauſam criminis ex ipſis ſolis poteſt deueniri ad tormenta.cum non omne indicium ſit ſufficiens.ſed debet eſſe tale,ꝙ veriſimile ſit argumentum illud maleficiũ eſſe perpetratum per eum,& in h.d.eſſe notabilem illam literam q̃ põderare debet multum,qui aſsidet in criminalibus.Vnde attẽta tali veriſimilitudine Fel.in c.auditis col. xj.ver.inquantum poſtea nu.36.dicit poſſe limitari gl.in c.clerici.lxxxj.di. volentẽ ꝙ cæteris paribus immo aliquali diſparitate præferantur teſtes rei.Quam gl.dicit peregrinam & ſingularem in criminalibus fauore abſolutionis. & didiciſſe a Bal.in l.lata. C.qui accu.non poſ.Ro.in l.in illa ſtipulatione. ſupra de verb.oblig.de qua meminit Cur.in trac.de teſt.in xxvij.concl.eam limitat,& reſtringit ipſe Fel.non procedere vbi teſtes actoris deponerẽt veriſimiliora, & idẽ Fely.in d.c.auditis late inſiſtit in demonſtrando veriſimilitudinem attendi.& Iaſ.in l.ſi extraneus.in iiij.no.ſupra de cõd. cau.dat.cau.nõ ſecu.& Hip.in rub.de p̃ba.

38 nu.cviij.Vbiq; adducentes illud. † Quod non veriſimile eſt ſpecies falſitatis per dictum Bal.in l.j.in iij.col.C.de ſer.fu.q̃ dicit, ꝙ remotum a veriſimili eſt ſpecies falſitatis,ꝙ etiam voluit Car.in cle.ne romani.in prin.de elect.

Source : BIU Cujas

39 †SEXTO præmitto, ꝙ propter diuerſitatem quæ in legibus habetur an vnũ ſeu plura indicia requirantur, cũ omnes fere leges videantur loqui in plurali, vt in l. j. in prin. & in l. vnius. §. j. & in l. noſtra, & in l. milites. C. eo. & cum loquãtur in plurali vnius numero nõ ſunt contente, l. vbi numero. ſupra de teſt i. Alique tñ glo. ſint, quæ ſentiãt vnum tm̃ ſufficere in l. ſi quis. C. ad l. iul. ma. & glo. ſi in ver. ſuſpitionibus dum de ſuſpitione loquitur in ſingulari, & exinde Doc. cogãtur dicere, ꝙ iſtud relinquitur arbitrio iudicis vt per Bart. hic, & per Sal. in l. fi. C. eo. & per Ioã. And. An. de But. Cardi. Abb. & alios in c. cum in contemplatione de reg. iu. & Bal. in l. obſeruare col. j. C.
40 quo. app. non recip. †Qui dicit, ꝙ relinquitur arbitrio iudicis, quę indicia ſint ſufficientia, quæ non quia nulla certa doctri. dari poteſt. l. j. §. ſi expillatores, ſupra de effra. & expilla. & idem Bald. in l. milites in prin. C. de quęſt. & Ang. in d. l. milites dicit ꝙ certa reg. tradi nõ poteſt, in materia tormentorum, Sed aduerte, ꝙ iſtud arbitrium iudicis regulatur ſecundum diſpoſitionẽ iuris cõis vt ſenſit Bar. in extraua. ad repri. in ver. videbitur, & in l. ſi in lege. ſupra loc. & Ang. in l. j. ſupra de teſta. mil. & dicit Ro. in l. ſiſiusfa. col. iij. verſi. iiij. caſu ꝙ qñ poteſtas habet arbitrium ſimpliciter, ꝙ tunc in omnibus habet ſeruare regulas iuris ciuilis,
41 †Quia intelligitur in dubio de arbitrio boni uiri. d. l. ſi in l. & l. hæc venditio. ſupra de contrahen. emp. & l. ſi cum ea cum ſimil. C. de do. promi. & Pariſius nunc Reueren. Car. & præceptor meus in conſil. clj. paucis agam col. iij. ver. ex quibus vol. iiij. dicit. ꝙ licet iudicis arbitrio committatur, an indi-
42 cia ſint ſufficiẽtia ad torturã vel ne. †Tale arbitrium non debet eſſe abſolutũ ſed limitatum a lege, & ſecũdum legis diſpoſitio
43 nem, †Ideo Bar. in hac l. diſtinguit, quędã eſſe indicia generalia, & remota, & iſta nõ ſufficiũt de per ſe ſine alijs indicijs, nec ſola ſunt ſufficientia ad inferendam torturã vt puta mala conditio, & mala fama in homine facit indicium qualequale, l. de mino. re. §. pen. ſupra. eo. Item conuerſatio in domo, Item notitia rei ſubtractæ. iſta enim de per ſe non faciunt indicium, ſed coniuncta inſimul bene illud induceret, vt per Bar. ſi, & Saly. in l. fin. C. eo. dicens, ꝙ ſi eſt indiciũ generale contra plures de electo, cum exterus committere non potuerit, & in dubiũ
44 ſit, quis ex pluribus deliquerit. †Tunc mala fama vnius iuncta cum illo generali inditio faciet indicium ſufficiẽs ad torturã. Ita dicit Saly. in d. l. fi. uer. quero, an ſufficit, arg. eius ꝙ dicitur de nauta in l. quotiẽs. C. de naut. li. x. idem dicerem de inimicitia, de fuga, de armorum delatione, & alijs ſimilibus indicijs, quæ in homicidio ſimplici nõ ſufficiunt ad torturam, & ratio eſt, quia talia indicia de per ſe frequenter & facile cõtingunt abeſſe a delicto nã qñq; quis interficitur ab alio q̃ inimico, & quis aufugit abſq; eo ꝙ quid deliquerit, timens iuris ſeuitiam, quæ in delictorum cognitione adhiberi ſolet. & ẽt quis defert arma abſq; eo, ꝙ delinquat, & iſtud frequenter, & facile euenit, & eſt indicium leue, vt dicit Bal. in l. nõ hoc in fi. C. vn. cog. & dixi ſupra in ij. no. in
45 fi. & exẽplificari põt in ſimilibus, †Quędam vero indicia ſunt propinqua tangẽtia negocium de quo quęritur, & iſta faciũt indicium ad torturam, vt puta vnus bonus teſtis de viſu. Item confeſſio extraiudicialis, vel captus in loco delicti, vel ſi res reperta eſt apud aliquem ita Bar. hic & Saly. in d. l. fi. Quos communiter doc. ſequuntur, & raratio eſt, quia frequenter & facile contingit delictum eſſe commiſſum ex ipſa probatione vt per Bal. in d. l. non hoc in fi. C. vnd. legit nam ſi quis viderit, præſumitur id eſſe actum & ſi teſtis unicus fuerit idoneus, erit indicium ad torturã, vt dicam infra in ver. teſtis de viſu, & oculus videtur habere certitudinem quandam in ſe, quam ſenſus auditus, cum certior aure arbiter ſit oculus, §. fi. inſti. de gra. Item ex confeſſione extraiudiciali detur idem, cũ nulla ſit maior probatio q̃ propria oris confeſſio. l. generaliter. C. de non nu. pecu. ꝙ idẽ dici põt de reperto in loco, & de re ſubtracta reperta pones tertium. Nam ſi frequenter & facile cõtingit habere delictum in ſe. & ſi idem dici in alijs ſimilibus indicijs, de quibus infra et ſecundum iſtam diſtinctionem intelligi põt illud, ꝙ dicit Ioã. And. in addi. ad Spe. in. §. ſpecies in addi. inci. lex vnica in fi. de præſum. & ꝙ dicit Iac. de Belui. in. §. ſi vero in authen. de exhib. rei.
46 †SEPTIMO præmitto, ꝙ indicium debet probari per duos teſtes per gl. in l. fi. C. famil. her. Saly. hic dicit Bar. male allegare gl. in d. l. fi. cum loquatur de indicijs diuerſis ab his de quibus eſt pręſens materia, ſed ꝙ ſufficit regula generalis. l. vbi numerus, ſupra de teſtib. & ꝙ dicitur in Euangelio, ꝙ in ore duorũ vel trium, ſtat omne verbum. c. nouit. de iudic. ſi. idẽ voluit Ange. in l. ſi, in prin. in ver. eſt tñ indicium ſupra ꝙ



Source : BIU Cujas

met.cau.dicens, ꝙ indicium ſemper debet probari per duos teſtes,alias nõ eſt probatum exemplificãdo in eo teſte,qui dixit, ꝙ reperto homine occiſo vidit titium fugientem cum gladio ſanguinolẽto in manu, nõ enim eſt probatũ indicium ſufficiens ad torturam,exemplificando eſt in furto, vt dicã infra.Adducit & ipſe gl.in d.l.ſi.Bru.& pleriq; alij Moder.dicunt indicium probari ꝑ vnum teſtem de viſu,ſed ſi erit remotum a maleficio debet ꝓbari per duos teſtes adducunt multas deciſiones,& Hipp.hic in ij.
47 col.quem videas quia cõis eſt. †Aduerte tñ,ꝙ Bar.in pręced.q.dum diſtinguit de indicio.Dicit indicium propinquum eſſe tãgens negocium,vt vnus teſtis de viſu,confeſsio extraiudicium, captus ibi vel res reperta apud eum.indicium vero remotũ dicitur homo male cõditionis,et ſimilia,ideo ſi velimus dicere, ꝙ indicium remotũ debeat probari per duos teſtes indicium propinquum probaretur per vnum teſtem, & tñ cõfeſsio extraiudicialis,& alia ſuperius enumerata vltra teſtẽ de viſu probari debent per duos teſtes,& ex regula generali ſuperius tradita,ꝙ indicia debeant probari per duos teſtes etiã ꝙ ſint propinqua, vt
48 in exemplo Ang.tradit in d l.ſi. † Vnde dico,aliud eſſe,quod probetur maleficium, Aliud ꝙ probetur indicium, ad oſtẽdendũ maleficium.i.ꝙ probetur qualitas aliqua, vel facti,vel verbi ſeparata a maleficio, ex qua oriatur ſuſpitio pœnes iudicem, vt dicat indicium eſſe contra reum,ſi enim teſtis deponit de maleficio per vnum ex quinq; ſenſibus videlicet viſum,auditum, guſtum, odoratum,& tactum,per quos ſenſus fit ple
49 na probatio,†Et teſtis per illos rationem reddere tenetur,vt voluit Cice.in lib.ij.ad Heren.in c.in cauſa coniecturali.in ver.Argumentum ibi nunquid aliquo ſenſu perceptum ſit aſpectu,auditu,tactu,odore, guſtu, nam quis horum ſenſus poteſt conflare ſuſpitionem,idem voluit Bar.in trac.de teſti. col.j.in verb.teſtis cauſam ſui dicti, & per Soci.in conſi.liiij.uiſis teſtibus col.j.ver.ex quibus.vbi vult duos rixantes cognoſci ad vocem per teſtem & directe deponi ſuper maleficio,in his caſibus ſi teſtis deponit nõ dicitur probare indicium,ſed probat maleficium,vt ſi teſtis dicat vidiſſe titium vulnerantem,vel audiuiſſe blaſphemantem, vel iniuriantem verbis.vel noctis tẽpore duos ſibi cognitos tetigiſſe ſimul ſe cognoſcẽtes, vel quid ſimile directe demonſtrans delictum,nam ſi duo eſſet teſtes deponentes de ipſo delicto,oriretur plena probatio,ſed qa eſt vnus tantum teſtis,& eius dicto imperfecto,quo ad plenam probationem orit indicium, & per cõſequens indicium prouenit ex probatione ſuper maleficio,non autẽ ꝙ probetur indicium,& iſtud eſt quod voluit Bar.hic dum dicit, illud ꝙ dixi ꝙ vnus teſtis facit indicium, eſt verum de vno teſte, qui teſtificatur de maleficio ipſo. Ex quo male dicunt Moder.quod indicium probat per vnum teſtem de viſu ſed ſi quis vellet probare qualitatem aliquam ſeparatam a maleficio,ſiue propinquam,vt eſt in cõfeſſione extraiudiciali,vel in capto i loco delicti,vel de re reperta apud aliquẽ furto ſubtracta,vt exemplificat Bar.hic,& Ang.in l. ſi.vel ꝙ vidit talem fugere cum gladio ſanguinolento,ſed non vidit percutere, vel ꝙ vidit portare vnum fardellum ſubtus clamidem,ſed quid portaret ignorabat,vel libellus diffamationis repellitur poſitus i aliquo loco,et inde viſus eſt exire vnus,et nõ alius, vt exemplificat Ang.in proprijs terminis in l.ij.C.de queſtio.dicens,ꝙ iſta ſunt indicia vehemẽtia, & tñ vnus teſtis ita deponens non faciet indicium, ſed requirunt duo teſtes,& eodẽ modo.Si voluerit probare qualitatem remotam ab ipſo maleficio, vt in mala fama,& ſimilibus, eodem modo duo teſtes requirunt.& ex his apparet non eſſe faciendam diſtinctionem inter probationem indicij remoti & indicij propinqui cum vtrũq; probari debeat per duos teſtes ex regula generali iam dicta ſed an plures teſtes ſingulares coniungantur ad faciendũ indicium, videbimus infra in verb. Teſtes ſingulares.

50 †OCTAVO præmitto, ꝙ proceſſus, & teſtes qui dantur per iudicem,ipſi reo ad hoc,vt ſe defendat habent diuerſa nomina, aliqñ appellantur probatio vt in l.j.§.j.ibi ita probationi ſupra eo,aliqñ argumẽta vt in d.l.j.& in l.milites.C.eo.& per Ang.in l. ij.C.de quæſti.Aliqñ præſumptiones, & aliquando coniecturæ, prout eas Cic.appellat in lib.ij.ad Heren.in c.in cauſa coniecturali,& per Bald.in l.non hoc.C.vnde legi.dicens ruſticos Papienſes appellare has coniecturas, vt etiam per Deci.in d.c.iij.loco col.ſi.de proba. Aliquando veriſimilitudines.Aliquando adminicula,vt ponit Bal.in l.ea quidem.col.j.C.de accu.& Alex.hic in addi.ſi.& multa ponit Bru.in d.trac.de indic.in j.q.diſputatio tamen iſtorum nominum relinquenda pertinacibus gl.in rub.ſupra ſolu.mat.& de iſtis nominibus loquens

Source : BIU Cujas

Abb.in d.c.tertio loco.et in c.quarto in prin
ci.de præſum.& ibi Fely.col.fi.& Innoc.in
c.quia veriſimile eodem titulo dicunt relin
qui pertinacibus.
51 † NONO præmitto,ꝙ indicium eſt mi
nus ſemiplena probatione,vt in l cũ proba
tio.ſupra de proba.quam refert & ſequitur
Bar.in l.iij.de excuſ.tu.quanuis illa lectura
ſit Nico.de Neap.& Ang.idem voluit in l.
ij.C.de quæſtio.& idem voluit Alex.& So
ci.in l.4.§.j.ſupra ſi ex noxa.cau.aga.dicen
tes magnum eſſe, ꝙ ex minore deductione
ꝗ̃ ſit ſemiplena probatio procedat ad tortu
ram, & ꝙ ſit minus ꝗ̃ ſemiplena probatio,
tenet Cy.in l.iij.C.ad l.iul.maieſt.& in l.fi.
ver.nunquid ergo.C.eo.de quæſtio.& Bal.
in d.l.cum probatio. & in l.non hoc in fin.
C.vnde legi.et in l.fi.in fi.C.de proba.Ang.
in l.fi.in prin.ſupra quod met.cau.& in.§.ſi
vero vſusfructus in fi.in authen.de nup. &
Albe.in l.ſiue poſsidetis.C.de probatio. &
Iaſ.in l.admonendi. ſupra de iureiuran.nu.
xlvij.& Deci.in d.c.tertio loco col.fina.de
probatio. Eſt etiam indicium qualequale
quod oritur ex teſtibus,qui examinari non
52 poſſunt, ſi examinati fuerint. † Et iſtud
indicium operatur, ꝙ iudex poteſt proce-
dere ad inquiſitionem vt per Salyc.in l.ſer.
uos in fi.C.de teſti.& dixi ſuperius in ij.no
ta.Et dicam infra in verſi. teſtis qui nõ de-
buit examinari, & de iſta dictione qualiſ-
qualis loquitur tex.in l.apud labeonem.§.
prætor ait ſi quid ſupra de iniur.& in l.me-
rito.ſupra ne quid in loco publ.& per Bal.
in l.ſi duo patroni.ſupra de iureiur.& Bar.
& Alex.ibi in l.maritus.ſupra eo. Et quia
indicia frequentius per ll.ac ſcri.habentur
circa homicidia,furta,& adulteria ideo in-
cipiam ab homicidio,ſiue ab vno ſiue a plu
ribus committatur. Fit enim altero ex his
modis. Aut ex propoſito ſiue apenſate, &
53 tractatu probatio,aut in pura rixa. † Prin
cipium itaq; erit ab homicidio ex propoſi-
to & apenſate ac per tractatum facto, cum
magis puniatur, ꝗ̃ homicidium in pura ri-
xa l.j.§.j.ſupra de ſica.l.abſentem in fin.de
pœ.ibi conſulto aliquid committatur,an ca
ſu,& l.reſpiciendum.§.delinquũt,infra eo.
titu.& de pœn.& ibi Bar.not.Abb.in c.in-
ter alia colum.vij.verſ.ſecundo caſu nume.
xxv.de immu.eccle.& An.in tracta.maleſi.
in verſic. & apenſate cum ſi plures fuerint
omnes tenentur de occiſo, ſi homicidium
ſit ſecutum per tractatum, ſecus ſi in plura
rixa no.& Bar.& Ange.in dicta l.fin.ſupra
54 de ſicar,& Moder,ibi. † Vlterius ſcien-
dum eſt non præſumi factum ex propoſito.
& apenſate homicidium, niſi illa qualitas
penſamenti probetur,& iuſtificetur,ita ſen
ſit Innocen.in c.inter alia de immu.eccle.
55 & ibi Hoſtien.& Ioan.And. † Qui dicũt,
ꝙ latrones publici, & qui obſident ſtratas
ſemper præſumuntur inſidioſe facere, niſi
aliud probetur,argumen.l.qui ſemiſſes. ſu-
pra de vſucap.& c.j.& iij.de præſump. In
alijs vero non præſumitur, niſi probetur.l.
quotiens.§.qui dol.ſupra de dolo.l.vt vim.
ſupra de iuſti.& iur.Idem voluit Butri.ibi
colum.ij.& Car.q.viij.Pe.de Ancha.ſenſit
contrarium ibi dicens,ꝙ dolus ſemper pre
ſumitur,poſtquam conſtat delictum eſſe cõ
miſſum l.ſi non conuitij.C.de iniurijs.Abb.
ibi colum.vj.ſaluat dictum Hoſtien.& alio-
56 rum dicens. † Quod licet in actu delicti
præſumatur dolus.Tamen non pręſumitur
ex propoſito prius deliberato deliquiſſe
communiter in omnibus. In iſtis autem la-
tronibus,qui ſtant in ſtratis publicis,præſu
mitur, ꝙ ex deliberato ꝓpoſito ħ fecerint,
ex quo in illis rapinis ſe aſſuefecerint,et in-
ſpiciatur hominis conſuetudo.l.qui ſemiſ-
ſes,ſciant etiam ꝙ ſi plures fuerint in rixa
in dubio præſumitur ibi exiſtens cauſali-
ter affuiſſe,ita determinat Fely.in c.ſicut di
gnum.in iij.colum.verſi.ſeptimo & vltimo
in fi.de homicid. allegat Bald.in l.j.in lect.
antiq.ſupra de ſer.corrup. & in ca.j.de be-
neſi. frat. Homicidium ſi ab vno tantum
fuerit factum,illud præcogitatum & ut vul
go dicitur apenſate,& apoſtate feciſſe dici
poteſt, ſi indicium aliquod ex infraſcriptis
in proceſſu appareat,probatio nanq; liqui-
da haberi non poteſt,cum huiuſmodi cogi-
tationes in animo delinquentis conſiſtant.
57 † Et quanuis animus a ſolo Deo cogno
ſcatur,vt eſt tex.in clemen.exiui in.§.quan
uis.de verbo.ſignifi.ibi quę omnia fecit ip-
ſe Deus, tamen qui abſconditorum eſt co-
gnitor,ad animum ſibi miniſtrantium reſpi
cit & per illum tex.ita decidit Bald.in tra-
cta.ſciſma.colum.x.& eſt text.in c.nũquid
de pœ.diſtin.j.ibi quia ego ſum ſcrutator re
rum & cordis. & dicit Ang.in l.j.C.de ſica.
quod dolus & bona fides ſunt paſsiones
animi, quæ ſoli Deo ſunt notę,& ibi etiam
Salyce.colum.prima quos ſequitur Cæpo.
in conſilio xxj.ſuper homicidio colum.ſe-
cunda, & eſt gloſ.in l.ſecunda.ſupra de in-
58 terrogat.actio.& ibi Alberi. † Attamen
animus probatur præſumptione verbi,vel
facti.Talis enim animus præſumitur, qua-
lia ſunt verba, aut facta lege is qui.§.diuus.



Source : BIU Cujas

ſupra de tut.et cura.da.ab his l.labeo.ſupra
de ſup.leg.l.reprehendenda.C.de inſtitu.&
ſubſtitu.& in l.prima.§.diuus.& ibi Barto.
in d.l.is qui.§.diuus,ꝙ quandocunq; de ali
qua animi qualitate queritur,teſtis debet te
ſtificari per actus exteriores,quos vidit, nã
ex qualitate facit animum facientis meti-
mur l.j.ſupra de peti.hæredi.l.ſi tamen.§.ei
qui ſeruum.ſupra de edil.edic.vbi videns
ſeruum vinctum non tenetur editio edicto,
multo enim amplius eſt id facere, ꝗ̃ pronũ
ciare in vinculis fuiſſe,& eſt tex.i.§.is quo
que in fi.ſupra de hære.quali.& diffe.& in
l.ſi vt certo.§.cuſtodiam.ſupra commo.& ĩ
59 l.ſi hominẽ.ſupra depoſi. † Nam per ex-
trinſeca probantur intrinſeca.l.fi.circa fin.
ſupra de diuor.& in l.quidam in ſuo. ſupra
de condi.inſti.& in.§.ceruos inſti.de re.di-
ui.Et dicit Cy.in l.fi.C.de ſica.ꝙ extrinſe-
cus actus probat intrinſecum animũ.Et Gã
di.in ti.de præſump.in trac.malefic.col.fin.
ver.octauum etiam,vbi per multa cõfirmat
prædicta. Idem voluit Bald.in l.ſi ex pla-
gis.ff.ad l.aquil.qui dicit poſt gl.ꝙ facto da
tus voluntas intelligi,& eſt gl.in c.& ſi qõ
nes.de ſimo. & idem voluit Soci.in conſil.
cxxxj.in præſenti col.ij.verſi.præterea vo
lu.j.determinans,ꝙ poſſidens non dicit̃ mu
tare cauſam poſſeſsionis, niſi appareat de
animo,qui animus demonſtratur per exte-
riora,& dicit Rom.in conſi.cxcvj.ſuper eo
ꝙ queritur, quod quis non tenetur actione
iniuriarum,niſi animum iniuriandi habue-
rit,qui animus probatur pręſumptione ver
bi vel facti.& dicit Gandi.in tracta.maleſi.
in titu.de præſump.col.j.verſicu.præterea.
60 †Quod iudex debet cõſiderare factũ, ꝙ
animum metimur,& dicit Albe.in l.aut fa-
cta.in verſ.qualitate infra de pœn.quod ex
qualitate facti præſumitur incendium , vel
ferita per tractatum facta per not.in l.& ſi
domum.ſupra de adulte. Vnde ex prædi
ctis dico Hip.de Marſi.male ſenſiſſe in eius
conſi.xcvj.dum vult,ꝙ ſtante ſtatuto,quod
quis non poſsit puniri,ꝙ alium occiderit,ſi
non apparet id tale feciſſe animo occidẽdi,
quod iſte animus non poſsit aliquo modo
probari per teſtes, eo q̃m animus per actus
exteriores non vere ſed ficte comprehendi
tur,vt latius ibi per eum quia dico ſatis cõ
ſtare ex prædictis animum demonſtrari &
probari verbo aut facto,& ex coniecturis,
vt etiam voluit Bar.in l.ſi concubina.§.j.ſu
pra re.amo,& in l.ſi cui.§.j.ſupra de accuſ.
& Bal.in l.liberte.C.de oper.liber.dicens,
quod qualitas factorum deſcribit qualitatẽ
intellectus,quod idem voluit ipſe Hipp.in
61 l.j.col.iiij.nume.xxvij.C.de ſica. † Præ-
terea cauſæ criminales non deciduntur iu-
ramẽto ipſius rei vt eſt tex.in l.fi.C.de pro.
ba.& in c.nos in quemquam ſecunda quæ-
ſtione prima,& vult Bar.in l.maritus.infra
de quæſtio.& in l.admonendi,& ibi Iaſ. &
alij repet.ſupra de iureiuran.& Bal.in l.in
bonefidei.col.j.verſi.quinto oppono.C.de
iureiuran,& in l.j.col.ij.verſi.oppono nam
contumax.C.quo. & quan. iud. nulli enim
eſt difficultas quod quilibet reus ad hoc vt
euitet pœnam , & vitam conſeruet iurabit
non ſemel, ſed per centum vices,prout la-
te inſiſtit idem Hippo.in d.l.ſi maritus & in
62 ſua pract.in §.poſtquam in prin. †Præte
rea non ſtatur iuramento alicuius de depẽ-
dentibus ab animo,quotiens poteſt proba-
ri ex coniecturis, ita voluit gl.in clemen.j.
in fi.de pœn.ibi hoc tenet Cardi.in vltimis
verbis,& ſequitur Felyn.in c.ſignificaſti.el
j.colum.ij.verſi.tertio fallit de homi. Nõ
ob.glo.allegate per Hipp.in d.conſil.vt eſt
illa in.§.alie inſtitu.de actio.& in d.c.ſignifi
caſti,& ꝙ voluit Petr.de Anchar.in conſil.
clviij.quia omnes ille glo.& deciſiones lo-
quuntur in cauſa ciuili , prout eſt legere in
63 omnibus illis deciſionibus. †Nam cauſę
ciuiles alio modo regulantur quam cauſæ
criminales vt per Bar.in d.l.admonendi. &
treſdecim differentias ponit ipſe Hippo.in
ſua pract.in.§.expedita col.viij.& ſequen.
ubi ponit etiam differentiam in iuramento.
Non ob.alia glo.in l.ſi cui prout dicam
infra quia loquitur de iuramento purgatio
nis. Aduertendum eſt circa prædicta ad
vnum dictum Bar.in d.l.maritus in fin.qui
64 diſtinguendo dicit. † Quod iuramẽtum,
quod defertur a iudice in defectum proba-
tionis reo ad abſolutionem,bene poteſt de-
ferri.l.pręſenti.§.ſicubi.C.de his qui ad ec-
cle.confu.& dicitur iuramentum purgatio-
nis,nam de hoc dicto Bar.nullam facit men
tionem Hippol.in d.l.maritus, nec alibi, &
tamen ipſe Bart.videtur innuere, quod reo
poteſt deferri iuramentum pro cauſa crimi
nali per ipſum iudicem,& ideo pro intelle
ctu dicti loci Barto.eſt ſciendum, ꝙ quan-
do aliquis eſt infamatus de aliquo crimine,
nec ſunt probationes , aut præſumptiones
contra eum,& illa fama perduret, quæ etiã
non habet totum a probis perſonis, vel a
65 quocunque. † Tunc iudex qui videt il-
lum talem laborare infamia debet deferre
ei iuramentum , & ille corporaliter iura-
bit ſe eſſe immunem a crimine, ſuper quo

Source : BIU Cujas

dicitur infamatus prout eſt text. in c.j.ij.& iij.de purga.cano. Et iſtud dicitur eſſe iuramentum purgationis, & ita de hoc loquitur Specu.in titu.de abol.in .§.ij.per totum tit. Et iſtud tale iuramentum erat in vſu de iure canonico, & raro reperiebatur cautum de iure ciuili, vt dicit Anch.in c.excommunicamus de hære.& dicit reperiri in l. vbi. C.de fal.& ꝙ non recordatur, quod de iure ciuili propter infamiam, quæ remanet, debeat ſe purgare ſed Ioan. de Ana. in d.c. excommunicatus colũ.iiij.in verſi.qui autẽ in primo nota. dicit reperiri multos caſus, in quibusqꝫ de infamia ſe purget, alleg.tex. in d.l.præſenti, & in l.marcellus ſupra rer. amo, & in l. lex Cornelia.§.hac lege ſupra de iniur. in quibus habet de iuramẽto purgationis, quod ſecundum ipſum dicitur purgamentum neceſſarium de quo in l. generaliter in princi.ſupra de iureiurã.& adducit tex.in authen.Gazaros.C.de hæret. & in l. ſi.ſupra de requi.re.in quibus ſecũdnm ipſum expreſſe dicitur de purgatione. & hoc modo intelligit dictum Bart.in d.l.maritus, quod loquatur de iſto iuramento prout ẽt ipſemet Bar.exprimit ibi dicendo, & dicitur iuramentum purgationis, & de hoc etiã iuramẽto loquitur glo. in l. ſi cui in.§.hiſdẽ ſupra de accuſ.& clarius gl.in l.j.C. de ſic. & ſic Barto.in dicto loco intelligendus eſt, quod iudex deferat iuramentum, quãdo de crimine non eſt probatio, neque præſumptio contra aliquem, ſed tantummodo eſt infamatus vndecunque proueniat talis infamia, & de hoc iuramento loquitur Spec. in titul.de fur.in colum.iij.verſi.quid ſi peregrinus dicens quod ſi peregrinus, qui vadit, vel redijt vltra mare, intrat nauem, vel tabernam, vel ſtabulum, nec oſtendit res, quas habet, quod tunc ſi perdantur res, non ſtatur eius dicto vel iuramento. ſed bene poteſt cogi caupo, vel ſtabularius, vel natura iurare, ꝙ res illas non ſubtraxit, nec ſubtrahi fecerit, & erit ſacramentum, per ꝙ quis purgatur, cũ de eius mala conſcientia queritur ab eo, allegat tex.in d.l.præſenti.& in l.fi.C.de iur.do.impet.& in l.fina.C.de bo. auc.iud.poſ.idem voluit Bal.in l.j.C. loc.in ver.& no.dicens, ꝙ hoſpes tenetur de amiſſione rei, etiã ꝙ locus ſit fractus, in quo erãt, & hoc de generali præſumptione, quę eſt contra hoſpites, ꝙ ſint rapaces ex mente Nicol.de Matar.ſi tamen erunt bone famae, tunc debent ſe purgare per iuramentum ſuum.

INDICIA ꝗ vero homicidium præcogitatum demonſtrantia ſunt infra poſita in quibus tamen aduertendum eſſe puto, ꝙ aliqua ex infraſcriptis non ſunt de per ſe ſufficientia ad faciendum plenum indiciũ. Sed vnum coadiuuat aliud, ex quo deueniri poteſt ad torturam, vt dixi in præmiſſo. vj.Et de iſtis indicijs demonſtrantibus homicidium ex propoſito ponuutur ſex per Alberi.in tract.ſtatut.qõ.lxiiij.in iij. par.& in l.& ſi amicis domũ ſupra de adul.& excellẽtiſsimus præceptor meus Mant. in cõſi.cccxxv.niſi innocentia col.iij. vbi ponit ſeptem indicia tractatus & penſamenti.

66 †Et procedendo ſuper illis diuidam ipſa indicia in tria tempora, vt dicit Cic. in lib. ij. Rethor.ad heren.in princ.in cauſa cõiecturali in verbo argumentum. In præteritum, inſtans, & conſequẽs, prout etiam ſenſit Bald.in l.mulierem.C.ſi quis alt.vel ſib. dicens, ꝙ dolus, & fraus probantur a priori & poſteriori, & ab vtroque ſimul iuncto. l.ſi qui adulterij.C.de adul. & vt dicit Bar. in l. in furti.§.ope ſupra de furt. dum conſiderat auxilium ante delictum, in ipſo delicto, & poſt delictum. ideo videbimus de tempore ante homicidium per infra poſita indicia.

67 †PRÆPARATIONES, & ordinationes indiciant penſamentum & homi-
68 cidium præcogitatũ, vt puta. †Emptio armorum, quæ in vſu non ita frequenter habentur, & maxime in emente, item & exercitatio in armis, vt eſt ludus ſcrimie in eo, qui non erat ſolitus, & maxime ſi per etatẽ id ſibi non licebat, & repertum fuit homicidium commiſiſſe cum illis armis, cum quibus exercebatur. item ſi cum armis per eũ ſolitis deferri experientiam aliquam fecit ſuper clipeo, vel toraca, vel ſimili genere armature, & cũ illis homicidium fecit, ꝓut vidi, ꝙ quidã fecit experientiã ſuper armatura cum pugione, an pertranſiret ipſam armaturam, & in die ſequenti interfecit hominem, repertum fuit hũc præcogitaſſe homicidiũ, & in tortura confeſſus fuit, id tale apẽſate feciſſe, & luit pœnas debitas, & qđ eã experientiã faciebat ad hoc, vt videret, an pugio eſſet ſufficiens ad interficiendũ eũ hominem, quẽ percuſſerat, qui armatus incedebat item ſi arma habiliora ad incidendum & vulnerandum, vt puta (prout vulgo dr̃) limare fecerit, vel molare, de quo loquitur Par.de Put. in tracta. ſindi. in verb. mandauit colum.vj.verſicu. ſi quis reperitur, prout etiam vidi in alio, qui eo modo pro homine interficiendo arma præpara-

Source : BIU Cujas

uerat,& repertus fuit ex propoſito homi-nẽ interfeciſſe,itẽ ſi repoſuit arma in aliqua domo,vt cuſtodirentur, & ibi propinquus ho micidium fecit.item ſi præmonuit amicum, vt audito rumore deberet accurere cum armis vel ſi præmonuerit amicũ,vel alium, quod audito rumore non ammoueret ſe, quia res ad ipſum non pertinebat,iſta.n.præpa-ramenta,& ordinationes,& alia ſimilia fa-ciunt indicium, quod homicida tale delictum ex propoſito,& apenſate fecerit, vt voluit Cic.in d.lib.ij.Reth.in c.in cauſa coniectu rali in verb.argumentum ibi nunquid ap-pararit.& Bar.hic co.ij.ver.item quod fuit viſus,& Ang.in l.fi.C.de quæſt.quem ſequi tur Par.de Put.in trac.ſind.in verb.viſo de indicijs colũ.j.char.cix.& Brun. in trac. de indic.col.xij.ver.item dat aliud vbi deter-minant per hæc indicia poſſe deueniri ad torturã, ſi aliquis infamatur de homicidio eo magis autem dicendum eſt in faciendo indicium ſuper penſamento,cũ de ipſo actu homicidij conſtet,& tantummodo deduca-tur in quæſtionem, an propoſitum interue-nerit in homicidio ipſo. & prædicta omnia demonſtrent præcogitationem , cum ad eũ finem homicidij tendãt,& eſt tex.hoc pro-bans in l.j.§.vi poſsidere ſupra de vi & vi arm.ibi qui in hoc ipſum optatus & præ-
69 paratus venit. †Facit pro hoc quod in pro-bandis occultis quæ ex præſumptionibus, demonſtrantur prout in adulterio, ex præ-paratorijs inducitur probatio, nam deoſcu latio,tactus mamillarum,apparatus, conui-uia, & alia ſimilia præparatoria probant adulterium,vt eſt glo.tertia in l.quod ait lex ſu pra de adulter.& ibi Bar. & idem Bart. in l.ij.§.fi.& in l. capite quinto ſupra eod. & tex.in c.præterea de teſtib.& ibi Doc. Sed aduerte quod glo.in d.l.quod ait lex dicit,repertũ in rebus venereis eſſe illum , qui prædicta facit,& ẽt dicit Bar.in d.l.capite quinto res venereas eſſe prædicta. Attamen Bud. in ſuis anno.ſecun.anno.xxxv.reprehẽdit lo-cum illũ accurſij per multorum authorita-tem volens rem veneream eſſe,quando pu-denda in pudendis,vel obſcena in obſcenis ſunt poſita, quod puto in l. illa iuriſconſultum ſenſiſſe,dum dicit, ſi in ipſa turpitudine fi-liam deprehendat,habens reſpectũ ad actũ ipſam carnalem,dum poſtea ſubiungit ver ba labeonis confirmantia prædicta dum di cit,in rebus venereis,quod idem eſt cum præ-dictis. Adduci poteſt ad præmiſſa illud, quod dicit Bald.in cap.tue de procu. quod ita puni-tur mulier, quæ oſculum luxurioſum dat, quemadmodum & pro adulterio, quod Dec. intelligit quo ad probandum adulterium, & nõ quo ad prædicta,dicens illa eſſe præ-paratoria,vt vult in rub.C.de eden.in prin cip.& in rub.de proba.extra, & in c.cũ ſu-per col.j.de offi.deleg.

70 †TRANSITVS nõ ſolitus & iſtud indicat penſamentum.Si enim ego in regio ne non ita frequentata, & per quã aut nũ-quã ſolitus ſum iter facere,ſi per ipſam trã-ſitum faciens reperto homine ipſum interfi cio,indicium oritur, quod id præcogitauerim, ex trãſitu namque inſolito oritur indicium, quod pertranſiens homicidium commiſerit.Si eo ſero homicidij ibi fuerit viſus , nec erat ſolitus per ea loca pertranſire, ita determi-nat Cic.in dicto lib. ſecundo ad heren.ibi nam quo in loco præter conſuetudinẽ fue-rit,& Bar.in dicta l.fin.colum.ij.in fi.ſupra de quæſtio.& Saly.in l.fina.colum.ij.C. de quæſtio.& Par.de Put.in d. tracta. de ſind. in verb.viſo de indicijs colum.prima char. cx.allegat text. in l.iij.§.eiuſdem ſupra de teſti.eo magis dicendum eſt , quod ſecuto effe-ctu homicidij occidens habuerit animum occidendi.& præcogitauerit ipſum homici dium,& quod venerit illuc gratia interficien-di, cum aliud præſumi, non poſsit . Facit pro hoc id, quod dicit Bartol. per illũ tex.
71 in l.ij.C.de curſ.publi.lib.xij. †Quod re pertus extra viam publicam habet malam ſuſpitionem contra ſe,vt eſt in portante cõ-tra deuentum per tex. in l.ſi quis eod, titu. quod ſequitur Ioan.An.de Plat.in d.l.ij.Di cens,quod euntes per viam non publicam nec conſuetam habent præſumptionem contra ſe & idẽ eſſe in eo,qui ingreditur, vel egre ditur ciuitatem aliunde quam per portam publicam & conſuetam l.fi.ſupra de rer.di-uiſ. In homicidio autem puro non ita ſim pliciter habeas tranſitum inſolitum pro in-dicio,vt quis torqueatur, cum ſit indicium remotum a maleficio.& ideo alia requirun-tur,vt dixi ſupra in vj.præmiſſo.

72 †FREQVENTATIO vie,in qua delictum eſt commiſſum. Si enim titius vi-ſus fuerit per plures vices pertranſire per aliquam viam eundo, & redeũdo vno die, vel diebus ſucceſsiuis,& eodem vel ſequen ti,vel alio die non multum poſt interfece-rit hominem in eadem via præſumptio ori-tur contra ipſum,quod ſæpius eam viam tran-ſierit cauſa committendi tale homicidium, & ad id animum applicauerit,vt ſenſit Ci-ce.in dicta l.ſecunda,ad her. ibi vbi fuerit, vbi viſus ſit,facit tex.i l.iuſto ſupra de vſu-

Source : BIU Cujas

càp.vbi propter frequentiam rei id ſtatui-
tur, & in l. legatis.§.ſi vnus.ſupra delega.
73 iij.& dicit Rayn.in dicta l. iuſto. †Quod
ſi quis reperitur mortuus in ſtrata publi-
ca,nec appareat occiſor, ꝙ ille præſumitur
occidiſſe, qui frequentabat locum illum,
tamque loci frequentia indicat frequen-
tantem,ꝙ occiderit idem voluit poſt Ray.
Angel.Rapha,Cum.Imol.in dicta l.iuſto &
vt in præcedenti indicio dixi. Si frequen-
tatio vie facit præſumi frequentantem oc-
cidiſſe, eo magis conſtito quod occiderit,
præſumendum eſt, quod apenſate ad id
74 proceſſerit. †Et ratio eſt,Quia ex actuũ
proporti one,& aptitudine præſumitur ma
leficium argu.l.ſi dolo. & l.dolus.C. de re-
75 ſcinden.vendi. †Inditium vero pro ho-
micidio puro facit frequentatio vie(vt iam
dixi)& reperto cadauere in via, ſi ignora-
tur,a quo ſit interfectus præſumitur contra
frequẽtantem,& indiciatur ad torturã, ita
determinat Angel. in tracta. maleficio. in
verbo fama publica colum.ix. verſic. quid
autem ſi quis in ſtrata. idem voluit Bolog.
in addi.ad tracta.de tormen.Guid.de Suza.
colum.vij.& Par.de Put.in tracta. ſindica.
in verbo ſi quis eſt inuentus. Vltra præ-
dictos videlicet Rayn. Angel. & alios ſu-
pranotatos in dicta l.iuſto. Sed aduerte qđ
Areti. & alij ſupranominati in ſuis tracta.
alleg.Bartol.Bald.& Ang.in diuerſis locis,
& maxime in dicta l. iuſto. qui tamen nihil
dicunt de hac re, ſed voluerunt allegare
Ray.& alios ſupranominatos in dicta l. iu-
ſto. idem voluit Alexan.referens Rayn.&
Ang.in conſi.l. viſis & opportune pondera
tis col.iij.ver.comprobatur vol.j.ſubdens,
quod eodem modo præſumitur incendiũ
proceſsiſſe a facto ſerui,ſeu miniſtrorũ eius
qui habet mercantias in fonticis propter
76 conuerſationem,quã habent in eis. †In-
tellige prędicta. qđ in homicidio puro fre-
quẽtatio prędicta nõ ſit ſufficiẽs ad torturã,
ſi frequẽtans eſſet homo, bone cõditionis,
qui cõſueuerat per ſtratã illã tranſire.cũ ſit
inditiũ nimis generale per ea,quę no.Bart.
in l.fi.ſupra de qõ.ita intelligit Imol. in d.l.
iuſto volẽs reſtringere dictũ Ray. Attamẽ.
Ray.& cũ.ibi idẽ ſenſerũt,dũ dicunt, ꝙ fre
quẽtans pręſumitur occidiſſe,maxime ſi ta-
lia cõmittere cõſueuit arg.tex.in l.ſi cui.§.
iiſdẽ,ſupra de accuſa.& in l.ſi ita.§.fi.ſupra
de fun.inſtru.& idẽ ẽt ſenſit Aret.in d.ver.
quid aũt ſi quis in ſtrata. Dicẽs præſumi, ſi
ille erat malus homo,& ſic conſtat ex men
te prædictorum,qđ ex frequentatione ſim-
plici nõ inducitur indiciũ ad torturam,niſi
alia concurrant.& quãuis addentes ad tra
cta.Areti. in dicto loco ſibi ipſis attribuant
hanc reſtrictionem. Tamen (prout dictũ
fuit) Antiqui & clarius Imol. dant iſtam in-
telligentiam.Facit ſecũdum ipſos, ꝙ voluit
Ric.Malumb.in q.quæ eſt mihi xiiij.incip.
77 Cum in ſtatuto Ciuitatis Paduæ. † Vbi
vult,ꝙ ſtante ſtatuto,ꝙ male auiati tenean
tur de maleficijs cõmiſsis in ſuis villis, ꝙ
ex hoc ſolo,ꝙ reperiatur corpus interfecti
iacens in terra in quadã villa,nec apparet
quis maleficium fuerit perpetratus,nõ tene
tur villa,cum corpus mortuũ non præbeat
teſtimoniũ de loco cedis, niſi cõſtet homi-
nes illius ville eſſe malefactores & ibi con-
uerſari,& morari,& alia vel ſimilia cõcur
rant,nam tunc villa tenetur, quod idẽ vo-
luit Alber.in q.lxxiiij.in ij.par. referens q.
Ricar.ad literam,& ſequitur Bal. in l.iij.in
§.cognoſcit ſupra de offic.præfec. vig.
78 †ARMORVM delatio in non ſolito,
& non habente iuſtam cauſam deferendi,
ſi per deferentem homicidium committa-
tur,præſumitur & indiciatur, ꝙ ex propo-
ſito arma detulerit cauſa hominem interfi-
79 ciendi. † Nam deferens arma maliuo-
lum habet animum, vt eſt glo.fin.ti.de pac.
conſt.& eor. viol.& ibi hoc nota. Bald.&
Mar.de Lau.in ver.ſi quis ruſticus, & etiã
voluit.And.de Iſer.Præpo.Aluar.in d.titu.
in verſi.mercator,& Alexan.in additio.ad
Barto.in l.j.ſupra ad leg.iul.de vi pub. Vbi
omnes concludunt deferentem arma ma-
lum animum habere, niſi ex cauſa deferat
vel ea ligata habeat.vel prout dicit Prępo.
& Aluar.ꝙ licentiam habeat,& dicit Mar.
de Lau.ꝙ cauſa,an ſit iuſta portandi arma,
relinquitur arbitrio iudicãtis inſpecta per-
ſona & tempore l.j.& ij.C.ad leg.corne. de
80 ſica.l.prima.C.vnde vi. †Facit pro hoc
illud,ꝙ armorum vſus regulariter eſt inter-
dictus & prohibitus, vt in l.j. & in rub.C.
vt arm.vſu. lib.xj. & in authen. de arm. in
§.ſin autem.& per Bartol.& Angel.in l.pri
ma per illum text.ſupra ad legem iul. de vi
pub.& per Abb.& alios in c.clerici de vit.
& hon.cleri.Et dicit Frã.Bru.in trac.de in-
81 dic.col.xiiij. †Quod ille qui ſe armat de ri
xa & bello præſumitur cogitare,alleg.Bal.
in l.j.C.de ſer.fug.col.j.verſi.ex conſilio,&
in l.vt vim ſupra de iuſt.& iur.& ꝓ indicio
ad torturã hanc delationẽ armorum ponit
Iac.de Bel.in ſua prac.crim.in ti. de quæſt.
in colum.xvj.in fin. dicẽs, ꝙ gladij delatio
eſt indicium,nam de portantibus arma lex

Source : BIU Cujas

male præſumit vt in authen,de mand.prin. in.§.ſi.quod dictum intellige(vt iam dixi) nulla ſubſiſtente ad deferendum arma cau-

82 ſa legitima. †Et hoc magis præſumi debet, ſi defert arma euaginata, ex eo enim præſumitur ſe præparaſſe ad aggreſſuram d.l.j.§.vi poſsidere ſupra de vi & vi arm. Et ponit Cępol.in conſi. xxviij.col.ij. ver. ij. quia.

83 †ARMORVM genus,& iſtud oſtēdit animum & præmeditationem ad occidendum, nam ſi quis ambulauerit cum armis haſtatis,vel cum arco & ſagittis,vel cũ arcobuſio,vel ſimili genere armorum. quę facilitér hominem interficiunt, & vulnerando occiderit indicium eſt, ꝙ habuerit animum ad occidendum,& id pręcogitauerit, vt eſt text.& ibi not. in l.j.in.§.diuus ſupra ad leg. corne.de ſic.& in c.ſignificaſti.el.ij. & ibi Doc.de homi.& dicit Bald.in c.j. de

84 præſump. †Quod ille qui alium ſagitat cum arcu,vel baliſta, vel lanceam mittit in ipſum præſumitur habere animum occidēdi.intelligendo, quando mittit iaculum cũ ferro.Et eum ſequitur Fely.in d.c. ſignificaſti col.iij.nu.viij.& dicit Bald.in l.ſed & ſi. .§.ſi magiſter ſupra ad leg.aquil. ꝙ ex genere armorũ præſumitur animus & atrocitas maleficij per tex.in d.c.ſignificaſti.& idem dicit Flor.in d.§.ſi magiſter nulla facta mentione Bald. quem tamen refert, & ſequitur Ioan.de Ana.in d.c.ſignificaſti col.x. verſi. not.ꝙ moderamen,& Bal. Saly. in l.j.C.de emenda.ſer.& Albe.in d.l.j.§.diuus,& Cy. in l.is qui cum telo.C.de ſic.idem determinat,& deducit Hyp.in l.j.colum.v.C. de ſica.& conſi.lxvij.domine Deus, & Cępol, conſi.xliiij.Magnifice ante ſi.

85 †ASPORTATIO bonorum, ante homicidium facit indicium penſamenti,nã ſi portauero res meas de loco ad locum, & maxime ad eum locum,ad quem poteram confugere,vel ſaltem precioſiora,ex eo demonſtratur animus ad interficiendum, & verificatur ſecuto homicidio.ita not. Saly. in l.ſi.col.ij.ver.nunc tranſeamus in ſi.C.de

86 quæſtio. †Alienatio bonorum ſuorũ inducit malum animum, & præmeditationē ad homicidium. & iſta talis alienatio conſideratur,prout dicit Bar.in l.poſt cōtractum ſupra de donat. ex ſex præſumptionibus.

87 †Prima eſt,ſi donauit, vel vendidit bona ſua, nam ex donatione, ſeu venditione præſumitur malus animus, prout etiam cōſiderat Alex.ibi in addi. poſt Bald. in l.j.C. qui bon,ce,poſ. & in l.pen,C,de bon, dam, & Cy.ibi.& dictum Bar. ſequuntur Raph. Cum.Imol.Rom.ibi idem Bar.in l.iij.§.eorum.ſupra de priuil.credi.Et Io. An.in addi.ad Specu.in ti.de præſumpt.in ver.pone ꝙ Tit.& Luc.de Pen.in l.quemadmodum. C.de agri.& cenſi.lib.xj.col.ij.qui etiam loquitur de caſibus de quibus infra. Iſtud intelligitur per cōmuniter Doc. poſt Bart. Quoties eſt inimicitia cum aliquo, & ſecutum ſit delictum in eius perſonam,vt ex ea cauſa dicatur & donaſſe,& animum ad delinquendum habuiſſe argu.text.in authen. poſt iam.C.de ſecun.nup.& in c.fina.de renun.in vj. Secunda eſt præſumptio,quotiens quis donat partem bonorum alicui propinquo ſubſiſtente tamen prædicta cauſa inimicitie,vel conſimili,& magis credendum eſt, illud eueniſſe ex donatione facta ipſi propinquo, de quo credendum eſt,ꝙ magis ſe confidat,& poſsit ſuffragari ex re donata,& ꝙ etiam non ſecuto delicto ſibi reſtituat,prout deducit Pau.de mon.pic. in d.l.poſt contractum impugnãdo opin. Imo,

88 & Roma.dicēs ita practicari. †Tertia eſt præſumptio,ſi donando,vel alienando, ex poſt reperiatur in poſſeſsionem, nam tunc ſignum eſt donaſſe fraudulenter,& doloſe, & animo delinquēdi, reſtringitur tamē per Bartol.& alios ibi.Si emptor, vel cui facta eſt donatio fructus habuerit. vel alienatio ſit facta cum reſeruatione fructuum, vel ꝙ facta donatione,vel venditione diſceſſerit, vel mortuus fuerit acquirens. Quarta eſt præſumptio,quotiens quis donauit,vel vēdidit clã,vt puta ex chyrographo ſubſcripto a teſtibus, vel ſine, vel adhibitis teſtibus ſine ſcriptura, nam tũc præſumptio eſt mali animi,& volentis delinquere. Quinta eſt præſumptio,ſi poſt donationem, vel venditionem inimicum interfecerit ſtatim, aut ex paruo interuallo,ꝙ eſt arbitrariũ iudicis in videndo ex qualitate perſone,loci, & temporis, an ſit magnum vel paruũ interuallum vt per Doc. in d.l.poſt cōtractũ, Reſtringitur hoc,vt non procedat,ſi interfectus fuit ex improuiſo nam ex ſubſecuto homicidio etiam in continenti non eſt præſumendus malus animus,vt etiam dicã infra in verb.inimicus in prin. Sexta præſumptio eſt,ſi in donatione appoſuerit conditionem,ꝙ valeat,ſi bona eius confiſcabũtur,Nam clarum eſt eſſe animum ad occidendum,qui verificatur.eo ſecuto.

89 †INIMICITIA inducit tractatum, & cogitationem ad interficiendum pręceſſiſſe, ſi quando conſtat de ipſo interfecto.

Source : BIU Cujas

re,& ille prout dictum fuit interficiens erat
inimicus,nam tunc oritur indicium contra
ipſum,ꝙ appenſate & apoſtate,& præhabi
90 tor tractatu interfecerit eum. †Inimicus
enim mala ſemper cogitat de inimico.l.ini
micitia ſupra de his quib. vt indig.d.l.j.§.
præterea hoc tit.l.iij.§.non ſolum ſupra de
adimen.lega.c.repellantur & c. cum opor
teat de accuſ.& ita determinat Albe.in d.l.
& ſi amici domum ſupra de adul.& in tra.
ſtatu. in iij.par.q. lxiiij. Intelligo prædi
cta ſine aliqua diſtinctione,vt locũ habeant
in quocunque inimico ſiue capitali,ſiue nõ
capitali,nã ex effectu demonſtratur ipſum
eſſe inimicum capitalem, eo ꝙ illum, cum
quo erat inimicitia interfecit, ꝙ ſecus eſſet
in inditio,ꝙ oriri deberet in homicidio pu
ro,nam tunc requiritur inimicitia capita
lis,vt dicam infra. Intelligas etiam, ꝙ tũc
demum inimicitia faciat indicium penſamẽ
tũ,Si modo ex proceſſu non appareat homi
cidium fuiſſe ex improuiſo,vt puta, ꝙ ob
uiati ſint a caſu,vel ꝙ inimicus occiſus fue
rit aggreſſor,vel ꝙ ſit pura rixa præceden
tibus verbis,nam tunc ex inimicitia nõ da
tur penſamentum, vt determinat Bar. in d.
l.poſt contractum de dona.in ij.col. verſic.
quinto præſumitur,vbi ſi rixa fuit inopina
ta,etiã quod cauſa præcedat,vt voluit Bal.
in l. prima.in fin.C. ad leg. corne. de ſica.
91 †Inimicitia ex triplici cauſa oritur. Ex
iniuria, Ex lite,& Ex opinione. Pri
mum ſignum inimicitie eſt, ſi inter partes
92 iniuria eſt inducta. †Iniuria aũt inimici
tiã generat in caſibus infra enumeratis &
hæc tripliciter cauſatur.Re.Verbis, & Li
teris,vt in l.j.§.j.& l.lex Cornel.in fi.ſupra
de iniur. Re fit iniuria in caſibus infra po
93 ſitis. †Occidens conſanguineum, vel af
finem meum mihi iniuriam facit & inimi
cus efficitur ita Bar.in l.iij.in .§.fi. ſupra de
adimen.lega.allegat text. in d.l.lex Corne
lia in prin.idem voluit Bal.in cõſi.xlj. prę
ſuppoſito ſtatuto vol.v.dicens, ꝙ teſtis re
pellitur vti inimicus capitalis. ſi ille contra
quem deponit fuit ad occidendum fratrem
conſobrinum ipſius teſtis, ea ratione quia
præſumitur inimicus ille, cuius fratrer eſt
inimicus, immo omnes de genere.l.j.C. ſi
quacun. prædi. poteſt.l. humanitatis.C. de
excuſa.tuto. & per not. in c.j. de eo qui in
94 terfe.frat.dom.ſui.Subdens.†Quod inimi
citia capitalis eſt illa vbicunque offenſus di
recte,vel per obliquũ ſe vindicaret, ſi poſ
ſet,hoc idem voluit Luc.de Pen.in l.j.col.
ij.verſi.item propter homicidium,C.de his
qui ſe def.lib.x.adducit tex. qui hoc deter
minat in c.fi.de ſpon.in Lomb.& hanc in
ter capitales enumerat Hyp.in l.j.§.præte
95 rea nu. lviij. ſupra de qõ. † Verberans,
Pulſans,Domumue meam vi introiens mi
hi iniuriam facit d.l.lex Cornelia & inimi
citia oritur.Nam cum primum quis offen
ſus eſt in perſonam,ſtatim ſit inimicus not.
Bald.in l.in his.§.naturalis ſupra ſolu. mat.
& dicit Luc.de Pen.in d.l.j.C.de his qui ſe
def.lib.x.col.ij.ver.& ſcias ꝙ ex offenſa il
lata oritur inimicitia, immo re atrox iniu
ria inducitur,vt puta, ſi vulnus illatum vel
os alicui percuſſum ſit l.Prætor edixit.§.fi.
in fin. ſupra de iniur. &.§.atrox inſti. eod.
96 †Et ex atroci iniuria paratur inimicitia
grauiſsima,vt per Bart.in l.iij.§.fi.ſupra.de
adimen.leg.Quem ſequitur Alexan.conſil.
xcix.in cauſa inquiſitionis colum.j.volu.j.
97 †Bona noſtra tollens nos iniuria afficit,
& inimicus noſter præſumitur c.idem cum
quis de reſti.ſpol.& ibi Bald.dicens prædi
cta procedere ſiue vi, ſiue clam hic talis bo
na noſtra abſtulerit,ꝙ etiam ſequitur Abb.
ibi in iij.not.& But.Imo.& Cardi.cum etiã
ex ſpoliatione rei particularis detur inimi
citia capitalis.c. accedens el ij. vt lite non
conteſt.& ibi But.in v.notab.& Imo. addu
centes illud vulgare,nõ eſt amicus noſter,
qui bona noſtra tollit,ꝙ idem ſequitur Ab
bas ibi & Mari.Soci.in vij.notab.& Ioã.de
Ana.in c.cum oportet col.ij.in fi. & ibi Fe
ly.col.vj.nu.xiij.de accuſ.Albe. in authen.
ſi teſtis colum.ij.C.de teſti.& Luc. de Pen.
in l.j.colũ.ij.C.de his qui ſe deff.& Hyp. in
l.j.§.præterea hoc ti.nu.xliij. Limita prę
dicta(vt non procedant)quando res ablata
eſt vilis,nam tunc non oritur inimicitia ca
pitalis,ita not.Abb.& Mari.Soci.in d.cap.
98 accedens. †Vxorem, vel alienam terrã
detinens contrahit inimicitiam cum eo, cu
ius ſunt,eo modo, vt ſi ſecutum ſit homici
dium,de ipſo detinente præſumatur appen
ſatum & perſona illius, cuius eſt vxor vel
terra,ſi occiderit.Et ꝙ ſit inimicitia capita
lis eſt tex.in d.c.accedens vt lit. non conte
ſta.& ibi Bal. ad hoc not. ꝙ detur inimici
tia capitalis,quod etiam voluit Abb. Ioan.
de Ana.& Soci.ibi, & Hyp.in d.l.j.§.præ
99 terea nu.lviij. †Detinẽs in vinculis prę
ſumitur contrahere inimicitiam cum deten
to,cũ ipſi iniuriam faciat & corporalis ſit,
& ex ea inimicitia oriatur nam ille(qui de
tinet aliquem in vinculis) præſumitur ini
micus,& odioſus argu.tex. in l.in ipſius.C.
fami.herciſ. & ibi hoc not.Bal. in ij.notab.

Source : BIU Cujas

& in l.ignorat in fi.C.de exhibē.& in auth. ſi dicatur,immo carcerãs aliquem iuſte largo modo dicitur facere iniuriam l. cũ filij. C.qui bo.cede,poſ.Felyn.deducit hæc in c. cum oportet colũ.vj.nu.xiij.de accuſ. Et ꝙ detentione oriatur inimicitia , voluit Hyp. in l.j.§.præterea,nu.lij.ſupra de quæſtio.& in cõſi.xxvj.col.ij.nu.viij.Et dicit Amade. de Caſt.in tracta.de ſindi.in verb. ſupra dictus Dominus poteſtas in ver.aduerte ꝙ teſtis non eſt idoneus contra officialem, quia ab eo fuit carceratus, qa præſumitur odioſus,infero & hoc,ꝙ tortus per iudicē præſumitur inimicus , cum præcedat detentio in carceribus realiter.Et etiã quia ex cauſa pecuniaria oritur inimicitia, prout dicã infra & tamen quælibet pœna corporalis eſt maior & grauior quã pecuniaria damnatio l. in ſeruorum in fin. infra de pœnis.

100 †Expellens aliquem de domo præſumitur odio proſequi ab expulſo, & eius inimicus iudicatur, nec poteſt teſtificari contra expellentem,vt eſt tex.in argu.in l.Lutius Titius in.§.Lutius Titius damam & ibi hoc not.Bal. ſupra de leg.ij. refert eum & ſequitur Alex.in l.j.in addi.ad Bar. quæ incipit oppono probatio ſupra de teſtib. & refert,& ſequitur prædictos Hyp.in d.l.j.§.
101 præterea.nu.liiij.ſupra hoc tit. †Diuortium ſi ſecutum fuerit inter maritũ & vxorem,oriũtur inimicitie inter eos ita eſt tex. in l.Cicero in ij.reſpon.ibi ne iam inimico marito infra de pen. & ita per illum text. not.Luc.de pen.in l.j.col.ij.C.de his qui ſe
102 def.lib.x. †Non obediẽs ſuperiori,nec eius ſtatuta ſeruans præſumitur eius inimicus glo.eſt in ca.ſi diaconus in verb. & inimicos l.diſtin,quæ dicit,no.ꝙ eo ipſo ꝙ aliquis non obedit prælato, eſt eius inimicus. xxiij.q.j.c.quoniam vetus, iſtud idem determinat Prępoſ.& Domi.de ſan.Gemi.ibi in iij.not. idem voluit Luc.de pen. per eã glo.in l.j.C.de his qui ſe deff.lib.x.iſtud idē determinat Albe. in authenti. ſi teſtis.C.de teſti.in j.col.dicēs,ꝙ ſi ſubditus ſpoliat pręlatum vel ſuperiorē ſubtrahendo ſe ab eius obedientia, quibus eſt obediendum etiam lite pendente,etiam a ſubiectis, qui eos accuſarunt c.olim de accuſ.connumeratur inter inimicos. Subdens ꝙ ideo Canon dicit de ſpoliato contra ſpoliatores,nec nudi cõtēdere,nec inimicis inermes opponere nos debemus cap. oportet iij.q.j.c. frequens de
103 reſti.ſpol.lib.vj. †Non oſculans dũ datur pax in celebratione miſſe vbi ex cõſuetudine datur oſculũ, præſumitur inimicus, nam ex conſuetudine aliquarum Eccleſiarũ prælati inferiores admittuntur ad oſculum pacis per epiſcopum c. de delicto, de præben. & non admittens recuſatur, quia præſumitur inimicus no.Cardi.Abb.Barb. poſt glo.in c.cum ſuper de offi.deleg. Et dicit Hoſti.ibi, ꝙ ſignum eſt rancoris nõ admittere ad oſculum pacis, quod etiam voluit Steph.Auf. in trac. de recuſat.verſicu.
104 xxxix.& Hyp.in d.§.pterea.n.lij.† Verbis iniuria fit,ſi qñ conuicium factum ſit in aliquem prout eſt text.in d.l.j. & in l. item apud labeonē.§.j. & non tantum oritur, ſi præſentialiter alicui verba iniurioſa, & diffamatoria ſint prolata,verum ēt ſi abſenti,vt puta ad domũ ſtationem, vel tabernã ꝓferantur,vt eſt tex.in d.l.itē apud in prin. & ex verbis iniurioſis capitalis inimicitia oritur vt eſt tex.in c.veniens in prin.de iureiu.& ibi Bal.no.in fi.quē referunt, & dicunt eſſe mētē tenendũ,Moder. in d.§.præterea.Sed ante ipſum idē determinat Iaſ. in l.procuratoribus.C.de procu. per illũ dictũ Bal.& eſt tex.in d.l.ſi inimicitie de his qb. vt indig.ibi ſed & ſi palam. Sed iſtud idem (ꝙ ex conuicio, & verbis iniurioſis detur capitalis & grauis inimicitia)voluit Anch. Ant.de But.& Imo.in d.c.veniens,ſubdens Imo.ꝙ iſtud docet experientia, vt ex verbis iniurioſis oriatur inimicitia. verba autē iniurioſa ſunt ſi reimprobo tibi aliqd maleficium vel crimen per te cõmiſſum,ſeu aliquam iniuriã in te vel in tuos commiſſum, vt per Bar.in d.l.itē apud.§.ſeu quod adijcitur Henr. Boych.in d.c. cum oportet de
105 accuſ.†Mine faciunt præſumi inimicitiã capitalem ſi minatus eſt mortem glo. in l.licet ſupra de arbit.Bart.in l.iij.§.fi.ſupra de adim.leg.Alb.in auth.ſi teſtis.C.de teſti.&
106 dicã infra in verb,Mine. †Dicens ſe nociturũ,ſi poſſet dr̃ inimicus, vt voluit gloſ. in c.cũ ſuper de offi.deleg,& ibi Abb.Car. & Imol. & faciunt ea,quæ adducit Hyp.in d.§.præterea col.ij.nu.x.dicens, ꝙ non tantum eſt inimicus,qui nocet, ſed etiã ille qui noceret ſi poſſet vt per Bal.in auth.ſi dicatur.C.de teſti.& in l.j.in fi.C. ſi qua prædit. pot.poſt Barb.in ca. repellantur de accuſa.
107 †Dicens non diligere Petrũ ſi talia verba proferens interfecit Petrum, habet indicium penſamenti,nam ex illis verbis præſumitur inimicus not.Albe.in l.ſi inimicitie ſupra de his quib.vt indig. & in l. metũ.C. ꝙ met.cau.per tex.in c.inquiſitionis de accuſ.& per ea quæ no.in c.cũ ſuper Abbatia in gl.j.de offi.deleg.& ex inimicitia pręco-

Source : BIU Cujas

108 gitatio inducitur. †Dicẽs ſe inimicum eſt
inimicus c.inquiſitionis.§.ad hęc verſi.aut
ẽt aduerſus eos de acc.ita not.Alb.in auth.
109 ſi teſtis col.ij.C.de teſt. †Non loquẽs cũ
aliquo nec ſalutãs cũ eſſet ſolitus ſalutare
& loqui pręſumitur inimicus tex.eſt in c.ſi
inimicus.xciij.diſt.per quę iura ita determi
nat Luc. de pen. in l.prima.C.de his qui ſe
defe.lib. x. & gloſ.in cap. cum Adrianus.
lxiij.diſtin.quæ dicit,ꝙ eo ipſo,ꝙ quis non
ſalutat alium præſumitur eius inimicus al-
leg.text. in c.cum ſuper de offic.delega.&
ibi Cardi.Imo.Abb. & alij eam ſequuntur,
quam gl. refert & ſequitur Abb.in c.ad hęc
& in c.repellãtur in ij.no.de accu.& Iaſ. in
l.apertiſsimi col.ij.in ver.& dicit glo.C.de
iudi.inferẽs,ꝙ iſte talis,q nõ ſalutat,ſi iudex
eſt,recuſari põt,ꝙ idẽ voluit Alb.in l.ſi ini
micitię ſupra de his qb.vt indig.dicẽs,ꝙ ſi
quis nõ ſalutat aliquẽ pręſumitur eius inimi
cus,ex quo p̃miſſa ſunt reſtringẽda in eo. q
ſolitus erat ſalutare nã nõ ſalutãdo præſu-
mitur inimicus,ita Abb.Io.de Ana.& Fely.
poſt ipſos in d.c.repellant in prin. de accu.
& Abb.in d.c.ad hęc,& Fely.in prohe. de-
110 cret.co.v.nu.xxij. †Literis fit iniuria,cũ
quis librũ carmẽ, vel hiſtoriã ad infamiam
alicuius pertinẽtẽ ſcripſit,cõpoſuit, vel edi
dit,vel dolo malo fecerit, quo quid eorum
fieret,& in omnibus illis caſibus,de quibus
loquitur tex.in d.l.lex Cornelia in fi.cum l.
ſeq.itẽ ſi quis ſine ſcriptura in notã alicuius
aliqd ꝓduxit puta veſte lugubri,vel ſqua-
lida vtitur ad iniuriã alicuius, aut barbam
demittat, vel capillos ſubmittat. vel cãtet
aliquid,ꝙ pudorẽ alicuius lędat vt eſt text.
in d.l.itẽ apud labeonẽ.§.ait p̃tor ſupra de
iniur.vel ꝙ fideiuſſores idoneos reprobet,
vel fideiuſſores interpellat exiſtẽte parato
ad ſoluẽdũ, vel domũ abſentis debitoris ſi-
gnet,& alia faciat,de quibus per Hoſtiẽ. &
Azo.in ſum.de iniur.& eſt tex.in l.ſi credi-
tor cũ ſeq.ſupra.de iniu. in iſtis.n.omnibus
caſibus,ex iniuria orit inimicitia vt eſt tex.
in c.cũ i iuuẽtute de purg.can.ibi ſed inimi
cus homo,& per illũ tex.Luc.de pen. in d.
l.j.C.de his qui ſe defe.li.x.dicit ꝙ ille, qui
publicat ea,q̃ pertinẽt ad infamiã alicuius,
eſt eius inimicus.Pro cõfirmatione pręmiſ-
111 ſorũ facit illud. †Quod damnum fame eſt
maius dãno pecuniario vt eſt tex.in l.ſi dua
bus infra de reg.iur.& in l.iuſta in prin. cũ
gl.ſupra de manum.vind.& in l.iuiurandi.
§.ꝓcurator. ſupra de iniur. & ibi Alex. in
ij.col.ver.itẽ no.qui dicit per illũ tex. ꝙ pa
rũ dr̃ quis prouidere alicui,cũ aduerſus dã-
num pecuniariũ ſuccurrit. Si ẽt nõ conſer-
uatur aduerſus dãna honoris & fame cũ ta-
le damnũ pręferatur pecunia.Sed pro dãno
pecuniario, & ꝓ lite pecuniaria oriũtur ini
micitię,vt dicã infra ergo & pro hac re ma
112 iori.Cũ etiã habeamus illud. †Quod cru-
delis eſt qui famã ſuã negligit.c.ſi quis pre-
sbyter de purga.cano.& c.nollo.xij.q.j. &
dicit Albe.in auth.ſi teſtis col.ij.C. de teſti.
inimicitiã oriri,ſi aliquis ſpoliatur bona fa
ma quę pręcioſa res eſt ix. q.iij.c. facta, &
magnũ damnũ eſt eã ammittere l. infamia.
113 C. de Decur. †Eſt.n.quædã mors ciuilis
perdere honorẽ,ſtatũ,& famã l.pe.infra. de
var.& extraor.cog. & l.j.§.deportatos ſu-
pra de cõtratab.l.fi. ſupra de ca.di.& ideo
quibuſcũꝗ modis redimi põt capi.infra de
114 bo.eo.qui ſibi mor.conſci.l.j. †Secundũ
ſignũ inimicitię eſt,ſi cã,vel lis eſt inter par
tes pluribus.n.reſpectibus põt eſſe lis nam
qñq; eſt criminalis, qñq: ciuilis. Illa q̃ eſt
criminalis,aut eſt capitalis, aut non capita
lis.illa q̃ eſt ciuilis,aut agit de crimine ciui
liter,aut eſt perſonalis, aut omniũ bonorũ,
aut maioris partis,aut parue rei.Et ideo de
115 omnibus iſtis videamus infra. † Accuſa
tio criminis capitalis generat capitalẽ inimi
citiã inter partes gloſ.eſt in l.licet. ſupra de
arb.& in.§.item inimicitię in verb. ſi capi-
tales.inſti.de excuſ.tut.& in.§.ſi vero quis
dicat in verb.de crimine in authẽ. de teſti.
Bar.in l.iij.ſupra de teſt.& in l.iij.§.fi.ſupra
de adimen.leg.Abb.Mar.Soc.in c. accedẽs
el ij.vt lite non conteſt.Albe.in authẽ.ſi te-
116 ſtis colum.ij.C.de teſt b. †Accuſatio cri
minis non capitalis adhuc inimicitiam in-
ducit, nam ille qui accuſat,proſequitur ſuã
vel ſuorum iniuriam l.j.§.j.& ,§.fina.ſupra
de iniur. &.§.patitur inſtitu. eod.Et tunc
aut iuſte accuſat, aut iniuſte. Si iuſte iniu-
riam paſſus eſt.Aut re, aut verbis,, aut lite-
ris.Ex quibus orit inimicitia , vt dixi ſup.
in ij. ſigno præcedenti. Aut iniuſte accu-
ſat,& tunc non iure facit, & iniuria oritur
dicta l.j.§.j.ſupra de iniur. & præſumendũ
eſt,ꝙ accuſans malo animo,& quia eũ non
amat,accuſationem inſtituerit,nam crimen
imponendo infamat apud probos & bo-
nos viros de facto,& ſi non ſit vera imputa
tio per not.in l.prima ſupra de his qui no-
tan.infa.& in c.teſtimonium & ibi gloſ. &
Docto.de teſti.& oritur contumelia,de qua
117 ſupra in eodem ſigno ſecundo. †Vnde
lex accuſatorem appellat inimicum text.
eſt in cap.primo in.§.illum ibi nec inermes
inimicis de reſti,ſpol,lib,vj.& in c. item cũ

Source : BIU Cujas

quis eo.ti.& in c.meminimus de accuſatio.
118 †Perſonalis cauſa ſiue de ſtatu inimici-
tiam facit,vt ſi quis agat contra aliquẽ,aſſe-
rendo eum eſſe ſeruum ſuum, & ille negat
item ſi quis dicat illum eſſe libertum ſuum,
& ille negat,iſte enim ſunt quæſtiones ſta-
tus,vt dicit Bar.in l.imperium col.fi. verſi.
quero ꝙ ſub ſupra de iuriſdi.omn.iudic. &
ibi omnes Doc.& appellat ibi cauſam hãc
maximi præiudicij & expediri debet per
magnos iudices ,nec poteſt delegari l. pla-
cet.C.de ped. iudi.not. Doc.in.§.præiudi-
ciales inſti.de actio.& ex hac cauſa oriun-
tur capitales inimicitie in fin. ſupra de his
quib.vt indig.& not.Bal. in l.athlete.§.dat
remiſsionem in iiij.no.ſupra de excuſa.tut.
& dicit Iaſ.in l.quotiens.C.de iudi. in prin.
ꝙ cauſa ſeruitutis,& cauſa vite æquiparan
tur.Cum ſeruus reputetur pro mortuo.l.qđ
119 attinet infra de reg. iur. †Matrimonia-
lis cauſa ſi tractatur. Tunc dicitur quaſi cau
ſa ſtatus.Cum mulier vocet virum in ma-
trimonium,quæ dicitur ſeruitus.& econtra
ſi vir mulierem,ita gloſ.in c. mulieri de iu-
reiur.& ibi But.Cardi.Imo.Abb.& reliqui
eam ſequentes. & hoc maxime quia cauſa
criminalis,& cauſa liberalis , & matrimo-
nialis ęquiparantur vt eſt text. in c.pen.de
reſtitu.in integ.& glo.in l.iij.§.quacunque.
120 ſupra de iureiur.& ibi Bar. †Alexand.&
Pau.de Caſt.appellant hanc cauſam arduã
& grauem eo modo, *vt* in ea non deferatur
iuramentum in ſupplemẽtum probationis,
vt per gl.& Doc. ſuperius adductos & per
Bar.Rom.& reliquos Rep. in l. admonen-
di ſupra eo.de iureiuran.& ibi Iaſo. nume.
cclxxvij.Doc.in c.fin.de iureiu.& Dec. in
conſi.cxxxiij.de iſto proceſſu colũ.j. vol.j.
Et ita conſuluit Alex.ęquiparando cauſam
matrimonialem criminali in conſil.cxliij.
quoniam abunde col.ij.verſi.ij.non eſt vo-
lu.ij.quam refert,& ſequitur Dec. in conſi.
ccx. Viſis diligenter vol.ij. & Hyp. in l. de
minore.§.plurium nume.lxiij.ſupra de qõ.
ex quo neceſſario eſt dicendum inter hos li
tigantes, vt eſt in præmiſsis, inimicitiam
121 oriri. †Monachationis cauſa eſt eiuſdẽ
iuris,cuius eſt præcedens.Cum in ea tracte
tur de graui præiudicio,& ex domino redi
gatur quodammodo in ſeruitutem , & pri-
uetur omnibus bonis, cum monachus nihil
proprium habere poſsit,c.cum ad monaſte
rium de ſtatu.monac. & auc.ingreſsi.C. de
ſacr.ſan. eccle. & ob eius præiudicium, &
grauitatem iuramentum neceſſarium non
defertur,quemadmodum & in cauſa matri
moniali non datur,& æquiparata ſunt hęc,
vt per gl.in l.j.§.j.ſupra de iureiuran.& ibi
Bar.Ang.Pau.de Caſt.Saly. Alexan.& Iaſ.
qui eam ſequuntur,not.Anch. Abb.Car.&
Imo.in c.fi.eo.titu.Lap.alleg.lxxxvj.colũ.
vlti.Cum itaque cauſa ſit tanti præiudicij,
nulli dubium ex ea oriri inimicitiam inter
122 litigantes. †Filiationis cauſa,vt ſi agen-
ti dixero eum illegitimum & inhabilem ad
ſucceſsionem,& ad dignitates,nam iſta cau
ſa eſt ardua,& tractatur de ſtatu, & in tali
caſu non defertur iuramentum in ſuplemẽ
tum,quando eſt neceſſarium ita determinat
Bald. in l.in bonefidei.C.de reb.cred.& ra-
tionem reddit, quia dicere aliquem eſſe il-
legitime natum eſt quædã infamia. Et iſtud
refert,& ſequitur Iaſ.in d.l.admonendi ſu-
pra de iureiu.nu.cclxxx.dicens,ꝙ iuramẽ-
tum neceſſarium non defertur in cauſa ſta
tus perſone puta filiationis,vel legitimatio
nis,ꝗ ſunt graues,& hæc grauitas,& præ-
iudicium conſtat ex eo quia *vt* in pluribus
quando opponitur iſta illegitimitas, id fit
ad excludendum ab aliqua ſucceſsione,vel
paterna,vel alia,ſeu ad *excludendũ* ab ali-
qua dignitate,quæ omnia ſunt grauia,vt in
infrapoſitis ſignis, & ideo in hac cauſa ori-
123 tur inimicitia. † Famoſa *ſi eſt his* dici-
tur cauſa ſtatus, ſi quando *agit quis contra*
me,*vt* ammouear ab ordine, vel vult pro-
hibere ne fungar officijs publicis,vel quod
agatur pro ſocio, tutele, mandati , depoſiti
nomine ſuo,vel ex alijs cauſis.de quibus in
l.j.§.j.ſupra de his qui not.infa. & in l. co-
gnitionum in ver.exiſtimatio infra de var.
& extraor.co.& ita intelligit illum text.in
l.cogniturum Roma. in l. admonendi . nu.
124 cv. ꝙ cauſa famoſa ſit cauſa ſtatus. †Ex
quo nec in ea defertur iuramentum neceſſa
rium in ſupplementũ . Eo maxime quia(ſi
non defertur iuramentum in cauſa bonorũ
maioris partis vel totius patrimonij)mul-
tomagis non eſt deferendum in cauſa famę,
quæ magis præualet ꝙ̃ omnia bona mundi
l.iulianus ſupra ſi ꝗs omiſ. cau.teſta.l. alias.
ſupra de iureiur.Iaſo.in d.l.admonendi nu.
cclxxviij.ſequens hanc opinionem dicit,ꝙ
cauſa fame,& cauſa vite ęquiparantur l.iu-
ſta cum glo.ſupra de manumiſ.vind. glo.in
.§.ſuſpectus autem ver. ob culpam inſti. de
ſuſpec.tuto. & hoc( ꝙ non deferatur iura-
mentum neceſſarium in hac cauſa) ſequun-
tur commu.Doc.in d.l.admonendi & Ioan.
And.But.Imo.Cardi. & alij in c.fin. de iu-
reiur.improbando opinionem Bart. in d.l.
admonendi, quamuis Iaſo, ibi dicat verba
illa

Source : BIU Cujas

illa non eſſe Bart. Ex his ita conſtat ex hoc
litigio cauſe famoſe, cum ſit ſtatus inimici-
125 tiam oriri. †Cauſa omnium bonorũ vel
maioris partis inducit inimicitiã capitalẽ.
Nã cauſa bonorũ dr̃ cauſa vite l. aduocati.
C. de aduoc. diuer. iudi. & ibi Bald. & dicit
Saly. in d. l. admonẽdi col. pe. ver. quero an
ſit, ꝙ pecunia eſt alter ſanguis, vnde vide-
mus, ꝙ cã omniũ bonorũ, ſeu maioris par-
tis ſunt æquiparata per tex. in c. frequẽs de
teſti. ſpol. in vj. & glo. in authen. de teſti. in
§. ſi vero dicatur in fi. in ver. qõnes & glo.
in authen. ſi teſtis in fi. C. de teſti. coniungit
hæc de omnibus bonis, vel parte maiori,
vel de ſtatu per text. in. §. itẽ propter litem
inſti. de excuſ. tuto. & glo. in c. cum partium
de reg. iu. in vj. coniungit hęc cauſam crimi
nalem, famoſam, & arduã. & Iaco. de Aret.
Odof. Bart. Albe. Saly. Ful. & Rom. in d. l.
126 admonẽdi dicũt. †Quod cã magna ęqui
paratur cãe criminali per text. in l. propter
litem ſupra de excuſ. tuto. & prędictos ſe-
quuntur Io. Crot. Cacialup. Curt. & reliqui
repet. in d. l. admonendi, & idẽ voluit But.
& Imo. in c. fin. de iureiu. Sed aduerte, ꝙ
Iaſ. in l. properandũ in prin. in iij. not. C. de
iudi. dicit, ꝙ ille tex. in eo, ꝙ determinat in-
ſtantiã nõ eſſe eandẽ in cauſis criminalibus
quæ eſt in cauſis ciuilibus vr̃ tamẽ eſſe con
tra hanc deciſionẽ, ꝙ iſte cãe magne æqui-
parantur cauſis criminalibus, & idẽ ſenſit
Iaſo. in d. l. admonendi nu. clxxj. ob id, quia
quęlibet cã corporalis eſt maior quacunq;
pecuniaria per l. in ſeruorum in fi. infra de
pen. Vnde vult reſtringere illud in perſonis
vilibus, vel in illis caſibus, in quibus ꝓ cri-
mine imponitur pœna pecuniaria. & in d.
l. properãdũ infert, ꝙ iſte cauſe nõ poſſunt
dici capitales, & per conſequẽs, ꝙ non oria
tur inimicitia capitalis, ſed quaſi capitalis
vt conſuluit Io. de Ana. in conſi. lix. viſa in-
quiſitione, qui dicit, ꝙ ex litigio non oritur
inimicitia capitalis cũ imperator, & iuriſ-
conſultus ponant de per ſe inimicitiã, quæ
oritur ex litigio, & inimicitiã capitalem vt
inſti. de excu. tuto. §. itẽ propter inimicitias
ſubdens, ꝙ Doc. in d. c. cũ oportet dicunt,
ꝙ ex prædictis oritur inimicitia quaſi capi-
talis. idem ſenſit Felyn. in d. c. cum oportet
col. iiij. nu. viij. vbi quaſi capitalem appel-
lat. Non puto eſſe recedendũ ab opinio-
ne Barto. & aliorum dicentiũ ex prædictis
cauſis oriri capitalẽ inimicitiã. & pro præ-
dictis cõſidero tex. in. §. itẽ propter litem, &
alios §. §. ſubſequẽ. vbi lex determinat, ꝙ
ob cãs magnas tutor habeat excuſationem,
& inter alias, ſi eſt lis de omnibus bonis, vel
hæreditate, item ſi eſt inimicitia nec ſufficit
ſimplex inimicitia, ſed requiritur, ꝙ ſit ca-
pitalis vt in. §. inimicitie. cũ itaq; lex velit
capitalẽ inimicitie ad excuſandũ tutorem,
neceſſe eſt ẽt, ꝙ alia litigia, q̃ excuſãtionem
inducũt ſint talia, ex quibus oriatur capita
lis, non aũt ſimplex inimicitia, nõ enim eſt
pręſumendũ, ꝙ vna & eadem diſpoſitio di-
uerſo iure cẽſeatur, & ex diuerſa cauſa ſit
inducta l. iã ſi iure ſupra de vulga. & pup.
nec opus eſt dicere, ꝙ imperator poſuerit
ſeparatim inimicitiã orientẽ ex litigio, &
inimicitiã capitalẽ, quia immo oĩa ſunt poſi
ta ſub eodẽ cõtextu, & ſub eadẽ determina
tione, & ſub eodẽ titu. & ex eadem cauſa
ſunt inducta, & ordinata, vt iam dictum eſt.
Pro prędicta opi. adduco tex. & ibi Bal.
in l. athlete. §. dat remiſsionẽ ſupra de ex-
cuſ. tut. ibi capitale certamẽ eis ad inuicem
conſtitit q̃ verba exponuntur per Bald. ſi
de ſtatu omnibus bonis, vel maiori parte li
tigetur, & dicit Anto. de But. in ca. accedẽs
127 el ij. in v. no. vt lit. non conteſta. †Quod
inimicitia capitalis non ſolũ cõcluditur ex
morte, vel ex ſanguine primo, ſed etiam ex
ſecundo bonorũ, vel honoris, & Barto. in l.
pen. in fin. ſupra de condi. ob tur. cau. dicit,
ꝙ promittens tyranno ob metũ ẽt tẽpore
ſolutionis durat, nec debuit deſerere pa-
triã & bona, quia ammiſsio omniũ bonorũ
ęquiparatur morti, & Pet. Cy. Ray. Fulgo.
& Alex. in l. reũ criminis. C. de procu. dñt,
ꝙ queãdũ accuſatus de crimine nõ põt eſſe
procurator, ita & ille qui habet litẽ omniũ
bonorũ, quę equiparatur criminali, & Bal.
in l. certa forma in fin. C. de iur. fiſ. lib. x. ꝙ
quaſi maior pœna eſt ammiſsio omniũ bo-
norũ q̃ mors per text. in l. fin. C. ad leg. iul.
maieſt. Vnde licet offendere aggreſſorẽ ad
defenſionẽ bonorũ ſicut ad defenſionẽ per-
ſone gloſ. in l. vt vim ſupra de iuſti. & iur.
& ibi Iaſo. & Alciat. in c. j. de iudi. nu. xvij.
& Bald. in l. iij. §. j. ſupra de teſti. Equiparat
inimicitiã capitalẽ cauſe omnium bonorũ,
& Alex. in l. poſt legatum. §. his vero ſupra
de his quib. vt indig. Nec obſtat, ꝙ dica-
tur, ſi non eſt cã capitalis primo, nec inimi-
citia capitalis oritur, quia iſtud eſt falſum,
nã ex iniuria verbali oritur inimicitia capi
talis & ex alia iniuria ſimili, vt dixi in pre-
ced. ſig. & tñ non eſt cauſa capitalis. Nec
ob. cõſideratio l. in ſeruorum infra de pen.
quia dato ꝙ pœna corporalis ſi maior qua-
cunq; pecuniaria, attñ propter hoc non ſe-
quitur ꝙ ex cã bonorũ non poſsit oriri idẽ

effectus, quo ad hominis intentionem, qui oritur ex cã habente pœnã corporalẽ. Cum enim inimicitia ſit ranchor animi, eodẽ modo oritur, ex eo, ꝙ quis vexatur grauiter, vel bonis, vel in corporale. Et in hoc habẽt hæc duo æquiparationẽ & in illis agẽs demonſtrat hr̃e malã opinionẽ aduerſus reũ, & eius ruinã perquirit, ſiue agat in bonis, ſiue in corpore, ex quo datur inimicitia grauis, quæ capitalis eſt, & ſufficit, ꝙ quantum ad hunc effectum inimicitie, & eius ortus hæc duo ſint æquiparata & ſimilia, dato ꝙ vnũ excedat aliud quo ad executionem, & maior ſit pœna, quæ in corpus infligitur, q̃
128 pecuniaria, quæ bonis applicatur. †Sufficit, n. ꝙ æquiparatio, & ſimilitudo ſit in ea re (de qua agitur) nec requiritur, ꝙ tota res ſit alteri ſimilis c. cum dilecta de cõfir. vtil. vel inutil. Cum ſimile nõ ſit idẽ not. Bar. & alij in l. quod nerua. ſupra depoſi. & l. non poſſunt. ſupra de legib. l. ad ſimilitudinẽ. C. de epiſ. & cle. not. Fely. in c. trãslato col. v. nu. xvj. de conſti. Cũ ẽt maior ſit inimicitia, quæ oritur ex cã omniũ bonorũ, q̃ illa, quę oritur ex accuſatione capitali, ita Paul. de Caſt. in auc. ſi dicatur. C. de teſti. Quod aũt ex litigio omniũ bonorũ vel maioris partis cauſetur capitalis inimicitia vltra p̃dictos, tenuit gloſ. Ioan. And. Hoſti. Car. & Abb. in d. c. cũ oportet, adducit tex. in d. c. frequens de reſt. ſpol. lib. vj. & idem Ioan. de Ana. ſibi ipſi contrarius in d. c. cũ oportet colũ. ij. ver. qualis aũt, & Anch. in d. c. frequens de reſti. ſpol. per text. in d. §. dat remiſsionem, & Hipp. in d. l. j. §. præterea nu. lviij. ſupra de qõ. Intellige prædicta non procedere in caſibus, de quibus loquitur Barto. in d. l. admonendi, quãdo. ſ. tractatur de poſſeſſorio omniũ bonorũ. Nam tunc non dr̃ magna, vel grauis cauſa, vel quando tractatur de aliquo incidenti, ꝙ non tolleret, nec diminuere veritatẽ negocij, vt puta ꝙ aliquis nõ eſſet procurator meus, nec potuiſſet agere pro me, vt per Bar. exẽplificatur, & per omnes ibi Scrib. Nam in caſibus prædictis cũ de paruo præiudicio tractetur, non eſt dicendũ capitalem inimicitiam oriri. Intellige etiam, vt inimicitiam capitalis interueniat quando eſt lis inferens graue damnum in bonis rei conuenti, vt puta, ꝙ aut ſit ammiſsio lucri, vel ammiſsio bonorum. Nam quemadmodum infertur iuſtus metus ob mortem vel quaſi. Item etiã ex ammiſsione lucri, aut bonorum, ita not. Cy. in l. interpoſitas. C. de tranſac. & ibi Bal. & Saly. qui
129 dicunt. †Quod qñ non timetur mors, vel quaſi. Sed graue damnũ in rebus proprijs, iuſtus, & legitimus metus infertur. Et Bald. in c. j. de iudi. col. iiij. verſi. quid enim dicit, ꝙ inimicitia capitalis oritur, ſi eſt cõtentio omnium bonorum, vel maioris partis. Idẽ ſi eſt quæſtio de meliori re, quã haberet in bonis per text. ſingu. in l. ſumma cum ratione ſupra de pecul. & idem ſi eſſet quæſtio amiſsionis magni lucri per ſingulare dictũ
130 Cy. ſupra allegat. † Infertur ex prædictis, ꝙ ſi cauſa erit leuis, & parua inter partes non præſumitur inimicitia. Nam modicum damnum quilibet æquo animo ferre debet c. terrulas. xij. q. ij. Cum lex paruam leſionem non conſideret. l. ſcio ſupra de in integ. reſti. & dolus ex parua re non præſumitur l. ſi oleum. ſupra de dol. Et pro parua re non præſumitur quis velle peierare, cũ detur in ea iuramentũ in ſupplementum per not. in d. l. admonendi ſupra de iureiur.
131 †Aduerte tamen ꝙ quãdoq; ex contentione etiam de re leui maxima oritur inimicitia, vt dicit Dec. in d. c. j. de iudi. in ij. lect. col. j. ver. & ex ſupradicto no. allegat Abb. in d. c. j. & in c. non accedens vt lit. non con
132 teſt. & in c. cum oportet de accuſ. †Parua. n. res quandoq; dicitur, quę ad ſumptus iudiciales nõ ſufficit c. anteriorum. §. illud. ij. q. vj. not. in c. de appellationibus de appellat. Quando minor. x. libris auri in auc. de mand. princip. §. ſi tibi, & de appellat. §. illud. Quandoq; vſque ad quadraginta aureos, vt in l. j. C. de defen. ci. quandoque ad trecentos aureos, vt in auth. de defen. ci. in §. & iudicare. Sed in caſu (de quo agitur) parua res dicitur ſecundũ qualitatẽ perſonarum. Nã cauſa ducẽtorũ aureorũ pœnes magnum virum eſt parua, vt eſt gloſ. & ibi Bar. & alij in l. ſed ſi ſuſceperit ſupra de iudi. loquens de illa cõmitiſſa matilda, quæ donauit triginta miliaria terrenni, & dixit aliquãtulum terreni. Econtra aũt cauſa ſui ſeu porci dicetur magna reſpectu pauperis vt eſt glo. in l. illicitas. §. ne tenuis ſupra de offi. procon. Et ſic perſone faciunt paruam & magnã cauſam. Et arbitriũ eſt iudicis iudicare ob perſonas, quę parua, quæ magna, & grauis cã dicatur, not. Bart. & alij oẽs in d. l. admonendi, & ibi Iaſ. nu. cclxxij. no. Inno. Card. Abb. & alij. in c. fin. in. §. is autẽ de offi. delega. & de iſtis paruis & minimis late proſequitur Anto. Cor. in tracta. de mini. quarum aliqua tranſcripſit Hip. in l. furem, ſupra de ſica. & in l. ſi vt allegas. C. de ſica.
133 †Quero præmiſsis inherendo, an lite finita inimicitia durare præſumatur, Doc. in

Source : BIU Cujas

cap.primo.de iudi.in j.no.loquendo de te
ſtibus & indicio fuerunt varij,& ex diuer
ſis rationibus moti. Aduerſantur inſimul
Anto.de But. Abbas, videntur ſenſiſſe, ꝙ
inimicitia non duret,Deci. Rip.Alciat. ibi
ſequuntur hæc dicta, quamuis per diſtin
ctionem ſe reſtringant,prædicti ad hoc te
nendum mouentur. Primo ex dicto Ioan.
And.in addi.ad Spe. in rub. de teſti.verſic.
ſciendũ,& ver.ſexto,vbi illi, qui habuerũt
contentionẽ, vel cãm cum epõ, nõrepellũ
tur a teſtificatione.Secũdo adducitur tex.
in.§.ſi vero qs dicat in auth.de teſti. ibi do
nec de crimine iudicetur. Tertio facit tex.
in.§.itẽ propter litem inſti.de excuſa.tuto.
ponderando verbũ ſit, ꝙ excuſetur quis a
tutela,ſi ſit lis,de omnibus bonis, vel de hę
reditate. adeo ꝙ requiritur actualis exiſtẽ
tia litis, & ſi fuerit finita aliud ſit. Quarto
pro hoc eſt tex.in c.omnipotens de accuſa.
iunc.gl.& tex.ĩ l.reus delatus infra de mu.
& hon. vbi ceſſante infamia ceſſat effectus
ipſius.Quinto adducitur text.ĩ c.itẽ cũ quis
de reſti.ſpol.vbi non agitur ante reſtitutio
nẽ ſpolij criminaliter, cum præſumantur
inimici,facta vera reſtõne, vt innuit text.
agi poterit,& ſic non perdurat inimicitia.
Sexto facit tex.in c.poſtremo, & ibi Abb.
in ij.not.in fi.de appellatio. ibi in eodẽ ne
gocio aduocati officio functus ex quo ap
paret, ꝙ ille qui fuit aduocatus in vna cau
ſa,ſi datus fuit iudex in alia cauſa, non po
teſt recuſari. & tamen aduocatus dicitur
aduerſarius,vt not. in dicto capi.primo de
iudi. & dicam infra ſub ſig. ter. & ſic fun
cto officio per eum non dicitur durare ini
micitia. Septimo adducitur text. in capit.
ad hęc el j.& capi. propoſuit de appella. vbi
iudex in vna cauſa, a qua fuit appellatum
poteſt appellatione pendente recuſari in
alia cauſa ergo finita cã non poterit recu
ſari.Et ſic aliquis ranchor nõ videtur per
durare. Aliam opin. ꝙ finita lite adhuc
duret inimicitia tenuerunt Areti. Barba.&
Boſc. Codeg. Adducunt. Primo cum vt
ſuperius dictum eſt, inimicitia induca
tur ex lite, vt in caſibus præcedentibus.
134 †Tunc, ſi ſemel inimicus fuit, præſu
mitur durare inimicitia, niſi probetur recõ
ciliatio,vt per Inno.in cap.cum oportet de
accuſa.& Bald.in authenti. ſi dicatur.C.de
teſtib. & eſt text. in l.in ipſius, & ibi Bald.
C.fami.hercíſ. ergo repelli debet nunc ſi
135 cut tunc.†Cum etiam inimicus reconcilia
tus repellitur vt ſuſpectus, vt per Specu.in
tit.de leg.in.§.ſupereſt ver, item ꝙ quondã
& hoc quando reconciliatio eſt de recen
ti,vt dicã infra in verb.recõciliatio, ita hic,
dato ꝙ finita ſit lis,tamen adhuc durat cau
ſa inimicitie.Secũdo adducitur Bart. in l.j.
§.idẽ nummio ſupra de qõ. Vbi domeſti
cus tẽpore cõtractus ſi deſijt eſſet domeſti
cus tẽpore atteſtationis faciẽde.& duret cã
reuerentie.i.ranchor & odiũ, non põt eſſe
teſtis. Tertio mouentur, voluntas ſemel
poſita durare præſumitur l.ſancimus.C.de
teſtam.c.maiores de Baptiſ. ex quo inimici
tia ſemel in eſſe deducta præſumitur perpe
tuo durare. Quarto adducitur,quæ ex ſo
lo curſu tẽporis non mutantur ſemel in eſſe
poſita,ſemper in ipſo eſſe præſumuntur, ni
ſi contrarium probetur, voluit Abb. in c.
propoſuit de cler.excõ.mini.per glo. ibi in
verb.abſolutione,quæ vult,ꝙ ſemel excõ
municatus,niſi contrariũ probetur ſemper
præſumitur excõicatus quæ concluſio ex
pluribus confirmatur poſita per Fely. in c.
ſcribebam in glo.ij.in prin. de præſump.&
136 ꝑ Bal.in l.ex perſona.C. de prob. †Quin
to facit ceſſante cauſa non ceſſat effectus iã
perfectus & conſumatus Bart.in l.cum lite
mortua ſupra iud.ſolu.& in l.fiſcus la ij.in
fra de iur.fiſ.Bald.in l. cũ antea in fin.C.de
arb.Abb.in c.illud de præſcri.Fely. in cap.
cauſamꝗ el j.colũ.pen.ver. fallit primo de
teſti.Sexto allegatio inimicitie facta per al
terã ex partibus oſtendit eã ſubeſſe,dato ꝙ
lis ſit extincta,cũ in hoc ſtãdum ſit aſſertio
137 ni partis, eo quia pendet ab animo. †Nã
amicitia & inimicitia dicuntur paſsiones
mentales,quæ animo retinentur, & conti
nuantur,vt per Bal.in d.l.ex perſona.C.de
proba.Et per Fely.in d.c.ſcribendũ, prout
in ſimili dicit Bart.in l.ſiue poſsidetis.C.de
probat.ꝙ ſtãdum eſt aſſertioni dicẽtis poſ
ſidere,cum hæc animo retineatur. Septi
mo adducitur tex.in c.cum P. manconella
de accuſa.Octauo facit text. in c.accuſato
res el j.iij.q.v.vbi etiam poſt reconciliatio
nẽ quis repellitur vt ſuſpectus,& dicam in
fra. Aduerte circa prædictam concluſio
nem,ꝙ quamuis allegentur prædicti, ꝙ te
neant alterã ex prædictis partibus, attamẽ
non ſimpliciter ſequuntur dictas opinio
nes. Nam Areti.in dicto capitu.primo de
iudi. dicit moderando eius opinionem, ꝙ
non repellitur in totum, qui habuit litem
reſpectu inimicitie. Sed non adhibetur ple
na fides. Rip. in dicto capit. P. tenet ean
dem modificationem,Dec. in dicto capit.
j.concludit arbitrarium iudicis eſſe in ad
mittendo vel non admittendo conſiderato,



Source : BIU Cujas

ꝙ orta eſſet aliqua magna inimicitia, tunc
præſumitur durare aut ſolum allegatur lis
præterita, ex qua erat præſumptio inimici-
tiæ lite pendente, finita lite, ſuſpitio illa pur
gatur, Alciat in d.c.j. intelligit, vt non duret
inimicitia, niſi iudex cognouerit, etiã poſt
litem ſubeſſe inimicitiã. Et ſic omnes præ-
dicti videntur inclinare, ꝙ ſit quodammo-
do arbitrarium ipſius iudicis, Alex. in l.iij.
in addit. ad Barto. in verb. inimicitias in fi.
ſupra de teſti. non ſe firmat in hoc articulo.
Sed videtur ſentire, quod aliqualis inimici
tia duret, quia diminuitur de dicto teſtis &
eius fide. Ego indiſtincte verum puto, ꝙ
ſi orta ſit inimicitia capitalis, aut grauis (vt
ſupradictum eſt) ꝙ finita lite adhuc præ-
ſumptio ſit eã durare. Nam cũ amicitia, &
inimicitia ſint animi paſſiones, & in inten-
tione conſiſtant, & inimicitia ſit ira vlciſcẽ-
di tempus obſeruãs, vt ait Cic. in lib. quarto
qõ. Tuſcul. q̃uo poſſumus dicere, quod per
receſſum litis hæc recedant, cum ſint radi-
cata in corde, quæ non ita de facili amouẽ-
tur. Si n. inimicitia deſiderat vltionem, &
obſeruat tempus ad ſe vindicandum, non
poteſt ex hoc dari, ꝙ ceſſet ob ceſſationem
litis, immo ꝙ obſeruetur tempus ad ſe vin-
dicandum. ex quo finis litis non debet eſſe
illius potentie, vt dicatur extincta inimici-
tia. Sed requiritur reconciliatio, quæ etiam
non ſit de præſenti, vt voluit Bart. in d.§. ſi
vero quis in authẽ. de teſti. & ita intelligit
glo. in l.iij. in princi. in verb. inimicus ſupra
de teſti. Pro hac opinio. credo eſſe tex. cla-
rum in §. inimicitiæ inſti. de excuſ. tuto. vbi
inimicitia perſeuerat & perdurat, niſi in-
teruenïat reconciliatio, ibi nec reconcilia-
tio interuenit, & tex. in §. ſeq. dũ vult paſ-
ſum quęſtionem ſtatus a pupilli patre excu
ſari, ita ꝙ ex ea lite ſtatus inimicitia ſubeſ-
ſe dr̃, dato ꝙ lis ſit finita. & iſtã ſententiã in-
diſtincte tenet Præpo. Alexã. in c. accuſato-
res iij.q.v. in j. no. Tertium ſignum inimi
citiæ oritur ex hominũ opinione, & ex di-
uerſis cauſis inferius annotatis & primo,
138 †Aduocatus, vel procurator ſi patroci-
niũ præſtiterint contra accuſatũ. An cõtra-
hatur inimicitia cũ eo, dicas, ꝙ cõtrahitur,
vt eſt tex. iunc. glo. in l.j.§. ſed & cõſtitutio.
ſupra de calũ. vbi iudici & aduerſario pro-
hibitum eſt pecuniã dari. Et gl. ibi in verb.
aduerſario exponit procuratori, & aduoca
to, & ex ea demonſtratur procuratorem &
aduocatum partis, mihi contrarie aduerſa-
rium dici. Ita etiam per illum tex. Albe. ap-
pellat hos aduerſarios in ſuo Dictiona. in
verb. aduerſarius, & ita per illum tex. dicit
procuratorem & aduocatum inimicũ. Luc.
de Pen. in l.j. col.ij. ver. item aduocatus, C.
de his qui defer. lib.x. Anch. in c. cum P. de
accuſatio. in iij. not. dicit ſub verbo forte ꝙ
aduocatus, procurator, & fideiuſſor accuſa-
toris præſumitur inimicus accuſati ꝑ text.
in l. poſt legatum. §. his vero ſupra de his
quib. vt indig. Io. de Ana. ibi in verſi. quid
autem ſi aliquis relato dicto Anch. tenet, ꝙ
ſit inimicitia, conſiderãdo, ꝙ tex. in d.§. his
vero, loquitur ĩ teſte, & fideiuſſore, & ſub-
dit, deneganda eſt actio accuſatori, qui ad
fuerit, & Dy. intelligit tanq̃ procurator, &
Bar. ibi intelligit tanquã aduocatus. Indu-
cendo ad q. de bannito, & cõſulendo, ꝙ nõ
ſit aduocatus banniti vllus Doctor, Dec. in
139 c.j. de iudi. in ij. not. dicit. †Quod procu
rator, & aduocatus dicuntur aduerſarij ſe-
cundum Nicol. de Mathar. alleg. But. ibi in
ij. not. & in c. teſtimonium in ij. not. de teſti.
qui nihil dicit de hoc, allegat ẽt tex. iã per
prædictos ponderatum in d.l.j.§. qui autẽ,
Ioan. Franci. Rip. in d.c.j. in ij. not. in iij. am-
pliat. dicit procuratorem & aduocatum di
ci aduerſarios per tex. in d.§. qui autem, &
per text. in c.ij. de confeſ. lib.vj. & ex hoc
eſſe, ꝙ procurator, & aduocatus non ſunt
idonei teſtes in cauſa, in qua patrocinantur
per glo. in c. Romana de teſti. lib.vj. & per
Bar. in l. deferre infra de iur. fiſ. & per Fely.
& alios in c. a nobis de teſti. cogen. & in d.
c.j. ſenſit hoc, ꝙ dicatur aduocatus aduer-
ſarius in vij. col. & ex his prædicti in eam
partem inclinare videntur, quod detur in
iſtis inimicitia. Sed iſta dicta non viden-
tur ſine dubio procedere. Nam tex. in l. qui
cum natu maior. §. pen. ſupra de bon. liber.
dicit, ꝙ ſi filius patroni aduocationem accu
ſatori liberti præſtitit, non repellitur a con
tratabulas bonorum poſſeſsione ſubdens
140 rationem. †Quia aduocatus non accu-
ſat, & Bar. per illũ text. in l.iij.§. fi. ſupra de
adimen. leg. dicit, ꝙ inimicitia capitalis eſt
ſi occidit meũ conſanguineum. Idem ſi accu
ſauit vel minatus eſt interficere. Secus ta-
men videretur, ſi auxilium præſtiterit con
tra eum in cauſa capitali per tex. in d.§. pe.
& ſic ſenſit inimicitiam in prædicto caſu
non dari. Aret. in c.j. de iudi. colum.j. in fin.
dicit, forte poſſet dici, ꝙ aduocatus, & pro-
curator poſſet dici inimicus, ſi fuiſſet in cau
ſa capitali contra me, vel actione famoſa,
per ea quæ habentur in l. penulti. in princi.
ſupra de inoffi. teſta. & quæ ponit Barto. in
l. poſt legatum. §. ſunt qui putant ſupra de

Source : BIU Cujas

his quib. vt indig. hoc tamen non affirmat. & ſic non audet dicere inimicitiam oriri. Hoc idẽ videtur ſenſiſſe Cur. in tract. feud.
141 in iij. par. in xxxiij. q. †Credo in caſu præmiſſo contrahi inimicitiam. Cum ex cohabitatione, & familiaritate, quam quis habet cum inimico meo, oritur mecum inimicitia, vt eſt tex. & ibi Bart. in l. ſciendum. §. ſi accuſatio infra de legation. & Iaſo. in l. apertiſsimi col. ij. C. de iudi. & dicam infra in verbo conuerſatio cum inimico. Eodem modo & tanto magis detur inimicitia in eo, qui auxilium præſtat inimico meo cõtra me, & ad meam iniuriã qui. n. aduocat contra accuſatum neceſſe eſt, ꝙ exprimat cauſam accuſationis, & delicta declaret, & inſtet contra eum, vt puniatur, & aperte, & palam maledicat, infauſtaſq; voces aduerſus eum iactet. Ex quibus inimicitia cauſatur, vt eſt tex. in l. ſi inimicitiæ verſic. ſed ſi palam ſupra de his quib. vt indig. facit pro hoc, ꝙ dicit Abb. per illum tex. in d. c. cum P, col. ij. dum vult, quod clericus non poſsit aduocare ne videatur alteri nocere. Non ob. tex. in d. l. qui cũ natu maior i. §. pe. quia filius patroni ad hoc vt excludatur a bonorum poſſeſsione, debet de cauſa capitali accuſaſſe, alias ſi capitalis non fuerit accuſatio. Sed minor, non excluditur, vt eſt tex.
142 in d. l. qui cum natu maior. §. ſi tñ. †Et ſic quælibet accuſatio & iniuria ipſum non excludit. Sed debet eſſe capitalis, & iſtud eſt, ꝙ dicit Barto. in l. poſt legatũ. §. ſunt qui putant ſupra de his quib. vt indig. poſt glo. ibi ꝙ non ita de facili perditur portio debita patrono, ſicut legatum, ꝙ eſt mere lucrũ. & ſic dato ꝙ ex aduocatione fiat iniuria liberto, & oriatur inimicitia non tamen capitalis. Vnde Bar. dictũ in d. l. iij. §. fi. ſupra de adimen. lega. debet intelligi, ꝙ ex auxilio præſtito nõ oriatur inimicitia capitalis, de qua locutus fuerat in præcedentibus caſibus non tamen negat, ꝙ alia inimicitia eſſe non poſsit, dũ dicit Secus tñ videretur &c. & ſic aliter quam dixerat in tribus caſibus præcedentibus, in quibus locutus fuerat de inimicitia capitali. eo maxime, quia quando aduocat, infauſtas voces exprimit ex neceſsitate ſui officij, non tanquã inimicus, & ideo excuſatur. Secus eſt in eo qui ad iniuriam verba diffamatoria profert, vt in d. l. ſi inimicitiæ, neceſsitas autem excuſat. ex quo dico grauem inimicitiam oriri cũ ad-
143 uocato nõ autem capitalem. †Præmiſſa intellige ſine difficultate procedere, vt ſi poſt aduocationem, vel procurationẽ contra aliquẽ ſequatur mors aduocati, vel procuratoris ex vulneribus accuſati, vt detur indicium penſamenti contra illum procedens ex inimicitia. & ẽt ſi fuerit alia cauſa, ex qua oriatur capitalis, vel grauiſsima inimicitia cum principali agente vt in caſibus
144 præcedẽtibus. †Iudex an dicatur inimicitiam cõtrahere cum ipſis partibus, inter quas iudicat, Conſidero in hi duo tempora, quamuis aliter conſideret Moder. in c. j. de iudi. videlicet ꝙ aut pendet iudiciũ, aut eſt iudicatum, in primo caſu, aut eſt cauſa ciuilis, aut criminalis. Si ciuilis, tũc nulli dubiũ eſt quod non contrahitur aliqua inimicitia. Cum iudex debeat ipſas partes audire,
145 & †iuſtitiam vtriq; adminiſtrare in anth. de iudi. per tot. & in l. nemo, C. de ſen. & fauorem vtriq; præſtare ſecundum ſua tempora, vt not. in l. fauorabiliores infra de regu. iur. & in capitu. cum ſunt de regu. iur. libro vj. & ſi iudex eſſet ſuſpectus partibus ex inimicitia ante contracta, vel ex alia cauſa, tunc datur adiũctus de iure ciuili, ſecundũ ꝙ not. in l. apertiſsimi & ibi Iaſ. late in ij. col. & in authen. ſi vero contingerit. C. de iudi. & de iure canonico recuſatur iudex vt in c. cum ſpeciali de appellat. Si vero cauſa eſt criminalis. Tunc aut ſuper accuſatione proceditur, & idẽ eſt dicẽdum ꝙ in cauſa ciuili. Cum ſit perſona accuſatoris, qui cauſam agit, aut proceditur per viã inquiſitionis per ipſum iudicẽ, & eſt mera inquiſitio non intentata ad requiſitionẽ alicuius, vt dicit glo. & ibi Io. And. Car. Abb. Fely. in c. qualiter & quãdo el ij. in prin. de accu. Et tũc dico ꝙ contrahitur inimicitia, prout vult Dec. in d. c. j. de iudi. in ij. not. in
146 ſecunda lect. motus. †Quia iudex, qui cõtra me procedit inquirendo, dr̃ aduerſarius meus, quia ſubrogatur in locũ accuſatoris, & oẽs exceptiones, quæ opponi poſſunt cõtra accuſatorẽ, tali caſu opponi poſſunt cõtra iudicẽ, vt not. Bar. in l. ij. §. ſi publico ſupra de adulte, col. iiij. ver. queritur vtrum. Et vt per Alex. in cõſi. liiij. viſo thema
147 te volu. j. †Itẽ quia ille qui in litem ſubrogatur dr̃ aduerſarius meus vt no. Gemi. per illum tex. in c. ſi hi vt lit. pend. lib. vj. item per gloſ. in l. ſi appellante, C. de appela. in verb. aduerſarium, quæ exponit iudicem. Et reſpondet ad tex. in cap. cũ ſpeciali de appella. quod quamuis ponãtur ibi tanquam diuerſa aduerſarius & iudex non tamen ſequitur, ꝙ iudex aduerſarius non dicatur, Nam ſepe genus & ſpecies ponuntur tanquã diuerſa vt in rub. C. de ſeruit. &



Source : BIU Cujas

aqua.Et in Euãgelio dicite diſcipulis & Pe
tro,quãuis.Rip.in d.c.j.nitatur impugnare
dictum Dec.præſupponens,ꝙ fama ſit loco
accuſatoris,quem Codeg.ibi defendit attẽ-
dendo verba Bar.in.§.ſi publico, ꝙ iudex
ſuccedat loco accuſatoris. & ſi fama eſt lo-
co accuſatoris,iudex partes ipſius fame aſ-
ſumit,& aſſumẽdo ſubintrat, vt ibi per eũ.
Confirmat prædicta, nã procurator & ad-
uocatus dicuntur aduerſarij, licet nomine
alieno interueniant,vt in l.j. ſupra de calũ.
Et ſunt inimici,vt dixi ſupra proxime. Et
prædictam intellige, quando iudex forma-
ta inquiſitione citari fecit partem, vel ad ſe
defendendũ,vel ſe carceribusprę ſentandũ,
& ſententiam non tullit. In ſecundo caſu
quando ſententia eſt lata.Tunc ſi ſententia
eſt in cauſa ciuili,& pars(contra quam la-
ta eſt)non appellauit.Sed ipſi ſententie ac-
quieuit, videtur agnouiſſe bonam fidem
non appellando,puto aliquam inimicitiam
non oriri.Eo tamen caſu quando ille habe
bat poteſtatem appellandi. Secus ſi nõ po-
terat appellare quia tunc inuictus ſentẽtie
acquieuit,& inimicitia contrahitur,vt dicã
148 infra in caſu ſequẽ. †Aut appellauit,&
tunc inimicitiam contrahi. Cum per appel
lationem ille(qui appellat)grauatur, & iu-
dici fit iniuria. Cum eius imperitia argua-
tur & iniquitas,quamuis de iniuria agi nõ
poſsit glo.in l.ſi.C.quan.prouoc.non eſt ne
ceſ.in verbo.iniuriam.Et ex hac cauſa po-
teſt iudex allegari ſuſpectus,Imol. & Dec.
in c.ad hæc el j.de appella.Et dixi in tracta
tu meo de compromiſ.int. coniunc. in qõ.
viij.prin.col.pen.nu.xxxv. & inimicitiam
ex hoc dari determinat Alb.in auc. ſi teſtis
C.de teſti. Intelligo tamen prædicta, qñ
cauſa agitur, quæ ſit de toto patrimonio,
vel de maiori parte, vel ꝙ ſit cauſa magna
ſpectans ad honorem. Secus ſi eſſet parua
(vt iam dixi.) Si vero ſententia eſt crimi
nalis.Si quidem eſt pecuniaria.Tunc diſtin
guo(vt dixi)ſup. de cauſa ciuili inter ma-
149 gnam,& paruam. †Si autem eſt corpo
ralis.Tunc dico,ꝙ ſi eſt ſententia capitalis,
nulli dubium, ꝙ cõtrahitur capitalis inimi
citia.& pro hoc facit illud quod dicit And.
de Iſer.in cap.primo colum.penul.de rapt.
virg.in conſtitu.reg. ꝙ ſi quis fuerit tortus
non præcedentibus legitimis indicijs, &
confeſſus, & lata ſententia mortis contra
ipſum appellauerit,non eſt neganda appel-
latio, & iudex ad quem videbit, an legiti-
me ſit appellatum. Cum iudex a quo per
ſententiam præſumitur ſuus odioſus, Idem
voluit Matth. de afflic.ibi colum. vij.ver.
ſicu.x.quero, ſubdens,quod ex tali ſenten.
tia efficitur iudex odioſus, & inimicus,
Sed ſi fuerit ſententia corporis afflictiua,
& non capitalis.Idem dico, Cum ſi ex ſen-
tentia omnium bonorum,ſeu maioris par-
tis contrahitur innocentia inimicitia, tan-
tomagis ex pœna afflictiua corporis, quæ
maior eſt quacunque pecuniaria l.in ſeruo-
rum infra de pen. & dixi ſupra in hoc ſi-
150 gno in verb.cauſa magna. †Sed quid ſi
lata ſententia capitali ille condemnatus ha
beat debitum ſuppliciũ, an inimicitia oria
tur inter iudicem & propinquos occiſi An-
cha.in cap.cum P.in iij. not. de accuſa. de-
terminat,inimicitiam oriri, quia in ea con-
trahenda non conſideratur, quod verum
& iuſtum eſt,vt patet in teſte,qui ſi verum
dicat,præſumitur inimicus. Sed conſidera-
tur, ꝙ poteſt animum ad iracundiam pro-
uocare, licet poſsit illud fieri impune, &
etiam cum premio, vt accuſare, teſtificari,
& aduocare, & eſt caſus not. & ibi Barto.
in l. prima ſupra de his quib. vt indig. &
facit text.in d.c. cum P. vbi animus offen-
dendi ſine effectu inducit inimicitiam.
151 †Nam atteſtatio ſuper accuſatione nul
la, & accuſatio nulla inducit inimicitiam.
Ioan.de Ana. in dicto cap.cum P. ſequitur
hanc opinio.adducens text. in l. poſt lega-
tum.§.quidem & præſiden. ſupra eo. de his
quib. vt indig. Sed dicit, ꝙ eſt aduerten-
dum,quia ſententia primi iudicis qui dici-
tur indignus fuit reprobata per iudicẽ ap-
pellationis. Sed ſi fuiſſet confirmata,reli-
quit cogitandum. Tu dic idem eſſe quo
ad inimicitiam quia principium attenditur
& cauſa, quæ præſumitur durare, vt ſupra
152 dixi. †Teſtis, ſi contra aliquem depo-
ſuerit in cauſa criminali, & præcipue ca-
pitali,an præſumatur inimicus.Sed quia va
rie ſenſerũt Doc.in hoc articulo.Ideo faciã
duo capita, Primo caſu quando ſemel
depoſuit. Aut ſponte depoſuit, aut coactus
a iudice,ſi ſponte præſumitur inimicus. Ita
determinant Hoſtien.Ioan.And.But.Abb.
Ioan.de Ana.& Felyn. in cap. meminimus
de accuſatio.& Cardi.Abb.Ioan.de Ana.&
Felyn.in cap.cum P.de accuſa. & hoc mo-
do intelligi debet,quod dicit Bart.in l.poſt
legatum.§.his vero ſupra de his quib. vt
indig.in quantum vult inimicitiam contra-
hi ex depoſitione facta in cauſa capitali,&
illud,quod dicit Alber.in auc. ſi teſtis colũ.
ſecunda verſicu.item qui teſtificatus. C.de
teſti,& Luc.de pen.in l.prima,col.ij.C. de

Source : BIU Cujas

153 his qui ſe defe.lib.x. †Spōte autem & voluntarie teſtis dicitur deponere, quādo examinatur,& non fuit productus a parte, nec citatus a iudice. Item ſi fuit productus a parte & non citatus. Item ſi fuit citatus a iudice, Sed poterat recuſare ex aliqua cauſa, ne cogeretur ad teſtificandum. Nam in prę dictis omnibus caſibus dicitur ſpontanea atteſtatio. ita declarat Barto.in d.l.poſt legatum.§.his vero ſupra de his quib. vt indig.& Ioan.de Imol.in cap. primo de iudi. & aliqua ponit Ioan.de Ana.in dicto capit. meminimus de accu. & de ſpōtanea depoſitione dicam infra in verb. Teſtis qui cogi non poteſt. Et hoc modo intelligendo de ſpontanea atteſtatione tollitur dictum Ancha.in dicto cap. meminimus, qui dicit, nimium reſtringi decifionem ibi poſitam, & reduci ad caſum reprobatum, & non contingentem, quando quis vltro ad teſtimonium ſe obtulerit, quod nunquam accidit, nec valeret arg.l.quæ omnia ſupra de procu. Nam vt vides in pluribus caſibus verificatur hæc ſpontanea atteſtatio. & ita impugnant Ancha.Ioan.de Ana.& Felyn. ibi

Intellige prædicta vt procedant etiam quando teſtis fuit ſolus productus ad teſtificandum,& ad locum acceſsit, vbi examinaretur ſuper crimine, & nō depoſuit,quia præſumitur ex illo ſolo actu inimicitia. ita Cardi.in d.cap.cum P. de accuſa. ſi ſponte
154 venit,vt iam dictum eſt. †Aut depoſuit coactus. Tunc dico, ꝙ non præſumitur inimicus prout concludunt omnes ſupradicti Doc.tam in c.meminimus quā in capi.cum P.de accuſa. Et eſt ratio originaliter poſita per Hoſtien.in d.cap.meminimus,quia bonum obedientie ab omni ſuſpitione excuſat ipſum teſtem cap.quid culpatur xxiij.q. j.& cap. ad aures.§.j.de temp. ordi. & ex iſta ratione omnes poſtea ſecuti ſunt hanc ſententiam. Et quando teſtis in cauſa criminali poſsit compelli ponunt Doc.in c. dile-
155 ctorum de teſtib.cog. †Intellige, vt ille qui coactus depoſuit non præſumitur inimicus ex parte ſua. Sed ille contra quem depoſuit,ſi grauatur per tale dictum,inimicitiam contrahat cum teſte,adeo quod ille cō tra quem teſtis depoſuit non poſsit eſſe teſtis contra eum,nec ipſum accuſare ex pręſumpta inimicitia,not. Abb. in d.c.cum P. de accuſat.& præpo. in c.ij.§.in criminali. iiij.quæſtio.j. Aduerte ad vnum, quod dicit Bartol.in dicta l. poſt legatum.§.his vero ſupra de his quib. vt indig. quod licet quis cogatur dicere teſtimonium non tamē cogitur ſic dicere.& ex eius dicto, ſi grauauerit defunctum, efficitur indignus & ſic Bart.videtur innuere, quod quis deponendo poteſt contra veritatem deponere, ne efficiatur indignus & ne incidat in inimicitiam,quod idem dicit Ioan.de Ana. in dicto cap.cum P.referendo Bart. Sed hoc dictum videtur periculoſum, vt quis pro euitanda inimicitia deponat falſum, & ſit periurus,quod ius abhorret,vt tot.titu. ſupra
156 & C. de falſ. †Secundo caſu quia bis depoſuit contra aliquem,ex ſecunda atteſtatione facta in cauſa criminali præſumitur inimicus,eſt text.in capit. ſecundo.§.in criminali.iiij.quæſtio.iij. Vbi Gratianus interpretando text.in l.produci. ſupra de teſtib.dicit, ꝙ in cauſa criminali produci teſtis non poteſt, quia antea in eum reum teſtimonium dixerit, quamuis Bartol. Bald. Saly.& Flor. dent varios intellectus ad illum text.in d.l.produci. & ſolus Fulgo. ibi poſt alios intellectus referat hunc canoniſtarum. Hoc idem voluit glo.in c.fraternitatis in verb.receptos de teſti.quę dicit,quod qui ſemel tulit teſtimonium contra aliquē, pręſumitur inimicus eius,ſi iterum velit cō tra ipſum teſtificari.& glo. in dicto.§.in criminali ſecundum primū intellectum ſequitur hanc opinionem,& intellectum glo.ſimpliciter ſequitur etiam Gemin. ibi,Inno. in d.cap.cum P. de accuſat.in fin. dicit, ꝙ qui dixit ſemel teſtimonium contra aliquem, vlterius contra eum teſtificari non poteſt, allegat text.in dicto.§.in criminali. Contrarium tenuit Abb.in dicto cap.fraternitatis dicens,ſi teſtis ſponte ſe non obtulit, nō poteſt præſumi in eo inimicitie cauſa arg. l.quæ omnia ſupra de procur. & cap. cum
157 non deceat de elec.lib.vj. †Nam & iudex pluries iudicando non præſumitur inimicus,ita vt repelli poſsit tanquam ſuſpectus,niſi aliter probetur grauamen, iuxta not.in cap.ad hoc,& c. propoſuit de appel. Fortius nec teſtis, qui deponit ſuper facto capitu. inter dilectos,& ꝙ ibi not.de fi. inſtru. vnde intelligit dicto.§.in criminali, in eum qui malum teſtimonium dixit, vt ſecundum aliam interpretationem intelligit gl.ibi.& eodē modo intelligit Spe.in ti. de teſt.§.j.col.xxiiij.ver.itē ꝙ in alia cauſa & Præpoſ.idem voluit in d.§.in criminali.

In caſu præſenti puto plures caſus dari poſſe,qui ad alterā iſtarū opinionū adaptari poſſunt,in primis. Aut ꝓceditur ex inquiſitione.aut per accuſationē. Primo caſu aut inqſitio fit ex mero iudicis officio. aut ad



Source : BIU Cujas

inſtantiam partis, vt declaret gl. & ibi But. & Abba. in iij. colũ. in c. qualiter & quando el ij. de accuſa. Quando igitur ſit inquiſitio
158 ex mero iudicis officio. † Tunc dico ꝙ etiam ſi teſtis fuerit bis examinatus, dummodo fuerit citatus, prout de iure requirit non poteſt dici inimicus. Cũ nec timor ſubornationis oriatur in eo caſu, vt dicit But. Card. & Abb. in d. c. qualiter & qñ. in v. differ. Aut inquiſitio fit ad inſtãtiam partis & tunc idem dico, ꝙ & in caſu accuſationis, de quo infra, ideo ſecundo caſu qñ proceditur ſuper accuſatione. Et tunc ſi primo fuit examinatus ex mero officio inquirentis, & ſecũdo loco ſuper accuſatione, & addit aliquid quod grauat accuſatum in eius depoſitione. Et tunc præſumerem inimicum, ſiue ſit coactus ſiue non, quia facile eſt impetrare præceptum pœnale a iudice, & facilius eſt, teſtem et accuſatorem eſſe in concordia ad intimandum pręceptũ pœnale. Sed quia ipſe teſtis ſuper inquiſitione examinatus, et ſuper toto caſu nil deponit ſuper ea re, de qua atteſtatur, in accuſatione ſi deponit, p̄ſumendum eſt, ꝙ ex inimicitia dixerit, & ad iniuriandum reum, & hoc maxime qñ poſt inquiſitionem reus præſentat ſe ad carceres, et inſtituta querela per offenſum denuo poſt præſentationem factam teſtis examinatur. Et iſtud euenit mihi ſaltẽ per duas vices. Et talium teſtium dicta vti per inimicos prolata reijciuntur, Aut iſte teſtis nil addit vltra contenta in prima atteſtatione, & tunc non præſumam inimicum. Et iſtud eſt, qñ eſt eadem cauſa & indicium. Si vero nõ eſt eadem imputatio in inquiſitione, quæ eſt in accuſatione, ſed diuerſa, & tñ eſt eadem perſona. Tunc dico, quod ſi ſuper vtraq; fuit citatus (vt cõuenit) non eſt præſumendus inimicus. Si vero examinatur ſuper accuſatione primo, & deinde ſup eadem accuſatione, dato ꝙ videatur coactus, præſumerem inimicum, cum (vt dixi) facile ſit facere iſtas coactiones, & accuſator videtur habere paratum hunc teſtem ad omnia probanda, & ꝙ ipſe teſtis velit ei inſeruire ſuper omnibus neceſſarijs ad querelã, tantomagis præſumerem. Si vero querele ſunt diuerſe, & teſtis examinatur primo ſuper una deinde ſuper alia, et iſte teſtis fuit citatus vel coactus, et apparet ex proceſſu, ꝙ veritas aliter haberi non poſſet, quia alius non erat ibi præſens, & cum difficultate alij poſsint id ſcire, ſuper quo deponit, vel ꝙ ſit teſtis inſtrumentarius, Tunc non pręſumerẽ inimicum reſpectu probationũ,
159 † Quæ non debent anguſtari l. quoniã in ſi. cum alijs. C. de hæret. Et ita intelligo, & reſtringo dictum Abb. in d. cap. fraternitatis cũ alijs. Si vero teſtis examinatur ſuper ſecunda accuſatione, & eſt caſus qui poſſet ſciri ab alijs q̃ ab ipſo teſte primo contra reum examinato ſuper alia querela. Tunc ſiue teſtis cogatur, ſiue non præſumerẽ inimicum. Et ſic intelligo dicta præcedẽtium Doctor. Reſtringe tñ prædicta, vt nõ procedant, qñ ex proceſſu apparet de manifeſtiſsima coactione, vt quia iudex proceſſerit ad acceptionem pignoris, vel aliam multam contra teſtem negantem deponere, nã tunc apparet, ꝙ non ex inimicitia ſed coactus depoſuit, & hoc modo etiam poſſet in-
160 telligi dictum Abb. & aliorum. † Cauſa autem inimicitie an ſufficiat ad inimicitiã probandam, dato ꝙ per partem ignoretur, vide late Iaſo. in l. apertiſsimi nu. vij. C. de iudi. Et Felyn. in c. cum oportet nu. xiiij. de accuſa. Et Hippo. in l. j. §. præterea nu. iij. ſupra de quæſtio. & in ſing. clxxviij. inci. inimicus. Concludentes ꝙ ſufficit ad demonſtrandum inimicitiam cauſam ſubeſſe. Ex qua iudicari poſſet ipſa inimicitia, dato ꝙ etiam illa cauſa eſſet incognita præſumpto inimico, vt exemplificat Hippo. in d. ſingu. in eo qui me accuſauit de aliquo crimine, licet ego ignorem eſſe accuſatum ab eo. Tamen non potero eſſe teſtem contra ipſum. Item ſi Titius adulterauit vxorem vel filiã Gaij, et iſtud nõ ſit cognitum ipſi Gaio. Tamen ipſe Gaius non poterit teſtificari contra Titium, quia ſubeſſet cauſa inimicitie incognita ipſi Gaio. Et ſic ſufficit cãm poſ-
161 ſe conſiderari. † Reconciliatio an tollat præſumptionem mali animi ex inimicitia, dicas ꝙ non, maxime ſecuto homicidio, & ſi facta ſit pax de recenti, præſumitur enim ꝙ iſte leſus voluerit ſe vlciſci, & iratus voluerit nocere vt eſt text. loquens in teſte in c. ij. iij. q. v. in ratione ſui, & ibi glo. dicit, ꝙ ex recentia temporis aliquid præſumendũ eſt per tex. in c. ſi quis viuẽre. xxxj. q. j. Vnde a pari procedunt aliquid non eſſe factũ vel eſſe factum ſed de recenti l. j. verſi. cæterum. ſupra de his qui eiec. vel effu. Equalia enim ibi hæc ſunt viam nõ frequentari, uel de recenti eſſe ceptam frequentari. Et dicit Præpoſi. in d. c. j. ꝙ ex præcedenti offenſa
162 redditur ſuſpectus affectus offenſi. † Idẽ in iudice de recenti reconciliato, vt nõ poſſit eſſe iudex & tanquam ſuſpectus repellatur vt voluit Iaſo. in d. l. apertiſsimi colum. ij. in fin, C, de iudi, Arguendo per text, in d,

Source : BIU Cujas

c.ij. Idem determinat in teſte per eũdem
tex.& per gl.in c.per tuas.de ſimo.no.hoc
Inno.Abb.Ioan.de Ana.in c.cum oporteat
de accu.Et Alexã.in conſi.xcix.in caſu in-
quiſitionis vol.j.Et Hippo.late in l.j.§.præ
terea col.j.verſi.ampli etiam ſupra hoc ti.
& Ioan.Crot.in trac.de teſti.q.ix.iij.q.prin
ci.Ex quo infidelitas pręcedens non nocet
cõuerſo in promotionibus,niſi ſit nouus ad
fidem,vt per Fely.in c.eam te.col.iij.in ver
bo infidelis de reſcrip. Parificãdo vt ſupra
aliquid non eſſe factum,vel eſſe de nouo fa
ctum per gl.in clemen.ne in agro.§.ſane in
verb.nouitijs.de ſtatu monacho.
163 †CONVERSATIO cum inimi-
cis occiſi facit indicium contra illum, qui
delictum commiſit.Ex tali enim conuerſa-
tione cum inimicis occiſi,ſeu iniuriati præ-
ſumendum eſt interfectorem ex animo in-
terfeciſſe,& ſic appenſate, cum amicus ini-
mici ſit meus inimicus l.ſciendum.§.ſi accu
ſatio.ſupra de legatio.& l.liberi & ibi Bal.
& Saly.& Iaſ.C.de inoffic.teſta.c.repellant
& ibi Abb.Ioan.de Ana.& Fely.in iiij.no.
c.cum oporteat de accuſa.gloſ.in l.j.§.cum
patronus.ſupra de offi.præfec.vrb.& Bart.
not.d.§.ſi accuſatio. Et pro indicio ponit
Gandi.in tract.maleſi.in ti.de præſum.col.
penul.ver.ſecundum ꝙ poteſt cognoſci in-
dicium,& dicit Felyn.in d.c.cum oporteat
in vj.not.ꝙ eo ipſo quod quis conuerſatur
cum inimico meo præſumitur meus inimi-
cus,Et ſic non ſolum cohabitantes,ſed etiã
conuerſantes dicuntur inimici, quod idem
voluit Luc.de Pen.in l.j.C.de his qui ſe de
fer.lib.x.col.ij.Et dicit Bald.in conſi.cxij.
punctus in fi.vol.v.quod conuerſatio,& co
habitatio cum inimicis patris,& aſſociatio
ſufficit ad exheredandum filium per tex.in
d.§.cum patronus,& hoc indicium cõſide-
rauit Cic.in d.lib.ij.ad Heren.in c.de cauſa
coniecturali in parte argumenti ibi quo cũ
viſus ſit,& ibi num quem habuerit de con-
164 ſocijs,de adiutoribus, †Vnde videmus,
quod conuerſans cum inimicis meis nõ po
teſt eſſe teſtis contra me.d.c.repellantur,&
d.c.cum oporteat.& ibi doc.omnes, voluit
Cy.Bal.in l.ſi quis.C.de teſti.& Albe.in au
then.ſi teſtis.C.de teſti.& Luc.de Pen.in l.
j.C.de his qui ſe defer.lib.x.col.ij.& Crot.
in tracta.de teſti.in ix.q.nu.xcviij.& Iaſ.in
l.apertiſsimi.col.iij.verſ.adde quarto.C.de
iudi. Videmus etiam quod cõuerſans cũ
inimicis meis ſi fuerit iudex,poteſt allegari
ſuſpectus.c.inſinuante.& ibi doct.de offic.
deleg.Soci.in c.accedens.& alij doc.vt lit,
165 non conteſta.Iaſ.in d.l.apertiſsimi. †idẽ
videmus,ꝙ offendens cohabitantem mecũ
dicitur mihi fregiſſe pacem. Bal.in l.j.C.de
epiſ.& cle.Fely.in d.c.repellantur circa fi.
166 †Iſti conuerſantes recipiunt diuerſa no
mina, Aliqui enim appellãt eos participes.
Alij coherentes, ſequaces, ſeu complices.
167 † Participes ex mẽte Bart.in l.j.C.ſi rec.
prouin.dicit eſſe filios, nepotes,& propin-
quos cõſiliarios, ac domeſticos quod idem
voluit Felyn.in c.olim.col.ij.de accuſa.Sed
aduerte quod text.in d.l.j.C.ſi rec.prouin.
dicit totum contrarium illius, quod dicunt
Bar.& Felyn.Nam poſtquam dinumerauit
filios,nepotes,& propinquos ſubiunxit po
ſtea & participes declarãdo illud verbum
id eſt cõſiliarios,& domeſticos.Adeo quod
illi tantummodo duo domeſticus, & conſi-
liarius cõprehenduntur ſub illo verbo par
ticeps.Et rectius ſenſit Bal.in d.l.j.in addi.
quod particeps dicatur ille, qui eſt de par-
168 te, & præbet conſilium. † Adherentes
ſunt,qui ſpõte eiuſdem velle ſunt,cuius eſt
principalis,vt dicit Ang.in authen.de hęr.
& falci.col.ij.ver.ex hoc no.& in.§.econo
mis.in authen.de alie.& emph.Et ponit Fe
ly.qui multa adducit in d.c.olim.colũ.ij.&
in rub.de treuga & pac.colum.pe.vbi in ſi-
ſtit in declarando iſtud verbum adherere ꝑ
multas authoritates ſacre ſcripture.& dicit
Ang.in conſi.cclvij.Inter capitalia,ꝙ adhæ
rentes & ſequaces ſunt, qui & operibus &
intentioni alicuius adherent per text.in l.j.
169 C.de rap.virg. † Complices dicunt ſo-
cij ad malum,prout voluit Ioan.Andr.in c.
cum oporteat.de accuſa.& ibi Ioã.de Ana.
in iiij.no.& Fely.in d.rub.de treug.& pac.
col.pe.nu.xix.quod facit ad accuſationes,
& inquiſitiones,in quibus dicitur,Caius cũ
ſuis complicibus fecit tale quid,intelligitur
de ſocijs ad malum. Intellige prędicta,ut
non procedant, qñ aliquis cõuerſatur cum
170 inimicis meis & paruo tempore. †Nam
tunc non eſt pręſumendum ex paucitate tẽ
poris voluiſſe delinquere, & me odio pro-
ſequi. Sed requiritur longa cohabitatio.l.
pe.§.in factum.ſupra nau.caupo.ſtabu.per
quem tex.Ioan.An.But.Imo.Are.Car.Ioã.
de Ana.dicunt,quod cohabitatio(de qua ſu
pra)non eſt intelligenda de qualibet.Vnde
ſi hoſpes repentinus tibi dedit damnũ, non
teneor, ſecus ſi is qui mecum habitat.& ſic
debet eſſe continua,vel magna cohabitatio
prout etiam voluit Hipp.in l.j.§.præterea.
col.ij.hoc ti.Requiritur enim quod ſit con-
uerſatio illius qualitatis,vt reſultet odioſi-

Source : BIU Cujas

tas ex parte conuerſantis aduerſus,eũ,q̃ eſt inimicus illius,cum quo conuerſatur,nã ex amicitia ſimplici non pręſumitur malus ani mus,vt dicit Bal.in l.ſi quis in fi.C.de teſti. amicitia enim ſimplex non inducit ſuſpitionem in teſtem.Sed requiritur,quod ſit maxima,ſeu talis,& tanta ꝙ reddat eum in tãtum amicum vni,ꝙ ex hoc habeat aduerſarium odio alias autẽ amicitia, quæ eſt actus virtuoſus non repellit teſtem l.ſciendũ.ſupra de vſur.c.quotiens.de teſt.cog.Bart. & omnes doc.in l.admonẽdi. ſupra de iureiu. & Alex.multa deducens in conſil.iiij viſo proceſſu.col.fi.& Crot.in d.tract.de teſti.in iiij.par.in fi.nu.cxciij.Et ſic requiritur longa conuerſatio, ex qua reſultet magna amicitia. Intelligas & ſecundo in eo, qui copulauit amicitias,& conuerſationem volũtarie,& non coacte per ea, quæ voluit Bal. in c.j.qui.mod.feu.amit.& deducit Hip.in d.§.præterea.col.iiij comprobans per multas authoritates in illis caſibus, in quibus aliquid coacte dicatur factum, vt ex inde quis non teneat.Sed hæc limitatio optime comprobatur ex eo,quod dictum eſt ſupra de adherente, ꝙ ſit ille, qui ſpõte eſt eiuſdem velle,cuius eſt principalis.

171 † Iuuans inimicum meum præbẽdo ſibi comeatum, iuuando ipſum armis, telis, equis,aut pecunia,præſumitur mihi inimicus,& habeat indicium contra ſe facta iniuria mihi,vt de inimico iã dictũ eſt, prout inter inimicos enumerat Luc.de Pen.in d. l.j.C.de his qui ſe defert.lib.x.adducit tex. in l.cuiuſq; dolo ſupra ad legem iul.maieſ. & ex mente Bar.ibi intelligitur etiam commodando,ſeu mutuando.Idem dicas in eo, qui dat conſilium inimico meo, vt ſit mihi inimicus, vt vult Luc.de Pen.in d.l.j.per tex.in c.quod olim.de iudic.

172 † PROPINQVITAS iniuriati inducit argumentum,& indicium penſamẽti,pone ꝙ facta eſt iniuria Petro,cuius propinquus interfecit iniuriantem,ex tali propinquitate præſumendum eſt, interfectorẽ voluiſſe vindicare iniuriã Petri propinqui

173 ſui. Et ꝙ ex animo eũ interfecerit. † Cũ iniuria facta uni de cognatione intelligatur facta omnibus de eadem cognatione,l.j.ij. & iij.ſupra de libe.cau.l.ſororem.C.de his qui.vt indi.gl.in clem.ij.in ver.quomodolibet.de ſen.excom.Bar.in l.lex corneli.in prin.de iniur.& in l.cum ſcimus.C.de agri. & cen.lib.x.dicens ꝙ iniuria facta vni cõſortium toti cõſortio facta uidetur l.j.ſupra ad ſilla.Et omnes poterunt vindicare tanquam conſortes proſequentes eorum iniuriam.l.ſi fœminam.ſupra ad turpil.etiam ſi vindicans ſit ſpurius d.l.j.de lib.cau.& Card.in clem.j.de exce.præla.in xiiij.no.dicit, ꝙ iniuria facta domeſticis meis cenſetur facta mihi, quod ſequitur Fely.in c.petrus.in j.not.de homi.adducit tex.in c.ſciant.cuncti in verbo conſanguineos.de elec.lib.vj. hoc idem voluit Alexã.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi.quẽ legit ĩ l.prouinciali.nu.xxiij. ſupra de no.ope.nun.& Ioã.de Ana.in d.c. petrus.& Alex.in cõſil.lxxxix.in cauſa in-

174 quiſitionis.volu.j. † Intellige inimicitia durare vſq; ad quartum gradũ agnationis, Bal.in c.vaſſallus.el j.ſi de feu.fue.contro. quem ſequitur Fely.in d.c.cũ oporteat.col. v.nu.xij.de accuſa.& voluit etiam Ancha. in c.repellantur.eo.tit.Vel dicas inimicitiã durare ad arbitrium iudicis inſpecta qualitate loci,& patrie vt per Bart.in l.tutor.§. ſi tutor.ſupra de ſuſpec.tut.dicens, ꝙ ſtandum eſt arbitrio iudicis ſecundũ facti qualitatem, & conſuetudinem regionis.Nã in Tuſsia eſt conſuetudo,ꝙ qui iniuriatur,uel inimicatur vni ex conſortibus (hoc eſt deſcendentibus per lineam maſculinam)iniuriatur vel inimicatur omnibus,alibi autem aliter obſeruatur.

175 † INIMICITIA an faciat indicium, ſi vulneratus vel interfectus ſit qs, & ignoratur a quo,doc.cõiter diſtingunt inter inimicitiam leuem,& grauem, ſeu capitalem, de qua iam dixi, vt ex leui inimicitia non oriatur indicium contra inimicum, vt not. in c.cum oportet.de accuſ.& in auth.ſi dicatur.de teſti.& ibi Saly.& no.in l.licet.de arb.& dixi ſupra ex graui inimicitia tunc oriatur indicium.l.j.§.præterea.ſupra eod. Bar.hic,& omnes doc.indifferenter tenent

176 iſtud. † Sed difficultas eſt,an inimicitia capitalis vel grauis ſola faciat indicium ad torturam, Spec.in ti.de præſum.§.ſpecies, verſi.& idem eſt,dicit,ꝙ ſi aliquis eſt interfectus,& neſcitur tamẽ a quo, ſed probatur ꝙ P.erat inimicus illius,et ab illo offenſus, poterit P.ex tali præſumptione torqueri.l. ſi ſeruus cõis.ſupra de don.int.vir.& vxo. & l.cumhic ſtatus.§.ſi mulier.& l.vir vxori.ſupra de leg.iij.& l.vxori.§.fin.ſupra fa mil.hercif.Roma.in l.j.§.ſi quis in villa.in j.no.ſupra ad ſill.ſequitur dictum Spe.ſubdens,ꝙ iſtud videtur intelligendũ de inimico inimicitie capitalis, aut maioris partis bonorum,nõ autem ſi inimicitia ob paruũ litigium interueniſſet, per ea quæ no.in d. l.licet.ſupra de arbi.& in auth.ſi dicatur.C.

Source : BIU Cujas

de teſti.& in.§.item propter.inſti.de excu. tut.Ang.i l.fi.C.de queſt.col.ij.ver.poſſunt, dicit ꝙ in homicidio & in vulnere poſſumus ponere,ſi reperitur aliquis mortuus,et neſcitur de quo eſt inquirendum de inimicis,& iſtud eſt magnum indicium ad torturam.l.j.§.preterea.ſupra eo.Fely.in c.affer te.col.fi.de preſumpt. relatis dictis Rom.et Spe.ſequitur eorum ſententiam.& Bolog. in addi ad trac.Guid.de Suza.de queſt.col. vij.ſequitur opinionem Spec.& Calcan.in conſi.lxij.Chriſti Saluatoris noſtri.col.iiij. ſequitur prædictas opiniones.& idem voluit Ange..in tracta.maleficio.in verbo fa-
177 ma publica.numero.l. †Contrarium,ꝙ immo inimicitia ſola non ſit indicium ſufficiens ad torturam tenuit Augu.de Arim.in addi,ad Ang.in d.verb.ꝙ fama publica in verſ.quero.an vnum indicium.col.vij.in fi. dicens,ꝙ præcedens deciſio Spe.nõ eſt vera,quia ſequeretur, ꝙ vnum indicium remotum a maleficio eſſet ſufficiens ad tortu-
178 ram ꝙ tñ non eſt verũ. †Quia ſi eſt remotum a facto hoc eſt a maleficio ,tũc vnũ indicium non ſufficit ad torturam,per ea q̃ vult Bart.hic, & dixi ſupra in premiſſo.vi. eandem opin.tenuit in alia addi.in d.loco. in ver.quero quid ſi reperiatur.idẽ voluit Gand.in ti.de præſump.& indi.dubi.col.v. verſi.ſed quæ & qualia,volens ꝙ fama coadiuuatur,vt ex ea quis poſſit ſubijci tormentis,primo ſi probetur,ꝙ inculpatus de crimine extitit inimicus offenſi , aut ſuorũ Item ſi probetur,ꝙ inculpatus cõtraxit cõuerſationem , vel amicitiam cum inimicis occiſi,vel iniuriati.Aut quia cõtra eundem occiſum, vel iniuriatum fuerit taliter verſatus,ꝙ credebatur eſſe potius inimicus q̃ amicus,quę ex varijs cauſis poſſunt procedere,ex talibus enim dicit ipſe intercedentibus crimen poteſt præſumi,& coniectura capitur,ꝙ in delinquendo fraudis inſit cõſilium,& ſic ibi vult inimicitiam de per ſe nihil agere,ſed famam per eam coadiuuari.hoc idem voluit Iaco.de Bel.in ti.de qõ. col.ix.ver.ex indicio vero,dicens,formam coadiuuari per inimicitiã,vt quis torqueaẽ, hoc idem ſenſit Bar.hic,dum exemplificãdo in homicidio quo ad torturam imponendam dicit,ꝙ poſſunt contra reum apparere indicia,vt quia inimicus,vel quia fecit preparamẽta,& ſic vult indicia in plurali extiſtere ad quæſtionem habendam,non autem vnum indicium tantum. Facit pro hoc ꝙ frequenter & de facili contingit,quem eſſe inimicum, nõ tamen occidere eius inimicũ & exinde non poteſt dici,ꝙ ſit indiciũ graue,& vrgens vt requiritur ad quæſtionem habendam in tex.noſtro.& loquitur Bald. in l.non hoc.C.vnde legi.in fin.Et dixi ſupra in d.premiſſo.vi. ex quibus magis ſemper iuridicum putaui,ꝙ inimicitia ſola non ſit indicium ſufficiens ad torquendum ſtante ratione iam dicta ꝙ inimicitia ſit quoddam remotum a maleficio ꝙ etiam tenuit Ioã.And.in addi.ad ver.ſed pone in uerbo tormentis, & dixi ſupra in vi.præmitto ꝙ male ſenſerint prædicti ita ſimpliciter trãſeuntes cum dicto Spe.cum ẽt contrarium ſenſerit Imol.in l.fi.ſupra de hære.inſti.& & dicam in indicio ſeq.de minis.hoc idem de inimicitia tenuit Hipp.in ſua prac.in.§. diligenter,nu.lxx.adducens multa in hac materia. Poſſumus tamen ſaluare dictum Spe.vt procedat quotieſcunq; ſumus in loco,in quo neceſſe eſt vnum ex pluribus & certis hominem interfeciſſe , adeo ꝙ certũ eſſet delictum & certe perſone.Sed incertũ ſit de indiuiduo,videlicet de petro,ſeu Titio, nam tunc exiſtente aliquo inimico ex illis pluribus poterit iudex ob inimicitiam procedere ad torturã, vt determinat.Saly.ĩ ſimili,in eo q ex pluribus eſt male fame.vt is poſſit torqueri,ut dixit Sal.in l.fi.in ver. q̃ro an ſufficiat in fi.C.de qõ.& dixi ſupra.

179 †*MINE, & ipſe faciunt indicium p̃cogitationis,et penſamenti,ſi is (cui facte fuerint) reperiatur mortuus & reus fateaẽ interfeciſſe.Sed in pura rixa & a caſu,*præſumẽdum eſt enim talem minantem habuiſſe animum ad interficiendum,nã ex eo , ꝙ qs minatur alteri,oſtendit ſe eſſe inimicum,vt dixi ſupra in primo ſig.inimicitie in ver. mine faciunt,& iſtud pro indicio mali animi & doli dat Gand.in trac.malefi.in ti.de præſump.& indi.dubi.col.pen,verſ.octauũ etiam, dicens ꝙ ex talibus verbis minatorijs antecedentibus ipſum crimen coniectari poteſt , ꝙ fraudem dolum in delicto
180 illo commiſerit.†Etiã ꝙ illa verba dixerit ſua malignitate & animi prauitate arg. tex.in l.cũ ratio.§.ex bonis. infra de bon. dam.& l.ſi non conuicij.C.de iniur.ſubdẽs, ꝙ hæc verba extraiudicium aſſeuerate ,plata licet præiudicium plenum non inferant, tñ præſumptionem inducunt,et indicium l. quidam.ſupra de proba.& l.fi.C.de teſti.& l.neqꝫ profeſsio.eo.tit.Nam his modis ani-
181 mus volũtas cuiuſqꝫ declaraẽ. † Et ideo dicitur , ꝙ non ſolũ ipſis rebus & factis qs propriã voluntatem declarat.l.ſi im̃.§.ei q. ſupra de edi,edic,immo ẽt ex verbis prola

Source : BIU Cujas

tis intelligitur quis voluntatem ſuam declarare,& intrinſeca ſui cordis,quia non intelligitur verbis exprimere,quod mente non agitauit,l.labeo.ſupra de ſup.leg.quo fit,vt ſecuto homicidio poſt minas graui erit pſumptio,& graue indicium contra minātē, cum effectus,& executio verborum prolatorum declarauerint animū ita fuiſſe de interficiēdo prout minādo propoſuerat. Ex hoc dico nō eſſe requirendum in caſu iſto, An talis(qui minatus eſt )ſolitus ſit minas executioni mandare necne.Cū effectus demonſtret qualitatem perſone,& ꝙ ſit homicida et vir malorum morum,Cum iam executus ſit minas per eum factas occidēdo,& ab effectu appareat,quis fuerit ille,qui minas intulit.ex quo dico Albe.in tracta.ſtatu.q.lxiiij.in iij.par.non bene ſenſiſſe,dum vult in caſu tractatus, & penſimenti minas neceſſario debere factas eſſe ab eo,qui conſueuit perficere id,quod minatur.Cū(vt dixi )diſtinctio hęc locum non habet.qū pręſupponitur homicidium factum,& alia cognitio non ſit facienda per iudicem ,niſi tātum ſuper penſamento,ſeu tracta.Conſiderari autem debet diſtinctio hæc , qū ſumus in caſu,quod ignoratur occiſor , vt dicam infra. Econtra autem mine poſſunt conſiderari reſpectu illius,cui ſunt facte vt is ob timorem minantis,ſi erat homo potens , & rixoſus eum interfecerit, nam ad fugiendū dolorem,& timorē præſumitur cōtra agētem.l.j.§.cum quis latrones.ſupra eo.& di-

182 cam infra. †Nam ob timorem ille,qui minatur mortem alteri , poteſt illo actu ab illo cui facte ſunt mine,occidi vt per Bart. in l.j.quan.lic.ſin.iud.ſe vindi.& Ang.in l. quemadmodū.ſupra de inoffi.teſta.ex qua, cum iſte qui paſſus eſt minas , interfecerit minantem prēſumendum eſt id ex propoſito factum,& vt ſe liberet a timore incuſſo, & erit indicium contra eum pro penſato

183 ad torturā. †Mine autem in caſu.in quo ignoratur percuſor , & interfector. An faciant indicium ad torturam dicunt doc.cōmuniter,ꝙ aut ille,qui minas fecit , ſolitus eſt minas exequi,& ſit vir potens.& iſto in caſu præſumptio ſit contra ipſum ad torturam.Ita tenet Spe.in ti.de præſump.§.ſpecies in ver.Sed pone P.minatus eſt, & Alber.hoc modo diſtinguit i l.metū.C.ꝙ met. cau.Bal.& Imo.late in l.fi.col.pen.verſ.vltimo inducit ſupra de hæred.inſti.& Iaſ.in l.j.C.de ſer.fug.& Felyn.in c.cum oportet nume.xi.de accuſ.Aut iſte talis erat homo vilis,ipotens ad talia,nec ſolitus minas exequi.Tunc ſecus vt eſt tex.in l.j.C.ſi ꝗs imper.maledi.& lubricum lingue facile trahi nō debet ad pœnam.l.famoſi.ſupra ad leg. iul.maieſt.& Imol.in d.l.fi.dicit , ꝙ facit illud,quod vulgariter aſſeritur , ſepe minus faciūt homines,qui magna minātur.& ſubdit ibi ꝙ ita cōiter diſtinguitur & ſub iſta diſtinctione intelligi debet , id ꝙ dicit Alexan.in d.l.metum.& quod dicit Abb.in c. ſcribā de præſumpt.Et alij per multi, quos alle.Bru.in trac.de indi.col.xiij.ver.quero vlterius.& Ang.& addēt.ibi qui multa deducunt,hanc diſtinctionē ſequuntur in trac. maleſi.in verb.fama publica colū.x.nume. xxxix.Et Hip.in ſua pract.in.§.diligenter. nume.lxxxv., Et hanc diſtinctionem eſſe veram experientia,quæ eſt rerum magiſtra doc. & cum multi reperiantur , qui verba minatoria proferūt ex conſuetudine,& nil aliud gerere ſciunt,niſi ſe terribiles verbis oſtendere. Ideo ad tollendum indicium minarum exiſtentium contra aliquem probanda eſt loquacitas viri,qui ſolitus eſt verba ſimilia proferre,nil tamē vnꝗ executū eſſe & dicam etiam in ſeq.inditio.

184 †IACTATIO & ipſa facit indiciū ad torturam qū ante homicidiū quis iactatus eſt,poſſe perficere in aliquē, & eſſe ſui arbitrij, vel ſimilia verba protulit & poſtea fateatur illum interfeciſſe.Sed non ex propoſito.Credendū eſt interfectorem talia verba dixiſſe eo animo & intentione,vt voluerit illa exequi.cum re ipſa reperiatur executum eſſe occidendo.Ex quo cum iactatus eſt,præcogitauit velle interficere.Talis.n. eſt animus , qualia verba proferuntur.l.is qui.§.diuus.ſupra de tut.& cur.dat.ab his. Et dixi ſupra in prin.horum indiciorū, & in pręced.indi.& faciunt omnia,quę ibi di-

185 xi. †Et iactationem facere indicium ad torturam tenet Iac.de Beluiſ.in ſua prac.in ti.de quæſti.col.v.ver.quartum eſt, & col. viij.ver. item ſi ſe iactauit accuſatus. Intelligendo de iactatione.quæ fit ante delictum,nam de ea,quæ fit poſt delictum dicemus infra in verb.confeſsio extraiudicia-

186 lis. †Iactatio,ſi facta fuerit per aliquem & poſtea is,de quo uerba iactatoria habuit fuit interfectus,& ignoratur , a quo.An faciat indicium contra illum iactantē , vt exinde poſsit torqueri , Bal.in conſi.cclxxv. Ad euidentiā pręmitto vol.ij.in antiq.dicit iactationes non ſufficere ad faciendū indicium ad torturam d.l.metum adducens illud ſepe minus faciunt &c.Et illud ꝙ calore iracundie dicitur, ad pęnam non eſt tra-

Source : BIU Cujas

hendum d.l.j.C.ſi quis impe.maledi.idē vo
luit Alex.in conſi.clxxxj.in cauſa Angelo-
rum col.ij.ver.præterea,vol.ij.Hip.in d.§.
diligenter in ſua pract.nu.xxxvj.adducit
pro contrario dictum Par.de Pute.in tract.
de ſind.i verb.An ſtetur dicto torti col.iij.
ver.an ſi probetur,& nihil reſoluit,Aduer-
te itaq;.quod prædicti Doc.ſunt eiuſdē ſen
187 tentiæ,nec contrariantur. †Intelligunt
enim iactationem non nocere inſpecta qua-
litate pſone vt dicit Bal.in d.conſi.cclxxv.
& Alex.in d.conſi.clxxxj.Conſulendo ſu-
per eo,ꝙ ille teſtis iactauerat ſe dicturū cō-
tra veritatem.Nam tunc dicit Alex.tale lu
bricū linguę ſibi non nocere, niſi appareat
ꝙ eſſet perſona conſueta teſtificari contra
veritatem tunc bene ſibi nocere.idem vo-
luit Par.de Put.in d.ver.an ſi probetur,di-
cens,ꝙ ſi accuſatus ſe iactaſſet de maleficio
committendo talis iactatio ad malum facit
indicium contra accuſatum ꝙ maleficium
commiſerit conſiderata tñ perſone qualita
te & ſic omnes prædicti concorditer ſe re-
ducuntur ad eam diſtinctionem.de qua ſu-
pra in verb.mine,vt ſi eſſet male qualitatis
& ſolitus ſimilia committere habeat indi-
*cium contra* ſe ſin minus non, Alcia.in d.l.
*fugitiuus de verb.ſig.*per illum text.ibi li-
cet id ſe *facturum iactauerit* dicit ꝙ iacta-
tio non ſufficit ad qōnem niſi alie coniectu
re accedant,vt quia inimicus eius eſſet vel
alioquin percuſſor & reprobe vite.

## IN IPSO ACTV.
### homicidij indicia.

MODVS pcutiendi,&hic
facit indiciū,quod quis per
induſtriam alium occiderit
vt puta ſi quis exiſtēs in ab
ſcondito percutiat de retro
ſuper caput vel punctim in
renibus vel collo,vel ꝙ nullis dictis verbis
percutiat in capite,vel pectore,nā talis per
cutiens in inſidijs dicitur apenſate & per
induſtriam id tale facere,vt eſt tex.in c.j.de
homic.vbi dicit ꝙ ſi quis per induſtriā oc-
ciderit proximum ſuū & per inſidias,Abb.
antiq.ibi & Inn.exponūt & per inſidias &
pro id eſt per inſidias,adeo ꝙ ille dr̄ per in-
duſtriam occidere qui per inſidias occidit,
vt ēt declarat Abb.Pan.ibi in ij.no. dicens
ꝙ illud verbum per inſidias declarat illud
verbum per induſtriam ꝙ idem eſt ac ſi di-
xiſſet ex propoſito.Et illud verbū per inſi
dias importat machinationem ſeu maniſe-
ſtam ſeu claram.vt eſt text.in l.liberi.C.de
inoffic.teſta.Et dicit Bart.in l.reſpiciēdū.§.
delinquunt infra de pœ.ꝙ ex propoſito, &
proditione committitur homicidium, ſi cū
tibi eſſem amicus,vel ſaltim inter te & me
nullus erat ranchor,percuſſi te de retro,ſe
cus ſi eſſem inimicus,hoc caſu dicatur ēt ꝑ-
cogitationis indicium oriri,vt dicam infra
189 in verb.inimicitia. †Percutiens autem
in capite demonſtrat animum ad occidēdū
cum de facili ex quolibet paruo actu in di-
cto loco quis poteſt mori,vt eſt text.in c.ſi-
gnificaſti. el ij.de homic.in fi.& maxime in
locis & ciuitatibus, in quibus male liberā-
tur,qui percutiūtur in capite, prout eſt Bo
nonie,vt dicit But.in d.c.ſignificaſti.Et ra-
tio eſt prædictorum,quia caput hominis re
tinet veſtigium hominis viuentis, qui vno
ſpiritu continetur.l.rerum mixtura.ſupra
de vſucap.qui per excellentiam attribui-
tur capiti,in quo eſt forus rationis & intel-
190 lectus. †Nam cerebrum eſt membrum
diuinum ſecundum Ariſto.in quo eſt ſenſus
& intellectus, vt dicit Bald.in c.j.§.ad hoc
colū.iij.ver.porro circa de pac.iur.firm.&
nobilior pars corporis eſt caput,l.cū in di-
uerſis.ſupra de relig.& ſumpt.fun.Et per
prędicta ita determinat Ioā.de Ana.in d.c.
ſignificaſti.col.x.ver.no.ꝙ moderamen.Et
nulla facta mentione de eo refert prædicta
Fely.in d.c.ſignificaſti.col.iij.verſic.not.ibi
rationes. Intellige iam dicta, *vt non pro-
cedant in vulnere illato in facien.*Sed quo-
tiens quis vulneratur circa partes cerebri.
nam vulneratus in faciem ēt ex magno vul
nere non moritur.Et ratio eſt,quia in parte
faciei vulneratus ex experientia quis non
moritur vt dicit Fely.in d.c.ſignificaſti.
191 †Proditio,Et hæc dicenda eſt facere indi
tium mali animi,& præcogitationis ad in-
terficiendum.Nam ex propoſito antecedē-
ti cōiter homicidium,quādo fit proditorie.
192 †Et prodere eſt vnum actibus oſtende
re,& aliud in mente gerere, vt l.j.ſupra de
præuari.Et hoc fit,ſi veniens tecū tanꝗ ſo-
cius itineris nulla interueniēte rixa te per-
cutio,vel ſi tecū ſedens in menſa hoc fece-
rim,nā tunc aliud gero in animo,quā ꝙ ge-
rā in actu, & proditorie vulnero C.de de-
lat.l.fi.lib.x.ita no.Bar.l.reſpiciendū.§.de-
linquunt.infra de pœ.Et eam ſequūtur An-
cha.Ioan.de Ana.& Felyn.in c.j.de homic.
idem Bar.voluit in extrauag.qui ſint rebel.
193 in verb.rebellis,ſubdens. †Quod qs in-
cidit in crimen proditionis,qn̄ facit contra
principem,vel contra Rempub,vt l.omnē

Source : BIU Cujas

deliſtum.§.exploratores infra de re mil.Et
l.proditores eo.ti.& l.ſi quis aliquid.§.j.in-
194 fra de pœn. †Sed qñ committitur con-
tra priuatum, non dicitur proditor princi-
paliter per ſe. Sed crimen illud proditorie
vel homicidium proditorie factum, vel q̄d
ſimile l.athletas.§.j.ſupra de his qui no.in-
fa.& l.j.ſupra de p̄ua.prædicta firmat Ale-
xan.in conſi.cxxxxv.viſo themate colũ.ij.
ver.& ex his volu.vij.Et Alber.in l.ſi ami-
ci domum.ſupra de adulte.& ex hoc datur
ille modus procedendi qñ formatur inquiſi
tio,ſeu accuſatio,Et in eis ponunt illa ver-
ba,nulla præcedente inimicitia,nã iſtud de-
monſtrat homicidium proditorium, cũ ad
demonſtrandum ꝙ quis ex propoſito ſim-
pliciter non proditorie interfecerit,dicitur
in inquiſitione,ſeu accuſatione exiſtẽte ini
micitia capitali inter ipſos, & ſic diuerſus
eſt modus in agendo.
195 †MVLTITVDO vulnerũ & ma
gnitudo demonſtrat animum determinatũ
vulnerantis,ꝙ præmeditauit velle occide-
re,& deliberauit in corde ſuo per antea ho
minem interficere prout ẽt pluries vidi, &
repertum eſt per torturam, quendam q̃ de-
derat nouem vulnera cuidam ſuo propin-
quo, habuiſſe animum interficiendi & præ-
meditate proceſsiſſe ad vulnera.ita deter-
minat Alber.in l.& ſi amici domum.ſupra
ad l.iul.de adulter,dicens, ꝙ ex quantitate
vulnerum demonſtratur homicidiũ tracta-
tim factum per tex.in l.aut facta.§.qualitas
&.§. quantitas.infra de pœ.Idem voluit in
q.lxvij.in iij.par.tract.ſtatu.ſubdens, quod
magnitudo & multitudo vulnerum oſten-
dit penſamentum.Hoc idem voluit Hip.in
l.j.col.v.nu.xxxvij.C.de ſica.dicẽs,ꝙ licet
quis percutiat in loco corpori non pericu-
loſo,& cum re non apta ad vulnera morta
lia. Tamen poſſet totiens in tali loco per-
cutere,& reiterare percuſionem,ꝙ percuſ-
ſus perueniret ad mortem, & ideo ex mul-
tiplicatione,ſeu reiteratione ſeu geminatio
ne percuſsionum percipitur animus ad oc-
cidendum.Adducit q̃ plura,quæ ex gemina
tione actus inducuntur.Sed lxxvj.operatio
nes geminationes adducit Corſe.in trac.de
ver.gemin.& maxime in xviij.ꝙ geminis
homicidium eſt ſine ſpe veniæ allegat Bal.
poſt Guiel.de Cun.in l.nemo.C.de epiſ.au-
196 di.& in q.lij.vbi dicit. †Quod delictũ,
ꝙ alias non erat capitale ex reiteratione
efficitur capitale per not.per Barto.in l.li-
citatio.§.ꝙ illicite. ſupra de publi.& per
Rom.in l.ſi vero in.§.de viro in xiij. caſu
ſupra ſol.mat.& per Bar.Bal.Ang.Ioan.de
Plat.in l.j.C.de ſuſpec.exac.libr.x.Et alia
multa quæ adducit Hip.in d.l.j.ſubdens ẽt
idem Corſ.in ſeq.q.liij.ꝙ conſtitutiones di-
ſponentes aliquod peccatũ in foro conſciẽ-
tiæ debere reputari veniale, non extẽditur
ad caſum,qñ illud reiterat, qm̃ ex tali rei-
teratione efficitur grauiſsimum,& ſic mor-
tale,adducit text.in.§.criminis.xxv.diſ.Et
Rom.in d.§.de viro,in xv.caſu in xxxv.fa
len. Præmiſſa intellige vera in dubio,qñ
non apparet, ꝙ a principio rixa nõ erat pu
ra,ſed ſi propter verba,vel perfricationem
data fuerunt vulnera, vel ſecuta mors & ſi
multitudo vulnerum appareat,Et per lon-
197 gum ſpacium rixa fuerit cõmiſſa. †At-
tamen attendi debet principium,nec debet
exiſtimari penſamentum, vt eſt text,& ibi
no.Bar.in l.ꝙ ait lex.§.ꝙ ait,ſupra de adul.
Et ita habui pluries de facto,& obtinui, &
maxime in quodam improbo, qui habuit
vigintiſex vulnera,& iudicatum fuit rixã
eſſe puram & homicidiũ ſecutum nõ fuiſſe
præmeditatum,maxime ſi vulnerãs,vel in-
terficiens timebat potentiam vulnerati,ne
ſurgẽs ipſum interficeret,& vere ille mor-
tuus fuiſſet viuens rixoſus,& magis potẽs
prout euenit in debilitato in vno pede, q
aprehendidit virum fortem enſem haben-
tem,& cũ gladio paruo interfecit eũ treſdi
cim vulneribus,timens ſemper ne ſurgens
ipſum occideret.
198 †TEMPVS vt puta nox facit indi-
cium præcogitationis, nam ſi aliquis homi
nem interfecerit,ſeu vulnerauerit tempore
noctis,præſumptio ex occidentem, & vul-
nerantem delictũ præcogitaſſe & illud apẽ
ſate feciſſe.Cum lex male præſumat cõtra
agentem de nocte, vt eſt gl.in l.furem circa
medium. ſupra de ſica.iux.illud euangelij,
qui male agit odit lucem, de quo in c.per-
nicioſam.xvij.q.ij.& in c.conſuluit de of-
fi.deleg.& factum tempore noctis eſt ſuſpe
ctum l.fi.ſupra de effrac.& expil.l.hoc edi-
ctum.§.labeo.ſupra de his qui deiec.vel ef-
fud.gl.& Doc.in l.more romano.ſupra de
fer.& Bal.in l.acceptam in ij.q.C.de vſur.
& Saly.in l.non minorem in fi.C.de trãſac.
& per Alex.in conſil.ciij.videtur prima cõ
ſideratione col.iiij.ver.non obſtat etiã vo-
199 lu.j. †Conſideratur enim tẽpus in deli-
ctis ad ipſum grauandum.l.aut facta.§.tem
pus.infra de pœni.gl.in l.ſi vt allegas.C.de
ſica.& Bal.in conſi.ccccxxvij.quedam mu
lier circa finẽ vol.v.dicit ꝙ per motionẽ,et
veſtigia pedum ſignificatur qualitas lupo-

Source : BIU Cujas

rum & vulpium,ſic & præambulare de nocte,& ad loca ſuſpecta,& per perſonas ſuſpectas facit ſuſpitionē ad torturā.& Deci. in d.c.conſuluit col.ix.nu.viij.dicit,ꝙ quādo aliquid eſt factum tempore noctis dedita opera.Tunc præſumptio inſurgit cōtra facientem tali tempore allegat glo.in c.j.vt eccleſia beneſi.& Abb.in c.j.de clādeſ.deſpon.& multa alia,ꝙ ēt ſequitur in l.nō minorem.in j.no.& dicit Tanchred.in ſua cōpendio.quę alias dr̄ practica.Bal.in xvij.q.v.q.prin.ꝙ ſi delictum committatur de nocte,& inuentus fuerit reus illo tempore p̄ſumptio eſt cōtra ipſum quia tenebre facte ſunt ad male agendum l.j.§.tria luminaria.ſupra de vent.inſpi.& ꝙ præſumatur præcogitatio & tractatus in eo homicidio tali tempore perpetrato, ponit Alber.in l.& ſi amicis domum.ſupra de adult.& in ſuis.q.ſtatu.q.lxiiij.in iij.par.allegat.Inno.in c.inter alia de immunit.eccleſ.& Mant.in d.cōſil.cccxxv.niſi innocentia verſi.quinto.

200 †LOCVS agrauat delictum,ꝙ pręcogitationem oſtendit argu.tex.in l.aut facta.§.locus infra de pœn.Nam ſi quis hominē interfecerit in prætorio.in eccleſia.& in alio cōſimili loco,præſumptio eſt,ꝙ ibi acceſſerit ad homicidium committendum.qa non eſt præſumendum,quod niſi ex magna cauſa,& deliberate in eo loco voluerit hominem interimere.Cum etiam ex loco ſumatur argumentum,vt per Parid.de Pute. in trac.de ſind.in verb.& indicijs,& Gādi. in tract.maleſic.in tit.de præſump.& indic. col.j.in prin.& pro indicio penſamenti dat Albe.in q.ſtatu.d.q.lxiiij.in iij.par.& Māt. in d.conſil.cccxxv.niſi innocentia colū.iij. verſic.iiij.

## POST HOMICIDIVM.

201 ASSOCIATIO uel auxilium †pręſtitum poſt homicidiū,cū tripliciter poſſit auxilium pręſtari valet. ante delictum,poſt delictū, & in delicto,vt per Bar.in l.in furti.§.ope.ſupra de furt.& dixi. ſupra in princ.Faciunt indiciū,vt ſi quis poſt commiſſum delictum ſtatim habuerit propinquum,vel amicum eum aſſociantem,& ducentem extra ciuitatem.ad eccleſiā, vel alibi ſecure.Nam eſt iſta aſſociatione incōtinenti facta oritur præſumptio, ꝙ iſte præparati fecerit affinem,vel amicum ad delictum committendum,& ſic præcogitatum fuerit homicidium.Secus autē eſt ſi ex interuallo poſt delictum amicus,vel affinis ſuperueniſſet. Nam tunc nulla præſumptio, ſeu indiciū oritur,ita diſtinguit Bald.& dat pro indicio in l.non ideo minus in fin.C.de accuſ.ꝑ tex.in l.ſi vētri §.fi.ſupra de priuil. credit.de quo ēt dicam in verbo aſsiſtentia.

202 † Idem dicas in receptatore, vt ſi aliquis vulnerat,vel occidit alium & homicida eſt in domo te ſciente,cum nullam affinitatem vel amicitiam ante maleficium haberes,& ipſum defendis,præſumitur enim cōtra te, ꝙ fuerit conſcius maleficij,maxime ſi vulneratus aut occiſus erat inimicus tuus arg. l.j.C.de his qui latro.ocul.& l.j.ſupra de recep.& l.ij.§.non tantum.ſupra de incēd.ru.nauf.ita pro indicio tradit Boniſa.de vitel. in rub.de indic.in prin.& Gandi.in titu.de præſumpt.& indic. dub.col.pen.ver. Tertia ratio,& in tali receptatione requiritur ſcientia delicti commiſsi,quia hominem recipere eſt humanum ut per Bal.in l.quicūque in prin.C.de ſer.fug. Requiritur etiā ꝙ non ſit conſanguinitas,vel affinitas vt dixi,& ita intelligit Barto.in l.fi.ſupra de recep.& ponit Ang.in trac.malef.in verb.dicto malefic.nu.xxiij.& per Hip.in l.j.num. cxcvij.C.de rapt.virg.vbi late.Vnde Pari. de Put.in trac.de ſind.in verb.mādauit col. iiij.ver.filius occidit determinat, ꝙ ſi filius occidit aliquem.& probatur, ꝙ parte erat prope locum homicidij,& quod pater filiū arrripuit de manu capientium, & gladium euaginauit, & ipſum receptauit. iſte pater non eſt torquēdus,ſi modo ex parte patris probatur bona fama.& quod occiſus dixit patrem eſſe innocentem,& ꝙ pater filiū reprehendidit in prin.rixe ea ratione, quia non pręcedunt indicia ad qualitatem delicti legitima.l.j.in princip.l.vnius.§.fi.ſupra hoc tit.l.milites.§.oportet.C.eo.& quia nō eſt niſi vnum indicium,cum plura requirātur,multa adducens in hac materia. Luc. de Pe.in l.j.col.iij.ver.ſunt ēt alia.C.de nu. actuar.lib.xij.dicit, ꝙ magnum eſt indiciū maleficium receptare, defendere, viſitare, aſſociare,donare,numera ei mittere ſeu fauorem ſibi impēdere & his ſimilia c.accuſatus.§.ij.de hæret.lib.vj.& ꝗuis loquatur in hæreſi,idem eſt dicēdum in alijs grauibus, c.j.de homicid.lib.vj.& ibi per eum.

203 †CONFESSIO facta per reum diuerſis modis poteſt indiciū conſtituere,Nā aliqñ eſt extraiudicialis, & hæc parte abſente & parte præſente fit, Aliquādo eſt iudicialis, Et hęc fit corā iudice nō ſuo & pœ

nitus incompetenti, Aliqñ coram iudice in-
competenti in quem pôt fieri prorogatio.
Aliquando coram iudice competenti, & in
204 tortura, de his omnibus videamus.† Cõ-
feſsio extraiudicialis facit indicium ad tor
turam Bar. hic col. fi. glo. & Bar. in l. capite
quinto. ſupra de adul. glo. in l. ictus fuſtiũ. ſu
pra de his qui not. infa. & Bart. & alij. Doc.
in l. qm̃. ſupra de infam. Alexã. & Soc. q̃ di-
cunt hanc eſſe cõem opinionẽ in l. magiſtra
tibus & ibi Dec. & alij. ſupra de iuriſdi.
omn. iudi. Abb. & communiter Cano. in c.
at ſi Clerici de iudi. Vnde ſi quis dixerit
extra iudiciũ hominẽ interfeciſſe ex pro-
poſito, vel eum expectaſſe in inſidijs, vel ſi-
milia, ex ea confeſsione poterit torqueri.
205 †Ratio potuit eſſe, quia confeſsio ex-
traiudicialis facit ſemiplenam probationẽ
Bar. & alij communiter in l. admonendi ſu-
pra de iureiur. & glo. & doc. in c. fi. de ſuc-
ceſ. ab inteſt. & indicium eſt minus ſemiple
na probatione l. cũ probatio ſupra de pro-
bat. Ergo faciet indicium, cum faciat, quod
206 eſt maius. † Requiritur primo in tali
cõfeſsione, ꝙ ſit probata per duos teſtes cũ
ſit indicium a remotis, & in eo requirantur
duos teſtes glo. ſing. & ibi Bart. in l. fi. C. fa-
mil. herciſ. idem Bar. hic col. fin. & dixi ſu-
207 pra in vij. præmiſ. †Secũdo requiritur,
ꝙ ita confeſsio ſit veriſimilis, vt puta quod
habeat cauſam præexiſtentem, in qua conſi
ſtit honor, vtilitas, vel quid aliud ſimile ex
his, quę deducit Cic. in lib. ij. ad hæren. in c.
in cauſa coniecturali. & quę deducit etiam
Alciat. in l. fugitiuus infra de verb. ſigni. Et
probat tex. hoc in d. l. capite quinto, vbi re
pertus fuit adulter in domo, qui confeſſus
fuit extra iudicium, Et ſic propter veriſimi
litudinem, & cauſam quæ eſt quod erat in
domo, oritur indicium ad torturã, not. Bal.
in l. clarum. C. de autho. præſtan. Et Cæpol.
qui multa adducit in cõſi. xxxij. multa poſ.
tent. cól. pen. & Dec. poſt ipſum in d. l. magi
ſtratibus col. fi. quamuis Iaſ. relinquat cogi-
tãdum, Sed (prout dixi) optime probat tex.
iunct. glo. in d. l. capite quinto, & dixi ſupra
208 in v. præmiſſo. †Ex hoc infero, ꝙ Iaſo.
male ſentiat in d. l. magiſtratibus dum dicit,
quod facta confeſsione extraiudiciali, ſi ſe-
quatur confeſsio in tortura, non requiritur
ratificatio per glo. quam dicit ſing. d. l. cap.
quinto, quæ vult ſecundum ipſum, quod fa
cta confeſsione in tortura illi eſt ſtandum,
Nam dico quod iſta non fuit intentio gloſ.
per iura. quæ allegat, Sed hæc, ꝙ præceden
ti veriſimilitudine ſiue cauſa ſi reus cõfeſ-
ſus fuerit extraiudicialiter, & poſtea confi-
teatur in tortura ꝙ ſtandum ſit illi confeſ-
ſioni, non quod ratificatio non requiratur,
Sed iudex non debet perquirere poſt ſen-
tentiam nec poſt ratificationem de veritate
delicti, vt in l. j. §. diuus. & §. pen. & fin. hoc
titu. allegatis per glo. in d. l. c. quinto, vbi de
confeſsione ſerui, qui dixerat hominem in-
terfeciſſe, & confeſſus in iudicio fuerat con
demnatus, adhuc tamen perquiritur de ve-
ritate. Et ideo non eſt aliud perquirendum
in diſpoſitione d. l. c. quinto, quia veriſimi-
litudo delicti, & cauſa præcedebat, cũ eſſet
repertus in domo mariti, & veriſimile erat
adulteriũ commiſiſſe, & dicit Bal. in l. in bo
nefidei col. ij. verſic. modo quero. C. de iu-
reiur. quod cõfeſsio in d. l. c. quinto erat iũ-
cta cum veriſimili ratione temporis, & lo-
ci, & ita intelligatur l. quero ſupra de edil.
209 edic. †iſta cõcluſio de confeſsione ex-
traiudiciali limitatur per Felyn. in d. c. at ſi
clerici non procedere, quotiens ante cepiũ
iudicium reus reuocauerit talem cõfeſsio-
nem per doctrinam Bal. in l. j. §. fi. C. de cõ-
feſ. Hanc limitationem ſequitur Deci. in d.
c. at ſi clerici, & Iaſ. in d. l. magiſtratibus, di
cit ꝙ eſt magna limitatio, ſi vera eſt, ſed
Deci. in d. l. magiſtratibus eam impugnat,
Primo quia dato, ꝙ reuocatio confeſsio-
nis tollat errorem iuris, non tamen ammo-
uet factum. item quia animus iudicis indu-
citur ad ſuſpenſionem ex ea confeſsione, itẽ
ex doctrina Abb. in c. illud de præſcrip. vt
per eum. In caſu quæſtionis noſtre habẽ-
do reſpectum ad indicium penſamenti, &
homicidij præmeditati. Dico ꝙ reuocatio
nil operatur, quia confeſsio extraiudiciali-
ter facta, ꝙ apenſate & ex animo hominẽ
interfecerit, inducit maximam probationẽ
cum illa, quæ pendent ab animo, confeſsio
extraiudicialis plene probat Bart. in l. cel-
ſus colum. pen. verſic. ſed qualiter ſupra de
vſucap. Vbi ad oſtendendam malam fidem
confeſsio extraiudicialis ſufficit. idem Bar.
in l. certum. §. ſi quis abſentem ſupra de cõ
feſ. vbi ad demonſtrandã additionẽ, & ani-
mi declarationem confeſsio extraiudicia-
lis ſine præſentia partis plene probat. iſtud
& in ciuilibus, vt inducat plenam proba-
tionem. Ergo in criminalibus faciet ſaltim
indicium ꝙ eſt minus ſemiplena probatio-
ne l. cum probatio. ſupra de probat. & dixi
ſupra, Et ideo ſi talis cõfeſſus dixerit per
errorem confeſsionem feciſſe, & eam reuo
cet non admittitur, quia eſt animi declara-
tio, Aut ſumus in homicidio puro. Et iſte
reuocans

Source : BIU Cujas

reuocans allegat errorē in facto proprio,
& nō admittitur error, niſi probetur l. quā-
quam ſupra ad velle. Aut reuocat doloſe,
vt euitet torturam. Et tunc non admittitur,
quia dolus, & fraus non debet alicui patro
cinari. l. verū. §. hoc quoque ſupra pro ſoc.
Non ob. deciſio Bald. in l. j. C. de confeſ.
quia loquitur, vt dicam in cōfeſsione facta
corā iudice incompetenti, vt eius verba di
cunt, & ita eum locū intelligit Rim. in d. l.
210 magiſtratibus col. iiij. † Præſentia par-
tis an operetur hoc ꝙ confeſsio extraiudi-
cialis faciat plenam probationē. Abb. in d.
c. at ſi clerici. & in c. olim co. ſi. de reſcri. Te
net, ꝙ plene prȩiudicat, Are. in d. c. at ſi Cle
rici impugnat hoc, quia argumētū, quo vti-
tur Abb. non eſt validū. Nam dicere in ci-
uilibus confeſsio facta parte præſente ple-
ne præiudicat. Ergo & in criminalibus, nō
procedit, Quia probationes facte in ciuili
non probant in criminali, in quo requirun-
tur clariores probationes Bar. in l. ij. §. hoc
edicto ſupra vi bon. rapt. Item & alia ra-
tione, quia reſpectu Reipub. talis confeſsio
videtur facta parte abſente, vnde fiſco ni-
hil acquiritur, ex quo neceſſe eſt, ꝙ nomine
fiſci aliquis interueniat, Dec. in d. c. at ſi cle
211 rici impugnat has rationes. † Et primā
quod loquitur in probationibus, ſecus in
confeſsione, quæ ſemper & in alio iudicio
nocet & probat. l. generaliter. C. de nō nu-
me. pecu. c. per tuas de probat. Bald. Alex.
& alij in l. ij. C. de eden. Quo autem ad ſe-
cundum dicit, quod in tali acceptatione eſ-
ſe debet perſona publica, quæ acceptet. per
ea, quæ not. Bal. in l. ij. C. vt in poſſeſ. legat.
& per But. in c. per inquiſitionem colū. v.
ver. ad ſecundum de elec. & multa alia de-
ducit, de quibus per Iaſo. in l. ſtipulatio iſta.
§. alteri, ſupra de ver. obli. Dico præſen-
tiā partis, ſeu alterius nomine publico in-
teruenietis nil operari, vt maius inducatur
ex confeſsione, quam quod ſit indicium &
de hoc puto text. in d. l. c. quinto iunc. glo.
Nam ibi maritus habebat adulteriū in do-
mo eius rei teſtande gratia, gloſ. exponit vt
confeſsionem extraiudiciariā haberet, quȩ
facit indicium, & ſic ibi erat maritus præ-
ſens, attamē inducit minus ſemiplena pro-
batione. Præterea pro premiſsis facit gl.
quæ ibi not. Bald. Saly. & alij in l. iubemus.
212 C. de lib. cau. † Vbi confeſsio rei facta
coram notario ſolo, vel coram iudice ſolo
non præiudicat ipſi reo, attamen facit indi-
cium, quia perinde habetur ac ſi eſſet facta
extra iudicium, vt eſt glo. & Bar. ibi in l. cū
ſcimus. C. de agric. & cenſi. lib. xj. & dedu-
213 cit Soc. in d. l. magiſtratibus col. pe. † Et
nulli dubium eſt, quod notarius eſt ſeruus
publicus & poteſt ſtipulari alteri, & maxi-
me publico & fiſci nomine, publico enim
ſtipulatur, vt in l. non aliter ſupra de adop.
& ibi no. glo. & Doc. in c. quāuis iunc. glo.
de vſur. lib. vj. not. Card. per illum text. in
c. j. §. j. in xij. not. de exceſ. prælat. in cle. iu-
dex etiā qui publicas res pertractat & tue-
tur præſens ſi non in forma iudicij confeſ-
ſionem recipit, non inducit aliā probatio-
nem niſi indicium. & eam accipit nomine
publico, & interrogationem permittit, ꝙ
maius eſt, vt reſpōdeat interrogationi, quā
ꝙ de per ſe dicat per no. in l. j. ſupra de ver
214 bo. oblig. † Confeſsio facta coram iudi
ce pœnitus incompetenti veluti confeſsio
per clericū facta coram layco, An faciat in-
dicium. Doct. antiqui in cap. at ſi clerici de
iudi. in princi. tenuerunt, ꝙ ſic, mouentur
per tex. in l. iubemus. C. de lib. cau. & in l. ſi
duo patroni ſupra de iureiur. & l. generali-
ter. C. de nō nume. pecu. & ex ea reg. quod
vtile non debet per inutile viciari, quotiēs
recipit ſeparationē, cōfeſsio aūt poteſt reci
pere ſeparationē ab ipſo indicio, ergo &c.
Adducuntur ēt not. in l. ij. C. cōmu. vtr. iudi.
itē ex alio, quia quod nullū eſt quo ad ex-
preſsionē voluntatis, & eius declarationē
aliquid inducit l. fi. & ibi Bar. ſupra de reb.
eor. Cū etiam cōſuetudo quæ eſt nulla ex-
primit intentionē vt per Ange. in. §. ex non
ſcripto inſti. de iur. natu. & hanc ſententiam
ſequitur Deci. in l. magiſtratibus ſupra de
iuriſdi. om. iud. & in d. c. at ſi clerici reſpon-
dendo obiectis per aliam partē factis, ſim-
pliciter tranſit Abb. & alij Cano. in d. c. at
ſi clerici in prin. de iudi. & Bart. intellectus
ſecundū iura, quæ alleg. videlicet tex. in d.
c. at ſi clerici. & Alex. Iaſ. Rimi. & alij com
muniter Doc. tenent contrarium per d. c. at
ſi clerici ponderando eum in duobus locis
ibi dum dicit aliquatenus, & ibi dum dicit
propter hoc ꝙ denotat cauſam remotam l.
eo tempore ſupra de pac. Nam ſi talis con-
feſsio faceret indicium, ductus ad torturam
ſi confiteretur, & fieret ex inde indiciū &
ſententia, principiū & cauſa fuiſſet illa con
feſsio facta coram iudice incompetenti, cu-
ius virtute fuerat tortus, & ex tortura iudi
catus. Item quia hic talis clericus confitens
videtur metu confiteri, & per iniuriam.
215 † Cum layci ſint opido infeſti clericis. c.
layci. c. laycos. ij. q. vij. præterea quod nullū
eſt, nullum producit effectum l. iiij. §. con-



Source : BIU Cujas

demnatū ſupra de re iudi.l.ſi pater ſupra ne de ſta.defunc. præterea confeſsio facta per reum erat iudicialis, ergo tanq̃ extraiudicialis non debet valere, quia actus non valet vltra intentionē agentium l.non omnis. ſupra ſi cer.pet.& ita reſident cōiter Doc. Deci.in d.c.at ſi clerici.tenēdo vt dixi contrariū reſpondet omnibus his adductis, vt non valeat id, ꝙ iam dictum eſt, ad hoc vt ſententia fieri poſsit. Se d valeat tanquā indiciū.Abb.in d.c.at ſi clerici.dicit diſtingui debere, quod aut ſponte iſte talis Clericus fatetur.& tunc faciet inditiū, Aut coacte,& tunc non faciet inditium. iſta diſtinctio eſt contra tex.in c.ſi diligenti de for. competē. vbi clericus volens, vel inuitus non poteſt iudicari per laycum,& omnia acta ſunt nulla. Aduerte quia indiſtincte puto,q͂d confeſsio nō faciat inditium,primo per text.in l.prima.§.Antoninus ſeuerus ſupra de qō. & in l.diuus.§.ex cauſa eo.ti.vbi Iuriſconſultus arguit hoc modo. Seruus non poteſt torqueri in dn̄m vt probet contra eū, ergo nec indicium facit & ſic intelligit Bar.in l. maritus eo.ti.diſtinguendo,ꝙ ſi teſtis nō poteſt examinari propter reuerentiam ſi non probat.nec facit indicium. Itē ſi teſtis non fuerit recte examinatus ob non ſeruatā formā iudicij nō facit indicium.Ex quo ſi propter reuerentiam, quā habere debet iudex laicus in clericos, vel propter obſeruantiā iuris,& eius ordinē,iudex laicus prohibetur clericos examinare, ſi eius dictum non probat, nec faciat indicium. Accedat ad hoc,ꝙ clerici prohibiti ſunt reſpondere corā iudice layco in cauſa maxime criminali etiā quod vellent c,diligenti de fo,cōpe.Et iudex laycus non poteſt ipſos interrogare d.c.at ſi clerici, quo caſu ſuccedit illud q͂d dicit Saly.in l.ſeruos.C.de teſti. quod ſi iudex non poteſt interrogare, & reus etiā volens non poteſt reſpondere.quod nō repro
216 bat eius dictum nec facit indiciū. †Prętere a indicia debent eſſe legitima l.j.hoc ti. l.milites.C.eo.Sed cōfeſsio facta coram iudice incompetenti eſt illegitima, quia facta contra ius l.legitima ſupra de pac.Ergo indicium non dabitur maxime quia indicia, per quæ deuenitur ad torturam ſunt indicia iuris,iſta vero,per quæ deuenitur ad inquiſitionem,ſunt facti Bal. in l.ſeruos.C. de
217 teſti. †Præterea text.in dicto capit.at ſi clerici dicit,ꝙ confeſsio non valet quia cōtra ius,ſi ergo confeſsio, quæ eſt quoddam integrale non valet ergo nec eius pars debet valere,Cum indiciū ſit pars confeſsionis,Et pars probationis cum ſit minus ſemiplena probatione dicta l. cum probatio, ſupra de probat. quia ſequeretur quod in parte eſſet valida,& in parte inualida,cum tunc lex totā inualidat, Et a quo remouet genus,remouentur & quęlibet eius ſpecies l.fina.C.de vſur.re.iudi.& l.fundi.ſupra de
218 fund.inſtruc. †Confeſsio facta corā iudice incompetenti,cuius iuriſdictio prorogari poterat an faciat indicium,vt ſi laycus coram iudice layco nō ſuo ſit confeſſus delictum Bald.Ang.Alex.Iaſ. Dec.in l.magiſtratus ſupra de iuriſdi.om.iudi.dicunt facere indicium,& ibi dicit Soci.ꝙ iſta eſt communis concluſio.& cano.cōiter in d.ca.at ſi clerici,& ibi late Aret.& Dec.tenent indicium dari. & quod iſta confeſsio operetur hoc,quod per torturam poſsit compelli ad perſeuerandum. moti primo per text. in l. ictus fuſtium.ſecūdum vnam opin.ſupra de his qui not.infa.Secūdo per tex.in l. diuus. ſupra de cuſto.& exhib.reo. Tertio mouetur.Dec.ea rōne,Nam ſi confeſsio extraiudicialis facit indicium & aſſertio in facto proprio probat,eo modo, & talis cōfeſsio, maxime quia fit ad interrogationē & reſpōſionem,ideo debet eſſe validior quam ꝙ ſit extraiudicialis cōfeſsio iux.no.in l.j. ſupra de verbo.obli.item quia & ſi deficiat ius in eo caſu,factum tamē remanet, ex quo facto oritur indicium. In hac concluſione puto diſtinguendum inter hæc duo, ꝙ aut iudex incompetens procedit contra reū errore facti,quia putat ſe competentē. Aut ſcit ſe incompetentem,& videns reum tacentē procedit.& tunc confeſsio coram eo facta operetur indicium,ſiue putauerit ſe iudicē competentem ſiue non.& ita procedat communis concluſio.Aut & ſecundo caſu, huic iudici opponitur de incōpetentia, & ipſe inuito reo vult procedere.Tunc dico,ꝙ confeſsio rei non facit indicium, quia videtur contra ius elicita. & exinde iudex dicitur facere iniuriam ipſi reo argu,l.eum qui.§. ſi.ſupra de iniur.& per ea quæ determinat Saly.in l.decuriones.C.de qō. volens tunc demum iniuriam fieri ipſi decurioni eum torquendo quando iudex de eo notitiā habuit,ſi itaq; cōtra ius iudex proceſsit, factū per ipſum eſt nullum l. non dubium.C.de legib.& ſimus in caſu, de quo loquitur d.l. diuus ibi ſed ſi maligne interrogaſſe,aut nō dicta retuliſſe pro dictis compererit. Cum iudex videatur iniuria affici ſi opponatur contra eius intentionē declinatoria,ex quo præſumēdum eſſet,quod non fideliter pro-

Source : BIU Cujas

ceſsit in habenda tali confeſsione, ideo nō nocet. Intellige prædicta. vt confeſsio no ceat,& faciat indicium, niſi reus coram iudice competenti & in actis reuocauerit eā confeſsionem ſub illa ratione.quod confeſſus eſt ſciens illum eſſe iudicem incompetētem.Et quod confeſsio ſua propter illud ſibi non nocebat. Et quod noluit opponere de incompetentia,quia timebat ſeuitiam iudicis,& ne deteriora contingerent. Si hæc reuocatio haberet veriſimilitudinem in ſe reſpectu perſone iudicis. Putarē ipſam ammouere vires indicij vt dicā infra in verb,
219 fuga. †Confeſsio facta in tortura an faciat indicium,ſi reus ductus ad ratificandū negauerit.Doc.cōiter tenent indicium oriri per not.per Bart.in l.vnius.§.j.in princi. hoc titu.& tenet Bal.in l.bonefidei.colū.ij. verſi.item quero.C.de iureiur. & ratio eſt.
220 †Quia variatio in reo facit indicium & ex ea poteſt torqueri,vt per Bal.in l.multū intereſt,& per Bar.in l. de minore.§.plurīū hoc ti.propter hoc poterit torqueri.Et erit indicium,cū ſit primo confeſſus, poſtea extra torturam id negauit intellige in eo, qui confeſſus eſt in tortura præcedentibus legi
221 timis indicijs anteꝗ̄ torqueretur. †Alias ſi abſque indicijs fuerit tortus,confeſsio ſibi non nocet,vt per Bar.in l.pen. ſupra eo. & per Bal.in l.fi.in fin.C.de accu.rationem reddens,ꝙ torqueretur tā contra iuspartis, quā contra ius torti Ang.in tract. maleſi. in verbo fama publica nu.xxxvj. & ibi add. late.& Hip. in l. pen.ſupra eo. nu.x. Difficultas eſt ſi reus per plures vices ductus ad torturam confeſſus eſt delictū, & ductus ad ratificandum negauit, id facieudo per plures vices an debeat procedi in infinitum ad torquendum.Par.de Put.in tracta.de ſindi, circa finē,quē referēdo ſequitur Hip.in ſua prac.§.qm.in ij.col,dicunt ꝙ non eſt procedendum niſi ad tertiam manum torture. & ſic per tres dies diuerſos eſt torquēdum, vt in ſimili declarat Ang.in l.fi,C.de quæſt.&
222 vidimus ſupra. † In hoc caſu puto diſtinguendum,Aut ſunt indicia leuia contra reū vt ex illis poſsit ſemel torqueri. Et tūc ſi fuerit tortus ſufficienter pro illo indicio & ſemel,& cōfeſſus fuerit poſt torturam ſi poſtea ductus ad ratificādum negauerit delictum confeſſum poterit ex tali variatione torqueri.Et ſi confeſſus fuerit, & poſtea dum ratificatio fieret iterum negauit nō eſt amplius torquendus cum purgauerit indicia ſua,Et illa ſecunda variatio non faciet aliud indicium quia non eſt diuerſitas inter præcedentem variationem & hanc ſecundam.Et indicia de nouo non dicuntur venire propter quæ debeat torqueri, quia nō ſunt diuerſi generis vt per Barto.in dicta l. vnius,& Doct. in dicta l.repeti hoc titu. Si vero ſunt indicia vrgentia, propter quæ debeat his torqueri ſi primo tortus ſufficiēter confeſſus ſit, & poſtea ad banchum negauerit,debet iterum torqueri & ſecundo pro indicijs, quæ habet contra ſe & ſi tortus confeſſus eſt,& eo modo quo ſupra. Et poſt negauerit,debet tertio torqueri,& iſta tertia tortura eſt tanta pro variatione iam dicta per reum his facta,quod facit vnū indicium tātum, & eſt prædicta ratione ſi habet indicia vrgentiſsima, Tunc ſi in prima ſufficienter tortus & in ſecunda, & in tertia confeſſus ſit. Et poſtea negauerit vt ſupra Tunc quia ob illam trinam variationē ortum eſt indicium,debet quarto torqueri, & in hoc recedendum eſt ab ea regula, qđ non ſit procedendum niſi ad tertiam manū torture,quia dum indicia,quæ merebantur trinam torturam expurgantur,oritur aliud indicium,ex quo & quarto eſt torquendus nam ſi reus,non torqueretur niſi ter, vt dicunt prædicti Doct. omnia indicia rei non eſſent expurgata.

223 †LITERARVM acceptatio an faciat indiciū vt puta ſcripte ſunt litere Seio per Semproniū quod ſunt multi teſtes qui dicunt te per inſidias occidiſſe Gaium & exinde mandatum eſſe per iudicem, quod capiaris,ideo ſis cautus, Seius accipit literas & nil dicit de ea re, nec ſe excuſat an oriatur indicium ad torturam,Hipp.in pra cti.in.§.diligēter nu,cxxxvj.dicit hāc quęſtionem nouam & dici poſſe oriri indicium ad torturā quia in criminalibus proceditur ad inſtar ciuilium,Sed talis receptio literarum cum taciturnitate facit probationem plenā,vt per Bar.in l.filiusfamilias la ij. ſupra ad Macedon.Bal.in l.literas.C.manda. & alij per multi quos allegat Iaſ.in l.admonendi ſupra de iureiur. ergo talis exceptio debet operari hoc quod faciat indicium.
224 †Quia ea quę faciunt ſemiplenam probationem in cauſa ciuili faciunt indicium in cauſa criminali,vt per Bar.in l.fin.in fin. ſupra de in lit.iur.Relinquit tamen cogitandum per ea quę habēt in l.ſi cum dos,& ibi Barto.ſupra rer.ammo.& per Paul. de Ca. & Iaſo.in l.ſi quidem,C,de tranſact. Aduerte ꝙ exiſtimo illud non eſſe indiciū habile ad torturam.Nam adhoc,vt argumentum de ciuili ad criminalia valeat requi-



Source : BIU Cujas

ritur,ꝙ ſit par ratio eadē in vtroque vt vo-
luit Saly. in l.j.C.vbi de poſſ.agi opor. Sed
in hoc caſu non eſt ratio ęqualis de cauſa ci
uili ad criminalē ergo &c.Nam quando ali
quis accipit literas in cauſa ciuili, & obli-
gatione pecunie arbitrij eſt accipientis di-
cere ꝙ non tenetur nec debitor eſt quanti-
tatis contente in literis quia optime ſcit ſe
non eſſe debitorem,ſed quando recipit lite
ras de delicto,& quod ſunt teſtes qui hoc di
cunt poteſt ſubſiſtere,& timere propter te-
ſtes falſos,& nil dicere ne difametur de tali
delicto,nam pœnes probos,& bonos poſſet
oriri ſuſpitio & infamia ob illas literas, &
poſſet nocere propalāti ob famam ideo nō
eſt inconueniēs, ſi ipſe tacet cū ex expreſ-
ſione contentorum in literis poſſet ſibi no-
cumentum oriri,non autē vtilitas quod ſe-
cus eſt in literis debiti qui propalatio con-
tentorum in ipſis non poſſet ſibi in aliquo
nocere.Sed ꝓdeſſe,& ideo nulla adeſt cau-
ſa propter quam non debeat dicere portan
ti literas debiti, quod non eſt debitor ſcri-
bentis item ex alio, qū committitur citatio
perſonalis,ob delictum a communiter acci
dentibus,ſecreto committitur vnde ille qui
ſcribit amico literas ſcribit quoddam ſecre
tū,dum dicit, ꝙ aduertere debet ne capia-
tur quo fit, vt non conueniat, quod ille qui
accipit literas id palā dicat ad præiudiciū
illius qui oſtendit ſe velle fauere illi qui li-
teras accepit,ex quo cum nullum,ſit cōmo
dum ſcribenti, vt frequenter accidit ergo
nec debet habere hoc incōmodum vt im-
putetur diuulgaſſe,& notificaſſe per literas
id,quod erat ſecretum,& hæc communiter
contingunt,itaq; debent conſiderari.Et in-
dicijs argumentum a communiter acciden-
tibus validiſsimum eſt vt per Bal. in l.fi.in
fi.ſupra de hæredi. inſtitu. & dixi ſupra in
indicio a communiter accidētibus. Et ideo
putarem iſtud non facere indicium nec ad
inquirendum,nec ad torturam.Dato ꝙ ha-
bitis literis aufugeret ex loco in quo erat
cum iuſtam cām fuge haberet fidem præ-
ſtās literis ſibi ſcriptis vt dixi, dicam infra
in indicio fuge. Dum ob ſuſpenſionem in-
quiſitionis fugam eſſe licitam diximus.
Idem dicerem in quocunque delicto & ma
xime ſi ſcriberentur litere ſuper furto ꝙ
maxime multum infamat, vt in l. prima.ff.
de his qui not.infa.
225 †TRACTATVS dicitur eſſe,quo-
tiens plures conueniunt inter ſe,& inſimul
conſiliū faciunt,& in eandē opinionē deue-
niunt ad delictum cōmittendum,tex. eſt in
l.& ſi amicis domū ibi,conuenire ad tractā
dum ſupra ad leg.iul.de adult.& in l.fi.§.fi.
ibi ampliori tractatu habito.C. de iur. de-
lib.& in l. nam cū tractactu ſupra pro ſocio
& in l.ſi auiā.C.de ingen.manum.& Innóc.
in c.bone memorie el ij.de elec.in ver.tra-
ctatū dicens,ꝙ tractare eſt deliberare,ac co
gitare de aliquo, & oportet ꝙ fiat diſcu-
ſio,& examinatio rei, de qua agitur, quod
voluit ēt Alb.in d.l.& ſi amicis domum,&
in d.l.fi.§.fin.& in tracta.ſtatu. in q.lxiiij.in
iij.par.dicens, ꝙ tractatum dicitur quando
conſiliū,deliberatio, & tractatus præceſsit
inferens ad ſtatutū puniens homicidiū per
tractatū factū pœna mortis, & per non tra-
ctatum puniens in centum, vbi examinat,
quando præſumatur homicidiū per tracta-
226 tū factum,& quando non. †Per tracta-
tum homicidium factū habet hoc grauius,
vt maiori pœna puniatur. & ſi plures fue-
rint in rixa per tractatum facta omnes te-
nentur de occiſo glo.Dyn.Bart.& Mod.&
l.fi.C.de ſica.& hoc modo redducuntur ad
concordiā glo.quæ videntur contrarie, vt
eſt glo.in l.item mella.§.ſi plures. ſupra ad
227 leg.Aquil.volēs. †Quod ſi vnus eſt in-
terfectus,& plures ſint inculpati,nec appa-
reat,cuius ictu perierit, quod nullus tenea-
tur.& gloſ.in l. idem Pomponius ſupra de
rei vendi.contrariū voluit,ꝙ omnes teneā-
tur,glo.in l.ita vulneratus.§.fi.in fin.ſupra
ad leg.Aquil.& in l.vulgaris.§.ſi duo ſupra
de furt.& in l.quoniā.C.ad leg.iul.de vi vo
lentes inſolidū oēs obligatos eſſe, Iaco. de
Beluiſ.in prac.crim.in ti.de qō.circa fi.con
cordando hanc glo.dicit eſſe diſtinguendū,
ꝙ aut ſumus in homicidio facto ex propoſi
to & per tractatum, & tunc omnes, qui in-
terfuerunt dicto homicidio tenentur de oc-
ciſo.Aut ſumus in pura rixa, & tunc quili-
bet tenetur de eo,ꝙ geſsit,iux.tex.in l.fin.
ſupra ad leg.cornel.de ſic.ꝙ ēt voluit Bart.
& Ang.ibi,& Moder.Cy.& Saly.in d.l.qm̄
& aduerte,ꝙ quando ſumus in pura rixa,
nec appareat,quis vulnerauerit omnes tor-
quebantur dicā infra in verbo vita in ver.
dictum Saly.& perſiſtentibus in negatiua,
ſit abolitio criminis,non aūt abſolutio quia
non omne illicitum punitur l.pen.ſupra de
his qui no.infam. Maxime vbi non deficit
ius ſed probatio.l.duo ſunt Titij. ſupra de
228 teſt. tute. †Et iſta eſt practica, de qua
per Saly.in l.ſi qui adulterij in verb.ex iſta
glo.C.ad leg.iul.de adul.& in l.ſi quis in fi.
C.ad leg.iul.maieſt.& idem eſt,ſi exiſtenti-
bus indicijs contra aliquem,& eo poſito ad

Source : BIU Cujas

torturam, & negante ac ſufficienter torto fit abolitio, quę hodie dicitur relaxatio pro nunc poterunt tamen omnes pecunialiter puniri quotiens eſt certum ꝙ aliquis ex illis interfecerit & ſic incertus de certis ſed quotiens eſt incertus de incertis quia poterat aliter interfeciſſe qui non ſit de illis tūc nemo damnatur ēt pecunialiter ita vult Io. And. in addi. ad Specu. in titu. de homic. §. j. verſi. pone ꝙ quatuor in verbo, Si lapis & ita debet intelligi ꝙ dicit Rom. in l. j. §. ſi qs
229 in villa in fi. ſupra ad Sillan. † In tractatu hoc requiritur, quod committentes homicidium, vel vulnera inferentes ſint coacti. & conueniant ad hoc. i. cauſa committēdi illud delictum, vt in l. ij. §. homines ſupra vi bon. rapt. dum dicit homines coactos accipere debemus ad hoc coactos, Si vero ſumus in pura rixa, tūc homines dicantur cōuenire in hoc. i. cauſaliter, & alio reſpectu quam ad homicidium vt eſt tex. in l. fin. ſupra de ſica. ibi ictus vniuſcuiuſque in hoc collectorū & ibi Ang. ponit hanc differentiam inter hæc verba, & ſenſit hoc Ancha. in conſi. ccxvij. Nos Bartholameus de Saliceto. In tractatu hoc ſufficit, quod conſtet tractatū fuiſſe factum, dato ꝙ non appareat de concluſione finali. Si modo ſecutus ſit effectus, ita voluit Bald. in l. multū intereſt. C. ſi quis alte. vel ſibi, Et quæ not. Ang. in ſimili in tracta. malefi. in verb. & ad hoc
230 colloquium in prin. † Difficultas eſt ſi tractatus fuit habitus præſente aliquo, & nihil dicente. An conſtito de ipſo tractatu, & quod ille fuit præſens pro quo gratificando factus fuerit tractatus, ſi tacuerit, & nil de ea re dixerit, an obligetur. Videbatur obligationem non oriri ob præſentiam, & taciturnitatē vt eſt tex. in l. filiusfam. §. inuitus. ſupra de procur. vbi tacēs non habetur pro conſentiente. idem videmus in magnis & arduis, quod taciturnitas nō hr̄ pro conſenſu. in contrariū eſt veritas quod immo iſte talis præſens & tacens teneatur & obligatus ſit pro delicto, vt eſt tex. & ibi glo. in c. Petrus de homic. facit ꝙ voluit Innoc. in c. ex parte de reſcri. vbi determinat, quod ſi quis procurat nomine meo me præſente & tacente videor conſentire, quemadmodum & glo. in d. c. Petrus dicit quod ſi præſente eo, ad cuius beneficium tractabatur de homine interficiēdo, etiam quod taceat, tenetur eo quoniam expreſſe contradicere debet, vt eſt tex. ibi & ita ſentiunt Ancha. Ioā. de Ana. & Felyn. & alij ibi. Non obſt. ꝙ quis inuitus non aſtringatur ad officiū procuratoris, quia agitur in eo caſu de obligatione perſonali ad aliquod gerendū in qua requiritur expreſſus conſenſus vt per Iaſo. in l. quæ dotis nu. xcvij. ſupra ſolut. matri. vbi multa adducit, immo quando ſumus in materia delicti quo ad obligationem taciturnitas habetur pro conſenſu, vt per Inno. & Abb. in c. j. de his quæ fi. a maio. par. cap. & in c. ij. de his quæ fi. a prælat. ſi. conſ. cap. & per Iaſo. in d. l. quæ dotis col. xiiij. verſi.
231 decimuſquintus caſus. † Indicia demōſtrantia tractatū poſſunt eſſe eadem fere, de quibus iam diximus in indicijs oſtendentibus homicidiū ex propoſito & exemplificari poteſt in pręparationibus ad delictum. vt ſi præparauerit ęquos habiles ad fugā, vel ſi illos aſcenderūt antequam cōferent ſe ad locum delicti. item ſi vnus minus aptus ad arma & rixam acceperit veſtimenta aliorū, dum ſe conferunt ad eum locum in quo facta eſt rixa. Item ſi relinquerunt homines inutiles domi & coniunxerūt ſe robuſti & fortes, & ex poſt ſecuta ſit rixa. Itē ſi iuſſus præceſsit, vt vnus ex pluribus colligeret veſtimēta aliorū ſociorū. Item ſi ad ſonum campane, cornu, vel alterius rei contulerūt ſe plures in vnum locum, & facta ſit rixa. Et eo modo exemplificari poteſt qn̄ plures tranſierunt per locum non ſolitum cum armis haſtatis, Archobuſijs, ſagitis, & arcu, & alio ſimili genere armorum. Et denique in omnibus ſuprapoſitis indicijs, poteſt etiam verificari & oſtendi tractatum in infraſcriptis caſibus.

232 † SECRETA conuentio, & locutio habita inter plures ſi poſt exeuntes ex loco hominem occiderunt, oritur indiciū tractatus arg. l. ſi ventri. §. fi. ſupra de priuileg. cred. & ibi not. Bar. de domino loquēte ad aurem famuli ſi ſequatur homicidiū vt pręſumatur mandatum. Idem not. Bald. in l. multum intereſt. C. ſi qui. alt. & in l. j. col. ij. ver. & ille præſumitur. C. de ſer. fug. Intellige prædicta, vt faciāt indicium. ſi modo hæc tria non concurrant. Primo locutio ſecreta. Secundo inimicitia capitalis occiſi. Tertio quod incontinenti ſit ſecutum homicidium. nam concurrentibus his tribus oritur plena probatio, vt per Iaſ. in d. l. j. C. de ſer. fugi. & per Raph. Fulgo. in d. l. ſi ventri. §. fina. Eſt tamen dura opin. vt per hæc poſsit quis commendari. Cum in contrariū ſint ea quæ ponit Ioan. And. poſt Thom. de Pipe. in addit. ad Spec. in tit. de præſump. in ver. xiij. ideo cogita.

233 † RIXA ſecunda vice parum poſt pri-



Source : BIU Cujas

mam facta, vt ſi vno die ſunt rixati. & iidē altera die ſint rixati. vel parum poſt iterū acceſſerūt ad rixam. Ex ea generatione ita breui tempore facta præſumptio eſt mali animi. & quod inter ſe conuenerint pro homicidio committendo cum geminatio actus demonſtret deliberatam intentionem rei agende, & delicti perpetrandi. Cum de iure actus geminatio demonſtret expreſſam voluntatē, vt in pacto nudo geminato. Ex quo demonſtratur animus obligandi not. in §. de conſtituta inſti. de actio. & in l. iuriſgētium. §. igitur nuda. ſupra de pac. & in muliere, quæ ex actu reiterato dicitur obligari per auc. ſiue a me. C. ad velle. & de geminatione habetur in c. & ſi Chriſtus de iureiur. Cum etiā ex præterito arguatur in preſens. l. iubemus & ibi not. C. de proba. & in c. ſcribam. de præſump.

234 †AGGRESSIO nullus dictis verbis, vt ſi plures aggreſsi ſunt vnum vel plures nil dicto. Tunc facit indiciū, ꝙ conuenerint pro delicto committēdo, & iā illud deliberaſſent, & iſtud pro indicio tradit Ancha. in conſi. ccxvij. Et pro hoc facit l. reſpiciendum. §. delinquunt. infra de pen. ibi dū dicit, ex propoſito latrones delinquunt, qa habent factiones, & ibi Bar. in eo capite dū vult, quod ex propoſito antecedenti fit ho-

235 micidium. †Quando fit inſultus qui eſt motus de loco ad locum & in altum ſaltus l. j. §. cum arietes ſupra ſi quadr. paup. fecisſ. dic. & l. is qui. C. de ſica.

236 †ASSISTENTIA ad delictum facit indicium ad tractatū. vt ſi vnus hominē occiderit, & plures ibi fuerint armati, vel propinqui facto, vel remoti, dummodo potuiſſent in caſu neceſsitatis ipſius delinquētis auxiliū præſtare, nam tunc ob eorū preſentiam, ille qui inſultum facit efficitur audatior. Et ille in quē delinquit fit timidior. Ideo de auxilio tenentur. & preſumptio eſt de tractatu, vt per Bal. in l. ob hęc verba ſupra de infam. & in l. j. C. de rapt. virg. & in l. data opera. C. qui accuſ. poſ. & in l. j. C. de ſer. fug. col. j. verſi. ex conſilio dicens, ꝙ ille qui aſſociat tempore delicti, dicitur opem præſtare, etiam ſi nihil aliud facit, niſi quod ex propoſito aſſociat eum quod præſumi-

237 tur ſi ſecū ſtat armatus. †Nam ille qui armat ſe præſumitur de rixa, vel bello cogitare l. licet inter priuatos ſupra de pac. & pro indicio dat Bru. in trac. de indi. colum. xiiij. verſic. item inſurgit, & de materia auxilij loquitur late Felyn. in cap. ſicut dignū de homici. & Deci. in capit. primo de offic. deleg. Et Aret. in c. iij. loco colum. ſi. de probatio. Hoc intellige eo magis procedere, ſi tales ibi aſtantes nulla tamen facta demōſtratione ſeu armorum euaginatione ſtatim perpetrato delicto inſecuti ſunt, & aſſociati fuere delinquentem Bald. in l. non ideo minus in fin. C. de accu. a remotis autē preſtatur auxilium vt ponit Alexan. in l. is qui opē in addit. ad Bar. in addit. mag circa medium ſupra de fur. dicens, quod ille qui mecum ſtat a remotis armatus, ſi per eum efficiar audatior & offenſus timidior, dr̄ præſtare opem mihi. Iſtud autem indicium poteſt tolli ſi ibi ſtans probauerit caſu veniſſe in eum locum, nam tunc non erit indicatus, vt per Bal. in dictis locis.

238 †DVCENS verbis aliquem ſciens malefactores eſſe in certo loco & ille occidatur vel derobetur, ſi verbis ſuis fidē adhibendo inde tranſierint, vt puta quod dixerit mercatoribus, quod ſecum ire deberēt, quia duceret eos per bonam viam & ſecuram. Et fuerint interfecti vel derobati, indicium eſt contra illum, quod fuerit particeps criminis, & cauſam delicti præbuerit, cum etiam teneatur pœna leg. Cornel. de ſicar. l. iij. §. alio ſenatuſconſulto, & arg. l. qui occidit. §. pen. ſupra ad leg. Aquil. & l. pen. §. ſi cum eo ſupra vi bon. rap. Et pro indicio dat Gand. in ti. de præſumpt. & indi. dubit. colum. fin. ver. decimum colligitur, ſubdens ꝙ quæſtionibus eſt ſubdendus, & ſic

239 erit indiciū ad torturā ea ratione. †Quia de his eſt quæſtio habenda, qui ſuſpenſione cedis conſentientes videbuntur l. j. §. occiſorum & §. ſi quis in villa ſupra ad ſillan. Et ēt pro indicio ad torturam tradit Boniſ. de vita. in ti. de indic. circa prin. in ver. item ſi ſuaſit.

240 INDICIA † in homicidio, ſi quādo aliquis eſt interfectus, & ignorat a quo oriūtur ex cauſis infraſcriptis. Primo ex vita, & ex perſona imputati. Secūdo ex verbis ꝓlatis. Tertio ex facto. Quarto ex proceſſu, & teſtibus examinatis.

EX PERSONA.

241 VITA hominis, †ex antea factis ſpectatur vt ait Cice. in lib. ij. ad Heren. in cauſa coniecturali. & Doc. conſiderant iſtud pro indicio, vt ſi quis fuerit male conditionis, & ſolitus ſimilia facere habeat indicia cōtra ſe,

242 vt preſumatur deliquiſſe. †Nam ex cōſuetudine delinquendi per legem preſumi-

tur cõtra hominem l. ſi cui.§.primo ibi qui ſemel calumniatus & ſupra de accuſa. & l. de minore.§.j.hoc tit.l.non omnis.§.a Bar-
243 baris.infra de re mil. †Et ex præterito præſumitur in pręſens l.iubemus & ibi no. C.de probat. & Gandi.in tit. de præſump. col.j.ver.aliquando, & ver.ſi. & conſuetudo patrisfamilias ſiue in bonis ſiue in malis eſt attendenda.l.ſiue negotia ſupra de neg. geſt.l.Olympico ſupra de ſer.vrb.prędi.& ſi delictũ fuerit reiteratũ magis pręſumitur, nã ex ea geminatione oſtendit determina-
244 ta voluntas ad malum agendum. †Cũ actuũ geminatio demõſtret apertã voluntatẽ no.in.§.de conſtituta inſti. de act. & in l. j.C.de plus petit.& in cap.& ſi Chriſtus de iureiu.Vnde ſtatutũ quod pro crimine imponatur pœna pecuniaria non habet locũ. Si ſecundo deliquerit,vt per Hip.in l.jC.de ſica.nume.xlvij.adducit tex.in l.j.C.de ſuperexac.lib.x.& ibi Bar.Bald.Ang.& Ioã.
245 de plat. †Sed aduerte, ꝙ in eo caſu ex geminatione ſola non proditur beneficium legis nec crimen magis grauatur.Sed requiritur,quod ſaltim per tres vices deliquerit. ita declarat Luc. de pen. ibi per text. in §. verũtamẽ in auth.vt immob. ante nupt.donat.& in l.ſeruos.C.ad leg.iul.de vi pub.&
246 per Innoc.in c.j.de fideiuſ. †Difficultas ſit,an ex eo,quod quis ſolitus ſit delinquere,& ſit male vite, habeat indicium contra ſe,vt poſsit poni ad torturam. Hip.in.§.diligenter nu.xcix.mouet iſtam q.& dicit, ꝙ Doc.fere omnes poſt Bar. hic dicunt ꝙ habet indicium ad torturam,vt per Saly.in l. ſi.C.eo.& Guid.de Suza. in trac.de tormẽ. in iiij.col.Et Alex.in conſi.lxxvij. in cauſa accuſationis in iij.col. & in conſil.l.viſis & oportune in primo volu. adducit regulam, quod ſemel malus ſemper præſumitur malus.Et dicit malum facere dictum Salyce.in d.l.ſi.quod ſi plures fuerint in rixa,& mortuus nou habet niſi vnicum vulnus,& ignoratur,a quo ſit illatum, & omnes torqueri non poſsint,ſi tamen fuerit vnus male vite is torquebitur,& multa adducit ad probandum illud, quod præſumatur contra ſolitũ delinquere. Contrarium tamen poſt multa tenet Hippo.in dicto loco,dicens malam qualitatem perſone non facere indicium legitimum ad torturam,mouetur,quod quan-
247 do ſumus in aliqua diſpoſitione. †Verba illius diſpoſitionis multum ſunt attendenda capit.porro de priuileg. & ibi gloſſ. Sed in hac diſpoſitione habetur id,quod ſemel malus ſemper præſumitur malus,& ſic ex mala qualitate perſone oritur præſum-
248 ptio.Sed ſic eſt. †Quod præſumptio eſt minus quã indicium,vt per Bal.in l. ea quidem.C.de accuſatio & per Iaſo.in l.prima. ſupra de eo per quem fact.erit.Adducit etiã Bald. in l. prima. de excuſatio. tutor. vbi præſumptio dicitur eſſe ad probandum,indicium vero eſt probatum, & ſic minus eſt præſumptio quam indicium,adducit etiam gloſ.in l.abſentem in verb. damnari infra de pœn.& glo. in cap.literas de præſumpt. Item quia ex præſumptione oritur argumentum.ſed indicium eſt idem ꝙ ſemiplena probatio,l.fin. & ibi Bartol. ſupra de in lit.iura.l.ij.§.ſi abſens ſupra ſi ex nox. cau. aga.& ſic cõcludit nouam eſſe opinionem, quod non oriatur indicium. Adductis alij
249 permultis,quę longũ eſſet referre. †Aduerte ꝙ qualitas perſone dupliciter eſt cõſiderabilis, quod quis dicatur bonus, vel malus in genere, vel ꝙ dicatur bonus vel malus in ſpecie. De bonitate & malitia in genere eſt text. in l.nõ omnis.§.a barbaris. infra de re mil.& l.de minore.§.fin.hoc tit. de qualitate perſone in ſpecie, & de conſuetudine rei vel imputati eſt in d.l.ſi cui. §.primo.& in l. ſi ſeruus plurium.§.fin.ſupra de lega.j.& in dicta l.vel vniuerſorum. ſupra de pigno.act.Bart.ita diſtinguit in fama in dicta l.de minore.§.plurium colum. prima verſicu.pro declaratione,vt ſit in genere,vel in ſpecie, & de his duobus loquitur Cic.in præallegato loco, quod ſi accuſatus eſt de occiſo reperiatur per cauſa, vt quandoꝗ in ſuſpitione fuerit homicidij, & ſi non poteſt reperiri par cauſa, reperiatur diſpar,& ſic generalis obiectio circa mores accuſati. In vtroꝗ caſu ſi fuerit facta probatio, ꝙ ille ſit malus vel in ſpecie vel in genere orietur indiciũ contra reum & maius erit indiciũ contra eum qui habet pręſumptionem malitie in ſpecie & ſic in eodem genere mali vt in regula ſemel malus de reg.iur.lib.vj.ibi Dyn.Franci. & alij,& dicam infra in indicijs furti in verbo vici-
250 nus. †Attamen ex tali indicio ſolo nõ poterit torqueri, quia Bartol.in hac l.& Salyce.in l.fin.C.de quæſtio. dicunt poſt omnes Docto. quod quando eſt indicium remotum a maleficio,vt eſt mala fama & ſimilia, de quibus diximus ſupra in præmiſsis, ex hoc ſolo non poterit reus torqueri. Sed requiruntur alia indicia pœnes iſtud. Ex quibus animus iudicis deduci poſsit in ſuſpitionem contra reum, & ſic ſuperflua eſt diſputatio Hippolytus



Source : BIU Cujas

in hac materia,quia Doc.omnes diſtinguūt
inter indicia,vt dixi ſupra in vj. præmiſſo.
Dictum Saly.allegatū per ipſum in d.§.
diligēter nu.xcix.& in rub.C.de proba.nō
dicit id,ad ꝙ deducitur,quod ſi plures fue-
rint in rixa.& ignoretur per quē fuerit fa-
ctum homicidiū,ꝙ torquebitur ille, qui eſt
peioris vite inter imputatos.Nam ſi plures
fuerint imputati,& ignoretur,quis interfe-
cerit,& omnes fuerunt in rixa , omnes tor-
quebuntur ad habendam veritatem. ita eſt
practica.ita determinat Dy. & Roma. poſt
eū,& Mod. in l.j.§.hoc reſcriptū ſupra ad
ſylla, Sed Saly.in d.l.fin.dicit. ꝙ ſi fuerit
ſuſpitio contra plures, qui faciliter potuiſ-
ſent delictū cōmittere. Tunc ſtāte iſta veri-
ſimilitudine, & ſuſpitione male vite pote-
rit is torqueri , non autē alij torquebuntur
ob illā ſimplicē ſuſpitionē, quod potuerint
delinquere. Non ob.qđ cōſiderat præſum
251 ptionē minus q̄ indiciū,qa dico. †Quod
præſumptio eſt genus quo ad indicium , vt
vult Bal.in rub.C.de proba. diffiniēdo in-
dicium dicit,qđ indiciū eſt præſumptio mi-
nima hominis boni, ſeu diſtans argumentū
252 a ſpecie ꝓbationis. †Immo præſumptio
habet pluresgradus,cū alia ſit iudicis,& cō
tumatie,vt ſi iudex citat Clericū,ꝙ reddeat
ad eccleſiā & niſi reuerſus ſit præſumit iu-
dex,ꝙ habeat Eccleſiā pro derelicta,alia fa
me per quam proceditur ad inquiſitionē vt
in c.qualiter & qñ el ij.de accuſ.Alia ſit na
ture,vt ſi pr̄ exheredat filiū, præſumitur ꝙ
iniuſte agat,qa non permittit natura præſu
mere,ꝙ filius patrē offendat, vel econtra l.
omnimodo.C.de inoffi.teſta.l.vlt.C.de cu-
rat.fur. & de his,& ſequi loquitur. Hoſt. in
ti.de præſump.in.§.quot eius ſpecies . Alia
ſit iuris contra quā admittitur probatio, vt
in poſsidēte,ꝙ præſumatur dñs l.ſiue poſsi-
detis.C.de proba. & ꝙ Chyrographū lace-
ratū præſumatur ſolutū l.ſi chyrographum
ſupra de probat.Alia ſit iuris & de iure cō
tra quā nō admittitur probatio.l.ſi qs adul-
terij. C.ad leg.iul.de adul. & ponit Bart.in
d.l.ſiue poſsidetis.ideo id, quod dicit Iaſ.ꝙ
præſumptio ſit minor indicio in d.l.j.ſupra
de eo per quē fac.erit,illud eſt verum in ter
minis,in quibus loquitur Iaſo.ꝙ eſt in indi-
cio oriēte ex dicto mortui vel iniuriati. Nā
illud eſt indicium vile,& de eo loquitur gl.
in d.l.ſi mater.C.de calum. & ſic in eo caſu
eſt minus indicium quā præſumptio , quia
ville & tenue, vt dicam infra in verſi.mor-
tui depoſitio.
253 †CONVERSATIO malorum, &
iſta facit indicium contra imputatum argu.
tex.in l.iij.§.nullus putat ſupra de excuſa.
tuto.& l.item apud labeonem §.adduxiſſe
in fin. ſupra de iniur.l. nullus.§.j. ſupra de
act.empt.Nam ex mala conuerſatione bo-
nus efficitur malus & vitioſus l. ediles.§.
pedius ſupra de edil.edic.Nam ſimilis ſimi
lem ſibi querit c.recollentes de ſtat. mona.
& ſecundum Phyloſ.talis qualis quiſq; eſt,
talium conſortio delectatur,& dicit text.in
cap.ſæpe.xxviij.q.j.ꝙ malorum conſortia
ſæpe ēt bonos corrumpunt,& tanto magis
eos,qui ad vicia proni ſunt. iſtud pro indi-
cio tradit Gandi.in ti.de præſumptio.& in-
dic.dubita.col.j. ver. item habet indagare,
& Guid.de Suza.in trac. de tortu. colū.vj.
ver.querat iudex.& Are.in tract.maleſi. in
verb.ꝙ fama publica.colum. vj.nume.xix.
254 †Iſtud autē extendit Iaco.de Belui.qui
malos famulos tenet,vt ſit indicium contra
ipſum in ſua prac.ti.de qō.colum.v. verſic.
quartūdecimum crimen allegat text. in.§.
hos aūt in auth.de non alien.& in c.licet he
li.in prin.de ſimo.
255 †QVALITAS perſone poteſt indi-
ciū facere, vt cognoſcatur, ſi reſpectiue ad
eius cōditionem & qualitatem ſit cauſa ali-
qua,quæ ipſum induxerit ad maleficiū cō-
mittendū,vt ſi commodum aliquod ex ma-
leficio acquiſierit, vt honorem, pecuniam,
dominationē,aut aliquā cupiditatē amoris,
aut voluntatem libidinis explende. Aut ꝙ
voluerit incommodum vitare, vt puta ini-
micitias,infamiā,dolorē,& ſupplicium,quę
omnia pro coniecturis tradit Cic.in d. li.ij.
ad Heren.in prin.in cap. cauſe coniectura-
lis in parte probabili. Et hæc a legibus cō-
256 probātur. †Nam ſpes cōmodi aſſequē-
di,aut incommodi euitādi probatur in l.cū
ratio infra de bon.damnat.vbi pater interfi
ciēs eum,qui filiū inſtituerat, propter iſtud
cōmodum feciſſe videtur, & ideo filius nō
ſuccedit & hr̄ in l.j.§.ſi dñs ſupra ſi quis ali.
teſta.& prohibu.& in to.titu. vbi ſuccedēs
ab inteſtato ſi prohibuerit agnatū teſtari
priuatur ſucceſsione,& ēt filius ob prohibi
tionē patris & etiā demonſtratur in l.ſi ab
hoſtibus §.j.ſupra ſol.mat. in quo priuatur
maritus dote,ſi nō adhibuit diligentiā in cu
randa ipſa infirmitate,vel nō adhibuit me-
dicos peritos.& multomagis ſi interficeret
eā,& iſtud eſt ꝙ dicit Bar.in hac l.itē ꝙ tes
cedebat ad cōmodū ſuū,nō alterius,& dicā
infra in indicijs furti in verbo cōmodū. itē
verificatur id, qđ dixit de honore, qñ per
ſimoniā,ſeu ambitum vult conſequi hono-

Source : BIU Cujas

rem vt in to.tit.de ſimo.& ſupra ad l.iul.de ambit.& exẽplificari poſſet in duobus ambientibus eundẽ honorem, vt ſi aliter fuerit interfectus oriatur indicium contra aliũ ad idem aſpirantem quod idem dici poteſt in duobus riualibus, vt vno interfecto præſumatur ab altero factum,& verificetur illud, quod dicitur de cupiditate amoris explenda, & probatur in l.idem ſi ad ſtuprũ, ſupra de condi.ob turp.cau. Et quod dictũ eſt de pecunia, declaratur in l.iij.ſupra de his quib.vt indi.& in d.l.j §.ſi dominus, & in d.l.ſi ab hoſtibus,et quod dicitur de incõmodo vitando valet infamia,inimicitia, dolore, & ſupplicio probatur hæc in l.j.in.§. præterea,& in.§.cũ quis.ſupra eo.vbi præſentans latrones iudici quandoq; facit, ne infamiã, dolorem,& ſupplicium ſubeat, & ne de his accuſet, ideo illos iudici tradidit.

257 † A COMMVNITER accidentibus oritur indicium vt ſi probetur ꝙ homines certe nationis cõiter homines interficiunt pro parua cauſa, vel quod cõiter contingit aliquem deferre genus armorum,ex quo reperit ille talis interfectus, vel aliud ſimile,nam ex hoc oriatur indicium vt per Bal.in l.ſi.in ſi.ſupra de hæred.inſtit.exemplificans poſt Iaco.But.in l.neq; natales.C. de probat.in muliere,ex cuius domo viſus eſt exire iuuenis, vel quod paſsim eos admittebat. ex quo exiſtimatur meretrix.idẽ Bal.hoc determinat in addit.Spe.in titu.de ſen.& de his.quæ ipſ.ſeq.in §.viij.in addit. Magna circa ſi.in verſi.ad mortem facit il-

258 lud quod. † Argumentum a cõiter accidentibus validum eſt in iure,vt per Alexã. Iaſo.Deci. & alios qui accumulate ponunt in l.non hoc.C.vnd.leg.& per Fely.in c.q̃a veriſimile.de præſump.in ſi.

Ex verbis indicia.

259 TREPIDATIO, † inconſtantia, varietas, vox balbutiens, loquella timida, palor,hæc omnia ſi cõcurrant in perſonam rei.vel aliqua ipſorũ, erit indicium ad torturam text.eſt in l.de minore.§.plurimum. ſupra eo.& ibi Bar.& Mod.qui dicit, iudicem debere operari,hęc omnia ſcribi,quod loquendo trepide,pauendo,variando, reus reſpondit ad hoc vt poſsit oſtendere ꝙ prę cedentibus indicijs proceſsit ad torturam, iſtud idẽ voluit Bal.in l.presbyteri.in prin. C de epiſ.& cle.dicens ꝙ trepidatio,mutatio coloris in faciem ſunt ſigna ĩ teſte quod falſum dicat ſed an exinde poſsit torqueri, iſtud relinquit arbitrio iudicis quod etiam

260 ex mente Bart.hic. † Vt vnum ex iſtis indicijs nõ ſufficiat ad torturam ſed plura, & talia,quæ ex diſpoſitione iuris moueant iudicem,& hoc magis eſt dicendũ quia hæc indicia ſunt remota a maleficio, ex quo vnũquodque de per ſe non debet eſſe ſufficiens ad torturam,vt dixi ſupra in vj.præmiſſo poſt Bar.hic,quod autem hæc omnia deſcribi debeant in actis.Bar.adducit Innocen.in c.quoniam contra de probat.& Spe. in ti.de teſti.§.nunc tractandum.verſic.hoc autem ſcias.Iſta facere indicium ad torturã ponit Guid.de Suza.in trac.de tormen.col. v.ver.item poterit iudex & Iaco.de Belui. in practi.crimi.in ti.de quæſtio.col.iiij.qui etiam ponit inter præmiſſa declinationem oculorum verſus terram & rationem red-

261 dit. † Quia vacilans teſtis quæſtionaẽ l. ſuper ſtatu.C.eod.& Par.de Put.de ſindi.in verbo viſo de indicijs & ſeq.verſi.& Are. in trac.malef.in verbo quod fama publica. nu.cv.& Brun.in tracta.de indi.colum.xij. Hippo.in ſua pract.in verbo diligenter nu. lxxiiij.qui multas quotas adducit ĩ hac ma-

262 teria. † Intellige prædicta ꝓcedere qñ is qui torquetur habet legitima indicia cõtra ſe,antequam duceretur ad torturã alias autem ſi reus iniuſte torquereẽ indicia ex his non orirentur,cum etiam ratificatio nõ ualeret,ita determinat Aug.de Ari.in addi. ad Ang.in d.loco, & eum ſequitur Brun.in d.loco,& Hipp.in d.§.diligenter. nu.lxxv. Sed aduerte quod Bart.aliter vr̃ ſentire in hac noſtra lege dũ vult, quod iudex faciat adducere ad ſe illum de quo ſuſpicaẽ & interroget de circunſtantijs vbi ſtetit illa nocte,cum quo comedit vel cenauit & ſimilia & tunc ex ſermonibus, ex voce, ex trepidatione, ſeu conſcientia poterit cõtra eum aliquam pręſumptionẽ habere ex quo Bar. demonſtrat ibi ꝙ iudex recipit eas pręſumptiones,& ex illis ſi ipſi videbitur procedere poterit ad torturam, & tñ nulla indicia præcedebant, erat ſimplex ſuſpitio contra illum interrogatum ideo hæc limitatio non poteſt adaptari ad caſum Bart.& de ea videbimus infra in verbo confeſsio in tortu-

263 ra. † Intellige ſecundo prædicta procedere,quando variatio eſſet circa negotium principale, vel circa circunſtantias negotij principalis.alias autem non faceret indiciũ contra variantem,vtputa,ſi eſſet varius circa locum delicti, vel tempus ipſius delicti, iſta enim variatio noceret. Secus ſi eſſet circa nomen,agnomen, loci originis vel quid aliud ſimile,aut voluit Bar.in l.eos.colum. ij.verſi.quæro quæ dicantur, ſupra de falſ.

Source : BIU Cujas

& Spe.in ti.de teſte.§.j.ver.Itē quod eſt va
rius & verſi.item per aliquod Bald.Imo,in
l.his verbis.§.fi.ſupra de hæred.inſtit.Ioã.
An.& Inn.in c.fraternitatis de teſti.& Pau.
de Caſt.in l.ſi ex falſis.C.de trãſ.& ibi Iaſ.
col.fi.qui dicit iſtud eſſe not.in eternum ad
practicam in teſte quãdo dicatur uarius, qđ
etiam voluit Tind.in trac.de teſti.in vij.q.
iij.q.prin.& Paris de Put.in materia noſtra
in trac.de ſind.in verbo viſo de indicijs in
264 fi. †Intellige præmiſſa,quod varius di
citur is qui primo dicit vnum poſtea dicit
contrarium nullam variationis cauſam aſ-
ſignans.Cõtradicens vero qui primo dixit
duo incõpatibilia, vt ſi dixit interfuiſſe cõ
tractui tali die,& loco, & poſtea dicit tali
die,ſe alibi fuiſſe, vacillans autem dicitur,
qui dubitando, & tremendo loquitur,item
& qui varie loquitur de vario ponit Bart.
in d.l.eos,& de his omnibus dat doctrinam
Anto.de But.in c.præterea verſi.ſed dubiũ
de teſt.cog.& Dec.multos adducit in d.ca.
qm̃ contra nu.lxiij.de prob.intellige ẽt prę
dicta vt dicam infra in ſeq.indicio.
265 †MENDACIVM an faciat indiciũ
ad torturam Bar.hic in j.colũ.dicit,quod ſi
repertus fuerit in mẽdatio,erit maxima p̄-
ſumptio contra eum per text.in l.vnius.§.
teſtes.ſupra eod.& in c.literas.de p̄ſum.idẽ
voluit Rom.in conſ.viij.viſo facto,& Bar.
266 in trac.de quæſt. †Et ratio eſt,quia mẽ
dacium eſt falſa ſignificatio vocis.cum intẽ
tione fallendi gl.in l.de etate in prin.ſupra
de interrog.acti.in.§.qui tacuit glo.dicit,ꝙ
mẽdax videtur velle decipere iudicẽ,ideo
punitur.l.et debuit.ſupra de infam.& ratio
ne mendacij quis videtur eſſe in dolo.l.ſer-
uus.§.ſi perſuaſerit.ff.de dol.& ſequit͛ hæc
Brun.de indic.col.ix.ver.quero an menda-
tium. Aduerte,quod in hac materia men-
dacij,et uarietatis ipſius rei adducitur in cõ
trarium dictũ And.de Iſer.in conſtit.incip.
in damna col.x.ver.item nota.qui dicit, ꝙ
ſi reus interrogatus a iudice neget, ſeu fa-
267 teatur,& poſtea dicat contrarium. †Li
cet aſſertio eius dicatur teſtimonium large
l.generaliter in fi.C.de non nume.pecu.nõ
torquebitur,quia licet contraria dicere.&
ponere propter ſalutem.l.nemo.ſupra de
excep.l.j.infra de bo.eor.& Matth.de Af-
flict.in d.conſti.ſi damna.in xiiij.no.in.j.q.
ſequitur hoc dictum And.de Iſern.Luc.de
Pe.in l.quotiens col.vij.ver.ſed quid ſi reus
tenet contrarium cũ Bar.hic,quod propter
contrarietatẽ.torqueatur reus ꝗuis loqua-
tur ipſe Luc.in reo,cui delatum erat iura-
mentũ.Par.de Put.in d.trac.de ſind.in ver-
bo viſo de indiciis relatis his opinionibus
dicit magnam eſſe authoritatẽ And.de Iſer.
tamẽ quod vtraq; opinio poſſet ſaluari,vt
dicta per Bar.non habeãt hoc,quod ex va-
riatione quis torqueatur,& male ad hoc al
legatur.Si bene verum eſſet, quod facit p̄-
ſumptionem, & ſic quod vterq; dicat non
torqueri ipſum reum ob contrarietatẽ licet
præſumptio inſurgat.Sed iſta ſaluatio non
poteſt ſtare quia Iſer.in dicto loco dicit qđ
tm̃ non eſt torquendus. Sed licite poterit
dicere,& cõtraria ponere ob eius ſalutem,
ex quo nulla p̄ſumptio debet oriri ex actu
licito.Vnde exiſtimo,quod And.de Iſerni.
non cõtradicat Bar.ex alio.Si eorũ dicta re
cte conſiderentur.Nam habemus eam con
268 cluſionẽ cõmuniter approbatã. †Quod
accuſatus de homicidio, pôt opponere ne-
gando ſe cõmiſiſſe homicidiũ, & ſi probet
pôt dicere ſe illud feciſſe ad ſui defenſionẽ,
vt per Bart.in l.cũ de indebito.ſupra de p̄-
ba.& in auth.contra qui propriã.C.de non
nu.pec.& ibi Bal.col.pe.Abb.in c.is qui in
prin.de ſolut.voluit Soc.in l.nemo prohi-
betur in fin.ſupra de excep.qui dicit iſtã eſ-
ſe communem opinionem, vt voluit Iaſ.in
l.j.col.fi.ver.quid in criminalibus.C.de fur,
& Deci.in l.nemo ex his de regu.iur.vnde
iſta varietas & contrarietas conceſſa eſt ip-
ſo reo a iure,ex quo præſumptio nulla eſſe
poteſt contra ipſum,nec in caſu iſto loqtur
Bar.in l.noſtra & ſecundum hanc conclu-
ſionẽ debet intelligi id ꝙ dicit And.de Iſer,
269 in d.conſt.ne damna. †Ideo diſtingue
rem quod aut reus eſt contrarius in his q̄
ſpectant ad eius defenſionem,vt contrarie-
tate conſtita & probata poſſet conſequi li-
berationem vel minorem pœnam vt ſi pri-
mo negauerat poſtea dicat ad ſui defenſio-
nem feciſſe,vel ſe putaſſe quod eſſet banni-
tus,& iuſtus eſſet eius error,vel quod eſſet
ebrius,vel quod a caſu percuſsit, & ſic de
ſimilibus,tunc hoc caſu non tenet præſum
ptio,quia a iure conceditur,& probatio of-
feretur. Aut iſte reus eſt contrarius in his
quæ non ſpectant ad eius defenſionem, vt
dicat, in die delicti loquutum eſſe cum Pe-
tro,& poſtea dicat eum non vidiſſe,& ſimi
lia, vel quod dicat tali die fuiſſe Venetijs,
& poſtea dicat eo die fuiſſe Mediolani,iſta
enim nõ reſpiciunt eius defenſionem imme
diate ideo faciunt præſumi contra reum,
cum iſta ſint in facto incompatibilia,& nul
la exinde vtilitas oritur ad beneficium rei,
quo caſu eſt credendum quod illa contra-

Source : BIU Cujas

trietas oriatur, quia veritas aliter ſe habet, & quod incompatibilia non admittant tenet Soci.poſt Cum.in d.l.nemo prohibetur in fi.ſecus ſi vtilitas daret reo ob eius contrarietatẽ nam tũc præſumitur, quod dicat
270 pro veritate, vt ſe defendat. † Cum habeat neceſſe probare id, quod dixit aſſerendo feciſſe ad ſui defenſionem, vel ſimilia vt not.in l.vt vim, ſupra de iuſt.& iur.& in l. j.C.vnd.vi.& in c.auditis de præſum.cum eodẽ tempore non propoſuerit confeſsionem cũ exceptione defenſionis, vt p Abb. in d.c.auditis.& Soci.in l.non vtiq;.ſupra de excep.& ſic exceptio illa contraria admittitur, quando reus vult eam probare vt loquitur Iſer.ſecus in mendatio, & variatione, de qua loquitur Bart.hic.
271 †NON reſpondens interrogationi habet inditium contra ſe, vt ſi interrogatus ſi ſit reus, nollit iudici reſpondere, inditiũ eſt quod delinquerit. & ex inde torqueri poterit, vt reſpondeat ita pro inditio dat Iac.de Beluiſ.in ſua pract.in ti.de qõ.col.v.verſi. ſextum eſt, adducit text.in l.de etate.§.qui tacuit, ſupra de interrog.actio.ibi, nam qui omnino non reſpondet, contumax eſt, et ex hoc dicas, quod quando nõ reſpondens ſit
272 cõtumax. †Habemus, quod cõtumacia facit inditium ad torturam vt per Bal.in l. j.col.v.verſi.ſequitur videre.C.de hæredi. inſtit.& videbimus infra in verbo contumacia. Et aduerte ad ea quæ dicit Bar.in
273 d.§.qui tacuit in fi. †Quod non reſpõdens ad hoc vt dicatur contumax, requiritur quod ſit præſens, & iuſſus reſpondere recuſet abſq; rationabili cauſa, c.ij.de cõfe. lib.vj.& ideo ſis cautus tu, q defendis reos, vt poſtquam iudex accepit conſtitutum a reo de plano, ſi ducitur ad torturã inſtruas eum, vt reſpondeat iudici, & replicet ea, q̃ dixit in conſtituto de plano, ſecundũ q interrogabitur a iudice, & non faciat ea, quæ ſunt in ore ruſticorum. Si quando interrogãtur ad torturam quid ſciant de tali re, ipſi reſpondent dixiſſe, interrogati quid dixerint, reſpondent eſſe ſcriptum, nec aliud reſponſum volunt dare, ex quo ſi inditia erũt leuia poterũt optime torqueri, vſq; quo reſpondeant iudici, & iſtud obleuitatẽ præſentatorum, & inſtructionem malam, quam habuerunt a carceratis, contingit bis mihi in his mẽſibus elapſis, & rei fuerũt optime torti. Cõfeſsio an & qñ faciat inditiũ dixi ſupra in parte penſamenti poſt delictũ.
274 †TACITVRNITAS domeſtici facit inditiũ ad torturã, vt puta Marito interfecto, & exiſtente in domo vxor taceat per aliquot dies, nam ex taciturnitate præſumitur cõſcia delicti, & particeps ita Bal. in l.excipiuntur.ſupra ad ſillan.qui ſimpliciter dicit hoc nulla data diſtinctione, an pſona ſit honeſta, vel non, iſtud idem voluit Rom.ibi in fin.& Pari.de Pute.de ſindi.in verbo tortura col.iij.ſequitur hanc concluſionem, & dicit in facto contingiſſe, quod quædam mulier diuturnitate de morte viri qui non reperiebatur, quę quadam die clamauit plorando dicens reperijſſe virũ mortuum in ſtabulo iam fetentem, accurerunt vicini, & capta muliere, & torta, confeſſa eſt interfici feciſſe maritum, quod etiam voluit in x.trac.in verbo mãdauit col.vij.verſic.an ſi reperiatur & Aug.in addi.ad Ang. in trac.maleficio.col.xx.in ver.iij.queritur nu.lviij.in verbo fama publica, & Hipp.in prat.in.§.expedita in fi.dicit quod non habet hanc doctrinã pro expedita per ea quæ dixit in.§.diligenter nu.cl.in eo qui ſe ingerit perquirẽdo malefactorem, & qui ſolicitat. Sed aduertite quod illa diſpoſitio non tollit hanc concluſionem, nam hæ duę concluſiones habent extremitatem in ſe, quod in hoc caſu nil dicit domeſticus et tacet per multum tempus in alio autem multum ſolicitat, vt dicam infra in ſequenti inditio, ex quo iſte duę extremitates nil dicere, & multum dicere generãt ſuſpicionem & inditiũ contra agentem, vel tacentẽ. Sed ſi ſeruet in his cauſa media nõ erit ſuſpitio, vt ſi domeſticus denũtiet mortem domeſtici ſtatim & nõ ſolicitet. Si ad eũ non ſpectat res, & hoc modo nõ erit ſuſpitio cõtra ipſum vt infra.
275 †SOLICITANS, multum petẽs, quod inquiratur, cum res ad eum non pertineat dici debet ſuſpectus, & habet inditium contra ſe, vt vult Par.de Put.in tract. ſind.in verbo tortura in fine dicens, quod inditium aliqñ ſumitur contra aliquem, qui primo dicit occiſum inueniſſe, & cõtra aliquẽ, qui primo dicitur vidiſſe homicidiũ et cõtra aliquẽ qui valde ſolicitat in curia, qđ de maleficio inquirat;, de quo ad eum nihil ſpectat, & qđ vidit bis occurriſſe de quodã, qui dixit inueniſſe occiſum, & hoc curie nũciauerat, & ipſe occiderat. Quod ſeqt Hip. in prac.in.§.diligenter nu.cl.& addit rõnẽ.
276 †Quia q ſe ingerit ſuſpectus eſt l. vnius.§. ſeruo qui vltro, ſupra hoc ti.& in l.quæ omnia.ſupra de procu.cum alijs. Nec ſunt multi anni, quod cum fuiſſet captus quidã pro furto, quia reperta fuerunt quædam bona furto ſubtraxiſſe, & vendidiſſe, quidã eius

Source : BIU Cujas

ſocius de quo nil habebat veniebat ad offi cium maleficiorũ aſsidue & importune ſo‑licitabat pro ſocio carcerato, & eo modo vt venerit in ſuſpitionem,cur hęc ageret,et ob id captus fuit,& poſitus ad torturam cõ feſſus eſt ſe fuiſſe ſocium ad furta, & fuit in cauſa,quod aliter ſociusqui negabat.ad tor menta contemnebat, confeſſus eſt,& ambo vidi ſuſpẽſos,vnde iudex in his debet eſſe multum circunſpectus.

## EX FACTO.

277 FVGA an faciat †indiciũ. ſciendum eſt, quod fuga.
278 † Multipliciter conſidera tur. vno modo vt per eam oriatur delictũ, & proba‑ta fuga probatum ſit deli‑ctum vt in l.deſertorem.infra de re mili.& in l.quid ſi fugitiuus.ſupra de edil.edic.& ĩ ti.de ſer.fugi.& monachus fugiens ex mo‑naſterio probatur apoſtata.c.fi.de regular. c.fi.de renunt.& captus fugiens in bello iu‑ſto peccat.c.iuriſgentium,j.diſtin. Alia eſt fuga,quæ facit ſuſpitionem,& illa probata oritur delictum in l.impuberibus.ſupra de ſuſpe.tut. Alia eſt fuga vt in caſu noſtro,vt ſi quis poſt homicidium aufugiat a ciuitate, vel loco, in quo delictum eſt commiſſum. Bar.in l.lege cornel.ſupra ad ſillan. dicit ꝙ oritur indicium ſeu ſemiplena ꝓbatio, idẽ Bar.in l.admonendi. ſupra de iureiur.dicit quod oritur præſumptio. Doct.cõiter poſt ipſum dicũt in d.l.admonendi, quod oritur indicium ex fuga, & cano.cõiter in c.nul‑lus.de præſump.& ibi Felyn.late. Sed an oriatur indicium ſufficiens ad torturã Iaſ. in d.l.admonendi.nu.clxix.dicit oriri indi cium ſufficiens ad torturam,per ea,quę di‑cit Bar.in hac l.noſtra.& Bal.in l.cum pro‑batio. ſupra de proba.in lectu.antiq.Oldr. & Ioan.And.poſt ipſum in addi.ad Spec.in ti.de præſumpt.in addi.magna circa finem dicunt indicium oriri ad torturam arg.tex. in l.iij.§.de ijs qui.ſupra ad ſillan.Et dicunt ibi quod ita ſeruatur & Iaſ.dicit quod iſta eſt cõis opi.contrarium tenet Iac.de Belui. in authen.de exhib.re.in.§.ſi vero,& Gan di.in tracta.malefi.in ti.de quæſtio.in ea,q. quæ debẽt præcedere,vt quis torqueat. & Guid.de Suza.in tracta.de quæſtio.in rubr. qual.rei ſubijci.tormen.moueť Iaco.de Bel uiſ.ex eo quoniam lex ad hoc vt procedať ad torturam vult plura argumenta, plures ſuſpitiones, & ſic plura indicia dari l.j.in prin.hoc ti.l.milites.C.eod.& hanc opin.di cit de iure veriorem Curt.in d.l.admonẽdi nu.cxxxj.per dicta Guid. & Gand. qui in lib.meo contrarium dicunt. Sed aduerte ꝙ etiam Barto.in hac l.noſtra ſenſit hoc,quia coniunxit fugã cum alijs indicijs.& ſic oſtẽ dit non eſſe indicium ſufficiens de per ſe ad torturam, item ex alio quia iſtud indicium eſt a remotis ideo de per ſe non eſt ſufficiẽs ad torturam vt Bar.in hac l.& Baly.in l.fi. C.eo.& dixi ſupra in vj.præmiſſo. item ex alio,quia iudex volens procedere ad tortu
279 ram debet formare inquiſitionem.†Quę inquiſitio habere debet famam præceden‑tem alias non valeret.Ang.in l.ſi vacantia. C.de bo.vacan.lib.x.Cano.in c.qualiter & quando de accuſa.Ang.in tracta.malefic.in verbo fama publica,& Rapha.Fulg.conſil. cvij.ſuper eo.formata inquiſitione ſuper fa ma quę cauſam habeat ab ipſa fuga,ſi vltra famam probata ſit fuga,hoc modo erit indi cium ſufficiẽs ad torturam,quia erit fama, & fuga probata vt in pręcedenti inditio & hoc modo poterit ſtare vtraq; opinio ꝙ fu ga ſit ſola pro inditio & cauſa & habeat fa mam adiacentẽ.& his concurrentibus pro‑cedi poſsit ad torturam & ita ſe habet pra ctica cõis.& aduertendum eſt ad illud ꝙ di cit Ioan.And.in addi.ad Spe.in d.ti.de præ ſum.quod eius quæſtio eſt ſuper famulo, q aufugit a dño conquerenti de ſubtractione bonorum,nam tunc pœnes fugam eſt quali tas perſonæ quia famulus, qui habet indi‑tium furis vt dicam infra in indic. furti.
280 † Intellige fugam eo magis inditiũ face re qñ quis aufugit per loca inuia,& non ſo‑lita.ita no.Ioan.de Plat.in l.ij.& ibi tex.C.
281 de curſ.publi.lib.x. † Hæc concluſio re ſtringitur, vt fuga non faciat inditium, qñ poſt accuſationem inſtitutã, & poſt inquiſi tionem ipſe inculpatus fugam arripuit vt per Bar.in l.j.C.de bon.eo.& per Roma.& alios in d.l.lege cornelia. ſupra ad ſillan. &
282 per doc.cõiter in d.l.admonẽdi. † Iſtud ꝙ non detur inditium poſt accuſationem et inquiſitionem ex fuga,extenditur in eo ca ſu,in quo quis habet ſuſpitionem de accu‑ſatione,& inquiſitione vt eo tunc liceat illi aufugere.vt per Ro.in d.l.lege cornelia. & per Decium in conſil.ccxxxiiij.in effectu,
283 † Extenditur & hoc,vt ſi qñ aliquis au fugerit,& reuerſus dicat ex ſuſpitione au‑fugiſſe,& iuret,ꝙ per tale iuramentum re‑moueatur omnis imputatio fuge ex doctri‑na Cy.in l.fi. in fi.C.de requi.re.& ex dicto Fran.Bru.in tracta.de indic.col.v.ita deci‑

Source : BIU Cujas

dit Hippo.& dicit ſingulare in ſua pract.in
§.diligenter.col.iiij.& hoc modo ſi erimus
poſt accuſationem ſeu inquiſitionem fuga
non faciet inditium, ſi antea, eodem modo
non faciet inditium,qñ reus iurauerit ſe ha
buiſſe ſuſpitionem,ne accuſaretur,& ꝙ nõ
284 cauſa delicti aufugit. † Aduerte ꝙ Cy.
nil dicit in l.fi.ſed eſt in l.j.& iuramentum
de quo loquitur Cy.in l.j.non eſt iuramen-
tum excuſationis per quod poſsit tolli indi
tium ſeu præſumptio fuge quia criminalia
non dirimuntur iuramento, no.doc.in d.l.
admonendi,& dixi ſupra in prin.Sed iura-
mentum de quo loquitur Cy.eſt iuramentũ
purgationis & tale iuramentum purgatio-
nis datur reo quotiens non habet contra ſe
præſumptionem,aut inditium, ſed tantum-
modo ob imputationem delicti eſt diffama
tus apud bonos, & probos viros. & ſuper
illa imputatione non eſt aliqua probatio.
Nam hoc caſu vt ſe expurget ab illa infa-
mia facti,defertur iuramentum,quod appel
84 latur iuramentum purgationis. †Et de
hoc iuramento loquitur Cy.in d.l.j.& Bar.
in l.maritus in fi.hoc tit.& Cano.præcipue
Ioan.de Ana.in c.excõicamus.de hæret. &
dixi ſupra in princ.huius l.propter ꝙ non
debet intelligi,vt per iuramentum tollatur
fuga,quia nullo caſu fuga operaretur con-
85 tra reum, ꝙ eſt abſonum. † Limita ſe-
cundo,vt ſi quis aufugiſſet ex loco ob cau-
ſam rationabilem,puta ratione partialita-
tis,vel facionis exiſtentis in ciuitate,vel qa
locus non eſſet ſibi ſecurus.vel quia officia
lis eſſet ualde crudelis,vel ſimilibus ex cau
ſis. Tunc ex fuga nulla cauſatur ſuſpitio,
quia ex quo inculpatus de homicidio, ſeu
delicto ibi ſecure, & tute ſtare non poſsit,
ſibi fuga imputari non poteſt.c. accedens.el
j.extra vt lit.non conteſta.ita deciditur per
Bal.in l.in bonefidei.C.de iureiur.in pe.co-
lum.alle.clemen.paſtoralis.de ſen.& re iu-
di.gl.in c.ſtatutum.§.j.de reſcript.lib.vj.ex
quo ſi iuſta cauſa fugiendi,& iniuſta poſſet
conſiderari, præſumendum eſt potius iuſtã
cauſam adeſſe.l.merito.ſupra pro ſocio.
6 † Limita tertio in eo, qui aufugit a fa-
milia poteſtatis,et citatus poſt venit ſtatim,
& rediit ad poteſtatem. Tunc fuga nullam
facit ſuſpitionem vt eſt tex.in l.quid ſit fu-
gitiuus.§.j.& ibi Bar.ſupra de edil.edic.&
per eundem Bar.in l.aut facta.§.tempus co
lum.j.infra de pœ.& per Bald.in l.j.in iiij.
col.C.de edil.actio.& in l.j.C.de ſer.fug.vo
7 lens. † Quod ſi ſtatutum puniat fugien-
tes a carceribus,non includit eos qui exie-
runt animo redeundi, & ſtatim redierunt,
dummodo cito reuertantur ſecus ſi nõ tam
cito.vt per Bald.ibi,& tex.in c.vulgaris.§.
diuortium.de pœni.diſt.j.& in c.præſenti.
de præben.in ſexto.

288 †F V G A officialis,dum ſindicatur indu
cit plenam probationem,quia habetur pro
confeſſo, vt per Bart.in l.conſiliarios.C.de
offi.aſſeſ.& in l.lege cornelia.ſupra ad ſilla
nia.Imo.& Fely.in c.nullus. col.j.ver.fallit
primo de præſumpt.vbi multa adducit, &
per Iaſ.in l.admonendi nu.clxxvij.vbi in-
ſiſtit in demonſtrando,quod tex.in d.l.con
ſiliarios non probat intentionem Barto.&
alij Moder.poſt ipſum & hoc ſecundum eũ
locum habet in ciuilibus.Sed in criminali-
bus dicit Iaſ.ibi ꝙ talis fuga facit inditium
ad torturam per dictum Ang.poſt glo.in.§.
oportet in authen.vt iud.ſine quo.ſuff.col.
ij.qui dicit ꝙ per fugã reditus eſt ſuſpectus,
vt no.glo.in l.bonefidei.C.de iureiur.adeo
quod poteſt ad torturam perueniri, vt per
tex.in.§.ſuper hoc in authen.de colla. iſtud
dictum ſequitur Rip.ibi nu.clxxv.

289 †F V G A T V S cum clamore,ſeu ru
more a loco maleficij habet inditium cõtra
ſe.l.itaq;.ſupra ad l.aquil.facit text.& quæ
ibi not.in c.ſi perfodiens, de homic.ita pro
inditio dat Brun.in trac.de indi.col.xij.ver
ſi.aliud erit inditium ad delictum.alle.Bar.
hic.& in l.de minore.§.plurium.hoc tit.qui
nil dicit de hoc. Sed facit illud quod vult
And.de Iſer.in conſti.de viol.muli.in prin.
290 qui dicit. † Quod vociferatio,& acla-
matio in muliere quæ dicitur vim paſſa fa-
cit inditium,et etiam fuga prope domum.et
Iaco.de Belui.in pract.in tit.de quęſtio.col.
ix.in prin.dicit ꝙ viſus fugere a loco male
ficij, habet inditium contra ſe, ea ratione.
291 † Quia fuga accuſat fugientem.vt in au
then.de exhibẽ.& intro.rei.§.ſi vero, & in
authenti.de ſanctiſ.epiſc.§.ſi quis autem ad
ordinationem.

292 †F V G I E N S cum gladio euagina
to,& reperto mortuo ĩ loco,a quo aufugit.
habet inditium ad torturam contra ſe,quia
eſt homicidium manifeſtum ita Bar.in l.fur
eſt manifeſtus. ſupra de furt.Quem locum
Bar.vt faciat inditium ad torturam addu-
cit Ang.in tracta.maleſi.in verbo fama pu-
blica col.vj.verſi.quero an vnum inditium
in prin.& dicam infra & pro tali inditio po
nit Gandi.in titu.de præſ.& indi.indub. in
fi.Ex hoc dico,ꝙ Abb.in c.iij.loco colum.
fi.male ſenſit dum vult, quod ex iſto ſolo
inditio homicidium ſit probatum per dictũ

Source : BIU Cujas

Bar.in d.l.fur.& Are.in d.c.iij.loco col.fin. improbat dictum Abb.dicens,quod rerum eſt ex mente Bar.maleficium probari præſumptiue per tex.in l.iij.§.interdum. ſupra de his qui deiece.vel effu.Quem ſic intelligit gl.in l.j.§.fi.ſupra de proba. inducendo vt ibi, ſubdens ꝙ tutior videtur cōis opin. quod ad minus requiratur alia qualitas videlicet ꝙ gladius eſſet ſanguinolentus,cum etiam tex.in l.fi.C.de proba.requirat inditium indubitatum , de quo non dicit Bart. nec videtur eſſe tale,niſi concurrant inimicitia mine vel alia, quia poſſet eſſe ꝙ aliqs euaginauit gladium vides alium inſultari, timens forte de ſe ipſo vnde hæc probatio eſt equiuoca , fatetur tamen ꝙ iſtud eſt vrgens inditium ad torturam adducens multa ex inditijs infra poſitis. de quibus videbimus & ſenſit hoc Ang.in l.ij.C.de quæſt.

293 †CONTVMACIA an faciat inditium,vt ſi quis citatus ſecundum ꝙ hodie per totam fere Italiam ſeruatur exiſtens cōtumax bannitur ad inquirendum cui datur biennium ex lege dominij noſtri ad purgādum contumaciam,& ſe præſentandum , ſi præſentauerit ſe uel ꝙ infra illud tēpus fuit captus an ex eo ſolo quod fuit contumax, poſsit torqueri.Hippo.in ſua pract.in.§.diligenter nu.cxxxvj.tenet ꝙ facit inditium ad torturam per doctrinam Bald.in l.j.col. v.verſi.ſequitur videre.C.de hære.inſti.& Brun.in trac.de indi.col.mihi xxvij.verſi. addo alium notabilem caſum.idem vult Alciat.in tit.de præſump. in reg.iij.præſumpti.xxij.in fi. dicens quod ſine alio inditio ille cōtumax poterit torqueri ar.l.milites. C.de quæſti.& l.j.& ij.ſupra de requir.rei. Iac.de Beluiſ.in prac.in ti.de crim.remiſ.in prin.dicit quod criminoſus remiſſus et talis bannitus audietur plene ſuper crimine , & bonis ſi infra annum venerit , poſt annum ſuper crimine duntaxat, & ex ſua fuga orta eſt violenta præſumptio cōtra ipſum ,ex quo eſt carcerandus,etiam ꝙ alias pro crimine illo carcerari non debuit.Item onus probandi innocentiam inducitur cōtra eū. Et ex tali fuga poterit quæſtionari,cum ſit ſuſpectus. Aduerte ꝙ Bal.in d.l.j.ſimpliciter non dicit,ꝙ contumax poſsit torqueri. Sed qđ ex qualitate perſone poterit ſubijci tormentis.Ideo concluſio ſupra facta nō habet fundamentū indiſtincte ex dicto Bal. & dura eſt deciſio ita generalis,nam ſi quis abſens a principio ex cauſa legitima,uel ex cauſa neceſſaria pœnitus ignorans quod cōtra ipſum procedatur,ſi bannitur,vt multotiens euenit,& ſit perſona bone qualitatis, iniquum eſſet ꝙ contra ipſum eſſet inditiū ad torturam,ideo ſecundum Bald.eſt conſideranda qualitas perſone,& modus abſentie ex mente Iaco.de Bel. Ideo diſtinguerem in hoc caſu,quod aut talis bannitus aufugit poſt delictum , ſiue ante inquiſitionē, ſiue poſt.Et hoc caſu ſi fuerit bānitus,fuga & contumacia inſimul generant præſumptionem grauem contra eum,ex qua poterit torqueri.& ita procedat ꝙ dicit Iaco.de Belui.quod ex tali abſentia, & fuga poſsit quæſtionari,& habeat onus probandi innocentiam,& hoc qn̄ fuit remiſſus , ſiue ſpōte venerit,ſiue captus fuerit.infra tempus datum ad ſe præſentandum.Aut iſte non aufugit,ſed poſt delictū ex aliqua legitima cauſa cōtulit ſe ad aliam ciuitatem,vt quia haberet ibi domiciliū vt in ſcholaribus. Qui recedunt a ſtudio & cōferunt ſe in ſuas patrias.& illis abſentibus iudex procedit citādo in ualuis,& ad domum ſue ſolite habitationis,& tūc ſi iſte abſens potuit habere veriſimiliter ignorantiam de his, quæ gerebātur, & ſit perſona bone conditionis, in qua non poſsit conſiderari quod per malitiā ſe abſentauerit,& fuerit bannitus. Tunc dicerem, non eſſe inditium ad torturam contra eum ex tali cōtumacia ſola,& ita intelligerem qualitatem perſonæ conſideratam per Bal.in d.l.j.Aut hic abſens potuit ſcire veriſimiliter ſe eſſe citatum, & quod procedit contra eum,nec curauit comparere.Sed ex contumacia fuit bannitus & hoc caſu dicerem oriri inditium ad torturā.Cum ex culpa ſua id proceſſerit & ideo ſi ſe ſponte pręſentauerit , vel infra tempus ad purgādam contumaciam fuerit captus,quod iſto in caſu ex ſola contumacia poſsit quęſtionari & ita procedat,quod ſupra dictum eſt ex opinione Alcia.Brun.& Hippo.

294 †PROHIBENS ne quis capiat habet inditiū contra ſe,vt ſi quis prohibuerit ne delinquens,vel imputatus caperetur, vel duceretur ad iudicē.Ex eo enim vr̄ cōſcius criminis, & quod in delicto illo dolū commiſerit arg.l.fi.ſupra de custo.& exhi. reo.et in l.j.in prin.ſupra de eo per quē fac. erit.l.eos.C.de fur.& ꝓ inditio tradit Gui. de Suza.in ti.de præſum.& indi.dubit.col. pe.ver.quartum inditium & Bonifa.de Vital.in trac.malef.in ti.de indi.in prin.dicēs, quod ſi procuraſti,qđ quis fugeret,vel euadaret,vel non permiſiſti eum capi & ad poteſtatem duci tunc oritur inditium arg.l.ij. §.ij.ſupra de crim.pecul,

Source : BIU Cujas

295 †PROPE mortuum cum coltello habet inditiũ contra ſe, ex quo poterit torqueri, ita dicit Ang. in verbo fama publica in iiij. col. in ver. quero an vnũ inditium in prin. alle. Bart. in l. fur manifeſtus. ſupra de fur. in prin. Sed Bar. loquitur de inditio, de quo ſupra ideo melius facit id ꝙ dicit Bar. hic in verſi. ſed quero vtrũ in fi. dum dicit,
296 vel captus ibi. †Et ſic repertus in loco delicti habet inditiũ ad torturã, quia eſt inditium propinquum, vt per Bar. hic et dicã infra & ꝙ ſit inditium propinquum dixi ſupra in vj. præmiſſo.

297 †GLADIVM ſanguinolentũ habens exiens domũ, in qua reperitur homo mortuus, facit inditium ad torturã arg. l. fi. ſupra de hære. inſti. ita determinat Bal. in d. l. fi. per locum a cõiter accidentibus per no. in l. neq; natales. C. de probat. ꝙ eſt vt cõiter contingat hoc, quod exiens eo modo domum interficiat aliquem, non tñ concludit neceſſario, quia poſſet eſſe, quod alter hominem interfeciſſet, non aũt is qui exijt cum gladio, iſtud idem *voluit Imo.* ibi col fin. & Ioan. And. in *ti.* de proba. §. fi. in verſic. xiij. in addi. ad Spe. volens etiam ꝙ ſi concurrerent alia *inditia* cum prædicto ꝙ nihilominus *eſt torquendus*, non condemnandus. Et idẽ *voluit Guid.* de Suza. in ti. de pręſum. et indi. indub. col. v. verſ. ſextum inditium. Et clarius ꝙ de per *ſe* non probet, ſed alia requirantur in ti. de præſum. & *indi.* dub. col. fi. verſ. ponitur ſeptimum. Et hoc inditium facere ad torturam determinat Are. in c. iij. loco col. fi. de proba.

298 †MORTVVS prope domum alicuius inuentus facit aliquam præſumptionẽ contra dominũ domus, voluit Bar. in l. ediles. ſupra de via pub. Rom. in l. j. §. ſi quis in villa in prin. dicit quod dubitabilis eſt hæc deciſio Bar. quam ſaluat, & veram eſſe dicit ſi ille, cuius eſt domus, alias cõſuetus eſſet facere homicidium, arg. eius ꝙ no. in l. in ciuile. C. de fur. in gl. Aduerte, ꝙ puto Bar. in d. l. ediles ſenſiſſe, quod faciat præſumptionem non habilem ad torturam. Sed dicit aliquam, vt de per ſe nõ ſufficiat ad qõnem. Sed bene vt per eã poſsit iudex procedere, & inquirere contra dominum domus, vt in *teſte*, qui alias non debebat examinari, qui facit aliquam præſumptionem, per quam iudex inquirit, vt not. Saly. in l. ſeruos. C. de teſti. Et dicam infra in verſ. teſtis. qui non debebat examinari. Hoc aũt puto verũ, vt ſi dominus domus ſolitus ſit homicidia committere, vt ſit inditiũ ad torturã, vt voluit Alex. in d. l. ediles poſt Ro. iſtud eo magis putarem vrgere. ſi dominus domus eſſet inimicus defuncti, vel quod minę præceſsiſſent, vel qđ eſſet aliquod aliud ſimile inditium iunctum cum prędicto, ꝙ ſit repertus mortuus ante domum, & aliquo exiſtente habebit inditiũ habile ad torturã.

299 †MORTVVS in domo facit inditium contra exiſtentes in ea, vt pręſumatur interfectus ab his, qui in ea erãt, et ex eo poterunt torqueri, non autẽ condemnari, quia poſſet eſſe quod aliquis alius ibi eum portaſſet, ſeu interfeciſſet, ita determinat Dyn. per illum text. in l. j. §. ſi quis in villa. ſupra ad ſillan. & Rom. ibi, qui ſequitur. Dy. & ẽt Moder. ibi idem tenent, arg. tex. in l. j. §. fin. ſupra de exerc. & in l. j. in fi. ſupra de his q deiec. per quę iura idem voluit Par. de Pu. in tract. de ſindi. circa fi. in verb. mandauit. col. v. verſi. ſi reperiatur corpus, & Ang. in trac. malefici. in verb. fama publica nu. iiij.

300 †INVENTVS in loco delicti habet inditium contra ſe l. j. §. quid ergo. & §.
301 hoc autem. ſupra ad ſillan. †Idem eſt, ſi reperiatur in loco propinquo, videť ex eo ac ſi reperiretť in loco ipſo ar. l. ediles i prin. ſupra de vt pub. & l. penul. §. j. ſupra de flumi. & l. fi. §. ſi quis, ſupra de mune. & ho. & l. ſi locus. §. cum via. ſupra quemad. ſer. ammit. & c. ſi ciuitas de ſent. excom. libr. vj. ita pro inditio tradit Paris de Pute. in tract. de ſindi. in ver. ſi quis eſt inuentus. intelligens, qñ eſt *nimis* propinquus, vt quaſi cõtiguus videatur. c. j. de confec. lib. vj. Inditiũ hoc, vt dixi in præced. putarem de per ſe nõ habile ad torturam, niſi repertus ſit cũ armis, vt verificetur id quod dicat Bart. hic, dum vult inditium propinquũ eſſe ſi captus eſt ibi, & dicitur ꝙ eſt propter ħ vt dixi ſupra in ver. prope mortuum, vel quod cum iſta inuentione concurreret aliquod aliud inditium, vt ſupra proxime. Hanc aũt inuentionem id operari exiſtimarẽ vt iudex poſſet inquirere, & ad capturã procedere, qui cum quelibet ſuſpitio ſit ſufficiẽs ad capturã, ſeu inquiſitionẽ, vt dixi ſupra in notab.

302 †VISVS admenare gladium, ſeu vibrare, licet non fuerit viſus percutere, & reperiatur homo interfectus, erit indicium ad torturam, quia propinquum eſt delicto, ita vult Ioã. And. in addi. ad Spe. in tit. de probat. in §. iij. ver. xiij. dicens, quod & ſi concurrerent aliqua alia, nihilominus procedi debeat ad torturam non tamen ad condemnationem contra opin. Thom. de Piper. in trac. de fam, de quo ẽt facit mentionem An-

Source : BIU Cujas

ge.in trac.maleſ.in verb.fama publica col. vi.verſi.quero an vnum indicium prin.

303 †PROHIBERE potens ſi nõ prohibuit,habet indicium contra ſe,puta ſi delictum eſt commiſſum in conſpectu alicuius qui armatus erat.& ſine periculo eius vite impedire poterat,ne homicidium committeretur , & non interpoſuit ſe indicatus eſt quod ſit particeps & ſocius facinoris. Nã carere culpa eius criminis non videris.l. culpa. infra de regu.iur.c.j.de offic.delega.

304 †Et ſi potuit prohibere,& hominem a morte liberare, & non liberauit , occidiſſe videtur.l.ſcientiã in prin.ſupra ad l.Aquil. & l.in omnibus,& l.in delictis.ſupra de noxa.& l.iij.§.is cui.ſupra ad leg.corne.de ſicar.nec carere videtur ſcrupulo ſocietatis occulte , qui manifeſto facinori deſinit obuiare.c.ſicut dignum & c.quãto de ſent.excõ.& l.ij.C.de cõmer.& merca.ita pro indicio ponit Gãdi.in ti.de pręſumt.& indic. dubit.col.ſi.ver.nonum poteſt.Et Ioã.igne. in l.j.§.ſi quis in villa nu.viij.ſupra ad ſillan.

305 † Aduerte ꝙ præcedens indicium videtur eſſe dubium,ſi quãdo nulla alia cõiectura cõcurrat niſi hoc ꝙ fuerit præſens, & non prohibuerit,cum de iure ciuili quis non tenetur obuiare delicto per glo.in d.l. culpa,et per Bar.in l.j.§.ſed in eos.ſupra ad ſillan.& l.metũ.§.ſed licet.ſupra quod met. cau.per illum tex.vbi quis licite accipit pecuniam,vt alium defendat,& ſic licite accipit pecuniam pro defendendo,& licite põt negare defenſionẽ,idem voluit Bal.& Ange.ibi, & Saly.in l.quiſquis.C.ad l.iul.mate.& Iaſo.in l.vt vim.ſupra de iuſti.& iur. col.penul.Et ibi Claud.nu.clxviij.qui multos adducunt tenentes hanc opin.quã dicit communem.Dec.in c.j.col.iij.nu.vij.de offi.deleg.& in d.l.culpa caret. Si itaq; non tenetur quis aliũ defendere regulariter & nullam culpam incurrit, non eſt dicendum ꝙ ex eo quod non defendit,habeat indiciũ contra ſe , quia lege permittente factum nõ eſt punibile l.gracchus.C.de adult.& l.nemo damnum.infra de reg.iur.Et ſic nõ indicium,nec ſuſpitio oriri debet ex hoc ,niſi aliquod aliud adiungeretur,vt puta, ſi poſt delictum fecit ſe ſocium cum delinquente. Nam tunc bene erit inditium participationis vt dixi.ſupra ĩ verb.aſsiſtentia. Itẽ,prędicta non procedere in caſibus , in quibus quis tenetur defendere,vt in crimine parricidij,& in alio , qui ſubditus eſt aliqua ratione,ex qua defenſionem præſtare obligatus eſt,vt per Dec.in d.c.j.& Clau.in d. l.vt vim,quod etiam extendunt in clerico, vt laycus teneatur eum defendere.

306 †PAX ſeu tranſactio de crimine an faciat indicium,puto in hoc articulo non eſſe difficultatem,quod ſecundum diſtinctionẽ traditam in l.tranſigere.C.de tranſac.vt ſecuta pace vel tranſactione non oriatur inditium.Nam aut quis tranſigit,aut paciſcitur in caſu conceſſo a iure vt in crimine,in quo ingeritur pœna ſanguinis , & tunc quia illud ius permittit,non dicitur crimen confiteri,vt per Bart.Bal.Alber.& alios in d.l. tranſigere.& Alex.ibi in prin.qui dicit, qđ reus tranſigens in caſu conceſſo non videtur confiteri crimen.de quo eſt accuſatus, ex quo lege permittente tranſegit vt in d. l.& in l.j.infra de bon.eor.& ſic cum tranſactio ſit conceſſa,non oritur confeſsio ,nec ſucceſsiue indicium quod eſt eius pars,cũ remoto genere ſit remota quelibet eius ſpecies,vt dixi.ſupra in verbo confeſsio corã iudice pœnitus incompetent. Aut tranſactio ſeu pactum eſt factũ in caſu, in quo nõ ingeritur pœna ſanguinis,vel quod a iure non conceditur,vt in adulterio,& tunc trãſigens intelligitur tacite cõfiteri,& hoc modo intelligitur.l.quoniam.ſupra de his qui no.infam.Et no.Bart.Bal.Iaſ.& alij omnes in d.l.tranſigere. Dantur autem in hoc caſu multe cautele,per quas tranſigens nõ dicatur confiteri delictũ vt per Iaſ.in d.l.trãſigere in ſi.Et per Bru.in trac.de indic.col. xj.& Hippo.in.§.deligenter in prac.nume.

307 clxxviij. † Sed difficultas eſt,ſi pax,ſeu tranſactio fuit tractata per communes amicos,& non fuit concluſa,an oriatur indiciũ vt ſi illi tractantes pacem fuerint adducti in teſtes dicerem vt ſupra quod in caſu licito non oriatur indicium ,quia ſit concluſio pacis non præiudicat,multo minus & eius tractatus. Aut ſumus in caſu in quo licet tranſigere,& tunc per tractatum factũ oriatur indicium contra ipſum reum quia ſi plena confeſsio oritur ex concluſione,Indiuũ oriri debet ex ipſo tractatu

308 †PETITIO vente an faciat inditiũ glo.in c.exhibita. de homic.in fin.ſenſit,qđ petens veniam non fateatur delictum.Ioan. And.Hoſt.Butr.Card.Abb. Ioan.de An.ibi diſtingunt,quod aut quis petit veniam ſollenniter,& inditio,& tunc videtur confiteri delictum,ita procedat tex.in c.venerabiles de elec.& in l.decẽ.ſupra de verb.obli. Aut quis petit veniã extra inditium ,& tũc non fatetur , eodem modo ſi ex humilitate & benignitate petatur, Hoc idem voluit

Roma

Source : BIU Cujas

Rom.in l.j.in princi.ſupra de no.ope.nun.
in ij.no.& Cæp.in conſi.xxj.ergo Bartho-
lameus colum.iiij.verſi.ſed plus dico nu.x.
Sed aduerte quod glo.in d.c.exhibita iun
cto tex.nõ probat illud ad quod allegatur,
ibi.n.text.non erat culpabilis ille clericus
de mote puniri, cũ non percuſsiſſet eũ, ſed
ex negligẽtia,& imperitia mortuus fuerat
& petierat veniam a patre pueri, vt eius
dolor mittigaretur & ſi ex facto conſtabat
quod venie petitio nõ poterat cõtinere cri
minis confeſsionẽ glo.in verb. poſtulauit a
qua Doc.ſumunt argumentũ non loquitur
de petitione venie ſed loquitur de diſpẽſa-
tione petita a ſumo Pontifice quãuis leſam
non haberet conſcientiã & ſic ibi non erat
venie petitio aliqua. In hoc caſu diſtin-
guerem in omnibus vt ſupra dixi de pace
309 petita. †Cautelam tum eſt ſcđm Alber.
& Io.de Ana.in d.c.exhibita quod dicatur
nõ puto hoc feciſſe,ſed ſi in aliquo leſi pe-
to veniam.
310 †NEGLIGENS in puniendo habet
indicium cõtra ſe vt ſi iudex, vel alter cui
ſpectat cognitio vel executio neglexerit
punire delinquentes habet indiciũ partici-
pationis ad delictũ ita pro indicio ponitur
ꝑ laco. *But.in ſua prac.*cot.v.ver.nonũ eſt,
dicens quod *iſtud tangit* dominos tempora
les l.vnica,C.de pri. car.

## EX PROCESSV, ET TESTIBVS.

311 FAMA an faciat†indiciũ
ad torturam Doct. diuerſa
ſentiunt & pro eius cogni
312 tione. †Sciendũ eſt famã
multa requirere ad hoc vt
dicatur probari.Primo qđ
teſtis dicẽdo famã eſt depo
nat audiuiſſe a pluribus & nominet parti-
culariter aliquas perſonas ,ex his a quibus
audiuit ẽt ſi de hoc non fuerit interrogatus
not.Innoc.in c.qualiter & qñ el ij.de accu.
Bar.ſenſit in l.de minore.§.plurium hoc ti.
Abb.in c.cum cauſam de teſti.Secundo re-
quiritur,ꝙ ille talis teſtis dicat audiuiſſe a
maiori parte populi ſeu caſtri vel ville,quo
in loco delictũ eſt cõmiſſum,ita Bar.in d.§.
pluriũ,& Bal.in rub.C.de probat.& Ange.
in l.quid ergo.§.quantum ſupra de his qui
not.infa. Tertio requiritur quod teſtis ex-
primat aliquam cãm, propter quã fama ita
ſit orta,vt puta ex inimicitia, ex minis, ex
iniuria,vel alia cõſimili cauſa,Bart. in d.§.
plurium.Saly.in l.ea quidẽ.C.de accu. Ab.
313 & alij omnes in c.veniens de teſti. †Fa-
ma hoc modo probata non facit ſemiplenã
probationem in cauſa criminali glo. Bald.
But.Imo.& alij.in d.c.veniens.de teſtib. &
Dec.ibi dicit hanc eſſe communẽ. Sed an
faciat indiciũ ex mente Doc.Bart. videtur
ſe non firmare in d.§.pluriũ circa finẽ dicẽs
debere conſiderari illa indicia,& illas prę-
ſumptiones,ex quibus fama traxit originẽ,
qualiter vigeant,& ſecundũ qualitatẽ tradi
tam dicemus, famã facere,vel nõ facere ſe-
miplenã probationẽ vel indicium.Et ſic ex
eius verbis Doc.dicunt firmam concluſio-
nem non dari. Vnde Bal.in l. milites colũ.j.
C.eo.& Cy.in l.ſi.eo.ti.& Bal.& Imol.in l.
ſi.ſupra de hæred.inſti.& omnes alijs,quos
refert Iaſ.in l.admonendi nu.cclj. dicunt fa
mam nõ facere indicium,ꝙ iſta eſt commu-
nis. Circa hunc articulum dico ꝙ fama, ſi
habuerit cãm expreſſam. Et aliqua requiſi-
ta vt ſupra faciet indiciũ,ſed non habile ad
torturam.Cum ſit inditium remotũ a male-
ficio,vt dixi ſupra in vj.præmiſ. Si vero
vltra famã eo modo quo ſupra deductam,
fuerint ẽt probate qualitates, & cauſa, ex
quibus orta ſit fama, Tunc erit indiciũ ad
torturam. Et facit ẽt ſecundũ probationes
vrgentes ſemiplenam probationem,exem-
plum,duo teſtes depoſuerũt,ꝙ Sempronius
interfecit Gaium,& quod iſtud ſciunt, quia
fama eſt,Semproniũ interfeciſſe,& cãm red
dunt dicentes,tale homicidium fuiſſe factũ
propter inimicitiam,quæ erat inter Sẽpro-
nium & Gaium,vel quia Sẽpronius,& Ga
ius aſpirabant ad eandem dignitatẽ, & qđ
dr̃ in ciuitate,& a maiori parte populi, vel
ꝙ exprimatur aliqua alia ſimilis cã. Si duo
teſtes deponunt de fama hoc modo expri-
mendo cauſam,quamuis de ea non habeãt
aliam notitiam.niſi ex auditu a maiori par
te ciuitatis,erit probata fama, & erit indi-
cium.Sed non habile ad torturã, licet ſi ex
poſt probate fuerint cauſæ expreſſe per te-
ſtes,vt eſt inimicitia, vel alia conſimilis, ĩ
caſu erit inditium ſufficiens ad torturam.
314 †Et faciet ẽt ſemiplenã probationem,&
iſtud eſt ꝙ voluit Bar.in d.§.plurium, dum
315 dicit. †Quod qualitates & cauſę ex qui-
bus fama eſt orta, ſunt conſiderande, qua-
liter vrgeant,ad faciendum ſemiplenã pro-
bationem,& indicium.& Angel. in l. ſi.C.
de quæſtio.dicit,ꝙ in querendo an fama ſit
ſufficiens indicium ad torturã debes vide-
re vnde ortum habuit iſta fama, & ex qui-
bus,& ex qua cauſa. Nã ſi ex cauſa vrgẽti



Source : BIU Cujas

probabili & veriſimili erit indiciũ ſufficiẽs ad torturam l.excuſantur.§.j.& ibi glo. ſupra de excuſ.tuto.ſubdens,ꝙ niſi trahat originem ex cauſa probabili, & apud fidedignos non eſt fama, ſed eſt vana vox populi.l.decurionũ.infra.de pen.& idem Bar. in conſi.cxcj.in j.volu.dicit ꝙ fama iuncta cũ dicto officialis facit indicium ad torturam, idem voluit Iaco. de Belui.in prac.crim.in titu.de quæſtio.col.ix.dicens.ꝙ vltra famã probetur inimicitia,vel quid aliud,vnde,ſi erit cauſa leuis, Ex qua fama ſit orta, vt q̃a teſtis dicat,famam eſſe quia moriẽs vulneratus dixit fuiſſe vulneratum a ſempronio, vel ꝙ fama eſt, quia illi de domo defuncti hoc dixerunt,vel quia erat lis inter eos,ſed conſtitum fuiſſe eã eſſe de parua re,& probate fuerunt cauſe prædicte,ex quibus fama habuit originem hoc caſu non erit inditium ſufficiens ad torturam ex mente Bar. in d.§.plurium.

316 *Teſtis* †de viſu an faciat inditium ad torturam Barto.in hac.l. noſtra tenet,ꝙ ſic, idẽ Bart. in l.maritus & in l.j.§.idem cornelio hoc ti.& Bal.in l.milites.C.eo.dicunt & cõcludunt,ꝙ facit inditium ad torturã glo.eſt in l.ſi quis ad leg.iul.maie.& in l.maritus ſi ti.

Hæc deciſio reſtringatur per Hyp.in ſua prac.in.§.diligẽter in prin. vt procedat, qñ teſtis eſt omni exceptione maior,prout dicit Bar.in d.l.admonendi de iuretur. volẽs Hyp. ꝙ *teſtis vnus de viſu faciat inditium* ad torturam , quando eſt omni exceptione maior,& idem *voluit* Iaſ.in conſi.xxij.in j.
317 volu.ſubdẽs. †Quod teſtis eſt omni exceptione maior,qñ nulla imputatio fieri poteſt contra eũ & nil penitus patiatur per gl. in.§.itẽ verborũ inſti.de inutil.ſtipul.& per gloſ.in c.circa litẽ de conſang.& affi. quod etiam ſecundum Hyp.voluit Bal.in rub.de contra.inueſt.& in c.j.§.ſacramentũ de conſuet.rect.feu. Reſtringitur & ſecũdo per ipſum vt teſtis vnus de viſu non faciat inditium niſi alijs concurrentibus ex mente Cyn.in l.fina.C.de quæſtio. Circa primã reſtrictionem aduertite,ꝙ Barto.in hac noſtra l.dicit ꝙ vnus bonus teſtis de viſu facit indicium.& ſic in prima qualitate ,
318 †Cum bono detur melior & etiã optimus l.vbi autem non apparet ſupra de verbo. obli.in princi.& æquo datur æquior, vt eſt glo.in l.j.ſupra de iuſti.& iur. & l.ſi ſeruus communis.§.quod vero ſupra de fur. Itẽ Bar.in l.maritus hoc ti.dicit, qđ vnus teſtis idoneus facit inditium, ſi ſcit de viſu, Idoneus autẽ eſt,quia expreſſe non repellitur a
319 iure. †Cum omnes poſsint eſſe teſtes,niſi repellantur l.j.§.j.iunc.tex.in l.idonei & in l.teſtes idonei.ſupra de teſti. Item Bar. in l.j.§.idẽ Cornelio hoc titu.dicit,quod teſtis
320 vnus integer de viſu facit inditũ. †Integer aũt teſtis eſt,qui a iure non repellitur l. popullaris.ſupra de popul.ac.Bal.in l.milites.C.eo.dicit quod teſtis vnus de viſu, qui non poteſt repelli facit inditium ad torturam. Teſtes aũt repelluntur a principio. vt infans.ſeruus,vt per Ang.in authẽ.de teſti. in prin.hæreticus, & alij conſimiles repelluntur ex officio vt no.in c. intimauit de teſti.Et ſic nullibi Bar.aut Bald.faciunt mentionem de hoc , quod ſit omni exceptione maior,quando volũt teſtem facere inditiũ. Sed bene in d.l.admonendi dum teſtis debet facere ſemiplenã probationem,requiritur hoc ꝙ ſit omni exceptione maior.Et ratio eſt.quia in eo loco iſtud euenit,cum agatur de condemnatione.Nam ille teſtis cum alia ſemiplena probatione faceret probationẽ ad ſententiam proferendã eo modo, vt per illum teſtem inducta ſit ſemiplena probatio & præiudicialis ꝙ non eſt in teſte in cauſa criminali.Cum faciat indicium, ꝙ tollitur per torturam,& expurgatur nec eſt tanti præiudicij.Idem voluit Bal.in d.§.ſacramẽtum dum loquitur de probatione veriſimili,& ſic ſemiplena quã appellat inditium ad iuramenti delationem dicens ꝙ teſtis eo caſu.ſit probate vite,& bone opinionis nec habeatur ſuſpectus ex aliqua cauſa & ſit legitime examinatus, vt quia interrogatus de cauſa ſcientie vel quia dixit plene factum ſubdens ꝙ modicus defectus impedit ſemiplenam probationem vnius teſtis pulchram rationem reddens, quia ſatis exorbitat fides vnius teſtis a iure communi.c. innotuit de teſti.& ſic conſtat maxime diferre,ꝙ oriatur ſemiplena probatio,vel inditium detur ad torturam . Ex hoc dico ꝙ male ſenſit Bar.in conſi.xj.illud colũ.antepenul.nu.xj.& Hyp.poſt ipſum in d.§.diligenter nu.cxlviij.dum volunt , quod Bald. in d.§.ſacramentum loquatur de inditio ad torturam inducẽtes,vt per eos, quia immo loquitur in ſemiplena probatione. Nec ob. glo.in.§.item verborum inſti. de inutil. ſtipul.quæ exponit idoneos ideſt omni exceptione maiores vt per Dec.in d.c.at ſi clerici nume.iiij.Quia dico,quod glo.ibi oſtẽdit contrarium.Nam cum in eo text.tractetur de impugnando ſcripturã & inſtrumentum publicum,non ita faciliter admitti de-

Source : BIU Cujas

bet allegatio rei, ꝙ fuerit abſens tẽpore inſtrumenti celebrati, Sed requiritur manifeſtiſsima probatio, & liquida vt in l. optimã. C. de comit. & contrahen. ſtipu. Ideo gloſſ. non fuit contenta de eo ꝙ dicitur in text. idoneus propter ſubiectã materiam, de qua ibi tractatur ſed declarauit idoneos in eo caſu eſſe omni exceptione maiores, ꝓcedẽdo ad maiorẽ declarationẽ. i. ꝙ nulla exceptio opponi poſsit. Et iſtud neceſſario requiritur in eo caſu cum tractetur de impugnando inſtrumento, ꝙ eſt probatio probata vt per Bal. in c. cũ dilectus de fid. inſtru. Vnde ſi propria ſignificatio illius verbi importaret omni exceptione maiorẽ, fruſtra declaratio fuiſſet adiecta per gl. Sed voluit glo. latius verbũ illud intelligere & interpretari. Cum ex ſtricta eius ſignificationem
321 id non diceret. †Et propter hoc ſequẽdo ea, quæ dicit Bar. in l. admonendi in iiij. col. in ver. ſecundo modo ſupra de probat. & per Bal. in rub. de contr. inueſt. qui dant gradus inueſtigationis veritatis & probationis, dicerem ꝙ in cauſis criminalibus, & in probationibus faciendis, ex quibus mo-
322 dus procedendi impartitur. †Primus gradus ſit, quando examinantur teſtes non integri, non idonei, ſed ſuſpecti, & hoc fit quando iudex vult inquirere ſuper delicto, & tũ accipiuntur ſine iuramento, ad hoc vt habeat qualẽqualem informationem de delicto & procedere poſsit ad citationem rei vel verbalem vel perſonalẽ. & de iſta probatione loquitur Bart. & alij in l. ſi quis in graui. §. ſi quis moriens ſupra ad ſylian. & Saly. in l. ij. C. de exhiben. re. & in l. abſentem. C. de accuſa. & dixi ſupra in ij nota.
323 †Secundus gradus erit quãdo vult procedere ad torturam. & tunc requirũtur teſtes, qui non repellantur a iure qui ſint idonei, vt in hoc caſu ſi vnus teſtis examinetur, & deponat de viſu. & ſit qualitatis prædictæ, faciet inditium ad torturã. & ita intelligitur id ꝙ dicit Bart. in prædictis locis appellando teſtẽ bonum idoneũ & integrum, & id ꝙ dicit Bald. in d. l. milites. dum vult,
324 quod ſit talis, qui non repellatur. †Intellige, ꝙ teſtis vnus de viſu faciat ſemiplenam probationẽ, dummodo aliæ circunſtantiæ non reſiſtant, vt dicit Bald. in l. ij. colum. j. in verſic. & not. ꝙ ad hoc. C. quor. appel. non recipi. dicens iſtud eſſe notabile poſt Ioan. And. ꝙ idẽ voluit Abb. in c. cũ in contemplatione col. j. ver. ſecundo queritur in fi. de reg. iur. dicens teſtẽ de viſu facere inditium, niſi alia ratio ſuadet contrarium.

325 †Tertio caſu & gradu, quando ex probatione deueniri debet ad condemnationem, tunc, ad hoc vt teſtis ſemiplene probet, debet eſſe omni exceptione maior, & iſtud eſt, quod conſiderat Bart. in l. admonẽdi. volens teſtem vnum de viſu ſemiplene probare, ſi erit omni exceptione maior, vt intelligatur illud in caſu, in quo per illum teſtem, & alijs adiunctis deueniri poſsit ad diffinitiuã ſententiam. & ita intelligit Bal. in l. j. C. de ſum. tri. & fi. catho. col. v. verſicu. quinto oppono. & Abb. qui ſequitur Bal. in c. teſtimonium. de teſti. diſtinguentes inter probationem, quæ requiritur ad procedẽdum, & eam, quæ eſſe debet in diffiniendo. Et hoc modo in procedendo, & in deueniendo ad torturam teſtis non debet eſſe omni exceptione maior, ſed tum demum quando ex eius probatione oritur ſemiplena ꝓbatio, & prout dictũ fuit inditium eſt minus ſemiplena probatio. Circa ſecundã reſtrictionem aduertas, ꝙ Cy. in d. l. fina. dicit totum contrarium nam vult, ꝙ vnus teſtis de viſu non faciat ſemiplenam probationẽ in criminalibus, tamẽ faciat competẽs inditium, & idem Cyn. in l. ſi quis. C. ad leg. iul. maie. dicit, ꝙ non faciet ſemiplenam probationẽ, vt ſupra ſed faciet inditium ad torturam. Nam & ſi ſemiplenã probationẽ nõ faciat, vt late per Iaſ. in l. admonendi. de iureiur.
326 nu. clxxxvj. in fi. tñ facit inditiũ. †Quod eſt minus ſemiplena probatione l. cũ probatio. & ibi not. ſupra de probatio. ex quo Hyp. non aduertit ad verba Cyn.

TESTES omnes examinati an indiſtincte faciant inditium ad torturam deponendo ſuper inditijs iam dictis vel ſimilibus, & ſi cognouerimus, qui ſint illi, qui nec examinari debent nec examinari poſſunt, cognoſcemus caſus, in quibus examinati faciant inditium, & ſequendo veſtigia Bar. in l. maritus ſupra eo. ti. noſtro. Videbimus tria primo quando teſtis non poteſt examinari propter reuerentiam. Secundo quãdo non poteſt examinari ex alijs cauſis impedientibus. Tertio quando non poteſt examinari ratione ordinis. & incipiam ab hoc tertio.

327 †ET PRIMO quero, an teſtes examinati ſine iuramento faciant inditiũ. Abb. in c. cum olim. in iij. not. dicit, ꝙ non creditur teſtibus non iuratis in præiudicium alterius, vt vult glo. in cap. ſicut. de ſen. excõ. etiam ꝙ eſſent religioſi & cardinales, neqꝫ creditur tanqꝫ teſtibus, ſed faciẽt præſumptionem. & not. dicit Abb. pro iſtis magnis



Source : BIU Cujas

viris,qui propter decorē dignitatis nolunt
deponere in forma teſtimonij cum iuramē-
to,vt recipiatur aſſertio ſaltem ad præſum-
ptionem,idem voluit Ro.in l. ſi quis in gra
ui.§.ſi quis moriens ſupra ad ſilla. concor-
dando dicta Ang.ibi cū dictis Bal.in authē.
ſi dicatur.C.de teſti.dicens,ꝙ dictum teſtis
aut iudicis,qui in mortis articulo dixerit te
ſtimoniū aut ſententiā ob pecuniam tuliſſe,
ſufficiant ad informationē iudicis,quia non
iurati ita dixerūt,& propter hoc poſsit in-
328 quirere. †Cū informatio gratia iudicis
facta non requirat iurm ſecundū glo. ordi.
quæ non eſt alibi in c.j.§.ſi duo.in verb.te-
ſtamentum de pa.iura. firman.
329 †SECVNDO quero, an tpe exami-
nationis faciēde ipſorū teſtiū iudex debeat
citari facere reū ad vidēdum iurare teſtes,
Bar.hic in fi.dicit citationē requiri,adeo ꝙ
ſi examinati fuerint teſtes ſup generali in-
quiſitione,nō pręiudicet in ſpāli inquiſitio-
ne,quia reus non fuit citatus, quod idē vo-
luit Saly.in l.ſi.in fi.C.eo.de qō.& Bal.in l.
iubemus.co.iij.C.de proba.& oēs fere doc.
poſt enumerat Hypo.in l.j. in prin.in ij.re-
quiſ.vbi inuehitur contra aſſeſſores non ci
tantes reū ad examinationem teſtiū. Sed
aduerte ꝙ ex cõſuetudine ſeruatur cõtra-
riū,ꝙ reus non citatur, nec dantur interro-
gatoria,vt dixi ſupra in iij.præmiſ.
330 †TERTIO quero,an teſtes debeāt re
cipi lite conteſtata,ſeu poſt nomē rei rece-
ptū inter reos Bart.in l.nr̃a.in fi. dicit exa-
minari debere poſt litē conteſta. & idē vo-
luit in l.ſi quis adulterium ſupra de adul.&
Alex.in addi.ad Bartol.in l.j.in prin.ſupra
331 ſi ti.& ibi Hyp.in vj.requiſ. †Nomē aūt
rei dr̃ receptū inter reos,qn̄ propoſita accu
ſatione proponūtur exceptiones dilatorie,
videlicet accuſatio nō ꝓcedit,quia lapſum
eſt tps ad accuſandū,vel ꝙ ille, coram quo
porrecta eſt accuſatio,non ſit iudex compe
tens,vel ſimiles exceptiones,tunc cognoſci
tur ſuper illis exceptionibus,& an ſit pro-
cedēdum ſuper ea accuſatione, & cū iudex
pronunciat eſſe procedendū,dr̃ recipi inter
reos,& abſente ipſo reo talis receptio ſie-
ri pōt, & ita loquatur text. in l. maritus.§.
præſcriptione ſupra de adul.& in l.accuſa-
tione adulterij.C.de adul.& tex. in l.adul-
terā.C.eo.de adul.intelligitur,ꝙ ibi erat ac
cuſatio inchoata per propoſitionē accuſa-
tionis , & reus abſens erat receptus inter
reos per pronūciationē, de qua ſupra & in
caſu,ꝙ dicta ꝓnunciatio nō fiat,litis conte-
ſtatio habet vim receptionis inter reos, ita
eſt ex ſententia Bar.in d.l.is qui reus.in iij.
col.in ver.qn̄ nomē rei ſupra de publi.iud.
& iſtud dictū Bar.tenēt oēs doc.poſt ipſum
de quibus per Alex.ibi in addi. & Hyp.in
332 d.l.j.in prin.in d.vj.requiſ. †Aduerte ꝙ
legendo d.l.is qui reus fui illius ſentētię ꝙ
text.in d.l.is qui reus non ſit bene intelle-
ctus a doc.& in hoc pręſuppono, ꝙ accuſa-
tor,qn̄ vult accuſationē inſtituere,debet eā
porrigere iudici anteꝗ̄ quicquā fiat , vt eſt
tex.in l.miles .§.ſexaginta ibi qm̄ de plano,
& in.§.ſocer ibi libellis pręſidi datis ſupra
de adulte.vt per Lanfr.in c.qm̄ contra. in
verſi.citationes.in prin.& per Soci.in c.ſi-
gnificantibus.in vij.concluſ.xiij.prin.arti.
333 de li.ob. †Et talis porrectio libelli non
eſt de proceſſu,vt voluit Bart.in extrauag.
ad repri.in verb.ſummarie,vt per Lāfran.
in d.ver.citationes,& per Felyn.in c.fin.in
iij.col.in ver.ſecūda declaratio. de iudi.ex
quo iudex debet videre accuſationē & cō-
ſiderare,an ſit iuſta,& ſi ipſi non videretur
iuſta, debet denegare citationis cōmiſsio-
nē,vt voluit Bald.in l.cū clericis.C.de epiſ.
& cle.in verſi.deinde no.& maxime ſerua-
tur hoc in criminalibus,vt non citetur reus
niſi præcedente iuſſu iudicis, vt in d.l.cum
clericis.in verſic.memorati quod dicit eſſe
notatu dignū,& ſequitur Iaſ. in rubri.C.de
334 eden.colū.j.verſi.tertia difficultas. †Et
hæc citatio,ſi non ſit facta de commiſsione
iudicis,non valet.vt eſt tex.in l.neminem,
C.de exhib.re.& ibi not.Saly. & alij com-
muniter Do.& Inno.Ioan.And.But.Imo.&
alij in d.c.qm̄ contra.& eo tunc qn̄ admiſſa
accuſatio per iudicē,& commiſſa eſt citatio
nomē rei eſt inter reos, quia facta eſt nota-
tio,ꝙ vt puta Titius,qui eſt nominatus in
libello accuſationis citetur ad videndū ſe
accuſari,& talis citatio fit per edictū & ſcri
pturā talia continētē valet. Titius citatur,
vt in termino tali debeat cōparere ad vidē
dum eū accuſari, & ad ſe defendendum, &
iſta citatio hoc modo ſcripta operatur hoc,
ꝙ iſte talis eſt annotatus inter reos, vt eſt
tex.in l.fi.C.de requir.re.ibi criminalis ve-
ro programatis tenor hanc tantā ferat de iu
re cenſurā,vt inter reos annotati, ſumendo
ibi programa ꝓ edicto citationis,vt eſt tex.
iun.gl.in l.programa.& hr̃ in rub.C.cōmi.
vel epiſt.progra.& ſit citatio per edictū,de
qua loquitur Bart. in extrauag.ad repri.in
verb.per edictū, circa med. Et ꝙ facta tali
citatione dicatur eſſe inter reos eſt tex.in l.
ij.C.eo.de requi.re.ibi ex eo die , quo reus
fuerit in iudicio petitus,& iſtud magis con-

Source : BIU Cujas

fiat ex rub.ff.& C.de requir.re.& ex l.j.C. eo.ibi, ſed annotari vt requirat, ex quo di co,ꝙ per annotationẽ factã in citatorio no mẽ rei eſt inter reos, qa citatur tanquam reus, & vti perſona,contra quã de crimine faciẽ da eſt cognitio,& iſtud fit reo abſente, qui adhuc non fuit in iudicio. Et pp̃ hoc dico
335 multũ differre inter ſe hæc duo. †Videlicet ꝙ quis ſit factus reus,vel ꝙ nomen rei ſit receptũ inter reos. Nam qñ iudex porrecta accuſatione ſibi,& ea viſa cõmittit citationem,tunc nominatus factus eſt reus,quia nomẽ eius eſt annotatum pro reo,& ita loquatur l.j.ij.& fin.C.de requi.re.Si vero facta citatione reus abeſt, nec currat comparere,tunc iudex annotat bona, & nomẽ rei eſt receptũ inter reos, & ſic qñ cognita eſt abſentia rei per iudicẽ,recipitur inter reos prout inquit Cic.i verrem act.iij.dum dicit abſentem credo in reos relatũ, & in actio. vlti.ſthenij domum per hoſpitiũ exhauſit abſentem in reos retulit, quod aliud eſt, quam reũ facere.Et iſtud declarat.Bude.poſt Cic. in annot. poſter.in xlviij.in c.impuberẽ.§. itẽ ſi ſeruo.& ſecundũ hanc differentiã, & cognitionẽ intelligitur tex. in d.l.adulterã. C.de adult.qui dicit,ꝙ poſt crimẽ inchoatũ mulier prouinciam exceſſerat,& ideo inter reos fuit recepta intelligendo ꝙ crimẽ erat inchoatũ per citationẽ,non aũt per litis cõteſtationẽ vt male ſenſit glo.ibi, & iudiciũ incipiat ab ea parte edicti, quæ eſt de in ius voc.§.j.inſti.de pe.tem.litig.& in rub.ſupra de i ius voc.& neceſſe eſt intelligere,ꝙ mulier exceſſerat prouinciã ante litẽ conteſt. cum ibi ſimus in iudicio publico,& in crimine capitali, in quo requiritur hoc, ꝙ & accuſator & accuſatus ſe conſtituant ad carceres ante principiũ iudicij,prout eſt caſus in l.fi.C.de accuſ. vnde mulierẽ non poterat dici receſsiſſe ex prouincia,cum eſſet in carceribus, ſed ſi volumus dicere eam aufugiſſe,nulla erat dubitatio in eo tex. cum haberetur pro cõuicta de crimine,vt in l.in eos.& ibi not.p Bar.& alios ſupra de cuſt. re.& dixi in l.pe.§.ad crimẽ.ſupra de pub. iud.& tex.in l.maritus.§.præſcriptiones ſupra de adul.intelligitur, ꝙ ibi fuerat porrecta accuſatio,citatus,& qa erat abſens, fuit receptus inter reos,habet annum ad ſe expurgandum,& recuperandũ bona vt in l.j. ij.& tot.ti.ſupra de requi.re.Sed poſtquam ob abſentiam fuerit receptus inter reos, ſi vult audiri a iudice non poteſt opponere exceptiones declinatorias, ſeu dilatorias, per quas impediatur accuſatio, & amoueri debeat pſona accuſatoris, ſed ille talis debet ſuper meritis cauſam ſuã tueri, & iſtud euenit propter eius contumaciã,& quia eſt receptus inter reos, quod voluit text. ibi reddens rationẽ,ꝙ poſteaquam ſemel receptus eſt,non põt præſcriptionem obijcere, non ob.tex.in l.ij.in.§.extraneus ſupra de adul. in eo,quod vr̃ velle,ꝙ poſtquam eſt factus reus non poſsit opponere exceptionem lenocinij,& ſic ante poſsit ex quo reus factus dr̃, cognitio ſuper exceptionibus dilatorijs,qa ille tex.intelligendus eſt in eo,qui condemnatus eſt de crimine adulterij, vt poſt condemnationẽ non poſsit obijcere crimen lenocinij,ex illis verbis in tex.dum dicitur, poſteaquam reus factus eſt criminis.i.condemnatus de crimine,vt eſt tex.in l.defuncto ſupra de pub.iudi.ibi, qui reus fuit criminis.i. condemnatus vt ibi cõiter intelligitur in condemnato per doc. Et ex iſtis dico nõ recte intelligi text. in d.l. is qui reus in eo, quod doc.dicunt, ꝙ antequam quis ſit receputus inter reos,poſsit ſuum accuſatorẽ reaccuſare, Nã tp̃s nullũ eſt, in quo quis poſsit reaccuſare antequam ſit factus reus, cum facta citatione,vt iam dictum eſt, factus eſt reus, & clarũ eſt,ꝙ ante citationẽ non diceretur reaccuſare. Sed accuſare principaliter.
336 †Et a citatione incipiat iudicium in ciuili vt in d.§.fin.ꝙ & in criminali eſſe debet, cum ad inſtar ciuilium procedatur l.abſentem infra de pen. Præterea, ratio quę datur in d.l.is qui reus per iuriſconſultũ, eſt vt non relatione criminum, Sed innocẽtia reus purgetur,q̃ ratio eſt generalis ad vtrũque tẽpus,ſecundũ ꝙ diſtinguunt Doc. Siue ſit receptũ nomẽ,ſiue non, prout ipſi intelligunt, vſque quo fiat cognitio ſuper exceptione dilatoria.cũ itaque ratio ſit generalis, & ſit apta comprehendere vtrunque tp̃s ſecundũ diſtinctionẽ traditã per Doc.ergo & eius diſpoſitio debet generaliter in vtroque tẽpore conſtituere l. regula.§.ſi quis, & ibi Bar.& alij ſupra.de iur.& fac.igno. Pręterea iſtud,qđ poſsit, antequam ſit factus reus, reaccuſare ſumitur a contrario ſenſu in l. illa,dũ dicitur,is qui reus factus eſt nõ reac cuſat,ergo a contrario ſi nõ eſt factus reus, reaccuſat. iſta aſſumptio facta hoc modo inducit vnum quod eſt in parte correctorium rationis contente in l.dum generaliter rationem reddens dicit, quod non relatione criminum,Sed innocẽtia reus purgetur ſi enim reaccuſatio eo tempore daretur, vt dicunt Doct. relatione criminis ſe expurgaret,& ſic per argu, a contrario ſenſu indu-



Source : BIU Cujas

ceretur, l. correctio, quod eſſe non debet.
337 †Quia tale argu. non aſſumitur, quando inſurgit correctio aliqua, prout not. in l. ij. ſupra de offic. eius, & ẽt quia nulla eſt lex, quæ dicat, quod antequam quis reus factus ſit poſsit accuſare, niſi hæc aſſumpta a contrario ſenſu, & in l. neganda. C. qui accu. nõ poſ. nulla tẽporis diſtinctio datur. Ideo intelligerem d. l. is quæ reus, quod non detur reaccuſatio aliquo tẽpore per generalem rationem illius l. & etiam alia ratio dari poteſt quia reus videns ſe accuſatum deſideraret ſe vlciſci, & laceſsitus ſe vindicare, quæ vindicta eſſet, accuſando ſuum accuſatorẽ, arg. text. in l. iij. ſupra ad leg. Aquil. ibi naturalis ratio permittit ſe defendere, & in l. qui cum natu maior. §. ſi libertus ſupra de bon. liber. Item ex alio cõſiderari poteſt, quia accuſatus videns non poſſe aufugere pœnam accuſationis, ad hoc vt rẽ protrahat, poſſet fingere crimẽ contra accuſatorẽ, & querelam inſtituere, & ſic inditium defraudare ex quo l. voluit fraudibus prouidere, & obuiare, reaccuſationem prohibẽ-
338 do. †Cum l. fraudibus obuiet, l. iuriſgentium. §. ſed ſi fraudandi ſupra de pac. & ibi not. & in l. non dubium. C. de legib. & in c. finem litibus de dol. & contum.

339 †QVARTO quero, an teſtis examinatus poſt terminum aſsignatum per iudicem faciat inditium, Bar. in l. ij. de appel. reci. col. fi. ver. iij. quero dicit, quod facit aliquod inditium, quia inſtrumenta non ſolenniter facta faciũt inditium l. ſicut iniquum. C. de fide inſtrum. Bal. in d. l. ij. col. pen. verſic. vlterius, xiij. dicit, ꝙ teſtis receptus poſt terminum peremptorie aſsignatũ non facit inditium argu. l. qui Rome. §. augerius ſupra de ver. obl. l. mancipiorũ, ſupra de opt. leg. & quod not. Innoc. in c. cum in tua qui matr. accu. poſ. Niſi iuſta cauſa mouiſſet iudicẽ, quia ex qua cauſa poteſt dare nouam dilationem, ex ea poteſt ſine dilatione te-
340 ſtes recipere. †Quia dilatio non eſt de ſubſtantia ꝓbationis l. in crimine ſupra de adulte. Ang. Aret. in d. l. ij. concordãdo hęc dicta Bar. & Bal. videtur dicere, ꝙ dictum Bar. loquitur in criminali, ſecus in cauſa ciuili in qua examinantur teſtes ſine dilatione, & ita intelligatur Bal. per not. per Bart. in extrauag. ad repri. in verb. ſine figura iudicis, ſed diſtinctio non videtur vera quia & in cauſa criminali & examinantur teſtes ſine dilatione, ita Bar. in d. l. in criminali. ſupra de adulte. ſecundum vnam lecturam.

Aduerte ad dictum Bald. dum reſtringit concluſionem Bart. vt procedat in termino non peremptorie aſsignato, quia Bart. in l. titia in. §. vſuras ſupra de leg. ij. & in l. man-
341 cipiorũ. ſupra de opt. leg. dicit. †Quod quælibet. ll. aſsignatio termini probatorij eſt peremptoria, abſq; eo quod exprimatur per tex. in l. pecuniarij. ſupra de fer. & Ab.
342 & Fely. i c. licet cauſam de proba. †Ego in hoc caſu dicerem. ꝙ cum depoſitio teſtis non valeat poſt terminũ. vt per Doc. maxime Aret. in d. c. licet cauſam de teſti. & per Ioan. Crot. in tract. de teſti. in vij. requiſ. nu. cclxx. & iſtud procedat ex facto iudicis & negligentia partis, quæ non examinauit poterit tale dictum facere inditium qualequa-
343 le ad inſtructionem iudicis. †Cui nunquam præcluſus eſt terminus ad accipiendas probationes vt not. in c. qualiter & quãdo el ij. de accuſa. vnde ſi propoſita accuſatione in termino aſsignato nil legitime probauerit. Sed poſtea teſtes produxerit, poterit virtute illorũ teſtiũ iudex inquirere, & procedere quemadmodũ dicimus in abolitione, quæ fit ad inſtantiam accuſationis nam iudex poterit poſt ipſam inquirere l. ij. & ibi not. C. de abolit. ſed ſi erunt alie probationes contra reum, ex quibus orta eſſent indicia cõtra ipſum, ſi examinatio coadiuuat, vt dixi ſupra quando facit qualequale inditium.

344 †TESTIS qui non debuit examinari ob reuerentiam, ſi examinatus fuerit, nõ facit inditium, vt eſt ſeruus. Qui nõ debuit examinari contra dominum, vt eſt text. in l. j. §. diuus. ſupra hoc tit. & in l. diuus. in. §. ex quibus ſupra eo. Vbi iuriſconſultus argumentatur, ꝙ ſeruus non debet interrogari contra dominum, nec interrogatio valet, & multo minus inditia, & eodẽ arg. vtitur iuriſconſultus in d. l. j. in. §. Antoninus Seuerus, & ꝙ non oriatur inditium determinat Bar. in d. l. maritus hoc tit. & ratio quia ſerui, vel alij qui ob reuerentiam nõ deponũt habent hoc, ꝙ de iure non poſſunt interrogari de ea re, & ſunt prohibiti, & etiã prohibentur reſpondere l. libertorũ. C. de teſti. & hanc rationem tradit Salyce. in l. ſeruos.
345 C. eod. de teſti. †Ex hoc infero, quod filius contra patrem propter reuerentiã non admittitur ad teſtificandum. ideo nõ faciet inditium l. parentes. C. de teſtib. Imol. tenet hoc in c. dilectorum de teſti. cogen. idem dicerem in liberto aduerſus patronum, vel filium patroni qui ob reuerentiam non debet examinari, vt eſt tex. in l. iij. §. l. iulia. in fi. ibi nam quidam propter reuerentiã per-

Source : BIU Cujas

ſonarum ſupra de teſti.& idem dicerem in quocunque,qui reuerētiam habere debet, vt examinatus non faciat inditium,de quibus in l. quiq; litigandi.§.j.&.ll.ſeq. ſupra de in ius vocan.

346 TESTIS minor annis. xiiij. non debet examinari i cauſa criminali,vt eſt tex. in d.l.iij.§.lege iulia ibi, quæue impubes erit.& ratio eſt,vt prohibeatur propter lubricū cōſilij ſui vt in d.§.lege iulia,& ſi examinatus fuerit,& nil oppoſuerit pars,attamen eius dictum eſt nullum,ex quo iure repellitur,ita determinat Ange.in authen.de teſti.in.§.ſancimus loquēs de impubere,& ſeruo,Subdens ꝙ licet ego nō fuerim proteſtatus ante aperturā teſtium contra perſonas & eorum dicta vt eſt de more tamen contra perſonam impuberis & perſonā ſerui,& eorum dicta potero opponere atteſtationibus publicatis,ea ratione, quia ipſorū teſtimonium ſit ipſo iure nullum ꝙ dictum ſequitur Hyppo.in l.de minore in prin.nu. xxij.hoc tit. Aduerte ꝙ exiſtimo omnes illos,qui enumerantur in d.§.lege iulia,qui propter reuerentiam perſonarū,& qui propter lubricum conſilij,& propter notam & infamiam, de quibus ibi non admittuntur ad teſtificandū in cauſa criminali,Sint prohibiti a principio,vt etiam ſi examinati fuerint,patiantur oppoſitiones,& cōtra perſonā & contra dicta,eo modo, & ſi adhuc nō ſit facta oppoſitio,poſsit publicatio proceſ-

347 ſu opponi,cū ſint ipſo iure ꝓhibiti. †Iſte teſtis in hac ætate examinatus nō facit inditium plenū ſed qualequale vt in l.j.§.impubes.ſupra ad Syllan.& glo.in l.fina.§.de his quib.vt indig.& idē determinat Bar. in d.l.maritus,& iſta talis qualiſqualis ꝓbatio operatur hoc,ꝙ iudex poteſt inquirere, & ſic facit inditium ad inquirendū,cū ſit leuis probatio,& ita ꝙ ſit inditium ad inquirendū,Tenet expreſſe Bald.in d.l.fin.C.de his quib.vt indig.dicēs,ꝙ impuberes cum leui tortura interrogantur non ad damnationē ſed ad inſtructionem per glo.ibi dū dicit ad inquirendnm non ad puniendum ſubdens.

348 †Quod quædam valēt ad præparandū, quæ non valent ad decidendum.i. valēt ad inſtructionem non ad probationem l.fi. C. de accu.l.qui vltimo infra de pen.& ꝙ no. Bartol.in d.l.maritus.idem Bal.in l.ſeruos. C.de teſti.eſt in eadē ſententia,dicens,ꝙ minor.xxv.annis.in cauſa criminali bene facit inditium ad inquirendum non ad decidendum per glo.in d.l.fin.idem Bal.in d.l.j. §.impubes dicit poſt glo. in d.l.fi.ꝙ impubes non facit inditium, quod poſsit induci ad deciſionem, Sed ad præparationem ſeu inueſtigationem,& ſic Bal.in omnibus prędictis locis non dicit,quod dictum impuberis facit inditium ad torturam,q̄uis in l.inuiti.ſupra de teſtib. dicat quod teſtis minus idoneus facit inditium, vt ibi not. & in d.l. fin.C.ad Syllan.adducens Cyn. in l.fina.C. de accuſ.& Spe.in ti.de teſte.§.j.verſi.item excipitur in quo loco Bald.idē ſenſit,quod & in præmiſsis,vt non faciat inditium ſimpliciter ad torturam, dum allegat gloſ.in d. l.fina.quæ vt dictum eſt loquitur de inditio ad inquirendum,& glo.in d.l.inuiti dicit ꝙ facit aliquod inditium & ſic non ſimpliciter inditium habile ad torturam & Specu. enim d.verſi.item excipitur dicit,quod minor.xx.annis admittitur ad inditiū ne probationis facultas anguſtetur, & hoc quantum ad præſumptionem faciendam ex mente Acur.in d.l.inuiti, in quo loco vt dictum eſt glo.dicit facere aliquod inditium, Alex. in d.l.fi.C.de his qui.vt indig.ſequitur ſimpliciter glo.ibi & alias glo.ſupra allegatas, & dicta Spec.remittens ſe ad eam declarationem,quā facit Bart.in d.l.maritus. & ex his dico,ꝙ male ſentiunt & intelligunt dicta loca Brun.in d.tract. de indic.in iiij.colum.& ſequen.dicens ꝙ ex mente Alexan. Bald. Specu.in dictis locis faciat inditium ad torturam,quia iſtud eſt omnino falſum, & contra eorum mentem & verba prout retulit ſuperius.& etiam Iaſo.in dicta l.fin.C. de his quib. vt indig. dicens quod facit ex mente prædictorum inditium ad torturam, & quod nō faciat inditium ad torturam & rectius ſenſit Hyp.in d.l.de minore in prin. col.vij.ver.quero modo.

349 †MINOR annis.xx.non debet examinari in cauſa criminali ad inſtantiam accuſatoris,& ſi examinatus fuerit,non facit inditiū niſi qualequale,vt eſt tex. in l.in teſtimonium ſupra de teſti.& differentiā eſſe puto ab hoc teſte a præcedenti,ꝙ impubes non admittatur, nec faciat inditium etiā ꝙ fuerit examinatus ex officio,per tex.in d.l. iij.§.lege iul.ibi in reū teſtimonium dicere, multominus ſi fuerit examinatus ad inſtantiam accuſatoris,a xiiij.autē anno,& ſic ab impubertate vſque ad xx.annum nō poſſit examinari ad inſtātiam accuſatoris per tex.in d.l.in teſtimonium ibi accuſator citare non debet, Secus autē ſi ex officio iudex examinaret,nam tunc exiſtimo ꝙ faceret inditium ad torturā,Si modo alia concurrant, de quibus ſupra.



Source : BIU Cujas

350 †MVLIER ſi fuerit examinata ſuper crimine faciet qualequale indiciũ propter qualitatem ſexus, ita tenet Bar. in d.l. maritus. Aduerte ꝙ cõiter cõcluditur per docto. ꝙ mulier de iure ciuili põt eſſe teſtis in cauſa criminali per gl. in c. forus in. §. teſtes de ver. ſig. & gloſ. in c. ex eo. xxxv. q. iij. & Spec. in ti. de teſte. §. j. in verſic. Itẽ quod eſt mulier, Abb. Aret. & Fely. in c. qm̃ de teſti. Pro iſta ſententia adducitur text. in l. iij. §. lege Iulia. ſupra de teſti. in quo mulier, quæ palam quæſtum fecit repellitur deponere contra reũ, Ergo a cõtrario ſenſu, ſi non fecit quæſtum in cauſa criminali admittitur, adducitur ẽt tex. in l. ex eo. eo. ti. cuius verba ſunt clara, & adducitur etiam tex. in l. in qõnibus. ſupra ad leg. iul. maieſt. vbi mulier fuluia, quæ erat meretrix, & ſic infamis admittitur in eo crimine, ergo a cõtrario ſi nõ fuerit infamis, admittitur in quocunq; quia ius ſingulare diſpoſitum in l. iul. maieſt. facit ius generale in alijs, ita Fely. in d. c. quoniã, & Ioã. Crot. in tract. de teſti. col. xij. nu. lxij. ex hoc conſtat, ꝙ cũ mulier poſsit eſſe teſtis in cauſa criminali, dicendũ eſt ꝙ ſecundum eius depoſitionẽ debet facere indicium, vt
351 in alijs teſtibus. Ideo cogita. † De iure canonico mulier non poteſt eſſe teſtis in cã criminali vt in d. glo. c. forus, c. ex eo, Deci. in d. c. qm̃ circa fi. dicit ꝙ ꝗuis docto. communiter ita teneant attamen iſta concluſio non probatur iure, quia tex. in d. c. forus. §. teſtes ſimpliciter dicit, quod teſtimoniũ mulieris non eſt tante authoritatis, ſicut maſculi, quia variũ & mutabile ſemper fœmina, Et ſic lex generaliter loquitur nõ magis in cauſa criminali quam in cauſa ciuili. Sed ꝙ minus credatur quã maſculo. Nec ob. text. in c. mulierem. xxxviij. q. v. quia non diſtinguit cauſam ciuilem a cauſa criminali, ſed tantũmodo, qui ſine conſenſu viri nõ poteſt teſtificari. vnde accedente eius cõſenſu poterit teſtificari tam in cauſa ciuili quam criminali. & etiam quia de iure ciuili reperitur expreſſum, ꝙ mulier poſsit teſtificari in cauſa criminali vt d. l. ex eo. ſupra de teſti. Nec contrarium inuenitur deciſum de iure canonico, ergo ius ciuile eſt ſeruandum c. j. de no. oper. nunt. Aduerte circa hanc concluſionem ꝙ text. in dicto cap. forus ſatis clare videtur decidere quod mulier nõ poſsit eſſe teſtis, conſiderando tres qualitates videlicet conditionem, naturam, & vitam, vt in illis non ſit locus atteſtationi. Nam in primo conditio ſerui prohibet ipſum teſtificari, mala fama, & mala vita repellit teſtem, & ſic in illis duabus conſiderationibus teſtis repellitur. Abſonum enim eſſet quod in tertio capite naturæ, quæ eſt media inter illas duas, admitteretur. ꝙ teſtis eſſet bonus, Cum ibi illa tria ſint pariſicata ad oſtendendum inhabilitatem teſtis, ergo non poſſumus dicere quod in altero detur habilitas. Nam cum plura ſint pariſicata, non debent diuerſo iure cenſeri. l. iam in hoc iure, & quæ ibi not. ſupra de vulga. & pupilla.

352 †TESTIS infamis, ſiue ſit infamia iuris, ſiue ſit infamia facti nõ põt eſſe teſtis in cã criminali. Cũ probationes eſſe debẽt luce meridiana clariores l. fi. C. de probat. & iſtius teſtis fides vacillat c. teſtimonium de teſti. Ita not. Bartol. in l. j. C. de ſum. tri. colum. iiij. verſicu. habet ergo, & Bald. ibi colum. iiij. in v. oppoſit. & Saly. ibi in fi. Vnde ſi infamis fuerit examinatus facit qualequale indicium, vt per Barto. in dicta l. maritus, & Bald. in dicta l. j. qui dicit, quod probat ad inquirendum, & de iſtis vide late Ioan. Cro. in tracta. de teſtib. in tertia par. princi.
353 nume. xxj. †Intellige omnes prædictos caſus in minore, in muliere, infami, vt non faciant inditium ad torturam. niſi ſumus in caſu. in quo aliter veritas haberi nõ poſsit,

Quia tunc non repelluntur, vt in minore loquitur Ioan. And. in additio. ad Specu. in titu. de teſte. §. primo. verſicu. item excipitur ꝙ eſt impubes. & Albert. in l. in teſtimonium ſupra de teſtib. & Iaſon. in dicta l. fina. C. de his quib. vt indig. & Hyppoly. in dicta l. de minore in princi. nume. xxiiij. In muliere tenet Ioan. And. in dicto titu. de teſte. §. j. verſic. Item quod eſt mulier. & Alberi. in d. l. in teſtimonium, & Alex. in conſil. xxiiij. Animaduerſis his colum. iiij. ver. non obſt. volu. ij. dicens, quod vbi probatio aliter haberi non poteſt ſeu difficilis eſt mulier admittitur not. Hyp. in d. l. de minore in princi. nume. xxv. & Ioan. Cro. in tracta. de teſti. nu. lvj. In infami, ꝙ admittatur ſimiliter in defectum probationis, habetur per Salyce. in d. l. j. in fin. C. de ſum. trini. & fid. catho. & ibi Iaſo. colum. xij. nu. lj. & ita debet intelligi ꝙ dicit Ioan. Crot. in d. tract. de teſti. nume. xlviij. vt infames examinati faciant indicium ſi examinatio fiat in ſubſidium, alias non vt aperte dicit Salyc. in d. l. j. in fin. & ibi Oldra. Bald. & Fulg. vt refert Iaſo. in dicta l. j. d. nume. lj. Sed aduerte ꝙ prædicti omnes Doc. pro comprobando ꝙ hoc faciat inditium adducunt text. in l. qui vltimo infra de pen. qui text. ex ſententia

Source : BIU Cujas

Bart.Bald.& Rom.probat hoc ꝙ infamis examinatus faciat qualequale inditium, prout dicam infra in verb.ſocij dictum in
354 ver.ratio põt eſſe. †Iſtud autem ꝙ veritas alitet haberi nõ poſsit,intellige qñ ex natura negotij vel facti veriſimiliter haberi non poteſt,Sed qñ potentia plures interuenire potuiſſent,licet actu interuenerit niſi iſti inhabiles, Tunc procedat præcedens dictum,vt ſi probatio eſſet facienda per teſtes clericos, & in eo loco non reperiatur niſi vnus Clericus alij inhabiles,& q alias regulariter repellũtur, in ſubſidium iſti admitti debent.Ita intelligit Ant.de But.in c. iij.loco de probat.& in conſi.xxiij.qõ hæc in dubia col.fi.ver.non ob.& Iaſ.in d.l.j.C. de ſum.tri.& in d.l.fi.C.de his quib.vt indig.& Ioã.Crot.in d.tract.de teſti.nu.lxxj.
355 † TESTIS qui cogi nõ poteſt ad deponendum, ſi coacte depoſuerit non facit inditium aliquod ẽt ad procedendum l.j.§. ſi ſeruus el j.ſupra hoc ti.& ibi Bar.no.Bal. Saly.in l.ſeruos.C.de teſti.Volentes, ꝙ teſtis qui nõ poteſt compelli.ſi impulſus examinatus fuerit,non facit indicium.illi autẽ qui inuiti nõ compelluntur ad teſtimoniũ dicendum ſunt enumerati in l.lege iulia cũ
356 quatuor ſeq.ll.ſupra de teſti. † Si vero iſti qui non poſſunt cogi voluntarie depoſuerint.tunc faciunt inditium, vt in d.ll.a contrario ſenſu.& ad hoc ꝙ iſti tales dicãtur voluntarie depoſuiſſe,debet iſtud notari pœnes acta alias prſumerẽtur deponere inuiti.prout voluit Bart.in auth.presbyteros la ij.C.de epiſ.& cle.dicens, quod cum tales teſtes producuntur volentes ſcribi faciat in actis,ꝙ volentes teſtificantur,& deponunt,alias præſumerẽtur deponere inuiti,& ita vidit de facto ſeruari.Sed Bal.in d. auth.circa finem.dicit ꝙ iſta opi.non eſt ve
357 ra nec ſibi placet. †Eo quia non præſumitur coactio iudicis vbi quis cogẽdus nõ eſt,immo præſumitur ſponte fieri,cum prſumatur pro iudice l.ij.C.de offici.ciuil.iudi.Imo.& Fely.ſequitur opin.Bal.in c.dilectorum de teſti.cogen. Ego exiſtimo, qđ opin.Bal.ſit verior ,nam iſti tales qui nou poſſunt compelli poſſunt examinari in certis caſibus, vt puta volentes,& etiam quãdo veritas aliter haberi non poſſet, vt dicã infra.Ideo ſi fuerint examinati,præſumendum eſt ꝙ in caſu præmiſſo ſit facta exami
358 natio. †Nam in dubio quis præſumitur actum facere in caſu ſibi conceſſo non autem in caſu prohibitio, & ſic in eam partẽ per quam potius actus valeat quam pereat l.quoties ſupra de ver.obli.& l.quoties ſupra de reb.dub.& c.Abbate de verb.ſigni.
359 † Intellige prdicta,ꝙ iſti inuiti nõ poſſunt compelli niſi in caſu qñ veritas aliter haberi nõ poſsit.prout voluit Hoſti.& oẽs doc.eum ſequuntur in c.j.de teſti.cogen.& hoc ne veritas occultetur.Quomodo autẽ intelligatur hoc,ꝙ veritas aliter haberi nõ poſsit dixi ſupra in præced.proxi.inditio.
360 †Inſuper aduertendũ eſt ꝙ ille,qui vult compellere teſtem ad deponendum ſub eo prætextu ꝙ veritas aliter haberi non poſsit,debet illud probare.Ita no.But.Imol.& Fely.in c.ſuper eo de teſti.cogen.ea ratione quia teſtes ipſi fundant excuſationem in iure cõi ideo volens in certo caſu ipſos teſtes compellere debet exceptionem & caſum compulſionis probare no.gl.in clemẽ. fi.de reſcrip.in verſi.creatum.
361 †TESTIS domeſticus producentis examinatus contra aliquem reum nõ facit inditium l.pridem.C.de quæſt.tenuit. Spe. in ti.de teſte.§.j.verſi.quid ſi teſtis domeſticus dicens ꝙ non inducit præſump.& hoc modo intelligit Bal.dictum Spe.in l.inuiti. ſupra de teſti.dicẽs ꝙ teſtis minus idoneus facit inditium vt ibi ꝙ ſecus eſt in teſte domeſtico qui non facit inditium, & hoc cla-
362 re conſtat. †Quia domeſticus non põt examinari ad fauorem illius,cuius eſt domeſticus l.idonei. ſupra de teſtib.l.ẽt.C.eo.
363 de teſti.& in.§.itẽ idonei.iiij.q.iiij. †Sũt autem domeſtici familiares ſeu de domo, ſeruus,colonus libertus,aſcriptitius,mercenarius qui recepit mercedem,non qui ſeruit gratis,ita Spec.in tit.de teſte.§.j.verſ.itẽ excipitur,& ver.ſed de quo mercenario,et verſ.ſed quid ſed Io.And.in addit.in d.ver. ſed de quo mercenario dicit ꝙ famulus gratis ſeruiens dicitur domeſticus per text.in c.fi.de verb.ſign.li.vj.quem ſequitur Fely. in c.in literis.col.j.verſ.ex quo datur de teſti.Item pater eſt domeſticus filio & econtra.Item vxor viro ſiue timeat maritũ ſiue non vt pFel.in d.c.in literis col.iij.verſ.fallit quarto,& domeſtici dñr latius q viuunt ad vnum panem & ad vnum vinum, vt in auth.de Monac.§.cogitandum, & familiares dicuntur omnes qui ſunt ſub alicuius imperio de iure vel de facto,ita not.Bal.de vtroque in d.c.in literis, per text.in l.qui iuriſdictioni ſupra de iuriſ.om.iudi.& in l. j.C.ſi rector prouincie,& in l.j.C.ſi quacũ-
364 que predi.pote.cũ alijs. †Prædicta oĩa reſtringuntur per doc.& maxime per Fely.in d.c.in literis,quæ omnia ponit Hipp.

Source : BIU Cujas

in l.j.§.ad qõnem ſupra hoc ti.vt domeſticus ſeu familiaris admittatur, & ſic faciat inditium, quotiens ſummus in ſubdito principis, ſi modo non ſit terribilis ſuperior & non ſolitus inferre violentiam ſubditis.itẽ ſi eſt familiaris valde honeſtus, prout ſunt familiares epiſcoporum.item ſi veriſimiliter melius ſciri poteſt per domeſticos, & familiares,qua per alios,vt per Bar.in l.quoties.C.de naufra.lib.x.Item ſi in eadem poteſtate eſt,& is,qui deponit,& is cõtra quẽ deponitur,ut per Abb.in c.literas col.iij.de præſum.& latius per doc.in locis p̄dictis.

365 †Aduerte ad vnum,ꝙ dicit Brun.in d. tra.de indi.col.iij.in hoc inditio domeſticitatis volens,ꝙ Bar.in l.ij.ſupra de excu.tu. dicat inditium oriri per teſtem familiarem, adducendo glo.in l.j.ſupra de teſt.quia in primis illa lectu.non eſt Bar.Sed Nicol.de Neap.& gl.quæ allegatur in d.l.j.ſupra de teſti.nil dicit,nec eſt verum.ꝙ per ipſum concluditur,quia teſtis familiaris regulariter ex iuris diſpoſitione repellitur a teſtificando vt dixi,nec dici põt bonus, nec idoneus,& tñ vnus teſtis de viſu (ad hoc vt faciat inditium)debet habere dictas qualitates,vt dixi ſupra in verb.teſtis de viſu.

366 †TESTES plures ſingulares deponentes ſuper diuerſis indicijs,an cõiungantur ad faciendam probationem,vt oriatur inditium ad torturam Bal.in l.ſi quis ex argentarijs.§.j.ſupra de edẽ.dicit,ꝙ ſi ſpecies probationũ ſunt in ſua ſpecie imperfectæ. v.g.vnus teſtis probat de veritate,vnus de fama, vnus de inditio,hæc probatio nõ valeret,quia non eſt in ſua ſpecie perfecta,nã vnus teſtis de fama non probat famã,vnus teſtis de inditio nõ probat inditium, immo requiruntur ſaltem duo teſtes l.ſi.C.fa.herciſ.& ibi no.Et per Inno.in c.ſicut de ſimo. & dicit Alex.in conſi.clxxxj.in cauſa Angelorum col.ij.ver.rurſus vol.ij.ꝙ vbicunque cõtingat fieri probatio inditij per vnũ teſtem, & ſimiliter ſi fiat probatio de alio inditio per vnum alium teſtem,vbi requirebantur duo,tunc tales teſtes ſingulares non iunguntur ad faciendum vnum inditium perfectum quia vnũquodꝙ de per ſe eſt imperfectum,vt per Bal.in d.l.ſi quis ex argẽtarijs,& per But.in c.licet de teſti.hoc idẽ ſenſit Bar.in lec.antiqua in l.ij.in.§.etas autem ſupra de excu.tut.dicens ꝙ qñ plura veniunt ad perfectionem vnius toti,vt in caſu illius legis, tunc verificatur illa regula quæ non proſunt ſingula,multa iuuant,ſi vero ſint multa, quæ veniunt ad perficiendum diuerſa tota,tunc quæ nõ proſunt ſingula, nec multa iuuant l.ſpadonem.§.qui autam.eo.ti.vnde cum probationes veniãt ad diuerſa inditia,ideo non coniunguntur, idem Bald.in l.ſpadonem §.qui iura tenet idem,dicens quod quædam ſunt quæ requirunt certam ſpeciem, & tunc diuerſe ſpecies imperfecte nihil operatur,quia ex pluribus concurrentibus non augetur effectus, cum non veniant ad integrationem vnius ſpeciei,ita ex pluribus teſtibus ſingularibus non reſultabit plena probatio, quod dictum ſequitur Alex.in conſi.xxj.Repeti-

367 tio in cauſa merici.col.j.vol.iiij. †Volens non coniungi teſtes ſingulares ad faciẽdam probationẽ.& idem Alex.in conſ.xiij. Ex his,quę in themate col.ſi.vol.j.ſequitur dicta Bal.in d.locis,& voluit Ant.de Butr. poſt Cald.in c.veniẽs circa ſi.de teſt,& multi alij Docto.quos adducit Hip.in ſua pra. in §.diligenter nu.cxlix. Contrarium ſenſit Raph.Fulg.in l.fin.C.famil.herciſ.vt refert Brun.in trac.de indic.col.ij.dicens ꝙ vnicus teſtis facit aliqualem præſumptionem,& ideo ſi plures ſint teſtes ſingulares de ſingulis inditijs deponentes dicetur plures eſſe præſumptiones, quæ faciant vnum inditium ad torturã arg.l.inſtrumẽta domeſtica,C.de probat.& l.ij.§.etas ſupra de excu.tu,exemplificando. Pone ꝙ vnus teſtis dicit ſe vidiſſe Seium vulneratum, & in terram proſtratũ et interrogatus,quis vulnerauit,reſpondit Titius, hic eſt vnus teſtis ſup inditio deponens, Alius dicit ſe vidiſſe titium ſanguine aſperſum, & euntem.euaginato enſe, Alius dicit ſe vidiſſe hunc titiũ exeuntem directo tramite,& voluentem ſe verſus nemora & occulte ſe latitãtem, Certe hi ſinguli teſtes de ſingulis inditijs deponunt,& tñ nemo ſane mentis negabit,quin he præſumptiones faciant ſufficiens inditiũ ad torturam ar,d.l.& illius regule & q̃ non proſunt ſingula multa iuuant. ſubdens idẽ Brun,ꝙ Ioã.de mon.ſperel.in l.admonendi de iureiurã.dicit,ꝙ licet plures ſemiplene vnius ſemiplene probationis non coniungantur ad faciendum vnam ſemiplenã, tñ coniunguntur ad faciendum inditiũ ar, no.in l,ſi.C.de probatio.& vt refert Cacialup.in d.l.admonendi,ſubdens etiam idem Brun,quod iſtud putaret verius,qñ illi ſinguli teſtes eſſent multum notabiles, & magne authoritatis,qm̃ licet teſtes ſingulares non probent,tñ ſi ſunt ita notabiles, quod adducant iudicem ad indubitatam ſidẽ iudex non debet curare de illa ſingularitate

Source : BIU Cujas

per dictum Pau.de caſt.in l.lucius in recollectis Florentinis.ſupra de infam.& in d.l. admonendi.præcedens dictum Fulg. refert & ſequitur Soc.in conſi.liiij.viſis teſtibus examinatis.col.j.ver.tertio & vlti.volu.iij. Et Hip.in.§.diligenter in ſua prac.numero
368 cxciiij. † In hoc articulo ex mente, & intentione dictorum ſcrib.Diſtinguerem,et ad concordandas prædictas opi.quod aut ſumus in inditijs remotis a maleficio, & in quibus vna probatio non infert in aliã, vt puta,ſi per vnum teſtem probetur inimicitia & per alium probetur tranſitus vie, in qua quis fuit interfectus,& per aliũ probetur delatio armorum in non ſolito, vel fama,vel mine,& ſic probentur tria ex prædictis inditijs per teſtes ſingulares, hoc in caſu non fiet coniunctio ad faciendum inditium,& eo.modo, ſi per vnum teſtem probetur vnum inditium propinquum maleficio,vt puta,ꝙ viſus fuit exire cũ gladio ſanguinolento,vel viſus admenare.& nõ percutere,& poſtea p *alium teſtẽ* probetur inimicitia,mine,*tranſitus,* vel quid aliud ſimile,& hoc in *caſu dicta* teſtium non coniungentur ad faciendum inditium ſtante ſingularitate.*Et ita procedat* precedens opi.Bal. in *d.l.ſi quis ex* argentarijs,& aliorum poſt ipſum *tenentium teſtes non coniungi ad* faciendum inditiũ.*Aut ſumus in inditio* propinquo maleficio,& *urbenti,& tunc ſi erit* probatum per *vnum teſtem, & per alios teſtes* ſingulares ſint *probata inditij, quæ veniant* ad declarationem, & coadiuuationẽ *primi inditij*.Putarem, iſtas ſingularitates, coniungi ad faciendum inditium ad torturam,vt puta, ſi vnus teſtis dicas vidiſſe titium admenantem cum gladio, ſed non vidiſſe percutere,alter dicat vidiſſe gladium ſanguinolẽtum,& alter dicat vidiſſe ipſum titium eſperſum ſanguine ſe mundantem, vel ꝙ viſus fuerit vnus prope mortuum cũ cultello,& dicat teſtis vnus hoc,& alter dicat vidiſſe aufugere ex loco delicti cũ gladio,& alter dicat uidiſſe gladium ſanguinolentum,Hæc nãq; tria per teſtes ſingulares probata facerent inditium ad torturam, & coniungerentur, & ita procedat opin.Ful. & ſequatiũ, & ratio poteſt eſſe quia in iſtis teſtibus dictum vnius coadiuuat dictum alterius,nam hoc caſu,quia vnus adminiculatur alteri,& continent veriſimilitudinẽ ſe inuicem coniungentem fiet accumulatio ad probandum inditium,ita voluit Bal.in c.licet cauſam col.iiij.ver.& nota.de probat.
369 †Dicens,quod ſingularis teſtium coniungitur qñ dictum vnius coadiuuat dictũ alterius,& idem Bal.in rub.de controuer. inueſt.Et in auth.rogati circa fi.C.de teſti. & voluit Dec.in d.c.licet cauſam nu.xvj. ver.& hoc primo de probat.& ſenſit Soc. in d.conſi.liiij. Iſtud autem magis procedere exiſtimarẽ, qñ eſſemus in caſu.in quo delictum eſſet occulte perpetratum & exinde eſſet difficilis probatio per ea, quæ voluit Anto.de But.in c.veniens in fi.de teſti. ꝗuis Iaſ.videatur eius dictum impugnare in d.l.admonendi nu.cclvij.loquens tñ de plena probatione.

370 *Socij* †dictum an faciat inditium ad torturam, pro eius cognitione
371 præmitto. † Quod reus non poteſt interrogari de conſocijs niſi in certis caſibus pro vt diſtinguit Bar.in l.repe.§.j. hoc tit.dicens,ꝙ quædam ſunt delicta, quæ non committuntur principaliter in offenſam alicuius ſeu odium, ſed propter cõmodum committentium,vt falſare monetã ſeu fabricare falſam monetam ,Item latrocinia facere,Nam latrones non odiunt aliquem, ſed diligũt ea alterius, & iſto caſu poſſunt interrogari de ſocijs,et probatur in l.diuus ſupra de cuſto.reo.& l.prouinciarum.C.de fer.& l.fi.C.de maleſi.& mathe.ita intelligo.l.qui vltimo. infra tit.j.Et ita intelligit. l.fi.ſupra ad exhiben.quædam ſunt delicta quę committuntur principaliter in alterius iniuriam, & odium & in iſtis confeſſus de ſe non debet interrogari de alijs, vt hic & l.fi.C.de accuſ.fallit in caſu d.l.ſi prius ſupra ad Sylla.ex prædictis dico ꝙ fures poſſunt interrogari de ſocijs.& de receptatoribus,& ſimilibus arg.d.l.diuus ſupra de cuſto.reo.Ratio prędictorum eſt qñ committitur delictum in alicuius iniuriã,quia alios delinquentes poſſunt accuſare, ſed non eſt ita in delictis quæ non committuntur principaliter in alterius iniuriam ,Ideo magis permittit iudici inquirere, Dictũ hoc Bart. ſequitur But.Abb.in c.j.de confeſ.Alex.in addit.in d.l.repeti.dicit, ꝙ Saly.diſtinguit in alia materia,& idem Alex.ſequitur opinionem.Bar.in conſ.lxix.viſa facti naratione vol.ij.Et Dec.in c.qm̃ in fi.de teſti.Saly. in l.fi.col.ij.verſi.ſed Bart.C.de accuſ.dicit hanc diſtinctionem Bar.ſibi non videri veram.Nam & ſi latro affectet res & nõ perſonam niſi propter res tñ hæc affectio fit cũ iniuria domini, Ideo eſt ,qui eos accuſare poteſt.Et ſic eius diuerſitate attenta nõ deberet de ſocijs interrogari, quod tñ eſt falſum,Item maleficus in alienum odium ſea

Source : BIU Cujas

facit maleficia,& tñ de ſocijs interrogatur vt infra de malefi.& mathem.l.fi.Item crimen læſæ maieſtatis contra principem cõmittitur,& tamen de ſocijs interrogatur vt infra ad leg.Iul.maie.l.pen.& fi.Quinimo in crimine homicidij fuit interrogatus ſeruus de conſocijs & probatur in l.j.§.fi.hoc tit.vnde dicit Saly.aliter diſtinguendũ eſ-
372 ſe. Et hoc modo.quod aut perſona inq̃ſita,vel accuſata eſt ſeruilis conditionis,Et tunc de mandatoribus vel conſocijs interrogari poteſt ea ratione,quia vt plurimum tales perſone vti meticuloſe ſine ſocij inſtigatu,vel mandato non conſueuerunt grandia delicta committere,vel attẽtare,ad hoc accedat l.quicunq; circa medium.ſupra de ſer.fug.l.fi.infra ad le.Iul.maie.& ſupra ad exhiben.l.fi.Ad Syllã.l.ſi certus & l.prius, & d.l.j.in fi.hoc ti.quæ omnes in ſeruis loquuntur.aut perſona accuſata,vel inquiſita eſt libere conditionis,& eſt vtilis,& tũc in criminibus, q̃ ſine ſocijs regulariter non committuntur, credi de ſocijs interrogari poſſe,vt prouincia purgetur eis, arg.l.congruit ſupra de offi.præſid.& ad hoc accedant ll.quæ dicunt latrones interrogari, de ſocijs vt l.prouinciarum.C.de feri.& l.di-
373 uus.ſupra de cuſt.re. † Cum enim latrones ſint,qui ſtratas aggrediuntur publicas vt l.capitalium.§.famoſos.ſupra de pen.& hi ſoli non ſunt ſed plures,nec ſine receptatoribus,ideo faciliter lex permiſit de eis iterrogari,cum vt plurimum ſint ignoti & occulti, idem poteſt dici de falſificantibus monetam vt l.j.C.de falſ.mon,cum regulariter plures in eo miniſterio ſint neceſſarij, idem de eo qui contra Principem mollit, quia talia non conſueuerunt ſine ſocijs attentari,in criminibus vero, quæ ſine ſocijs pluribus committi ſolent, tunc aut delictũ eſt contra ſalutem cõmunem omnium,Et tunc de ſocijs poteſt interrogari vt l.fi.C. de malefi.Et eſt ratio,quia etiam contra ſocios inquirere intendit ad cõem ſalutẽ omnium niſi radicitus tale vicium extirpetur,ſalus communis non habebitur,dictum hoc Salyc.ſequitur Barba.in addit.ad Abb. in d.c.j.de confeſ.Et Ang.in trac.malefi.in verbo.fama publica col.iiij.verſi.quero an particpes,tranſit cũ opinione.Saly. Imo, in d.c.j.de confeſ.dicit,q; hæc ratio Bar.de qua ſupra forte non eſt multum generalis, quia etiam paſſus furtũ vel robariam veriſimiliter procurabit punitionem, & ideo videtur,q; ratio ſit odium ipſorum latronum,vt l.prouinciaum,C,de feri,Item maleficus in alienum odiũ ſuam maleficia facit,& tñ interrogatur de ſocijs l.fi.C.de malefi.Item crimen læſæ maieſt.contra Principem committitur,& tñ de ſocijs interrogatur vt hic,& in l.j.in fi.C.ad leg.iul.maie. Item in crimine homicidij ſeruus interrogatur de conſocijs l.j.§.fi.hoc ti. Si volumus verba Bar.ita ſimpliciter intelligere prout intelligit Saly.fuiſſet craſſa deductio per Bar.ſi præſumeremus,q; ignoraret hoc q; ex furto rei aliene non fiat iniuria domino vnde poteſt ſaluari Bar.q; bene intellexit diſtinguendo,q; principaliter fiat ad cõmodum proprium.& non principaliter ad iniuriam,Nam Bar.in l.ambitioſa.infra de dec.ab ord.facien.in cognitione principalitatis diſtinguit q; aut eſt principale ordine,naturę,vt eſt iniuria facta filio,vt principali.& ſic ipſius filij eſt poſt ſit patris,cui competit actio iniuriarum & iſte eſt ordo nature demonſtrans iniuriam principaliter in filium.Alio modo conſiderari ſecundum ordinem intellectus.ut principaliter dicatur reſpectu finis, vt eſt in fideiuſſore, vel mandatore qui obligatur reſpectu rei principalis.Nam dato q; primo obligetur fideiuſſor,& mãdator,attamen finis eſt,vt obligatio ſit facta poſt reum debitorem,et iſtud eſt principaliter in facto,vt reus obligetur, & poſtea fideiuſſores, vnde in caſu noſtro poſſumus dicere Bar.conſideraſſe principalitatem reſpectu ordinis nature,vt qui furto ſubtrahit,qui falſam monetam fabricat, iſtud agit principaliter pro eius vtilitate,& comodo dato q; poſtea oriatur iniuria in ꝑſonam principis,vel in perſonam domini, & iſte eſt ordo nature conſideratus ꝑ Bart, in ſecundo ẽt capite datur iniuria ẽt principaliter reſpectu animi iniuriantis, & hoc modo poſſet ſaluari deciſio Bar.vt perſona domini & principis ſit ſecundario non au-
374 tẽ principaliter.† Aduerte q; poſſumus attenta ea diſpoſitione, quod ex cõſuetudine fiat interrogatio in omni caſu vt dicit Gandi.ſiue Bar.in trac.de quæſt.in iiij.col, & Iaco.de Bel.in ſua prac.crimi in ti.de q̃ſti.col,xj.ver.iuxta hoc queritur, & attenta ea conſuetudine quæ eſt in tota Italia,q; iudices de quocunq; caſu poſſunt inquirere,& inquirunt vt per Gand.in trac.malefi.in rub.qũo de malefi.cogno.per inquiſit, col.j.verſ.ſed hodie,& Alber.in l.ea quidẽ col.ij.ver.de conſuetudine tamen.C.de ac-
375 cuſa. †Diſtinguerem in hac materia,q̃d aut ſumus in accuſatione & in alijs caſibus, in quibus proceditur virtute accuſationis,

Source : BIU Cujas

& tunc interrogatio non poſſit fieri de cõſocio. & ita loquatur tex. in l. fi. C. de accuſ. eo maxime quia omnia, quæ geruntur per iudicẽ procedendo ſuper accuſatione, fiunt
376 ad inſtantiam accuſatoris. †Nec poteſt iudex procedere ad torturã in iudicio accuſatorio, niſi ſit facta inſtantia per accuſatorem gl. in l. quicũq;. in verbo oportet C. de ſer. fug. Bal. in c. j. in. §. iudices de pac. tenen. & etiam nimis graue eſſe, ꝙ plures pſo ne interponerentur in eo iudicio accuſatorio, & onus non debet imponi niſi volenti, & ſic in caſu accuſationis nõ dabitur interrogatio de conſocijs ne fiat iniuria & grauamen ipſi accuſatori, aut ſumus in caſu, in quo iudex procedit ex inquiſitionem, vel in eo iudicio, ex quo nullum grauamen infertur accuſatori, ſed totum pendet ab officio iudicis, & tunc interrogatio fieri poſſit de conſocio, quia ad officiũ iudicis ſpectat expurgare ciuitatem malis hominibus l. cõgruit. ſupra de offi. præſi. & ideo procedendo ex officio poterit interrogare de conſocijs, & ad hoc faciunt omnia iura quę adducuntur pro iſta parte, & eo caſu, in quo interrogatio de ſocio fit primo tex. in l. diuus la ij. ſupra de cuſt. & exhiben. reo. loqtur in *caſu inquiſitionis*, dum vult ꝙ Irenarchie *debent captis latronibus* eos interrogare de ſocijs. & *receptatoribus*, & ſic ibi non proceditur per accuſationem ſed ex officio, eodem modo in *l. prouinciarum*. C. de feri. dicit procedit contra latrones diebus feſtiuis, & ſic ordine iuris non ſeruato ob id, quia proceditur ex officio text. in l. fi. C. de maleſic. & mathe. admittit interrogationem de ſocio eo quoniã in eo crimine dato ꝙ in eo caſu ſit inſtituta accuſatio, nõ proceditur ſuper accuſatione ob id, ꝙ accuſator teneatur in aliquo, neq; in eo delicto poteſt grauari ex nominatione ſociorũ qa non tenetur de calumnia accuſator, neq; habetur tanꝗ delator, ſed præmium conſeqtur vt eſt text. in l. nullitas. C. de maleſi. & math. & in ſimili eſt tex. l. nulli. C. de epiſc. & cle. in fi. tex. in l. qui vltimo infra de pen. loquens de eo, qui dãnatus fuit ad beſtias, intelligi põt in eo caſu, in quo iudex vult procedere ex officio inquirendo, non autẽ ad accuſationem. Sed aduerte ꝙ Bart. in l. maritus. eo. tit. dicit, ꝙ deponens in caſu illius l. non facit inditium ſed qualemqualem præſumptionem vt dicam infra & intelligendus eſt quando proceditur ex officio. Eodem modo tex. in l. fi. ſupra ad exhiben. Item & tex. in l. j. C. de fal. mon. loquũtur, ꝙ, & ſi detur accuſator, non tñ tenetur in aliquo virtute accuſationis, ſed habet pmium. neq; habetur ex calumniatore, nec pœnam patitur, ideo fit interrogatio de ſocio ita eſt tex. in d. l. j. de fal. mon. tex. in l. j. §. j. hoc ti. loquens de ſeruo qui finxit crimen in ſe, & mentitus eſt, poteſt intelligi dupliciter in eo, quod dicit, interrogationem fuiſſet factam de ſocio primo, quia ibi interrogatio erat facta pro liberando ipſum ſeruum, quia dubitabitur, ꝙ delictum imputatum non eſſet verum. & ideo interrogatio. fit ab liberationem, & ſic ad finem bonum & exinde admittitur ita intelligit illũ tex. Alb. in d. l. fi. C. de accu. vel aliter poſſumus intelligere ꝙ ibi procedebatur inquirendo cõtra ſeruum nec erat accuſator cum ipſemet crimẽ finxiſſet tex. in l. prius. ſupra ad ſylla. intelligi debet ꝙ fiat interrogatio de conſocijs propter naturam criminis & Senatuſcon. Sylla. per quod proceditur contra omnes ſeruos de quibus eſt ſuſpitio. & prius interrogantur de eorum criminibus, & poſtea de conſocijs & poſſumus dicere prout dicit Bar. ĩ d. l. repeti. quod iſtud eſt ſpeciale vt ſerui interrogentur de conſocijs, vt habetur in to. ti. ff. & C. ad Syllan.
377 †In ea quæſtione. An dictum ſocij faciat inditiũ ad torturã, quia doc. cõiter con
378 fundũt iſto caſus, ideo videbimus. †Primo an nominatio facta per reum in tortura *faciat inditium contra nominatum in illis caſibus, in quibus de iure permiſſa eſt nominatio.* Secundo an faciat inditium in illis *caſibus, in quibus non conceditur nominatio.* Tertio an ſocius tãquam teſtis aſſumptus non vti reus faciat inditium cõtra nominatum. In primo caſu Saly. in l. fi. C. de accuſ. dicebat quod talis depoſitio & nominatio ſocij non faceret inditium, eo qm̃ eſt criminoſos, ideo repellendus, cũ etiã ſit particeps criminis. Ideo eius dicto non ſit ſtãdum l. ſi filius. C. de lib. cau. & ibi not. Item quia militat ratio de qua in d. l. fi. Cõtrarium tñ determinat dicens, ꝙ ex eo dicto ſolo & nominatione non oritur inditium ad torturam, ſed oritur iuncta præſumptione, ſeu indicijs, quę erant contra ipſum reũ. Ex quibus indicijs oritur veriſimilitudo contra ipſum nominatum nam ſi non fuiſſent inditia exiſtentia contra reum, is non fuiſſet poſitus ad torturam nec interrogatio ſubſecuta, & hoc modo intelligi debet dictum Saly. in d. l. fi. ver. quero nunc, dum dicit quod non debet torqueri reus ſuper ſocijs, niſi cum ſocios negaret & legitima

Source : BIU Cujas

præſumptio eſſet contra eum,ꝙ ſocios ſci-
ret,& vbi de eius ſcientia non eſt præſum-
ptio iuſta torqueri non debet, & eodẽ mo-
do non fit interrogatio ſpecialis, niſi cõtra
eum contra quem interrogatur præcedat
legitima præſumptio, vnde ſi fur ſeu latro
contra quem erant inditia de ſpoliatione
ſubtratione,& furto quæ delicta veriſimili
ter non poſſunt fieri in eo caſu nec fiunt ab
vno ſolo & hic talis indiciatus de his deli-
ctis,ſi ponitur ad torturam, & nominat ſo-
cium coniungitur veriſimilitudo oriens ex
primis inditijs inſimul cum dicto rei qõnia
ti & ex tali coniunctione oritur inditium
ad torturam contra nominatum, non autẽ
intelligi debet dictũ Saly.ut nominatus ha-
beat inditiũ ad torturam exiſtentibus alijs
præſumptionibus contra ipſum,ſed ſufficit
nominatio facta,præſupponendo, ꝙ ille,q̃
eſt tortus,ſit legitime tortus, & infrapoſiti
doc.tenent indiſtincte dictum correi in p̃di
ctis caſibus facere inditium ad torturam,et
iſtud tenuit Cy.in d.l.fi.But.Abb.Imo.in c.
j.de confeſ.Bart.in tract.de quæſti.col.iiij.
verſi.ſed nunquid, quod etiam poſitum eſt
in operibus Gan.de maleſi.in ti.de quæſti.
d.verſic.ſed nunquid,ſenſit Alex.in conſi.
lxxxix.viſo themate col.ij.verſi.quinimo
vol.iij.quamuis Hip.in d.§.diligenter num.
lx.adducens multos pro ea opinione,ꝙ re-
quirantur præſumptiones vltra confeſſio-
nem,& præcipue Imol.in d.c.j.de confeſſis
qui tamen indiſtincte tenet opinionem iam
dictam,ꝙ nominatio ſola faciat inditium
ad torturam,& Augu.de Arim.in addit.ad
Ang.de maleſi.in verbo.fama publica nu.
xxxj.male allegat Gand.& Guid.de Suz.
in ſuis trac.quod requirantur.alia inditia
pœnes dictum torti,quia ſimpliciter loquũ-
tur inditium facere, quod tamen intelligo
vt ſupra.Ratio poteſt eſſe,quia videmus ll.
cõcedere i caſibus, iam dictis interrogatio-
nem poſſe fieri de ſocijs legitime tñ vt ſu-
pra ſi inditium non oriretur habile ad tor-
turam fruſtra lex voluiſſet,ꝙ interrogatio
fieret,& ideo ad hoc(vt talis diſpoſitio ef-
fectum habeat) neceſſe eſt dicere oriri in-
379 ditium ad torturam. †Cum lex & eius
verba intelligi debent cum effectu l.pen.§.
pen.ſupra ne quis eum qui l.j.ſupra quod
quiſq; iur.glo.in c.fi.de ſponſal.ſed aduer-
te ꝙ l.qui vltimo allegatur per Bar.& Bal.
& Roma.ꝙ faciat qualequale inditiũ,ideo
in hoc caſu diſtinguerem ꝙ aut reus legiti-
me interrogatur,quia præcedunt inditia de
conſocijs in generali vel ſpeciali interroga
tione,& tunc oriatur inditium aut non p̃ce
dunt alia inditia,& tunc faciat qualẽqualẽ
præſumptionem,& hoc modo intelligatur
d.l.qui vltimo & quod dicit Bar.in l.mari
tus hoc tit.& Bald.in l.ſeruos.C.de teſt.&
Ro.in l.& ſi certus ſupra ad Syllan.volen
tes ꝙ ex d.l.qui vltimo oriatur qualequale
380 inditium. †Requiritur hoc tñ primo ꝙ
talis cõfeſsio ſit facta,ſeu nominatio i tortu
ra,aut ſtatim depoſito reo de tortura, alias
non valeret arg.tex.in l.petens.C.de pac.
Ita tenet Alb.in d.l.fi.C.de accu.Ea ratio-
381 ne quia. †Perſone turpes,cum in teſti-
monium recipiantur eorum dicto ſine tor-
mentis non creditur l.ob carmẽ.§.ſi ea rei
conditio ſupra de teſti.Et per hanc rationẽ
idem tenet conſulendo Raph.Ful.in conſi.
clxxiij.in cauſa inquiſitionis col.j.ver.q̃dã
doctor.allegat tex.in.§.ſi vero ignoti in au
then.de teſti.& Hip.in.§.diligenter in ſua
prac.nu.lxij.ſimilem rationem adducit per
tex.in c.illi qui.v.q.v.& in c.in primis.ij.
q.j.gl.in c.cum.p.de accu.Alexan.in conſi.
382 xi.circa primum col.ij.vol.j. † Secundo
requiritur,ꝙ interrogatio fiat generaliter
per iudicem de conſocijs,nam ſi particula-
ris fieret interrogatio diceretur ſugeſtio.l.
j.§.qui quæſtionẽ ſupra hoc ti.gl.in l.prius
& in l.ſi certus ſupra ad Syllan.Dy.in d.l.
fi.C.de accuſ.& Saly.ibi col.fi.qui dicit nõ
deueniri ad interrogationem particularẽ,
nec ad ſpeciem niſi contra aliquem in ſpe-
cie ſit legitima præſumptio, vt dixi ſupra.
383 †Quæſtio,& difficultas oritur,an reus
facta nominatione in tortura de ſocio de-
beat iurare dicta per eum eſſe vera Hip.in
ſua prac.in.§.diligenter nu.lxij.dicit iura-
re debere, & quod aſſeſſores erant in hoc
in non deferendo iuramentum reo moue-
384 tur. †Quia depoſitio ſine iuramento eſt
nulla l.iuſiurandum.C.de teſti.c.tuis eo.tit.
item etiam ꝙ vtraq; pars velit, non poteſt
teſtis deponeretur iuramẽto Ang.in l.ſi va-
cantia.C.de bon.vacan.libr.x.Fely.in c.ſi-
gnificaſti de homic.item quia etiã ꝙ ſit cõ-
miſſa cauſa alicui ſecundum eius conſcien-
tiam terminanda,requiritur iuramentũ ex
mente Ang.& Pau.de Ca. in l.pupillo.§.q
apud,ſupra de oper.no.nun.item ſummus
pontifex non poteſt tollere,nec diſpenſare
cum iuramento, vt teſtis ſine eo deponat c.
conſtitutus,& ibi no.de reſcript.& cũ reus
exiſtẽs in tortura habeat manus ligatas nõ
poteſt iurare,ideo eius dictum non valebit.
In hac q.exiſtimo reum non debere iura
re,& eius dicto ſtandum eſſe denominatio-

Source : BIU Cujas

ne facta conſocij in tortura in caſibus cōceſſis ad interrogandum, nam Abb. in c.j. de confeſ. vt Alb. de Roſ. in d.l.fi.C. de accuſa. dicunt magnam eſſe differentiam, quod deponat tanꝙ teſtis vel ꝙ deponat tanquam reus, & ideo cum reus deponat non vti teſtis, requiſita neceſſario in teſte non adhibenda ſunt in perſonam rei, & ſic iuramentum non erit neceſſarium, cum lex ſtatuat in teſte iuramentum dari, in reo autem nihil aliud dicat, niſi interrogari, nec de iuramento aliqua ſit determinatio. & exinde cū diuerſitas ſit inter ipſos, diuerſum ius ſtatui debet, nec de vno ad aliud licita erit argumentatio, l. papinia. exuli, ſupra de minori. Demonſtratur etiam hoc verum, quia depoſitio in tortura excedit dictum teſtis in aliquo. & dictum teſtis excedit dictū rei in tortura, nam ſi plures fuerunt conſocij, ꝗ deponant de altero ſocio in tortura ex dicto plurium nominatus non habebitur pro conuicto, & ex dicto vnius contra ſe habet inditium ad torturam ſenſit Bar. & ibi glo. in l.j.§. idem Cornelio hoc ti. Et Bald. in l.
385 qm̄, C. de teſti. volens. † Quod ex quatuor conſocijs tres non probent cōtra quartum delictum commiſiſſe, determinat etiam Alb. poſt Gabr. de oſſel. in trac. de fam. in l. fi. ij. col. C. de accuſa. & in hoc caſu ſi plures teſtes depoſuerunt de viſu, probant plene & habebitur reus pro conuicto, ratio eſt quia qn̄ ſunt plures correi, eſt vna tm̄ qualitas inditij, & ad hoc vt inditia dicantur plura, requiritur diuerſitas inter vnum & aliud, non autem ꝙ ſint eiuſdem generis, prout ſunt plures ſocij, qui faciunt vnū & idem inditium, ſecus in pluribus teſtibus, quia vnuſquiſq; deponit ex ſenſu ſuo, & ſi bonus fuerit, quilibet parum minus ſemiplena probatione dicitur facere d.l. cū pro-
386 batio ſupra de probat. † Quod autē inditia debeāt eſſe diuerſi generis ſenſit Bar. in l. vnus. §.j. hoc ti. & Paris de Put. in trac. Syndi. circa fi. in verb. viſo de repetitione, præterea videmus ꝙ maior virtus eſt in eo qui deponit in tortura ꝗ̄ ꝙ ſit in illo, ꝗ deponit tanquam teſtis. Nam deponens in tortura non eſt bonus, quia ſocius criminis nō eſt idoneus quia deliquit. poteſt repelli, ꝗa infamis ſaltem de facto, & ipſe ſolus facit inditium ad torturam, vt dictum eſt ſupra & tamen teſtis vnus de viſu, niſi habuerit qualitates prædictas, vt ſit bonus idoneus nec repellatur non facit inditium ad torturam, vt vidimus ſupra in inditio de teſte de viſu & ſic iſta duo reus & teſtis habens ſe uti excedentia, et exceſſa. Prĕterea reus poteſt dicere contraria in eius dicto & toleratur. l. nemo ſupra de exce. & dixi ſupra in verſ. mendacium. ꝙ nō eſt in teſte vt ibi.

Non obſt. quæ adducuntur in contrariū, quia loquuntur in teſte in quo de ſubſtātia requiritur iuramentum, ſecus in d. rei, quia hoc tantum conceditur a iure vt interroget per iura iam dicta iſtud ꝙ iuramentum nō requiratur ſenſit Alex. in conſ. lxxxix.
387 in iij. vol. † Tertius caſus eſt, quando interrogatio ſit in ea perſona quæ de iure interrogari non poteſt difficultas eſt, an faciat ſaltem præſumptionem, per quam iudex poſsit inquirere, Dec. in conſi. clxxxix inci. Letatus ſum tenet ꝙ ſi reus fuerit interrogatus in illis caſibus in quibus iure ī terrogari non poteſt, ꝙ non faciat prĕſumptionem vt inquiratur allegat multa conſilia Fulg. idem voluit Hipp. in ſua prac. in §. diligenter nume. lxvij. Contrarium puto verius, quia communiter Doc. tenent iudicem per talem depoſitionem poſſe inquirere. vt voluit Hoſt. Ioā. And. But. Abb. Anch. in d.c.j. de confeſ. per illum text. & hoc ſi depoſitio ſit facta in tortura, vel poſt torturam ſtatim, idem voluit Saly. in d.l.fi.C. de accuſa. Ang. & Ro. qui dicit hanc eſſe communem in l. & ſi certus. ſupra ad ſill. ꝙ idē voluit Imo. in d.c.j. de confeſ. ſubdens, ꝙ ſi fama contra nominatum inſimul cū dicto correi, ſufficiens erit inditium ad torturā.
388 † Tertio caſu quando aliquis deponit tanquam teſtis, & nominat aliquem in ſocium, vel deponit cōtra ipſum ſocium, eius atteſtatio vti a delinquente facta inducit qualemqualē præſumptionem, ita no. Abba. in d.c.j. de confeſ. dicens equiuocum eſſe in hac materia ſocij criminis, idem velle diſponere in reo, quod in teſte quem ſequitur Dec. in c. quoniam in fi. de teſti. vbi multa adducit, & pro eadem ſententia eſt text. in c.j. de teſti. li. vj. & in l. quoniā. C. de teſti. nec in hoc caſu facerem eam differentiam, quam multi faciunt, & de qua ſupra diſtinguēdo, ꝙ aut deponit in eo caſu, in quo nō poſsit interrogari, vt tunc ſit verum, ꝙ iam dixi aut ſi poſſet interrogari de conſocio tunc faceret inditium, quia dico abba. optime hunc caſum vti ſeparatam a præcedenti, poſuiſſe, nam ſi deponit tanquā teſtis & extra torturam, non debet facere inditiū, cum requiratur tortura vt dixi, nec aliter
389 ei credatur niſi dicamus. † Quod etiā quādo talis ſocius aſſumitur tanꝙ teſtis debeat torqueri iuxta l. ob carmē, ſupra de te

Source : BIU Cujas

ſti.& glo.in l.iij.§.l.iulia in verb.palam eo.
ti.de teſt.tunc enim ſi ponetur ad torturam
optime diſtinguet,an ſit caſus, in quo poſsit
interrogari nec ne.

390 †MORTVI depoſitio an faciat in-
ditium ad torturā Bar.Bal.& Ro.in l.ſi qs
in graui.§.ſi qs moriens.ſupra ad ſil.dicūt
per illū tex.inditiū non oriri adducitur gl.
in l.mater.C.de calum.quæ appellat dictū
defuncti vilem præſumptionem & gl.in c.
literas.de præſum.in prin.dicens dicto mo
rientis non eſſe credendum.& Bal.in verſ.
vaſalli in tit.de pa.conſtan.dicit morientē
non eſſe ſanctum Ioan.Baptiſtam, & ratio
redditur quia ſi dictum morientis proba-
ret,eſſe teſtis in cauſa propria,quod a iure
prohibetur l.nullus.ſupra de teſt.l.omnem.
C.de teſti.in contrarium, ꝙ immo eius di-
391 cto ſit credendum. † Quod quis nō de-
bet eſſe immemor,nec præſumitur ſalutis
eterne.l.ſi.C.ad l.iul.repet.c.ſancimus.j.q.
vij.adducitur gloſ.in l.j.C.de fal.cau.adie.
item & ratio, confeſsi ſine cauſa facta non
valet ſecundum But.in c.ſi cautio.de ſi.in-
ſtru.cum etiam a cōiter accidentibus,ꝙ de
breui moriturus non vult eſſe mendax, &
tenentes hanc partem reſpondent ad text.
in d.§.ſi quis morientis,ꝙ iſta verba intelli
gantur non eſſe credendum quo ad condē-
nationem & ſic in potiori ſignificatu.§.ſed
quotiens iur.natu.l.j.§.qui in perpetuum.
ſupra ſi ager vecti.vnde Hip.in.§.diligēter
in ſua prac.diſtinguit ꝙ aut ille, qui mori-
tur grauat aliquem eius dicto, & tunc ſi co
gnoſcitur,ꝙ non eſt boni ſenſus,aut ſinceri
intellectus,dictum eius non attenditur per
tex.in l.hac conſultiſsima.§.at cum huma-
na fragilitas,C.qui teſt.fa.poſ.in l.iubemus
C.de teſta.Aut eſt boni ſenſus, & tunc,aut
aliter poteſt probari delictum, q̄ per eius
dictum, & tunc dicto decedentis nō ſtatur
& ita procedat text.in d.§.ſi quis moriens,
aut non poteſt fieri probatio de delicto niſi
ex dicto decedentis, & tunc faciet inditiū,
392 ea ratione. †Quia multa conceduntur,
& teſtes inhabiles admittuntur ad hoc, vt
veritas habeatur.l.qm̄.C.de her.Sal.in l.ea
quidem.C.de accu.item multa concedūtur
ne delicta remaneant impunita iuxta.l.vul
393 neratus.ſupra ad l.aquil. †Item aſſeren
ti de geſtis a ſe plene creditur Paul.de Ca.
in l.quero.ſupra de edi.edi.& in l.quicūq;.
C.de ſer.fug.& quæ ponit Ia.in l.j.§.ſi ab-
ſens.ſupra ſi ex nox.cau.aga. In hac q.cre-
do inditium nō oriri ex dicto defuncti, qa
tex.in d.§.ſi quis moriens non vī ſ̄ proba
re vt dicam indiſtincte.Nec ob.ratio Hipp.
ꝙ confeſsio præiudicet,quia verum eſt, vt
dicunt oēs doc. in d.§.ſi quis moriens, ꝙ ad
ſui præiudicium ſtatur confeſsioni morien
tis, ſed non in alterius damnum & ita con-
cludunt omnes ibi,nec eſt verum,ꝙ tex.il-
le debeat intelligi, ꝙ non credatur quo ad
diffinitiuam,non autem quo ad inditiū, qa
inditium eſt pars probationis minus tamē
ſemiplena,ſi non creditur,& remota eſt ꝓ-
batio generaliter, ergo & inditium,quod
eſt ſpecies probationis,cum remoto gene-
re remoueatur & quelibet eius ſpecies l.
fundi.§.ſi.ſupra de fun.inſtru.cū alijs.Nec
ob.rationes,ꝙ multa concedantur, vt deli-
cta puniātur,& veritas habeatur,quia hoc
nunq̄ conceditur a iure, ꝙ quis poſſit de-
ponere in facto proprio,& pro exequenda
eius opinione, vt ſibi aliqualiter credat, &
teſtis deponens de geſtis a ſe deponit ad be
neficium & commoditatem alterius,nō ſui
ipſius vt in caſu noſtro & falſum eſt,ꝙ ple-
ne probet quia requiruntur alia inditia &
adminicula, vt per Pau.de Caſt.in d.l.qui-
394 cunq;.& per Iaſ.in d.§.ſi abſens. † Ad-
uerte ꝙ text.in l.ſi quis in graui.§.ſi quis
moriens poteſt intelligi in eo,ꝙ dicit nō eſ
ſe credendum ſi moriens dixerit, vt illa di-
cto ſi moriens ſtet conditionaliter q̄uis gl.
aliter ibi ſentiat vt ſi in articulo mortis exi
ſtens dixerit hoc, ꝙ ſit vim paſſus a ſeruo,
non credatur ea ratione, quia exiſtens in
eo ſtatu mortis præſumitur non ſane men-
tis,nec ſinceri intellectus,& ideo eius dicto
non ſtatur iuxta d.l.hac conſultiſsima.§.at
cum humana fragilitas & d.l.iubemus, &
hoc ſuadent verba tex.nam ſufficiebat, ꝙ
iuriſcōſultus dixiſſet,ſi quis moriens ſemel
& in prin.ſed quia noluit demonſtrare quo
tempore in particulari non ſit credendum,
domino,expreſsit tempus dicens, ſi moriēs
quaſi dicat,ſi non moriens,& ſic in articu-
lo mortis non exiſtens hoc dixerit,ſibi cre
datur, vt dicam infra & expoſitio glo.in
hoc caſu non poteſt ſtare,vt dicamus ſecū-
dum eam quod q̄uis ſit in articulo mortis,
non credatur,quia nec crederetur, ſi nō eſ
ſet in articulo mortis, vt ipſa innuit, quia
hoc non eſt verum cum ſit credendum do-
mino vulnerato,& non morienti de ſeruis
ipſis,& ideo per contrarium ſi vulneratus
mortifere ſuperuixerit per aliquod tēpus,
& fuerit conqueſtus de ſeruis, & dixerit a
ſeruis interemptū ſibi credatur vt in l.j.§.
ſi.eo.tit.ad Syllā.ea ratione, quia ſuper vi-
uēdo poſt vulnera præſumitur in bono ſen

ſu, &

Source : BIU Cujas

ſu,& quod dicat veritatem,& ei eſt credẽdum nam ſi habetur ſupplicium ex ſenatuſconſulto Syllan.contra ſeruos ex eo ſolo,ꝙ fuerint ſub eodem tecto.l.j.§.quęſtionem cum §.ſeq.&.§.ſi quis in villa, & hoc ex eo ſolo,quod eſt ſiniſtra ſuſpitio contra ſeruos de morte domini, tanto magis dicendum eſt,ſi ipſe dñs dicat ſe fuiſſe vulneratũ a ſeruis quia hoc caſu cũ agatur de re propria,& de ſeruis proprijs ipſi erit credendũ cum naturaliter quis non præſumatur velle conſumere ſuũ l. cum de indebito ſupra de probat. Sed aduerte ꝙ mihi videtur quod iſta argumentatio, quam faciunt doc. ex diſpoſitis in tit.ad Syllan.quod decidatur cõtra liberam perſonam illud idem nõ
395 ſit bona. †Quia facilius proceditur contra ſeruum maxime proprium conquerentis & occiſi,q̃ quod procedatur contra liberum,quo ad torturam,& quo ad alia,vt eſt tex.in l.ſi quis,& in l.ex libero hoc tit.not. Bar. in l.j.§.ſi ſeruus in prin.hoc tit.& ideo arguere de ſeruo ad liberum non videtur bonum, quia non eſt par ratio.
396 †DENVNTIATIO decani,ſeu centenarij an faciant inditium ex eorũ denuntiatione quandoque proponuntur iſti *denuntiatiores ad manifeſtandum maleficia,quæ fiũt in ciuitate,& in villis,vt quotidie ſeruatur & tunc iſtorum denuntiatio facit qualequale inditium, ex quo poteſt iudex procedere ad inquiſitionem,ita intelligitur l.diuus la ij.ſupra de cuſtod.& exhib.* re.& hoc determinat Bart.ibi in iij.q.*idem* volnit Salyc.in l.ea quidem in princi. in x. q.C. de accuſ.adducens pro hoc tex.ibi,& tex.in *l.j.C.*de decur. lib.x.& Alex.in conſil.i.in cauſa inquiſitionis formate colũ.ij. verſi.accedat volu.iij. & pro præſumptione innocentie ponit eã Cæp.in conſi.xxxj. ſuper homicidio colũ.j.verſic. prima eſt,& Ang.in trac.maleſi. in verb.nec nõ ad denũciationem col.vj.verſi.quero an denunciatori,& Hyp.in prac.in princi.nu. xix.& in conſil. vj.nu.ix. Quandoque præponuntur ad inueniendum delicta, tunc in grauibus ipſis non creditur niſi vti teſtibus, aut in leuibus,& ſi præpoſiti fuerint per formã ſtatuti ad inueniendum arma, & tunc ipſis creditur,vt per Bar.in d.l.diuus,& per Angel.addẽtes in loco prædicto, vbi videas.
397 †INCANTATIONES ſeu diuinationes quę fiunt per aſtrologos,geomantes,& per iſtas mulierculas ex inſpectione aque benedicte, vel ſpeculi vel cũ forcipe & cribro,vel ſimi.ſortilegijs,an faciant inditium, vt ſi dixerint Titium fuiſſe furem vel homicidam,Bru.in d.trac.indic.colum. xiij.verſi.quero an diuinatio dicit, ꝙ talibus non eſt adhibenda fides l. item apud labeonem.§.ſi quis aſtrologus ſupra de iniur. & ibi Angel.hoc tenet,ꝙ inditium non faciunt ad torturam, ſubdens, ꝙ iudices caueant, vt non errent moti ex diuinationibus l.verbum precibus.C.de infami. dicit tamen Brun.ꝙ Bal.in quodam ſuo conſi.tenet, ꝙ licet ars maleficiorũ ſit reprobata l. nemo.C.de maleſi.& mathem.tamen quandoque permittitur,ꝙ maleficiũ tollatur per aliud maleficium, ſi alio modo non poteſt quã per incantationem demonũ,vt not.per Io.An.de Rip.in ſum.cõfeſ.i rub.de imp.ligami.tamẽ nõ debet recedere a Deo quicquid ore proferatur,cum licitũ eſt aliquando de aqua turbida viuere, vbi deficit clara,& medicine ſumuntur ratione ſanitatis non delectationis,concludens, ꝙ quamuis ars diuinandi ſit reprobata,tñ vbi magnum ſcandalũ imineret,nec Deo nec hominibus reprehenſibile videtur,ſi fieret, & operabitur ad inquiſitionẽ non ad torturam,& ſi diuinator aliquẽ inculpat, poterit iudex pro illo mittere, & videre, qua con conſtantia aut trepidatione,aut quo palore aut rubore loquatur,& exinde ſumere inditium veritatis,& iſtud ſequitur Hyp.in ſua prac.in .§.diligenter nu.clxxxj.ponẽs exemplũ de *cadauere emittente ſanguinem ob ſuperuenientiã homicide,quod dicit vidiſſe & praticaſſe.* Aduerte ꝙ præcedens deciſio nõ *videtur aliquo modo mihi vera,vt non tãtum inditium non oriatur,ſed nec ſuſpitio,* per q̃ iudex poſsit moueri ad inquirendũ, ſeu alio modo procedẽdum, cum ſortilegia
398 ſint omnino prohibita. †Nec pro inueniendo furto eccleſię poteſt fieri incantatio aliqua etiam ſine demonum inuocatione, prout eſt tex.in c.j.& ij.de ſortileg.Et Ab. & Io.And.in d.c.ij.qui dicunt non eſſe licitum conſulere iſtos diuinatores, ſeu ſortilegos,etiam ſi hoc fiat ſine inuocatione demo-
399 num, ea ratione.† Quia occulta ſolus Deus ſcit,& eſt ſecretorum cognitor,& iudex c.erubeſcã.xxxij.diſt.vnde dicimus,ꝙ eccleſia non iudicat de occultis,& cum nõ poſsit probari,diſcretus iudex ſe non intromittit,ſed diuino iudicio relinquit l.& ſi reſtituantur.§.fi.ſupra de iudi.vbi Bald.dicit per illum text. quod iudex debet iudicare ſecundum conſcientiã,quæ cadit in homine ipſo tanquam iudice, & licet Deus omnia nouerit,non tamen ſic euenit in homine.



Source : BIU Cujas

400 †Præterea ſortilegi ſunt infames, & repelluntur a teſtimonio & ab accuſatione, & puniuntur faciendo ſortilegia, & grauiter peccant vt in d.c.j.& ij.de ſortileg.& in d.l.item apud labeonē.§.ſi quis aſtrologus. ſupra de iniur.vbi poſt illud, quod iniuriā faciat,& cū eo agi poſſit ſubdit tex.ꝙ conſtitutiones eum tenent,& ibi gl.in verb.cōſtitutiones dicit vltore gladio puniendos,
401 vt d.l.nemo. †Quomodo itaq; pōt iudex admittere ſortilegū, & ex eo accipere fundamentū ad inquirendū, cū non tm̄ eos rei, certe debeat,ſed ēt punire, & ſic vnde pœna deberet dari per iudicem,inde iudex accipere debeat fundamentū,arg.eorū quę hn̄r in l.non dubiū.C.de legi.& l.meminerint.C.vnde.vi,ibi ne inde iniuriarum na-
402 ſcatur occaſio, vnde iura naſcūtur. †Eo maxime ꝗa vterq; iudex tā ſęcularis ꝙ eccleſiaſticus pōt cognoſcere de tali crimine, & accerrime punitur ꝑ ius ciuile, & locus eſt pręuentioni inter eos,ita not. Abb.in d. c.j.de ſortile.in ver.credo ēt,ꝙ allegat to.tit. C.de maleſi.& mathema. vbi puniūtur vltimo ſupplicio,de iure vero canonico ſi ſunt viles fuſtigātur,ſi liberi,& honeſti damnantur ad perpetuos carceres.c.cōtra ydolorū. xxvj.q.v.Rom.in ſing.660.inci.tu ſcis, ex quibus concludo,ꝙ ex tali re prohibita,& punibili non pōt, nec debet iudex ſumere fundamentū ad inquirendū. Non ob. exēplū traditum per Hyp. qđ ſanguis exit ex cadauere ſuperueniēte interfectore, quia illud nō ꝓuenit ex incantatione,aut ſortilegio,ſed eſt quoddā miraculū, & ab occulto ꝓcedens,de quo dicā infra in inditio ſigni.
403 †IVDEX ſi vidit,an ſi ſit inditium ad torturā,vt puta ſi interfectus fuit homo in platea & iudex vidit nullis alijs exiſtentibus ꝓbationibus, dicas ꝙ nō prout voluit Spec.in ti.de ſent.& his quæ ipſi ſequun.§. qualiter verſicu. item debet ferri dicens,
404 †Quod iudex debet ꝓcedere ſcd̄m allegata & ꝓbata & nō ſcd̄m conſcientiā.c.iudicet.iij.q. vij.l.illicitas.§.veritas ſupra de offi.præſi.& per illū tex. dicit in caſu præmiſſo,qn̄ iudex vidit occidentē Specu.d.§. itē debet,ꝙ Azo.& Accur.cōſulti rn̄derunt qđ poteſtas nō potuit ponere illū ad qōnem qđ dictū ſequitur Bal.in l.fi. in prin.ver. itē quero.C.de appellat. Quod intellige ſcd̄m qđ ipſemet Spe.in ti.de notor.crim.§.fi.ver ſi.Petrus de Samia,vt ꝓcedat qn̄ eſt notum iudici,ꝗa in faciē eius ſolū homicidiū perpetratū ſit,ſecus ſi alij cū ipſo iudice fuerint qui poſsint delictū probare,& tūc ſecūdum qualitatē probationū orietur inditium, vel plena probatio,& ita intelligitur text,in §. qn̄.ij.q.j. Puto tn̄, quod iudex ex ea viſione poterit inquirere ſuper delicto, & ꝓcedere contra eum,quem vidit.
405 †NOMEN malū facit inditiū in gn̄e contra illud habentē,vt eſt tex.in c.j. & ibi Io.An.Car.& Imo.in verb.Bellial.de depo. & dicit Io.An.in c.cum ſcd̄m de preb. ꝙ ſi nomina deberent emi bona eſſent emenda magno pretio.& dicit Ab.in prohe. decre. col.ij.verſi. ideo quero,ꝙ ex turpi nomine qn̄q; oritur ſiniſtra ſuſpitio.credētes nō nulli illud nomē fuiſſe impoſitū ab euentu, & ibi Fely.nu.xxxij,dicit poſt doc.ꝙ ex malo nomine oritur ſiniſtra ſuſpitio ꝑ ea, quæ habētur in tex.& gl.in l.facta.§.ſi in danda. ſupra ad Trebel. vbi multas authoritates adducit & Iaſ.in rub.ſolu.matri.nu.xvj. Et Par.de Put.in trac.de ſin.in verb.mandauit col.viij.ver.qn̄ delictū,dicit verū eſſe malū nomen facere ſuſpitionē, & indicium,ſi cū eo cōcurreret mala fama (vt puta)qđ eſſet homo malę famæ, & vocaretur rampinus.
406 †PHYSIONOMIA mala, Et hæc generat ſuſpitionē in genere,& oritur præſumptio de mala natura,& vitiata, nō quātum ad præſumendū in ſpecie de ſpeciali, & determinato delicto,bona aūt phyſionomia prodeſt,vt voluit Bal.in l.ij.in ver.quę aūt C.quor.appel.nō recip.& dicit Par.de Put.in d.trac.in verb.mādauit col.viij.ver. qn̄ delictū,bis indiciū feciſſe per phyſionomiā vt vnū habentē bonā phyſionomiā iudicauerit innocentem,& aliū habentē malā phyſionomiā iudicauerit nocentem, & ſurem & ita reperijt veritatem eſſe.
407 †SIGNVM facit qn̄q; inditiū(prout voluit Cic.li.ij. ad Hæren.in c.in cā coniecturali in verb.argumentū dicens)num qui ſtrepitus,clamor,crepitus exauditus ſit, & Par.de Put.in d.trac.ſind.in d.verb.mandauit in fi. volēs,ꝙ ſi reperiatur occiſus puer in vna domo, & vicinus dicat, ꝙ per dies ante audiuit vnū puerū ibi plorantē, & hęc probatio valet per viā ſigni,per ea quę no. per Bar.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori,ſupra de no.ope.nun.& per Bal.in c.cum terra in fi.de elec.& ꝙ de eo fuit tractatum Romæ in quodam puero,quē iudæi in die iouis ſancta ſubtraxerunt,iugulauerunt,&
408 in ſecrete ſanguinē eius biberunt. †Itē ſi exhibeatur cadauer ante occiſores, & ex vulneribus ſanguis exibit,erit magnum inditium,a qua experientia non erit per iudicem recedendum, cum ſit rerum omnium

Source : BIU Cujas

magiſtra c.cum ſit de elect.in vij. & clem.j. de ætа. & quali. Et iſtud dicit Par. de Put. admiſiſſe pro vero Heur. de Gand. in ſuo coll.lib.vij.& c. Thad.mediç & Ang.in titu. de homici.qui dicit hoc accidiſſe in quodã ęgyptiaco, ſubdens ipſe Par. hoc fuiſſe expertum Rome tempore, eo quo occiſus fuit Cardinalis ſancti Marci, & Hyp.in ſua pract.in.§.diligenter nu.clxxxj. dicit ſe expertũ eſſe iſtud in ciuitate Albigane, & vidiſſe per præſentiam occiſoris cadauer effluere, & emittere ſanguinem, & iſtud habet communis hominum ſermo, ꝙ per præſentiam occiſoris cadauer emittat ſanguinẽ ex quo dixi ſupra in verb. incãtationes, ꝙ iſta emiſſo ſanguinis non prouenit ob incantationẽ, ſeu ſortilegium, ſed eſt quoddã a natura inſitum de quo ratio reddi non poteſt.

409 †FVRTI indicia poſſunt etiam aſſumi ex indicijs diuerſis concurrentibus in homicidio pro vt eſt tranſitus inſolitus, frequentatio vię, tẽpus vt noctis locus, vt ante domum maleficij confeſsio, conuerſatio cum malis, & alia permulta reſpicientia teſtium depoſitiones, loquella timida, palor, trepidatio, mendacium, dictum ſocij & alia complura, quę diligens quilibet poterit colligere ex iam dictis, & quia in diuerſis locis doc. vt ponunt inditia furti, ideo de his ſub

410 nectenus, & primo. †Solitus furari, & ſic mala fama facit inditium contra imputatum, ꝙ rem furto ſubtraxerit, vt eſt glo. in l.in ciuilem, & ibi Bal. & Saly. C. de fur.

411 †Volentes ꝙ ex conſuetudine oriatur p̄ſumptio, & Salyce.in l.ſi fugitiui.C.de ſer. fug. facit glo.in l.cum allegat.C.de vſur. Et quod dicit Bart. in l.Caſsius.ſupra de ſena. ꝙ malus ſemper præſumitur malus in alia re ſimili, & dicit Bar. hic loquens de inditio furti, quod mala fama facit qualequale inditium. Ex quo dico, quod de per ſe nõ ſufficeret ad torturam, niſi alia concurrent, vt

412 dixi ſupra in verb. vita. †Vicinus domui, in qua factum eſt furtum, ſi eam domũ notam habeat, indiciatur ꝙ furtum commiſerit, ita eſt tex.in l.dñs horeorum ſupra locati. ibi ꝓpter ædificiorũ notitiã in qõnem peti poſſunt, & ſuper eo, tex. & Bart. dicit, ꝙ qui habent notitiam domus ſunt ſuſpecti qñ domus frangitur, & hoc propter ędificiorum, notitiam, & ideo tales perſone de facili poſſunt torqueri ad inueſtigationẽ veritatis, vt in eo tex. & ideo officiales, quando cõmittuntur maleficia occulta, conſueuerunt capere vicinos, a quibus veriſimiliter poteſt declarari veritas, l.ſi ita in fin. ſupra de fund. inſtru. & inſtr. leg. Idem voluit Bal. ibi per illum text. dicens ꝙ ſi in aliqua contracta cõmittitur aliquod maleficiũ debent ad tormenta citius poni vicini, & domeſtici, & qui habent notã domũ quã illi, qui non ſunt vicini, nec domeſtici, ſubdẽs, argu. ſumi ex eo text. ꝙ furtũ præſumitur factũ a conuerſantibus in domo, vel ſaltẽ, ꝙ illi ſciant, quis fecit, quod ẽt voluit Saly. ibi, qui dicit, ꝙ habens notitiam rei poteſt de facili ad qõnem torture deduci, quod ſepius vidit ſeruari per iudices ad maleficia, & ꝙ præſumatur contra vicinos de delicto habetur Deuter. capit. xxj. quod idem voluit Bartol. hic in ij. colum. & Angel. & Sa-

413 lyce. in l.fina.C. de quæſtioni. †Limitatur iſta concluſio, vt non habeat locum in vicino, qui ſit bonæ famæ, nam tunc propter qualitatem perſone ceſſat inditium, vt ita voluit Bald.in l.j.in fin.C.locat. & iſtud eſt de mente Bar.in d.l.dominus horeorum dicit, a quibus veriſimiliter ſciri poteſt, & iſta veriſimilitudo eſt contra malos homines non contra bonos, qđ idem voluit Bru. in d.trac.de indic.in iij.q.princi. circa prin.

Aduerte ad vnũ quod dicit Hyp. in ſua prac.in.§.diligenter nu.xcvij. poſt Iaſ.in l. in actionibus col.pen.de in lit.iur. dicẽs, qđ Bald. in d.l. dominus horeorũ ponat limitationẽ prædictã de homine bone cõditionis, quia Bal. ibi nihil dicit, & ſi cõcluſio ſit vera in ſe. vt bonitas ammoueat inditium, & illud diminuat, ẽt in maiori, vt dicã in ſeq.

414 †Infero ex hoc ad hoſpitẽ, pœnes quẽ bona ſunt depoſitata per viatorẽ, vt ſi fuerint ſubtracta, ſit inditium contra hoſpitem & eius familiam, vt poſsint torqueri ob præſumptionem in genere ex mente Nico. de Matarel.in dicta l.prima. & ibi Bald. C. locat. & per Bartol. in l. prima.§.fina. ſupra fur. aduer. nau. caup.in fin. niſi ſit bone conditionis vt per Bald.in dicta l.prima. Et voluit Ange.de Arim.in additio.ad Angel.in verb. fama publica numero.cvij.

415 †Debet etiam haberi cõſideratio perſone viatoris, ſi veriſimiliter habere potuit bona quæ, dicebat ſubtracta, vt per Barto.in dicta l.prima.§.fina.ſupra fur.aduer.nau.caup. & ſic verificatur dictũ Bart. in dicta l. dominus horeorum, vt attendatur veriſimile, quod multum operatur in indicijs, vt dixi ſupra in v. præmiſſo etiam eſt glo.not.in l.ſi quando in verbo qualitate, vbi in rebus inuaſis attenditur qualitas perſone, & an ſit talis, qui veriſimiliter tot res teneat, vt petit.



Source : BIU Cujas

416 †FVRTIVA res ſi reperiatur penes
aliquem, inditium eſt ipſum eſſe furem l. in
ciuilem. & l. ciuile. C. de fur. ita Bar. hic idē
voluit Salyc. & Ang. per eadem verba in l.
fi. C. eo. Intellige prædicta procedere niſi
habens rem furtiuam penes ſe oſtenderit, a
quo habuit vt in d. ll. & ex mente dictorum
doc. Quid ſi is, qui habet bona penes ſe,
non poteſt probare, a quo habuit, nec oſten
dere titulũ, an habeat inditium contra ſe,
vt poſsit torqueri, Bal. & Saly. in d. l. in ciui
417 lem diſtinguunt. †Quod aut perſona,
penes quam bona reperiuntur, eſt grauis, &
honeſta, & tunc ex poſſeſsione non præſu-
mitur furtum arg. l. nō omnes. §. Barbaris.
ſupra de re mi l. Si vero eſt perſona, quę cō
miſerit, & propter frequentiam actus vt de
eo male ſit præſumendum, tunc poterit de-
ueniri ad torturam, vnde Saly. in d. l. fin. C.
eo. dicit, ꝙ ſi res reperta pœnes aliquē attē-
ditur qualitas eius pſone, vt ſi eſt vir alias
bone opinionis, vt eſt emptor, & reuēditor
panorum vſatorum, vt ſunt ſtrazaroli, qui
ab ignoto cōſueuerunt emere, tunc nō erit
inditium contra eum, vt dicam in ſeq.
418 †VISVS exire domum cum fardello
ſub veſte, vel pallio ſed quid eſſet ignoraba
tur, & hoc probatum fuit per duos teſtes,
iſtud erit vehemens arg. ꝙ ſubtraxerit res
deficientes in domo, & q̃ dicebantur fura-
te ĩ loco vnde ille exiuit, vt voluit Ang. in
l. ij. C. eo. de qō. Et tale inditium erit habi-
le ad torturam, cũ ſit indicium propinquũ
delicto, prout eſt illud viſus admenare gla-
diũ, & alia ſimilia, de quibus dixi in Indic.
homic. cum ſeq. Iſtud inditium tollitur, ſi
ille qui exiuit domo fuerit vir probus, vt
voluit Ang. in l. milites. C. eo. de. q. qui dicit
ꝙ ſi eſſet qō de furto pannorum vel etiam
pecunie, & probatũ ſit, ꝙ vnus magnus mer
cator magne fame, & nobilis vite illo tunc
exiuiſſet de domo, de qua diceretur tunc
ſubtracta pecunia, & comprehenſus fuiſſet
portare ſub clamide aliquid, ſi probetur il-
lud inditiũ per duos teſtes, non erit ſufficiēs
ad torturā, quia non eſt veriſimile, ꝙ tantus
vir ad tā vile maleficium prorupiſſet, ſed ſi
cum iſto iudicio concurrent alia, vt puta, ꝙ
probaretur, ꝙ incontinenti poſtq̃ exierit,
viſus fuit expendere multā pecuniā eiuſdē
forme, cuius dicebatur ſubtracta pecunia,
& quia conſtabat pecuniam ſubtractam, &
reperitur, ꝙ tpe ſubtractionis nullus intra-
uit domũ, niſi ꝙ iſte viſus fuit exire, tũc di-
cendũ eſt eũ eſſe torquendum, quia ex iſtis
duobus ducitur veriſimilitudo, & offuſca-
tur pręſumptio, qđ idē voluit (ſequēdo hāc
doctrinam Ang.) Brun. in tra. de indi. colũ.
ij. Et Auguſt. de Arim. in addi. ad Angel. in
trac. maleſi. in ver. fama publica nu. xij.
419 †VISVS exire tēpore noctis e domo,
in qua furtum eſt commiſſum, habet inditiũ
contra ſe, cum lex male præſumat contra
agentem de nocte, vt eſt gl. in l. furem. ſupra
de ſica. & factum tempore noctis eſt ſuſpe-
ctũ l. fin. ſupra de efractor. & expil. Et poſ-
ſunt deduci in hoc, quę dixi ſupra in indic.
homic. in verb. Tempus, & dicit Bal. in cō
ſil. ccccxxvij. quædā mulier in fi. volu. v. ꝙ
perambulare de nocte ad loca ſuſpecta, &
per perſonas ſuſpectas, & a talibus ſuſpitio-
nibus torture ceperunt, & neceſſarie ſunt l.
dolum. C. de dol.
420 †EXPENDENS multam pecuniā
de illa ſtāpa, ſeu cuneo, cuius fuit pecunia,
quæ dicitur ſubtracta, habet inditium con-
tra ſe, vt dixi ſupra poſt Angel. in l. milites.
C. de qō. Et voluit Brun. in tract. de indi. q.
iij. circa prin. Sed aduerte, quod nō puto
tale inditium eſſe ſufficiens ad torturam, cũ
ſit inditiũ remotũ, a maleficio, ex quo non
debet quis torqueri, vt dixi ſupra in præ-
miſ. vj. & eſt de mente Ang. dum vult, per
hoc inditium, & alia inditia coadiuuari in
d. l. milites.
421 †EXPENDENS pecuniā, cũ ante
eſſet Pauper homo, nec reperitur vnde ha
beat, inditium habeat contra ſe, vt voluit
Bar. hic argu. tex. in l. Quintus. ſupra de do-
na. inter virũ & vxor. quod ēt voluit Saly.
Ponens verba Bar. in l. fi. C. eo. de quæſt.
422 †RES ſubtracta, ſi cedebat ad commo-
dũ imputati, & non alterius, facit inditium
contra eum v. g. inſtrm̄ quod ad eũ pertine-
bat, non reperitur, vt voluit Bartol. hic per
tex. in l. j. §. ſed ſi quis inſtrumenta. C. de la-
tin. liber. tol. quod idem voluit Ang. & Sa-
ly. in d. l. fin. C. eo. de qō. quod dixi ſupra in
indic. homic. in verbo qualitas perſone ſed
puto, quod non faciat inditium ad torturā
vt dixi in præced. indic.
423 †FVGA famuli ex domo domini, ĩ qua
res fuit ſubtracta, facit inditium contra eũ
voluit gloſ. in. §. ſi vero in verb. factum in
auth. de exhib. rei. dicens, ibi eſſe optimum
arg. contra ſeruientes fugientes, vt eo ipſo
res amiſſas videantur ſubtraxiſſe, ex quo
dicit ibi Iaco. de beluiſ. ꝙ erit inditium cō-
tra fugientē, ſed ꝙ pp talem fugam ſolā nō
ſit tormentis ſubijciendus, quia exiguntur
argumenta, ſiue inditia l. j. in prin. ſupra eo.
& d. l. milites, C. eo., & etiam quia fuga aliā.

Source : BIU Cujas

cit perſonam, nec eſt regulata, ſiue demonſtrata directo principaliter ad crimẽ, idem voluit Brun. in d. trac. de indi. q. iij. in prin.

Aduerte, ꝙ Io. And. in addi. ad Specu. in tit. de præſump. in addi. quæ incipit lex vnica dicit opi. Iac. de Bel. in d. §. ſi vero de iure procedere, & eſſe veram in quantũ vult inditium oriri ad torturam, ſed (dicit ipſe) de conſuetudine ſeruatur contrariũ. Puto, ꝙ in caſu (de quo agitur) & ex fuga famuli oriatur inditium ad torturam ſi dominus conqueſtus & veriſimile ſit, ꝙ potuerit talia bona ſubtrahere, cum eſſent penes dominum, nam vltra fugam habet hoc genera

424 liter. † Quod de natura iſtorum famulorum eſt furari, vt voluit Bald. per illum tex. iunc. glo. in l. fi. in ver. in tex. ibi de furtiuis, C. quib. ad liber. proclam. non lic. dicens ꝙ natura ſeruorũ eſt furari, quod idem faciunt famuli ſcholariũ, intellige tñ ꝙ cõcurrat veriſimilitudo ex parte domini, & ex parte ſerui, vt dixi ſupra in verb. vici-

425 nus domini in fi. † Culpa cuſtodis, ob quã furtum factum ſit, facit inditium, vt ipſe cuſtos torqueatur, vt furẽ indiciet, ita voluit Bar. per illum tex. in l. j. ſupra de offic. præfec. vigil. & etiam voluit Bal. in loco vt infra. Intellige iſtud procedere, niſi eſſet factũ furtum in loco qui, bene cuſtodiri non poterat, vel tempore, quo cuſtodiri non poterat, nã tunc per rerũ naturam culpam abeſſe probatur, vt voluit Bal. in l. iij. §. cognoſcit in fin. ſupra eo. de offic. præfec. vigil. & dicit eſſe tex. ibi dum vult, cuſtodes puniẽdos eſſe plerunꝙ, quaſi dicat non ſemper l. ſemper. §. hoc interdictũ ſupra quod vi aut clam. cum etiam id, quod non eſt poſsibile, cuſtodibus non eſt iniungendum argu. l. titius. §. fi. ſupra de execu. tuto, Nec eſt homo, qui ſemper poſsit vigilare l. ſeruitutes. ſupra de ſeruit.

426 † F O R M A pedis Furantis in terra humida facit inditium, vt voluit Alb. in l. indicia colũ. ij. C. de reb. ven. dicens, quod vidit quendam iudicem maleficiorũ hoc modo, ꝙ quidam inculpabatur, ꝙ furatus fuerat vuas de vinea, & quia terra erat Balneata, & humida, & apparebat ibi effigies, ſiue forma pedum illius, qui furatus fuerat adduxit illum ad locũ, & reperijt pedes eius concordare cũ forma, & effigie, ex quo inditio quaſi indubitato eum condemnauit.

Putarem tamen, quod iſtud non eſſet inditium ad condemnationem, ſed iũctis alijs poſſet torqueri, nam poſsit de facili contingere, quod eſſet ſimilitudo pedum, & is nõ eſſet qui rem ſubtraxiſſet, & per conſequẽs de per ſe non eſſet ſufficiens inditium ad torturam per ea, quæ not. Bal. in l. non hoc. C. vnd. legit. & dixi ſupra in ij. notab. Hoc idem ſenſit Bal. in conſil. ccccxxvij. quædã mulier vol. v. dicens quod iudex nõ debet procedere ad tormẽta ex furore animi, ſed debet habere eũ moderatum ratione, & intellectu, ſubdens, quod per motionẽ, & veſtigia pedum ſignificatur qualitas luporum & vulpium, & ex ſemita pedum cognoſcitur vnde tranſiuit latro, qui ſoliciti venatoris laqueum non euadit l. in laqueum ſupra de acqui. rer. domi.

427 † R E S aliqua (ſi relicta eſt in loco furti, quæ iuſtificetur eſſe alicuius) facit inditium contra eum, vt vult Cic. in d. lib. ij. ad Heren. in c. in cauſa coniecturali, in ver. factũ, dicens, ſi telum, ſi veſtimẽtum, ſi aliquid huiuſmodi relictum ſit, aut ſi veſtigium rei fuerit, quod intellige vt dicam in ſequen.

428 † Schala ante feneſtrã domus, in qua factum fuit furtũ an ſi dicatur, quod illa ſchala viſa fuit in domo alicuius, ſit prǽſumptio contra ipſum ad tormenta, Par. de Pute. in tracta. de ſindic. in verb. an ſtetur dicto torti colũ. vij. verſi. an ſi reperiatur dicit, quod non faciet inditium ad torturam, quemadmodum dicimus de re inuenta pœnes aliũ, quæ fuit furto ſubtracta, & quia potuit alter cepiſſe ſchalã, niſi ille talis, in cuius domo reperta eſt ſchala, ſolitus ſit talia committere, quod dic. & intellige, vt dixi ſupra in hac par. in verb. Res ſubtracta.

FINIS.



Source : BIU Cujas




# SOLENNIS TRActatus de quæſtionibus, æditus per domi. Iaco. de Arena.

## SVMMARIVM.

1 *Queſtio dicitur multis modis.*
2 *In quæſtio. publica, pactio nil prodeſt reo, etiam contra paciſcentem.*
3 *In priuata, quid.*
4 *Reus paciſcendo data pecunia infamis redditur.*
5 *Iudex debet inquirere quamuis accuſator deſiſtat.*
6 *Reus nõ habetur pro cõuicto ſi tranſigit, vbi ex crimine pœna ſanguinis irrogatur, niſi in cã adulterij ſecus ſi gratis paciſcatur.*
7 *Homicidium eſt maius adulterio.*
8 *De crimine falſi potius quam de alijs quare liceat tranſigere.*
9 *Pactio ſi fiat ante accuſationem inſtitutam, accuſator non incidit in turpilianum.*
10 *Reo an detur exceptio ex pacto.*
11 *Delinquentis plus, melior, non detur etiam conditio.*
12 *In præſumẽdo crimine plus proſequitur qui pœnam ſanguinis timet quã qui nõ timet.*
13 *Rei melior eſt conditio in pari cauſa.*
14 *In adulterij quæſtione quæ proponitur ad thori ſeparationem, põt fieri reconciliatio.*
15 *Diſtinctio quãdo bona publicantur ipſo iure propter delicta, & quãdo per ſententiam, & per totum.*

QVÆSTIO multis
1 modis†dr̃, nam quędã
dicitur ciuilis, quędam
criminalis, quædã mixta. ciuilis, aut publi-
2 ca, aut priuata.†In publica, pactio nil pdeſt
reo, et contra paciſcentem, vt l. iuriſgentium, §. ſi paciſcar, de pac. & l. iij. §. ſi is. de ſepul. viola. & ita authoritatis maioris eſt pactio, quã res iudicata, & illis agere põt quilibet, niſi collatione deteſtata, vt l. iij. ff. de popula. actio. & l. eum qui. §. in
3 popularibus, de iureiur.†In priuata dic, aut e contractu vel quaſi, & tenet in pręiudiciũ paciſcentis, non alterius, nec tunc pactũ infamiam notat, niſi ſit aliquis vitiãs pactum vel tranſactionẽ vt l. cauſas. C. de trãſactio. & l. non minorẽ, & l. ſi vnus. §. ante omnia. de pac. & in l. in accuſatione. de his qui notã. infa. Nec diſtinguo an nata eſſet actio tẽpore cõuentionis, an nõ, vt l. j. C. de pac. & l. here. §. filio. & l. pactũ. ff. eo. & l. fideicommiſsi. de tranſa. ſaluo eo qđ dr̃ de pacto per ꝙ dolus remitti procuratur. de quo dr̃ in l. ſi vnus. §. illud. ff. de pac. & l. in cõmodato. ff. cõmoda. & l. contractus. de reg. iu. & l. cõuenire. de pac. conuenti. ſi vero ex delicto, aut eſt naſcitura, aut eſt iam nata. ſi naſcitura, quia nõ eſt cõmiſſum adhuc delictũ nõ tenet, vt l. ſi vnus §. pacta. & §. item ne. de pac. ſi vero nata eſt tenet in præiudiciũ actoris, vt ſibi tollatur actio, vel ſibi paretur cõtra actorẽ exceptio, vt l. iuriſgentiũ. §. ſi paciſcar. & §. fi. & l. ſi tibi. §. quędã & l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pac. & l. poſt deciſionẽ. C. de
4 fur.†Reũ vero paciſcẽdo data pecunia infamẽ reddit, ſi eſt famoſa, niſi in tranſigẽdo iudicis abſit authoritas, ſed gratis impetrauerit, vt ſecũ ageretur, nõ erit infamis. alias nõ eſſet ratio veniæ, qđ eſſet in humanũ, vt l. athletas. §. fi. cũ. l. ſeq. & l. furti. in prin. de infam. & l. nõ dãni. C. eo. in criminali, dic ꝙ aut poſt inſtitutã actionẽ fit pactũ, aut ante. Primo caſu aut cũ authoritate, iudicis, &

Source : BIU Cujas

valet,& accuſator non incidit in Turpilia-
nũ,nec reus hr̃ pro conuicto. Itẽ ab eodem
accuſatore pœna nõ redderetur niſi de licẽ-
tia Principis abolitionẽ abolitionis, poſtea
concedentis vt l. j.& l.q̃uis.C. ad Turpili.
& l.j.de aboli.& l.furti.de his qui not. infa.
& l.miles.§.poſt abolitionẽ.& l.qui deſtitit.
ff.ad turpilia. Alias aũt ſi eſt publicũ crimẽ,
vt in dictis.ll. & probatur in l. maritus.§.ſi
negauerit,de adult.& l,qui cetu.§.qui vacã
te.ad leg.iul.de vi.interdũ nil operatur au-
thoritas iudicis,vt ſi corruptus dedit licen-
tiã deſiſtendi,vt l.venales.C.quan.appella.
non eſt neceſſ.& c.fi.de colluſio.Quãdo au
tẽ dare debeat hanc licentiã, & quando nõ
hr̃ in l.ij.& l.fallaciter.C.de abolitio. Si ve
ro ſine authoritate Iudicis,& tũc accuſator
incidit in turpilianũ,vt l.j.C.ad turpilia. &
l.ab accuſatione.poſtea reum in inditiũ de-
ducit,vt l.in accuſatione.C.qui accuſa. nõ
poſſ.& in l.ſenatus.& l.qui deſtitit,ff.ad tur
pilia.ẽt ſi ſit tale crimẽ,de quo lex dicat nõ
trãſigi,vt in adulterio vt l.abolitionem.C.
de adult.& not.in l.quamuis.C.ad turpilia.
5 †Iudex aũt habet inquirere quãuis accuſa-
tor deſtitit,vt l.ij.C.de abolitio.& c.j.& ij.
de collu.nam hoc ſpectat potiſsime ad eius
officiũ,vt l.congruit.de offi.præſi.& l.iube
mus.C.de defenſ.ciuita.& hoc propter vti-
litatem publicam,vt l. ſi operis.C. de pen.
ſed in priuatis accuſationibus ſit ſecus, in
quibus prætor ad nil aliud intendit, quam
vt dirimat controuerſias litigantiũ,& in cri
minalibus intendit vt maleficia puniantur,
& terreantur homines delinquere exẽplis,
vt l.j.§.vnde queritur.de no.oper.nun.& l.
bona fides.ff.depo.& l.j.C.ad leg.iul.repe-
tun.Si queratur an eo ipſo ꝙ reus eſt pactus
habeatur pro conuicto,cũ videatur re fuge
re veritatis inquiſitionẽ per tale pactum,vt
l.de crimine.C.de adult.& confiteri,vt l.cõ
ſiliarios.C.de aſſeſſor.& in l.in populari.&
6 de ſuſpec.tut.dic,†aut ex crimine irroga-
tur pœna ſanguinis,& tunc nõ habetur pro
conuicto ſi tranſigit,niſi in cauſa adulterij,
quod eſt ſecus ſi gratis paciſcatur,vt l. tran
ſigere.C.de tranſac.& l.in omnibus,de prę
uaricat.& l.j.de his qui ſibi mor.& l.de cri
mine.C.de adulte.Ratio eſt in adulterio,qa
pudicitiam inuitiatam in ſubditis lex exi-
git per præceptum,vt in authen. de lenon.
& propter delicti frequentiam.xxxj.q.vij.
quid in omnibus, & ideo maiorem pœnam
exegit,vt l.factum.§.fin.de pen.Idem credo
in raptu,vt l. pen.C.in quib.caſib. pro pre.
li,cũ pudicitia violet, & maior reatus ver-
ſetur,vt l.qui cetu.§.qui vacãtem.de vi pu-
blica.Idem in inceſtu,eadem ratione,vt l.ſi
adulterium cũ inceſtu. ff.de adult.& xxxij.
quæſtio.vij. Si adulterium. Alij vt Ioan.di-
cunt contra in his duobus caſibus, quia ſic
frequenter committuntur,nõ autem eſt ra-
tio in adulterio ſola criminis magnitudo,
7 cum iam in† homicidio ſreprobaretur pa-
ctio quod eſt maius adulterio. xxxiiij.q.ij.
ſi quid verius.quod non eſt,vt d. l.tranſige-
re.Si vero non irrogatur pœna ſanguinis,
dic,quod aut gratis paciſcitur,& non habe
tur pro conuicto,vt l.furti.§.pactum,de his
qui no.infam.aut per pecuniam, & tunc ſic
in crimine falſi,vt dicta l.tranſigere,& l.ip-
ſe ſignificat.C.de fal. & l.fiſci. & l.eius. de
8 iure fi.& d.l.in omnibus. † Sed quare licet
tranſigere de crimine falſi, potius quam de
alijs,cum in accuſatione etiam de falſo in-
cumbat onus probandi, vt l. vbi.C. de fal.
quod non eſt in aliis , vt l. fallaciter. C. de
aboli.Dico,tranſigi poteſt de falſo,vbi per
hoc a quæſtione pecuniaria receditur, vt l.
ipſe.C.de fal.quam tranſactionem cõſtat in
pœnam pecuniariam eſſe validam,vt l.cau
ſas.C.de tranſac.Item per tranſactionem fi-
des inſtrumẽti approbatur, & purgatur tur
pitudo quæ inerat,ſi eſt in cauſa perſonalis
cõtractus per dolum vel metum extortus,
vt l.ij.C.quod met.cau. & l.ſi res.ff.de iure
do.& l.tranſactione.C.de tranſac.vbi vero
non diſceditur a pecuniaria diſceptatione
videtur quod vt in alijs diſtinguatur , an
ingerat pœnam ſanguinis,vel non,vt in pri
mo caſu non intelligatur conuictus , ſecun-
do ſic,vt dicta l.in omnibus,& l.tranſigere,
cum ratio diuerſitatis reddi non poſsit , ſi
9 †ante accuſationem inſtitutam fiat pactio,
tunc accuſator non incidit in turpilianum,
vt l.prima.C.ad turpil.& l.in ſenatus.ff.eo.
Reus vero in cauſa ſanguinis non habetur
pro conuicto,niſi in adulterio,alias ſic præ-
terquam in falſo,ſecundum l.tranſigere. &
l.nondum.C.de infam. & l. quoniam.ff.eo.
10 & dicta l.in omnibus,& l.eius qui.†Sed an
reo detur exceptio ex pacto.dic ſecundum
quoſdã,quod aut eſt priuata accuſatio, aut
publica.primo caſu ſic a contrario ſenſu d.
l.tranſigere.nam propria erat remittentis,
vt l.fina.de priua. delic. & l.j. de publi.iu-
dic.ideo potuit eam remittere,vt l.iuriſgen
tium.§.ſi paciſcar. de pact. Secundo caſu
dic, quod aut irrogatur pœna ſanguinis ,
& datur exceptio contra alium, & tunc ip-
ſe idem admittitur,vt dicta lege tranſigere.
& dicto.§.ſi paciſcar. & l. tertia.§.ſi is. de



Source : BIU Cujas

11 ſepul.viola.Secundū hoc videtur†quod ſit
melior conditio plus delinquētis,quod eſſe
non debet,vt l.iij.§.j.de dona.inter vir. &
vxo.& l.diuus.de offi.præſi.& l.pedius.de
incen.rui.& naufrag.& l. presbyteri.C. de
epiſco.& cleri.& ideo dic,quod in crimine
publico exceptio ex pacto nō paretur in-
diſtincte,vt d.§.ſi paciſcar & l.ſi vnus.§.itē.
& d.§.ſi is. & l. ius publicum. de pac. Nec
obſt.l.tranſigere.quia hoc ſolum notare vo
luit,vt pactus in cauſa ſanguinis,non intel-
ligatur confiteri, in alijs publicis crimini-
bus pactus pro pecunia intelligitur confite
ri, vt l.in omnibus. de præuarica. & l.j.de
bon.eo.qui mor.ſibi.Ratio diuerſitatis eſt,
quia qui in hoc dubio culpatur, per ſolam
dationem pecuniæ reum vt victum non ha-
bebit,cui erat pœna ſanguinis irrogāda, cū
ibi cauſa ſit diligentius examinanda, vt l.
additos.C.de appella. ſecus vbi talis pœna
non imminet,nam præſumitur quod ob ma
lam conſcientiam dederit,vt l.non damna-
12 tos.C.de infamib. † In præſumendo ergo
crimine,plus proſequitur qui pœnam ſan-
guinis timet,quam qui non timet.Sed decla
rato crimine per probationes,plus nō ſub-
uenitur vni quam alteri, immo vterꝙ puni
tur ſecundum qualitatem delicti. Sed quid
ſi reus,qui dando pecuniā habeatur pro vi
cto.velit oſtendere ſuam innocentiam,an ei
ſubueniatur,vt nō habeatur pro victo.Re-
ſpondeo ſic,ſi oſtendat, immo repetit datū
ſi euidenter accuſatoris calumnia oſtenda-
tur,vt l.ſeruus.§.j.de adulte.& l.ſi ab eo.ff.
de calū.& in l.in ſumma.de cōditio.indeb.
Sed an qui ab accuſatione deſtitit, poterit
pecuniam petere ſibi conuentam ob hoc.
Reſpondeo,refert quia aut fuit nuda con-
uentio,aut fuit in ſtipulatione deducta, pri-
mo caſu non agit l.ſiue apud.C.de tranſact.
& l.quamuis.ad turpilia.Secūdo caſu ſi fuit
accuſantis euidens calumnia,& nō agit l.in
ſumma.de condi.indebi. Si vero non fuit,
tunc diſtinguitur , aut irrogatur pœna ſan-
guinis ex crimine,& tunc agit,aut nō irro-
gatur & tūc nō,vt l.ſi quidē.C.de contrahē.
ſtipulat.in prin.quia ex parte agentis, tur-
pis eſt pactio.Itē quia adhuc poteſt accuſa-
re, & ſic ex parte ſua nullo modo pactum
13 impleuit. † Item quia in pari cauſa melior
eſt conditio rei,vt l.apud celſum.§.marcel-
los.de do.except. Sed quid ſi a propinquis
& hæredibus occiſi fiat pax,an habebit ex
hoc defenſionē ne accuſetur vel puniatur.
Dicunt quidam quod ſic, per l. tranſigere.
& l.iij.ff.ad Sylla.& l.ij.C.de aboli. econ-
tra quod non, cum ſit accuſatio publica, vt
l.j.de pub.iudi.& iure publico per priuatū
nec in ſe,nec in alijs præiudicari pōt,vt di-
ctum eſt per d.§.ſi paciſcar. & l. ſi vnus.§.
pactus.& l.ius publicū,& l.iij.§.ſi is. de ſe-
pul.viol.& l.cetu.§.qui vacantem.ff. de vi
publi. & l. marius.§.quod ſi negauerit. &
ibi per Dyn.de adulte.nec obſtat.l.iij.C.de
aboli.quia ibi non dicit parari ſecuritatem
reo, ſed dicit Iudicē petenti abſolutionem
debere indulgere,etiā ſi per pecuniam deſi
ſtere velit,quia ſuam ſequebatur iniuriam.
14 †Item in quæſtione adulterij, quæ propo-
nitur ad ſeparationē thori poteſt fieri recō
ciliatio,vt in.§.adulterium,in auth. vt nul.
li iudi.Item in querela inofficioſi teſtamen.
ti,vt l.cum mota.C.de tranſact.& l.ſi inſti.
tuta de inoffi.teſtamē.Item pōt dici in que.
rela ingrati,in ſpirituali pactio admittitur,
& tranſactio reprobatur niſi in matrimonio
15 vt c.ſuper eo.& cap.ſi.de tranſac.†Quando
autem propter delicta bona publicantur
ipſo iure,& quādo per ſnīam,diſtingue ſic,
quod aut quis deliquit circa res quæ prohi
bita ſunt per legē,& tunc aut deliquit cir-
ca illa, circa quæ eſt prohibitum delinqui,
ne fiſco præiudicetur,& ne res vēdite trāſ-
ferantur, vel non capaci quis reſtituat hæ-
reditatem, vel tacitam fidem accommodet
de reſtituendo, & tunc propter ſuum deli-
ctum res circa quas deliquit publicātur ip-
ſo iure, vt l. cōmiſſa.de publica.& l.j.§.an
bona.de iure fi. & l. imperator.eo. titu. aut
deliquit circa res, circa quas eſt prohibitū
delinqui,ne præiudicetur priuato, & ne qs
inuadat rem alienam, vel ſuam quam alius
poſſidet,& tunc non ipſo iure,ſed per ſen-
tentiā. vt l. ſi quis in tantam.C.vnde vi.&
l.j.C.ne lice.pot.& l.fin. de litig.Aut deli-
quit faciendo commerciū rei contra legem
in præiudicium reipublicæ,vt præſtādo ar-
ma hoſtibus,& tunc non ipſo iure, ſed per
ſnīam bonis ſuis priuatur,vt l.fi.C.quæ res
ex non de. Aut deliquit circa prohibitum
priuilegiū in ſui & in reipublicæ fauorem,
vt eſt in milite rem aliquam conducente,
tunc accipiens ipſo iure ſuis priuilegijs pri
uatur,& qui eā locauit, ſuis priuatur reddi
tibus ipſo iure,vt l.fina.§.facturos.C. loca.
Aut delinquit mixtim circa res in præiudi-
ciū priuati,& reipub.& tunc vbi delictum
commiſſum eſt ipſo iure Domino nō aufer-
tur,ſed per ſententiam,vt l.quicunꝙ.§.ſi fe
cerit,C.de hære.Aut deliquit circa res acci
piendo eas ante tempus a lege permiſſum,
vt adeundo hæreditatem ante factam vindi

Source : BIU Cujas

etiam de morte occiſi, & tunc non ipſo iure, ſed per ſniam bona auferuntur, vt l.necare.§.j.ff.ad Sylla.& l.ſi ea.ff.de his quib.vt indig.Secundo caſu principali, qñ quis deliquit non circa res, ſed circa perſonas, & tunc dic, Aut deliquit circa ſe ipſum tm̃, ſe occidendo, & bona ſua per ſniam publicãtur non ipſo iure, vt l.in fraudem.§.eius bona.&.§.ſi.ff.de iure fiſ.Aut deliquit in ſecũ alijs, vt in deum vel Principem, vt eſſendo hæreticus, vel apoſtata, vel committat crimen læſæ maie.tunc neceſſaria eſt ſnia ſup crimine, qua lata, bona ipſo iure publicantur l.quiſquis.C.ad leg.iul.maieſta.& l.ex iudiciorum de accuſat.& l.poſt contractũ.de donatio.l.j.C.de apoſta, & licet ſtatim non perdat bonorum dominium, ſed ꝑ ſententiam, perdit tñ adminiſtrationem eorũ, vt l.pen.C.ad leg.iuli.maieſta.& l.donationes.& l.ſi eum.qui & a quib.& d.l.ex iudiciorum. Aut deliquit in ſe, in Deum, et in legem, vt accipiendo filiam, vel ſororem, vel neptem.vel aliam prohibitam in *vxorem*, tunc ipſo iure omnia publicantur bona, vt in auth.de inceſt.nupt.in prin.& in authẽ. de muli.quæ pri.ma.§.ſcimus.Aut deliquit in hominem *tantum*, & legem, vt liberum hominem *pignori* accipiendo, & tunc debito *priuatur, vt in* authen.*vt nulli* iudi.§.qa vero.Aut in *iudicij conceptione* aduerſarium fallit, & tunc *ſi circa diffinitionẽ* iudicij in contumaciam perſeuerãdo *ipſo* iure a ſua cadit actione, *vt in* auth.qui *ſemel*, aut circa præparatoria, *vt* quia non *vult* præſtare ſacramentum, tunc non ipſo iure, ſed per ſententiam.*vt* in authẽ.*vt* lice.ma.§.illo.vel poteſt dic, quod ſi a lege ſuper his præferantur, verba præteriti vel præſentis temporis, & tunc per ſententiam, vt in contrarijs, vt l.ſi quis in *tantam* C.vnde vi.fallit in auth.de non alien.§.ſuper hoc autem & per hoc eſt argu.quod per verba futuri temporis fruſtra legata relinquũtur, vt l.Titia cum.in princi.de lega.j.Sed per verba præſentis temporis, ſic, vt l.qui volebat.de hæredib.inſtitu.& l.teſtamento militis.de manum.teſta.& l.ex hac de verbo. ſignificatio.& eſt ratio, quia verbum futuri temporis obtinet vim conditionis, vt l.qui promiſit.de conditio.& demonſtratio. & notatur in l.penulti.C.de inſtituti.& ſubſtitutio. Laus Deo.

F I N I S.




# TRACTATVS

De quæſtionibus, & tormentis clariſsimi ingenij ac legum apicis do. Baldi de Periglis Peruſini.

## SVMMARIVM.

1 *Iudex humanitate non modica pollere debet non enim debet ſtatim ad quæſtiones, & torturas procedere.*

*Quæſtio non de qualibet leui cauſa aut crimine eſt habenda.*

Indicia *quelibet non ſufficiunt ad* torturã.

2 Tortus *non eſt ad torturam repetendus niſi duobus concurrentibus.*

Iudex *eo vti debet temperamento, vt tortus aut innocẽtie, aut ſupplicio ſeruetur ſaluus.*

*Quæſtio quid proprie dicatur.*

3 *Quæſtioni poſſunt ſubijci liberi & ſerui, & ſtatuliberi & liberti.*

4 Minor *tredecim annis non debet torqueri, poteſt tamen ferula vel corrigia cedi.*

5 Decuriones *aliquo caſu torqueri poſſunt.*

6 *Quæſtio repeti non poteſt niſi nouis ſuperuenientibus indicijs.*

7 Iudex *equus in quæſtione repetenda quæ at-*

*tendere debeat.*
*Tormenta quo ordine ſunt proponenda.*
*Fœmina maſculo præfertur in tortura.*
8 *Tortura ex quibus cauſis poſsit adhiberi.*
9 *Indicia quæ & qualia torturam præcedere debeant.*
10 *Conuerſatio mala operationis male eſt indicatiua.*
11 *Indicia ſumi poſſunt ex trepidatione vel conſtantia.*
12 *Fuga inditiũ facit de maleficio perpetrato.*

## Capitulum primum circa diſfinitionem queſtionis.

DE quæſtionibus tracta
turus videndum eſt pri
mo quid ſit quæſtio. Se
cũdo quæ perſone poſ
ſunt torqueri, et quomo
do. Tertio qualiter in
quiſitio ſeu quæſtio de
bet fieri, ſiue cum quo
moderamine ſunt habẽ
da tormenta, & quo or
dine ſunt homines torquendi, & ex quibus
cauſis, & quid oportet præcedere quæſtio
nem. Item quid ſit queſtionis effectus. demũ
formabo aliquas quæſtiones vtiles & fre
quẽtes ſuper prædictis. Et vt iudicibus im
moderate ſeuientibus aliqua temperies im
1 ponatur, præmittã quinq; in generali. † Pri
mum eſt ꝙ iudices qui intendunt de aliquo
quæſtionem habere, ante omnia habeãt hu
manitatis rationem ſiue conſiderationẽ vt
non facile ad tormentum pro ſiliant. nec re
pente accedant qnantumcunq; accedãt aut
adſint veriſimilia argumenta, ſi alia leuiori
via poteſt obiecti criminis veritas haberi
ſeu reperiri. ff. eo. l. diuus. j. & ij. reſpon. &
l. edictum. & C. eo. l. quoties. Secundo vero
quod nõ de qualibet leui cauſa nec de quo
libet leui crimine, nec indifferenter de qui
buslibet perſonis habenda eſt quæſtio, vt
d. l. edictum. Tertium vero quod quelibet
inditia non ſufficientia ad tormenta haben
da, tunc enim torquendus eſt reus cum ſu
ſpectus & inditia præceſſerũt talia quod ſo
la confeſsio deeſſe videatur, vt ff. eo. l. j. ij.
2 reſpon. † Quartum vero quod in qõne non
eſt quis repetendus, in duo concurrant cõ
tra eum, ſcilicet quod noua ſuperueniant i
ditia, & quod tortus in fortitudine corpo
ris quãtumcunq; dur uerit, vt ff. eo. l. vnius.
§. j. Quintum vero quod iudices hoc tem
peramentum tenere debeant vt tormenta
non ſumãt de aliquo in immẽſum, nec quã
tum poſtulauerit actor, ſed quantum mode
rate rationis temperamẽta deſiderãt, adeo
quod tortus ſaluus innocentie vel suppli
cio conſeruet, vt l. de minore. §. tormenta.
& l. qõnis modũ. ff. eo. Alias tenetur de in
iuria. ff. eo. l. item apud. §. quæſtionis. Et qõ
diffinitur ſic. Quæſtio eſt inquiſitio quædã
quæ fit ad eruendam veritatem p tormẽta
& corporis dolorem. Nuda ergo interpre
tatio & interrogatio. vel leuis intentio per
tinet ad hoc edictũ, vt ff. de iniu. l. itẽ apud.
3 §. adijcitur. ver. quæſtionem. † Quæ perſo
ne torqueri poſſunt, & certe torqueri poſ
ſunt tam liberi ꝙ ſerui & liberti & ſtatuli
beri, vt l. edictum. & l. ex libero. ff. eo. & l.
prægnantis. ff. de pœ. Licet quidam dicant
liberos homines indubitanter tam in ſeip
ſos quam in alios poſſe torqueri, vt l. ex li
bero. in prin. ff. eo. & l. vnius. §. teſtis. l. ſicut
& l. ſi quis decurio. C. de falſ. & l. prodito
res. ff. de re mili. in cor. vt iudi. ſine quoquo
ſuff. §. omnes. coll. ij. quo ad crimina & quo
ad perſonas cuiuſcũq; conditionis exceptis
in dignitate pontis torqueri ꝑmittit. C. qb.
ex cau. infa. irro. l. nullam. vbi de hoc. C. de
aſſeſ. l. nullus. in fi. Omnia ſupradicta loquũ
tur de qõnibus habendis de liberis homi
nibus, excipiuntur alique perſone quas ius
torqueri non ſinit, quidam propter etatẽ,
4 vt minores. xiiij. annis. † Nam torqueri non
poſſunt, verumtamen ferula cedi vel terre
ri corrigia, vel virgis leniter poſſunt ad er
uendam veritatem, vt l. j. §. impubes. & l.
excipiantur. ff. ad ſilleia. & l. de minore pri
mo reſpon. & l. ex libero. §. de minore. ff. e.
Item decrepitis ſubuenitur. vt non torque
antur. Sed quæ dicitur iſta etas cui debet
ſubueniri. Reſpõdeo vt ff. ad. ſill. l. ij. §. igno
ſcitur. Itẽ poſiti in dignitate non torquent
vt eminentiſsimi iudices, & milites, & de
curiones, & filij, & nepotes. ſ. prędictorũ ne
aliqua macula ĩ eos aſpergat, vt de eo. l. mi
lites. & l. diuo marcho. & l. decuriones. ff.
de decur. l. fi. ſed in qbuſdam criminibus
dignitas non præbet excuſationem, nec mi
noritas quin torqueantur, ut in crimine læ
ſæ maieſtatis proditoribus & qbuſdã alijs,
vt ff. eo. l. de minore. j. reſpon. & ff. eod. l. ex
libero. §. j. & de re mili. l. deſertores. §. is q.
5 & l. proditores. † Itẽ decuriones in aliquo
caſu torquent cum queritur de fide inſtru
mentorum quæ ante decurionatum fecerã

Source : BIU Cujas

vt ſi quis decurio.C.ad l.cor.de falſis.Item
mulieres dum ſunt pregnantes torqueri nõ
poſſunt vt l.pregnantis.ff.de pen.hic non
eſſe in immenſum habenda ne quanta po-
ſtulauerit accuſator ſed moderate ratio-
nis &c. vt l.de minore.§.tormenta.ff.eod.
Et circa hoc non poteſt certa doctrina dari
nec tradi.Sed iudex cõſiderabit cuius forti
tudinis ſit torquẽdus, vel cuius debilitatis,
vel cuius valetudinis, cuius etatis, & ſcdm
etatem varietatem perſonarum, veritatem
criminis ſeu alterius negotij qualitatẽ qñq;
a ſuperioribus,qñq; minoribus vtatur tor-
mentis.Et quod hæc ſint conſideranda ar-
guitur per iura ff.de re mili.l.aij.§.ſi.l.ſi qs
ad ſit.in prin.& §.conueniatur.& l.j.§.im
pubes.Dic ergo torqueri vt innocentie uel
ſupplicio conſeruet incolumen. Sed quid
ſi ſit ſemel habita qõ de aliquo qui nil forte
dixit,vult iudex repetere qõnẽ de aliquo
nouo accidenti,nunquid poteſt videtur qd
ſic,per l.repeti.ff.eo.& vbi lex non diſtin-
guit nec nos diſtinguere debemus, vt l.de
6 pretio.ff.de pub.† Tamen dic quod nõ ni
ſi nouis inditijs interim habitis,vt quia tor
tus dicebat nullum iſta nocte tacuiſſe vbi
maleficium fuerat commiſſum,poſtea inuẽ-
tum eſt p teſtes quod alius vel ſimilia adijt.
Et hæc eſt communis opinio, non tñ alle-
gant aliquid,tu allegabis.ff.de verbo.ſign.
l.boues.§.hoc ſermone.ff.pro ſo.l.ſi ſocius.
pro filia.§.ne ſi prior. Aſſeſſores tñ honoris
& auidi & cupidi hoc nõ ſeruant,imo quo
tidie quæſtiones repetunt abſq; nouis indi
cijs quouſq; de obiectis annuant veritatem
quorum opinio poteſt argumentari ſeu de
fendi per l.iij.auth.vt iudi.ſine quoquo ſuf.
§.oportet.col.ij.vbi iudices torquent furẽ
& nõ prius conquieſcant.†Conſideret aũt
bonus iudex in qõne repetenda qũo tortus
in animo & fortitudine corporis perſeue-
rauerit.ff.eodẽ.l.vnius.§.reus.Quo ordine
ſint habenda tormẽta.Rñ. ſagax iudex eſti
mabit & conſiderabit a quo facilius poſſit
veritas erui, vt ab iſto quæſtionem inci-
piat,& a timidiori magis ſuſpecto a minori
& etiam a debiliori non autem a fortiori,
ff.eod.l.j.§.j.& l.vnius.j.reſpon.Item ſi tor-
quendi ſunt pater & filius a filio incipiat,
& in aſpectu patris,quia per hoc citius di-
cet pater cũ ipſe magis torqueatur l.iſti q-
dã.ff.quod met.cau.& inſtitu.de noxa.ac.
§.ſed veteres.Item fœmina prius torquea-
tur quam maſculus, quia homo tanquam
maioris conſcientie & cõſtantie tardius cõ
fiteretur, & mulier citius, quia momenta-
neum.& inſtabile cor habet.C.de inoffici.
teſta.l.filij.extra de verbo.ſignific.c.forus.
8 l.differre.ff.de iure fiſci.†Ex quibus cauſis
torqueantur homines ex ciuili & crimina-
li & tunc cũ aliter veritas non poteſt inue-
niri.ff.e.l.diuus.& l.ex libero,et l.quoties.
C.eo.in ſumma eo.tit. non tamen ex omni
cauſa torquendus nec quilibet indifferẽter
ff.eo.l.edictum.Sed quæritur quæ oportet,
præcedere quæſtionem.Dic inditia ſufficiẽ
tia & veriſimilia, quia a tormentis non eſt
inchoandum.ff.eo.l.j.j.reſpõ.Nam ſine prę
ſumptionibus non eſt quis torquendus.ff.
eo.l.diuus.& l.maritus.& l.ſi.C.de fal.l.ſi-
cut in ſi.Et certe rectoribus eſt valde con-
ſiderandum,& ponderoſe aduertendũ, nũ-
quid præcedentia ſunt veriſimilia & ſuffi-
cientia ad habendam torturam, cum alias
reſtitutio vel appellatio ſubſequens pro-
deſſe non poſſit.Nam plurimi dum torquẽ
tur deficere ſolent.ff.de pœn.l.aut.§.j. &
ideo torturam oportet præcedere inditia,
vt probatur in iuribus præalleg.& C.eo l.
milites.& l.cum cognitionaliter.& cum ſi.
9 †Sed quæ & qualia inditia.Reſpondeo nõ
bene poteſt dici ſed committitur arbitrio
iudicis.ff.de teſt.l.iij.in princi.ibi tu magis
ſcire.&c.Sic dicitur de mora & acceſsio-
nibus.ff.de diuer.& temp.præſcri.l.acceſ-
ſionibus.ff.de vſur.l.mora.& iſtud eſt gene
rale,quod non determinatur a iure,ideo re
linquitur arbitrio iudicis,vt in penis a iu-
re non determinatis,vt in l.hodie.ff.de pœ.
& l.ſancimus.C.de pen.ff.de effract.l.ij.§.
j.& ſic de tempore quod indeterminate ꝓ-
fertur.ff.de lib.in l.j.in prin.Poſſumus tñ in
genere talem doctrinam ponere quod di-
ſcretus iudex ſolenniter inſtare debet ad
indagandum inditia contra delictum ex ali
quo crimine.Nam inditia ſunt alias proba
tionibus proxima.Et dicuntur inditia qua-
ſi demõſtratiua mentis, & veritatis,& pro-
bationum adminicula.C.de proba.l.inſtru
menta.& l.ſi.ſunt autem inditia pars pro-
bationis clare.C.q teſta.face.poſ.l.hac cõ-
ſultiſsima.§.demum ibi inditia &c.Et dicũ
tur inditia ab indicãdo, vnde inditia id eſt
debita adminicula ad indagandam verita
tem C.ad l.iul.de adul.l.ſi quis adulteri.ff.
10 de præſcri.ver.l.ſolent. † Quęrat iudex
inſtanter cum quibus,per quæ loca conuer
ſabatur delatus quẽ torquere intendit,qm
mala conuerſatio eſt male operationis indi
tium.ff.de admin.tut.l.ſi plures.§.aſsidue.
Nam ex mala cõuerſatione bonus efficitur
vitioſus,ff.de edil.edi.l.ediles.§.pedius ibi.

Source : BIU Cujas

alleator.forte &c. Nā cū Pſalmiſta ait. Cū ſancto ſanctus eris, & cū peruerſo peruerteris &c. Dictum Philoſophi qualiſcunq; talium conſolatio delectatur. Item cōſideret loca quibus conuerſabatur, quia ex locorū varietate varia colligitur cōiectura, vt C.ſi manc.ita.fu.al.l.fi.ff.de pœn.l.aut.§.omnē. Item iuſte quęritur ſi erat inimicus offenſi vel ſi aliqua offenſio interuenerat īter eos, quia tunc erit præſumptio culpe, quia inimicum de inimico malum cogitare, & facere facilius ius permittit præſumi, vt ff.de his qui.vt ind.l.ſi inimicitie.ff.de adim.leg.l.iiij.§.fin.ff.eo.l.j.§.pręterea inimicorū. Itē inueſtigare debebit cuius eſtimationis, & fame qualis enim fama, & opinio cuiuſcūq; in ciuitate, talis præſumitur.ff.eo.l.de minore.§.tormenta ibi vel cuius eſtimationis. ff.de rei vendi.l.ſi ambo.j.reſpon.in auth.
11 de teſti.l.ſancimus.alias.§.j.coll.vij.† Item poterit iudex ſumere inditia ex conſtantia vel trepidatione vocis, vel membrorū, vel pallore, vt d.§.tormēta. locutio enim & cōſtantia & trepiditas eſt eſtimatio cuiuſcūq; ideo eſtimanda & indagāda eſt, qm̄ multa afferunt ad inueſtigandam veritatem, & in lucem emergunt, vt d.§.tormenta. Item inquirat cuius vite primo fuerit, & an talia vel cōſimilia de quibus inculpatur ad pręſens facere conſueuerit. Nam de vnoquoq; bonum vel malum pręſumimus, conſideratis primo agitatis ab illo.ff.de re mili.l.deſertorem.§.ſi.ibi qui ad hoſtem confugit.et l.non omnis.§.a barbaris.ff.de ſuſp.tut.l.tutor quoq;.§.quandoq; poteſt eſt geſtis enim præterite vite metimur geſta præſentis vt C.de præpo.agen.in rebus.l.ij.§.ſi.libr.xij. Item an fuerit eum minatus, quoniā erit inditiū quod operibus impleuerit quod verbis terrendo profudit. cum ex dictis hominum facta penſemus. C.ſi quis impe.maled.l.j.ff.de ſup.leg.l.labeo. Item conſiderandū an talis ſit qui conſueuerit & poſſe habuerit; talia implendi, quod eſt notandum.ad l.iul.maieſta.l.famoſi.ibi.an poterit facere et
12 an ante quid fecerit. †Item ſi iam fuit inditium contra eum vel ſe abſentauit poſt perfectum maleficium ar.in auth.de exhib.§.ſi vero.& de confeſ.§.conſiliarios, cū ſi. Itē teſtes recipiat ſuper maleficio loco vbi fuit commiſſum de voce publica & fama quæ ipſa omnia coadiuuant effectū ad tormenta.ff.de ſol.l.j.§.flumen ex multis alijs caſibus inditia ſumat ad formandum conſcientiam pro inuenienda veritate delicti & criminis.

## SVMMARIVM.

1 *Confeſſio rei non ſtatim ſibi præiudicat, ſed expectari debet eius in eadē perſeuerantia.*
2 *Crimen ſponte confeſſus ſtatim eſt incarcerandus.*
3 *Torto in tortura cōtra alium deponēti quādo credatur.*
4 *Tortus in quibus caſibus ſit de alijs interrogandus.*
5 *Accuſatus ſuper vno furto & tortus, ſi confeſſus fuerit an poſſit torqueri ſuper alijs.*
6 *Torquendus petens dilationem ad reprobanda inditia an ſit audiendus.*
7 *Defenſio ſua nemini eſt deneganda.*
*Teſtis quando dictū ſuum retractare poſſit.*
8 *Confeſſio facta in tormentis an aliqui d operetur, ſi in ea non perſeueretur.*
9 *Tortus abſque inditijs ſibi non præiudicat conſitens in tormentis.*

Secundum capitulum loquens de effectu quæſtionis.

DENVO reſtat videre qs ſit quęſtionis effectus. Et certe abſq; fortitudine tormentorum vltro quis crimē cōfiteatur, dixerunt quidā pceptores moderni eum nō eſſe
1 damnandum.†Sed debet iudex ſtare p diē vel per aliud tempus ſecundum qualitatē criminis, & perſone conditionem & interim facere reum corā ſe præſentare, vt tūc interroget an velit perſeuerare in confeſſione quam fecit aut contradicere vel reuocare. Et hoc ideo dicunt ipſi quia confeſſio rei ſtatim non præiudicat nec ſtatim facit plenam probationem, vt C.de cuſt.reo.l.ij. Item intelligant leges quę non diſtingūt formidine tormentorum an ſponte habita cōfeſſio ad hoc.ff.eodem l.j.§.diuus.ibi cōfeſſionis reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportere.&.§.ſi quis vltro. & ſic dicebant ipſi intereſſe inter confeſſionem habitam in ciuilibus, & habitā in criminalibus in hoc ſcilicet in ciuilibus non eſt opus perſeuerantia ſed ſtatim tenet, in criminalibus vero ſi vltro ſine formidine tormentorum habita fuerit confeſſio opus eſt perſeuerātia per prædicta iura. Nec mi-

Source : BIU Cujas

rum dicebant ipſi ſi intelligatur pondera-
te,l.ſolenniter procedatur tam in crimina-
libus quam in ciuilibus. Nã vbi eſt maius
periculum ibi eſt cautius agẽdum.C.de fal.
l.vbi eſt melius.C.de pen.l.qui ſententiam.
extra de elec.cap.vbi maius li.vj.Nec mi-
rum ſi tam varia quã criminalia inditia ni.
hil commune habent vel ſimile cum ciuili-
bus in princip.de publi.iudi.Tu dic cõtra
2 & hæc eſt cõis opinio †quia ſi quis in ſe cõ
fitetur crimen ſponte ſtatim eſt incarceran-
dus & illico abſq; alia confeſsione uel per-
ſeuerantia damnandus.ff.de cuſt.reo.l.fin.§.
reſpon.& C.de pœ.l.conreis,Ita intelligũt.
l.confeſſus.ff.de cuſt.reo.Non ob.§.ſi quis
vltro.&.§.diuus quia intelliguntur in con-
feſsionibus habitis in tormentis, & ſic in-
telligitur.l.ij.C.de cuſt.reo. ſecundum ve-
riorẽ lecturam.vt patet in fi.l.ibi & ſic &c.
Sed ſi in tormentis vel formidine tormen-
torum,& tunc nõ debet ſtatim haberi pro
explorato, vt dic.§.diuus & C.app.reſcin.
non poſſe.l.ij.& eſt ratio,vt ff.eo.l.j.§.quæ-
ſtioni,&c.& tunc habet locum l.ij.C.de cu
ſto.reo.vt iudex faciat ad ſe criminoſum re
dire, & querat vtrum velit criminoſus in
ſua quæſtione perſeuerare an retrahere uel
contrarium.& ſi perſeuerauerit tenet con-
feſsio alias non,vt.§.ſi quis vltro,& lege ij.
3 C.quæ appella.non recip.†Sed quid ſi ali-
quis ſubijcitur quæſtioni ,& confitetur cõ-
tra alium,nunquid ſtetur dicto ſuo?Reſpon
deo diſtinguendo,aut torquetur ſimpliciter
in alios,vt in ſocios non in ſe.& tunc ſtatur
dicto ſuo cum alijs inditijs,vt iudex ex di-
ctis torti & alijs inditijs ad condemnationẽ
procedat.C.de aſſe.l.nullus.in fi.ff.eo.l.edi-
ctum.& l.j.§.qui quæſtionem ibi alterũ in
magis ſuggereretis quam requireretis &c.
ad idem Tullius in Topicis.Nam in tormẽ
tis vbi libet fatigati quę dicunt ueritas ipſa
videtur dicere ſaluo ſibi dixiſſet de inimi-
co,quia non eſt facile credendum.Sed nec
ſcilicet omnino fides retrahenda,ſed cauſa
cognita fides erit adhibenda alias nõ.ff.eo.
l.j.§.præterea,& arg.ff.de teſti.l.iij.in prin
cip.aut loquetur in ſe nihil de ſe confitetur
tunc habent locum proprie ſupradicta.ſi
vero confitetur de ſe & alijs,& tunc ſecun
dum Acc.cuius opin.valuit, eſt in veritate
regula & inſtantia regule regulariter de ꝓ-
prio ſcelere confeſſus ſuper conſcientia nõ
ſcrutetur aliena,quia tortus de ſe non con-
feſſus debet interrogari de alijs maxime cõ
ſocijs,vt ff.eo.l.q de ſe C.e.l.ſicut i prin.C.
de act,l,fi,Tũc ſi de facto ſuo interrogatus
dicat ſine interrogatione accuſo alios,non
ſtatur dicto eius,fallit in caſibus in quibus
de ſe cõfeſſus interrogatur de alijs, ſi tamẽ
contra illos vel alios præcedant inditia.
4 † primus caſus in communibus latronibus,
& maxime q de ſe confeſsi torquendi ſunt,
& interrogandi de ſocijs de mandatoribus,
& receptatoribus.ff.de cuſt.reo.l.diuus.C.
de ſer.l.pe.Secũdus.C.de fal.mone.l.j.Ter
tius ad exhi.l.fi.Quartus de ſeruo de nece
domini in ſe confeſſo,vt torqueatur ,& in-
terroget ur quo mandante &c.ff.ad ſille.l.
prius.& l.& ſi percuſſor. Quintus ad l.agl.
l.inde neratius.§.& ſi ſeruus.Et bene dicit
ſi aliqua præcedant inditia , quia alias non
debet de alijs interrogari.C.eo. lib.itẽ eius
reſponſio non erit plena probatio contra
alios quos inculpauerit.Sed nunquid pro-
pter iſtam talem præſcriptionem poterunt
iſti inculpari , & ad tormentum poni.Re-
ſpondeo quod ſic in dictis caſibus.ar.pr.al.
nullus.et ar.ff.eo.l.edictum,& ar.ff.eo.l.j.§.
cum quis latrones.ar.quod idem in alijs.ff.
eo.l.j.§.diuus adrianus colſurnio.In alijs
vero non l.fi.C.de actu.ff.eod.l.is qui.·Sed
quid ſi perſona inculpata a torto ſit homo
male fame, & conditionis,nunquid in alijs
factis caſibus ꝙ in iſtis explicatis poterit
ſubijci quæſtioni.Dic de iure, quod ſi non
præceſſerint inditia ſufficientia nec incul-
patio eius facta erit , vt C.de act.l.final.ff.
eod.l.is qui.ergo quod inde ſequitur perin
de, ideſt tanquam prohibente factum non
valet, vt l.non dubium.Tamen de conſue-
tudine videtur torqueri pro qua.ff.eod.l.j.
5 §.diuus.†Sed quid ſi accuſatur quis de fur
to inditijs præcedentibus ,ad iſtud furtum
torquetur,& confitetur illud furtum , nun-
quid procedit in tortura ſiue reperitur vt
indicet , & confiteatur de alijs furtis ſe fa-
ctis, & commiſsis ad quæ nulla habentur
inditia.Dic quod non de iuris ſubtilitate.
argu.eorum quę dicuntur in proxima quę-
ſtione.Pro iſta parte eſt etiam quia quantũ
ad iſta furta de quibus in genere vel ſpecie
non queritur nulla procedunt inditia, & ſi-
ne inditijs nemo torquendus eſt.C.de falſ.
ſicut.ff.eo.l.j.in prin.& l.maritus.Sed de ge
nerali conſuetudine Italie ſeruamus cõtra-
rium,& ſpecialiter in furtis, quia frequen-
tant magis,quæ couſuetudo poteſt adiuua-
ri per l.non omnes.§.a barbaris.ff.de re mi
lit.l.congruit.de offi.præſi.Sed quid ſi ali-
quis nondum eſt in tormentis , & dicet tor-
menteris me quantum velitis,quia non ſum
culpabilis nec aliquid dicam,ſic omnia dif

Source : BIU Cujas

ſitetur,nũquid debet ſtatim a tormentis relaxari,& dimitti vt recedat,Certe non,immo procedatur ad torturam cum temperie vel aſperie ſecundum criminis qualitatem. & ſi confiteatur,bene quidem,ſi non iudex debet ipſum in carceribus detinere,et ſi noua aderunt inditia,& quæſtionem,repeter, & alterius thematis a prima.Si autem non aderunt inditia noua,tunc ſtatuet actori dilationem competentem ad probandum, & ſi poterit cõuinci condemnabitur alias nõ.

6 ff.eo.l.ij.§.præterea,& l.vnus. † Sed quid ſi præcedunt criminis inditia per quæ iudex informatus procedere poteſt ad torturam.Dicit reus domine iudex detis mihi defenſionem alias dilationem antequã ponatis me ad torturam,quia paratus ſum incontinenti redarguere contra inditia recepta contra me. Nunquid eſt audiendus,& ſibi ſit defenſio danda anteq̃ torqueatur. Vr̃ quod non per l.iiij.C.vbi ſena.vel cla.l.ibi nec quas ante probationes iniurias,& cætera cum in illis perſonis in dignitate conſtitutis ſit ſpeciale ,ergo in cæteris perſonis contrarium erit ius cõe.ff.ad munici.li.j.in fin, Præterea primo probat actor fundata intẽtione ſua reus poterit exceptiones ſuas proponere.C.de except.l.ſi quidam.& de proba.l.exceptionem,ergo debet fundare, & probatur intentio cõiter per teſtes , & ꝑ confeſsionem rei anteq̃ audiatur in ſua defenſione ſeu exceptione reus.Tu dic cõtra quod primo ſit danda defenſio antequã torqueantur,maxime qñ quid late allegatur ꝑ ipſum accuſatum quo probato nõ deberet iudex ad tormenta procedere illa ratione quia ab interlocutione facta a iudice quod aliquis torqueatur appellat.ff.de app.l.ij. & eſt conſideranda cauſa quare a tali interlocutoria permiſſum eſt appellare.Nam ſi defenſio permitteretur poſt torturã nõ poſſet poſtea recuperare detrimentum membrorum,vt d.l.aut notatur modo eadẽ ratio vendicat ſibi locum in propoſito ſeu cũ appellatur vel defenſio datur ſi primo alias ſi non appellatur.Nam ſolent quidam defice

7 re in qõne.ff.de pœn.l.aut.§.j.† Præterea etiam alias confeſsio ſua defenſio datur.C. de cuſt.reo.l.ij.multo magis huic nõ denegabitur.præterea quod iam cõdemnato ex confeſsione ſua in tormentis etiam perſeuerata princeps ſubijcit ẽt poſt ſententiã retractando ſi conſtiterit de innocentia condemnati.ff.eod.l.j.§.ſi quis vltro . Si ergo iam condemnato , & confeſsio conceditur defenſionis facultas,multofortius ante torturam denegari non debet.Cui enim quod plus eſt conceditur non debet denegari qđ eſt minus,vt in regula iuris. Quid plura lex dicit quocunq; petenti defenſionem danda eſt.ff.eo.l. vnius.§.cognitorum ibi quoque ipſo poſtulãte reo &c.Sed quid ſi teſtis fuit tortus,& in tortura cõfeſſus nunc ante ſententiam dicit ſe erraſſe,nunquid poterit reuocare errorem ſuũ.Reſpondeo aut eſt error facti aut iuris.Primo caſu poteſt vſque ad ſententiam.Et eſt ratio quia nõ videtur fateri,quia errat ff.de confeſ.l.ij.in princip. Item talis error non ſolet vſq; ad ſententiã obeſſe.ff.de iur.& facti igno.l.ij.Nam condemnatus ex cõfeſsione in tormentis ſinec perſeuerauit in ea innocentiam ſuam docere voluerit,& ſi oſtẽderit abſoluatur.ff.eo. l.j.§.ſi quis ultro.multofortius errorem ſuũ ante ſententiam probare volens debet audiri.Item iſte non perſeuerauit in confeſſione ſua ex quo non expectauit ſententiã. Item confeſſus formidine tormentorũ auditur appellans.C.quo, appell.non reci.l.ij.ſi errauerit in iure , tunc non poterit venire

8 contra confeſsionem ſuã,vt d.l.error.†Sed quid ſi aliquis eſt confeſſus in tormentis, nec perſeuerauerit in ea,nunqđ talis cõfeſſio aliquid operabitur , vr̃ quod ſic.ſ.ſemiplenã probationẽ,vt no.C.de cuſ.reo.l.j.ff. eo.& l.j.§.diuus.& intelligitur in cõfeſsione torti in qua nõ fuit perſeueratũ.vel dic, & forte verius quod ibi perſeueratum ſi talis confeſsio non plenam nec ſemiplenã ꝓbationem inducit qñ nullo modo confitet & formidine tormentorum confitenti ſine perſeueratione equiparentur.C.qñ appel, non ſit l.ij. Sed quid ſi aliquis eſt tortus nullis legitimis indiijs præcedentibus,nunqđ

9 valet eius cõfeſsio.†Dic quod nõ quantũcunque in ea perſeuerauerit vt eſt expreſſum.ff.eo.l.diuus.§.ex quibus.& l.pen.ſecundum vnam lecturam.& arg.C.ſi ex fal. inſtr.l.iij.& iiij.probo a tormentis non eſt incipiendum.ff.eo.l.j.ij.& iij.l.maritus.& l. miles.C.eo.ergo ipſis deficientibus quicqđ ſequitur ipſo iure nõ valet,vt l.non dubiũ, C.de legi.& de fide inſtrumen,l.j,lib.x.de appella.l.nominationis.& ff.de regu.iuris, l.diuus,cum ſimili.&c.

## SVMMARIVM.

1 *Confeſsio quæ, & quando in tormentis facta dicatur.*

2 *Statuto dictante quod quis nequeat quæſtio*

Source : BIU Cujas

*ni ſubijci, an poteſtas talem detinens in carcere vel aliter affligens, incidat in pœnam ſtatuti.*

3 *Reus tortus ad quem locum ducendus ſit ad perſeuerandũ confeſsione facta in tortura.*

4 *Liber homo an, & quando torture ſubijci poſsit.*

5 *Perſona authentica ſeu notabilis an debeat ſupponi tormentis.*

6 *Iudex ſeu poteſtas in tormentis modum debitum excedens puniri debet.*

7 *Iudex debite officium ſuum exercuiſſe præſumitur, niſi contrarium probetur.*

8 *Iudex in puniendo modum excedens præſumitur non iudex.*

### Tertium capitulum circa confeſsiones in tormentis.

DICTVM eſt ſupra quod confeſsio facta in tormẽtis & reſponſio facta non p̃iudicat niſi in ea non fuerit pſeueratum.
1 † Sed quæro quæ dicitur facta in tormẽtis. Reſponſio facta in tormentis eſt cum ad pedẽ torture ducitur, & ligantur manus, & torture inducitur, quod niſi incontinenti confiteatur ſubijciet eum q̃oni. certe non eſſe talis confeſsio niſi fuerit in ea perſeueratum, quia lex equiparat cõfeſsionem factã in ipſis tormentis, & extorta formidine tormentorum. Et no. quod ibi dr̃ de formidine tormentorum, non autem dicit in tormentis, et ibi ita ſentit gl. arg. ff. de iniur. l. item apud. §. ij. dr̃ ibi quæſtionẽ intelligere debemus, & tormenta, & corporis dolorem ad eruẽdam veritatẽ. Nuda ergo interrogatio vel leuis territio, a contrario ſenſu, nõ leuis territio habetur per ipſa tormenta, & ad hoc accedit ſufficit terror armorũ, et ſi uſus eius non ſit. ff. de vi, & vi arma, l. j. §. ſi arma. & ad l. cor. de ſica. l. j. vbi equiparantur hominẽ perimere gladio & in manu ipſum ſtringere. & dicit. ff. ex qui. cau. maio. l. iu. & C.
2 quod met. cau. l. metum. † Sed quid ſi continetur in ſtatuto quod quis non poſsit torqueri niſi in certis caſibus, poteſtas honoribus auidus extra illos caſus conceſſos p̃ ſtatutum vellet eruere veritatem criminis non t̃n vult eum ponere ad tormẽta ne incidet in pœnam ſtatuti, Sed quid facit præcipit eũ teneri in turri vel in alio loco denegando ſibi alimenta donec confiteat', vel in hieme facit eum ſtare ſpoliatum. Nunq̃d videtur eum ponere quæſtioni vt ſic dicamus eũ incidere in pœnam ſtatuti &c. Dic q̃ ſic l. item apud. ff. de iniu. §. q̃onẽ. ibi vel malam intentionem habuerit. Sed q̃d ſi extra locũ torture, aut circa tribunal vbi ius redditur iudex examinans delatum de crimine dicens aut tu confitearis, aut te ducã ad tormenta, & torquebo te, nunquid dicetur cõfeſsio formidine tormentorum facta. Dic quod non, quia leuis territio, vt l. item apud §. q̃onem. & C. quod met. cau. l. metũ. Quia non iactationibus tantum, ſed quæſtionis probabilem vere torture comparẽde accipere debemus præſentiam, & inſtãtis torture ſicut de metu inſtãtis cruciatus, vt ff. quod met. cau. l. metum, primo reſponſo. ex quib. cau. maio. l. iij. ad fi. leuis autem territio, & extra locum torture facta eluſoria eſt. ar. ff. ſi an pluſq̃ per l. fal. hęc ſatiſdatio. Dictum eſt quod confeſsio facta formidine tormentorum non habetur pro explorato facinore niſi fuerit perſeueratũ.
3 † Quęro in quo loco ducendus eſt reus ad perſeuerãdum. Reſpõdeo apud acta vel in alio loco publico extra conſpectum torture, & iam vidimus expertos ad defenſiones in perſeuerantia conuocare teſtes ſub publico teſtimonio ſibi faciunt, talis tali die perſeuerauit, & confirmauit &c. in præſentia talium teſtium &c. & bene faciunt' per l. ij. C. de cuſtod. reor. ibi ſub publico teſtimonio &c. Sed quando tẽpus debet eſſe in medio inter confeſsionem tormenti, & perſeuerantiam. Reſpondeo, lege non determinatur, vt d. l. ij. C. de cuſt. reo. ibi poſtmodũ eductus &c. non t̃n dicit quid ſit iſtud modicum tempus. Poteſt dici quod ſit arbitrio iudicis inſpecta perſonarum qualitate, vel enormia, vel leuitate criminis. Cũ enim a iure tempus non præfigitur iudicis poteſtate committitur. ff. de iur. deli. l. j. in fin. de pe. l. hodie. ff. de effra. l. j. Sed quis debet i̇te. eſſe quęſtioni. reſpondeo. vt ff. de adul. l. ſi poſtulauerit. §. q̃oni. In ſecreto autem recipiunt dictum ſuum, teſtis enim ſimilitudinem habet tortus, vt in ſumma huius tituli. §. ſed habetur. & ff. de q̃o. l. j. §. imperator.
4 † Sed nunquid liber homo poſsit torqueri. videtur quod non, quia totus eſt titulus. C. & ff. tantum de tortura uidetur ſentire. Tu dic liberos homines torqueri non ſolum in alios, vt ff. eo. l. ex libero. primo reſponſo. & l. vnius. §. teſtes. & C. de abo. l. fallaciter,

Source : BIU Cujas

§.quod ſi ingenua vel ingenuorum.C.de
aſſe.l.nullus.ff.de cuſt.reo.l.diuus.Sed etiã
in ſeipſos quando deferuntur de aliquo cri
mine.C.eo.l.cognitionaliter.C.de infam.l.
nullam.& ibi de hoc.C.de falſa.l.ſicut.ff.
de re milita.proditores.decurio poteſt tor-
queri per l.ſi quis decurio.C.de fal.vbi de-
curio torquetur,& alius quam liber homo
non põt eſſe decurio.ff.de decu.l.ſequit̃. Et
ita conſuetudo generalr̃ ſeruat,& do.Azo.
in ſumma huius tit.§.torqueri.&.§.torque
5 tur.†Sed nunquid perſona authentica de-
bet ſubijci tormentis.Et certe ti.C.& ff.de
quæſti.videtur conſiſtere circa ſeruos tor-
quendos,& liberos homines in teſtimonio
vacillantes.Sed tu dic quod ipſe principa-
les perſone ſubijciende ſunt quæſtioni, vt
C.eo.l.iij.& ff.e.l.j.§.diuus & §.ſi qs vltro,
& l.vnus.& ff.de re milita.l.prodito.prçce
dere tamen debent indicia, vt ſupra dixi
ſed quid ſi iudex in torquendo ita modum
excedit quod hominem extinxit vel debi
lis effectus eſt.Reſpondeo videtur teneri.
arg.ff.ſol.matr.l.ſi conſtante.§.ſi maritus.
inſtit.de his qui ſunt ſui vel alie.iu.§.j.ij.re
ſpõ.& melius.ff.ad l.aq.l.Sed & ſi quecun-
que.§.intelligitur.ff.de vſufr.l.locum.§.fi.l.
eleganter.§.plane.ff.de pigno.act.Nec pro
deſt enim quod vnus iudex facit cum deli-
querit,nam omne maleficiũ praue præſu-
mimus actum.C.de iniur.l.ſi non conuicij,
6 & de ſicca.l.j.† Præterea ſi in torquendo
modum quis excedit puniendus eſt, vt C.
de emen.pro.l.j.nec iudicẽ excuſet officiũ,
quia ſicut priuatis, ita magiſtratibus prohi
bitũ eſt aliquid illicitum facere.ff.de iniur.
l.nec magiſtratibus. Econtra vr̃ quod non
teneatur,quia hoc fecit cauſa veritatis eru
ende,& facit exquendo ſuum officium non
animo interficiendi vel debilitandi, ergo,
non debet teneri,neq; enim quis delinque-
re videtur niſi malignum animum habue-
rit.ff.de verbo.ſig.l.ſepe.in fi.nam malefi-
cia voluntas, & propoſitum diſtingunt.l.
qui in iure in princip.ff.de fur.& facit ff.
de acquir.poſſ.l.ꝙ in eo.& alibi, tunc cri-
men committatur cum nocendi voluntas
interuenerit non alias,ut.C.de ſica.l.j.ff.de
libe.ho.exhib.l.iij.alias.§.j.Præſumit enim
princeps bonum de officialibus ſuis,niſi cõ
trarium manifeſte appareat,et doceatur.ff.
de offi.præſi.l.j.ad fi.Nam creditor rẽ obli
gatam afferendo non præſumitur de liquiſ-
te.quia notabilis præſumptio.ff.de fur.l.cũ
7 creditor.† Sic etiam a ſimili in propoſito
iudex prçſumitur ſui officij exequendi cau
ſa iſtud feciſſe non autem animo nocendi,
licet enim culpam etiam torquendo exce-
dendo modum habuerit iudex per hoc nõ
tenetur l.corn.de ſicar.quia in delictis lata
culpa dolo non equiparatur.ff.ad l.cor.de
ſica.l.in lege.Item cauſa propter quam ali-
quid ſit ſeruandum remanere impunitum
quod alias cohercendum eſſet debet atten
di.ff.de pœ.l.aut.§.cauſa.Sed officij neceſ-
ſitas impunitũ ſuadet remanere,quod alias
coherceri debet.ff.de his qui.vt indi.l.poſt
legatum.§.aduocatum.& l.tutorẽ ergo &c.
Præterea ſi non apparet quo animo defece
rit,prçſumendum eſt potius zelo iuſtitie,et
ex vigore officij credens facere,quam ma-
lo conſilio id feciſſe ff.de acquir.poſ.l.vide
tur.& pro ſocio.l.merito.& pro hoc argu,
C.qui accuſ.non poſſ.l.ij.in fi.vbi tutor de
falſo inſtr̃o procedendi in cauſa publica ſi
non probat nõ prçſumit̃ nocẽdi animo ac-
cuſationem inſtituiſſe,niſi euidenter probe
tur, tamen regulariter qui non probat ca-
lumniari videtur.C.de aduo.diuer.iudi.l.j.
Solutio,diſtingunt quidam ſi apparet quod
hoc fecerit ex voluntate dolo tenetur, ſi
abſq; culpa, & caſu nullo modo tenet̃.ſi au
tem cum aliqua culpa in exercendo mo-
dum non puto teneri,vt C.de emanci. ſer.
l.j.& eſt bona argumentatio de poteſtate,
& rectore.ff.de verborum ſigni.l.poteſtatis
verba, ſi autem ſine moderatione modum
excedendo in quæſtione hominem extin-
8 xit vel debilitauit tenetur, † quia ſtatim
quod modum excedit,fingitur non iudex,
& punitur tutor non recte adminiſtrando
vt non tutor,& tanquam quilibet tenetur,
vt ff.de fur.l.tutor.ff.pro empt.l.qui fun-
dum.§.ſi tutor arg.C.de epiſ.& cleri.l.ge
neraliter,quid plura,eſt caſus.ff.de iniur.l.
item apud.§.quæſtionem.verſic.& ſi iuſſu,
ideo &c.

FINIS.

Source : BIU Cujas




# TRACTATVS
## Pauli Grillandi Caſtilionis Florentini de Quæſtionibus & tortura.

IN SVPERIORIbus titulis vidimus de pluribus criminibus reiſq; ipſorũ & pœnis. ſed quia accidit q̄nque ꝙ crimina ipſa nõ ſunt bene probata: & iudex non poteſt deuenire ad ſententiam non præcedente rei cõfeſsione vel apertiſsimis probationibus: vt l. ſciant cuncti. C. de probat. tamen contra ipſum reum multoties laborat infamia, & alia indicia vigent, propter quæ neceſſario deueniendũ eſt ad torturã, in qua vel neceſſe erit reũ ipſum confiteri crimen, vel ſaltem purgare indicia & ſuſpiciones quæ contra ipſum laborãt: ideo in præſenti tractatu de quæſtionibus & tortura, pro communi maxime iudicum commoditate aliqua breuiter exponemus. In qua materia doctores quã plures ex antiquis atque modernis, quidam in ordinarijs lecturis, quidam vero in extraordinarijs compendijs & tractatibus diuerſa cõmentaria ediderunt. Ego vero ne aliorum relatione dictorũ fruſtra videat occupare membranas, ea duntaxat attingam quę vtiliora ſunt, & in quibus doctorũ ſcripta ſilent. In alijs vero breuiter & remiſsiue ad vlteriora procedam. Indiciorum & quęſtionis materia admodum frequens eſt, & in iudicijs practicabilis in cauſis criminalibus, quæ in iudicis arbitrio plurimũ conſiſtit: & iudices, maxime iuniores & parũ experti, ſæpe ſolẽt in iſtis aliqua de neceſſarijs prętermittere, aut vlterius quã iuris ſit procedere, propterea materiam ipſam vltra alios clarius & facilius ad cõem practicam accomodabo. Videbimus enim primo q̄d ſit tortura, & q̄ ſit quæſtio, & quomodo iſta differunt inter ſe. Secundo quot ſunt tormẽtorum ſpecies. Tertio quid ſit indiciũ, & quæ ſunt legitima & ſufficientia indicia ad torturam. Quarto quot ſunt gradus torturæ. Quinto in quibus criminibus poſsit dari tortura. Sexto quæ perſonę poſſunt torqueri, & quæ non poſſunt torqueri, & quibus de cauſis: vbi dabitur noua declaratio vltra omnes docto. ad text. in l. ſi quis in graui. §. ignoſcitur. ff. ad Syllan. Septimo loco videbimus, an & quando in paruis criminibus poſsit inferri tortura, & quid in cauſa pecuniaria. Et an & quando tortura poſsit dari pro pœna. Et an & quando quis dicatur competenter tortus & purgaſſe indicia. Et quando & in quibus caſibus reus poſsit repeti in tortura. Et quid ſi reus moritur in tortura. Et quid ſi nulla præcedebant indicia ante torturam. Vel ſi aderant non tamẽ erãt in actis deſcripta. Et an & quãdo reus dicatur legitime tortus. Itẽ quid de confeſſione habita in tormẽtis, vel timore tormẽtorum, qñ nulla pręcedebant indicia. Vel ſi præcedebant in veritate, non tñ apparebãt in actis annotata, an ſufficiat illa confeſsio ad condemnandũ reum, maxime ſi ratificata reperitur. Et quid ſi reus ante torturam petijt copiã iudiciorũ quæ fuit ſibi denegata: qua nõ obſtante fuit poſitus ad torturã; & confeſſus forte fuerit aliqua crimina: nũquid illa confeſsio ſibi noceat. Et quid ſi aliquis propter priuilegiũ ætatẽ vel aliam iuſtam cauſa de iure torqueri nõ poterit, ſi tñ fuerit tortus & confeſſus, an præiudicet ſibi illa confeſsio: & quæ remedia dantur cõtra iudicẽ iſtis qui ſic iniuſte torti fuerunt.

## SVMMARIVM.

1 *Quæſtio dicitur inquiſitio veritatis, per tormenta & corporis dolorem facta.*

2 *Quæſtio eſt tormẽtalis inquiſitio veritatis.*



Source : BIU Cujas

3 *Tortura corporis cruciatus dicitur ad veritatem eruendam repertus.*

4 *Tortura in quo differat a tormento.*

5 *Tortura remedium dicitur ſeu via extraordinaria probationis.*

PRIMO igitur quero quid
1 eſt † quæſtio, Reſpō. queſtio proprie loquendo eſt inquiſitio veritatis per tormēta, & corporis dolorem, ita dicit tex. in l. item apud labeonem. §. quæſtionem. ff. de iniur. iuncta l. prima. §. quæſtionem. ff. ad ſena. conſul. ſilleia. & gloſ. in d. l. j. in verſicu. necatorum. eo. tit. Azo. autem in ſum. de quæſtio. in princi. dicit quod quæſtio eſt inquiſitio veritatis per tormenta. Nuda ergo interrogatio vel leuis territio non dicitur queſtio. d. l. itē apud labeonem. §. quæſtionem. in verſicu. nuda. & per Azo. in d. ſum. in titu. in princi. qui dicit quod non debet quoq; adhiberi tormenta quāta accuſator vel inſtigator poſtulat, aut deſiderat, ſed vt moderate rationis temperamenta deſiderant l. de minore. §. tormēta. ff. de quæſtio. Panormi. vero in c. cum in contemplatione. de regu. iur. in antiquis. in princi. lectu. idem dicit quod quæſtio eſt indagatio veritatis per tormentum. & appellatur quæſtio a querendo, quia iudex per tormentum inquirit veritatem. ita dicit ipſe. Saly. autē in rub. C. de quæſtio. dat duas expoſitiones ſiue diffinitiones ad iſtud verbum, quæſtio. prima eſt quod queſtio eſt inquiſitio quæ fit ad veritatem per tormenta
2 eruendam. ſecunda eſt. † Quæſtio eſt tormentalis inquiſitio veritatis, & iſta eſt breuior, & magis placet, quæ omnes tamē deſcriptiones ſiue diffinitiones in effectu tendunt in vnum quod quæſtio ſit illa indagatio quam facit iudex ad inueniendum veritatem contra reum in tormentis exiſtentē
2 dum patitur cruciatū in corpore. † Deinde quero quid eſt tortura. Reſpond. tortura eſt corporis cruciatus ad eruendam veritatem repertus, vt dicit Panormi. in dicto c. cum in contemplatione. in princi. qui dicit etiam quod tortura ſiue tormentum dicitur quaſi torquens mentem, quia per cruciatū corporis mens quoque torquetur, vt latius dicemus infra eodem titu. quæſtio. iiij. in illo quarto gradu torture. & habetur v. q. v. illi qui in verſicu. vbi religioſus tortor vt dum corpora pœnis ſubijciuntur quæ geſta ſunt fideliter, & veraciter exquirantur.

4 † Hæc eſt differentia inter vnum, & alterum, quia vnum pertinet ad iudicem ſolū, alterum vero pertinet ad reum ſolum ſcilicet tormentum dicta l. item apud labeonē. §. quæſtionem nihilominus ſæpius ſolent vnum pro altero poni, vt not. in d. §. quæſtionem. & v. quæſtio. v. illi qui. & per glo. in dicta l. j. in princi. ff. ad ſenatuſcon. ſilleia.

5 † Et nota hoc quod tortura eſt remediū ſiue via extraordinaria probationis, vt dicit Bal. in l. ſi quis alicui. C. ad leg. iul. maie. via enim ordinaria eſt illa quæ fit per teſtes & inſtrumenta, vt l. ſciant cuncti. C. de proba. cum ſimilibus.

## SVMMARIVM.

1 *Tormentorum ſpecies quot ſint.*

2 *Torture gradus ſunt quinque.*

SECVNDO quero quot
1 ſunt tormentorum ſpecies. Reſpon. quod multe ſunt ac diuerſe, vt ponunt doc. maxime practici in eorum tractatibus. Gand. in opere ſuo maleſi. in tit. de quæſtio. & tor. Ang. de Are. in ſuo opuſculo maleſi. in glo. fama publica præcedente. in verſi. tortura do. Franc. Bru. de ſancto Seueri. in alio ſuo trac. male. de indi. & tortu. in ſecunda parte. At ille inſignis docto. modernus Bonon. do. Hippo. de Marſil. clarius cæteris hic aperuit in egregijs commentarijs ſuis quæ nuper edidit ſuper notabili titulo. ff. de quæſtio. in l. prima. in princi. vbi ponit quatuordecim ſpecies tormentorum omnes diuerſas, quorum plura fuerunt ab antiquis inuenta, quædam vero nouiter ipſe inueniſſe aſſerit, prout eſt illud ſubtractionis ſomni qđ in veritate perquam ſubtili ingenij acuitate adinuentum fuit, & ego ſemel illud expertus fui Romæ in quadam ardua cauſa duorum religioſorum, licet alio modo, & faciliori illo vſus fuerim, & profecto vidi ea quæ prius non credebam quod illud affert maximum tormentum, & faſtidium in corpore abſque aliqua membrorum leſione, vide do. Franciſ. Brun. in materia prædicta in d. ſuo tract. de indic. & tortu. in ij. parte. Alber. Gandi. in eodem ſuo tract. in titu. de quæſt. & tormē. Angel. de Are. in tract. male. in glo. fama publica. in materia torture. Anto. roſe. & do. Abb. in cap. cum in cōtemplatione, de reg.

Source : BIU Cujas

ſur.in anti. Pari.de Put.in tracta.quem edidit de ſyndica.in cap.tortura,el primo cum tribus ſeq.do.Bonifa.de vitali.in tracta.ſuo maleſi.in ij.parte eundē dominum Hippo. de Marſi.in practica ſua Auerolda nuncupata, vbi copioſe tractat de hac tortura. Bartol.in l.prima in princi.& §.diuus.& in l.fina.ff.de quæſtio Bald. in l.ij. C. quo. appella.non recipi.& in l.milites.& in l.fina. C.de quæſtio.& Saly.in d.l.fina.eodem titu.in quibus locis omnes tractāt de hac materia torture.& modo torquēdi. & Azo in ſum.de quæſtio.in princip.iſtud tamen tormentum chorde ſiue pendentis funiculi docto.communiter ponunt pro magis communi,& conſueto quod in ſe continet plures gradus timoris,doloris,& cruciatus qui adhibentur plus vel minus ſecundum qualitatem facti perſonarum conditionem, & vrgentium indiciorum ſecundum quod declarant præfati doc.in locis ſupra notatis.

†Ego autem vltra alios pro faciliori notitia iſtius practicabilis materie conſideraui quinque eſſe gradus torture ſiue tormēti ſub hac ſpecie tormenti chorde quibus rei diuerſimode cruciātur plus vel minus, grauius, aut leuius iuxta qualitatem facti, perſonarum conditionem,& abundantiam indiciorum, ſed antequam ad illorum declarationē deueniam diſcutiam primo quæ ſunt aut dicuntur legitima indicia, & ſufficientia ad torturam.

## SVMMARIVM.

*Indicia quæ dicantur legitima ad torturam.*
*Indicium duplex eſt.*
*Inditium dubitatum ſiue ſemiplenū quod dicatur.*
*Indicium plenum ſeu indubitatum quod ſit.*
*Fama duplex eſt. quædam hominis inherens, altera vero inter homines.*
*Fama homini inherens quæ dicatur.*
*Fama inter homines dicitur rumor, ſeu dictum gentium,ſeu vulgi ex opinione imaginaria procedens.*
*Rumor quid proprie ſit.*
*Suſpitio eſt animi aliqualis applicatio ad aliquid cum titubatione.*
*Præſumptio quid ſit,& quotuplex.*
*Præſumptio hominis quæ dicatur.*
*Præſumptio ſimplex iuris quid ſit.*
7 *Præſumptio facti quæ ſit,& quæ iuris.*
*Fictio quid proprie dicatur.*
8 *Argumentum quid ſit.*
9 *Adminiculum vehemens quod dicatur, & quod non vehemens.*
*Coniectura veri acceptio dicitur ex aliquibus ſignis extrinſecis.*
10 *Neſcientia ſeu ignorantia eſt intellectus neque ad verum, neque ad falſum determinatus.*
*Error quid ſit.*
*Veriſimile quid dicatur, & quid non veriſimile.*
11 *Notorium dicitur certitudo indubia rei de qua queritur ſidem faciens indubiam.*
12 *Probatio dicitur actus rem dubiam educens in lucem cognitionis.*
*Euidens dicitur quod manifeſte liquet.*
13 *Celari nulla tergiuerſatione poteſt quod in euidenti eſt.*
14 *Manifeſtum quid ſit,& an egeat probatione quod manifeſtum eſt.*
*Probatio per euidentiam facti quæ dicatur.*
15 *Manifeſtum, & euidens in quo differant a notorio.*
16 *Iudex ex indicijs indubitatis ad torturam procedere non debet.*
17 *Indicia ad torturam legitima quæ dicātur.*
18 *Teſtis ſingularis de viſu deponens indicium facit ad torturam.*
19 *Tortura nō eſt omnibus vniformiter dāda.*

TERTIO quero quæ ſint
1 legitima†indicia,& ſufficiētia ad torturā,ante quorū declarationem neceſſarium videndum eſſe putaui quid eſt indicium,quid fama,& quędā aliā quæ pręcedūt inquiſitionē,& torturā. Et primo dic ꝙ inditium duplex ſcdm Bal.in l.ea quidē.C.de accuſ. & Gan.in ſuo trac.male.in ti.de p̄ſumptionibus,& indi.dubita.& indubita. Indictū dubitatum ſiue ſemiplenū eſt præſumptio quędā fortiter mouēs animum ad aliqd credendū vel diſcredendū.& hoc ꝓbat̄ in l.cū ꝓbatio.ff.de ꝓbationibus. & per Gand. in
2 d.tit.de pręſumptio,&c. †Indicium vero



Source : BIU Cujas

plenum,& indubitatũ eſt demonſtratio rei per ſigna ſufficiẽtia per q̃ animus in aliquo tanquam improprio exiſtente quieſcit, & plus inueſtigare non curat & hoc probatur in l.indicia.C.de rei vendica. & per dominũ Gan.in d.tit.vt ſupra Bal.in d.l.ea quidẽ in ſecunda col.Sed quia in cauſis criminalibus,maxime,qñ proceditur per inquiſitionem neceſſe eſt,quod præcedat infamia cõtra reũ de crimine ex quo reperitur inquiſitus,vt in c.qualiter,& qñ.& ibi per omnes ſcribentes.de accuſa. ideo aliqua de fama, & infamia hic inſerere placuit. & dic ſecũdum Bald.in d.l.ea quidem.in princi.quod.

3 †Fama eſt duplex. vna quæ eſt in homine,ſ.quæ inhæret homini, altera quæ eſt inter homines. Fama.n.quæ eſt in homine vel quæ inheret homini eſt ſtatus illeſe maieſtatis ac dignitatis moribus,& legibus cõprobatus,hoc probatur in l. cognitionũ genera.ff.de var.& extraor.cogni,cuius famę contra eſt infamia quæ ſic diffinitur. Infamia eſt priuatio fame contingentis ex accidenti præter naturã vel ſic.Infamia eſt deficientia ſtatus,& læſio maieſtatis,& dignitatis.iſta vr̃ iudicio meo ꝙ ſit melior diffinitio q̃ꝫ pręcedens,qa per iſtã declarãtur omnia contraria bonę famę,& per id ꝙ diffinitur vnumquodq; contrariũ per eius oppoſitum diffinitur & reliquum, vt probatur in l.j.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iur. & inſtitu.eod.titu. in princi. & de iure perſo. in princi.& de tutel.ſi mulier in prin. Secũda dicitur fama quæ eſt inter homines.quæ prędicatur de aliquo homine ſeu alio facto, & hæc dici poteſt fama loquens quæ ſemper de aliquo loquitur. & ita diffinitur ſe-
4 cundũ Bal.in d.l.ea quidẽ. †Fama eſt dictum gentium,ſeu vulgi ex imaginaria opinione vel credulitate gentiũ ſeu vulgi procedens quæ probatur in l.de minore.§.tormenta.ff.de qõ.& ſub iſta diffinitione tam bona quam mala fama continetur l.iij.§.idẽ diuus.ff.de teſti.& hæc eſt illa fama quę eſt præparatoria inquiſitionis non autẽ prior, de qua ſupra ſed quia ſolet quandoque nõ certa fama,ſed rumor inſurgere in populo qui eſt minus q̃ꝫ fama, ideo videamus quid ſit iſte rumor. Rumor eſt furioſa proclamatio gentiũ eſt ſtrepitus multarum vocũ. hoc probatur in l.fin.ff.de hære.inſtitu.& l. miles.§.mulier.ff. de adulter. & iſte rumor eſt initium famę,& minus ea,ita dicit Bald. in d.l.ea quidẽ.Quoniam vero ſunt plures gradus cognitionis qñ res eſt adhuc dubia anteq̃ꝫ perueniatur ad perfectã notitiã veritatis in quibusgradibus animus iudicis ſemper remanet titubans antequã perueniatur ad vltimũ firme credulitatis,& certe ſcientie finẽ,ſecundũ notabilẽ doctrinã Bar.in l. admonendi.iiij.col.ff.de iureiu.ideo de ipſis gradibus cognitionis aliqua breuiter declarãda putaui inter quos offert ſe mihi ſuſpitio,ideo quero quid eſt ſuſpitio.Reſpon.

5 † Suſpitio eſt aliqualis applicatio animi ad aliquid cum vehementi titubatione,vel ſic,ſuſpitio eſt motus quidã mentis ad aliqd cum vehementi titubatione.probantur hęc ff.de teſtamen.l.de ſtatu.non tamen intelligas ſuſpitionẽ iſtã comprehendere ſuſpitionẽ tutoris vt intelligatur de illa qñ remouẽdus eſt a tutela vt ſuſpectus, qa illa eſt alia ſpecies ſuſpitionis.ita dicit Bal.i d.l.ea quidẽ.per l.impuberibus.§.fi.ff.de ſuſpe. tuto.

Poſt hæc ſuccurrit præſumptio, videamus nũc quæ eſt quotuplex ſit pręſumptio.
6 Reſpondeo. †Pręſumptionũ plures ſunt ſpecies, quædã enim eſt præſumptio hominis,alia eſt præſumptio iuris,alia vero pręſumptio facti alia autẽ pręſumptio iuris, & de iure,ſiue iuris & facti, de quibus vide late Gand.in dicto tract.& titu. de præſump. & indic. Præſumptio enim hominis ſecũdum Bald.ibi eſt quidam conceptus cauſatus in mente ab aliqua probabili coniectura,vt ff.de verb.obli.l.continuus.§.cum ita

Præſumptio vero iuris ſimplex eſt ſimilitudo quædã ſufficiens ad rem dubiam de qua creduntur credenda.C.de cõtrahen.& commi.ſtipula.l.j.& l.iuriſgentium.§.quod
7 fere.ff.de pact. †Præſumptio autem facti eſt cum ex facti ſimilitudine aliquid demõſtratur quod animum videntis ad illud dubitanter applicat. Pręſumptio iuris,& de iure eſt ſtatus a iure promulgatus ex indubia coniectura,hoc probatur in l.cum oſtẽdimus.in fin.ff.de fideiuſſori,tuto.ſequitur nũc videre quid ſit fictio.& dic quod. Fictio eſt falſitas pro veritate accepta ex ſpecialiſsima,& iuſtiſsima cauſa i iure expreſſa,vt no.in l.i bello.ff.de capti. & poſtlimi. reuer.& l. ſi is qui pro emptore. & ibi late per Barto.ff.de vſucapi.Argumentum aũt
8 ſic diffinitur. † Argumentum eſt propoſitio ex aliquibus exiſtentibus reſultans ad propoſitum reſpondendum ſeu concludendum,vnde quando plura inditia vel plures propoſitiones ſiue præſumptiones teſtes, vel coniecture ad vnam,& eandem concluſionem tendunt ad effectum aliquid probãdi illa coadunatio ſiue copulatio ex pluribus in vnum dicitur argumentum,quod eſt

Source : BIU Cujas

proprie collatio plurium diuerſorum tendentium ad vnam & eandem concluſionē, vt l.iij.§.idem diuus.ff.de teſti.l.diuus.ff.de cuſtodia reorum. Aliud inditium probationis ſiue cognitionis dicitur adminiculū, & iſtud eſt duplex. aliud eſt adminiculum vehemens, aliud vero adminiculum leue,
9 ſiue non vehemēs. †Adminiculū.n.vehemēs eſt ſuppletio defectus probationis per ſe ſolum non operans,ſed cū alia probatione cooperans, probatur hoc extra de ſucceſsionibus ab inteſtato c.ſi.& in c.ſi.de iureiurando. Adminiculū non vehemēs eſt aliquali pars confirmationis veri tendens ad aliquid ſuſpendendū de defectu probationis,& alia adminicula per ſe ſola etiam plura nō ſufficiunt vt l.ij.§.primo.ff.de excu.tuto. ſequitur modo conectura quæ ſic diffinitur. Coniectura eſt acceptio ſeu reputatio veri ex aliquibus ſignis extrinſecis proueniens per quæ deuenitur ad verū ſicut per circulū coniecturamus tabernā; dicit Bal.ibi,& per habitum diſtinguimus meretricem l.item apud labeonē.§.ſi quis virginem.ff.de iniurijs.& habetur in c.in nonnullis,extra de iudæis.his omnibus oppoſita ſunt neſcientia ſiue ignorantia, & error
o *quæ neſcientia ſic diffiniunt*, †*Neſcientia ſiue ignorantia eſt intellectus nō determinās ſe ad verum vel falſum*. Error aūt eſt priuatio intellectus determinati ad verū & auriga tendentis ad falſum. vel ſic.

Error eſt priuatio veritatis *cauſata in* intellectu per falſam imaginationē *vt* probatur.ff.de teſta.l.de ſtatu.& ff.de iuriſdic. om.iudi.l.per errorem.& l.ſi quis nec cauſam.eod.titu.videamus nunc de veriſimili, & non veriſimili,& dic breuiter quod.Veriſimile eſt id quod verū videtur,& eſt vero ſimile,vt ff. de adulter.l.miles.§.mulier.

Non veriſimile vero dicitur, illud quod a vero eſt multum diſsimile,vt ff.quod metus cauſa l.non eſt veriſimile,in princi. vbi fit mentio etiam de præſumptione iuris tantum ſiue hominis,ſed credo potius quod illa ſit quædam leuis præſumptio,Poſtquam vidimus de gradibus probationis per quos aſcenditur ſiue peruenitur ad plenam probationem,& certam fidem credulitatis videamus nunc de ipſa certitudine veritatis, & quero quid eſt notorium generaliter,Reſpon.ſecundum Bald.ibi. †Notorium eſt communis,& indubia certitudo rei de qua queritur indubiam fidem faciens, an & qñ quid dicatur eſſe notorium, & quot homines faciunt notorium,vide Bald,ibi,qui refert quoſdam tenuiſſe ꝙ maior pars populi facit notorium, & quod in aliqua villa ſiue paruo caſtro minor numerus hominum, facit notorium quam in ciuitate, & ideo dicit ſecundum Albe.de Gandi,quod ad ſciēdum quot homines faciunt notorium hoc eſt arbitrariū,quia iudex arbitrabitur quot homines faciunt notorium. de qua materia vide latiſsime per Canon. in d. c. qualiter, & quando.de accuſatio, Videamus modo quid eſt probatio intelligendo de plena, & perfecta probatione,quæ ſic diffinitur ſecū
12 dum Bal.ibi. †Probatio eſt actus rem dubiam in lucem cognitionis educens & hoc notatur.C.de proba.in rub.& ibi Bal. Succedit altera ſpecies probationis, & cognitionis veritatis quæ dicitur euidens,& manifeſtum iſta duo differunt inter ſe,& differunt etiam a notorio vt ſupra dicā. Euidens ita diffinitur,euidens eſt quod manifeſte liquet ſecundum Bal.in d.l.ea quidem c. ſi forte.de elect.lib.vj.& eſt ſatis diuerſum a manifeſto, & plus eſt quā manifeſtū. euidens enim illud eſt ꝙ palam eſt oculis, & ſemper apparet.ff.de contra.empt.l.ea quę. l.non codicillum.C.de teſta.& in c.euiden-
13 tia.de accu.j.q.j. vt euidenter. †Quod.n. in euidenti eſt nulla poteſt tergiuerſatione celari,& nullam optat probationem, extra de coha.cle.& mulie.c.ſi. vide quæ not. per Archid.in cap. cum ſi forte,de elect. lib.vj. *Bal.enim in d.l.ea quidem,diffiniuit manifeſtum, ſed diffinitio ſua mihi non placet, dicit enim quod manifeſtum eſt, illud ꝙ eui*denter apparet.ſequeretur ergo ꝙ manifeſtum eſſet idem quod euidens, & tamen eſt ſatis diuerſum,vt proxime dixi,& dicā infra quod minus eſt manifeſtum ꝙ̄ euidens, ſed ſecundum diffinitionem Bald. idē eſſet manifeſtum quod euidens, ideo putaui ſic eſſe diffiniendum.Manifeſtum eſt demōſtratio quædam ex qua vehemēter animus dubius informatur ad aliquod,non tamen tollitur tota dubietas,ij. quæſtio.j. de manife-
14 ſto. †& hinc eſt quod dicitur manifeſtum indiget probatione. xj. quæſt. iij.c.eorum. euidens autem nulla indiget probatione, vt d.l.ea quæ.ff.de actio.emptio.vide Ioan. And.in c.conſtitutum,de verbo. ſigni.li.vj. & tex.not.in l.quoniam ſororem.C. de iure deliber. vbi de vtroq; fit mentio tamen euidens ponitur pro magis claro quam manifeſtum,vide do. Alber.de Roſa. in di.ſuo in litera c.in ver,euidēs.el primo.& ij.Bal. tamē in dicta l.ea quidem. aliam ponit differentiam inter iſta duo dicens ꝙ euidens



Source : BIU Cujas

dicitur id ſolum,quod apparet per oculorũ inſpectionem vt ff. fini.regun.l. ſi irruptione.§.ad officium.& idem Bald.in rubri.C. de probatio.dicit quod illa dicitur probatio per euidentiam facti quando res ſubijcitur oculis iudicis.Manifeſtum autẽ largius dicitur.ſ.omne id qđ nobis innoteſcit per quẽcunque ſenſum corporis.ſ.viſum, auditum,ſicut eſt ſonus Campane,aut alium ſenſum,vt l.j.§.occiſorum.ff.ad ſilleia. de quibus ſenſibus habetur in l. eum.§.penulti.ff.
15 de acquiren.poſſeſ. †Differunt etiam iſta duo ſecundum ipſum a notorio,quia manifeſtum vel euidens eſt illud quod vni tantum vel pluribus patet notorium autẽ eſſe non poteſt,niſi toti populo vel maiori parti publice innoteſcat,vt ſupra late diximus & not.in cap.veſtra.& ibi Innocen.de cohabi.clerici.& mulierum. Et per hęc ſum expeditus de iſtis gradibus ſeu adminiculis probationis ac de ſpeciebus plene,ſeu perfecte probationis qui quidẽ gradus , & adminicula probationis a quibuſdam appellãtur indicia non plena,& dubitata,per quæ animus iudicis deducitur quandoque in ſuſpitionẽ,quandoque vero in opinionem quæ magis eſt propinqua indubitate fidei quã ſuſpitio ſecundũ Bar.in d.l.admonendi.ff. de iureiur.
16 †Ex quibus tamẽ indicijs dubitatis nõ datur iudici indubia fides,& firma credulitas ſed quædã ſuſpitio quandoque ex qua iudicis mens ſatis dubia reperitur. & iſto caſu non facile deueniendũ eſt ad torturam maxime ſi perſona ſit honeſte cõditionis,quia iſta ſuſpitio eſt primus gradus probationis, & minus quam ſemiplena probatio ſecundum Bar.in d.l.admonendi.in glo.magna. Quandoque vero indicia ſunt talia quę adducunt animum iudicis in opinionem quæ eſt ſecundus gradus probationis ſecundum Bar.ibi,ex qua animus iudicis multum dependet in illa parte,non tñ eſt plene certus. & ideo iſto caſu deueniri ſolet ad torturam quæ datur in ſupplementum probationis in cauſis criminalibus quãdo veritas aliter haberi non poteſt vt per Bart.in l. fin.ff.de quæſtio.quia tormentum illud fuit inuentũ cauſa neceſsitatis,& in ſupplementũ probationis,vt dixi quotieſcunque reus eſt valde ſuſpectus contra quem laborant indicia,vt dicit Panor.in dicto cap.cum in contemplatione.in princi.de regul.iur.& Bald. in l.ij. C.quorum appel. non recip. idem Bald. in l.milites.& l.fina.C.de quæſtio.Bartol.in l. j.in princi.&.§.diuus.& l.fin.ff.de quæſtio.
17 †Quæ autem dicuntur eſſe legitima indicia,dic quod illa ſunt quæ ſunt proximæ facto,quæ quanto propinquiora ſunt tanto ſunt meliora l.j.§.præterea,& l.de minore. §.tormenta.ff.de quæſtioni.& ibi per Moder.Quæ autem indicia dicantur eſſe ſufficientia ad torturam certa regula tradi non poteſt, ſed hoc relinquitur arbitrio, & diſcretioni boni iudicis ſecundum quod dicit Azo in dicta ſumma de quæſtio. vbi dicit quod non debet iudex reo adhibere tormẽta quanta accuſator expoſcit,ſed quãta moderate rationis temperamenta deſiderant, idem dicit Bartol. in d.l.fina.ff. de quæſtio. in princi.dicit tamen Abb.in d.c.cum in cõtemplatione,quod licet ſuper hoc an,& quæ indicia dicantur eſſe ſufficientia ad torturã certa regula tradi non poſsit argu.l. teſtiũ. §.tu magis.ff.de teſti.& l.de minore.§.fi.ff. de quæſtio.tamen dicit quod omnes docto.
18 tenent,†quod vnus teſtis de viſu facit indiciũ ad torturam,intellige tu quod ſit teſtis fidedignus non ſuſpectus,& omni exceptione maior ſecundum quod dicit Bar.in d.l.fina.& Bald.in d.l.ij.& ita communiter tenent docto.Bonus itaque, & diſcretus iudex cuncta circunſpiciet,& iuxta criminis qualitatem facti contingentiam,conditionem perſone, & abundantiam indiciorum conſiderabit, an ad torturam ipſam deueniendum ſit, & caſu quo ad illam deueniri contingat iterum mature conſiderare debet qua grauitate,leuitate,vel moderamine veniat inferenda,iuxta notata per Azo.in dicta ſumma de quæſtio.ſcilicet quantum moderate ratio-
19 nis temperamenta deſiderant.†aliter enim ſunt torquendi iuuenes robuſti,& alio modo debiles,delicati vel ſenes,alio modo ruſticus vel miles,& alio modo ciuis, & alio modo nobilis,& alio modo ignobilis,& plebeus.l.de minore.§.tormenta.ff.de quęſtio. & l.j.§.fin.eo.titu.Bar.in d.l.fi.eo.tit. Bald. in d.l.ij.C.quo.appella. non recip. & idem Bald.in l.milites.& l.fi.C.de quæſtio. Abb. in d.c. cum in contemplatione. de reg. iur. in antiq.

## SVMMARIVM.

1 *Torture gradus ſunt quinque, & qualiter cognoſcantur & inferantur.*
*Gradus primus torture quis ſit.*
2 *Confeßio rei facta in præparatorijs tormentorum dicitur facta metu,ideo ratificatione eget.*

Source : BIU Cujas

3 *Tortura largo modo ſumpta quid ſit, et vnde dicatur.*

*Torture primus gradus, ſcilicet terror quibus inferri poßit.*

4 *Torture gradus ſecundus quis ſit.*

*Tortura leuis quæ dicatur, & an vere ſit tortura.*

5 *Tortus leuiter poteſt grauius torqueri militantibus indicijs legitimis.*

6 *Priuilegiati ne poßint torqueri tormento ſecundi gradus torture poterunt ſupponi.*

7 *Febricula leui laborans non excuſatur quominus teneatur comparere citatus.*

*Confeßio facta in leuibus tormentis ratificatione indiget.*

8 *Torture tertius gradus dicitur cum per ſpatium dicendi vnum* Miſerere, *reus ſuſpenſus detinetur.*

9 *Torture gradus quartus quis ſit.*

10 *Torture quintus gradus quis dicatur.*

11 *Torture gradus vltimus in quibus applicetur criminibus.*

12 *Complexionum diuerſitas multa in ſuſtinendis tormentis.*

13 *Meſites lapis potus facit vt dolorem nullum ſentiat tortus.*

*Remedia quæ verbis fiant, ne torti dolorem ſentiant.*

14 *Fur quidam* Romæ *quibus remedijs contra torturam fuerit vſus.*

15 *Tortus quidam dicens, & lacte beate virginis* Marie, *dolorem nullum ſentiebat.*

16 *Remedia quæ fieri poßint aduerſus maleficia taciturnitatis.*

1 QVARTO nunc videndū eſt †de iſtis quinque gradus torture de quibus ſupra fit mentio quomodo cognoſcūtur, & qualiter inferuntur. Reſpon. declarando primū gradum incipiemus a minori vel infimo aſcendendo veluti per gradus ſcalarum reducendo materiam ad practicā dico quod,

Primus ſiue infimus gradus torture eſt territio illa quam infert iudex reo quando illum cognoſcit ſuſpectum tamen indicia non adſunt talia vt torqueri poſsit iſto caſu iudex mandat quandoque reum ipſum ſpoliari ligariq;, & in ordine poni, ac ſi vere torquendus eſſet, & quandoque ligari mandat ad funiculum, ita vt nihil aliud deficiat quam ſola eleuatio, & hoc fit ad incutiendum timorem reo vt facilius fateatur ſtantibus, maxime iudicis perſuaſionibus. Et iſta proprie non dicitur tortura, quia vere corpus non torquetur nec ſentit dolorem, ſed potius eſt quidam mentis timor ſecundum Bald. in dicta l. ſecūda. quo. appel. &c. & in l. ij. C. de confeſ. vbi dicit
2 †ꝙ confeſsio facta a reo in iſtis præparatorijs tormentorum cum ſit facta, & extorta propter timorem tormentorum indiget ratificatione ac ſi facta fuiſſet in plenis tormentis alias nunquam ſufficeret ad condēnationem. vide Angel. & Saly. in dicta l. ij. & Salyce. in l. fina. C. de quæſtio. Bartol. in l. j. §. ſi quis vltro. ff. eo. titu. vide not. text. in l. ij. C. de cuſto. reo. qui loquitur proprie de hac ratificatione quæ fit apud acta ſub publico teſtimonio, & dicit Imperator ibi ꝙ iſto modo freni quidem temperies iudicibus immodice ſeuientibus adhibetur. Iſte autem actus vt dixi non poteſt dici proprie tortura vt proxime diximus ſed appellatur proprie territio ſiue terror tormentorum.

3 †Largo vero ſumpto vocabulo & improprie poſſet dici tortura, prout quidam deſcripſerunt hoc nomē tortura, quę dr̃ a terrendo, ſed iſto modo terretur, ergo &c. vel dicas ꝙ licet corpus vere nō torqueatur animus tñ bene torquetur, & timoris patitur cruciatū, & ſic largo modo dici pōt tortura.

Et not. ꝙ iſte terror ſiue primus gradus incuti, & experiri poteſt contra quoſcunq; etiam contra eos qui de iure torqueri non poſſunt aliqua de cauſa, vt infra latius dicetur in vj. quæſtio. vel quando deficerent indicia propter quæ torqueri deberet vel qualibet alia iuſta de cauſa ad torturam deueniri non poteſt ad iſtum gradum deuentri poterit ſecundum Bald. in d. l. ij. in verſ. quero quandoque &c. vbi dicit ꝙ illi qui de iure torqueri non poſſunt poterūt bene terreri, iſte enim primus ſiue infimus gradus torture nō ſolet adhiberi robuſtis, verſutis atq; doloſis viris, ſed debilibus, timidioribus, puſillanimis, atq; delicatis quoties cōtra ipſos militarēt alique p̃ſumptiones, & cōiecture ſiue indicia leuia. Et licet interdum eſſent plura indicia, multoties tñ cum iſto infimo gradu ab hoībus ſimilis cōditio



Source : BIU Cujas

nis ſolet extorqueri confeſsio abſq; eo q̃d
ad vlteriora procedatur, vt ſæpius exper-
tus fui in facto, de quo infimo gradu ſit ſæ-
pius experientia in robuſtioribus, & ma-
gis cautis, quoties vt dixi non militant ple
na indicia, vide domi. Pari. de Put. in d. ſuo
trac. de ſyndi. in c. aduertendum. & Bald. in
4 d. l. ij. †Secundus gradus torture eſt cum
reus ligatus eleuatur modicum ſupra terrã
paulo momento detinetur eleuatus, & pro-
tinus deponitur, vel cum detinetur ſuſpen-
ſus ſpatio dicendi Aue mariam, vel Pater
noſtrum, aut vnum miſerere, iuxta qualita-
tẽ facti & perſonarum conditionem, dein-
de deponitur abſque aliquo impulſu quaſ-
ſatione vel tractu chorde, & hæc dicitur le
uis tortura ad quam deueniendum eſt quo-
tieſcunq; indicia quædam apparent aliqua-
liter probata, & reus eſt magis ſuſpectus.
Indicia tamen ipſa non ſunt plena ſatis ad
inferendum plenam torturam, puta ſi eſſet
vnus teſtis de viſu deponẽs, tamen nõ eſſet
omni exceptione maior vel duo teſtes de
auditu ab alijs, nõ autem ab ipſo reo, & ſi-
miles præſumptiones vel indicia nõ plena,
præcedente tamẽ ſuſpitione contra perſo-
nã ipſius rei vt proxime dixi. Et iſta eſt il
la leuis tortura, de qua loquitur Bal. in d. l.
5 ij. C. quorum appellatio. &c. vbi dicit †q̃d
quemadmodum leuis febricula non dicitur
febris, & infirmitas talis quæ præſtet impe
dimentum ad comparendum, ſicut eſt vera
febris, quæ hominem ſternit, vt l. ob quę vi
tia. §. fin. ff. de edi. edict. ita iſta leuis tortura
non dicitur tortura ſiue tormentum ex quo
cauſetur dolor mentis, & corporis crucia-
tus, ſicut in tortura ordinaria. Et nota q̃d
eſt magni effectus iſta doctrina, ex qua infer
tur quod quotieſcunq; cõtra reum militãt
legitima indicia ex quibus de iure quis tor
queri põt ſi fuerit ſemel iſto modo leuiter
tortus non obſtabit, quo minus poſsit iterũ
grauius torqueri ex eiſdem indicijs, & tunc
ſecunda vice dicetur competenter tortus,
nec propterea reus conqueri poterit quod
fuerit repetitus in tortura abſque nouis in-
dicijs, iuxta ea quæ habentur in l. repeti. ff.
eo. titu. de quæſtio. quia iſta nõ dicitur pro-
prie repetitio, ex quo prima non fuit habi-
ta pro tortura, per ea quæ ſupra diximus,
ita etiam ſentit Barto. in l. fin. & l. repeti. ff.
de quæſtio. & Bald. in d. l. ij. C. quorum ap-
pellatio. &c. Angel. de Aret. in dicta glo. fa-
ma publica, in verſic. quid ſi aliquis fuit tor
tus ſed leuiter &c. Hippoly. Marſil. in d. l. j.
in princi. & l. repeti. Paris de Put. in d. tra-
cta. in c. ſequitur modo. Fran. Brun. Gandi.
6 & ceteri doct. in locis ſupra notatis. †Qui-
dam tamen dixerunt arguentes ex dicta do
ctrina Bald. de qua ſupra ꝙ illi etiã qui ali-
qua ex cauſa vel priuilegio torqueri non
poſſunt, poterunt tamen tormento iſtius ſe-
cundi gradus ſupponi abſque periculo ex
quo iſta leuis tortura nõ dicitur tortura ſi-
cut leuis febricula non dicitur febris d. l. ob
quæ vitia. Ego tamẽ de veritate iſtius di
cti alias dubitaui, nec videtur eſſe bona con
ſequentia de leui febricula ad leuem tortu-
ram, quia eſt diuerſa ratio in vno quam in
alio ibi enim in dicta l. ob quæ vitia. excu-
ſatur a comparendo in iudicio ille qui pro-
pter febrim eſt impeditus, & nõ poteſt am-
bulare foris, quia non exit de lecto, nec de
domo, is vero qui patitur quartanã febrim
aut aliam leuem febriculam quam non cu-
rat nec propter illam remanet quin vadat
7 foris per omnia loca ſaltẽ in ciuitate. †Ex
quo enim vadit per vrbem ſicut vadit per
alia loca, ita venire poteſt ad curiam, & co
ram iudice, quia ratio illa impedimenti de
qua in dicta l. ob quæ vitia. in prin. ceſſat in
eo qui patitur leuem febriculã, ideo in eo-
dẽ ceſſat legis excuſatio, ſed hic in leui tor-
tura fieri non poteſt, quod corpus non tor-
queatur nec patiatur aliqualem dolorẽ, li-
cet ſit leuis dolor, dolor eſt, & infertur iniu
ria dignitati, vel innocentie ipſius rei, quia
tortura vt diximus ſupra eodem titu. quæ-
ſtio. prima. eſt cruciatus quidam in corpo-
re &c. cum igitur per hanc leuem torturam
inferatur in corpore dicti rei aliqualis cru-
ciatus, non poteſt dici niſi quod illa ſit tor-
tura, & quod ille ſit tortus quãuis leuiter.

Et ideo ego nunquam conſueui ad gra-
dum iſtum deuenire, niſi quando procedũt
inditia, & ſunt bene probata, tamen ſi ſunt
inditia aliquãtulum remota a facto, & per-
ſona eſſet vilis & ignota, & valde ſuſpecta
de crimine, aut in reſponſionibus ſuis va-
riaret, & alijs huiuſmodi ſuſpitionibus præ-
cedentibus l. de minore. §. tormenta. in fin.
ff. de quæſtionibus, & per Baldum in dicta
l. ij. Bartol. in d. l. fina. & Panormita. in dicto
c. cum in cõtemplatione. Si autem eſſet vir
nobilis aut honeſte familie, & conditionis
ad hoc non deuenirem regulariter, niſi præ-
cedentibus legitimis inditijs, & bene pro-
batis iuxta not. per Bartolum. in dicta l. fi-
na. ff. de qõ. & per alios in locis ſupra nota.

Confeſsio ſimiliter facta in iſtis leuibus
tormẽtis indiget ratificatione, ſicut illa quę
eſt facta in plenis tormentis, vt ſupra dixi.

Source : BIU Cujas

mus in præcedenti gradu,& no.in d.l.ij.C.
8 de cuſt.reo. †Tertius torture gradus eſt cum reus ſuſpẽſus detinetur in tortura ſpatio dicendi vnum Miſerere, vel duo, aut aliquantulum plus abſq; tamen aliquo tractu vel impulſione chorde quæ infertur ad maiorem cruciatum,& ad iſtum gradum aſcẽdet iudex quotieſcũq; reus eſt magis de crimine ſuſpectus,& inditia contra ipſum tendentia ſunt plene probata, delictum tamen non eſt de atrocioribus, vt eſt furtum modici valoris, vulnus non letale, ſeu aliud crimen non capitale, vt l.ij.& ibi Bar.ff.de publi.iudi.vel quando delictum eſſet grauius & inditia magis aperta, perſona tamen eſſet talis nobilis vel alias honeſte familie, et alias bone conditionis,& fame,& nõ aſſuetus in ſimilibus commiſceri cũ quo mitius, & magis temperate agendum eſſet non excedendo iudex iſtum gradum torture non credo ꝙ poſſet reprehendi, arg.l.nõ oẽs.§.a barbaris.ff.de re mili.l.in ſeruorum. & l. reſpiciendum.§.delinquunt.ff.de pœn.l.qd ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui not.infa.
9 & l.teſtium.§.tu magis ff.de teſtib. †Quartus torture gradus dicetur quotieſcũq; reus poſt eleuationem diutius ſuſpenſus in tortura detinetur, videlicet per quartam, tertiã, mediamve partem, vel duas tertias vnius hore, aut per integram horam ſecundũ grauitatem criminis, ſuſpitionem rei, & vires inditiorum, quandoq; in ipſo detentionis ſpatio adhibẽtur vnus duo aut plures ictus ſiue tractus chorde ad maiores cruciatus iferendum in corpore, maxime quando inditia ſunt prægnantia, Reus eſt ſuſpectus multum,& habet mẽbra robuſta, & crimen eſt graue ex ſe etiam ꝙ iſta omnia non concurrant, ſi tamen maior pars concurrit ſufficit vel quoties ſcandalum non modicum generaret vt eſt furtũ magne rei ſacre vel aliud turpe ſacrilegium vel ſacramentorum abuſus, aut homicidium graue, vel falſitas literarum apoſtolicarum & ſimilia, & inditia vt diximus eſſent vrgentia, & bene probata, vtputa vnus teſtis omni exceptione maior de viſu ipſius facinoris deponens, aut duo ſeu plures teſtes alia probantes inditia & circunſtantias neceſſarias ipſius criminis ſecundũ quod latius declarat do.Albe.Gã. in d.ſuo trac.male.in ti.de præſump.& indi.dubit.& indubi.Bar.in d.l.j.§.ſi.& l.fin. ff.de quęſtio.Bal.in l.milites.§.oportet.C. eodem titu, idem Bald. in d.l.ij.C.quo.appel.&c.Bal.Ang.& Sali.in d.l.ea quidem. C.de accu.canoniſte in c.qualiter & qñ.eo, ti.& in c.cum in contemplatione.de regu.
10 iur.in antiq. †Quintus,& vltimus torture gradus ſuccedit, quod eſt iſtud quotieſcunq; poſt aliquam ſuſpenſionis detentionẽ et ictus ſiue tractus chorde ſi reus adhuc ꝑtinax in eius negatiua inſteterit, & torturã hmõi ſpernere videretur pro grauiori cruciam ad pedes ipſius rei torquendi ſubijciuntur pondera quædam pendentia vt ſunt compedes ferrei, lorica, aut aliud ſimile põdus,& cum pondere ipſo ſuſpenſus detinetur vel ictibus cruciatur,& iſtud eſt ſeuiſſimum genus tormenti,& dicũt docto.q ſcripſeruut de hac materia, quod tunc corpus ipſius rei dilaniatur membraq;,& oſſa quodammodo diſſoluuntur,& euelluntur a corpore,& hæc dicitur grauior pœna ꝙ̃ vtriuſq; manus abſciſsio, vt dicit tex.in authẽ. vt nulli iudi.§.quia vero.& dicit Caſsiod. in lib.variarum epiſtolarum, vt refert do. Pari.de Pute.in ſuo tracta.ſyndica.in c.tortura.el ij.fol.cxiij.epiſto.xlix.facilius eſt ante mortem expetere ꝙ̃ tormentorum crudelia ſuſtinere, inter ſupremas anhelatus anguſtias melius eſt perire ꝙ̃ viuere,& deteſtabilis ſenſus pœnarum excludit dulciſsime ſalutis affectum, iſte vltimus gradus, & modus torquẽdi per raro fit,& iudex haud
11 facile ad illum deueniet,†niſi in certis caſibus,& criminibus atrociſsimis vt eſt hæreſis,& crimine læſæ maieſtatis euerſionis ſtatus, aut ſimilis proditionis, vbide tortius patrie, aut multorum ſalute tractatur, aut cũ ageretur de ingenti aſſaſsinio enormiſsimo homicidio ſacre perſone vel de morte alicuius Cardinalis, ſeu alterius magni principis, vel econtra maleficiũ, aut mathematicam, in quibus criminibus nullum prodeſt priuilegium dignitatis, vt l.ſi quis alicui.C. ad legem iuliam maieſtat.& l.& ſi excepta.C.de male.& mathe.l.manicheos.& l. arriani.C.de hæreti.c.ad abolendam.eo.ti. & ſimilibus, nec tunc etiam niſi inditia eſſent adeo clara,& pregnantia, vt nil deeſſet niſi rei confeſsio, vt l.milites.§.oportet & ibi Bal.C.de quęſtioni.Bal.in l.quiſquis C.ad legẽ iul.maie.& Bal Ange.& Sal.in l. ea quidem.C.de accuſ.Bart.in d.l.fin.ff.de quæſtio.& l.j.§.ſi.eod.ti.Pari.de Pute.in d. tractatu de ſyndic.c.tortura.& c.aduertendum.& alios Moder.in locis ſupra notatis.
12 †Nonnulli tñ reperiuntur adeo terribiles & robuſti qui nullum timent dolorem neq; cruciatum aliquem ſentire vidẽtur in corpore etiam ſi mille tractibus quaſſarentur, ꝙ pluribus modis contingere ſolet, qdã

Source : BIU Cujas

enim robuſtitate corporis, & brachiorum, alij vero leuitate qui leui pondere comprimuntur quidam alij membrorum agilitate quorum brachia ex modica eleuatione ex retro antea reſoluuntur, & ſupra caput directo tendunt adeo quod leuẽ, aut nullum cruciatum ſentire videntur, & ego alias in facto habui. Quidam alij reperiuntur q cum diabolicis ſortilegijs, & incantationibus malefice artis, de qua ſupra diximus late in ij. lib. vj. & vij q. adeo corroborantur in corpore vel ſuſtinentur in aere, aut graui ſopore detinẽtur oppreſsi poſtq̃ ſunt eleuati, vt nullum penitus dolorem patiant in corpore, & hoc appellant qdam maleficiũ taciturnitatis ſiue inſenſibilitatis ex quo inducitur tutela quędam (vt aiunt) aduerſus ipſam torturam qđ reus ipſe nullũ dolorem patitur de quo alias diximus ſupra d. li. ij. & ego alias pluries expertus ſum in facto, & infra dicam, & a pluribus huiuſce artis malefice magiſtris referri audiui qui varijs modis, et per diuerſa malefica verba, & inſtrumẽta id expetunt, & obtinẽt ꝙ qualiter fiat referre non expedit, quia fieri non poſſet abſque ſacre chriſtiane fidei euerſione.

13 †Dixit tñ Alber. magnus in lib. quẽ edidit de ſecre. nat. qđ lapis quidã meſites nuncupatus q oritur ex ciuitate quæ dicit meſis in partibus orientalibus contritus, & aqua aut vina commixtus datuſq; ad potãdum illi qui torquendus eſt inducit inſenſibilitatem pœnæ, & cruciatus vt refert Par. de Put. in d. trac. ſyndica. in c. tortura. lo ij.

Quidam alij dicunt verba quæ ſequũtur videlicet, Imparibus meritis tria pendent corpora ramis. Diſmas, & Geſtas in medio eſt diuina poteſtas Diſmas, dãnatur, Geſtas ad aſtra leuatur. Alij ẽt dicunt verba prophete, Eructauit cor meum uerbum bonũ, veritatem nunq̃ dicam regi. Alij vero dicunt, quemadmodũ lac beate glorioſe Marie virginis fuit dulce, & ſuaue dño noſtro IESV CHRISTO, ita hæc tortura ſiue chorda ſit dulcis, & ſuauis brachijs, & membris meis. Quidam alij dicunt illa verba, quæ dñs noſter IESVS Chriſtus dixit tempore paſsionis videlicet a principio ſue capture. Quẽ queritis &c. vſq; ad extremum vite, & vltimum verbũ. Conſumatum eſt. Quidam alij dicunt, IESVS aũt tranſiens per medium illorũ ibat, os aũt non cominuetis ex eo. Quæ quidem verba, & coniurationes olim non putabã quicquã operari poſſe contra torturã, & pleriſque ridicula potius q̃ credibilia eſſe videntur, at ego qa pluries vidi, & expertus ſum in facto primo Piſis dũ erã aſſeſſor Magnifici dñi Capitanei illius ciuitatis, deinde Rome dum me dum eſſem auditor criminaliũ cauſarum Reueren. Do. auditoris camere

14 vbi †quidam fur ſagaciſsimus, & duplicis malitie reus contra quem erant examinati quindecim teſtes ſuper diuerſis inditijs magni furti centum tringinta ſeptem ducatis auri, habens notitiam ꝙ curia præfati dñi Auditoris procedebat contra ipſum antequam perſonaliter compareret accepit nõnulla ſortilegia contra torturam, quibus expertis iterum atquam iterum, videns ꝙ ſufficiebant ad parangonem, quadam die dum ego eſſem in edibus turris noue ad examinandum quoſdam alios reos, ille ſponte veniens acceſsit ad me, & ſe conſtituit in carceribus ipſis dicẽs ꝙ vltro venerat ad purgandum indicia, & notam infamie ſibi illate, contra quem tamen neceſſe fuit deuenire ad torturam tot inditijs contra ipſum laborantibus, in qua dum erat eleuatus dormiebat capite cliuo, ac ſi iaceret i lecto abſque vlla penitus lamentatione, aut clamore, & adtractus chorde erat tanquam ſtatua marmorea qui dum eleuabatur a principio dicebat quædam verba ſubmiſſa voce, deinde ſilebat vt dormiens, ſtatim ego ſuſpicatus fui ne geſtaret aliquod ſortilegium ſiue facturam maleficam pœnes ſe aut ex illis verbis captaret aliquod ſuffragium, ꝑquiſiui q̃ diligenter per omnes partes corporis ſui, demũq; reperi in capite ſub ſcuſſia, ſcilicet inter crines quandam paruam ſchedulam hæc verba continentem videlicet, †IESVS autem tranſiens † per medium illorum ibat. † os non comminuetis ex eo. † cum crucibus ita ſignatis, q̃ illico abſtuli ab eo, q licet illa ſic ablata ſatis conquereretur, nihilominus iterum poſitus ad torturã, & eleuatus iterum illud idem ſicut antea faciebat, & in principio ipſius eleuationis nonnulla verba ſubmiſſa voce dicebat quæ percipere nunquam potui, nec qcquam confeſſus eſt. demum mutatis tormẽtis ſub tormento taxilli ſubiectus fuit, & ſimiliter ſpernendo dolores nihil vnquã penitus confeſſus eſt, ſed in ſua negatiua ſemp audacius conualuit, adeo quod neceſſe mihi fuit eo inſtante ab inquiſitione eundem abſoluere & proceſſum totum una cum inquiſitione aboleri mandare, nec eſt mirandum de abſolutione huiuſmodi. nam ſimi-

15 lis †caſus & maior quoq; occurrit do. Hip. de marſi, dũ erat officialis Illuſtriſsimi Du

cis Mediolani vt ipſe refert in l.repeti.in
iiij.colum.ff.de quæſtio.nec dum eſt annus
elapſus quod audiui alium Romæ poſitum
fuiſſe ad torturam,& repetitis vicibus gra-
uiter cruciatum qui illa verba de lacte bea
te virginis Mariæ ſubmiſſa voce dicebat,
& nullum dolorem pati,ſed cuncta ſperne-
re videbat,& dormiebat ſicut alius in tor-
tura,adeo quod a tribus iudicibus præſen-
te procuratore fiſcali examinatus nulla un-
quam ab eo confeſsio extorqueri potuit,
licet correus, & criminis ſocius id fatere-
tur expreſſe & illum in ſocium nominaret
cuius proceſſum vidi illumque cognoui.

Aliud exemplum quod ſimiliter in facto
accidit mihi Romæ cuiuſdam malefice mu
lieris,quæ antequam eleuaretur in tortura
verba quædam ſubmiſſa voce dicebat,de-
inde eleuata ſillebat penitus velut mortua
& nigrior apparebat in vultu carbone ex
tincto oculus extra caput valde tremendos
more illorum qui ſtrangulantur emittens,
& nihil penitus loquebatur boni neq; mali.

Si nunc vellemus diſputare de viribus,
& veritate dictorum maleficiorum tacitur
nitatis ſiue inſenſibilitatis fieret ampla le-
ctura,ſed quia cupio breuiter me expedire
hic non inſeram, vide quæ late diximus ſu
16 pra lib.ij.q.vj.vij.& viij. † Nonnulli tñ
dixerunt quod aduerſus iſtas coniuratio-
nes,& maleficia taciturnitatis reperiuntur
remedia quædam q̄ diuerſis precibus confi
ciuntur,ex quibus dicunt quod oẽs ligatu-
re,& maleficia huiuſmodi diſſoluuntur om
ninoq; pereunt,& reus grauiſsima patitur
tormenta,& cruciatus in corpore.& inter
alia dicere ſolent verba illa Prophete, vi-
delicet Dñs labia mea aperiat,& os meum
annuntiabit veritatem. Eructauit cor meũ
verbum bonũ dicam cuncta opera mea re-
gi.Confundat nequitia peccatoris perdes
omnes q loquuntur mendacium. Contere
brachia iniqui rei, & lingua maligna ſub-
uertetur.Ex quibus verbis precibus,et ex-
orciſmis dicunt maleficia ipſa reſolui, &
reum mirabiliter cruciari,vide d.Parid. &
Put.in d.trac.ſyndic.in c.tortura.lo iij.fol.
cxiij.& illum Silue.prie.in d.trac.de ſtring.
demon,mirand.lib.iiij.c.v.Super quibus tñ
cogita quia de virtute ipſorum remediorũ
non poſſem quicquã certi atteſtari ex quo
illa nunquam expertus fui, nec per alium
experiri hactenus vidi.

SVMMARIVM.

1 *Tortura in quibus cauſis, & criminibus inferri poßit.*

2 *Oratio indefinita equipollet vniuerſali.*

3 *Iudex diſtinguere non debet vbi lex non diſtinguit.*

4 *Proceſſus ſit ſummarius in leuibus criminibus.*

*Tortura de proceſſu dicitur ad quam abſq; indicijs legitimis peruenitur.*

*Tortura quare in paruis criminibus non ſit applicanda.*

5 *Perſona grauis & honeſte conditionis pro criminibus leuibus torqueri non debet.*

*Perſona leuis de leui crimine ſuſpecta torqueri poteſt.*

6 *Perſona vilis, & pauper pœnam pecuniariam non potens ſoluere luere debet in corpore.*

1 QVINTO videndum eſt
in quibus †cauſis,& crimi-
nibus, poſsit inferri tortu-
ra.dic ꝙ generaliter in om
nibus cauſis criminalibus
ſeu oĩbus criminibus ſi præ
cedant legitima inditia,& veritas aliter ha
beri non põt,nam regula torture eſt affir-
matiua, & vniuerſalis, vt habetur in l.j.in
princ.ff.de quæſt.ibi in criminibus ſeruan-
dis &c.ꝙuis ab ea nullatenus ſit inchoan-
dum,examen,ſed in caſu neceſsitatis quo-
tieſcunq; vndiq; vrgent inditia, & confeſ-
ſio veritatis aliter haberi non põt,niſi me-
diante tortura tũc adhibẽda eſt d.l.j.in prin
cip.ibi enim dr̃ in criminibus ſeruãdis &c.
2 † quæ oratio cum ſit indefinita equipollet
vniuerſali l.ſi plures.ff.de legat.iij.per Ale
xan.& docto.in rubri.ff.ſoluto matrimo.le
ge prima.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de verbo-
rum obligatio. & Bald. in l.nullum.C.de
aſſeſ.hoc idem tenet Gandi.in tractatu ma-
leficio.in titulo de quæſtioni.& tormen. in
princi.verſicu.incipiamus.Hippol.de Mar
ſil.in l.diuus.in princip.ff.de quæſtio.Fran
ciſ.Brun.in tracta. de indic.& tortu. in iij.
colum.verſicu.tertio princ.quero &c.Par.
de Put.in tract.ſyndi.in c.an in cauſa pecu-
niaria pri.col.& probatur per text.in d.l.
milites.§.oportet.C.eod.tit.inducendo hoc
modo,ibi enim dicitur non eſſe a tormẽtis
incipiendum examen,niſi pluribus inditijs
quaſi certis &c,tunc demum deueniendum

Source : BIU Cujas

erit ad qōnes ſi perſonarum conditio id re
quirit.quia ſunt q̄dam perſone quæ ex cau
ſa ſpeciali torqueri non poſſunt,vt infra di
cetur in ſeq.q.& no.ibi dum dr̄,perſonarū
conditio.& nō dixit qualitas criminis, qua
ſi dicat ꝙ in criminibus nulla fiat diſtinctio
3 qualiacunq; ſint,† quia vbi lex non diſtin
guit nec nos diſtinguere debemus.l.dīe ſer-
re.ff.de arbit.l.de pretio.ff.de pub.cum ſi.
Contra hoc opp.de.l.edictum.ff.de qō.vbi
dicitur ꝙ qōnes non ſemper nec in omni
cauſa,& perſona deſiderari debent, ſed cū
capitalia,& atrociore maleficia non aliter
explorari poſſunt q̄ per ſeruorum qōnes
efficaciſsimas &c. & ſic text.ibi expreſſe
inhibere vr̄ ꝙ ꝓ leuibus,criminibus,inue-
ſtigandis,nullatenus ſit danda tortura.Sol.
verum eſt ꝙ in leuibus,& paruis crimini-
bus non eſt adiungenda plena,et grauis tor
tura ſcūm gradum excedens,leuis tn̄ tortu
ra primi, & ſcdi gradus non vr̄ excludi ēt
in paruis criminibus.ar.l.ob quæ vitia.§.fi.
ff.de edil.edic.& ꝑ Bal.in d.l.ij.C.quo.ap-
pel.&c.licet enim hæc ſolutio ſit vera in
ſe,tn̄ non bene congruit illi legi quæ loqui
tur in alijs terminis,& propterea dic ꝙ ibi
loquitur de tortura q̄ infertur in alium.ſ.in
ſeruum non in ipſummet reum.ratio eſt,qa
non ita facile deueniendū eſt ad torturā ſer
uorum pro inueniendis alienis criminibus
ex quo illi ſunt innoxij criminis prædicti
q̄ ipſiuſmet rei de crimine ſuſpecti. quam
ſolutionem ſentit ēt gl.in d.l.edictū.in ver.
efficaciſsimas.dum ſoluit contrarium de d.
l.j.§.ſi quis vltro.ff.de qō.Item oppo.de l.le
4 uia.ff.de accu.†vbi in leuibus criminibus
ſummarie procedendum eſt ſiue proceſſu
vel ſolennitate iudiciali.ſed tortura eſt de
proceſſu, nec ad illam deueniri pōt niſi p̄-
cedentibus indicijs,& cā cognita,& præce
dente pronuntiatione interlocutoria ipſius
iudicis,vt dicit Bal.ī d.l.ij.idē Bal.in l.ſi qs
alicui.C.ad l.iul.maieſta. Saly.in l.fi.C.de
qō.& Bar.in l.fi.ff.eo.ti.Ang.de Are.& alij
Moderni practici in locis ſupra notatis,&
Bal.in d.l.milites.§.oporret.& l.ea quidē.
Sol.dic ꝙ plena, & grauis tortura non eſt
equum ꝙ in paruis criminibus inferatur,qa
maior pœna eſſet ī inquirendo q̄ in punien
do quod eſſet contra tex.in l.in ſeruorum,
ff.de pœn.ſed illa territio ſeu leuis tortura
non excedens ſecundum gradum non vi-
detur eſſe prohibita ī hmōi criminibus,ma
xime qn̄ perſona rei eſt vilis conditionis et
valde ſuſpecta de crimine illo, & iſta po-
tius dici poteſt quædam modica coertio q̄
torturam ſecundum Bald.in l.ij.vel dic ꝙ
ille tex.in d.l.leuia,loquitur de alijs ſolēni-
tatibus ipſius proceſſus.videlicet de libel-
lo,inſcriptione ad pœnam talionis,de ſolē-
nitatibus probationum,publicationis pro-
ceſſus,& alijs ſimilibus terminis,& ſolenni
tatibus,non autem de iſta modica coertio-
ne ſine qua veritas aliter haberi non pōt,
5 & ita videtur ſentire glo.in d.l.leuia. †Si
autem eſſet perſona grauis,& honeſte con-
ditionis,aut nobilis familie pro leuibus cri
minibus huiuſmodi, non eſſet deueniendū
ad aliquem actum torture quantumcunque
leuis & minime,quia ex ea videretur affer
ri iniuria dignitati ſiue nobilitati,& ideo
bene dixit text.in d.l.milites.§.oportet.C.
de quæſtio.ibi,ſi perſonarum cōditio id re-
quirit &c.& ita videtur ſentire gloſ.in d.l.
leuia.intelligendo de vilibus, & ſuſpectis
perſonis,vt ibi vide Bal.in d.l.ij.& Bart.in
l.non omnes.§.a barbaris.ff.de re milita.&
Parid.de Pute.in d.trac.ſyndica.in c.an in
cauſa pecuniaria.vide infra eod.tit.quæſti.
vij.verſi.limita.in fi. Et propterea nō vr̄
eſſe denegāda vili perſone, maxime qn̄ eſ-
6 ſet perſona ſuſpecta. †Quia videmus alias
quod vilis perſona, & pauper qui propter
inopiam nō poteſt ſoluere pœnam pecunia
riam luet in corpore per torturam, & ſic
eo caſu tortura ipſa datur pro pœna, pro
hoc eſt regulare in omnibus publicis crimi
nibus l.j.§.fi.ff.de pœ.vbi eſt nota.tex.l.q.
cunq;.§.quod ſi.C.de ſer.fug.& l.ſi quis id.
ff.de iuriſdictio.omni.iudic. Vide Bar.in
d.l.j.§.fi.qui dicit hoc eſſe regulare in vili-
bus perſonis,& ibi tradit pulchram limita
tionem ad regulam de qua in l.in ſeruorū.
ff.de pœn.quod quelibet pœna corporalis
minima &c.vbi dicit quod illud nō habet
locum in vilibus perſonis, ſed in maiori-
bus & honeſtis.

## SVMMARIVM.

1 *Perſone omnes indiſtincte in criminalibus cauſis an poßint ſubijci torture.*

2 *Milites, & decuriones torqueri non poſſunt.*

3 *Conſuetudo eſt nulla quod milites, aut decuriones torqueri poßint.*

4 *Impuberes non debent torture ſubijci.*

*Mulieres pregnantes non debent torqueri.*

*Serui non torquentur in certis caſibus contra certas perſonas.*

Source : BIU Cujas

5 *Senex confectus etate nõ ſubijcitur torture.*

6 *Senex confectus etate remanet ſub regula affirmatiua torture.*

7 *Mutus, ſurdus, cecus, & furioſus ob impedimentum nature non ſubijciuntur torture.*

8 *Effectus ceſſat cauſa ceſſante.*

9 *Senex rarius, & mitius torquetur robuſtis iunioribus.*

10 *Damnatus ad mortem an poßit liberari ſi reipublice ſit vtilis.*

SEXTO quero an omnes
1 perſone†indiſtincte torqueri poterunt in cauſis criminalibus, dic quod ſic regulariter, ſeruatis tñ de iure ſeruandis, et precedentibus indicijs legitimis quia regula torture eſt affirmatiua, vt ſupra proxime dictum eſt. A tortura autẽ nemo dicitur exemptus niſi quatenus reperiatur expreſſum, vt habetur in d.l.j.in prin.ff.de quæſtio.& d.l.milites.§.oportet.C.eo.ti.A qua quidem regula plures perſone excipiuntur quæ torqueri non
2 poſſunt. †Quorum quidam ſunt milites q priuilegio militie & fauore reipublice torqueri prohibentur d.l.milites.in prin. Secũdo excipiuntur decuriones,& eorũ filij, ac nepotes qui durante decurionatus officio propter dignitatem officij torqueri non poſſunt d.l.milites.& l.decuriones.& l.diuo marco.C.de quæſtioni. Sed quero an hodie milites noſtri temporis decuriones ſiue conſiliarij habeant iſtud priuilegiũ, vt torqueri non poſsint. Bar.in d.l.milites dicit quod gaudent illo priuilegio,vt torqueri nõ poſsint.idem tenet Cy.in l.diuo marco.eo.ti.& Iac.But.in d.l.milites.Saly.in l.j.in penu.col.C.de iur.& fac.igno.d.l.decuriones.in fi.quãuis dicat ibi quod hoc male ſeruatur de cõſuetudine in Lombardia.eãdem conſuetudinem quod non ſeruantur iſta priuilegia,ego vidi Rome ſepe ſepius ſeruari contrarium Barb.tamẽ in apoſt.ad Saly.in d.l.diuo marco.in fi.dicit amplian-
3 do communem,doc.opi.†ꝙ ſi conſuetudo eſſet in contrarium quod torqueantur.talis conſuetudo nõ valet,dicit ipſe.caſus ex ſingularis ſecundum.Bar.& ipſum in l.omnes iudices.C.de decur.lib.x.idem tenet d.Alexan,in l.centurio.in ix.col.ff.de vulg.et pupil.& Roman.in ſingula.cccxc.quod incipit mulieres, vbi idem dicit de doctore, quod expreſſe firmat do.Iaſ.in l.de quibus col.xxiij.verſi.non tamen.ff.de legi.& Matheſil.ſingul.lix.quod incipit nota quod legum doctores &c. Vide Bar.in l.j.C.de aduocat.diuer.iudicũ.vbi dicit, doctor & aduocatus torqueri non poteſt ex quo eſt cõſtitutus in dignitate,& non ſolum durante officio aduocationis,ſed etiam eo depoſito & ideo dicit quoties per ipſum ſuſcipiendum eſſet iuramentum debet mitti notarius ad domum ſuam tãquam ad egregiam
4 perſonam. † Tertio excipiuntur minores ſcilicet impuberes,qui propter defectũ etatis quæ adhuc tenera eſt torqueri non poſſunt, ſed illius loco ferula ceduntur l.j.§.impubes.ff.ad ſilleia.& l.de minore, in princ.ff.de quæſtio. Quarto excipiuntur mulieres pregnantes quæ propter accidẽs ſcilicet impedimentum pregnantie nõ torquentur ne ſubſequatur abortus etiam poſt partum per xl.dies,donec mulier fuerit priſtine ſanitati, & viribus reſtituta l.pregnãtis.ff.de pœn.& l.imperator.& ibi Bald.ff.de ſta.homi.Hipp.de Marſil.in l.j.in princ.in v.col.ff.de quæſti.& alij Moderni practici in ſepe dictis eorũ trac. Quinto excipiuntur ſerui,qui licet indiſtincte non ꝓhibeantur torqueri,tamen contra certas ꝑſonas non torquentur,niſi in quibuſdam caſibus,vt l.ſeruus.C.eo.tit.de quæſti.ſed iſta non eſt propria fallentia ad regulam vt ſit generalis in omnibus caſibus & perſonis,
5 ſed ſolum quo ad certas perſonas. †Excipitur ſexto ſenex etate confectus qui propter lapſum etatis torqueri nõ poteſt,l.iij.§.ignoſcitur.ff.ad ſille.quam opi.tenuit Gãdi.in d.ſuo trac.in ti.de quæſtio.& tormen.in princip.Bart.in d.l.iij.§.ignoſcitur.& in d.l.de minore,in princ.Ange.de Are.in ſuo trac.malefi.in gl.fama pub.verſ.quero quæ perſone.Hippo.Marſi.in l.edictũ.in iij.col.ff.de quæſt.Alexan.in apo.ad Bar.in d.l.milites.in prin.& ita communiter tranſeunt doc.cum iſta limitatione.Ego autem teneo contrarium ſcilicet quod iſta exceptio ſiue limitatio non ſit vera de iure,nec probatur per tex.ĩ d.§.ignoſcitur,quicquid dixerint doc.prædicti qui videntur in hoc caſu loq̃
6 ſine lege,†& ratio text.in d.§.ignoſcit.non concludit generaliter quod ſenex non poſſit torqueri,& propterea dico ꝙ ſenex etate confectus remanet ſub regula affimatiua torture d.l.j.in prin.ff.de quæſtio.& l.milites.§.decuriones,C.eo.ti.vbi excipiunt q̃dam perſone quæ torqueri nõ poſſunt,ergo regula eſt in contrarium quod regulari-

Source : BIU Cujas

ter omnes alij qui non ſunt in iure expreſsi torqueri poſſunt, ita concludunt Bal. Saly. & alij in d.l. milites. & l. decuriones, tex. n. in d. §. ignoſcitur, non prohibet generaliter ſenem torqueri non poſſe. pro cuius declaratione ſciendum eſt quod illa lex. iij. ff. ad ſille. fuit condita contra ſeruos ignauos qui neglexerunt afferre opem domino ſuo dũ erat inſultatus anteꝗ̃ interficeretur. ex eo enim quod non attulerunt opem præſumũtur eſſe in dolo, & ſocij criminis ſeu forſan participes, & propterea torquentur omnes qui in dicta domo reperiebantur tempore quo dñs fuit occiſus, & non tulerunt opem dño ſaltem in clamando, & ſic illi qui in negligentia apprehenſi fuerunt torquẽtur ad eruendum veritatẽ, quare domino ſuo opẽ non præſtiterunt vel illius necem non vindicarunt, vt tenebantur de iure, & ad vidẽdum etiam nunquid necis illius fuerint forſan participes, & ad purgandum quodãmodo ſuſpitionem illam quæ viget contra illos omnes torquentur regulariter qui pręſentes in eadem domo eius reperiebantur, d.l.j. in princip. & §. ſi pater, & §. ſi vir aut vxor. ff. ad ſille. quorum aliqui excuſantur a tortura ex iuſta cauſa ſiue iuſto impedimẽ-
7 to quo detenti fuerunt d.l.iij. † quidam ꝓpter impedimentũ nature, vt eſt mutus, ſurdus, cecus, furioſus, qui propter defectũ ſenſus naturalis non poterunt adeſſe rumori vel afferre opem domino. d.l.iij. §. ſurdus. & §. cecus. item etiam ignoſcitur his qui clauſis ianuis non potuerunt exire foris, & ſuccurrere dño, & eidem opem afferre d.l.iij. §. ſubuenitur, poſtea immediate ſequitur. §. ignoſcitur. vbi dicitur quod ignoſcitur etiam his qui etate defecti ſunt, vt ꝓpter non præſtitam opem, & auxilium domino non reddantur negligentes, & culpabiles, ex quo propter corporis debilitatem & membrorum languedinem nõ potuerũt currere & adeſſe rumori, & necem domini vindicare ſicut iuuenes, & vt ipſi deſiderabant. & propterea ob hanc cauſam iura nõ præſumunt ſenem illum fuiſſe negligẽtem aut culpabilem, vel ſuſpectum de crimine, quia iuſta de cauſa impeditus &c. ſtãte igitur impedimento prædicto ceſſat cauſa ſuſpitionis, & ceſſante cauſa ſuſpitionis, & culpe, merito etiã ceſſat tortura. Quæ propter negligentiam adhibitam erga dominũ infertur, vt d.l.j. in princip. & §. ſi pater lo
8 ij. & §. ſi vir aut vxor. eod. ti. † quia ceſſante cauſa ceſſat effectus l. adigere. §. quãuis. ff. de iure patrona. ibi enim ſenex non excuſatur a tortura propter etatem ſenilem ſed excuſatur a cauſa propter quam infertur tortura, conclude igitur quod etas ibi non eſt cauſa principalis ad eximendũ ſenẽ a tortura ita quod ſenilis etas ſemp ſit cauſa excluſionis torture, ſed excludit cauſam ſuſpitionis præſumpte ſciẽtie & participationis propter quam infertur tortura. d.l.j. in princip. & §. ſi pater. el ij. & §. ſi vir aut vxor. eo. ti. extra igitur illum caſum nõ video rationem in contrarium quare ſenex torqueri nõ poſsit in caſibus in quibus de iure deueniri poteſt ad torturam ſaltẽ leuiter, & temperate, mitius tñ ꝗ̃ in alijs iunioribus l.j. §. diuus. & l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſti. non eſt igitur dicendũ quod ex diſpoſitione. d. §. ignoſcitur, limitetur, & ledatur regula iuris cõis de qua in d.l.j. in princ. ff. de quæſt. quæ loquitur affirmatiue generaliter, & indiſtincte vt latius ſupra dictum fuit. ar. l. ſancimus. C. de teſta. & l. pcipimus. C. de app. ſi enim iura noluiſſent ſenem debere torqueri illud vtiq; expreſsiſſent a regula, ſicut expreſſe cauerũt & exceperunt milites decuriones, & eorum filios, item impuberem mulierem pregnantem, & alios, de quibus ſupra d.l. milites. l. diuo marco. l. decuriones. C. eo. ti. & l. de minore. in princi ff. eo. ti. l. pregnantem. ff. de pœn. cum ſimilibus. cum itaq; hoc non reperiatur expreſſum non eſt dicẽdum quod regula iuris quæ eſt affirmatiua debeat immutari vel corrigi, aut limitari. d.l. ſanci-
9 mus. & d.l. præcipimus. † Quidam alij exponunt illud verbum ignoſcitur, non ꝙ ſenex prohibeatur torqueri, ſed quod rarius torquetur, & caſu quo debeat torqueri, tũc mitius & leuius torquendus erit ꝗ̃ iuuenis, hæc enim opinio licet videatur equa et pia, præcedens tamen eſt de iure verior ꝑ ea quæ ſupra dicta ſunt ego tamen quando caſus contingeret omnem diligentiam adhiberem ad eruendam veritatem aliter ꝗ̃ per torturam ex perſuaſionibus aut comminationibus quoties tamen eſſet neceſſe ad illam deuenire non excederem ſecundũ aut tertium gradum, niſi eſſemus in atrocioribus & perſona rei eſſet vilis & valde ſuſpecta. An autem reperiantur alij ꝗ̃ ſupra nominati qui dicantur eſſe exempti a tortura, vide domi. Hippo. de Marſil. in l. edictũ. ff. de quæſtio. in iij. col. vbi plures enumerat inter quos dicit, quod ille qui eſt vtilis reipublice torqueri non poteſt ſecundũ d. Pari. de Put, quem ipſe refert idem tenere in dicto ſuo trac. &c. & dicit eſſe bonũ tex.

Source : BIU Cujas

10 ad hoc in l.ad beſtias.ff.de pœn.† vbi dicit quod damnatus ad beſtias eximitur ab illa pœna quando ille erat vtilis populo & ad præces populi debet liberari. nota quod ego intelligo illud dictum eſſe verum per illum tex.quotieſcunq; per torturam adeo cruciaretur quod efficeretur inutilis qua poſſet mēbro debilitari vel mori in tortura,quod quidē periuro contingit, alias aūt non videtur eſſe eadem ratio in tortura ſicut in morte, quia illi qui ſuſtinent torturā non moriuntur nec debilitantur regulariter & ſic per illam non ceſſat vtilitas reipub.qñ ille ſeruat in vita, & ideo dubito de iſto dicto propter diuerſitatem rationis ſuper quo tñ cogita.Prædictas tñ limitationes oēs limita & declara nō procedere nec habere locū in criminibus exceptis & atrociſsimis ſicut eſt crimē leſę maieſtatis ī quo nulla dignitas nullūq; penitus priuilegium ſuffragatur reo ad effugiendum torturam l.quiſquis.C.ad l.iul.maieſta.& in crimine hæreſis, vt dicunt doc.in d.l.qſquis,& canoniſte in c.vergentis.de hæretic.in antiq.& in c.cum ſcdm leges eod.ti.lib.vj.Itē in crimine maleficiorū & incantatorum, vt l.& ſi excepta.C.de malefi.& mathe.in quibus criminibus omnes indiſtincte torquentur vt ibi dicitur & notatur etiam per do.Hippo.in dicta l.edictum.

## SVMMARIVM.

*Tortura an locum haberi poſsit in pecuniarijs cauſis.*

*Liberi poſſunt torqueri in cauſa ciuili delictum annexum habenti.*

*Serui alieni in cauſa pecuniaria poſſunt torqueri.*

*Homo liber in cauſa pecuniaria regulariter non torquetur,ſed hoc fallit in teſte vacillante.*

*Mercatores fallit ceſſantes & fugitiui quando poſsint torqueri.*

*Pœna corporalis quantumlibet leuis quacunque pecuniaria maior eſt.*

*Tortura non dicitur pœna quæ iuris habeat effectum.*

*Finis cauſæ nō attēditur in materia torture*

*Iuramentum quando deferatur in probationis ſupplementum.*

*Tortura quando ad pœnam dari dicatur.*

*Fur quandoque ad pœnam torquetur pro leuibus furtis.*

10 *Cōfeſsio torti an ſibi noceat ſi denegata fuerit indiciorum copia remiſsiue.*

11 *Iudex quid faciet reo ad banchum iuris ducto confeſsionem ſuam quam in tormentis fecerat negante.*

SEPTIMO quero an in
1 cauſa † pecuniaria & ciuili deueniri poſsit ad torturā. dic ꝙ ſic qñq;,nō tñ omnes perſone nec ī omni caſu deueniendū erit,ſed ſerui dūtaxat alieni quotieſcūq; veritas rei aliter haberi non pōt torquent.l.diuus,in princi. ff.de qō.& iſta eſt vna ex differentijs, quæ vertuntur inter cauſas ciuiles, & criminales ſcdm quod dicit Bar.in d.l.diuus,qa in cauſis ciuilibus non torquent niſi ſerui alieni nō aūt liberi neq; ſtatuliberi,et caſu quo deueniendum ſit non ita de facili deueniendum eſt.ſed vbi veritas aliunde haberi nō poteſt ꝙ per tormenta ſeruorū,ſed in cauſis criminalibus torquent ēt liberi pro eruenda veritate ita dicit Bartolus in l.diuus.

2 †Quod tñ eſt verū niſi cauſa ciuilis haberet in ſe annexum delictū, quia tunc ēt liberi torquent, vt eſt tex.not.in c.j.de depoſi. quem tex.oēs doc.allegant ad hoc & notat etiam doc.in l.ex libero.ff.de qō.Vnde dico quod in hac materia poni pōt regula negatiua,ſcilicet quod in cauſa pecuniaria liber homo regulariter nō torquet d.l.diuus fallit iſta regula in aliqbus caſibus, & primo in caſu d.c.j.de depoſi.qñ cauſa ciuilis habet annexum delictum. Item fallit qñ ciuiliter ageret de falſo & veritas aliter haberi non poſſet quod tūc deueniri poſsit ad torturam,ita dicit Bald.in l.ſicut falſi.C.de falſis. Ex quo textu idem puto dicendū eſſe in furto vbi ageret ad rē ſibi furto ſubtractam non per accuſationem furti,ſed priuato iudicio ciuili per actionem furti, vt in §.furti autem actio.inſti.de obl.quę ex delī.naſ.vel conditione furtiua, vt in l.ſi pro fure.& in prin.§.j.ff.de condit.furti.quod vbi plena probatio per teſtes aut ſacramenta haberi non poſſet quod liceat deuenire ad torturam quia ratio tex.in d.l.ſicut falſi.
3 ita; militat in iſto caſu ſicut in illo. † Et prædicta procedunt in libero homine ſerui aūt alieni bñ poterunt torqueri in cauſa pecuniaria & hoc fieri pōt quotieſcūq; veri

tas aliter haberi non poteſt vt d.l.diuus.ff.
de quæſt. Prędictam etiam limitat & de-
clara quod liber homo non torquetur regu
lariter in cauſa pecuniaria, eſt verum qñ lo
quimur de principali. Secus autem in teſte
vacillāte, quia liber homo ſi adhibetur, vt
teſtis in cauſa pecuniaria & vacillat pote-
rit torqueri, ita dicit text. ibi Bart. & alij in
l. ex libero. ff. de quæſti. & hoc non proue-
nit ex natura cauſæ, ſedpropter accidens. ſ.
illam vacillationem. l. liber homo. in prin.
& l. vnius. §. teſtes. ff. eo. ti. vide Bart. in d. l.
liber homo. & l. ex libero. & d. §. teſtes. &
do. Hippo. de Marſil. ibi, vbi copioſe decla-
rat hanc materiam. & Bal. & Saly. in d. l. ſi-
cut falſi. C. de fal. Io. de Imo. Panor. & alij
cano. in c. grauis, de depoſi. vbi in hac mate
ria multa bona dixerunt & Cy. in l. fi. C. de
fal. & eſt gl. no. xv. q. iiij. c. presbyter. Et in-
quantū diximus ſupra quod qñ cauſa pe-
cuniaria habet annexum delictum deueni-
ri poterit ad torturā per tex. in d. c. j. de de-
poſi. per quem text. dixit do. Par. de Put. in
trac. ſindi. in c. an in cā pecuniaria in princi
4 pio ſe decidiſſe alias quæſtionem iſtā. † qđ
iſti mercatores falliti ceſſantes & fugitiui
poterunt torqueri vt indicent pecunias ſibi
datas in depoſitum vel in ſocietate ad mer
candum quas nunc denegāt habere & per-
didiſſe dicunt quem omnino vide quē ēt re
fert & ſequitur do. Hippo. de Marſil. in d. l.
diuus. in ij. col. qui deinde opponit cōtra il-
lud. c. j. extra de depoſi. dicens quod nimis
durum & iniquum eſſe vr̄ quod in cauſa ci
uili & pecuniaria deueniatur ad torturā, li-
cet ſimus in terminis d. c. j. quia ex hoc ma
gis cruciatur et patitur reus ſiue debitor in
inquirendo veritatem rei quā ipſa re com
perta in ſatisfaciendo, quia nil aliud in cō-
demnationem uenit niſi pecunia in cuius ſo
lutione debitor nullū patitur dolorē in cor
pore & minus nocet ſolutio, & ſnīam quā
5 inquiſitio, † quia quilibet corporis crucia-
tus ſiue corporalis pœna ēt minima eſt ma-
ior quacunq; pœna pecuniaria, quantūcun-
que ſit magna l. in ſeruorum. ff. de pœni. ad
iſtud contrarium dant due ſolutiones p do-
cto. ſcđm ipſum, prima eſt quod tortura nō
datur ad pœnam, nec dr̄ proprie pœna, ſed
eſt dolor corporis vel membri ad eruendā
veritatem &c. d. l. item apud labeonem. §.
qōnem. ff. de iniurijs. & ſupra dictū fuit in
j. q. huius tituli, quia ſi tortura eſſet pœna
vel daretur ad pœnam, profecto non eſſent
duo tituli ſeparati titulus de qō. a titul. de
penis, ſed quia ſunt materie diuerſe & ſepa
rate. ſ. materia inquiſitionis & materia pœ-
næ, propterea edite ſunt ſub diuerſis titulis
& nominibus, quidam vero dicunt quod li
cet tortura nō ſit pœna iuris de facto, tamē
eſt pœna non leuis, quia cruciatus ille af-
fert pœnam & dolorem intolerabilē in cor
6 pore, ſed non obſtat † quia licet tortura af-
ferat dolorem & cruciatum in corpore, tñ
non dr̄ proprie pœna quæ habeat effectum
iuris, ſed poſſet forſan iproprie dici pœna
hoc eſt illa tolerantia doloris, & cruciatus
quam qui torquetur ſuſtinet in membris &
corpore, nec datur ad effectum pœnæ a le-
ge ſtatute & propterea ex diuerſis non fit
bona illatio l. naturaliter l. nihil cōe. ff. de
acqui. poſ. & l. papinianus. ff. de minori. qđā
vero dant aliam ſolutionem limitando, vi-
delicet. d. l. in ſeruorum. ff. de pœn. vt diſpo
ſitio illa non habeat locum. in plebeis & ui
libus perſonis, ſed in nobilibus, & magne
conditionis hominibus, qui nō debent tor-
queri nec cruciari in corpore pro re pecu-
niaria cuiuſcūq; ſit valoris. Ego autem cō-
ſideraui quod licet ſolutiones iſte ſint vere
in ſe tñ ad ſolutionem iſtius oppo. nō opor
tebat tm̄ laborare, quia ſolutio ipſius bre-
uiſsima eſt, Nam eſt verum quod in cauſis
pecuniarijs regulariter non deuenitur ad
torturam d. l. diuus. niſi in caſibus & perſo-
nis exceptis, vt ſupra diximus in prin. q. &
ad hoc facit regula illa de qua in d. l. in ſer-
uorum, ff. de pœn. ſed in caſu d. c. j. & l. ſicut
falſi. C. de falſis ideo deuenit ad torturam
propter delictū furti vel falſitatis annexū,
& iſto reſpectu vr̄ potius deferri in cauſa
criminali quā ciuili, quia tūc illa non dr̄ cā
mere ciuilis, ſed potius mixta cum crimina
li, vide Imo. & alios in d. c. j. & ratio illa de
qua in d. l. in ſeruorum non vr̄ multum vr-
7 gere in propoſito noſtro, † quia in materia
torture non debemus attēdere ad finē cau-
ſæ ex qua venit ſoluenda pecunia qa alias
ſequeretur quod in multis cauſis criminali-
bus in quibus de iure cōi aut ex forma ſta-
tutorum venit imponenda pœna pecunia-
ria, vel bonorum publicatio, vt in l. ſi quis
aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœn. & inſti.
de publi. iudi. §. item lex iulia. ſi illa ratio
procederet ſequeretur quod illis caſibus
non poſſet quis torqueri quia eſſet maior
pœna inquiſitionis q̄ condemnationis qđ
eſt falſum. Dicas igitur qđ in omnibus cau-
ſis in quibus infertur tortura, conſiderandū
eſt principiū cauſæ & illius natura an de-
ſcendat ſiue oriatur ex contractu vel quaſi,
an vero ex delicto vel quaſi delicto vim.
ſti, quib,

Source : BIU Cujas

ſti.quib,mod. re contra.obli.& de verbo. obliga.cum ſimil.& de obli. quæ ex delic. naſ.per totum, vt primo caſu non ſit locus torture regulariter etiam quod veritas aliter haberi non poſsit,quia in cauſis ciuilibus iura dederunt alia remedia aut actor plene probauit intentionem ſuam & reus
8 condemnatur l.ſi debitori.ff.de iudi.†aut ſemiplene probauit & deferunt ſibi iuramentum in ſupplementum probationis dũmodo actor ſit honeſta perſona & non agatur de maxima ſumma vt no,dicit Bar.in l. admonendi.& ibi per Moder.latiſsime.ff. de iureiuran.& Bal.in l.in bonefidei.C.eodem titu.Ioan.de Imol.Panormi.& alij Canon.in c,fina.eodem titu.aut actor non plene neque ſemiplene probauit,ſed minus ꝗ̃ ſemiplene vt quia habuit teſtes qui nõ erãt omni exceptione maiores, vel forte erant ſingulares quo caſu non deuenitur ad iſtud iuramentum,vt dicunt prefa.doct.in dicto c.fina.ſed iſto caſu defertur iuramentum reo quod dicitur iuramentum purgationis & obtinet abſolutionem vt nota,in dicto c. fina.aut actor propoſuit libellum, ſed nihil penitus probauit,& iſto caſu reus abſoluitur etiam abſque aliquo iuramento vt l.actor.C.de probatio.& l.qui accuſare.C.de eden.& per iſta media deciduntur cauſæ ciuiles,non autem per torturam,intelligendo de cauſis mere ciuilibus ille vero quæ habent annexum delictum, dicit non poſſunt mere ciuiles vt dicto.c. j.& l.ſicut falſi ideo non eſt mirandum ſi in illis poteſt inferri tortura, quia datur propter delictum non propter ciuilem cauſam,nec ex nature cauſæ ciuilis,quia tortura fuit adinuenta pro cauſis criminalibus contra culpabiles et doloſos quoties deficiunt plene probationes in crimine & dicitur remedium extraordinarium,vt nota Bald.in l.ij.C.quorum appel.non recip.& per Azo.in ſum.de quæſt. & Panormi.in c.cum in contemplatione de
9 regul.iur.in prin. †Et licet tortura etiam in cauſis criminalibus nõ ſoleat dari ad pœnam,tamen datur quandoque ad penã quãdo ex crimine veniret imponenda pœna pecuniaria et reus propter paupertatem illam ſoluere non poſſet luit in corpus, quæ luitio fit interdum per torturam maxime quando eſt vilis perſona vt ff.de pœn.l.j.§. ſi.& C.de ſeruis fugiti.l.quicunque.§.quod ſi.& l.ſi quis id quod.ff.de iuriſdictio.omn. iudicum vide domi.Pari.de Puteo.in d.tracta.in c.tortura.el j.vbi dicit quod pro leuibus furtis fur quandoque torquetur ad pœnam maxime quando eſt vilis perſona & pauper vt in authenti.vt iudi.ſine quoquo ſuffra.§.ex diuerſo. Poſſet etiam hic inſerim quæſtio illa de qua in l.repe.ff.de quæſtio.an & quando ſemel tortus poſsit iterum repeti in tortura, & an & quando quis dicatur competenter tortus,& quid ſi reus moritur in tortura, vel propter torturam mors fuerit ſubſequuta,an iudex tenetur,& ad quam pœnam & quid ſi reus fuit poſitus ad torturam nullis inditijs præcedentibus, vel ſi aderant inditia non tamen erant in actis deſcripta, & quid reus petijt copiam inditiorum,& fuit ſibi denegata,& non obſtante petitione prædicta fuit poſitus ad torturam, & quid ſi reus in tortura fuerit confeſſus aliud crimen quando nulla prçcedebant inditia vel ſi qua aderant erãt inualida,vel ſi legitima erant nõ erant ſcri
10 pta in actis vel †quando fuit ſibi denegata inditiorum copia an confeſsio illa etiam ad banchum iuris ratificata noceat reo ad cõdemnationem vel ad alium effectũ & quẽ, et quid ſi reus propter priuilegium, etatem pregnantem vel aliam ſimilem legitimam cauſam torqueri non poterat ſi fuerit tortus & confeſſus,& ratificauerit confeſsionẽ ſuam,an poterit ex ea ſubſequi condemnatio velle omnia iſta ad longum deſcribere potius ſuperfluum eſſet quam neceſſarium, quia omnes doctor.& antiqui & moderni in theorica,& in practica in ſuis commentis,hæc plene deſcripſerunt apud quos per te ipſum videre poteris.Bar.in l.j.in prin. &.§.idem cornelio,& l.fin.ff.de queſt.& in d.l.j.& ſi.l.milites.§.oportet.C.eodem tit. & in l.ea quidem.C.de accuſ.Bal.in l.ij.C. quorum appella.&c.idem Bal.in l.j.C.de confeſsio.& in l.ij.C.quod metus cau.Gan. in trac.mal.in tit.de queſtio.& tormen.Ange.Areti.in ſuo tracta.maleſi.in gloſ.fama publica.verſi.nunc videamus vſque in fin. Pari.de Pute.in tracta.ſindi.in c.tortura.lo primo cum tribus ſequen.& c.viſo de inditijs.Hippoly.Marſil.in l.j.in princip.&.§. fin.&.§.ad quæſt.ff.de quæſtio.Fran.Brun. in tracta.de indi.& tortu.in ij.parte.canonũ ſte in c.qualiter.& quando & c.inquiſitionis.de accuſa.& in c.cum incontemplatione.& ibi Panormi.de regu.iur.in antiquis.

Nihilominus quo moderamine & qua leuitate,vel grauitate ſit dãda tortura & quæ inditia ad illam inferendam idonea ſint & quando quis dicatur competenter tortus vel non ſimiliter quando quis dicatur purgaſſe inditia,vel non omnia iſta demum re-



Source : BIU Cujas

linquuntur arbitrio & diſcretioni honeſti iudicis, quoniam in his certa regula tradi non poteſt ſed alterantur ex qualitate facti perſonarum conditione, loci conſuetudine, & alijs circunſtantijs & qualitatibus, vt dicit Bal. in d. l. ij. C. quorum appellat. &c. & d. l. milites. §. oportet Bart. in d. l. ſi. ff. de qō. & l. j. in princip. eodem titu. & eſt text. in l. j. §. calumniatoribus. ff. ad turpil. & l. teſtiū. §. tu magis. ff. de teſtib. Panormita. in d. c. cum in contemplatione. de reg. iur. & Azo

21 in ſumma eod. titu. †Quid autem ſi reus ſemel aut pluries confeſſus fuerit in tormētis deinde tempore ſuo adductus ad banchum iuris in loco ratificationis negauerit & cōfeſsionem ipſam reuocauerit quid tūc aget iudex, dic quod reponet illum iterum ad torturam in qua tandiu morabitur ſuſpenſus quantum iudici videbitur eſſe ſufficiens, & ſi reuocationem ipſam reuocauerit reuertendo ad primam confeſsionem illi ſtandum erit & iterum retificanda, ſi vero paſsis tormentis ſemper in eadem reuocatione inſteterit debebit abſolui, vide Bartol. in l. j. §. ſi quis vltro. & in l. repeti. ff. de quæſt. & do. & Hippoly. de Marſil. in d. l. repeti. in iiij. colum. vbi dicit quod dum ipſe erat officialis illuſtriſsi. Ducis Mediolani habuit per manibus quendam inſignem ribaldum qui ſimiles actus ſeptus fecit, & repetitis vicibus in tortura fatebatur, deinde ad banchum iuris adductus ſemper negauit & reuocauit præcedentem confeſsionem adeo quod fuit ſibi neceſſe, vt ipſe dicit illū abſoluere & abolere proceſſum cum inquiſitione. Interrogatus poſtea quare ſic fecerat reſpondit quod magis ſibi expediebat torqueri pluries in brachijs cum corda q̄ ſemel in gula, quoniam multi inueniuntur medici qui ſciunt reſarcire oſſa brachiorum etiam ſi eſſent fracta, ſed nemo reperitur q̄ ſciat reſarcire gulā laqueo obcluſam,

FINIS.




# TRACTATVS

ſuper materia quæſtionum, ſeu torturæ do. Amberti de Antramonia Bononienſis.

## SVMMARIVM.

1 *Iudicibus torquere ſontes volentibus quid conſiderandum, vide. §. omnes vſque ad nume 2.*

2 *Torqueri quæ perſonæ poßint. vſq; ad nu. 3.*

3 *Quæſtio qualiter fieri debeat a quo temperamento & quo ve ordine ſint inferenda tormenta.*

4 *Quæſtio ex quibus cauſis inferatur, quæ torturam præcedere debeant, quibus indicijs & qua forma in his procedi debeat.*

6 *Quæſtionis effectus quis ſit, & quod rei confeßio non præiudicat ſibi.*

*Et quid confeßione facta in tormentis, ſit faciendum. nu. 6.*

*Et quid ſi aliquis in tormentis confitetur cōtra alium an ſuo dicto ſtabitur. nu. 7. an*

8 *Tortus ſua cauſa, non eſt de alijs interrogandus, niſi in caſibus ſequentibus.*

9 *Torqueri an poßint alij per tortum inculpati, licet, ſint male fame & vitijs manifeſ-*

Source : BIU Cujas

ſtis dediti.

10 Torquetur quis de furto accuſatus, Indicijs præcedentibus, in tormentis confitetur, num abſque alia repetitione in eum procedetur.

11 Tortus ſemel an poſsit ſine nouis indicijs iterum torqueri.

12 Torquendo propter indicia præcedentia an dari debeat dilatio, vt aduerſus indicia dicat.

Plus cui conceditur non debet, quòd minus eſt denegari. ibi in fi.

13 Torti confeßio nullis præcedentibus indicijs nulla eſt. & confeßio facta in ipſis tormentis equipolet factæ in tormentorum formidine ibidem.

14 Tortum vt perſeuerare in cõfeßione faciat Iudex, quid nam agere debeat.

Et quantum tempus erit inter diem confeßionis torture, & diem perſeuerantie.

Et qui quæſtioni intereſſe debeant ibidem.

15 Torqueri an poſsit liber homo, & nunquid principalis perſona quæ accuſatur ſubijci torture debeat, ibidem.

16 Torquendo ſi iudex modum exceſſerit, quid iuris.

17 Lata culpa in delictis nõ comparatur dolo.

18 Indicium ad torturam an faciat vnus ſolus teſtis plene probans. & nu. 19.

20 Fama iam probata, num poßit procedi ad quæſtionem.

21 Fuga accuſat fugientem. & fama hominem male vite.

22 Indicia indubitata quæ ſint, & quæ probationes.

23 Perfectum vnum conficiunt duo, vel plura imperfecta.

24 Milites noſtri temporis an torqueri poßint etiam cœleſtes. & quid de iudicibus & aduocatis? ibidem nu. 25.

25 Fama quid in maleficijs operetur.

27 Appellari an poßit ab interlocutoria quæſtionis abſolutoria per omnes §. vſque ad finem tituli.

SVPER materia qõnum videndũ eſt quid ſit quæſtio, & quę perſone poſſunt torqueri, & quæ nõ. Et qualiter ſibi inqſitio ſeu quæſtio fieri debeat, ſiue quo moderamine ſint homines torquendi, et ex qbus cauſis, & quæ oportet præcedere quæſtionem & quis effectus quæſtionis. Vlterius tractando quaſdam vtiles quæſtiones ſuper dictis articulis iudices qui debent fieri ſubtiliter docebimus. Primo tractabo circa magiſtralis ad
2 tractatum iſtum. Et † primo nota ꝙ iudices qui de aliquo quæſtionem intendunt iuris & humanitatis conſiderationem habeant, & ne facile ad tormenta veniant ſeu proficiſcantur. Item ne repente quomodocunqꝫ ad ſint inditia aut argumenta veriſimilia, dum tñ aliqua leuior poſsit veritas reperiri. arg. l. diuus. ff. eo. j. & ij. rñ. l. edictũ & C. eo. tit. l. quæſtiones. Secundo not. ꝙ non ex qualibet cauſa ſeu reſponſione ſeu ex quolibet termino nec etiam indifferenter. de quibuslibet perſonis eſt habenda qõ vt d. l. edictum. Tertio not. ꝙ non quelibet indicia ſunt efficacia ad habenda tormẽta. Tunc enim torquendus eſt reus, cum ſuſpectus eſt & veriſimilia procedunt inditia, vt ff. eo. l. j. j. & ij. reſpon. Quarto not. ꝙ tormenta non debent fieri repente niſi duo p̃cedant ſeu concurrant, ſ. ꝙ noua inditia ſuperueniãt & ꝙ tortus in fortitudine corporis putauerit. ff. de qõ l. vnus. §. j. Quinto not. ꝙ ac tormenta habenda iudices noſtri temporis temperamentum habeant. ſ. ꝙ nõ habeant de aliquo tormenta quæ deſiderabit accuſator ſed prout moderamen rationis deſiderat temperamentum adeo vt is q torquetur, ſaluus innocentie vel ſupplicio reſeruetur. ff. eo. l. de minore. §. tormenta. et l. quæſtionis modus. alias tenentur, vt ff. de inturi. l. apud labeonẽ. §. quæſtionis. Modo videndum eſt quæ perſone poſsint torqueri & quæ non. Et certe torquendi ſunt tam liberi quam ſerui, & liberi, & ſtatuliberi. vt ff. eo. l. edictum. & l. ex libero. & l. diuus. Et tam maſculi quam fœminæ. Niſi dũ ſint pregnantes. ff. de pœn. l. pregnantes. & l. quanquam. licet quidam contradixerunt. Dic tñ indubitantur liberos homines tam in ſe principaliter, q̃ in alijs, poſſe torqueri, vt. ff. eod. l. ex libero. & l. diuus. §. teſtes. & C. de falſis. l. ſi rem, & l. ſi quis decurio,



Source : BIU Cujas

& de re mil,l.proditores,in auth.vt iu,ſine
quo, ſuff.in fi.§.ope,C.eo,l.milites, Vbi i-
diſiuncte loquitur de perſonis cuiuslibet
conditionis exceptio in dignitate poſitis,
quas torqueri non permittit lex.C.de infa-
mibus l.nullum,& de accuſa.l.nullum.in fi.

Omnia ſupradicta loquuntur de perſo-
nis liberis,de quibus eximuntur quædam
quas torqueri non ſinit ſcilicet propter eta
tem,vt minor quatuordecim annis ,ff.eo,l.
2 de minore,& l,ex libero,& quanquā† tor
queri non poſsint,tñ ferula vel virgis cor-
rigi poſſunt leuiter ad eruendam veritatē,
vt ff.ad ſyllania.l.j.§.impuberes. Item il-
li qui ſunt de precoci etate non torquētur,
vt C,eo,l.milites & l,diuo marco.& l.decu
rionem.& ff.eo.l.fi,nec filij presbiterorū,
vt in legibus prealleg. In quibuſdam tñ
criminibus nec etas, nec dignitas excuſat.
vt eſt in crimine lęſæ maieſtatis, & in alijs
vt habetur.ff.eo.l.de minore.j.rñ.& l.libe
ro.§.j.de re mili,l.deſertorem.§.is cui.& l.
proditores. Item decuriones qñq; torquē
tur.vt C.de fal.l,decurio.Item mulieres q̄
3 ſunt pregnātes. †Nunc videndū eſt quali
ter qō debeat fieri,& cum quo moderami-
ne ſint habenda tormenta, ſed de hoc non
poteſt certa doctrina reddi,ſed iudex conſi
deret torquēdum cuius fortitudinis vel de-
bilitatis ſit, ſeu cujus etatis.& ſcdm ſeueri-
tates perſonarum & criminis & cuiuslibet
alterius negocij , quãdoq; minoribus qñq;
maioribus tormentis vtatur.ff.de re mili.l.
iij.§.fi.& ad ſyllani.l.ſi quis in graui,i prin.
&.§.ſubuenit.&.§.impuberes.ſic ergo tor-
queatur accuſatus vt innocentie uel ſuppli
cio ſeruetur incolumis,vt ff.eo.l.qōnis mo
dum. Sed nunc quero,quo ordine ſint ha
benda tormēta poſito φ de pluribus homi-
nibus habenda ſint? Rñdeo, ſagax iudex
cōſiderabit a quo facilius veritas oriri poſ-
ſit,vt ab illo incipiat qōnem,vel mediocri
vel magis ſuſpecto a debiliore & non for-
tiori ut ff.eo.l.j.§.j.& l.diuus.§.j. Itē ſi tor
quendi ſunt pater & filius ,a filio incipiat,
& in conſpectu patris , vt per hoc pater ci-
tius dicat veritatem,quia ipſe magis vellet
torqueri q̄ ſi filius torqueretur,argu.ff.φ
me.cau.l.iſti quidem,j.articulo.& inſti.de
noxa.§.ſed veteres.Item fœmina torquea-
tur prius q̄ maſculus,quia vir tanq̄ maio-
res virtutis ſeu conſtantie nunq̄ vel tradi-
tus confiteretur,& mulier citius,quia mem
bra carnea & mobile corpus habet , vt ff.
de inoffi.teſta.l.filium.ff.de iure fi.l. de ferē
4 te,in princ, Sed quero quibus cauſis †tor-
queantur homines? Rñ.φ tam in cauſa ci-
uili q̄ criminali , cum veritas cauſæ ſeu fa-
cti reperiri non poſsit.ff.de qō,l.diuus.& l.
ex libero.& C.eo.l.in ſumma.Non tñ ex
omni cauſa torquendus eſt quis, nec queli-
bet perſona indifferenter,vt ff.eo.l.edictū.

Sed quero , quæ præcedere debeant qō-
nem.dic φ inditia veriſimilia & ſufficien-
tia.Nam a tormentis non eſt incipiendum.
ff.eo.l.j.j.reſpon.Nam ſine indicijs & ſuſpi
tionibus quis torquēdus nō eſt.ff.e.l.vnius
§.in ea.& l.maritus.& C.de falſis.l.ſicut
ad fratrem. Et recte ab indicijs eſt conſi-
derandum & proponendum,alias propon-
derandum an procedant inditia ſufficiētia
& veriſimilia ad tormenta habenda.Nam
plerīq; dum torquentur perire ſolent ff.de
pœn.l.aut damna.§.ij.& ff.eod.l.milites.&
l.conditionali.& non poteſt dici ſeu oſten-
di eis certa forma ſiue doctrina,ſed hoc cō-
mittitur arbitrio iudicis,vt ff.e.l.iij.in prin.
ff.de pœn.l.licet & l.ſanctio.& de effractо.
l.quibus nullam.& de iu.deli.l.j.§.j. Poſ-
ſumus enim in genere talem doctrinam da-
re,φ ſagax iudex debet ſolicite inſtare ad
indagandum inditia contra delatum ſuper
aliquo crimine. Nam inditia ſunt alijs p-
bationibus proxima. Et dicuntur indicia
quaſi veritatis demonſtrantia.& probatio
num adminicula, C.de proba.l.inſtrumen-
ta.& l.fi.ſunt enim probationes clare.C.q
teſta.fa. poſ.l.hac conſultiſsima.§.deniq;.
ibi,inditia &c. Nam inditia ab iudicãdo,
vt ff.de præſcri.ver.l.ſolent. Querat aūt
iudex & inſtanter indaget cum quibus, &
per quæ loca verſatur delatus quē torqueri
volunt.Nam mala conuerſatio eſt mali ope
ris inditium,vt ff.de admini.tut.l.ſi pluries.
§.aſsidue. Nam ex mala conuerſatione
bonus efficitur malus & vitioſus , vt ff.de
edili.edic.ediles.§.hoc aūt.& ad hoc facit
extra de ſta.mo.c.recolentes,quia ſcdm ua
rietatem locorum varie pręſumuntur con-
iecture,vt C.ſi man.ita fue.alie.l.fina.ff.de
pœ.l.aut facta.§.euenit. Item inſtet inqui-
rere ſi erat inimicus offenſi , aut ſi qua fuit
inter eos querela , quia tunc erit præſum-
ptio culpe,ar.ff.de qō,l.j.§.quæſtionē. Itē
inquirat cuius eſtimationis fuit, vel qualis
fame.Qualis.n.fuit fama cuiuſq; in ciuitate
talem eſſe præſumimus.ff.de qō.l.de mino-
re.§.tormenta.ff.de re mili.l.nō oēs.§.a bar
baris contra concor.in gl. Item iudex po
terit accipere inditia ex conſtantia vocis,
vel trepidationis,uel membrorum pallore,
vt d.§.tormenta,vnde talia multum confe-

Source : BIU Cujas

ſunt ad habendam veritatem.vt videt' ibi.

Item indaget cuius vite fuerit.Primo an talia de quibus inculpatur , facere conſueuit.argu.l.deſertorem.ff.de re milita.§.is q. ibi,inſpecto vite.& l.non oẽs.§.a barbaris. & ff.de ſuſpe.tu.l.quoq;.§.quomodo ex geſtis.n. præteritorum tractamus præſentia. C.de prin.agen.in re.l.ſi.lib.xij. Item an fuit cõminatus tunc enim eſt præſumptio ꝙ opus adimpleuerit, quia verbis vtendo præfudit. Vnde ex dictis hominum facta penſamus.C.ſi quis impe.male.l.j.ff.de ſupellec.le.l.fin.Item conſiderandum an tali conſueuerit, & poſſe habuit faciendi,quod eſt no. dignum.ff.ad le.iul.ma.l.famoſi. Itẽ an fugerit aut ſe abſconderit vel abſentauerit ſtatim poſt perpetratum maleficium ,vt in auth.de exhib.reis.§.ſi vero.col.v.C.de aſſeſſo.l.conſiliarios. Item teſtes recipiat ſuper maleficio de voce & fama publica, qua probata,erit inditium ad tormenta ar. ff.de flumi.l.j.§.ex flumine.& de alijs multis poterit iudex ſumere inditia ad informandam conſcientiam ſuper ueritatẽ. Sed nunc reſtat videre quis ſit †queſtionis effectus,et ſi quidem abſq; formidine tormentorum vltro quis confiteatur crimen dixerũt quidam antiqui & noui ſcriptores eum non eſſe ſnia cõdemnandum,ſed debet ſtare per diem vel aliquod temporis ſpatium,ſecundum qualitatem criminis & conditionem perſone,& interdum eum coram eo repreſentare & interrogare an velit in ſua confeſsione perſeuerare an cõtradicere vel reuocare velit.Et hoc ideo dicunt, ꝙ confeſsio rei non preiudicat ipſi.C.de cu.reo.l.ij. ff.de qõ.l.j.§.diuus.ibi,ſtatim haberi.&c.et §.ſi quis. Vltimo ſi dicebant,ꝙ inter cõfeſsionem factam in criminalibus & in ciuilibus hoc intereſt ꝙ i ciuilibus nõ eſt opus perſeuerantia,imo ſtatim tenet.In criminalibus ſiue vltro ſiue formidine tormentorũ habita ſit confeſsio ſemper opus eſt perſeuerantia,per iura ſuperius allegata. Nec mirum ſi magis ponderate & ſolenniter in criminalibus ꝙ̃ in ciuilibus procedatur,qa videtur maius periculum &c.extra de electio.c.vbi malus.C.de fal.l.vbi.ff.de pœn.l. qui ſententiam. Tu dic contra & hæc eſt

6 cõis opinio quia † ſi ipſe confiteretur ſponte crimen,ſtatim incarcerandus eſt , & illico abſq; alia confeſsione damnandus.C.de cuſt.reo.l.fin.j.reſpon.ff.de pœn.l.cum res. titu.de cuſt.reo.l.ſi confeſſus. Nec ob.§. diuus.nec.§.ſi quis vltro.quia loquuntur in confeſsionibus habitis in tormentis , & ſic intelligitur.C.de exhi.re.l.ij.ſcd̃m veriorẽ intellectum,vt patet in fin.ibi , & ſit iudicibus &c.Sinautem in tormentis vel formidine tormentorum,tunc non ſtatur,nec debẽt haberi pro exploratis criminibus , vt d.§. diuus.C.quo.appe.non reci.l.ij.& ff.eo.l.j. §.qõnem,ſed iudex faciet coram ſe venire criminoſum & queret an velit in ſua cõfeſsione ſtare,an retractare vel contradicere.& ſi perſeuerauerit,tũc eſt cõfeſſus,alias non,vt d.§.ſi quis vltro. Sed quid de qõ.

7 quotidie emergenti † Pone,aliquis ſubijcitur qõni & confitetur contra alium nunqd ſtabitur ſuo dicto? Diſtingue, aut torquetur ſimpliciter contra alios & non contra ſe,& tunc ſtatur dicto ſuo cum alijs indicijs vt iudex ex dicto torti cum alijs indicijs ad condemnandum procedere poſſet.C.de aſſeſ.l.nullus.in ſi.ff.de qõ.l.edictum.§.qõnẽ. & l ..§.qõnẽ ſaluo ꝙ in initio non eſt credẽdũ nec oĩs ſides irritẽda ſed ad cognita erit fides adhibẽda vel non.ff.eo.l.j.§.præterea ff.de teſti.l.iij.in prin.ſinautem torqueatur in ſe & in alio nihil de ſe dicit,,tunc habet locum ꝙ ſupra dixi.Sinautem confiteatur de ſe & alijs,tunc ſcd̃m opinionem d.Azo. cuius opinio præualet eſt inuenire regulã ꝙ regulariter cõfeſſus ſuper proprio crimine non confitetur ſuper conſcientia aliena.

8 Et ſic eſt regula†ꝙ tortus per ſe non debet interrogari de alijs maxime de conſocijs. ff.e.l.rep.& vide ibi ſcd̃m Bar.C.eo.l.neq; qui.in prin.& de accu.l.ſi. Et ſi de facto dixerit,vel ſine interrogatione non ſtatur dicto ſuo. Fallit in caſibus in quibus de ſe confeſſus,torquetur de alijs,ſi tñ contra illos præcedant inditia.Primus eſt.ff.de cuſt. reo.l.diuus.& l.ſi.C.de pœn.l.pe.Secundus eſt.C.de fal.mo.l.j.Tertius eſt de exhi.reo. l.ſi.Quartus de maleſi.& mathe.l.ſi.Quintus eſt.ff.ad ſyllania.l.prius.& l.ſi certus,& ff.de qõ.l.j.§.cum quis.Sextus ad l.aquil.l. inde neratius.§.ſed & ſi ſeruum.Et dixi p̃cedant inditia.vnde q̃a alias non debet interrogari de alijs.C.de quæſtio.l.j.Item talis reſponſio non erit plena probatio cõtra illos quos inculpauit,ſed aliqualis præſum

9 ptio.et in iſtis dic ut no.C.de accu.l.ſi.†Sed nunquid pp̃ talem præſumptionem poterunt inculpari & torqueri? Rñdeo ꝙ ſic in prædictis ſex caſibus exceptatis,argu.prædicte legis diuus.& ff.eo.l.j.§.cũ qs.&.§.diuus.in alijs aũt dic vt no.in d.l.fin.C.de accu.& d.l.rep.§.is q. Sed quid ſi perſona inculpata a torto ſit male fame,et male opinionis nunqd in caſibus exceptatis & alijs



Source : BIU Cujas

poterit ſubijci tormentis? dicas ꝙ de iure
non niſi præcedant inditia ſufficientia.nec
inculpatio de eo facta iudici. Inditiũ enim
interrogari non debuit,vt d.l.ſi.C.de accu.
& ff.eo.l.repeti.§.is qui.Concluſio ꝙ exin-
de ſequitur tanq̃ lex prohibens non valet.
C.de leg.l.non dubium.Sed de conſuetudi-
ne vidi torqueri.pro cõtra.facit ff.eo.l.j.§.
diuus hadrianus. Sed quid de q.quotidie
10 emergẽti † accuſatur quis de furto inditijs
præcedentibus ad id furtum,torquetur, &
confitetur,nunquid poteſt procedi in tor-
to ſine repetitione, vt dicat & confiteatur
de furto a ſe commiſſo ad ꝙ nulla prǫcedũt
inditia? dic ꝙ non de iuris ſubtilitate arg.
illorũ quǫ in proxima q.pro ſecunda parte
allegata ſunt. Et quia ad iſta furta de qui-
bus in genere vel in ſpecie queritur nulla
præcedunt inditia ſufficientia nec inculpa-
tio de eis facta a torto inducitur argu.C.de
falſis.l.ſi caius.C.eod.l.j.in princ.& l.mari-
tus. Sed de generali conſuetudine Italie
ſeruamus contrarium quotidie in maximis
furtis q̃ magis per Lombardos frequentan
tur quæ conſuetudo põt inuari primo arg.
ff.de re mili.l.nõ oẽs.§.a barbaris.ff.de of-
fi.prǫſid.l.cõgruit. Sed quero q.ſemel fuit
11 habita de quodam Mediolanenſi † Iudex
vult repetere qõnem ſine aliquo de nouo
emergenti ſeu accidenti. Nunq̃d põt? vr̃
ꝙ ſic,vt ff.eo.l.repeti.& l.diuus.§.j.vbi in-
diſtinc.dicitur qđ.qõ poteſt repeti.& eſt.ff.
de publicia.l.de p̃tio.& de lega.præſtã.l.j.
§.aliter.Tu dic ꝙ non, ſine nouis inditijs.
vt puta quia tortus dicit illa morte nullum
iacuiſſe ibi, vbi fuit commiſſum maleficiũ
& poſtea inuentum fuit per teſtes ꝙ alius
ibi iacuit.certe iſto caſu põt repeti qõ,per
dictum inditium,vel ſimile.Et certe hǫc eſt
cõis opinio.non tñ allegatur aliqua lex,ſed
tu allega.ff de verb.ſigni.l.boues.§.hoc ſer
mones.ff.pro ſocio.l.ſocius pro filia.§.nũc
ſi plus.& d.l.ſi vnius.§.reus.Iudices tñ hoc
non ſeruant, imo qões quotidie repetunt
abſq; nouis inditijs,quouſq; de obiectis cri
minibus habeant veritatem, quorũ opinio
põt deffenſari per auth.vt iudic.ſi.quo.ſuf.
§.oportet.ibi iudices torquebãt fures &c.

Conſideret bonus iudex in quǫſtione re
petenda,ꝙ tortus in fortitudine perſeuera-
uerit corporis & animi ff.e.l.vnius.§.reus.
ꝙ ſi dicit dum eſt in tormentis ad quid me
tormẽtatis, ꝙ ſi ſtarem per annũ non plus
dicerem,nam non ſum polutus de alijs cri-
minibus nec de iſto mihi impoſito.& ſi iſta
omnia deficiant nunquid a tormẽtis eſt re-
laxandus & dimittẽdus vt vadat vias ſuas?
Et certe non ſed debet procedere in tortu-
ra cum tp̃e & aſpere ſcd̃m conditionẽ cri-
minoſi & qualitatem.Si autem deficiat de-
bet iudex eum in carceribus detinere.& ſi
non aderunt inditia, tunc iudex ſtatuet ac-
cuſatori competentem dilationem ad pro-
bandum.& ſi non poterit probare condem
nabitur.vt ff.de quǫſtio.l.ij.§.certa.l.vnius.
12 Sed quero quid ſi † in crimine inditia p̃-
ceſſerunt per quæ iudex informatus eſt, &
vult procedere ad tormenta,reus dicit dñe
iudex detis mihi defenſionem antequam
ponatis me ad torturam quia paratus ſum
arguere inditia contra me recepta, nunq̃d
eſt audiendus reus & ſibi ſit danda defen-
ſio? vr̃ quod non.C.vbi ſenato.vel clariſ.l.
ma & ſubſtantia, & ita quod ipſorum reus poſſit de vnoquoque accuſari pariterq; puniri, & pœna ex vno ſecuta alterũ non impediat ac ſi ex diuerſis factis cum diuerſis perſonis facta fuiſſent. Reſpõ. articulus iſte in veritate eſt ſubtilis, & diſputabilis, quãdo ex eodem facto plura oriuntur crimina, an reus poſſit de pluribus accuſari & pluribus etiam pœnis puniri glo. enim in dicto capi. virginibus, dicit qđ iſta dicuntur plura crimina nomine tantum non autem effectualiter in ſubſtantia, & ſic reſpectu accuſationis ſunt diuerſa, quia reus põt de quolibet ad libitum accuſantis deferri, ſed quo ad effectũ reſpectu per omnia iſte reputantur pro vno, & ſic ſecuta pœna ex vno reus ipſe a cæteris liberatur, ex quo in veritate non fuit niſi vnum factum, ideo fiſcus debet eſſe vnica pœna contentus ad ſimilitudinem duorũ plurium vt reorum pro eadẽ ſumma inſolidum obligatorum quorum ſi vnum totaliter creditor exegerit cæteri liberantur l. ſecunda. & ibi Barto. ff. de duo. reis. fatetur tamen illa glo. quod vbicunq; ex eodem facto plura oriuntur crimina qđ pœna vnius magis aggrauatur ratione adiũcti criminis, vt habetur in l. ſi adulteriũ cũ inceſtu. & ibi Bart. ff. de adulte. & xxxij. q. vij. quemadmodum §. ſunt enim ſed Barto. in dicta l. ſi adulterium cum inceſtu. in ij. colum. in verſicu. vlterius quero tenuit contrarium quod reus vtique poterit de omnibus puniri, & ſic pro vno facto pluribus & diuerſis pœnis puniri, idem etiam tenet gl. in dicta l. ſi adulterium cum inceſtu. in verſicu. occurrunt quam ſequitur ibi Barto. & idem Bartol. in l. ſenatus. ff. de accu. & clarius etiam Bartol. in l. qui de crimine. C. de accuſa.

13 † Concludens in effectu quod quotieſcunq; ex eodẽ facto plura oriuntur crimina ſpecie diuerſa, reus poterit de pluribus ſeparatim accuſari, & de pluribusquoque puniri, ſed ſi ſuper vno fuiſſet in cauſa concluſum, adeo qđ ſola expectaretur pronũtiatio debebit ſuperſederi ſuper ipſo crimine & expectari donec cauſa ſuper altero expediatur vſque ad dictum terminũ, adeo quod quis vnica ſententia duplici crimine reus declaratur & pluribus diuerſis pœnis afficitur & ſatisfacere tenetur quod eſt verum quando eſſet pœna pecuniaria bonorũ vel alia huiuſmodi, non autem quando eſſet pœna vltimi ſupplicij vel mutilationis membri, quia iſto caſu pœna ſemel cõmiſſa & executa in corpore amplius reiterari non poteſt, quia mors vnica eſt quæ omnia ſoluit. §. deinceps. in authen. de nup. & l. vulgaris. & ibi Bartol. ff. de fur. vide Bart. in dicta l. ſi adulterium cum inceſtu. in ſecunda colum. verſicu. ſed quid releuat &c. quibus non obſtat text. in dicta l. ſenatus. ff. de accuſa. vbi de homicidio, & parricidio notatus vnica duntaxat pœna punitur, quia patet reſponſio per ſupra proxime dicta, nam morte ſemel executa non põt amplius reiterari, & ideo vnius pœna vtrunque ſoluit, quia de vtroque eſt pœna mortis, vt l. prima. ff. ad l. pomp. de parrici. & l. tertia. §. fina. ff. ad leg. corne. de ſica. Bartol. autem in dicta l. ſi adulterium cum inceſtu. aliter reſpondet ad dictam l. ſenatus, & dicit quod illa duo crimina de quibus ibi, nõ ſunt æque principalia, vt principales ſpecies ſeparate, ſed vnum eſt tanquam genus quod eſt homicidium, alterũ vt ſpecies ſub ſuo genere comprehenſa, nos autem loquimur quando ſunt plures ſpecies criminum ſeparate & æque principales, licet ex eodẽ fonte ſiue ex eodem facto procedãt, & hęc eſt vera concluſio communiter approbata.

14 † Quæ limitanda eſt primo procedere qñ eſſet vnus & idem accuſator qui vellet eũdem reum de pluribus criminibus impetere, quia ab vno tantum non poſſet diuerſimode vexari ex eodem facto vt ſupra ſed bene a pluribus ita dicit Bartol. in dicta l. qui de crimine, & ratio eſt illa, quia exceptio rei iudicate ſuper vno remoueret eundem accuſatorem ſuper alio proſequentẽ, & hoc maxime quando lata eſſet abſolutoria ſuper vno quæ parit exceptionem ſuper alio contra eandem perſonam non autem contra diuerſam, ſed quæ eſt ratio quare potius iſta exceptio remouet eundẽ accuſatorem, & nõ diuerſum, ratio poteſt eſſe iſta quam nunc conſideraui, quia quando reus fuit ſemel abſolutus ab vno crimine ſi idem accuſator vellet iterum agere ſuper alio crimine ex eodem facto deſcendente cenſetur calumniari velle contra ipſum accuſatum, ideo iura ipſum repellunt ab accuſando, quia in eo facto in quo ſemel ſuccubuit non debet iterũ admitti quæ ratio nõ militat contra tertium, vide Bartol. in dicta l. qui de crimine, & ibi Bald. & Abb. in c. tranſmiſſe. de eo qui cog. con. vxo. ſue. vbi ſecutus fuit dictum Bar. in dicta l. ſi adulterium &c.

15 † Sed quero quæ vtilitas reſultat ex hoc quod quis poſſit de pluribus criminibus ſpecie differentibus, quando ex eodem facto deſcendunt, accuſari & puniri, quando ex quolibet crimine imponitur

Source : BIU Cujas

pœna mortis vt eſt homicidium & parricidium, de quibus diximus ſupra, item adulterium & inceſtum vt dicta l. ſi adulterium cum inceſtu. in princip. cum mors vnica ſit quæ omnia ſoluit, & eſt actus qui non poteſt de nouo reiterari. vt l. vulgaris, & ibi Bartol. ff. de fur. & diximus ſupra proxime reſpon. Bar. in d. l. ſi adulterium &c. in ij. colum. verſicu. quero quid releuat &c. vbi dicit quod hoc eſt vtile & prodeſt in pluribus, & primo quia ſi ſit lata ſententia abſolutoria ſuper vno poterit ab alio dico non ab eodem accuſatore accuſari ſuper alio, vt dicta l. qui de crimine, item ſi ſequatur condemnatoria prodeſt in hoc, quia ſepius per ſtatuta pœna adulterij, vel alterius criminis quæ de iure ciuili eſt vltimum ſupplicium alleuiatur & fit pecuniaria item prodeſt in hoc quia vnius pœna augetur propter aliud vt grauius puniatur, ita tenet gl. in dicta l. ſi adulterium cum inceſtu. in princip. & ibi Bartol. in dicto verſi. quero quid releuat in fin. pro quo facit in argu. text. in l. ſacrilegi. in ij. reſponſo. ff. ad leg. iul. pecu.
26 † vbi ſi furtum fiat in loco priuatim ſacro dicitur quaſi ſacrilegium, & punitur pluſquam furtum, & minus quam ſacrilegium, de quo diximus ſupra in princi. iſtius quęſtio. Pro reſolutione igitur ſupra dicte quęſtionis mote per glo. in dicto capit. virginibus. dico quod glo. illa dum vult quod ſint diuerſa crimina reſpectu accuſationis eo quod ſit in electione accuſatoris ſuper quo ex dictis criminibus velit inſtituere accuſationem, quæ poſtquam ſemel inſtituta eſt, nō licet poſtea ſuper alijs criminibus alias diuerſas accuſationes proponere, ſed in hoc male dicit, per ea quæ ſupra proxime diximus, quia ſi ſunt plura crimina ſpecie differentia, licet deſcendant ex eodē facto poſſunt inſtitui plures accuſationes, & imponi plures pœnę, vt ſupra proxime dictum eſt, poſſet ſaluari dictum glo. in vno caſu ſcilicet quando lata eſſet ſententia abſolutoria ſuper vno ex dictis criminibus quod non liceret accuſatori intentare iudicium ſuper alio dicta l. qui de crimine, & ibi Bart. alias dictum glo. ſaluari non poteſt loquendo in foro iudiciali, quia etiam de iure canonico quoties ex eodem facto plura crimina oriuntur poſſunt plures accuſationes inſtitui & plures pœnę imponi, ita dicit expreſſe glo. relata ad text. in capitu. relegantes. xxiij. quæſtio. v. in verſicu. ſi adulteriū. idem tenet Archi. in dicto cap. virginibus. per tex. in d. l. qui de crimine quem ipſe allegat ibi ſi vero loquimur in foro conſcientie prout ipſa glo. poſtea dicit aliud eſſet dicendum ſcilicet quod vna pœna tātum puniretur ſed grauius propter alia crimina annexa, quia ſi vna ſola qualitas aggrauat delictum multomagis vnum delictum ſeparatum aggrauat aliud delictum hoc idē tenet Bartol. poſt glo. in dicta l. ſi adulterium
17 cum inceſtu. † Quibus ſic declaratis deuenio nunc ad expeditionē quæſtionis noſtre & quero quibus pœnis punitur qs pro iſto coitu habitu cum moniali. Reſpon. aut loquimur in foro conſcientie aut in foro contentioſo canonico aut in foro ciuili. Primo caſu quando ſumus in foro conſciētie eſt pœna excommunicationis & excluſionis a conſortio aliorum profeſſorum ſiue monachorum ſiue monialium, quia debent omnino ab aliorum monachorum ſiue monialium conſortio expelli qui hmōi impudicitie ſe immiſcuerint, & in aliquo loco arcto ſine carcere ipſius monaſterij intrudi ad agendum perpetuam pœnitentiam, ita quod in ſolo mortis articulo ſi digne & congrue pœnituerit non neget viaticum euchariſtie. vt in c. impudicas. & c. virginibus. xxvij. quæſtio. j. & nota quod non ſunt abijciende extra monaſterium, ita quod vagare poſſint, ſed intrudende vt ſupra ne cum alijs conuerſentur tanquā oues morboſe, ne alias aut totum ouile inficiant ita not. & expreſſe dicit Archi. in c. peruenit. xxvij. quæſtio. j. pro quo facit tex. in capitulo in eccleſiaſticis. §. fina. de maio. & obedien. quem vide ibi. Ea enim quæ proxime diximus habent locū in clericis Laici vero excommunicātur nec vnquam admittuntur ad communionem fidelium niſi publicam, & idoneā de ſcelere ipſo egerint pœnitentiam dicto capitu. impudicas. & cap. virginibus. & ibi gloſ. & per Archi-
18 dia. in dicto cap. peruenit. † Secundo vero caſu quando ſumus in foro contentioſo coram iudice eccleſiaſtico Clericus cuiuſcunque ſit gradus vel dignitatis deponitur ab omni ordine ſacro & officijs ac beneficijs omnibus priuatur, & intruditur in arctum monaſterium ad agendum perpetuā pœnitentiam laicus vero excōmunicatur, vt dicunt hæc duo capitula xxvij. quæſtione prima ſi quis epiſcopus & c. ſi qua monacharum. De iure autem ciuili pro iſto crimine eſt pœna mortis l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſcopis & cle. qui tex. loquitur generaliter de quacunque iniuria illata eccleſiæ monaſterio vel perſonis eccleſia-



Source : BIU Cujas

ſticis quod probatur etiam ratione, nam in quolibet ſacrilegio iſtius coitus ineſt adulterium & inceſtum, vt ſupra proxime concluſimus pro quibus criminibus nulli dubium eſt quod eſt pœna capitis. d. l. ſi adulteris cum inceſtu.ff.de adulte. & l. quãuis. §. fi. C. eo. titu. vbi dicit tex. ſacrilegos alienarum nuptiarũ gladio puniri oportet, multomagis gladio puniendus eſt qui eſt ſacrilegius diuinarũ nuptiarum dicto capitulo ſi qua monacharum. argu. capi. ſolite. de maio. & obedien. & vide do. lo. lec. in ſum. confeſ. eod. titu. quæſtio. iij. pro quo facit etiam tex. in l. ſacrilegi. in princi. ff. ad leg. iul. pecu. quia hic violatur ſacrum de ſacro. &c. Sed prædictis oppo. de l. raptores in fin. C.
19 de epiſ. & cleri. † vbi dicitur quod ſiue volentibus ſiue nolentibus mulieribus ſiue ſacratiſsimis monialibus pati carnalem concubitum in omnem euentum ille ſacrilegus punitur pœna capitis, & omnia eius bona publicantur, quæ applicantur dicto monaſterio, & ſupra in caſu noſtro nulla eſt facta mẽtio de bonorum publicatione. Solu. illa lex procedit qñ ex parte viri interuenit raptus, quia rapuit monialem de monaſterio & illã poſtea violauit omnino punitur pœnis prædictis ipſe raptor reſpectu illius violentie & rapine, ex qua fit iniuria publica toti monaſterio & monialibus q̃ intus habentur. & ideo non attenditur nec conſideratur voluntas illius rapte, ſed magis conſideratꝰ generalis iniuria monaſterij, & ideo grauius punitur dictorum bonorum publicatione nos autem loquimur quãdo nullus interuenit raptus, ſed ſola defloratio monialis occulta, de quo quidem crimine raptus & eius pœnis dicetur infra eodẽ quæſtio. x. vbi tractabitur de raptu monialis ſacre item & mulieris prophane virginis vidue vel nupte honeſte viuentium, & quid de raptu meretricis cauſa libidinis.

## SVMMARIVM.

1 *Coitus nepharius ſeu inceſtuoſus qua ſit punitione coercendus.*

*Peccatum contra naturam humane ſocietatis quod ſit, & quod contra naturam humani ſexus.*

2 *Peccatum contra naturam humani generis quod dicatur.*

*Clerici pro omni fornicatiõe decennio debent pœnitere.*

*Clericus in foro iudiciali canonico deponi debet pro peccato contra naturam cõmiſſo.*

3 *Epiſcopus ſuper adulterio & minoribus criminibus diſpenſare poteſt ne deponatur clericus.*

*Adulterium ſimplex in clerico an puniatur pœna depoſitionis, aut ſuſpenſionis tãtum.*

4 *Epiſcopus in quibus caſibus et de quibus criminibus diſpenſare poßit.*

5 *Copula carnalis nepharia in figura matrimonij habita, qualiter puniatur.*

6 *Ignorantia & minor ætas excuſant a nuptijs illicitis, & penis illicite eas contrahentibus inflictis.*

7 *Contrahentes matrimonium in gradu prohibito qualiter iure antiquo Codicis, & qualiter iure nouo auctenticorũ puniãtur.*

8 *Filij ex nuptijs inceſtis nati an ſuccedant in bonis parentum.*

*Filij inceſtuoſi & ex coitu damnato nati, nedum ſucceßionis, ſed & alimentorum ſunt incapaces.*

9 *Alimenta de iure canonico filij ex quantũuis damnato coitu natis non ſunt denegãda.*

*Adulteriũ & inceſtus pari pœna puniũtur.*

10 *Concubitus inceſtuoſus ignoranter perpetratus qualiter puniatur.*

11 *Pœna quãdoque infligitur pro crimine ignoranter perpetrato.*

SECVNDO quero quid
1 de nephario † coitu, cũ quis tam audax & proteruus reperitur, qui cum propria matre, auia, ſeu alijs aſcendentibus linea directa, aut cũ propria filia, nepte, ceteriſque deſcendentibus eadem linea directa auſus fuerit ſe carnaliter commiſcere, qua pœna puniendus ſit. Reſpon. ſi loquimur in foro cõſcientie erit pro pœnitentia excommunicatio ſeptem annorum, & vltra arbitrio iudicis ſpiritualis, vt tanto tempore extra gremium eccleſiæ & communionem fidelium debeat commorari donec per cõgruã pœnitentiã deo & eccleſiæ ſatisfecerit. xxxiij. q. ij. hoc ipſum. § j. vbi eſt caſus & dicit ibi text. q̃

iſtud dicitur crimen contra naturam huma ne ſocietatis, aliud eſt quod fit contra naturam ſexus humani, quod eſt quãdo quis cũ maſculo ſe coniunxerit more ſodomitico.
2 †aliud eſt quod fit contra naturam humani generis, & illud eſt quod fit cum brutis quę omnia puniuntur excõmunicatione vltra ſeptennium tanto tẽpore quanto iudex ipſe arbitrabitur conſiderata qualitate facti, perſonarum conditione, & animo delinquẽtis, vt dicto capitulo hoc ipſum, ſed ea quę proxime diximus intelliguntur de laicis. Clerici vero decennio debẽt pœnitere nõ ſolum pro iſto ſed pro omni fornicatione lxxxij. diſtinctio. presbyter vbi dicitur qđ olim presbyter ſecundum canones apoſtolorum pro fornicatione deponebatur hodie vero iuxta authoritatem beati Silueſtri decem annorum indicitur pœnitentia cum maximis ieiunijs & abſtinentia vt ibi dicitur qua pœna tam mulier quæ peccauit q̃ vir plectitur, ad hoc facit xxvij. quæſtio. j. deuotam. In foro autem iudiciali coram iudice eccleſiaſtico, Clericus pro iſto crimine debet deponi ſecundum ea quæ habentur in capi. at ſi clerici. §. de adulterijs. ex-
3 tra de iudi. vbi dicitur quod † Epiſcopus ſuper adulterio & alijs minoribus criminibus ſicut eſt ſtuprum ſimplex fornicatio & ſimilia diſpenſare poteſt, quia pro criminibus huiuſmodi non datur pœna depoſitionis, ſed ſuſpẽſionis vel alia minori pœna vt in c. ſignificaſti. de adulte. & c. vt clericorum. §. j. de vita & hone. cleri. in criminibus enim grauioribus adulterio in quibus grauiores inferuntur pœnę. ſ. depoſitio non licet epiſcopo diſpenſare ita dicit tex. in d. cap. at ſi clerici. §. de adulterijs in fi. in verſic. ſed non debet ſed crimen inceſtus eſt grauius adulterio. xxxij. q. vij. adulterij malum ergo non debet ſuſpenſione ſed depoſitione puniri propter criminis turpitudinẽ. d. c. vt clericorum, & hoc tenet glo. in d. c. at ſi clerici. §. de adulterijs, in verſi. minora. in prin. & in fi. Quod videtur ſatis rationabile cum per iſtum coitum de neceſsitate duo crimina perpetrantur. aut adulterium & inceſtum ſi mulier erat nupta aut ſtuprũ & inceſtum ſi erat ſoluta, merito debet grauiori pœna puniri quam ſi vnum tantũ cõmiſiſſet crimen, ita tenet glo. Bar. & docto. in l. ſi adulterium cum inceſtu. ff. de adulte. vbi dicitur de vtroque. Et licet iſta opinio quod pro ſimplici adulterio ſit pœna ſuſpẽſionis & non depoſitionis ſit forſan verior de iure & magis æqua & probabilis, vt latius infra dicam in ſeq. q. communis tamen opin. canoniſtarum eſt in contrarium quod pro ſimplici adulterio in clerico ſit pœna depoſitionis a qua opi. in iudicando nõ eſſet recedendum, vide quæ dixi infra d. q. ſequen. & in c. vt clericorum. §. j. de vita & hone. cleri. & ibi per doct. & nihilominus morabitur extra gremium eccleſię, & communione fidelium eo tẽpore de quo in d. c. presbyter. lxxxij. diſtin. & tandiu ſtabit donec legitime purgatus ad priſtina reuertatur officia. d. c. presbyter. & l. diſtinctio. ponderet pro quo facit bonus text. in cap. ij. de ſortile. & quod ibi not. Abb. vbi depoſitus poſt peractam pœnitentiam & legitimã pur
4 gationẽ ad priſtina reſtituitur. † Et ſigna hoc notabile verbũ quod epiſcopus ſuper iſto & alijs maioribus criminibus diſpẽſare nõ poteſt de adulterio autem & alijs minoribus, ſicut eſt ſtuprum & ſimplex fornicatio diſpenſare poteſt. vt in d. c. at ſi clerici. §. de adulterijs. & ibi glo. Abb. & alij ſcribentes, an autem epiſcopus poſsit generaliter diſpẽſare in omnibus caſibus exceptis illis in quibus reperitur prohibitus vel dicatur eſſe generaliter prohibitus, nec poſsit diſpenſare niſi in caſibus a iure expreſsis vide glo. in dicto. c. at ſi clerici. in. §. de adulterijs, & ibi Abb. & docto. & l. diſtin. miror xij. q. ij. de viro cũ ſimi. Laicus vero maiori anathemate excommunicatur. xxxiij. q. ij. ſi quis cũ matre. & in ca. ſi quis cũ duabus in fin. quæ iura loquuntur in laicis, & maior pœna quæ indici poſsit de iure canonico contra laicos eſt excommunicatio vt in c. ſi quis ſuadente diabolo xvij. q. iiij. & c. ſicut dignum. de homici. & in c. j. eod. tit. lib. vj. contra clericos vero ſunt plures aliæ pœnę, ſuſpẽſionis, priuationis, depoſitionis, & ſimiles, vt in c. vt clericorum de vit. & hone. cle. l. diſtin. presbyter. xxvij. q. j. ſi qs epiſcopus. De iure autẽ ciuili crimẽ iſtud appellatur nepharius coitus vt per gloſ. in rub. C. de inceſt. nup. & in authen. ex complexu eo. titu. & not. in. §. ergo non omnes inſti. de nup. quaſi quod nephas ſit de eo lo
5 qui. & iſto caſu diſtingue† aut hæc cõmixtio & carnalis copula interuenit in figura matrimonij, prout habetur in d. §. ergo non omnes, & nuptię ipſe vt nepharię & inceſte omnino ſunt tollende. d. §. ergo. verſicu. & ſi tales. & per glo. & doc. in dicta rub. C. de inceſt. nup. Puniuntur etiam alijs pœnis quia ſi ſcienter contraxerunt omnia lucra nuptialia, ſiue ſit donatio ante nuptias, ſiue propter nuptias, & alia quæcunq; ſint, dote



Source : BIU Cujas

excepta ab ipſis cõiugibus ſcilicet ab vtroque tanque indigno, qui contra legum inſtituta nuptias prohibitas contrahit, auferuntur, & applicantur fiſco l. qui contra legũ. C. de inceſt. nup. in prin. quæ tamen diſpoſitio limitanda eſt, vt habeat locum quando coniuges ipſi erant ambo maiores & ſcienter contraxerunt cõtra legum decreta. Secus autem ſi erant minores vel ignorantes.

6 †Ex quibus collige duas limitationes. prima eſt quod diſpoſitio illius legis non habet locum in ignorantibus qui ignoranter contraxerunt dummodo non ſit ignorãtia craſſa & affectata, ſed iuſta & excuſabilis. Secundo limita non habere locum in minoribus qui lapſu ætatis contraxerunt, quia præſumuntur ignari, & illis parcitur, ita dicit tex. in dicta l. qui contra in fi. pro quo facit etiam l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idẽ polliom. ff. de adult. Quæ quidem duæ limitationes iterũ ſunt collimitande, vt habeãt locum & excuſent contrahentes a pœnis prædictis ſi incontinenti poſtquam habuerunt notitiam de impedimento matrimonij vel minores poſtquam ad legitimam ętatem peruenerint incontinenti ſe adinuicẽ ſeparauerint alias ſi vlterius permanſerint in cõiunctione nõ excuſantur a pœnis prędictis, quia præſumitur & habetur ac ſi a principio ſcienter & doloſe contraxerint. vide tex. cum glo. in dicta l. qui contra legũ in fin. Sed quero quid ſi alter coniugum erat minor vel ignorans, alter vero maior & ſciens, qui quidã maior minori vel ignoranti bona quædam donauerit an ipſe donatarius iſto caſu diſſoluto matrimonio lucrabitur bona prædicta vel deuoluẽtur ad fiſcum. dic ꝙ lucrabitur ſibi. ita dicit glo. in dicta l. qui contra. in verſic. fiſco. in princi. per text. in l. fi. ff. de lega. j. & l. cũ hic ſtatus, §. fi. ff. de dona. inter virũ & vxorem. ꝙ tñ intellige eſſe verum ſi ipſe donatarius incõtinenti poſtquam ſciuit peruenit ad legitimam ętatem ab huiuſmodi coniugio ſe abſtinuerit & ſeparauerit, vt dicit text. in d. l.

7 qui contra legum in fi. †Hæc tamen quę dicta ſunt de publicatione bonorum procedunt de iure antiquo ſiue de iure codicis, hodie vero de iure nouiſſimo authenticorum grauioribus afficiuntur pœnis iſti ſciẽter contrahentes in gradu prohibito, quia nedum bonis donatis de quibus ſupra priuantur verum etiam dote mulier & omnibus & quibuſcunq; alijs bonis vndecunq; quæſitis & prouenientibus vterq; priuatur, & inſuper omni cingulo dignitatis exuti perpetua notãtur infamia, & honeſtiores in inſulam relegantur, viliores vero publice fuſtigantur & in exilium mittuntur. Bona autem ipſorum ſi qua legitima proles ex illis vel altero ipſorum extaret ex alio matrimonio non ex illo bona prædicta omnia deferuntur ad illos quos lex a patria poteſtate liberauit. ita quod teneantur ex bonis prædictis alere parentes exules, filijs vero non extantibus ſuccedunt nepotes vel alij inferiores in gradu cum eodem onere nullis autem filijs vel nepotibus aut alijs inferioribus exiſtentibus qui ſuccedant bona ipſa deferuntur fiſco & iſta eſt lex noua, & famoſa in authenti. de inceſt. nupt. in principio translata. C. eodem titu.

8 in authenti. inceſtas. † Sed quero quid ſi ex nuptijs huiuſmodi inceſtis aliqui ſuper ſunt filij, nunquid ſuccedent in bonis prædictis paternis, aut maternis, maxime non extantibus legitimis filijs ex alio matrimonio. & videtur dicendum ꝙ ſic, ꝙ illis deficientibus tanquam proximioribus & magis legitimis admittantur iſti ad inſtar fratrum vterinorum qui admittuntur ad ſucceſsionem fratris defuncti deficientibus fratribus vtrinq; coniunctis. vt in authen. de functo. C. ad tertul. *Iura tamen volunt contrarium ꝙ iſti filij tanquã inceſtuoſi, & ex damnato coitu procreati, paterne vel materne ſucceſsionis ſint pœnitus incapaces, immo ſunt indigni & incapaces alimentorum*, ita quod a parentibus proprijs alendi non ſunt nec debent filij vocari, vt in authen. ex complexu. C. eo. ti. & in corpo. vnde ſumitur, in authẽ. quibus modis nat. effi. ſui. §. fin. cupiũt enim iura quod filij huiuſmodi ſint omnibus exoſi non propter ſe, quia ipſi non peccarunt ſed in odium ſceleris parentum in perpetua egeſtate ſordeſcant ad inſtar filiorum rei criminis lęſę maieſtatis l. quiſquis. & l. fin. C. ad leg. iul. maieſt. & c. vergentis. de hæreti. & diximus ſupra titu. j. q. iij. Hæc tamen procedunt de iure ciuili. quod eſt magis rigoroſum.

9 †de iure vero canonico filijs natis ex hmõi damnato coitu ſunt præſtanda alimenta ex miſericordia, & ſi ſunt filię femine dotantur, maſculis vero aſsignatur certa portio bonorum pro alimentis c. cum haberet, & ibi Abb. de eo qui dux. in mat. quam pol. per adul. Secũdo vero caſu quando per modum fornicationis grauius puniuntur ſcilicet pœna mortis vt eſt glo. not. in l. ſi adulterium cũ inceſtu. in j. glo. ff. de adulte. quæ dicit quod pœna inceſtus eſt eadem pœna

Source : BIU Cujas

quę adulterij.ſed adulterij eſt pœna mortis l.quamuis adulterij.C.eod. titu.in fin. ideo eadem eſt pœna inceſtus.quod tamen intellige quando ſcienter coitus interuenerat. qua pœna mulier punitur ſicut vir.dicta l.ſi adulterium cum inceſtu. in verſicu. quare mulier,nec eſt hodie immutata hæc pœna. ſicut pœna adulterij in muliere per authē. ſed hodie.C.eo.titu.ita dicit glo.in d.l.quāuis in fi.& d.auth.ſed hodie.& ibi Barto.& idem Bar.poſt glo.in d.l.ſi adulterium cum inceſtu.in princi.poteſt etiam adduci text. in argu.in l.cum vir.C.eo.titu.de adul.vbi pro crimine perpetrato contra naturā cū maſculo more ſodomitico infertur pœna gladij cum infamia perpetua. hoc enim eſt crimen contra naturam humane ſocietatis & turpiſsimi exempli d.cap. hocipſum. &
10 ſupra dictum eſt merito &c. † ſed quid ſi iſte concubitus fuerit ignoranter perpetratus,quia ignorabant ambo talem cōiunctionem ſanguinis ineſſe,reſpondeo.ſi in figura matrimonij fuit facta commixtio nulla pœna puniuntur,ſi ſtatim habita ſcientia ſeparantur d.l.qui contra legum in fi.& l.ſi adulterium cum inceſtu.§.idem Imperatores, ſi *autem per modum fornicationis commixtio interuenerit, aut vir ſciebat mulierem eſſe nuptam & punitur de adulterio & inceſtu, aut ſolutam & punitur de ſtupro & inceſtu criminibus, ita videtur ſentire glo. in d.l.ſi adulterium cum inceſtu.* & ibi Bar. in verſic. & ideo pro declaranda. vbi dicit quod punitur illud quod eſt in veritate nō illud quod erat in opinione.Et ſic nota aliū caſum ſpecialem vltra illum de quo diximus ſupra lib.ij. q.xij.de poculo amatorio.
11 †Vbi quis punitur ex crimine ignoranter & citra animum delinquendi commiſſo. rationem vero aſsignat Bartol.in d.l.ſi adulterium.ex quo a principio crimini incumbebat & ſic rei illicite,merito illius ignorantia non excuſatur l. vulgaris.§.ſi quis ea.ff. de furt.& ff.de iniur.l.cum qui.§.ſi iniuria. Quod tamen limitandum puto niſi mulier eſſet aperte impudica vel meretrix publica cuius concubitus eſt impunibilis per iura vulgaria.vide q̄ dixi infra proxima.q.in fi.

## SVMMARIVM.

1 *Inceſtus quid ſit, cum quibus committatur, & qualiter puniatur.*

2 *Inceſtus cum ſorore aut cognata commiſſus, qua ſit punitione reprimendus.*

3 *Clericus in foro contentioſo de iure canonico pro inceſtu ab ordinibus & beneficijs deponitur.*

4 *Laicus qualiter pro inceſtu puniatur.*

5 *Crimen inceſtus in actu fornicationis commiſſus vltimo punitur ſupplicio.*

6 *Coitus inceſtuoſus in forma matrimonij habitus qualiter puniatur.*

7 *Conſanguineam meretricē ignorātur actu cognoſcēs fornicario nō punitur de inceſtu.*

TERTIO vidēdum eſt de
1 inceſtu † proprie & ſtricte loquēdo, eo videlicet quod perpetratur cum conſanguineis vel affinibus tranſuerſalibus quocunq; gradu vel ſaxu coniunctis ex dicta linea tranſuerſali cum quibus non licet contrahere matrimonium omnis coitus cum illis perſonis dicitur proprie inceſtus,vt dicit glo.in rub.C.de inceſt.nupt.& l. qui cōtra legum in authen.inceſtas.& in authen. ex complexu eo.titu.& in authē. de inceſt. nup.in princi.&.§.ergo non omnes inſt. de nup.cap.virginibus xxvij.q.j.& c.j.& ij.& per tot.titu.de eo qui cog.conſan.vxo.ſuę. & hæc non ſolū intelliguntur de his perſonis quę ſunt cōiunctę cognatione legali ſeu ſecundū carnē verumetiam de his quę coniunctę ſunt cognatione ſpirituali mediantibus baptiſmatis ſeu chriſmatis ſacramentis cū quibus ēt ſtante vinculo dicte cognationis non licet contrahere matrimonium c.j. ij.& iij.& per totū titulum de cogna.ſpiritua.& xxx.q.iij.c.j.& c.pitatium.& c. non oportet cum cæteris ſequentibus. Quero
2 †nunc quid ſi Titius cū Iulia ſorore germana Emilia conſobrina,aut Flaminia cognata vxoris ſorore rē carnalem habuerit,qua pœna puniatur vtroq; foro,Reſpon.de iure canonico in foro conſcientie ſecundum ius antiquum clerico indicta erat pœnitentia decennalis,vt tanto tempore ab ingreſſu eccleſiæ cōmunione fidelium & participatione ſacramentorum ſe abſtineret, poſt quæ demum purgatus ad priſtina reuerteretur.lxxxij. diſtin.presbyter. & xxvij.q. j.deuotam.Laicus vero ſeptem annis duntaxat illa pœnitētia cruciabatur. xxxiij.q. ij.hoc ipſum veruntamē hodie eidē ſeptennali pœnitentia tam clerici quā laici ſubijciuntur d.c.hoc ipſum, niſi eſſemus in grauioribus & magis enormibus vt quia cum matre filia maſculo vel brutis ſe turpiter

commiſcerent quia grauioribus pœnis iſtis caſibus cruciarentur d.c.hoc ipſum in fine.

3 †In foro aũt contentioſo de iure canonico clerico pro criminibus prædictis deponitur ab omnibus ſacris ordinibus & beneficijs ac officijs eccleſiaſticis priuatur quia iſta eſt pœna inceſtus vt not.c. at ſi clerici. §.de adulterijs.& ibi gloſ. Abb. & cæteri ſcribentes de iudi. ratio eſt quia iſtud eſt grauius crimen adulterio.xxxij.q.vij.adulterij malum, ſed pro adulterio imponitur ſuſpenſio.cap.ſignificauit.de adul.ergo pro iſto quod eſt maius ſit depoſitio eo maxime quia crimen iſtud inceſtus non poteſt eſſe ſolum ſed neceſſe eſt quod habeat aliud crimen annexum ſtuprum vel adulterium ſecundum quod mulier eſt nupta vel ſoluta. vt d.l.ſi quis adulteriũ cũ inceſtu. & ibi gl. & Bar.qui expreſſe volunt quod iſto caſu ratione adiuncti criminis inferatur grauior pœna quam ſi eſſet vnum ſimplex crimen.

4 †Laicus vero aut commiſit iſtud crimẽ in figura matrimonij nuptijs præcedẽtibus aut in actu fornicationis & meri peccati. Primo caſu aut ſcienter cõtraxerunt ambo vel ipſorum aliter & ille qui ſcienter contraxit eſt excõicatus nihilominus conſtito de cõſanguinitatis vinculo ſtatim ſit matrimonij ſeparatio.c.j.& ij.& c. non debet de conſan.& affini. ſi vero ignoranter mitius puniuntur arbitrio iudicis & nihilominus ſequitur matrimonij ſeparatio vt eſt tex.in c.j.de conſan.& affini. Secundo autẽ caſu principali quando in actu fornicationis, ſi vir erat coniugatus priuatur perpetuo ne poſſit amplius petere debitũ ab vxore cuius conſanguineam vel affinem ipſe ſtuprauit patitur etiam aliã pœnã, quia omni ſpe coniugij perpetuo priuatur, ita quod ſi deceſſerit eius vxor nõ poterit amplius cũ alia matrimonium contrahere vt habetur in c.j.& ij. & c.tranſmiſſe.de eo qui cog cõſan.vxo.ſue. & xxxv.q.ij. ſi quis cum matre.& q iij.ſi vero. & cap.de inceſtis.& hęc pœna potius adiecta in foro cõſcientie quã iudiciali in quo alia etiam pœna punitur q̃a erit excõicatus vt hr̃ in c.clerici. de exceſ. prælat. vbi Abb. facit magnum feſtum dicẽdo quod ille tex.eſt valde not.ad hoc q̃d iudex eccleſiaſticus habet iuriſdictionẽ in laicum delinquentem peccato carnali, & iſta crimina ipſe appellat crimina mixta ex quo ſunt vtriuſq; fori & vtriuſq; pœnis

5 ſubijciuntur. † De iure autem ciuili pro iſto crimine inceſtus in actu fornicationis cõmiſſo eſt pœna mortis glo.eſt not. cõiter approbata,& ibi Bart.in l.ſi adulterium cũ inceſtu in ver.ſi adulterium.ff.de adulte.ad idem eſt glo.in l.inter liberas.eod.titu.quæ dicit q̃d inceſtus pœna eſt eadem que adulterij,ſed adulterij pœna eſt pœna capitis l. quamuis in fi.C.eo.tit.ergo &c. vide Bart. in d.l.ſi adulterium cum inceſtu.& ibi dicit q̃d eadem pœna pro inceſtu tam maſculi quam fœmine puniuntur, ſed eſt hodie immutata in muliere ſicut pœna adulterij per auth.ſed hodie.C.de adul.vt æquiparatorũ idem ſit iudicium vt per Bart.& doc.in l.j. ff.de leg j.vide Bart.in d.l.ſi adulterium cũ inceſtu.in ij.co.ver.quero quid releuat &c. Eadẽ quoque pœna puniũtur qui cum nepte ex fratre, vel ſorore coitum habuerit, vel cum amita matertera, nouerca, ſocru, nuru,commatre,priuigna, cognata,& ſimilibus mulieribus cõſanguinitate, vel affinitate tam naturali q̃ ſpirituali coniunctis cũ quibus omnibus inceſtus perpetrat̃ & eadem inceſtus pœna puniuntur & mares & fœmine q̃uis diuerſimode,vt ſupra proxime dictũ eſt d.authẽ.ſed hodie.& hæc procedũt q̃n talis copula interuenit in actu fornicationis nullo præcedente matrimonio,

6 vel nuptiarũ colore.† Si vero nuptie precesserunt & talis coitus fuit factus in forma matrimonij & ſcienter primo & ante omnia conſtito de impedimento conſanguinitatis,vel affinitatis ſunt adinuicem ſeparandi & alijs quoque pœnis puniuntur de quibus in l qui contra legum.C.de inceſt.nup. & in authen.eod.titu.in prin.de quibus late diximus ſupra eo.q.ij.Si vero contraxerunt ignoranter parcitur illis , eodem modo ſi erant minores tempore contracti matrimonij quia parcitur ignorantie & lapſui ætatis dicta l.qui prope finem.Sed nota q̃d iſta duo proſunt ad euitandum pœnas dicta l. qui contra quando incontinenti poſtquam deuenit ad illorum notitiam impedimentum prædictum, vel ſtatim aduenien te pubertate & cognouerint prohibitionẽ ſe adinuicem ſeparauerint alias ſi adhuc ſteterint inſimul non euitabunt pœnas dicta l. qui contra.vide tex.iuncta gl. in d.l.qui cõtra in fi.vbi eſt caſus in terminis. Secundo vero caſu.ſ.quãdo in actu fornicationis punitur de vero inceſtu nec attẽditur error ille, ſed factũ q̃d eſt in veritate q̃d eſt verũ ſecundũ Bar.in d.l.ſi adulterium cũ inceſtu

7 in iij.colũ. q̃n mulier ipſa erat honeſta. †Si vero erat meretrix vel aliter impudica nõ putarem virum pœna inceſtus puniri ſi vere erat ignarus & ignorantia illa erat

Source : BIU Cujas

probabilis, & per conſequens excuſabilis & hoc quia de iure ciuili acceſſus & illarũ concubitus eſt impunibilis, vt l.i.C.de concubi.& l.quæ adulterium.& ibi Bal.C.de adult.& per Bar.in l.verum in ſi.ff. de fur. & iſto caſu ceſſat ratio de qua ſupra proximo membro, quia ibi dabat operam rei illicite a principio, ibi non.

## SVMMARIVM.

1 *Inceſtus cũ conſanguineis aut affinibus adinuicem coniunctis qualiter puniatur.*

2 *Sorores duas aut matrem, & filiam ignorãter cognoſcenti quæ pœna imponatur.*

3 *Affinitas nedum ex matrimoniali coitu, ſed & per fornicarium cõtrahitur concubitũ.*

4 *Coitus inceſtuoſus extra matrimonium habitus pœna capitis expiatur.*

*Inceſtus commiſſus cum duabus ſororibus meretricibus capitali pœna non punitur.*

5 *Pœnam non meretur qui lege permittente aliquid operatur.*

*Fornicatus ſcienter mitius punitur iudicis arbitrio.*

1 QVARTO quero de eo q †vnam mulierem eiuſdemque mulieris filiã, vel duas mulieres ſorores, germanas inter ſe non autem viri coeũtis ita ecõuerſo qñ pater & filius aut duo fratres germani idem ſi auus, & nepos aut patruus & nepos eadẽ muliere fornicati fuerint qua pœna puniũtur dic quod de iure canoni.ſcdm antiqua iura, ſi talis coitus fuerit ſcienter habitus cum hmõi perſonis mulieribus ignorantibus vir nunq̃ poterit cuiq̃ mulieri matrimonio copulari & erit perpetuo legitimo coniugio priuatus, mulieres autẽ quæ hoc ignorarunt non priuabuntur alteri coniugio copulari ſi vero econtra mulieres conſcie ſint vir autem ignarus erat abſq; maritis perpetuo maneant viro nulla coniugij facultas adimit̃ ſi vero vtrinq; omnes erant conſcij oẽs pariformiter priuantur cõiugio ſi vero oẽs ignari nemo priuatur legitimis connubijs text.reperitur qui loquitur de ignaris vtrinq; ſcientibus ſimiliter vtroq; modo xxxv.q.iij.qui propinquam de mulieribus autẽ ignaris, & vtro ſciente & ecõtra c.ſi quis cum matre & filia eadem cũ & q.& c.ſi vero proxime ſeq.§.de his ha-
2 betur etiam xxxiiij.q.ij.in lectu. † Ignorantibus vero conſanguinitatem ſiue affinitatem imponitur certa pœnitẽtia per ſacerdotem illius arbitrio pro exoneratione cõſcientie qua peracta poſt annos ſeptem volẽtibus matrimonialiter copulari coniugia legitima non negantur d.c.in lectum.& ibi glo.in verſi.pœnitentiam xxiij.q.v.excõicatorum.& d.c.ſi quis cũ duabus.xxxiiij.q.ij. Si quis fornicatus fuerit cum muliere quam frater germanus ignorans factũ poſtea duxit in vxorem eo quod frater q fornicatus fuerat prius crimen illud fratri celauit ſeptem annis penitebit abſq; cõiugio
3 xxxv.q.iij.ſi vero homo. † No.tñ hoc dictum perpetuo quod affinitas non ſolum contrahitur ex licito matrimoniali concubitu, verum etiam per coitum fornicariũ & illicitum tex.eſt no.cum glo.in ver.con cubitu.xxxv.q.iij.de inceſtis.& c.nec eam vnde ſequit̃ quod nulli ex cõſanguineis uiri fornicantis licet contrahere matrimonium, vel aliter ſe carnaliter commiſcere cum muliere illa cum qua frater aut cõſanguineis eius prius fornicatus fuerat, econuerſo etiam minime licet viro fornicãti cũ matre filia ſorore vel alia cõſanguinea dicte mulieris contrahere matrimonium, vel aliis ſe carnaliter immiſcere, ſed ab illarũ cõcubito omnino abſtinere d.c.de inceſtis.

Si quis aũt hoc non obſtante ſe immiſcere auſus fuerit, committit inceſtum & ille coitus dicitur proprie inceſtuoſus & abominabilis deo & cunctis hominibus, ita dicit tex.xxxv.q.iij.nec eam quam & eſt ac ſi cũ vera & legitima cõſanguinea ſine af-
4 fine muliere fornicatus eſſet. † Vnde ſequitur quod pro huiuſmodi inceſtuoſo coitu habito nõ in figura matrimonij, ſed actu fornicato eſt pœna capitis ſicut ex proprio inceſtu.d.l.ſi adulterium cum inceſtu, quod eſt verum quando ſcienter habuit coitum ſecus ſi ignoranter d.l.qui contra legum.& dixi ſupra eo.ti.ij.& iij.q.ſi vero interuenit in figura matrimonij ſciẽter & tales cõiuges ſubijciũtur pœnis de quibus in auth. inceſtas.C.de inceſt.nupt.& in corpore vnde ſumitur eo.ti.ſi autẽ ignoranter nõ excuſantur ſi erat mulier honeſta ſiue honeſte uite, vt ibi dicitur p Bar.latius in d.l.ſi adulterium cũ inceſtu. Si vero coitus hmõi inceſtuoſus perficeretur cum duabus meretricibus aut alias impudicis mulieribus, nõ putarem illum pœna mortis puniendum eſſe

Source : BIU Cujas

qui hanc fornicationem fecerit ſic inceſtuoſam,ſed illud procedere duntaxat in mulieribus honeſtis & honeſte viuentibus tm̃.l.inter liberas.& l.ſtuprum.ff.de adulte.§.itē lex iul.inſti.de publ.iudi.vide q̃ ſupra proxime diximus in ij.q.in fi.verbis.ad mulieres autem impudicas cũ acceſſus & concubitus ſit impunibilis de iure ciuili.l.j.C.de concubi.& ibi Bal.& idē Bal.in l.quæ adulteriũ.ff.de adul.& l.ſi vxor & ibi gl.ff.eo.ti.de adul. Bar.in l.verum in fi.ff.de fur.ꝓpterea nõ puto ignorantes aliqua pœna ſal
5 tem de iure ciuili puniendos eſſe, † quia q̃ facit lege permittente pœnam non meretur l.gracchus.C.de adult.l.nec in ea.§.ius occidendi.ff.eo.ti.&. l.raptores.in prin.C.de epiſco.& cleri.Si vero ſcienter fornicatus fuerit,puniendus,eſt ſed non tam graui pœna,ſed alia mitiori iudicis arbitrio aut illa de qua in d.auth.inceſtas.C.de inceſt.nup.& in corpore vnde ſumit̃ eo.ti.ſicut.n.ibi concubitus erat impunibilis vno reſpectu, ſcilicet matrimonij vinculo, ſed erat alio reſpectu punibilis ſcilicet reſpectu conſanguinitatis vel affinitatis, ita in caſu noſtro coitus iſte eſt impunibilis reſpectu vite impudice ipſius mulieris per iura prædicta, punibilis autem erit reſpectu ſanguinis ſiue affinitatis.

## SVMMARIVM.

1 *Fornicatus cum nouerca,nuru,ſocru,priuigna, aut ſimili perſona qua ſit afficiendus pœna.*

2 *Clericus cum nouerca aut cognata fornicatus deponitur.*

3 *Laicus cum nouerca, priuigna,nuru,aut ſocru fornicatus,de inceſtu punitur.*

*Matrimonium ſcienter contrahentes in gradu prohibito, pœna inceſtus puniuntur.*

1 QVINTO quæro † quid ſi aliquis fornicatus fuerit cum nouerca, ſocru, nuru, priuigna, cognata, ſcilicet fratris uxore, vl' ſorore uxoris aut cum commatre vna ſeu duabus commatribus aut earũ filiabus matre cęteriſq; perſonis hmõi affinitate cõiunctis aut affinitate ſpirituali, vt habetur in c.j.& c.ſuper eodē.de cogna.ſpiritu.qua pœna ſit puniendus.dic quod de iure canonico ſecundum ius antiquum in foro cõſciētie octo annorum pœnitentia oneratur vt tandiu extra gremium eccleſiæ & communionem fidelium commoretur & a ſacramentis eccleſiæ abſtinendi habeat neceſsitatem.xxxij.q.vij.ſi quis cum nouerca.& xxxiij.qõ.ij.ſi quis cum duabus.& xxx.q.iiij.ſi pater & filius.& c.ſi quis.de cogna.ſpiritu.& de conſangui.& affi.c.j.§.inquiſita.vbi dicitur quod minus debemus abſtinere a coniugio ſeu fornicatione affinium quam ſanguine noſtro coniunctorum & ex propria conſaguinitate.pro quo facit etiã xxxv.q.iij.qualiter.& c.& hoc quoque & capi.ſane cum tribus ſequentibus.vbi dicitur quod ſicut vir iungitur conſanguineis proprijs, ita etiam iungitur conſanguineis
2 vxoris ſue. † De iure vero canonico in foro contentioſo, ſi clericus eſt qui in hoc crimine cepit deponitur, quia per iſtũ coitum committitur inceſtus xxxv.q.qualiter & d.c.& hoc quoq;.& d.c.j.§.inquiſita.de conſan.& affi.& alias ſupra diximus.in ij.& iij.q. Si vero ſit laicus aut coitum huiuſmodi habuit in figura matrimonij aut habuit in actu fornicationis, in figura matrimonij aut ſcienter contraxit cũ ea ſciēs impedimentum conſanguinitatis,aut affinitatis,& matrimonium non valet ipſo iure, ſed debet omnino ſeparari & vir ſiue mulier qui hoc modo ſcienter contraxit perpetuo priuatur coniugio,ſi vero contraxerunt ignoranter ambo,vel alter tm̃ ille qui ignoranter contraxit nullam patitur pœnã ordinariã,ſed facta ſeparatione ipſius matrimonij quæ omnino fienda eſt datur ſibi certa pœnitentia iudicis arbitrio xxxv.q.iij.qui propinquam.& d.c.de propinquis. ille vero ſiue illa quæ ſcienter contraxit priuatur perpetua ſpe coniugij d.c.ſi quis cum nouerca.& ſi quis cum duabus.xxxij.
3 q.vii.& xxxiiij.q.ij. †Si vero coitus iſte habitus fuit in actu fornicationis & ſiue ſcienter ſiue ignoranter id fecerint, vtroq; modo puniendi ſunt de inceſtu,& ſtupro ſi ſoluta erat,vel de inceſtu & adulterio ſi nupta erat per ea quæ no.dixit Bart.in d.l.ſi adulterium cũ inceſtu.ff.de adulte.& diximus ſupra proxime præcedenti quæſtione & dicemus infra queſtio.ſequen. De iure autem ciuili pœna inceſtus ambo puniunt̃ qũ ſcienter contraxerunt matrimonium, q̃ eſt pœna mortis vt ſupra proxime diximus,& habetur in d.l.ſi adulterium cũ inceſtu & ibi gl.& Bart.ff.de adulte.S vero ignoranter ſeparãtur et pœnas euitant prędictas,dummodo cito & incontinenti ſe ab

Source : BIU Cujas

inuicem ſeparant poſtq̄ habuerunt ſcientiam, alias non euitarent pœnas. d. l. qui cõtra legem. in fi. C. de inceſt. nup. & in authẽ. de inceſt. nup. in prin. Aut ſe commiſcuerũt in actu fornicationis & iſto caſu non adhibetur aliqua diſtinctio an ſcienter vel ignoranter ſe ad inuicem cõmiſcuerint, quia iſto caſu nõ prodeſt illis ignorantia ex quo dabant operam a principio rei illicite per ea quæ notanter dixit Bart. in d. l. ſi adulteriũ cum inceſtu. & diximus proxima q̃o. nõ tñ puto quod eadem pœna ſit puniendus iſte ſicut ille qui ſcienter, vt dicemus etiã infra q. ſequen. & alias ſeq. & habetur in d. c. de propinquis & ca. de inceſtis, xxxv. q. iij.

## SVMMARIVM.

1 *Adulterium, hoc eſt, coitus cum muliere nupta habitus qualiter puniatur.*

*Clericus pro adulterio deponitur in foro cõtentioſo de iure canonico, laicus vero excommunicatur.*

2 *Adulterium committentes ſacrilegium perpetrare videntur matrimonium violãdo.*

3 *Clericus pro adulterio ſimplici hodie non deponitur.*

4 *Deficiens in purgatione ſibi iniuncta puniri debet ac ſi crimen contra eum plene probatum eſſet.*

5 *Epiſcopus cum clerico diſpenſare poteſt in ſtupro. fornicatione ſimplici & alijs minoribus criminibus.*

6 *Adulterium inter minora crimina connumeratur.*

*Clericus pro peccato ſodomitico pœnam depoſitionis patitur.*

7 *Pœna delicto commenſurari debet, vt pro modo delicti ſit & plagarum modus.*

8 *Vindicta ſeu pœna ibi debet eſſe leuior vbi culpa preceſsit minor.*

9 *Pœna minor clerico infligitur pro adulterio & alijs minoribus quam pro inceſto aut ſodomia.*

10 *Clericus pro adulterio, & inceſtu ſimul cõmiſſus punitur pœna depoſitionis.*

11 *Sacrilegium largo modo & impropr ie committitur per adulterium.*

12 *Sacerdos ob ſimplex adulterium poteſt deponi perpetuo ab altaris miniſterio.*

13 *Mulierem nuptam carnaliter cognoſcens de adulterio punitur.*

*Concubitus meretricius a iure ciuili permiſſus, a iure diuino damnatur.*

14 *Coniugatus concumbens cum muliere ſoluta de iure ciuili de ſtupro tenetur.*

*Cognoſcens carnaliter mulierem nuptam quæ antea fuerat meretrix, an teneatur de adulterio.*

15 *Laicus mulierem nuptam adulterans excõmunicatur, etiam ſi ante nuptias fuerit meretrix.*

16 *Coitus mulieris meretricio more viuentis iure ciuili eſt impunibilis.*

17 *Mulier quæ adulterium commiſit cum aliquo, an mortuo marito poſſit matrimoniũ contrahere cum illo.*

18 *Mulier dicitur honeſte viuere ſi vnius tantum & non plurium recipit amplexus.*

19 *Maritus vxorem accuſare nõ poteſt de adulterio ante tempus ſui matrimonij cõmiſſo.*

20 *Maritus non poteſt aliquem iure mariti accuſare de ſtupro cum vxore tempore quo eam concubinam teneret commiſſo.*

SEXTO declaranda ſuc-
1 cedit quæſtio †adulterij, q̄n quis obtinuit coitum mulieris nupte, qua pœna puniat. dic quod aut ſumus in foro conſcientie et Laicus ſubijcitur pœnitentię ſeptennali. Clericus vero decẽ annis penitebit lxxxiij. diſt. presbyter. xxvij. q. j. deuotã. & xxxiij. q. ij. hoc ipſum. vbi dicitur ꝙ clerici ſicut laici hodie illi ſeptennali pœnitentiæ ſubijciuntur. De iure vero canonico in foro contentioſo laicus pro iſto crimine excommunicatur. Clericus vero deponitur. habet in c. ſi quis ep̃s. xxvij. q. j. idem tenet glo. in c. lator. ij. q. vij. quam ſequitur ibi Archi. & refert idem tenere Goffre. in c. clericorum. de vita & hone. clerico. & Bernar. & Lauren. ibi & idem tenet glo. in c. ſi quis omnẽ j. q. vij. quæ expreſſe dicit ꝙ pro adulterio vel inceſtu eſt pœna depoſitionis. idem etiã tenet Ioan. de Ana. in rubri. & in c. vt ſigni

Source : BIU Cujas

ficauit,extra de adult.Panor.& cæteri Mo
derni in d.c.vt clericorum.& in c.perue-
nit.de adulte.& clarius & copioſius in c.at
ſi clerici.de iudi.& hanc opinio.dicit Ioan.
de Ana.in d.c.ſignificauit quod tenet Ioan.
And.& Ioã.de Imo.præceptor ſuus in d.c.
vt clericorũ.vbi ipſe dicit quod iſta eſt cõ-
munis opinio,pro qua facit gl.communiter
approbata in c. Maximianus.lxxxj. diſt.
in quibus iuribus in effectu concluditur qđ
pro ſimplici fornicatione hodie non eſt pœ
na depoſitionis ĩ clerico, ſed dũtaxat ſuſpẽ
ſionis.pro adulterio vero aut inceſtu eſt pę
na depoſitionis,quibus ſuperaddo tex.in c.
ſi quis ſacerdos xxx.q.j.vbi dicit quod ſa-
cerdos pro graui adulterio deponitur & ra
tio poteſt eſſe iſta ſecundum quod dicit Sa-
2 ly.in l.quamuis la ij.C.de adulte. † quia p̃
adulterium quis videtur committere ſacri
legium ex quo violat matrimonium quod
eſt ſacramentum eccleſiæ cap.debitum.de
bigamis . per leſionem igitur iſtius ſacra-
menti committitur ſacrilegium vt late di-
cimus ſupra eod.ti.q.j.& ideo lex ciuiles
appellat adulterium ſacrilegium alienarũ
nuptiarum,merito mandat illum gladio pu
niri dicta l.quamuis.in fine.ſed credo quod
dicatur improprie ſacrilegiũ, maxime de
iure ciuili,quia licet matrimoniũ ſit ſacra-
mentum, tamen nulla res ſacra corporali-
ter tangitur, deuaſtatur, corrumpitur, aut
aſportatur,vt dicit Bar.in d.l.diuus.ff.ad l.
iul.pecu.& habetur in d.l.ſacrilegi.in prin.
eo.ti.& late diximus ſupra eo.dicta q.prin
3 cipali. †Sed aduerte quod iſta opinio,qđ
clericus pro ſimplici adulterio debeat ho-
die deponi,non videtur vera, neq; iure ꝓ-
bari.nullus enim textus allegatus pro iſta
opinione probat quod clericus pro ſimpli-
ci adulterio deponatur, cõtra quam arguo
primo per text.in c.ſignificauit.de adulte-
rijs.vbi clericus qui imputabatur de adul-
terio contra quẽ mulier ipſa quæ paſſa fue-
rat adulterium deponebat & erat iam orta
infamia contra ipſum clericum . Pontifex
ibi mandat iudici eccleſiaſtico quod dicto
presbytero indicat purgationem.in qua ſi
dictus presbyter defecerit,mandat illũ de-
4 bere ſuſpendi & non deponi. † Et clarũ
eſt quod quotieſcunque aliquis deficit in
purgatione ſibi iniuncta debet puniri eadẽ
pœna qua puniri debeat crimine plene ꝓ-
bato,vt in c.accedens de accuſatio. & per
Hoſtien.in ſumma de adulter.in prin.Ergo
ſequitur quod pro iſto crimine plene pro-
bato non debet imponi maior pena ſuſpen-
ſionis.Pro qua opinione adduco etiã text.
in c.at ſi cleri.de iudi.in principio.&.§.de
adulterijs.vbi dicitur quod pro homicidio
furto,& alijs maioribus criminibus in qui-
bus clericus venit deponendus epiſcopus
5 diſpenſare non poteſt. †De adulterio ve-
ro & alijs minoribus criminibus ſicut eſt
ſtrupum,ſimplex fornicatio,& ſimilia, Epi
ſcopus ad libitum ſuum cum clerico pœni-
tentiæ diſpenſare poterit,deinde ponit ra-
tio quare eṗs in maioribus criminibus in
quibus fit depoſitio diſpenſare non põt nec
illos ſic condemnatos ad libitum ſuum tra-
dere curie ſeculari, quia ſemel per ſententiã
illam depoſitionis quæ eſt perpetua priua-
tio ab altaris miniſterio,vt dicit Abb.in d.
c.vt clericorum.& in d.c.at ſi clerici.ſemel
functus fuit officio ſuo neq; poteſt amplius
illam reuocare ſeu quouis modo modera-
ri,vt in l.iudex poſtq̃.ff.de re iudica.& d.
c.at ſi cleri.§.de adulterijs.in fine.quod nõ
eſt ſic in pœna ſuſpenſionis quæ fit ad tem-
pus arbitrio iudicis, vt dicam infra eo.qõ.
6 octaua. †Ex quo textu manifeſte proba
tur quod adulterium connumeratur inter
minora crimina,dum dicit ibi tex.de adul-
terio,& alijs minoribus criminibus &c.ex
quibus verbis demonſtratͬ equalitas in or-
dine & qualitate ſcđm Bal.in l.ea quidẽ.C.
de accuſa.& no.in l.nomen.in fi.ff.de lega.
iij.& per Bar.in l.cum pater.§.dulciſsimis.
ff.de leg.ij.& eſt glo.no.in d.c.at ſi clerici.
§.de adulterijs.in ver.minore.quæ hoc idẽ
tenet. Tertio hoc probo per text.in d.c.
vt clericorũ.in princ.vbi clericus pro pec-
cato commiſſo contra naturam.ſ.per ſodo-
miam patitur pœnã depoſitionis , quod eſt
maximum omnium criminum quæ carna-
liter committuntur xxxij.qõ.vij.c.adulte-
rij malum.& c.flagitia.& xxxiij.q.ij.hoc
ipſum.ergo in adulterio,et alijs minoribus
criminibus minor pœna eſſet inferenda
iuxta enim qualitatem facti & perſonarum
conditionẽ iudex debet augere,vel minue-
re pœnam,vt dicit tex.in d.c.vt clericũ.in
ij.reſponſo.& in c.ſicut dignũ de homicid.
7 †Ratio eſt quia pœna debet commẽſura-
ri delicto,vt pro paruis parua, pro maiori-
bus vera grauior pœna inferatur quod ma-
nifeſte demonſtratur ex illis verbis dũ di-
cit tex.quod clerici qui deprehenſi fuerint
incontinentie vitio laborare, prout magis
aut minus peccauerint puniantur.idem di-
cit Panor.in d.c.vt clericorum.in vltimo.

Ergo pro adulterio quod eſt de minori-
bus criminibus,vt ſupra cõcluſum fuit de-

Source : BIU Cujas

bet imponi minor pœna depoſitione puta
ſuſpenſionis argumento eorum quæ habē-
tur in c.fraternitatis.xxxiiij.diſtinctio.pro
qua opinione facit illa ratio de qua in c.
vergentis de hæreti. ſumpto argumento a
8 cõtrario ſenſu.ꝙ † Vbi minor eſt culpa,
ibi leuior debet eſſe vindicta, ſi enim pro
ſacrilegio inceſtu nefario coitu ſodomia &
ſimilibus maioribus criminibus iura impo-
nunt depoſitionem per iura ſuperius addu
cta,quare non eſt dicendũ quod pro adulte
rio & alijs minoribus ſequacibus crimini-
bus nõ ſit imponende minor pœna, ab ipſa
depoſitione certe nullam video rationẽ in
contrarium.Quæ quidem opinio,in verita
te videtur eſſe probabilior de iure, & ma-
gis equa eo maxime quia hodie rariſsimi
ſunt clerici qui poſsint ſeruare regulam cõ
tinentie & caſtitatis. & ideo propter fra-
gilitatem humani generis indictum eſt, vt
clerici non deponantur pro quocunq; cri-
mine, ſed pro minoribus ſuſpendantur qñ
ſunt in ſacris d.c.fraternitatis xxxiiij.diſt,
& tenendo iſtam opinionem de facili re-
ſponderi poteſt ad iura pro contraria opi-
nione adducta.& primo non obſtat text.in
d.c.lator.j.q.vij.quia non dicit ibi text.qđ
clericus pro adulterio deponatur,ſed dicit
quod pro delicto corporali ſit depoſitio,
vnde aut nos volumus intelligere illũ text.
ſecundum ius antiquum,& poteſt eſſe verũ
quod pro omni peccato carnali etiam pro
ſimplici fornicatione quæ minus eſt infere-
bat depoſitio, vt d.c.fraternitatis xxxiiij.
di.aut nos loqmur de iure nouo et ille tex.
non probat illud ad quod inducit quia de-
bet intelligi de peccatis carnalibus maio-
ribus.vt habetur i d.c.vt clericorũ in prin.
& xxxij.q.vij.adulterij malum.& c.flagi-
9 tia.& xxvij.q.j.ſi quis eps. †Pro adulte-
rio vero & alijs minoribus criminibus in-
ferenda erit minor pœna, vt equalitas ſer-
uetur in omnibus ſecundum cuiuſq; pro-
portionem d.c.vt clericorũ.in ij.reſponſo.
vnde ſuccedit regula illa de qua in l.non
hoc.C.vnde cogn.& i l.natales.& ibi Bal.
C.de probatio.Secundo non ob.tex.in d.c.
ſi quis omnem.j.q.vij.quia dupliciter põt
ad illum tex.reſponderi.Primo quia nõ lo-
quitur de adulterio,ſed de fornicatione.vn
de ſi volumus illum intelligere de ſimplici
fornicatione prout eſt ſpecies coitus cũ me
retrice, vel concubinã,aut alia muliere im-
pudica, & iſto caſu loquendo ſecundũ ius
antiquum bene loquitur quo iure fiebat de
poſitio pro hac ſimplici fornicatione, vt d.
c.fraternitatis.xxxiiij.diſtin.& ſupra plu-
ries dictum fuit aut loquitur de fornicatio-
ne prout eſt genus comprehendens ſub ſe
omnes ſpecies coitus.& iſto caſu illa pœ-
na verificari poteſt in maioribus crimini-
bus non aũt in minoribus d.c.vt clericorũ.
& ſupra proxime diximus.& ideo dici nõ
poteſt quod ille text.concludat neceſſario
de adulterio.& alijs minoribus criminibus
hinc eſt quod ſuccedit regula prædicta de
qua ſupra & in d.l.non hoc.C.vnde cogna.
Tertio non obſtant ea quæ dicunt per Ioã.
And.Imo.Abb.Ioã.de Ana.& alios docto.
de quibus ſupra quia illorũ intentio in qõ-
nibus prædictis principaliter fuit velle de-
monſtrare ꝙ pro ſimplici fornicatione ho-
10 die infertur ſuſpenſio,non priuatio. †Vbi
autem dicunt ꝙ pro adulterio & inceſtu i-
fertur pœna depoſitionis, fateor ꝙ bene di
cunt qñ illa duo ſunt ſimul coniuncta, pro-
pter inceſtum ꝙ eſt maius crimen, ſed non
dicunt expreſſe nec apparet ꝙ voluerint
clericum pro ſimplici adulterio deponen-
dum eſſe & quatenus hoc dixiſſent locuti
fuiſſent ſine lege contra l.illam.C.de colla.
&.§.cõſideremus.in auth.de trien.& ſemiſ.
Quarto non obſtant ẽt gl.ille quæ allegant
pro alia opinione,ꝙ ita interpretantur illa
iura ſic generaliter loquentia qa nõ ſunt le
gibus approbate, merito non faciunt fidẽ,
maxime in via diſputatiua.Quinto nõ ob-
ſtat tex.in d.c.vt clericorum.quia non ex-
primitur ibi in aliqua parte ipſius text.qđ
pro adulterio inferat depoſitio, ſed in prin
cipio tex.loquutus fuit ſpecialiter de crimi
ne contra naturam,quod fit per ſodomiam,
& dedit pœnam depoſitionis, deinde fecit
generalem diſpoſitionem tam reſpectu cri-
minum quam pœnarum,quæ inferuntur ꝑ
criminibus carnalibus, & demum cõcludit
quod pœnæ ſunt commenſurande delicto,
ſecũdum plus vel minus,quod apparet ibi
dum dicitur, quod clerici qui incontinẽtie
vitio reperti fuerint laborare,prout magis
vel minus peccauerint puniant,& iſto mo-
do declaratur ille tex.qui potius facit pro
iſta opinione.quam contraria.Non obſtat
etiam capitulo extenſo.c.ſi quis ſacerdos
xxx.q.j.quia ibi non loquitur text.de ſim-
plici adulterio ſed de adulterio mixto cum
inceſtu.qđ patet,quia ibi ille ſacerdos coitũ
habuerat cum filia ſpirituali, quæ erat ſibi
agnatione ſpirituali coniuncte.vt in c.j.&
ij.de cogna.ſpiritu.ideo grauius puniť pro-
pter inceſtum ſecundum Bar.& docto.in l.
ſi adulterium cum inceſtu,ff.de adulterijs.

Source : BIU Cujas

Non obſtat etiam illud quod dixit Salyce. in d.l.quamuis.la ij.C.de adulte.dum vult.
11 †Quod per adulrerium committatur ſacrilegium,ex quo leditur ſacramentum matrimonij d.c.debitum.de bigamis. quia licet dicatur ſacrilegium largo modo & improprie dicitur ſacrilegium non autem ꝓprie & ſtricte,quia in ueritate nulla ſit leſio rei corporali, vel perſone ſacre prout requiritur de iure ciuili ſecundum quod declarat Bar.in l.ſacrilegi.i prin.ff.ad l.iul.pecu.& Bald.in l.iij.C.de furt.& per Azo.in ſumma eo.ti.in prin.ideo non dicitur proprie ſacrilegium nec pœna ſacrilegij ibi cõmittitur.d.c.ſignificauit.de adul.Et per iſta remanet firma ſupradicta concluſio qđ clericus pro ſimplici adulterio nõ deponitur, ſed ſuſpenditur quæ de facili iudicio meo ſuſtinere poteſt in puncto iuris & eſt equior & probabilior præcedenti, ideo videretur potius eſſe ſeruanda quã præcedens quæ videtur eſſe nimis rigoroſa lxxxiij.diſt.c. presbyter.& xxxiiij.diſtin.c.fraternitatis. Nihilominus in conſulendo & iudicando tutius eſt tenere aliam opinio.quæ eſt cõis, quia in deciſiuis a cõi opinione nullatenus eſt recedendum ſcḋm Bal.in l.j.C.de edi.diui adria.tol.& in l.j.C.de pœna iudi.q male iudi.Alex.in l.qui rome.§.duo fratres. ff.de verb.oblig.& in l.prolatam.C.de ſen. & interlocu.omnium iudi.& per Abb.in c. canonum ſtatuta.in fin.de conſti.*vbi ponit nonnullas exceptiones in quibus licet quãdoq; recedere a cõi opinione.*& hanc ſe-
12 querer in iudicando. † Ex quo nota qđ ſacerdos ſiue clericus in ſacris ordinibus conſtitutus, per ſimplex adulterium quod commiſerit deponi poteſt & perpetuo ab altaris miniſterio remoueri,ſcḋm quod declarat Panor.in d.c.at ſi clerici.in princ.in vlt.no.quod nota contra iſtos presbyteros incontinentes qui alienas vxores ſepius ſollicitant & ad illarum concubitum libenter accedunt.qđ poterunt deponi & ſecuta cõtinuatione omnino priuari.d.c.vt clericorum.& c.at ſi clerici. De iure autẽ ciuili aut iſte cõcubitus fuit habitus in forma matrimonij,aut ĩ actu fornicationis.Primo caſu aut contraxerunt ſcienter aut ignorantia,ſi ſcienter vtrinq; de adulterio,vterque punitur,ſi vero alter tm̃ ſciebat ille ꝗ erat conſcius punitur alter non & ſtatim diſſoluitur matrimonium,& omnia bona q̃ ſciẽs ignoranti dona.vel in dotẽ dederat perdit. l.eum ꝗ duas.C.de adult.& l.qui contra legum & ibi gl.& docto.C.de inceſt.nuptijs, fallit tñ qñ ambo,vel alter erat minor.quia ſibi parcitur ratione minoris etatis d.l.qui contra legem in fi.& per Bar.in d.l.ſi adulterium cũ inceſtu.ſi vero ignorabat mulierem,aut virum eſſe coniugatum excuſatur etiam maior dummodo incontinenti habita notitia de impedimento ſe ab illa ſeparauerit alias ſi poſt cum eadem permanſerit non excuſatur a pœnis prædictis.d.l.qui
13 contra legum in fi. †Si vero illam cognouit in actu fornicationis aut ſcienter, quia ſciebat illam eſſe nuptã & tenetur de adulterio,maxime ſi erat mulier honeſte vite.l. j.& l.quamuis.la ij.C.de adult.ſi vero ignorabat & ſimiliter punitur. de adulterio qñ mulier erat honeſte vite nec excuſatur iſto caſu propter ignorantiã facti quod putabat illam eſſe ſolutam, quia quotieſcunq; quis dat operam rei illicite a principio nõ attenditur animus illius adulterãtis & quod erat in ius operatione,ſed illud quod eſt in veritate,ita dicit Barto.in d.l.ſi adulterium cũ inceſtu.& dixi ſupra titu.proximo qõ.xij.

Prædicta tñ limitanda ſunt non procedere qñ mulier erat impudica, vel meretrix, quia talis concubitus eſt permiſſus a iure. l.verũ.in fi.& ibi Bart.ff.de furt.l.iij.& ibi Bar.ff.de condi.ob turpem cau.& l.ij.C.de concubi. *De iure tñ canonico non euaderet impunis ẽt quod mulier eſſet impudica aut meretrix, quia de illo iure nullius coitus extra vxorium eſt permiſſus* xxxij.qõ.
14 iiij.meretrices. †Sed quæro nunc ſi vir coniugatus habuit coitum cum muliere ſoluta an ex iſto coitu oriatur ſtuprum, vel adulterium.dic breuiter ꝙ de iure ciuili dicitur eſſe ſtuprum.vt l.j.& quod ibi not.C. de adult.quia ius ciuile conſiderauit leſionem thori coniugalis & ſanguinis per commixtionem vxoris duntaxat, non aũt viri. d.l.j.de iure tñ canonico ſecus quia ſiue ꝑ virum ſiue per vxorem violetur thorũ cõiugale per alienos amplexus dr̃ fieri adulterium xxxiiij.q.iiij.nemo.& c.dicat.& ꝑ Abb.in c.tranſiuiſſe, de eo qui cogno.conſang.vxo.ſue.i vltimo no.& in c.ſi.de adulte.Iterum quæro,quid ſi aliquis coitum carnis hmõi habuerit cum muliere quæ olim fuerat meretrix.nunc aũt eſt cõiuncta, qua pœna puniatur,an de adulterio, vel de ſimplici fornicatione.aut loquimur de iure canonico in foro eccleſiaſtico & mulier erat iam effecta honeſte vite & conuerſationis, oẽſq; turpes & inhoneſtas conuerſationes euitauerat,& ſic ceperat habere nomen honeſte matrone ſue matrisfamilias,& coitus

Source : BIU Cujas

habitus cum illa erit punibilis de adulterio
ac ſi nunq̄ fuiſſet meretrix, vt l.quę adulte-
rium in princip.& quæ ibi no.Bald.& Sa-
lyc.C.de adulterijs.nō replico amplius no
mina pœnarum, quia ſatis plene dictū eſt ſu
pra. Aut iam ceperat iterum meretricari &
reuerti ad veterem impudicā vitam, & iſto
caſu non punitur de adulterio, ſed de ſim-
plici fornicatione, quæ ſimiliter eſt punibi
lis de iure canonico xxij.q.iiij.dicat aliqs.
c.ſequēti.& c.meretrices.& dicemus infra
q.ſequen.cuius pœna erit ſolum ſuſpenſio
in clerico hodie.c.fraternitatis.xxiiij.diſ.et
15 late diximus ſupra eadem.q. †Laicus au
tem excōicatur quocunq; modo illam co-
gnouerit aut in actu fornicationis aut in for
ma adulterij.vt in c.ij.de adulte.xxvij.qō-
ne.j.ſi quis eps̄.de quo etiā diximus ſupra.
De iure aūt ciuili ſi dicta mulier ſit honeſta
& retinet nomen matris familias erit pœ-
na adulterij vt d.l.quæ adul.& Bal.et Saly.
hoc enim nomē matris familias de iure ha-
bet tria ſignificata ſcd̄m gl.in d.l.quæ adul
terium.primo enim ſignificat & demōſtrat
mulierem quæ non viuit meretricio more
ſed honeſte, & morigerate ſecundo pro ea
quæ filios habet vt ff.de lib.exhi.l.deinde.
Tertio pro ea quæ eſt ſui iuris, ſed Saly.ibi
dicit ꝙ ēt ea quæ eſt in poteſtate non amit-
tit nomen prędictum.vide ipſum in d.l.quę
16 adulterium. †*Si vero inhoneſte & mere
tricio more viueret, illius coitus de iure ci-
uili erit impunibilis tanquam coitus cōcu-
bine* l.j.& ij.C.de concubi.& per Bar.in l.
verum.in fi.ff.de fur.& l.iij.ff.de condi.ob
turpem cau.& eſt tex.no.in l.ſi ea enim.C.
de adult.& d.l.quæ adulterium.in fi.vbi dr̄
ꝙ coitus habitus cum famula & vili perſo
na non meretur puniri pp̄ vilitatem perſo-
ne ſiue potius vilitatē cōditionis ſue prout
ſepius accidit in iſtis hoſpitijs vbi ſunt fa-
mule quædam ita vulgares quod habentur
tanquam meretrices & cum pluribus & di
uerſis perſonis ſolent habere commerciū,
uide tex.ibi in fi.& Salyce.& eundem Sa-
ly.magis clare & in terminis in d.l.ſi ea p̄
tex.i l.ſi vxor.§.ſiue.ver.ſed & in ea.ff.ad
17 leg.iul.de adult. †Sed quæro quid ſi ali-
qua mulier commiſit adulterium cum ali-
quo viro cum quo poſt mortem mariti ſui
matrimonium contraxit, an poterit accuſa
ri de adulterio huiuſmodi poſt ſecundas nu
ptias contractas, & videretur dicendū qd̄
non, quia quemadmodum filij primo nati p̄
ſubſequens matrimonium legitimantur &
reſtituūtur natalibus, vt in c.j.de eo q̄ dux.
in matri.quam pol.per adulterium.& c.per
venerabilem.& ibi docto.qui filij ſint legi.
lex tn̄ dicit contrarium quod ipſa mulier
poterit accuſari & puniri de adulterio qd̄
ante contractum iſtud ſecundum matrimo-
nium cum eodem viro commiſerat, ita di-
cit tex.in l.commiſſum.C.de aduter. Vlte-
rius quæro ſi quis carnaliter cognouerit cō
cubinam alterius quæ indubitato affectu p̄
vnum in domo ſua duntaxat retinetur an
vir qui illā ſtuprauit debeat puniri & qua
pœna.& videbatur dicendum quod nō ex
quo honeſta mulier dici non pōt quæ non
veri mariti patitur amplexus.tamen breui
ter dicas contrarium eſſe verum, quia de-
bet puniri de adulterio ex quo cum illo vi
18 ro honeſte viuendo.†Hoc eſt, quia non re
cipit plurium amplexus, dicitur honeſte vi
uere, nec perdit nomē honeſte matrone, vt
dicit glo.in l.ſi vxor.in princ.in ver.concu
bina.ff.de adult.& l.ſtuprum.ff.de ritu nu
pti.& iſte eſt tex.in d.l.ſi vxor.in princ.ff.
de adulter.vbi dicitur quod viro qui tenet
dictam concubinam competit accuſatio cō
tra illum adulterum nō iure mariti, ſed iu-
re extranei, ita dicit ibi tex.glo.tn̄ variauit
in pœna.primo enim dicit quod tenetur de
ſtupro, deinde dicit quod tenetur de adul-
terio, Bart.tn̄ tenet ibi opin.illam quod de
ſtupro puniat̄ & non de adulterio, q̄a adul
terium proprie non committitur niſi cum
muliere nupta, vide Bart.ibi, credo autem
*quod coitus iſte improprie & largo modo
loquendo dicatur adulterium, ſed in pœnis
imponendis non debemus attēdere impro-
priam & largam ſignificationem, ſed pro-
priam & ſtrictam, & maxime qn̄ per illam
propriam ſignificationem fit diminutio pę
næ quia in dubijs &c.* l.de interpretatione
& l.abſentem.ff.de pœn.c.quod in dubijs.
19 de regu.iur.lib.vj.cum ſi. †Quæro nunc
ponamus quod Pamphila ſit nupta Sēpro-
nio, et tempore iſtius matrimonij, commiſit
adulterium cum Gaio deinde mortuo Sem
pronio, iſta Pamphila deuenit ad ſecundas
nuptias, & nupſit Titio, queritur nunquid
Titius poterit dictam vxorem accuſare de
adulterio illo quod commiſerat tempore
primi viri, & videtur dicendum quod ſic,
maxime ſi nōdū erat elapſum quinquēniū.
§.quinquēniū.ff.de adul.in cōtrariū tn̄ eſt
veritas quod illā accuſare non pōt de adul
terio commiſſo ante tempus ſui matrimo-
nij l.ſi vxor.§.ſi quis vxorē ſuā.ff.de adult.
& ratio poteſt eſſe iſta, quia per illud adul-
terium alias cōmiſſum nulla fuit illata in-

Source : BIU Cujas

iuria thoro coniugali ipſius ſecundi mariti nec per illud dicitur violatum dictum cõiugale thorum. Idem dicendũ eſt de ſtupro, ſi mulier dum eſſet virgo aut vidua ſtuprata fuerit ab aliquo & poſtea nupſerit, non poteſt maritus illã accuſare de ſtupro nec etiam illum ſtuprantem pro crimine commiſſo cum muliere antequã eſſet ſua vxor, quia tunc nulla fuit ſibi illata iniuria, quia nullum ius habebat in ea, vt d.l.ſi vxor.§.ſi quis plane. Secus autẽ ſi ea mulier erat ſpõſa, quia tunc poterit bene vir aut ꝙ ſit ſponſus ante cõſumationẽ matrimonij aut poſtquam conſumauit matrimonium dictũ ſtuprantem & mulierẽ quoq; accuſare de ſtupro & proſequi iniuriam ſuam, d.l.ſi vir.§.
20 ſi minor. in fi. eo. tit. † Idẽ etiam dicendũ eſt de eo qui cõcubinam deſpõſauit & accepit in vxorem quod nõ poterit aliquem accuſare iure mariti de ſtupro cum ea commiſſo tempore concubinatus ſui, & iſte eſt tex. in d.l.ſi vxor.§.ſi quis vxorem. ver. qđ etenim. ff. ad l. iul. de adult. quę omnia bene not. quia ſunt vtilia & contingibilia ſepe.

## SVMMARIVM.

1 *Stuprum quid ſit, & qualiter puniatur qui ſtuprum perpetrat.*

2 *Clericus fornicationem ſimplicem committentes qualiter puniatur.*

3 *Clericus pro ſtupro in virginem commiſſo pecuniariter punitur iudicis arbitrio.*

*Laicus virginem deflorans, eam dotare, & vxorem ducere tenetur.*

4 *Stuprum cum libera & conditionis honeſte commiſſum punitur confiſcatione dimidie partis bonorum.*

5 *Copula carnalis habita cum concubina alicuius non punitur de iure ciuili.*

*Stuprum cum mulieribus turpiter viuentibus eque cõmittitur, at non eque punitur.*

6 *Coitus omnis extra matrimonium eſt reprobatus & punibilis.*

*Virginem deflorans impuberem, & viri impotentem qualiter puniatur.*

7 *Tutor deportatur bonis publicatis qui eam cuius tutelam geſſit ſtuprauit.*

*Mulier nobilis familiæ ſeruo proprio ſe carnaliter commiſcens, capite punitur, & ſeruus igne crematur.*

SEPTIMO videndũ eſt de ſtupro quod eſt alia ſpecies fornicationis, quod cõ-
1 mittitur cum ſoluta muliere honeſte viuente l. inter liberas. & l. ſtuprũ. ff. de adul. & §. item lex iul. inſti. de pub. iudi. Quęro igitur nunc quę eſt pœna iſtius criminis. dic quod in foro conſcientie clericus olim deponebatur de iure antiquo. vt lxxxiij. diſtin. presbyter, quod erat ſecundum canones apoſtolorum. idem ſeruabatur in ſimplici fornicatione, vt latius infra dicetur. hodie vero imponitur ſibi pœnitentia decẽ annorum, cum illis ieiunijs, diſciplinis, & penitentijs, de quibus in d.c. presbyter. Laicus autem habet pœnitentiam ſeptem annorum xxvij. q. j. deuotam. & xxxiij. q. ij. hoc ipſum. vbi dicitur, quod clerici ẽt hodie non excedunt metam ſeptem annorum in pœnitentia prædicta. in foro autem contentioſo de iure canonico, dic quod clericus pro iſto crimine deponitur, ita tenet Panor. in c. at ſi cleri. de iudi. & in d.c. vt clericorum. de vita & honeſtate clericorum. & in c. peruenit. in fi. de adul. vbi in effectu cõ-
2 cludit † quod clericus in ſacris ſolum euadit pœnam depoſitionis qñ cõmiſit ſimplicem fornicationem cum muliere ſoluta & impudica concubina ſeu meretrice, tũc nõ infertur illi alia pœna quam ſuſpenſionis, vt ibi plenius per Abb. pro alijs vero criminibus carnalibus, excepta ſolũ hac ſimplici fornicatione eſt pœna depoſitionis. vt habetur lxxxiij. diſ. presbyter. ij. q. vlulator. lxxx. di. Maximianus, quam ius ẽt pro iſta ſimplici fornicatione continuata a qua clericus ſi poſt primam, vel ſecundam monitionem non diuertit poterit deponi atq; priuari, vt in c. ex parte ade. de teſtbus. & in c. cum ſuper. de cohabita. clericorum & mulie. Si vero iſta fornicatio non eſſet amplius ſimplex ſed haberet adiunctã aliquã qualitatem, ſeu accidens puta adulterij, ſtupri, inceſtus & ſimilium tunc eſſet pœna de depoſitionis ita dicit Abb. in d.c. at ſi clerici. in xiij. col. & in d.c. peruenit idem etiam tenere vr̃ Ioan. de Imo. in d.c. vt clericorũ, vt refert Ioã. de Ana. in rubri & in c. ſignificauit de adulte. Cum tamẽ iſta ſit cõis opinio quod pro ſtupro fiat depoſitio a qua in deciſiuis non eſſet recedendum vt ſupra dixi, tamen ſi quis vellet tenere contrariam opinionem facile poſſet per ea quæ ſupra proxime diximus in præcedenti quæſtio.
3 † Et dicit ẽt Abb. in d.c. vt clericorũ, quod pro

Source : BIU Cujas

pro ſtupro in virgine commiſſo iudex eccleſiaſticus poterit imponere pœnã pecuniariam clerico arbitrio ſuo vltra alias pœnas ſpirituales qñ ille non ſufficerent, quia illas nõ timeret quas pœnas ſi non ſolueret luet in corpus arg. l. j. §. ſi. ff. de pœn. & non ſufficit ſolum dotare mulierem ſtupratam, quia vltra dotem tenetur etiam ſoluere pecuniariam aut corporalem pœnam ita dicit Abb. in d. c. peruenit, de adulte. Laicus autẽ de iure canonico ſi virginem deflorauit, tenetur illam dotare. & in vxorem ducere ſi non erat vxoratus & his duabus pœnis copulatiue punitur, ſi vero nollet aut nõ poſſet propter aliquod impedimentum illam ducere in vxorem vltra pœnam dotis conſtituere tenetur alia pœna pecuniaria ſiue extraordinaria arbitrio iudicis, vt dr̃ in d. c. j. & cap. peruenit. de adulte. & ibi Abb. ſi vero cũ vidua honeſte viuente ſtuprum cõmiſerit, punietur pœna pecuniaria arbitrio iudicis iuxta qualitatẽ facti & perſonarum conditionem d. c. j. de adulte. vbi latius per domi. Abb. & idẽ Abb. in d. c. vt clericorũ, in xij. colum. & idem Abb. in c. licet. de pe.
4 † De iure aũt ciuili pro ſtupro commiſſo cum muliere libera & honeſte conditionis & fame, ſi vir ſit honeſte conditionis aut in dignitate conſtitutus dimidie partis bonorum ſuorum confiſcatione & relegatione tẽporali arbitrio iudicis punitur, ſi vero ſit vilis perſona fuſtigatur & nihilominus in exilium mittitur, vt ſupra ita dicit tex. expreſſe in. §. itẽ lex iulia. inſtitu. de publi. iudi. & iſta eſt pœna regularis, quæ tamen fallit in pluribus caſibus in quibus alia pœna imponitur. Et primo qñ mulier non eſſet libera ſed ſerua, quia tũc datur dño actio legis aquilie iniuriarum, aut de ſeruo corrupto l. inter liberas. & ibi Bar. ff. de adulte. l. fina. ff. de offici præſi. & l. penulti. C. de ſer. corrup. Secundo fallit licet ſit mulier libera, tñ ſi eſt famula aut alias vilis conditionis exiſtẽs in caupona, hoſpitijs, aut alijs ſimilibus abiectis locis habenti rem carnalem cum mulieribus vilis conditionis non imponitur iſta pœna, ſed tenetur actione iniuriarum propter vilitatem perſone l. quæ adulterium. & ibi glo. & Bart. C. de adul. &
5 Bartol. in dicta l. inter liberas. † Tertio fallit in concubina retenta in domo & indubitato affectu, quia licet cum illa habere cõcubitum de iure ciuili abſque aliqua pœna. l. ij. C. de concubi. & not. glo. in l. ſtuprũ, & in l. inter liberas, & ibi gloſ. & Bartol. ff. de adulterijs. Quarto etiam fallit in publica meretrice, vel in alia muliere impudica quę plures admittere ſolet ad eius amplexus, licet ſecrete agat. quia non dicitur honeſte viuere prout requirit illa lex iulia de adulterijs cap. v. dicto. §. item lex iulia. & ibi Ioã. Fabri. & per Bartol. in l. iij. ff. de conditio. ob turpem cau. vbi concludũt docto. prædicti, quod tunc mulier ipſa perdit nomen & famam honeſte matrone.

Contra hæc oppo. de. l. ſtuprum. ff. de ritu nuptia. vbi dicitur quod ſtuprum committitur etiam cum mulieribus quæ turpiter viuunt, & a pluribus quæſtum accipiũt dummodo id non palam faciant. Sol. non negatur quin cum mulieribus ipſis ſtuprum committatur, quia mulier ſoluta eſt & libera perſona, ſed delictum non eſt punibile cum eis factum de iure ciuili propter inhoneſtam vitam licet non ſint publicæ meretrices. tamen ex quo plures fornicantes admittunt & perſonam ſuam pluribus exponunt, dico quod acceſſus ad illas eſt impunibilis, quia non dicuntur honeſte viuere, vt requirunt iura. in dicta l. inter liberas. & l. ſtuprum. ff. de adulte. & dicto. §.
6 item lex iulia. † De iure tamen canonico omnis coitus præter vxorius ſiue matrimoniales eſt reprobatus & punibilis. xxxij. quæſtio. ſecunda nemo & capit. meretrices. Fallit etiã & quinto regula prędicta quando quis haberet coitum cum virgine impubere minore. xij. annis. nondum viri potente, quia humiliores in metallum damnantur, honeſtiores vero in inſulam deportantur l. ſi quis aliquid. §. nondum. ff. de pœnis. quod nota. quia hodie iſta pœna non inuenitur correcta neque immutata, ita dicunt docto. in dicto. §. item lex iu-
7 lia vbi gloſſ. tangit. † Sexto etiam fallit dicta regula in tutore qui pupillam cuius tutelam geſſit ſtuprauit, quia tutor deportatur & omnia eius bona publicantur l. prima. C. ſi quis eam cui tut. geſſe. ſtup. ratio eſt quia tutor datur loco patris perſone principaliter ad illam nutriendum, & bonis ac honeſtis moribus inſtruendum, non autem ad ſtuprandum l. ſecunda. ff. de admi. tuto. & inſtitu. eodem titu. in princi. & de tutel. in princip. Septimo & vltimo fallit in muliere nobilis familiæ quæ ſeruo proprio ſe carnaliter commiſcuit, quia mulier punitur pœna capitis, ſeruus autem igne peribit l. prima. C. de mulie. quæ ſeruis propri. ſe iunxe.



Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Coitus contra naturam habitus triplex repe ritur, & qualiter puniatur.*

2 *Coitus cum brutis habitus qualiter de iure canonico puniatur, & qualiter in foro con tentioſo & in conſcientie. & nu. 3.*

4 *Coitus cum brutis punitur pœna capitis.*

1 OCTAVO quero quid de coitu† habito contra naturã dic quod iſtud eſt triplex. quoddam.n.eſt quod fit con tra naturam humane ſocieta tis, & illud eſt quod fit cum propria matre vel filia de quo dictũ eſt ſupra eo.titu.q.ij. Aliud eſt qđ fit contra naturam ſexus humani quod eſt qñ fit cũ maſculo, vt l.cũ vir. C. de adulte. Aliud eſt quod fit contra naturam generis humani, & illud eſt quod fit cum brutis c. vt clericorũ de vita & honeſta. clericorũ in prin. vide quæ diximus ſupra eod. tit.d. qõ.ij. & habetur in cap. vt clerici de exceſ. præla. xxxij.q.vij. adulterij. & c. flagitia. & xxxiij.q.ij. hoc ipſum in fin. d. l. cum vir. &
2 l. fedifsimam. C. de adul. †Pro iſto enim crimine de iure canonico.ſ. antiquo & in foro conſcientie tam in clerico, quã in laico pœna eſt parificata, iniungitur pœnitentia temporalis vltra ſeptennium arbitrio ſacerdotis vt extra gremiũ eccleſię & communionem fidelium vltra illud ſeptenniũ tandiu commoretur donec de crimine ipſo congruam egerit pœnitentiã arbitrio ſacerdotis nunquam ſe in diuinis commiſcendo
3 vt d.c. hoc ipſum. †Sed de iure canonico in foro contentioſo in clerico erit perpetua depoſitio ab altaris miniſterio, ab omni ordine ſacro, ac oĩum beneficiorũ et officiorũ perpetua priuatio vt eſt caſus in d.c. vt clericorũ in princ. de vita & honeſta. clerico. & ibi Abb. & c. clerici. de exceſ. præla. ſi vero ſit laicus excommunicatus, & a cetu fidelium omnino expellitur. d.c. clerici. in fi.
4 † De iure autẽ ciuili pro iſto crimine eſt pœna capitis l. cum vir. C. de adulte. cõtra quod crimen & eius reos. Imperator in d. l. cum vir. multum fortiter exclamat atque iraſcitur propter eius ſummam turpitudinẽ dicens iubemus inſurgere leges, armari iura gladio contra huiuſmodi facinoroſos homines qui audent peruetere ordinem nature, & eſt adeo turpe ſcelus quod non proficit ſcire, & nephas quodammodo loqui de ipſo propter quod dicit Pontifex ꝙ venit fames, terremotus, & peſtilentie, & primũ ira dei in filios diffidentie vide text. in d.c. vt clericorum de vi. & ho. cle. & xxxij.q. vij. adulterij malum c. flagitia & c. offerebat Loth. & c. clerici. de exceſ. præla.

SVMMARIVM.

1 *Fornicatio commiſſa cum muliere ſoluta & impudica qua puniatur pœna.*

2 *Fornicatio an ſit genus quoddam, diuerſas ſub ſe continens ſpecies.*

3 *Presbyter ſeu clericus qualiter olim pro fornicatione puniebatur, & qualiter hodie.*

*Coitus meretricius vel alias cum muliere impudica habitus, iure ciuili euadet impunitus.*

4 *Forcinans ſcienter cum meretrice ſibi agnata, pœnam non euadit inceſtus.*

5 *Validum cenſetur id quod eſt in veritate, potius quam id quod eſt in opinione.*

6 *Concubina quæ dicatur legitima vt eius filij poßint dici naturales.*

1 NONO quero quid de ſimplici† fornicatione habita cũ muliere ſoluta & impudica, aut cum publica meretrice, quæ publice extat parata qua pœna huiuſmodi criminis reus punitur, dic quod de iure canonico in foro conſcientie propter vitium incontinentie illa ſeptennali pœnitentia, vel forſan minoris ſacerdotis arbitrio ſubijcit. xxxiij. q.ij. hoc ipſum xxij.q.j. prędicãdũ. & xxx. q.vij. c. adulterij. xxxij.q.iiij. c. meretrices. xxxvij.q.j. cap. lex illa. vbi tex. enumerat quinq; ſpecies criminis carnalis coitus quę fiunt cũ mulieribus naturaliter, vbi dr̃ ꝙ li
2 cet ſecũdum quorundã opinionẽ, †hoc nomen fornicatio, ſit nomen generis comprehendens ſub ſe omnes ſpecies illiciti coitus de quibus ſupra & tũc dicitur poni vt genus cõprehendens ſub ſe omnes ſpecies prædictas. xxij. quæſtio. iiij. c. meretrices. & c. ſeq. & xxx. q.ij. hoc ipſum prope finem. Quandoq; idem nomen fornicatio, ponitur vt ſpecies qua continetur coitus habitus per virum ſolutum cum muliere ſoluta & impudica, aut cum publica meretrice, ita di

Source : BIU Cujas

cit text. in dicto c.meretrices. xxxij.q.iiij.

8 † De iure autē canonico in foro contentioſo olim erat pœna depoſitionis, & priuationis in clerico. lxxxij. diſtin. presbyter, hodie tamen eſt minor ſcilicet ſuſpenſionis aut pecuniaria vt hic arbitraria, & per Ab. in d.c.vt clericorū in xij. col.de vi. & hone.cle. Hæc enim quæ diximus habent locū in clerico, laicus vero aliter punitur arbitrio iudicis, quandoque pœna pecuniaria, quandoq; alia vide do. Abb.in d.l.vt clericorum. De iure vero ciuili iſte coitus meretricis, vel alterius mulieris impudice eſt permiſſus & pœnitus impunibilis, vt l.j.& C.de concubi. & per Bart.in l.verum.ff.de fur. & idem Bar.in l.iij.in princi.ff.de conditio.ob tur.cau. Sed antequam ad vlteriora procedam non omittam notabile verbū quod dixit Salyce.in l. quæ adulterium.C.

4 de adulte.quod ſi quis† fornicatus fuerit cū meretrice quę erat agnata ipſius viri coeūtis incurrit pœnam inceſtus ipſe vir ſi ſciēter commiſcuit ſe cum illa, Secus autem ſi ignorabat illam eſſe eius conſanguineam, quia iſto caſu non punitur etiam de inceſtu ita tenet Salyce.in d.l.que adulteriū. & ratio eſt quia vir non dabat operam rei illicite, ſed permiſſe d.l. verū in fi. & ibi Bart. ff.de fur. & Bartol.in dicta l.iij.in prin.ff.de cōdi.ob turp.cau. & l.gracchus.C.de adul. ideo iſto caſu attenditur potius illud quod erat in opinione quam illud quod eſt in veritate l.j.§.diuus. & l.diuus. & l. in leg. corne.ff.ad l.corne.de ſica. quando vero a principio dabat operam rei illicite tunc ſuccedit & viget alia regula cōtraria de qua per Barto.in l. ſi adulterium cum inceſtu.ff.de

5 adulte. † quod plus valet illud quod eſt in veritate quam illud quod erat in opinione de quo late diximus ſupra titu.proximo q. xj.in materia poculi abortionis & amatorij, hæc tamen procedunt de iure ciuili, quo meretricis & concubine coitus eſt impunibilis vt ſupra ſed de iure canonico quo omnis concubitus præter vxoriū dr̄ eſſe damnatus, xxxij.q.iiij.c.meretrices. putarē habere locum ſecundam regulam de qua ſupra, & quod ignorantia non deberet ipſum excuſare, attento ꝙ dabat operam rei illicite & damnabili c.meretrices. pro quo facit doctrina Bartol.in dicta l. ſi adulterium cū inceſtu, & quod habetur in cap.fina.de homi.lib.vj. nec excuſatur propter turpitudinem vite ipſius mulieris, quia turpitudo illa verum eſt quod excuſat virum a pœna adulterij, vel ſtupri, non autem a pœna inceſtus quæ infertur ratione ſanguinis, quia per turpitudinem vite illius iura ſanguinis non tolluntur, ita dicit ipſe ibi quem vide

6 & nota. † Et ad ea quæ diximus ſupra de concubina retenta in domo nota quod ad hoc vt aliqua dicatur legitima concubina, quæ retineri poſſit impune de iure ciuili, & cuius filij dicantur veri naturales, & ſucceddant patri in illis duabus vncijs ab inteſtato, vt in authen. qui. mo.na. effi. ſui in prin. & in fin. plura requiruntur de quibus per do.Ioan. de Ana. in rubri. extra de adul. in ij.col.

## SVMMARIVM.

1 *Raptus mulieris eſt crimen graue & valde deteſtabile.*

2 *Raptores mulierum quibus ſunt pœnis afficiendi.*

3 *Socius quis ſit, & quis ſequax, & in quibus differant.*

*Aſſocians alium ad aliquem actum, cēſetur illi opem præſtare.*

4 *Receptator rapte mulieris qua ſit afficiendus pœna.*

5 *Iniuria vni de domo facta, cenſetur toti familie irrogata.*

*Rapiens maſculum cauſa libidinis qualiter puniri debeat.*

6 *Parentes inſultati cum conſanguineis poſſunt licite inſultantibus reſiſtere.*

*Occidi non poteſt impune qui non reperitur in flagranti crimine.*

7 *Auxilium ſeu fauorem poſt factum præſtās mitius punitur eo qui interfuit facto.*

*Auxilium & fauorem malefactori præſtantium plures ſunt ſpecies.*

8 *Conſulens ſeu perſuadens maleficium an, & qua pœna puniatur maleficio ſequuto.*

*Conſulens & perſuadens an cenſeatur opē & auxilium maleficio præſtare.*

9 *Quaſi dictio, eſt improprietatis nota, ſicut & verbum videtur.*

*Statutum pœnā imponens auxilium ſeu opē præſtanti maleficio, non comprehendit perſuadentem ſeu conſulentem.*



Source : BIU Cujas

Conſulens aut perſuadens quas debeat dare pœnas, ſtatuto eas non exprimente.

Conſulens maleficium punitur etiam ipſo non ſequuto.

11 Conſulens in minoribus criminibus, quas pœnas luat ſi ſtatutum non taxet eas.

12 Conſulens maleficium an puniri debeat, etiã ſi delinquens omnino facturus eras.

13 Argumentum a ſenſu contrario non vbi contra legem procederet.

14 Conſulens qui ante delictũ cõmiſſum reuocauit cõſilium, an teneatur facto ſequuto.

15 Opẽ miniſterij & adiutorij corporaliter præſtans malefactori quando & qualiter puniatur.

16 Opem ſcienter præſtans malefactori ante factum tenetur.

17 Opem præſtans poſt delictum commiſſum quando puniri debeat.

Opem præſtans malefactori per viam iuſtitie non punitur.

18 Aduocatus cum excommunicato participãs pro conſilio dãdo nõ incurrit excõicationẽ.

Supplicare non licet pro damnato de crimine læſæ maieſtatis.

Aggeres nili rumpens & curium aquarum deuians igni crematur.

19 Statutum dictans opem non præſtandam bãnitis non includit eos qui ob iuſtitiam, gratiam, vel charitatem præſtant opem.

20 Pœna plurium eidem opem præſtantium an ſit vniformis.

21 Rapiens virginem aut viduam ſeu nuptam qualiter puniatur.

Ancillã aut libertinã alterius rapiens quas det pœnas.

22 Sponſus ſponſam propriam rapiens qua pœna plectatur.

23 Mulier virum cauſa libidinis rapiens an puniatur, & quid ſi vir virum.

24 Nuptie de parẽtũ cõſenſu procedere debent.

Puella raptori ſuo nubere non poteſt etiam de parentum aſſenſu.

25 Rapiens meretricem aut alias plurium concubinam an debeat puniri.

Meretrices cauſa libidinis incluſas detinentes actione iniuriarum tenentur.

26 Raptor meretricis quæ meretricari deſierat an puniatur ac ſi probam rapuiſſet mulierem.

27 Meretrix quæ non plene reſipuit ſed ſecrete plurium amplexus admittit tractari adhuc poteſt vt meretrix.

1 DECIMO nunc eſt videndũ † de raptu mulieris, quod quidem eſt graue & lõge deteſtabile crimen, & iura maxime ciuilia ipſum vehemẽter abhorrẽt, quod patet ex atrocioribus pœnis quę contra raptores ipſos eorũq́; complices & ſequaces iura ſtatuerũt vt l. vnica. C. de raptu virg. vbi patet quod nedum puniuntur raptores monialium ſacratarũ, verumetiam virginarum laicarum nuptarum & viduarũ honeſte viuentium ac etiam ſponſarum mulierum, ita qđ non liceat ipſi ſpõſo propriam ſponſam ex domo parentum rapere ſeu violenter abſtrahere & ad eius domum adducere, & quid de viro rapiente vxorẽ propriam cum qua cõtraxerat & conſumauerat matrimonium an puniatur pœnis de quibus in l. vnica & quid de eo qui rapuit meretricem cauſa libidinis aut concubinã ſeu aliam impudicam mulierem an cõprehendatur in l. prędicta vt illis pœnis ſubijciatur, vel alijs & quibus. Pono igitur primo caſum ꝙ Titius armatus & aſſociatus Meuio, Gaio, Sempronio ingreſſus fuit in monaſterio ſancte Catharine ex quo violenter vna cũ ſocijs prædictis rapuit quandã venerabilẽ monialem profeſſam ſororẽ Luciam nuncupatã quam ſic raptam ex dicto monaſterio extraxerunt illãq́; duxerũt ad domum Pamphili, & dum ipſam monialẽ raptam adducerent in itinere occurrerũt Tyberio, Fabio, & Pompeio, qui ſimiliter præſtiterunt opem & auxiliũ præfato Titio & illius ſocijs ad perducendum ipſam monialẽ ad domum ſupra dicti Pamphili.

2 †Queritur modo nũquid oẽs iſti ſint pariter puniendi & quibus pœnis. Reſpon. ꝙ ipſe Titius vna cum Meuio, Gaio, & Sẽpronio ſocijs in raptu pluribus pœnis ſubijciũtur, & primo ꝙ ſi in flagranti crimine fuerint a parentibus, conſanguineis, tutoribus, curatoribus, dominis, vel patronis rapte mulieris deprehenſi poſſunt impune inter-

Source : BIU Cujas

fici & vltra hæc capite puniũtur & omnia eorũ bona publicantur & applicantur dicto monaſterio ex quo monialis rapta reperitur vel in quo profeſſa erat l. vnica.C.de rap. vir. quibus pœnis nedum ipſe & eius principalis, verum etiam Meuius, Gaius, & Sempronius eius ſocij & adherentes qui in ipſo raptu interuenerũt & dicto Titio opẽ & auxilium prçſtiterunt, puniuntur & perpetua oẽs notantur infamia.d l.vnica.vnde Bald.in dicta l vnica.ſuper iſto verbo dicit,
3 †nota ꝙ differentia eſt inter ſocium & ſequacem, quia ſocius eſt ille qui principaliter vadit ad maleficium propter ſe & ſic ꝓ intereſſe ſuo ſequax vero eſt ille qui vadit propter aliũ & pro alterius intereſſe vt hr̃ in cle.c.j.de pe, vbi eſt glo.no.quæ declarat quis ſit ſocius, quis ſequax, & quis ille qui dat conſiliũ, auxiliũ, vel fauorẽ, & quis illorũ dr̃ grauius delinquere & maiori pœna dignus exiſtat. Itẽ nota ſecundũ eundem Bal.ibi quod eo ipſo quod quis aſſociat aliquem ad actum aliquẽ vr̃ ſibi dare auxiliũ abſque eo quod aliquid faciat in eius fauorẽ quod eſt verum dicit ipſe de auxilio fauoris non de auxilio facti qñ nihil fecit, nã per hoc ille qui aſſociatur propter aſſociãtis præſentiam fit audacior & eius aduerſarius efficitur timidior. Ex quo infertur quod ſi Gaius armatus aſſociauit Titiũ ad inſultandum, vel occidendũ aliquem licet ipſe Gaius nihil fecerit ſed ſolũ inſtetit ibi præſens armatus dicitur dediſſe auxilium & fauorem dicto Titio ratione prædicta, quia ex ipſius præſentia titius inſultans fit audacior, inſultans vero efficitur timidior, & hoc tenet Bal.in l.raptores.in ij.colũ.C. de epiſ.& cle.& Saly.in dicta l.vnica.C.de raptu virgi.Adde Socy.in conſi.clvij.incipiente, conſultatio.verſi.iij.oſtenditur.in ij.
4 parte fal. xj.hoc idẽ tenet. † Sequitur in Themate quod Titius cum ſocijs monialẽ raptam in domo Pamphili introduxerunt & ibi illam tenuerunt, quero qua pœna puniatur iſte Pamphilus, ꝗ raptores ipſos cũ moniali ſciẽter receptauit, dic quod pœna capitis duntaxat punitur abſque bonorum publicatione, vt d.l.vnica.§.pœnas autem. vbi dicitur quod illi duntaxat qui raptui interfuerunt & principali raptori aſsiſterũt illi tribus pœnis puniuntur.ſ.pœna capitis, perpetue infamię, & omniũ bonorum confiſcationis ſiue publicationis, & iſti oẽs poterunt a parentibus, conſanguineis, tutoribus, & curatoribus, a dñis, vel patronis mulieris rapte impune occidi, ſi in illo flagranti fuerint deprehenſi, & dicunt Bal. & Saly.in d.l.vnica.quod hęc facultas ſiue licentia occidendi dr̃ concеſſa etiam filijs, & nepotibus mulieris rapte licet tex.illos nõ exprimat, & hoc virtute eiuſdem vel maioris rationis quæ viget in filijs & nepotibus
5 quã in alijs cõſanguineis & agnatis. †Ex quo dicto notant ibi Bald.& Saly.ꝙ iniuria facta vni de domo vel de familia cenſetur eſſe facta toti familię & conſanguinitati, & vnuſquiſꝗ poterit iniuriam ſuam vindicare.& ideo iſto caſu nullus de conſanguinitate poterit eſſe teſtis in hmõi cauſis, hoc tamen intellige vbi eſſet conſuetudo qđ omnes de familia ſiue de cõſanguinitate reuocare ſoleant ad animũ ſuum iniuriam factã conſanguineo vel alteri de familia, ſecundũ Cyn.in d.l.vnica pro quo facit tex.in l.j.C. ſi rector prouin. &c. & C. ſi quacũ. prædi. poteſta.l.j. Ex hoc ẽt nota ſecundũ Saly. ibi dum querit an facultas illa occidendi præſtita cenſeatur illis perſonis de quibus ibi contra raptores maſculorum qñ rapiũtur maſculi cauſa libidinis, & concludit qđ non, nec pœnæ illius legis inferuntur contra ipſos.Bal.tamen ibi tenet contrariũ qđ illa lex & illius pœnæ habeant locũ etiam contra rapientes maſculum & dicit eſſe caſum ibi in d.l.vnica in fin.ſed text. ille hoc nõ probat, dum enim loquitur de maſculis & fœminis eiſdem pœnis puniendis, loquitur de his qui aſſociarunt ſiue dederũt auxilium raptori, & ſic de perſonis delinquẽtibus, non autem de illo qui paſſus fuit rapinam, & ideo puto opinionẽ Salyce. & ſequacium eſſe veriorem, maxime, quia lex illa eſt multum exorbitans & odioſa, vt dicit ibi Saly.bene verum eſt ꝙ non ſolũ parentibus & conſanguineis, verumetiam & amicis licet huiuſmodi violentie, & rapine reſiſtere, & ipſos violentos raptores etiam armis propulſare atq; abijcere, cum moderamine tñ inculpate tutele, vt dicit ibi glo.
6 in d.l.vnica. †Per cuius doctrinã deciditur alia quęſtio valde notabilis. Quod quotieſcunque aliquis eſſet inſultatus a pluribus quod parẽtes & cõſanguinei ipſius inſultati, & oẽs qui ſunt de illius familia poterunt licite & impune inſultantibus ipſis reſiſtere, & illos propulſare ẽt cũ armis, & ſi quẽ offenderint vel occiderint in tali ꝓpulſatione & reſiſtentia, non tenentur de homicidio nec alia pœna dũmodo id fecerint cũ moderamine inculpate tutele, ꝗa iura permittũt conſanguineo conſanguineũ ſuum defendere, ita dicit Salyce. in dicta l,



Source : BIU Cujas

vnica vbi dicit quod iſtud etiam tenet glo. ibi & gloſſ.in l. vt vim.ff.de iuſti. & iure.

Sequitur nunc videndum quibus pœnis puniuntur Tyberius, Fabius, & Pompeius qui Titium raptorem, & ſocios poſt commiſſum facinus aſſociarunt ad domum ſupra dicti Pamphili, & breuiter dicas quod iſti puniuntur pœna capitis duntaxat abſq; bonorum publicatione vel infamia dicta l. vnica.§.pœnas. Et nota qd iſti non poſſunt a parentibus & conſanguineis mulieris & alijs perſonis de quibus ibi impune interfici vel offendi ſicut alij ex quo nõ dicuntur comperti in flagranti crimine, quia iſti poſt commiſſum crimen interuenerunt.

7 †Ex quo dicto nota hoc verum quod eſt ſumme notandum ꝙ hi qui præſtiterũt auxilium & fauorem malefactori poſt commiſſum crimen aſſociando illum & illi fauendo eundemq; defendendo mitius puniũtur quam illi qui delicto ſiue homicidio interfuerunt licet nihil fecerint hoc probatur in d.l. vnica ſecundum quod illam declarat Bal.ibi. & Bald.in d.l.raptores.C.de epiſ.& cle.& Saly. in d.l.vnica in ver. cæteros.in vj.parte, ſui commenti.in iiij. col. in princi. hoc idem expreſſe dicit quibus adde do.Soci.in conſi.clvij.incipiente conſultatio.iſta.verſi.iij.oſtenditur in ij.parte. fol.xj.vbi hoc idem tenet quod an ſit verũ, ſimpliciter patebit ex infra dicẽdis. Iſtorum enim qui præſtant auxilium & fauorẽ principali malefactori plures ſunt ſpecies, ſecundum quod notat glo. in cle. j. de pœnis.& ſupra alias tetigi verbum eadem q. quorum quidam dicuntur ſocij ipſius principalis qui principaliter vadũt propter ſe, quidam alij dicuntur adherentes & ſequaces qui veniunt propter alium & pro alterius intereſſe, quidam ſunt perſuaſores & conſultores qui perſuaſionibus & conſilijs ſuis, animum & audaciam præſtant principali malefactori ad dictum maleficium perpetrandum, quidam alij dicuntur mandatores qui hoc mandant expreſſe vt fiat maleficium, & ibi omnes ſunt diuerſi, diuerſiq; pœnis puniuntur, videamus igitur de quolibet, & vt ſeruemus ordinem nature videbimus primo de his ius quę pręcedũt factũ hoc eſt quę fiunt ante factũ quod eſt conſiliũ, & perſuaſio ad maleficiũ perpetrandũ.

8 †Et ideo primo quero an perſuadẽs vel cõſulens puniatur, & qua pœna facto ſequuto & qd ſi factũ non fuerit cõpletũ in totũ, ſed pro parte, & qd ſi nihil actũ ſit, an perſuaſor & cõſultor puniantur, & qua pœna, & anteq; ad vlteriora deueniã. Quero an ille qui cõſuluit & pſuadet dicatur pſtare opẽ & auxiliũ maleficio, ita ꝙ ſi ſtatutũ imponit pœnã præſtãti opẽ & auxiliũ malefactori ſiue maleficio cõprehẽdat ẽt illũ qui perſuadet & conſuluit Saly.in d.l.vnica in iiij. col.arguit ad partes.primo ꝙ ſic, ſecũdum authoritatẽ Catholicõ & quorundã humanarũ literarũ poſſeſſorũ demũ authoritate iuris cõcludit ꝙ nõ, qa largo ſumpto vocabulo & improprie dr̃ preſtare opẽ & auxiliũ ille q perſuadet & cõſuluit, & ꝓ hoc adducit tex.in l.q ſeruo in j.& ij.reſponſo.ff. de furtis vbi dr̃ ꝙ ille q perſuaſit ſeruo alieno vt fugeret & furtum faceret ſecuta fuga & facto furto, q perſuaſerat tenetᷓ dño actione furti, quaſi ope & cõſilio eius furtũ factũ

9 fuerit, †dictio.n.quaſi, eſt nota improprietatis, vt no.in l.ij.ff.de vſufru.ea.re.quę vſu conſu. & ſimiliter verbũ vr̃. de quo in d.l. q ſeruo denotat ſimilitudinẽ & improprietatẽ, vt l.nõ vr̃.C.de in integ.reſti.titulo generali, & ſic cõſuluit ipſe Saly.ꝙ q cõſuluit & pſuadet de ſtricta & ꝓpria ſignificatione vocabuli non dr̃ præſtare opẽ & auxiliũ, & per cõſequẽs dicas ꝙ nõ cõprehenditur in ſtatuto imponẽte pœnã preſtantibus opẽ & auxiliũ, qa ſtatuta ipſa ſunt exorbitãtia, & vt plurimũ odioſa & nõ debẽt extẽdi ad caſum impropriũ ſed ꝓprie & ſtricte intelligũtur l.ij.C.de noxa.l.quicqd adſtringẽde.ff.de verbo.obli.c.ſi papa.de priui.lib.vj.per Barto.in l.oẽs populi. in vj.q. prin.ff.de iuſti.& iu.cũ multis ſimilibus. Reuertor nunc ad qõnem noſtrã an perſuaſor & conſultor puniatur & qua pœna & dic aut lex vel ſtatutũ imponit certã pœnã perſuaſori & cõſultori facto ſecuto & aliã vel nullã pœnã facto nõ ſecuto, & tũc ſeruãda

10 erit lex, prout clare loquitur. †aut ſtatutũ vult ꝙ puniatur cõſulens & perſuadẽs, ſed nullã exprimit pœnã, & hic aduerte aut ſumus in atrocioribus ſiue minoribus criminibus, & ſic querimus in facto demũ ſecuto puniatur vel facto ẽt non ſecuto dũmodo tentãdo ꝑuenerit ad actũ proximum facto. Primo caſu dic ꝙ regulariter punitur conſulẽs & perſuadens eadẽ pœna qua principalis delinquẽs puniretur facto ſecuto, vt l. nihil.ff.ad leg. cornel.de ſica.l.vtrum.ff.ad leg.põpe. de pari.& ad turpil.l.j.§.incidit, & l.ſi quis non dicam rapere, C.de epiſ. & cle.hoc plus eſt atrocioribus, quia facto ẽt non ſecuto infertur pœna conſulenti.d.l. ſi quis non dicã rapere ſed cõtra hoc eſt ꝙ notatᷓ in d.l.vnica de rap. virg.in.§.pœnas

verſi. cæteros vbi dicitur ꝙ perſuadens & conſulens non punitur eadem pœna ſicut principalis raptor, ſed minori ſcilicet pœna capitis dũtaxat, vt ibi vr̃, ſed dic ꝙ ideo ibi punitur minori pœna, quia lex ibi impoſuit pœnam certam a qua non recedendum vt ſupra diximus, alias ſi non fuiſſet declarata certa pœna eadem puniretur ſicut principalis, ita dicit Saly. in d. l. vnica.

11 †Secundo vero caſu quando ſumus in minoribus criminibus, vel in non atrocioribus, et tunc dic ſi ſtatutum non imponit certam pœnam, ſed mandat ipſum puniri punitur eadem pœna per ea quæ proxime dixi, fallit tñ hoc qñ delictum propter aliquam qualitatem vel accidens diceretur grauius in perſona delinquentis, prout eſt furtũ manifeſtum qñ grauius punitur q̃ non manifeſtum, item ſi ex forma ſtatuti delictum magis eſſet punibile factum in vno loco q̃ in alio loco vel vno tempore magis q̃ altero vel ſi diceret ſtatutum, quod ſi reus inquiſitus negauerit contenta in inquiſitione puniatur in duplum, vt l. contra negantem. C. ad l. aquil. quia tunc conſultor non punitur ſicut delinquens, ſed pœna ſimplici, vt ff. de furt. l. qui ſeruo in princip. & l. is qui opẽ. eo. tit. & ibi Bart. Prædicta etiam limita eſſe vera qñ principalis qui fecit delictum non fuiſſet alias facturus niſi præceſsiſſet cõſilium & perſuaſio illa qñ autẽ erat alias

12 omnino facturus dic vt infra dicã. †Quæro nunc quid ſi delinquens erat alias omnino facturus id quod fecit, an iſto caſu perſuadens vel conſulens puniatur quidam dixerunt ꝙ non, quia iſto caſu conſulens non fuit cauſa delicti, vt in l. non ſolum. §. ſi mãdato in verſi. attilicinus. ff. de iniurijs ſumpto argumento a contrario ſenſu ibi enim dicitur ꝙ perſuaſit alicui nolenti inferre iniuriam facere dr̃ ibi quod tenetur perſuadens ac ſi ipſe feciſſet ratio eſt, quia ille q̄ fecit iniuriam non erat alias facturus, ergo ſi facturus erat non tenetur, pro quo facit etiã tex. in. §. ope, inſti. de obli. quæ ex delic. naſ. & hanc opinionem videtur tenere gl. in d. verſi. attilicinus. Quidam alij tenuerunt contrarium ꝙ omnino conſultor vel perſuadens teneatur ẽt ſi delinquẽs illud alias facturus erat, quia non debuit conſultor & perſuaſor malo cõſilio ſuo iniquo viro augere malitiam & animam ad delinquendum, & iſte eſt tex. no. vbi eſt caſus in l. j. §. perſuadere in fin. ff. de ſer. corru. & ibi gl. & hoc etiam tenet Sal. in d. l. unica, C. de ra. vir. cũ hac tñ diſtinctione qꝫ vbi delinquens nõ erat facturus perſuaſor non tenet eadem pœna ſicut principalis per ea quæ ſupra proxime diximus vt d. §. perſuadere niſi in lege vel ſtatuto reperiretur certa pœna expreſſa quo caſu illi ſtandum erit per ea quæ ſupra diximus & no. in d. l. vnica. §. pœnas, verſi. cæteros, ſi vero erat malus de per ſe & illud delictum erat alias omnino facturus & in iſto caſu ſimiliter tenetur perſuadens ſed minori pœna quam iudex ſecundum qualitatem facti & conditionem perſonæ arbitrabitur maiorem aut minorem, & ſecundum etiam vehementiam & magnitudinem perſuaſionis, & cõſilij, alias enim ex leui verbo perſuaſio enuntiatiue aut iocoſe forſan prolato quis non tenetur nec diceretur propter hoc opem præſtitiſſe dicto. §. ope, inſtitu. de obliga. quæ ex delic. naſc. & iſtius opinionis fuit etiam Dyn. in capit. nullus ex conſilio de regu. iur. lib. vj. hoc idem videtur ſentire Barto. in l. prima. §. incidit. ff. ad turpil. qui text. in inſtigante loquitur ꝙ idem eſt ſicut in perſuadente, & dicit Salyce. in dicta l. vnica. & non obſtant ea que ſupra dicebantur in d. l. attilicinus. arguendo a contrario ſenſu.

13 †quia illud argumentum nunquam procedit quãdo tenderet contra legem, vel eſſet alteri legi contrarius, vt C. de condi. incer. l. ſi quis patrem, quod etiam tenet Salyce. ibi. Hęc tamen omnia quæ ſupra dixi de conſulente & perſuadente, intellige de illo qui malam perſuaſionem aut conſilium dedit ad effectum vt maleficium fieret, non autem de eo qui dat bonum conſilium vel bonam perſuaſionem, quia iſtud nomen cõſilium, & perſuaſio in dubio poteſt adaptari ad bonum ſicut ad malum & ideo nõ dicitur nec præſumitur malum niſi ſit adiecta illa qualitas mali vt l. prima. §. perſuadere. & alias diximus ſupra lib. ij. quæſt. x. vbi dictum fuit de veneno quod ſimiliter poteſt comprehendere bonum & malũ venenum, vt l. iij. in princi. & §. adiectio. ff. ad leg. corne. de ſicca. & l. j. §. dolũ. ff. de dolo.

14 †Quero nunquid ſi perſuadẽs aut cõſulẽs reuocauit conſilium ſuum, an delicto ſecuto teneatur dic breuiter aut loquimur in mandante, aut in conſulente, primo caſu ſufficit ſimplex reuocatio mandati ad euitandum pœnam, ita ꝙ perueniat ad notitiã mandatarij, vt l. ſi mandaſſet. ff. manda. & per Salyc. plene in l. non ideo minus in iiij. quæſtio. C. de accuſ. Secundo vero caſu nõ ſufficit ſimplex reuocatio quinimmo neceſſe eſt ꝙ expreſſe fiat cõtraria pſuaſio &



Source : BIU Cujas

ſic expreſſa diſſuaſio & conſilium diſſua-
ſiuum & negatiuũ præbeatur illi qui factu-
rus erat delictũ, ita ꝙ veriſimiliter & ꝓba-
biliter credat ꝙ ille nõ ſit amplius facturus
nec adhuc ſufficit, ſed habet neceſſe ſi vult
euitare pœnas denũtiare & notificare iſta
illi cõtra quẽ datũ erat cõſiliũ vt caueat ab
illo q querit ipſum offendere &c. ita no, di
cit Inn. in c. ad audiẽtiã de homi. qđ trãſum
ptiue poſuit Bar. in l. nõ ſolũ. §. ſi mãdato. ff.
de iniur. & idẽ tenet ẽt Saly. in d. l. vnica. in
ver. quero quarto. in v. colũ. diuerſitatis. n.
ratio põt eſſe ſcđm eũ, qa mãdatũ proceſsit
ſolũ gratia mãdantis tm̃ d. l. nõ ſolũ. §. ſi mã
dato. & veriſimile eſt qđ mãdatarius qui fa
cit ꝓ alio nõ pro ſe ſtatim audita reuocatio
ne ceſſet ab opere. Perſuaſus vero & cõſul-
tus qui pro ſe agit non ſic facile ſe abſtine-
bit ab opere qđ perficere intẽdit, arg. l. ij. ff.
mãdati. & l. j. §. ꝑſuadere in ſi. ff. de ſer. cor-
ru. Et qm̃ diximus ſupra de his qui pręſtãt
opẽ fauoris cuius opis fauor denotat, & in-
telligitur eoipſo ꝙ qs eſt pręſens maleficio
licet nihil aliud agat, qa per illius p̄ſentiam
inſultãs ſiue delinquens efficitur audacior,
aduerſarius vero efficit timidior, vt latius
15 diximus ſupra. †Reſtat nũc videre de his
q pręſtãt opẽ miniſterij & adiutorij corpo-
raliter. Circa qđ diſtingue aut qs præſtitit
opẽ ſciẽter aut ignorãter, ſi ignorãter qa nõ
putabat q pręſtitit opẽ illũ cui pręſtitit vel-
le male facere & nõ tenetur, qa ignorãtia fa
cti illũ excuſat, nã in delictis ignorãtia facti
admittitur regulariter, qñ quis non habuit
animũ delinquẽdi. l. j. §. diuus. ff. ad leg. cor.
de ſica. l. eũ qui duas. C. de adul. l. qui cõtra
legẽ. C. de inceſt. nup. l. itẽ apud labeonẽ. §.
ſi qs virginẽ. ff. de iniu. & per Dy. in c. nul-
lus ex cõſilio. de re iud. Aut p̄ſtans opẽ ſciẽ
ter p̄ſtitit. & tũc præſtitit opẽ maleficio irre
gulari fiẽdo & nõ tenet, vt l. q ſeruo in prin.
ff. de fur. ita dicit Saly. in d. l. vnica in verſi.
nũc trãſeamus &c. ſed aduerte, qa text. ille
in d. l. qui ſeruo, loquitur in ꝑſuadẽte, nõ in
ope pręſtante de quo nos loquimur hic, &
ideo dubito ſatis de iſta deciſione ſuꝑ qua
poteris cogitare, aut maleficiũ erat regula-
re, & tũc diſtingue aut nos loquimur de ope
& auxilio p̄ſtito ante factũ aut de ea q̃ pręſ-
ſtatur in facto, aut de ea q̃ pręſtatur poſt fa-
16 ctũ. †Primo caſu qñ ſumus ante factum &
qs pręſtitit opẽ ſciẽter tenetur, vt l. q ſeruo
ij. reſponſo. ff. de fur. & l. ſi pignore. §. q fer-
ramenta. eo. tit. & per Bart. in l. is qui opẽ.
ff. de fur. & vide tex. in l. ſi. C. de diſcu. li. x.
& ff. de adul. l. qui domũ. & l. vtrũ. ff. de par
rici. & per Salyc. in d. l. vnica. in vj. colum.
Secundo vero caſu qñ præſtatio opis fit tẽ-
pore maleficij, vt quia præſtãs cõcomitauit
delinquentem ad patrãdum delictũ & nul-
li dubium eſt quod punitur. vt d. l. vnica. C.
de rapt. virg. in ver. ne igitur. & ver. pœnas
aũt. & l. ſi quis nõ dicã rapere. C. de epiſ. &
cle. & ibi Bal. & Bal. etiã in d. l. vnica. vbi
17 etiam Saly. idem tenet. †Tertio aũt ca-
ſu qñ præſtatio opis fit poſt commiſſum de-
lictum, & hic aduerte, quia diuerſimode fit
pręſtatio opis delinquenti poſt commiſſum
crimen, quod fit quatuor modis. Et primo
interdum quis præſtat opem delinquẽti vt
euadat per viã fuge, tunc præſtans opẽ pu-
nitur. vt d. l. vnica in ver. pœnas aũt de rap.
vir. & l. j. & ij. & per totum titulum. C. de
his qui latro. occulta. & l. j. §. quod autẽ. ff.
de ſer. corrup. & l. is cuius ope. ff. de adul.
vide Bar. in d. l. is qui opem. ff. de fur. In-
terdũ autẽ quis præſtat opẽ criminoſo, vt
euadat per viã iuſtitie vt cõiter faciũt ad-
uocati, procuratores & ſimiles, & tunc ta-
lis præſtatio opis nõ eſt punibilis, ſed per-
miſſa a iure, quia vnicuiq; eſt ꝑmiſſum de-
fendere incarceratũ, vt l. & ſi nõ defenda-
tur. ff. de pe. quia defenſio eſt de iure natu-
re l. vt vim. & ibi Bar. ff. de iuſti. & iu. & fa
cit qđ no. Inno. de ſen. excõ. c. ſolet. vbi di-
18 cit† ꝙ aduocatus non incidit in excõicatio
nem ſi ſcienter cõicat cũ excõicato, quãdo
ab eo petit conſiliũ in cauſa excõicationis.

Interdũ vero quis pręſtat opẽ criminoſo.
vt euadat per viã gratię vel miſericordiæ
ſupplicando principi pro eo & iſto ſimili-
ter nullam pœnam meretur, quia nõ incum
bit rei illicite qui petit gratiã a principe, vt
ff. de pœ. l. relegati. §. fin. in fin. & l. diui fra-
tres in prin. ff. eo. tit. Fallit hoc in damna
to pro crimine læſæ maieſtatis pro quo ſup
plicare non licet l. quiſquis. C. ad leg. iuliã
maie. Fallit etiã in caſu. C. de nili aggeri.
non rump. l. vnica. vbi ille qui rũpit agge-
res nili, & deuiat curſus aquarum a loco &
alueo ſuo antiquo debet igne ibi cõcrema-
ri, conſcij vero & auxilium illi præſtantes
confiſcatis omnibus bonis imperpetuum re
legantur, ita ꝙ nemini vnꝗ̃ liceat pro ipſis
ſupplicare, ita dicit ibi tex. & hoc ideo, qa
in lege ita reperitur expreſſum, vbi autem
non eſſet a lege prohibitũ nõ impeditur qs,
nec debet puniri, ſi exercet opera charita-
tis erga criminoſum, vnde dicũt doct. quod
meretur pœnã ille ẽt qui præſtat alimoniã
delinquenti quando eſt pauper quod eſt ve
rũ, vt dixi niſi aliter fuerit lege cautũ, vt l.

Source : BIU Cujas

quiſquis.C.ad leg.iul.maie.& c.vergentis
19 de hære. † Et faciunt ſecundum Saly.in d.l.vnica ad ſtatutū quo cauetur quod nemo poſſit bannito præſtare opem,vt nō cōprehēdantur iſti,qui propter iuſtitiam gratiam vel charitatem pręſtant ſibi opem,ſed illi qui contra curiam,& iuſtitiam pręſtant ſibi opem,vt ſupra diximus. Quæro nūc in caſibus in quibus præſtatio opis eſt punibilis, qua pœna puniatur qui præſtitit & breuiter dic ſecundum quod diximus ſupra in perſuaſione & conſilio aut eſt certa pœna ſtatuta a lege, & illa eſt ſeruanda l.vnica.C.de rap.virg.& l.vnica.C.de nili agge.aut nulla reperitur pœna expreſſa & determinata, & tunc aut nos loquimur de his qui pręſtiterunt opem ante factū,& eodem modo puniuntur ſicut conſultores vt ſupra diximus,aut in ipſo facto,& puniuntur eadē pœna,ſicut principalis delinquēs vt d.l.vnica.C.de rapt.virgi.in.§.ne igitur, aut loquimur de his qui præſtiterunt opem poſt factum,ſicut eſt ad fugam,& tunc ſi talis pręſtatio opis cadit in aliquod certū delictū.aut pro illo facto ſit aliqua pœna certa ſtatuta a lege & illa ſit ſeruanda,quando vero nulla pœna certa ſit a lege ſtatuta, & tunc puniatur minori pœna q̄ ille qui tulit opem in ipſo facto,vt ſupra d.l.vnica.C.de raptu.virg.in.§.pœna autem & hoc idem
20 teneat ibi Bal.& Saly. †Iterum quero, qd ſi plures fuerunt qui præſtiterunt opem an pœna omnium iſtorum ſit vniformis, vt ſic omnes pariter vnica pœna puniantur vel diuerſis.& breuiter dicas ꝙ pœnæ iſte ſunt difformes, ſecundum plus vel minus in eo quod quis deliquerit,ita tenet Inno.in c.ſicut dignum.de homi.idem eſt iure ciuili ſicut dixit Sal.in d.l.vnica.C.de rap.virgi.in vj.col.vbi dicit ꝙ diuerſe ſunt pœnę de iure ſtatute ſecundum qualitatem auxilij p̄ſtiti & prauam intentionem præſtantis.vt d. c.ſicut dignum nam ille qui dedit ope ſua tale auxilium delinquenti quod patrauit et perfecit homicidium nulli dubium eſt ꝙ tenetur ꝙ ipſe de homicidio ſi vero minus peccauerit ſecundum gradum culpe ſuccedit pœna d.c.ſicut dignum.& vt c.clericorum.de vita & hone.cle.& hæc ſufficiant quo ad materiā iſtius operis reuertor nunc ad reſiduum,d.l.vnice vt declaremus totā materiam ipſius raptus mulieris, & ideo.
21 †Quero nunc quid ſit aliquis rapuit mulierem virginem vel viduam honeſte viuētem aut mulierem nuptam ex domo patris vel mariti,qua pœna puniatur,Et breuiter dicas ꝙ tam ipſe raptor q̄ eius ſocij fautores,defenſores,adherentes,& ſequaces, & receptatorem eiſdem pœnis puniuntur, q̄bus ſupra proxime diximus de rapiētibus monialem,vt expreſſe cauetur in d.l.vnica in prin.C.de rap.virg.excepto ꝙ bona ipſorum in iſtis caſibus applicantur ipſis mulieribus raptus pleno iure d.l.vnica.§.ſin. autem ingenuam. Item quæro,quid ſi aliquis rapuit ſeruam aut libertinam alterius dic ſimiliter ꝙ raptores puniuntur pœna mortis,ſed non patiuntur bonorum publicationem.vt d.l.vnica.in prin.&.§.ne aūt. &.§.ſeq.& eorum fautores etiam puniūtur vt ibi excepto ꝙ eorum bona non publi-
22 cantur. † Deinde quæro,quid ſi ſponſus rapuit ſponſam ſuam propriam an puniať & qua pœna,Reſpon.ꝙ de iure ciuili puniť eiuſdem pœnis ſicut ille qui rapuit mulierē honeſtam ſibi nullo iure cōiunctā d.l.vnica.§.quibus,& ibi vide. De iure autem canonico nulla pœna punitur ſponſus qui ſponſam ſuam rapuit cum qua prius præceſſerat nuptiarum conſenſus c.cum cauſa quæ,extra de rapto.& ibi glo.quæ melius hoc declarat.& not.xxvij.q.ij.raptus.& c. lex illa.vbi hoc expreſſe probatur.Succeſſiue quæro quid ſi maritus rapuerit vxorē an ſubijciatur pœnis de quibus in d.l.vnica.dic ꝙ non vtroq; iure, quia omnes doc. concludunt ꝙ maritus habet plenum ius in perſonam vxoris ſuę,intellige tñ cum illa cum qua cōſumauit matrimonium, vt d.c. cum cauſa extra de raptu.& l.fin.C.de lib. homi.exhib.& ita tenent Bal.& Saly.in d. l.vnica.& canoniſte in d.c.cauſa quæ ſed quia dicta lex vnica,loquitur de viro rapiē-
23 te mulierem. † Quid econtra ſi mulier rapiat virum cauſa libidinis videretur eſſe idem dicendum,quia iſta ſunt ſinonima,tñ breuiter dicas contrarium ꝙ diſpoſitio illius legis non habet locum in muliere rapiente virum ex quo non viget eadem ratio iniuriarum in hoc caſu ſicut in alio,ita tenent Bal.& Saly.in d.l.vnica & eſt communis opinio omnium doct. Idem etiam dicendum eſt in viro rapiēte alium virum cauſa libidinis,quia non comprehenditur ſub illa lege,ita tenet Saly.& Bal.ibi & di-
24 ximus ſupra ea.q.in prin.†Sequitur ibi in tex.ꝙ nuptie procedere debent de conſenſu parentum ipſius puelle,alias non valent dic ꝙ hoc eſt verū de iure ciuili, vt ibi dicitur.Secus de iure canonico,vt dicto capitulo cauſa quæ.& c.fin.de rapto.& xxvij. q̄one ſecunda,raptus.& lex illa. Et ideo

Source : BIU Cujas

dicitur etiam ibi ꝙ puella nubere non pōt ipſi raptori etiam ſi parentes conſentiant, qui ſi iniuriam ipſam remiſerint & dictis nuptijs cōſenſerit debent deportari, ita dicit expreſſe tex. in d.l. vnica, de rap. §. pe. in fi. cuius contrarium diſponitur de iure canonico, d.c. cauſa quæ. & c. fi. extra de rapto, vbi eſt caſus ꝙ ſi raptor rapuerit virginem cum qua nuptiarū conſenſus prius interuenerat, & dato ꝙ mulier rapta fuerit inuita, ſi tñ poſtea cōſenſerint & placuerit ſibi ſuo raptori nubere nihil obſtat quominus poſsit illi impune nubere d.c. fin. quod no. quia cum cauſa matrimonij ſit ſpiritualis & reguletur a iure canonico vt in c. debet de biga. debemus in hoc ſtare diſpoſitioni iuris canonici c. per venerabilem. qui fil. ſint legi. & c. ſi diligenti. de foro compe. & no. per doc. in c. ſolite. de maio. & obed.
25 & in c. nouit. de iudicijs. † Vltimo in hac decima quæſtione quid ſi rapta fuerit meretrix cauſa libidinis, cōcubina plurium, aut alia mulier impudica an raptores ſubijciātur pœnis d.l. vnice. C. de raptu virg. Bart. in l. verū in fi. ff. de fur. & in l. iij. in fin ff. de condi. ob tur. cau dicit ꝙ non, & ita etiam videtur ſentire Bal. in d.l. vnica. C. de rapt. & ideo dicunt doc. ꝙ qui rapit meretricem cauſa libidinis & eadem de cauſa tenet illam incluſam in domo per plures horas & dies non tenetur de priuato carcere nec tenetur etiam de vi priuata d.l. verum. & ibi Bar. & hoc idem tenet Saly. in ij. col. in verſic. oppo. i. &c. & ita etiam tenet glo. in d.l. vnica in ver. viduarum. Nota tamen vnū ꝙ dicit d. Math. de Math. in ſing. ſuo ciiij. quod incipit, nota vnum quod ſolent vulgares &c. vbi dicit quod licet iſti qui capiunt & detinent incluſas meretrices violenter in domo priuata cauſa libidinis non teneātur de priuato carcere nec de vi publica, ut per Bar. in d.l. verum. ſupra de fur. tñ tenentur actio iniuriarum ipſi mulieri, quæ quidem iniurie poſſent eſſe adeo atroces attenta qualitate facti & perſonarum conditione quod iudex poſſet arbitrari pœnā mortis eſſe inferendam contra dictum raptorē & detentorem, & allegat doctrinam Bar. in l. fi. ff. de rer. diui. ſed parcat mihi excellentia ſua quia dictum ſuum puto eſſe verum, ex quo iura per eum allegata hoc nō probant. & Bart. eſt in d.l. fi. ff. de rerum diui. nullum verbum facit de iſta materia in li-
26 bro meo. † Sed quæro quid ſi meretrix illa deſierat iam meretricari & ceperat honeſte viuere, prout probari poterat, quia iā penituerat ipſam præterite vite hmōl mulier rapta fuerit an raptor puniatur ac ſi mulierem honeſtam rapuiſſet, vt habetur in d.l. vnica. in prin. C. de rap. vir. Saly. ſequutus opi. Cy. in d.l. vnica. dicit ꝙ iſto caſu raptor ſubijcitur eiſdem pœnis de quibus in d.l. vnica. quia ſufficit ꝙ mulier illa honeſte viuet tempore raptus, lex enim illa non requirit vitam præteritam, ſed præſentem duntaxat quæ eſt tempore raptus. vnde ſi reperitur honeſta tempore raptus pœna committitur, alias non, ita tenet Sal. in d.l. vnica qui dicit hoc eſſe de mēte Cy. ibi idem etiam tenet Bald. expreſſe. in d.l. vnica. vbi dicit ꝙ aut in muliere illa apparebant ſigna pœnitentiæ, quia nolebat amplius meretricari, vt quia practicabat continue inter honeſtas mulieres, & euitabat multum conſortia inhoneſta tam virorum ꝙ̄ mulierum, quæ aliquantulum ſibi ſuſpecta videbantur & alia cuncta opera honeſta & laudabilia faciebat quæ honeſte & pudice mulieres facere ſolent, & iſto caſu idem iudicandum erit de illa ſicut de alijs
27 honeſtis, et pudicis mulieribus. † Aut p̄terite vite nondum bene penituerat, quia adhuc impudice viuebat & ſi non publice ſaltem ſecrete, & noctis tempore admittebat plures in domo & plurium virorū patiebatur amplexus iſto caſu iudicandū erit de illa ſicut de meretrice, vt C. de nup. l. imperialis. & dicit ipſe Bald. ꝙ iſtud eſt ſatis tollerabile, ꝙ iſto caſu non habeat locū diſpoſitio d.l. vnice, & per hæc ſum expeditus de iſta pulcherrima quæſtione.

## SVMMARIVM.

1 *Coitus cum nupta habitus quæ honeſta putatur, ſed in occulto plures admittit, an ſit punibilis.*

2 *Coitus omnis de iure canonico extra matrimonium eſt punibilis.*

1 VNDECIMO quæro qd ſi † mulier nupta aut vidua quæ publice retinet nomen honeſte matrone occulte tñ plurium virorum admittere conſueuit amplexus, an coitus habitus cum mulieribus hmōi ſit punibilis & qua pœna, & breuiter dicas ꝙ quā primum mulier cepit meretricari & inhoneſte viuere ſiue ſecrete hoc faciat ſiue publice perdit florem pudoris, & nomen honeſte matrone, vt l. inter liberas, & ibi Bar. ff. de adul. & inſti. de publi. iudi. §. item, lex

Source : BIU Cujas

iuli.& ibi do.Ioan.Fabr.qui igitur concubuit cum ipſis mulieribus iſtius conditionis nullam pœnam meretur de iure ciuili, vt d.l.verum.& ibi Bar.ff.de fur.& eſt glo. & in d.l.vnica.C.de rap.virg.& Bart.in l. iij.ff.de condi.ob tur.cau.vide tex.no.in l. quæ adulterium.C.de adulter. qui tex.lo-
2 quitur de nupta vidua.† Fateor bene ꝙ de iure canonico iſte coitus non erit impunibilis,quia illo iure omnis coitus ꝑter vxoriũ eſt impunibilis xxxij.q.v.c.meretrices.

## SVMMARIVM.

1 *Iudeus cognoſcens carnaliter chriſtianam, aut chriſtianus hebream quas debeat luere pœnas.*

2 *Chriſtianus ignoranter matrimonium cum hebrea contrahens non punitur, ſecus ſi ſcienter.*

3 *Pœna adulterij eſt capitalis,quæ infligitur etiam his qui mulieribus hebreis ſcienter ſe commiſcent.*

*Liberi ex matrimonio inter Chriſtianum & Hebream ſunt illegitimi.*

4 *Papa diſpenſare non poteſt quòd chriſtianus cum hebrea contrahat aut econtra, niſi præcedente baptiſmo.*

5 *Chriſtianus excommunicatur qui cum muliere hebrea matrimonium contrahit.*

6 *Iudeus chriſtiane mulieri ſe commiſcens cõdigna animaduerſione punitur.*

*Animaduerſionis condignus appellatione venit etiam mors.*

7 *Iudeus copulam fornicariam habens cum chriſtiana virilium amputatione punitur. & nu.8.*

9 *Iudeus ignoranter concumbens cum muliere chriſtiana qualiter puniatur.*

10 *Præſumptio quedam fraudis eſt in iudeo cũ chriſtiana concumbenti.*

11 *Hebrei non deſerentes habitum diſtinctum ab habitibus chriſtianorum puniuntur.*

1 DVODECIMO quæro quid ſi † Iudeus carnaliter cognouerit mulierem chriſtianã vel econtra chriſtianus coitum carnis habuit cum muliere hebrea qua pœna puniatur. Reſpondetur, aut, illam cognouit carnaliter in figura matrimonij aut in actu fornicationis, ſi in figura matrimonij, aut loquimur de iure canonico & matrimonium eſt ipſo iure nullum, ideo fit ſeparatio incontinenti xxviij.q.j.caue.& c.ſi qs, & c.in nonnullis.de iude.in foro conſcientie puniuntur pœna ſeptem annorũ de qua in c.hoc ipſum xxxiiij.q.ij.& diximus ſu-
2 pra eo.ti.q.ij.& iij. †In foro autem contentioſo coram iudice eccleſiaſtico dic aut contraxit ignoranter in figura matrimonij, & non punitur aliqua pœna ſecundum q̃d tenet Panor.in d.c.in nonnullis, ratio eſt quia dabat operã rei licite,vt alias late diximus ſupra eo.q.j.& ij.& iij.aut ſcienter & punitur pœnę excõicationis,te nihilominus ſeparantur vt ſupra dictum eſt per doctrinam Abb.in d.c.in nonnullis arg.tex.in c.ſi q̃s ep̃s aut presbyter iuncta glo.xxvij. q.j.& omnino adinuicem ſeparãtur, vt ibi vide tex.no.& c.ſi quis xxviij.q.j.qui vult ꝙ pœnitus a cõione fidelium ſeparentur.

De iure autem ciuili aut illam cognouit in actu fornicationis, aut i figura matrimonij, ſi per matrimonium, aut ſcienter, aut ignoranter contraxit cũ illa ſi ſcienter primo & principaliter matrimonium nullum eſt,quia verum & proprium matrimoniũ eſt cõicatio diuini iuris l.j.ff.de ritu nup.et l.aduerſus.ff.de crimi.expi.hæredi.quæ q̃dem communicatio eſſe nõ poteſt inter iudeum & chriſtianam uel econtra inter chriſtianum & iudeam xxviij.q.j.caue.c.ſeq.
3 & c.ſi quis vbi eſt caſus,& † iſti de iure ciuili ſunt pœna adulterij puniendi quæ eſt pœna mortis vt late diximus ſupra eo.in q. adulterij ſed aduerte ꝙ per illã cõmixtionẽ non committitur proprie adulteriũ,ſed crimen illud vicem adulterij obtinet,vt C.de iude.l.ne quis chriſtiana,immo vr̃ eſſe deterioris conditionis q̃ȝ adulterium ,quia ſine temporis præfinitione a quocunq; poterit accuſari iſte coitus quod non eſt ſic in adulterio ꝓprio.vt l.miles.§.ſi pater.§.mulier. &.§.ſexaginta.ff.eod.ti.item poterit vnuſquiſq; illos accuſare abſq; inſcriptione talionis pœnę,vt dicit glo.in d.l.ne quis. Si vero ex coitu hmõi liberos ſuſceperint nõ ſunt lĩmi aliquo pacto ex quo nullum erat matrimonium inter parentes,illos tamẽ puto vt inceſtuoſos filios appellari non poſſe ita vt nec a patre alendi ſint, argumẽto eorum quæ habẽtur in auth. de inceſt,nup.in princi.& in auth.ex complexu eo.C.eo.ti. immo uidetur eſſe grauius iſtud q̃ȝ coire cũ

Source : BIU Cujas

propria conſanguinea, quia per coitum cõ
ſanguineę violantur iura conſanguinitatis
duntaxat, vt in c.j & ij. de conſan. & affi.
quia remoto vinculo conſanguinitatis põt
eſſe matrimonium inter eos cum ſint ambo
chriſtiani, & hinc eſt ꝙ ſepius diſpenſantur
a ſummo pontifice, ut tota die videmus, ſed
per iſtam aliam commixtionem fit iniuria
duobus ſacramentis primo fit iniuria ba-
ptiſmo, & vniuerſe chriſtiane religioni, vt
xxviij. q. j. caue. c. non oportet. & c. ſeq. fit
etiam iniuria ſacramento matrimonij quod
conatur contrahere contra legũ inſtitutio-
nes d. l. ne quis. C. de iude. & l. j. ff. de ritu
4 nup. † nec vnquam poterit tale matrimo-
nium ſiue potius adulterina commixtio a
ſede apoſtolica diſpenſari, niſi præcedat ba
ptiſmatis ſacramentum d. c. non oportet &
ibi gl. merito illorum proles tanq̃ inceſtuo
ſa & damnabilis debet cẽſeri incapax om-
nis ſucceſsionis generaliter d. auth. comple
xu, & ex quo habetur in corpore, & iſtud
etiam videtur eſſe de mente Old, in conſil.
cccxxxiij. quod incipit, qualiter punitur
iudeus &c. Si vero ignoranter cõtraxe-
runt & excuſantur a pœna, ſecũdum quod
dicit gl. in c. in nonnullis, de iude. quam ſe-
quitur ibi Abba. & alij dicentes ꝙ iſta eſt
ignorantia facti merito indulget excuſatio
nem, vt l. j. & ibi Bar. ff. de iur. & fac. igno.
& in c. ignorantia, de regu. iur. lib. vj. Sed
nota iſta ignorantia poterit illis prodeſſe ſi
incontinenti abſq; mora poſtq̃ habuerint
notitiam de tali impedimento ſe adinuicẽ
ſeparauerint alias non pœnas euitant præ-
dictas, quia videntur conſentire in illo pec
cato. & velle illum damnatum coitum con
tinu re ſecundum ea quæ habentur in illo
no. text. in l. qui contra legum. C. de inceſt.
5 nup. & ibi Bal & Saly. †De iure vero ca
nonico pro huiuſmodi matrimonio ſic con
tracto eſt pœna excõmunicationis perpe-
tue xxxviij q. j. caue cum duob. capit. ſeq.

Si vero iſtam cognouit in acto fornica-
tionis, & eadẽ diſtinctio reperitur, aut ſcien
ter aut ignoranter, ſi ſcienter, aut loquimur
de iure canonico ſecundum antiquam legẽ
Moyſis, & indiſtincte erat pœna mortis ij.
q. vij. nos ſi incompetenter. §. ſed notandũ.
ver. natham. & §. his ita, verſic, multa enim
& xxiij. qõ. v. c. reos. §. natham. & §. multa
enim, vbi eſt idem caſus, dicitur enim ibi ꝙ
iudex iudeum cum madianita coeuntẽ gla-
dio transfixit & fuit reputatum ad iuſtitiã.
6 †De iure vero pontificio in foro contẽ
tioſo quidam dixerunt idem eſſe ꝙ iudeus
qui in hmõi crimine incidit tradendus ſit
curie ſeculari cõdigna animaduerſione pu-
niendus quæ verba denotant pœnam mor-
tis, vt infra dicam, quando per iudicem ec-
cleſiaſticũ cognoſcitur de crimine ipſo ita
ꝙ puniatur ultimo ſupplicio tradi debet cu
rie ſeculari ita tenet d. Fely. in d. c. in non-
nullis quæ quidem verba animaduerſionis
denotant vt dixi maximum arbitrium cõ-
tinens etiam mortem, ſecundum do. Felyn.
ibi qui allegat ad hoc bonum tex. in c. vt i-
quiſitionis circa medium de hæreti. lib. vj.
vbi tex. ille loquendo iudicibus & domi-
nis temporalibus per verbũ iſtud animad-
uerſionis, demonſtratur pœna mortis. Old.
tñ in conſi. cccxxxiij. quod incipit qualiter
puniatur &c. conſuluit in fauorem cuiuſdã
iudei qui carnaliter cognouerat mulierem
chriſtianam quæ erat mulier impudica, &
meretrix, ſecundum quod apparet ex ver-
bis ſuis, vbi demum concludit quando non
deberet puniri iſte iudeus pœna mortis pro
iſto coitus, ſed alia graui pœna citra morte
tamẽ atteſtatur vidiſſe in ciuitate Auenio,
7 †amputari virilia cuidam hebreo pro iſto
crimine quod tamen dicit eſſe verum quã-
do eſt ſimplex fornicatio quæ non habet
annexam aliquam qualitatem quæ aggra-
uat delictum ſicut eſt ſtuprum vel adulte-
rium, qñ mulier eſſet honeſta, quia tunc nõ
negat iudeum debere puniri maioribus pœ
nis ſicut alias diximus ſupra in chriſtianis,
& vt clarius materia iſta aperiatur, dic vt
infra ſequitur, maxime quo ad dictũ verbũ
animaduerſionis quod vt dixi denotat &
comprehẽdit pœna mortis, maxime quãdo
refertur ad poteſtates, dños temporales, &
iudices &c. vt dicit tex. in d. c. vt inquiſitio
nis. de hære. lib. vj. ibi dum dicitur poteſta-
tes domini temporales rectoreſq; & eorum
officiales de prædictis animaduerſionẽ aſ-
ſumant &c. quæ quidem animaduerſionis
denotat pœnam mortis vt diximus, idẽ te-
nent Ioan. And. & Do. de ſancto Gemin. in
c. vt inquiſitionis. & Ant. de But. ſecundum
quod refert idem Fely. in d. c. in nonnullis
in fi. idem tenet in conſili. xij. vbi dicit ꝙ
iſtud verbum in terminis noſtris denotat
8 pœnam mortis. † Quidam tñ fuerunt in cõ
traria opi. ꝙ iudeus propter hoc delictum
non ſit puniendus pœna mortis ſed alia mi
nori pœna puta deportationis pecuniaria
vel alia huiuſmodi arbitrio iudicis declarã
da, & hanc opi. tenuit Pet. de Vbal. de Pe-
ru. in conſil. lxxv. quod incipit, quidam di-
ctus gaius, & Ro. in conſi. clv. quod incipit,

Source : BIU Cujas

an iudeus qui cognoſcit chriſtianam.Ioan. Cal.in conſi.xi.de foro compe.hanc etiam opi.videtur tenere glo.in d.c.in nonnullis ſuper ver.animaduerſionis dicẽs ꝙ erit pœna pecuniaria vel alia tempora lis arbitrio iudicis,& ſic videtur excludere mortẽ.Oldra.etiam in conſil.cccxxxiij.quod incipit qualiter puniatur iudeus.vbi dicit ꝙ dum ipſe eſſet i ciuitate Aueniõ.vidit pro iſto crimine cuidam hebreo amputari teſticulos.Ego enim in iſtis terminis attenderẽ ad conditionem perſonarum, & maxime mulieris,an eſſet honeſta matrona ſiue mulier nobilis aut vilis conditionis,vel inhoneſte vite vt ſunt iſte meretricule & vulgares mulieres.item an iudeus ſemel tantum nacta occaſione in iſtud crimen inciderit, vel iuxta etatem an iunior ſit minor xxv.annis vel maior ad quadragenarium accedẽs vel circa,& an ſit vxoratus vel ſolutus,uel talis ſit qui alias erat honeſte conditionis aut potius pluries illud idẽ commiſerit vel ad id perpetrandum longe tempore vacauerat,aut non vnam tantum mulierem,ſed plures & plures ſub eiſdem amplexibus ſubiecerat & ſimilia,vt ſecundum perſonarum contidionem facti cõtingentiam & criminis turpitudinem ſiue delinquendi conſuetudinem quandoq; leuem quandoq; grauem,qñq; grauiſsimam mortis pœnam imponerem iuxta notata per Abba.in c.ij.de ſortile.& idem Abb.in d.c.in nonnullis.de iude.& per Matheſil.in ſingul.ſuo de quo

9 ſupra eo.in x.q.in fi. †Si vero ignorãter huiuſmodi ſcelus patratum fuerit aut fuit cum nupta,& erit pœna adulterij, aut cum virgine vel vidua honeſte viuente & erit pœna ſtupri ac ſi eſſet factum cum muliere chriſtiana de quibus latius dictum fuit ſupra eo.ti.in vj.& vij.q.quamuis glo.in d.c. in nonnullis videatur velle ꝙ parcitur hebreo vel hebree qñ ignorãter fecerunt vbi dicitur ꝙ qui errauerit excuſatur,ſed illud debet intelligi quando errauit in facto , & illam cognouit in figuram matrimonij non autem in actu fornicationis,vt hic aut erat mulier vilis conditionis & inhoneſte vite, i.meretrix oculta uel publica & erit pœna arbitraria citra mortem tamen,ita videtur ſentire gl.in d.c.in non nullis,in ver.per errorem,idem tenet Ioan.And.in d.cum quis de reg.iur.l b.vj.in mecurialibus,& Io.An. in d.c.cum quis Abb.& Fely.in d.c.in non-

10 nullis †Sed aduerte ꝙ contra iſtam ignorantiam facti in iudeo adeſt q̃dam præſumptio fraudis & doli ex quo non vr̃ carcere culpa qđ eſt qñ iudeus ambulat ſine ſigno deferri ſolito ab hebreis per quod ſeparatim cognoſcitur a chriſtianis, prout deferre tenentur,vt habet in d.c.in nonnullis,et quoties non deferunt illud videntur eſſe in dolo,nec poterũt ſe excuſare propter ignorantiam ratione prçſumpti doli.d.c.in nõnullis Mulieres vero hebree nullum ſignũ deferre ſolent diſtinctũ a chriſtianis ſicut maſculi,maxime de conſuetudine , vt diu vidi maximã copiã in vrbe romana,& alibi & nullam vnquam vidi deferre habitũ aut ſignum aliquod per qđ cognoſceretur a chriſtianis mulieribus,& ideo putarẽ magis excuſandum eſſe chriſtianum qui haberet coitum cum hebrea q̃ hebreus qui coitum habuerit cum chriſtiana , quia primo caſu poteſt eſſe excuſabilis ignorãtia facti, ratione indifferenter & vniformis habitus quod nõ eſt in ſecundo caſu in quo non vr̃ poſſe adaptari excuſatio aliqua rõne ignorantie ſaltem reſpectu mulieris chriſtiane.

11 †& propterea dicit tex.in d.c.in nonnullis quod grauiter puniendi ſunt hebrei qui nõ deferunt habitum diſtinctum a chriſtianis vt cognaſcantur ab omnibus. Iuxta hæc quæro quid ſi Turchus,morus ,hæreticus, ſarracenus vel alius quicũq; extranee fide i poſſeſſorem carnalem habuerit cum muliere chriſtiana vel chriſtianus vir cum eorũ mulieribus reſpectiue carnaliter ſe commiſcuerit quibus pœnis ſubiacebunt ,reſpon. ꝙ in his adhibetur ſimilis diſtinctio de qua ſupra aut in figura matrimonij aut in actu fornicationis,& aut eſt ſcienter aut ignorãter,& tunc aut erat minor cum fecit in forma matrimonij,aut erat maior iuxta diſtinctionem ſupra proxime factam , & eiſdem pœnis puniuntur de quibus ibi per text.in d.c.in nonnullis.in prin.vbi loquitur ẽt de ſaracenis,& ratio ibi appoſita concludit ẽt in alijs premiſsis,ita ẽt videtur ſentire gl.ĩ d.c.in nõnullis ꝙ eadẽ ſit ratio in alijs quę eſt in iudeis per iura prædicta,& idem etiã videtur innuere tex.ibi dum loquitur de ſarracenis,& notatur in rubrica & in capitulo primo eo.ti.

## SVMMARIVM.

1 *Cuſtos carcerũ rem explens carnalem cum muliere incarcerata qualiter puniatur.*

2 *Cuſtos carcerum mulierem incarceratam honeſte cuſtodire debet.*

Source : BIU Cujas

1 DEcimotertio videndum eſſe putaui † quid ſi officialis vel cuſtos carcerum rē carnalem expleuerit cum muliere incarcerata qua pœna puniatur. Rñ. aut mulier illa erat honeſte vite, conditionis, & fame, & iſto caſu officialis ſiue cuſtos hmõi punitur eadem pœna qua punitur tutor qui pupillā cuius tutelam geſſerat vel gereret, ſtuprauit, de qua dictum fuit late ſupra eo.tit.qõ.vij. vbi diximus plene de ſtupro. in vj. fallē. eadem enim ratio militat in vtroq; quemadmodum autem tutor tenetur alere pupillam & illam honeſtis moribus conſeruare ſcilicet illius perſonā, ex quo principaliter datur perſone, ſecundario aūt rebus. ff. de admi.tut.l.cum plures.§.in primis.& C.de alimen.pup.præſtā.l.fi.inſtit.qui tu.da.poſ.
2 §.ad certum.ver.certe.& ibi gl.† eodē modo cuſtos carcerum tenetur diligenter & honeſte cuſtodire & alere mulierem incarceratam & illam illeſam ſupplicio vel innocētie conſeruare vt l.j.& l.fi.C.de cuſto.reo.qa aliter faciendo eſſet vehemēs ſuſpitio im o pſumptio fraudis aut corruptionis cōtra ipſum officialem, & iſta fuit doctrina illius antiqui & famoſi doc.d.Ioā.Fab.inſt. de publi.iudi.§.item lex iul.quem refert et ſequitur generoſus practicus domi.Par.de Put.in ſuo trac.de ſindi.c.adulteriū.§.ſiue.

## SVMMARIVM.

1 *Vir ſiue maritus ſecundo nuptias contrahēs prima viuēte vxore qua pœna mulctetur.*

2 *Rumpi non poteſt quod nullum eſt.*

3 *Errans in facto excuſatur, non autem in iure, ſi maior ſit.*

1 DECIMOquarto q̄ro Titius † habens vxorē adhuc viuentem contraxit matrimonium cum ſecunda, qua pœna puniatur, & ita econtra dña Cornelia exiſtēs cōiugata contraxit matrimonium cum ſecundo vtroq; caſu carnali copula ſubſequuta, & quid agendum ſit de ſecunda vxore vel ſecundo viro reuertente primo vel prima. Reſpondeo. dic ꝙ aut iſtud ſecundum matrimonium contractum fuit ſciēter aut ignoranter, ſiue ab vtroq; vel ab altero tanū. Primo caſu quo ad validitatem matrimonij ſcđi certum eſt ꝙ nullum eſt, quia q̄ſ primū conſtat de vita prioris coniugis, ſtatim ſit ſeparatio ſcđi non ꝙ rumpatur ſiue di-
2 uidatur matrimonium, † quia ꝙ nullum eſt rumpi non poteſt l.j.ff.de iniuſto rup.& irri.teſtamen.& l.poſt mortem.§.fin.ff.de bono.poſ.contratabu.ſed ſit ſeparatio & declaratio nullitatis huius ſecundi matrimonij, & reuertitur ad primum vel primā cōiugen.c.nuper.de bigam.c.accepiſti.de ſpōſa.duorum.aget enim pœnitentiam de peccato d.c.accepiſti. xxxiij.diſt.c.fraternitatis lxxxij.diſt. presbyter xxxiij.qõne.ij. hoc ipſum pœnas uero iuris ciuilis de quibus in d.l.eū qui duas.ff.de adul.& l.q̄uis. C.eod.tit.propter ignorantiam euadet dū-
3 modo ignorātia ſit in facto probabilis. † ſi vero erraſſent in iure putantes poſſe contrahi cum duabus ſecus eſſet niſi eſſent minores ambo vel alter ipſorum de quibus late habetur in d.l.ſi adulterium cū inceſtu. §.idem pollioni.& ibi Bar.ff.de adulte.& qui contra legum.C.de inceſt. nup.vbi eſt optimus tex.& gl.ibi Bal.Saly.& alij, & ſupra etiam diximus eo.titu.in vij.& xij.qõ. Secundo vero caſu qñ ſcienter grauius puniuntur quia de iure canonico eſt excōicatus d.c.accepiſti.& d.c.nuper.& nihilominus tenetur illam uel illum dimittere de iure autem ciuili eſt infamis ipſo iure d.l.eū qui duas, & l.j.in fi.ff.de his qui no.infa.& vir punitur de adulterio ſi ſcđa erat cōiugata, & econtra mulier ſi vir erat vxoratus d.l.quamuis.in fin.& authē.ſed hodie.C.de adult.ſi vero mulier erat ſoluta de ſtupro eodē modo mulier ſi vir erat ſolutus d.l.eū qui & l.inter liberas.& l.ſtuprū.ff.de adulte.& inſtitu.de publi.iudi.§.itē lex iul. Puto etiam ꝙ patiuntur alias pœnas qñ ſcienter cōtraxerunt, qa omnia eorum bona cōfiſcantur qñ ſunt ſine prole legitima & mittuntur in perpetuum exilium, vt in authē. de inceſt.in prin.& l.qui contra legum.C. eo.tit.& dixi late ſupra eodem.in ij.& tertia.qq. Sed quid ſi alter duntaxat ſcienter contraxit, alter vero ignorans erat & ille p̄ ſcienter contraxit aliquid donauerit ignoranti, an ſoluto hmõi matrimonium cōpetit repetitio bonorum donatorū ipſi donanti aduerſus dictum donatarium dic q̄d non, vide gl.no.in l.eum qui duas, & in d.l.qui contra legum.& diximus ſupra eo.tit.qõne iij.vj.& vij.in fi.ſi vero vterq; ignoranter & ambo bona fide contraxerunt cōpetit repetitio, vt ibi dicitur.

## SVMMARIVM.

1 *Sacerdos & monachus eādem cognoſcentes*

Source : BIU Cujas

*mulierem qua pœna plectantur.*
2 *Monachus fornicans ſacrilegium committit, clericus vero ſtuprum.*
3 *Filij presbyterorum progeniti poſt ſuſceptos ordines dicuntur inceſtuoſi.*
4 *Clericus in ſacris pro fornicatione ſimplici non debet deponi, ſed tantum ſuſpendi.*

Ecimoquinto & vltimo non † o-
1 D mittam ſilentio hãc notabilẽ quæ-
ſtionem quæ ſepius occurrit in fa-
cto presbyter aſſociatur cum mo-
nacho ſiue aliquo religioſo cuiuſ-
cunque religionis profeſſo, & ambo cum
eadem muliere fornicantur, quæro qua pœ
na puniantur. Item quod crimẽ ex iſto coi
tu oriatur. Reſpon. aut muliere erat hone-
ſte vite, et tunc ſi nupta erat adulteriũ, ſi ve
ro ſoluta & laica ſtuprum, vt ſupra latius
diximus in vj. & vij. q. ſi autem erat impu-
dica vel meretrix ſimplex fornicatio, vt ſu
pra dixi. d. q. vj. & vij. Quidam vero dixe-
runt ꝙ oritur ſacrilegium tã reſpectu pre-
sbyteri ꝗ̃ monachi propter ſacramentorũ
eccleſiaſticorum leſionẽ xxvij. q. j. c. virgi-
nibus. & c. impudicas. & c. ſi qua monacha-
2 rum veritas tamẽ eſt iſta † quod monachus
duntaxat vel alius regularis ſacerdos cõ-
mittit ſacrilegium, clericus vero ſtuprum
duntaxat, aut adulterium ſi erat nupta vel
ſimplicem fornicationem ſi mulier impu-
dica erat vel meretrix, & ratio eſt iſta quia
monachus per fornicationem non ſolum le
dit ſacramentum ſacrorum ordinum, verũ
etiam frangit, & violat votum ſue religio-
nis in qua expreſſe vouit caſtitatem, cleri-
cus vero ſecularis tacite videtur vouiſſe
caſtitatem in aſſumptione ſacrorum ordi-
num, & propterea nõ eſt adeo graue pecca
tum in eo qui dicitur clericus ſecularis ſi-
cut in monacho qui eſt regularis, vt dicit
Ioan. de Imo. in cle. ad noſtram. de hæreti.
qui dicit quod monachus, de ſacrilegio cle-
ricus vero ſiue presbyter de adulterio, ſtu-
pro, aut ſimplici fornicatiõe punietꝰ lxxxij.
diſt. presbyter. ij. q. vij. c. paulus, alias lator.
Sed contra prędicta eſt gl. no. in l. ij. in fi.
3 in ver. filij. C. de epiſ. & cle. quæ vult † qđ
filij clericorum ſiue presbyterorũ poſt ſu-
ſceptos ſacros ordines progeniti dicuntur
inceſtuoſi ex quo ſequitur quod exiſtẽs in
ſacris ẽt per ſimplicem fornicationẽ habi-
tam cum muliere ſoluta & impudica dr̃ cõ
mittere inceſtũ ratione leſionis, ſacrorũ or
dinum, et oẽs filij inde ſuſcepti dicunꝰ ince
ſtuoſi, quam glo. tenet & ſequiꝰ ibi Bar. quã
dicit eſſe notandã, Bal. ſimiliter ibi illã ap-
probat & alij doc. cõiter, ſed Pe. de Bella-
per. dicebat cõtra, qđ illi filij dicunꝰ ſpurij
nõ aũt inceſtuoſi. Deinde Bal. dicit qđ iſta
q. fuit in facto & reuocabatur in dubium
vtrum cũ clerico in ſacris fieret inceſtus, &
demũ concluſum fuit ꝙ ſic per illã gl. & ꝙ
in iſto crimine ceſſat abolitio ſicut in coitu
habito cum moniali qđ ſicut illa eſt ſponſa
Chriſti ita iſte eſt ſponſus eccleſiæ, & hæc
ſunt verba Bal. in d. l. ij. de qua q. meminit
etiã Bal. in l. ſi qs inceſt. C. de inceſt. nup. &
cũ illa gl. tranſire videnꝰ doc. cõiter de iure
ciuili, ſed ego reperio Io. de Ana. in c. ſigni-
ficauit de adul. q dicit ꝙ illa gl. eſt valde pe
riculoſa & reprobata de iure canonico, &
ꝙ ſacerdotes deberent illã abradere de li-
bro. C. qa ipſe tenet ibi. & Pan. Io. de Imo.
& alij canoniſte cõiter in c. vt clericorũ. de
vita & hone. cle. & Abb. ĩ c. at ſi clerici. de
4 iudi. † ꝙ clericus in ſacris cõſtitutus ꝓ ſim-
plici fornicatione non qualificata hodie nõ
debet deponi ſed ſuſpenſi xxxiiij. diſt. fra-
ternitatis, ſed ſi ex illo coitu oriretꝰ inceſtus
fieret depoſitio, vt late diximus ſupra eod.
ti. q. ij. & iij. & p Abb. in d. c. at ſi clerici. Io.
de Imo. ĩ d. c. vt clericorũ. Hoſt. in ſum. in ti.
de adul. in prin. & Io. de Ana. in d. c. ſignifi-
cauit qd dicendũ. Ego. n. in hac reputo ſal-
uo ſemp ſaniori iudicio, ita eſſe diſtinguẽ-
dũ qđ aut nos ſumus in terris imperij & tra
ctatur de ſucceſsione bonorũ quę ꝓprie ꝑ-
tinet ad ius ciuile, & iſto caſu tenerẽ gl. p̄di
ctam, & opi. Bal. & aliorum, ſi vero ſumus
in terris eccleſiæ & tenerẽ opinionẽ cano-
niſtarũ, maxime qñ agiꝰ de rebus eccleſia-
ſticis, vel de puniendo perſonã clerici, arg.
eorum quæ habenꝰ in c. per venerabilẽ. qui
fi. ſint legi. c. ſolite. de maio. & obe. & c. at ſi
clerici, de iud. c. cũ cõtingat de fo. cõpe. cũ ſi.

FINIS.

VENETIIS APVD COMINVM
DE TRIDINO.

Source : BIU Cujas

Source : BIU Cujas



Source : BIU Cujas

11.143

Source : BIU Cujas